NAZIONALE
R. BIBLIOTECA
CENTRALE V. E. II
ROMA
8
52 F
17

17 8.52.F.17

SIMPLICII PERIPATETICI ACVTISSIMI COMMENTARIA IN OCTO LIBROS ARISTOTELIS STAGIRITAE DE PHYSICO AVDITV.

LVCILLO PHILALTHEO INTERPRETE.

Iam denuo recognita atque emendata.

Ne quis hunc uſquam alius ſuæ ditionis locorum impune librum imprimat, alibiue impreſſum uendat, & Pontificis Maximi, & Veneti Senatus Illuſtriſſimi decreto cautum eſt.

Venetijs apud Hieronymum Scotum.

M D X L V I.

AMPLISS· MAXIMEQVE ILLVSTRI HERCVLI GONSAGAE, ET DOCTISSIMO CARDINALI LVCILLVS PHILALTHEVS. S. P. D.

CVM Omnes Latinos Ariſtotelis interpretes amplius duo de viginti annos natus accurate & diligẽter legiſſem, HERCVLES Gonſaga maxime illuſtris, prouocatus ante Leonicem, viri in omni genere artium clariſsimi hortatu(tum eram Patauij admodũ adoleſcens)ad Græcos reliquũ ætatis tẽpus referendũ duxi; & cum illos multo ſtudioſius, ac Latinos oĩs eiuſmodi ſapientiæ, quæ Phĩa dicitur, fonteis aperire cõprehenderem, aliquot mihi latinis literis illuſtrandos putaui: non quia complures fore multo ante prouiderim, qui meũ vel ſtudium, vel volũtatem reprehenderent; ſed iudiciũ quẽque meum tanto vehemẽtius, & cumulatius ꝓbaturum, quãto hæc Græcorũ ſtudia docto homine, & liberaliſsimo Principe digniora viderẽtur, cenſui. At eo minoris illa æſtimarũt, quo ſero magis, aut nunquã ab illis cognita, vel recepta fuerũt. Sed id quãq̃ imerito faciant, cõmouentur tñ, ne bonarum literarũ doctrina ſimulac ꝑcepta fuerit, vigilias, authores, & ea phĩę ꝑcepta, in quibus tot annos elaborarũt, à cõi opinione auocet, aut penitus antiquet. Eo.n. minus ſibi honoris, ac lucri quiſq; fore exiſtimat, quo magis barbarę literæ cõticeſcunt. Quę cum longo interuallo & bellorũ, & impolitorũ hominũ culpa literarũ imperiũ vbiq; gentiũ tenuiſſent, ad hãc vſq; ætatem, aut ꝓxime ſuperiorẽ limatiores & optimæ diſciplinę iacuerunt; & vbi primũ hæ nouis ꝓpè quibuſdam initijs naſcentes in gymnaſijs, in ſenatorijs ordinibus, in ædibus principũ, atq; regum ſeſe ꝓpagare cœpiſſent, vna ſe tuendo barbaries ſerpſit, & manat indies latius, vt ſine ſummo rei literariæ diſcrimine vix ad ſuam maieſtatẽ et gloriã reuocari poſsit. in quo vno radicitus barbariẽ euellẽdi ſtudio verſari potiſsimũ debẽt, qui & doctrina, et oratorijs ornamẽtis ad ſummũ vel gradũ vel lumẽ ꝓpius accedere videntur. Ego.n. qui cum ijs, nulla dicendi rõne conferri poſſum, quęcũq; in phĩa Ariſto. à Græcis interꝑtibus diligenter, & copioſe tractarentur; Latinis literis, ſolito elegãtius mãdare curaui. qđ qdem eo libẽtius feci, vt pro ſua quiſq; ꝑte phĩam humanarũ artium fontẽ, & diuinarũ viam ab incpta & vitioſa oratione ad eloquentiã oino traduceret. Nam mecum ipſe ante aĩo meditabar, ad id muneris obeundi me ſolum aut parũ põderis habiturũ, aut multos fore, q nouo, & raro admodũ in eorum ſcholis vſitato dicẽdi mõ reluctarẽtur. Primo porro tpe, quo phyſicen phãdi rõnem melioribus eloquẽdi, aut ſcribẽdi tẽperare ꝑceptis & inſtitutis ſum auſpicatus, in multorũ obtrectationes, calũnias, et inuidiã adeo incidi, vt vix cum ſummo etiã vitę periculo ſubſiſtã. Sed de veneni gñribus alias. Nunc vero qđ mihi de ſtudioſis ꝓmereri opinio eſt, obtrectatorũ rões diſtincte referã, & meliores, qbus barbaram elocutionẽ vetereſq; Latinos interꝑtes falſa gloria laudãt, & ꝓbant. Primum itaq; effatum aut δόγμα à ſuis petunt oino dari, duabus diuiſum ꝑtibus eloquentiã aut miſterijs, recõditioribuſq; phiæ, & diuinarũ literarum locis, ne ꝑcipiantur, penitus obeſſe. aut ad delectationẽ lectoris, quaſi quibuſdã ꝑſtigijs homines capiat, ſolum inuentã fuiſſe. Deinde eoſdẽ vtcũq; verbis cõtentos, mõ fructus, ſenſus. ſ. occultos intelligãt, eſſe volũt. His ergo velut iactis fundamẽtis qđ cupiunt, facile cõſequũtur, vel ſuam nimirũ cum ſuis ꝓbant ſapientiã, uel latinos interꝑtes multa ſubtiliter, & copioſe diſſeruiſſe cõcludũt, quibus illuſtrãdis ne oino literã Gręci adhibuere. Contra quos mihi paucis dicendũ eſt, & ꝑpoſtere illis primũ repugnabo, mox deinde me ad ordinẽ referam: qñ ſi phyſicæ optio detur, aut mens noſtra ab ea requirat, ne vbiq; locorũ vtra, aut eloquẽtia, aut barbarię illuſtrari malit, nõ video, qd amplius pro ſua maieſtate, & gloria q̃rat. Tanta.n. ſummę ſapiẽtiæ rerum cum dicẽdi arte interceſsit cõiũctio, vt nullo ne ſeculo, vel poematis, vel ſolutę orõnis facũdia orbari potuerit. Hoc.n. cõpertum ex eo habere nemo nõ põt, qđ multi ante Platonẽ, & eodem tpe Ariſto. Theophraſtus, Themiſtius Euphrades poſt Alexan. aliquot annos ſecutus plura de triplici rõne phiæ elagãter tractauerũt inter quos Ariſto. naturalis ſcĩa in eorũ manus ſimul ac venerit, qui cõfundunt vera cum falſis, priuãt phos eloquẽtia, oẽm diſciplinã orbant ſenſibus. In ꝓfundo impolitiſsimæ elocutionis ad hoc æui iacuit, iacebitq; in poſterũ, ni ſuppetias ferant in balbos, qui mecũ & eiuſdem volũtatis ſocij eſſe deberẽt. Ea porro dogmata, aut ἀξιώματα vna mecum delere ſtudeãt, q̃ aliquot ante annos, & ꝓxime abrogare cœpimus. Totidem.n. ſunt, qbus ab obtrectatoribus eloquẽtię adductis inter dictũ Phorũ ſcholæ diu fuit, ne eloquẽtiã fores adire ꝑmitteret. Cedo. primum itaq; illis locos in phia obſtructos eſſe ꝑmagnis difficultatibus cõplures, qbus dicendi rõ maximarũ, mini-

marumq; artium lumẽ homini a natura nec melius, nec a dijs ꝓſtantius datũ ob ſit, non eſt, cur adduci poſſum. Contra illud magis cenſuerim nec vllum melius lumẽ, nec aptius patrociniũ ad eos explicãdos inueniri poſſe, quàm ob eloquẽtiæ, in qua vna facultate tanta vis ſita, atq; collocata eſt, vt oblectet ingenitũ, trahat animũ, rapiat hoĩem, cumulet ornate oĩa, diſponat apte ſingula, depromat diſtincte abdita. Huius magnitudinẽ porro ſi qui primũ attigerint, qui pauci ſunt, pro cõi ſtudiorũ vſu, nedũ naturæ ſocreta, verũ etiã illa humani, diuiniq; redẽptoris myſteria exprimãt, aperiãt, illuſtrẽt. Qui vero ad eam ꝓpius accedũt, quãtũcunq; poſſint, in eo elaborent, vt ne punctũ ſit, vel videatur, qn cum quadã ſit latinitate cõiunctũ. Cæteri demũ id, quo minus ꝓſtare queũt, eo ſane nobis, ac debemus, monẽdi ſunt, vt ſibi, poſterisq; dehinc caueãt ſcriptorũ ſuorũ incuria negotia faceſſere, quod leuiora rudi barbarie oẽs, difficilia puerili elocutione plurimi, recõdita uerbis electis pauci exprimere poſſunt. Hoc. n. mõ in oĩ artium genere meliores authores et haberemus, & ſeq̃remur: iamq; mihi diu non fuiſſet opportuna cum aduerſarijs altercatio, his ipſis, qui Latinos interpretes Ariſto. veri ꝑquirendi ſubtilitate, & copia ſñiarum paulo ante Græcis ꝓpoſuere. At hi nimirũ totidẽ ſuperioribus, deſtinatisq; rõnibus eos ꝓbant, quos ſe imitari poſſe cõfidunt. ſed eorũ rõnes tã leues, tamq; pueriles ſunt, vt vel mediocriter doctus refelleret. Nec, vt obijciunt, mortuos oppugno, aut laruis inuideo. Illi. n. tum quã potuere, adhibita differendi elegantia ſuos libros referſere, & eo ſeculo impolitorũ hominũ admirabãtur ſaltẽ eloquẽtiam, vbi copia ſñiarum obruti quicquã elegãter, & ornate ſcribere nõ potuerũt. quorũ p̃hiam æque et vitã, hi noſtri pene inimici, ac ieiunitatẽ imitari deberẽt. Sed tñ tm̃ abeſt, vt eos meliores Græcis affirmẽ, vt id nec dici, multo minus audirẽ velim. Qua igitur differẽdi ſubtilitate vincũtur et ſuꝑant Græci: illa qdẽ, q̃ hmõi argumẽtis τῇ Ἀγαμέμνονος ἠλέκτρᾳ, *quo nouit, & ignorauit Oreſtẽ. aut* τῷ ἐγκεκαλυμμένῳ. *Platonis, quo Menon æque ſcit, ac neſcit. aut* τῷ ἀντιστρέφοντι, *quod Stoicus in Epicurũ retorquet. aut* τῷ κροκοδείλῳ *Luciani, an ire teneat filiũ reſtuere, vbi pater qd illę cogitet uere diuinarit. & ꝑmultis ſimilibus cõtinetur: Sed his nemo Alexan. in Elenchis cumulatior Græco interprete, & ætate ſua, et noſtra acutiſſimo Ariſto. fautore. Qui habeãt Latini amplius: id palam qđ Græci vituperãt, ſi quo in loco hæreant, oĩa inuoluere ſcribẽdo, aut quaſi mente incitatos exclamare differendo. Cedãt Græci hac in ꝑte illis, ne dum velimus, ſed optemus maxĩe. quippe qui veritatis ſtudioſi ſemper fuimus, & eſſe, ac fore volumus. Sed de me ſeorſum loquar. qm̃ (velint, nolint aduerſarij) nullũ ingenium vnquam hoĩs fuit, vel mediocriter bonis artibus, politioribusq; eruditũ, qđ ipſe non laudarim, vel ad meliores hortatus ſim, vel pene accẽderim. Segnes vero, mancos, inertes, impudẽtes, q̃ſtus & ambitionis ſpe ad p̃hiam cõmotos quacũq; potui rõne refelli, & obiurgaui. idq; eo ſtudio, & volũtate, vt quãto errore, quantiſque tenebris circũſcripti fuiſſent, primũ cognoſcerẽt, deinde bonis literis impedimẽto eſſe deſiſterẽt. Quã ob rem, vt cœpi, ne ꝑſequar, nec tormẽta fortunæ qbus me illa ab ineũte ꝑpe adoleſcẽtia exercuit, nec intolerabiles dolores adhortabũtur, aut deterrebũt. Hanc itaq; Simplicij in phyſicen Ariſto. interpretationẽ doctã admodũ, & explicatione locorũ copioſam cum latinã ad tertiũ vſq; volumen feciſſem, ob id p̃cipue ſub tuo noĩe exire* HERCVLES GONSAGA *volui, qđ te æquiſſimũ ſtudiorũ in p̃hia, & ſacris literis æſtimatorẽ. & iudicẽ habeo. Ac ne a me iſtuc factũ admireris, Simplicius qđ literis latinis quaſi nouo quodã religionis ſacramẽto initari, cõſecrariq; voluit, certum ſibi principẽ latinũ, et in p̃hia doctiſſimũ deſiderauit, quo maiorẽ authoritatem haberet translatio. Iccirco in tuo noĩe, grauitate, doctrina, & virtute acquieuit. & meũ ꝓbauit iudiciũ. Hic. n. a primordijs religionis noſtrę multis poſt annis extitit. qbus nedũ Græcia, verũ etiam Romanũ Imperiũ iãdudum labefactatũ, penitusq; ſublatũ ab hiſtorię recepimus. Sub idem tp̃s augebatur Eccleſiæ poteſtas, & rerũ geſtarum gloria, ac doctrina, & ſanctitate florebat ĩdies, quo ille ĩcredibilis et ꝓpe ſingularis ingenij adoleſcẽs ad liberalium artium ſtudia a parẽtibus deductus, qđ voluit cõſecutus eſt. idq; luculẽter cõpertum hr̃e poſſumus ex locis p̃hiæ permultis & obſcuris, vbi p̃ſertim numerorũ rõnem duplicẽ arithmeticen. ſ. quã Plato alioqui p̃hſorũ Homerus in Philebo, & geometricẽ diſciplinã totidẽ modis diſtinxit, copioſe, & diligẽter tractauit. De geometria vero, q̃ nobis dimetiẽdę terrę principia, & vniuerſam ꝓpe artẽ tradit & abſoluit, cum ſæpe alias, tum maxĩe in hoc libro multa, & eo p̃ſertim in loco diſputat, quẽ nemo de q̃drato circulo cumulatius, & abſolutius exp̃ſſit. Recõditos p̃terea locos aliquot de numeris aperuit, qbus explicãdis nedũ ab Oedipo, ſed ab ipſo plane Pythagora p̃ceptore, et hmõi p̃hię principe patrociniũ q̃rendũ, ac petendũ eẽt. Magnã tũ ꝑquirẽdi aſtrorũ curſus doctrinã eũ fuiſſe cõſuetũ interp̃tatiões eiuſdẽ in librũ Ariſt. de cœlo teſtãtur. Muſicã, in qua cõcentus oĩs*

ratio

ratio exponit̃ didiciſſe diligẽter, et docte declaraſſe, ex eo potiſſimũ cognoſcere poſſumus, qđ locos illos ab Ari
ſto. prĩo libro de animi cõcentu, cõſutatos, illuſtriores paucis, ac alias fecit. in quo ſtudiũ, atq; diligẽtia q̃rendæ
veritatis tã admirabilis fuit vt q̃ aduerſus veteres in p̃hia Ariſt. cõſcripſerit, ac diſſeruerit, haud ſibi credẽda
putauerit, niſi prius viderit, ſępeq; eorũ cõſignata literis monimẽta legerit. Nã ingenij admodũ rudis, ac pene
fracti eſt, ſeſe ad authoritatẽ unius cõferre, in qđ nõ leuiter uitiũ tũ Pythagorici incurrere. aut oĩa ei credere,
quẽ putarũt ſapientẽ, in quo plane errore incidere Epicurei. aut ad unũ adhęreſcere, ut ſectã pugnaciſſime de-
fendãt, in qua officina p̃multi fuere. Septẽ primũ p̃horũ cœcus. Deinde quidã magis ueſtibus, q̃ doctrina, uita,
et religione p̃hi. poſtremo hæretici. ſi. n. in hoĩe, nihil eo excellẽtius inditũ, atq; illapſum, vel rectius multo diſ-
fuſum, qđ ſpiritũ patris, et filij p̃potẽtis Dei ſanctũ, et cõſolatorẽ, et doctorẽ bonorũ dicimus, qđ hoĩe ad fallẽ-
dum aptius. aut ad errãdũ p̃penſius? Idq; in his maxĩe in q̃bus rõ, ingenij humani lumẽ, mẽtis celeritas, aut uix
quicquã, aut ne oĩno quicquã adiumenti ſubſidijue afferre põt. Simplicius itaq; tm̃ ingenij, tãtumq; excellẽtię in
Ariſto. ponendũ eſſe cẽſuit. ut inter hoĩes rarus. hõ tñ nequicquã ſupra hoĩem attigiſſe merito uideret̃. quo ar-
gumẽto inductus, atq; impulſus eo ſe cõuertit, ut in p̃hia authores, vel interp̃tes utriuſq; claſſis, et Academico-
corũ, & Peripateticorũ, q̃ in ſuas manus ueniret, ſic ſibi ſumeret interp̃tandos, ne homini alicui magis, aut vul-
go, aut amico obſequi. q̃ vero, vel huic, qđ ad id quãp̃xime accederet. maluiſſe videret, Poemata nimirũ Par-
menidis grauiſſimi, et antiq̃ſſimi p̃hi multa, Empedoclis Agrigẽtini acutiſſimi nõ pauca, Meliſſi et aliorũ plu-
rima, à Platone et Ariſto. p̃termiſſa cõmemorauit. Cumq; multa ab Ariſto. in magiſtrũ, ac pene p̃ceptorẽ &
ĩ eos p̃hos, quos ſupra diximus ſcripta, ne q̃dẽ rudi hoĩe digna, q̃ ſummis illis p̃his aſcripſit. legiſſet, iniuriã, acu-
menq; alicui detrahẽdi in eum ip̃m reiecit. q̃ verbis ſolũ hanc Socraticã laudauit ſnĩam, κάλλιον ἐστὶν τὸ ἀδι-
κεῖσθαι ἢ τὸ ἀδικεῖν. vbi utrũ eligendũ eẽt. Et qđ multos fore p̃uidit. q̃ et ſi haud veteres tam leuia ſomniaſſe
vel aliq̃ñ cogitauiſſe exiſtimarint, nihilo magis ab Ariſto. facturi eſſent, ipſa è medio fonte uerba, poemataque
hauſit, & in in mediũ ſpectãda et bene p̃pendẽda adduxit. Quo circa eos interdũ p̃bat, ſæpe laudat, ſæpiſſime
defendit. Ac eos ĩterp̃tes Alexan. p̃cipue, raro Ioan. Grãmaticũ, qui doctrinarũ Ariſto. et Platonis diuortia
ſæpenũero faciũt, acerrime rep̃hendit. Quibus porro in locis aut eos cõciliare, ſecius ac Agamẽnonẽ et Achil-
lem Pallas, aut leuisſima diſcipuli in p̃ceptorẽ fuiſſe argumẽta oñdere oĩ ſtudio inititur. Vt. n. primo ciuiliũ li-
bro Platonis ĩmerito ſnĩam vituperat, et refellit, ſic pene vbiq; facit. Ille. n. nunq̃ ſatis digne laudatus p̃hus cũ
regi officia ἐν τῷ πολιτικῷ diuinitus p̃ſecutus ſit, nihilo ſecius docuit, ac Diuus Paulus Epiſcopi munera ad
Timotheum cõſcripſit. Rex ibi ne aliq̃s decernat̃ cauit, niſi rei familiaris, ciuilis, p̃hiæ, tã eius, q̃ in actione, q̃
illius, q̃ in maximarũ rerũ cõtẽplatione uerſat̃, idẽ eudẽtius ſit. Hoc iure eũdem p̃hum, patrẽ familias, ciuilẽ, et
regẽ eſſe cẽſuit. Cui q̃ ĩmerito libro ciuiliũ primo aduerſet̃ Ariſt. ſũmus græcorũ Imperator Alexãder teſte-
tur velim. Quippe q̃ ad p̃hiæ inſtituta p̃cipiẽda adeo fuit ab Ariſt. p̃uocatus ac pene incẽſus, vt iſta ſapiẽtia eo
gloriæ ſe uẽturũ, quo nemo ante mortaliũ p̃uenerat, crediderit. q̃ñquidẽ illius ſuaſu exiſtimabat rerũ, et oĩs ad-
miniſtrationis peritũ fore oportere, q̃ regnũ optaret, aut ambiret Imperiũ. Sed ne tu, Doctiſſime Præſul, ali-
ter ſentires, uel p̃bares, ac cõparata eſt naturę ratio? Quorſum? q̃m uel hoc ut ſępe alias dep̃hẽdes q̃ leuisſime
in p̃ceptorẽ ille inuectus ſit, qđ gloriæ ſtudio magis, q̃ ueri perquirẽdi cura factitauit. ĩmo ab oĩ nedũ naturæ
curſu, verũ etiã a quauis diſcendi rõne abhorret. qđ à leuiſſimis ad meliora ſemp̃ natura p̃gredit̃. neq; meliorũ
moliret̃, aut machinaret̃ ĩteritũ, niſi ex eo rurſus q̃ſi uiciſſitudinẽ rerũ florentiũ mirifice diligat, melioribus re-
ditum et quãdã cõuerſionẽ pararet. Ex ſeminibus prata, uel hortuli, q̃ primo p̃ducũt? Tenera q̃dẽ & acerba.
hæc ſenſim augeſcũt, hæc paulatim robur cõcipiũt. hæc deinde luxuriãt, et matureſcũt. hæc demũ ſeipſa ſiſtũt.
E q̃bus p̃terea artẽ aut doctrinã aliq̃s auſpicat̃? Nimirũ à puerilibus rudimẽtis ad altiora tandẽ cõſcẽdit. Quã
igitur inepte in p̃ceptorem obloquatur cogitemus. vt enim idem ramulus a teneris uſq; πρὸς τὴν ἀκμὴν tot of-
ficia naturę, tot munera, tot uirtutes obit, idem p̃terea artis, uel ſcientię ignarus ab elemẽtis multa rerũ ſtudia
perſequitur. Qui hunc ordinẽ à ciuilibus ille abſtrahet? Qui eundẽ curæ familiaris, deinde ciuilis, poſtea phi-
loſophiæ, demũ regiæ ſcientię peritum eſſe oportere negabit? Timotheus quoq; à Paulo uerbis diuinis inſtru-
ctus, atq; eruditus cum primũ tot diuinis Chriſtianę pietatis radijs circũfunderetur, eiuſq; intelligẽtię acies fi-
dem CHRISTI quaſi aſpectus ſolẽ aduerſum intueri, & comp̃hendere non poſſet, quoſdã quaſi per gradus
attolitur, & ſcientiæ Apoſtolicæ, & adminiſtrationis pondus ſubiturus ſenſim ad ſummũ accedit. Cum enim

cygnea vox illa dei patris, quæ & verbũ dicitur, & typus gloriæ, atq; character ſubæ eius in hunc mũdum, humanũ videlicet, (plures inq̃ mũdos non mõ cẽſet diuina ſcriptura, ſed etiã maximorũ Anaxagoræ, Empedoclis, Platonis, Ariſto. p̄horum cætus ſtatuit.) ſtudia diuina contuliſſet, ſuis diſcipulis ultro citroque myſteria percõtantibus hæc uerba fecit. FERRE MODO NON POTESTIS. *Eſt enim quoddã ingenij humani lumen p̄ſcriptum, ac vniuerſæ naturæ quædam habilitas definita, ut quæ nobis celat tẽplum ſanctitatis, & gloriæ cœlũ, admiremur, et ſuſpiciamus. regnũ vero Dei, et myſteria niſi fons, & moderator luminis* CHRISTVS *mẽtem uitioſam, inſidijsq́; corporeis perturbatam ſuis radijs diuinitatis, et muneribus illuſtret, nequaq̃ ſpectare, aut cõprehendere poſſumus. Verum ubi quoſdã igniculos cœleſtis p̄bię, & ęternę felicitatis percipiẽdæ in cordibus Apoſtolorum induxerit, atq; iniecerit, ocius illi ac ſuę intelligẽtię uis toleraret, & ſummi conditoris voluntas ab æui principio p̄ſcripſerit, conſequi tot magna, & mirabilia optarunt. At in cũctis, cum humanis, tum diuini rebus eſt certa cõſtitutio, qua ſenſim, & gradatim cuncta nobis q̃renda ſunt et obeunda. quod ſi ultra proficiſci pergamus uel inuita, ut aiunt, minerua, uel naturæ repugnemus oportet. Quãobrem eoſdem primordijs fidei & primo uocationis ſuæ ictu rerũ maximarũ, ac ſublimium penitus ignaros diuinę lucis ęſtus ſenſim à terra remouit, gradatim arripuit, demum in altũ ſpectãdæ ſapientię ab omni prope humanarũ rerũ cura abſtraxit. De quo his uerbis nos humani generis ſeruator certiores fecit,* ἐπανάγαγε εἰς τὸ βάθος καὶ χαλάσατε τὰ δίκτυα ὑμῶν εἰς ἄγραν. *quę æque de futura poteſtate Petri, & ecleſiæ, ac de uita, & conſuetudine eius ſucceſſoris intelligas oportet. Tu proinde vbi primum illud ĩmortalitate dignum ingeniũ, illa humanitas, illa virtus fratris tui, & Illuſtriſſimi Ducis hac luce orbata fuerit, repente adminiſtrãdę ditionis eius, & conſeruandę laudis onus, atq; nepotis tui pari ſciẽtia & charitate ſuſcepiſti. Huius porro prouinciæ, quã tibi ſapienter ſumpſiſti initio pene, ut auræ impetus nimbos, ſol noctem, trãquillitas tempeſtatem pellit, fugat, ſedat, nihilo ſecius iniquos, iuſtitiæ inſenſos, imperij ueſtri cupidos p̄pulſaſti, eieciſti, cohibuiſti. Hinc boni ante hac p̄ſſi velut è quadam tempeſtate ad portum delati, aut pene piſces repreſſo fluctuum æſtu iterum ad ſuperficiem pelagi, redeuntes, ad ciuitatem per te rediere, per te incolunt, per te recte viuũt. Fuit inq̃ mors fratris tui luctuoſa ſuis, acerba patrię, grauis et moleſta bonis omnibus. Sed officium æquitatis tuę omnes et ſpe maxima erexit, & mœrore ſubleuauit. Quæ omnia cum præclare gerebas, omnium conſenſu iudicatum eſt, nedum cæteros, ſed te ipſum ſuperaſſe. Sunt enim hęc pręclariſſima virtutis, doctrinę, prudentię, ſapiẽtię in prĩcipe indicia, in pręſule ornamẽta, de regia maieſtate promerita. Accedit maxime ad emeritam tuarum uirtutum laudem illud ſummum religionis ſtudium, & gregis tui cura & diligentia. quippe qui nuper maxime illum melioribus ſanctionibus temperaſti, uel ad ea reuocaſti ſtudia pietatis, à quibus ut ſolet uſu mortalibus uenire & interdũ abhorrent, & ſępiſſime aberrant. Vt autem ueriſſime dicere uidear, teſtem unicuiq; uniuerſum Mantuę populum, teſtem* τὴν σύνοδον *ſacerdotum, teſtes illos ipſos adducam, quos emendaſti, cohibuiſti, & ad rectam uiuendi rationem reduxiſti. At hęc ſunt adeo manifeſta, ut principiorum more, in quacunq; diſciplina, leuiſſima egeãt comprobatione, quę omnes nimirum hoc tempore in tui admirationem, & beneuolentiam traxerunt, et collegerunt. Quocirca breui futurum exiſtimo, ut quemadmodum in te unum, atq; tuam prudẽtiam, & æquitatem ſe tota conuertit Mantua, te ſenatores, te omnes boni, te nobiles, et pauperes, æque admirantur, et probant; ſic pontificius ſenatus amplectetur, et laudabit. Et quo alacrior ſis ad erigenda, ſubleuanda, tutanda optimarum artium ſtudia, ſic habeto, nihil deo acceptius fieri, quàm quod cœpiſti perſequi. Hęc enim eſt uia de hominibus promerendi, hæc eſt ratio perpetuum poſteris relinquendi nominis tui monimentum. hæc ſemita in cœlum, et in locum optimorum ſpirituũ conſcendendi, quem incolunt ut boni, ita pauci, ut electi, ita rari. vt gratuito, ita ſolum qui bene merentur. Poſtremo quod ſic tua in me humanitas, illaque excelſi animi tui uirtus poſtulat. qui poſſum, poſſum ſecius inquam, ac debeo cum multis primum, ſolus deinde, me utcunque tuę amplitudini dedo, ac trado. Vale.*

SIMPLICII IN LIBROS ARISTOTELIS DE NATVRALI AVSCVLTATIONE

PROOEMIVM.

ARISTOTELIS Intẽtionẽ de nãli auſcultatiõe facile diſcere poſſumus, ſi phię eius partis, q̃ nãlis eſt diuiſionẽ ad memoriã reuocarimus. Forſitan aũt nec nocebit uniuerſam phiæ Ariſto. diuiſionẽ afferre. Nã ita phia eſt aiæ pfectio, ut corpis medicina. Porro & aię alia pars irrõnalis eſt, alia uero rõnalis, & rõnalis alia eſt q̃ irrationalitati adminiculaẽ, q̃ dicta eſt ab Ariſto. intellis potẽtia. & alia eſt ſepata q̃lis eſt intellis actu mẽſq; ipſa. Præterea duplex ẽ oĩs aię potẽtia, alia appetẽdi, alia uero cognoſcẽdi. Id uero oẽ q̃d pficere põt appetẽdi uim ĩ ipſa irrõnalitate & intellis potẽtia exñtẽ, q appetitui irrationali opẽ fert: Peripatetici uocãt actiuũ: qppe circa actionẽ uerſaẽ, & finẽ hẽt boni electionẽ atque adeptionẽ. Sed illud uero pfectiuũ ptis q̃ cognoſcit, hũs ſi oẽ, ipſam ueritatẽ cõiter appellãt ɔtẽplatiuũ. Sed qa ſui cognitione intellis poteſtatis pficeret, q̃ eget ſenſu & phãtaſia circa, mãles ſpẽs & inſepabiles uerſaẽ, hoc nãle nũcupãt, q̃d circa tales uerſaẽ nã, et ĩ his eẽ oñdiẽ. At q̃ien° circa formas ɔrſus ſepabiles à mã, ac circa actionem purã ipſius intellis in actu, q̃ concludiẽ una cũ actione intellis poteſtatis uerſaẽ diuinarũ literarũ genus primã phiam & metaphyſicẽ appellant, q̃d poſt nãles ſcias ordinata eſt. Aliud ẽt eſt circa eas formas q̃ ptim ſeparatæ ſunt, & ptim inſepabiles, q̃d mathematicũ et de aĩa uocãt. Etenim mathematicã ſubam mediã eẽ aiũt, q̃d uſr ſepabilis eſt à mã, & ab ipſa dimẽſione interualloq; & diſcreto iſeparabilis. Idẽ de aĩa tradiũt, cui q̃ ad ſenſus imaginatiões, & itellm potẽtia, mñũ mãę ineẽ intelligũt, ſed q̃ ad intellm agẽtẽ, quẽ animi caput Ariſto. oñdit (quãuis alr uideaẽ Alexandro) eãdẽ abiunctam à materia ferunt. Verum alię philoſophiæ partes exploratiue proprijs tractationibus tractabuntur.

Cæterũ uniuerſi ſmonis de nã alius eſt circa principia rerũ oium nãliũ, q̃ nãles fiũt eædẽ dictu corporeę. & circa ea q̃ neceſſario ſequũtur talia principia. alij uero ſunt circa ea q̃ principijs ɔficiſcunẽ. Sed cũ horũ ẽt alia ſint ſimplicia, et alia cõpoſita, de ſimplicibus tractatio de cœlo ĩ primis duob° uoluminibus docet: cũ ibi de qnta ſuba q̃ ɔpriũ cœliũ eſt, diſſerat, prętere a ſẽpiternitatẽ eius oñdet, et ĩ reliq̃s duob° de q̃tuor eliñtis agiẽ, q̃ ſub luna ſunt, q̃tenus eadẽ etiã ſimplicia ſunt ac ſimplicibus motibus mota. Nã ſic dicere melius exiſtimo q̃ Alex. tulit, qppe q tractationẽ de cœlo, de ſempiternitate, & orbiculatione, atq; de oĩ corpe nãli. uz. de mũdo eẽ aſſerit. Nã de nãli re q̃ nãlis pñtẽ tractationẽ etiã ipſe fateẽ. et eſt hęc res ipſummet cõpoſitũ nãle, ſed nullus ſermo ibi de cõpoſito fit, ſed de ſimplicibus, queadmodũ etiã ipſe Ariſto. tertio illius facultatis & tractationis uolũĩne cõpertũ facit dicẽdo. { De prio igr̃ eliñto dictũ eſt & q̃le qd nã ſit, & q̃d icorruptibile atq; ingenitũ, cęterũ eſt dicere de duobus } duo dicẽs q̃tuor eliñtorũ duas ɔiugatiões q̃ ſubijciunẽ duabus ſpẽbus motus. uz. alia à medio, & alia ad mediũ, ſimplicia porro uocauit eliña. Et cũ oĩa cõpoſita genita & corruptibilia ſint, & ſimplicium alia ſempiterna, et alia q̃ gñanẽ & corrũpunẽ, de ſempiternis in primis uoluminibus de cœlo dictũ eſt: ſed de gñabilib° & corruptibilibus tãq̃ ſimplicibus in tertio & q̃rto illius tractatiõis agiẽ. Et cũ de gñrabilib° ut cõpoſitis dicturus eẽt, duos primos libros de gñone & corruptiõe ɔſcripſit, in qbus docet ea q̃ cõiter oĩa gignẽda & corrũpẽda cõſequunẽ q̃tenus talia q̃rũ quoq; deinceps alia ſuis peculiaribus locis annectit. Eqdẽ q̃cũq; ſupra nos ɔximo loco ɔſtãt p eã tractationẽ in q̃ ſmo fit de his q̃ apparẽt in ſublimi docet, ſed eorũ q̃ loco ɔpe nos fiũt, qm̃ alia ſũt aĩata, & alia inaĩata, de inaĩatis qdẽ docet ĩ tractatiõe de metallis, ſed aĩatorũ cũ alia ſint aĩalia, alia plãtę, alia uero q̃ utrãq; nãm aĩalis et plãtę hñt zoophita appellata, de aĩalib° igr̃ ĩ uarijs tractatiõib° hiſtorijſq; de aĩalib° ptim p quẽdã hiſtorię modũ denarrãdo, ut patet ĩ hiſtorijs de aĩalib°, ptim docẽdo cãs, ut patet in his libris quos cõſcripſit de gñone aĩaliũ, & ptiũ deq; inceſſu, ſomno & alijs hmõi diſſeruit. Eodẽ mõ etiã de plãtis hoc duplici mõ docuit. Hæc igiẽ eſt hmõi, ut q̃ breuiẽ dicã, nãlis phię diuiſio iuxta Peripateticorũ ſectã. Propoſitę aũt tractatiõis intẽtio eſt docere ea q̃ cõiter inſunt nãlibus rebus, q̃tenus idẽ ẽ dicere nãlis eſt corporeus. At cõia oĩbus ſunt principia, & ea q̃ ɔſequunẽ principia, ſed principia ſunt cãę ɔprie dictę atq; cõcãæ, & cãę ſunt efficiẽs & finis ſm Peripateticos, cõcãę uero forma & mã & ɔpriſus eliñta. Nã Plato adiecit cauſis exẽplarẽ cãm, & ɔcauſis inſtrũalem. Et q̃d intẽtio huius tractationis ſit de his q̃ cõiter inſunt oĩbus rebus nãlibus illico indicabit pẽatio libri, qppe dicit neċariũ eẽ nãli primũ determinare ea, q̃ ſunt circa pricipia. Itẽ initio tertij libri incidabit Ariſt. dicẽdo. Eſt igr̃ manifeſtũ ob hæc & qa hæc oĩbus ſunt cõia et uľia, ɔſiderãdũ eſt ab his q de ſingulis horũ tractat. Nã poſterior ẽ peculiariũ rerũ ɔtẽplatio ea q̃ ẽ de uľibus. Et cũ nã q̃dãmõ ſit ɔxime cã effectrix rerũ nãliũ, oñdeẽ eẽ pricipiũ motus, & qa oẽ nãle corpus cũ ſit in ſeipſo principiũ motus hẽt, ſmo de motu neceſſarius eſt nãli, & qa oẽ motũ tpe metiẽ ſm motum, & corpus eſt in loco: diſſerẽdũ etiã eſt de tpe & loco. Itẽ qa corpus, locus, tp̃s et motus ɔtinua ſunt, ẽt de ɔtinuo eſt diſputãdũ. Et hæc ſunt ea q̃ ɔſequunẽ pricipia nãlia. Verũ icidũt q̃ões cũ de infinito tũ ẽt de uacuo, de infinito inq̃, qa neceſſe eſt ut nãlia corpa motus, locus, & tp̃s cũ ſint ɔtinua & dimenſionem hñtia in ĩfinitũ diuiſibilia ſint atq; eẽ uel ĩfinita uel finita, uel aliq̃uo ĩfinitõĩ hẽre, & aliq̃uo finitũ. Itẽ de uacuo, cũ locus uiſus ſit nõnullis q̃ddã iteruallũ & ſpatiũ uacuũ corpe priuatũ, merito ſmo de uacuo ei q eſt de loco ſuccedit. Itẽ icidut q̃ões de uacuo q̃d nõnulli nãles & oõ ignobiles uiri poſuere uacuũ in rõne pricipij. Sũma igiẽ intẽtio nãlis auſcultatiõis ẽ de his q̃ cõiter cũctis rebus nãlibus iſunt, aut uſr ineẽ licet nõ iſint.

Reliquũ cã inſcriptiõis patet. Nã cũ doceat ea q̃ cõiter oĩbus nãlibus q̃ nãlia inſunt, merito cõe nomẽ indidit ei de nãli auſcultatione. Auſcultatio aũt dr̃ ad eũ modũ elaborata, ut in pceptionẽ auſcultationẽq; aliorũ ſit ɔpoſita. Verũ Adraſtus ĩ cõmẽtario ſuo de ordine ɔſcriptorũ Ariſ. narrat à nõnullis hãc tractationẽ inſcriptã eẽ de principijs, & ab alijs de nãli auſcultatione. Præterea inqt, nõnullos q̃nq; prima uolumina iſcripſiſſe de principijs, reliqua uero tria de motu, quo pacto etiam uidetur Ariſtoteles ſenſiſſe, quippe qui pluribus ĩ locis de ipſis hunc in modum fecerit mentionem.

Nãlis itẽ ſcia utilis eſt nõ mõ his q̃ ad uitã plurimũ cõferũt, medicinæ & mechanicis principia ſuppeditãs, ſed etiã alijs artibus opẽ fert. Nã unaq̃q; hac idiget ut nãm & dr̃ias ſm nãm ſubiectæ mãæ ipſi cõſideret. Itẽ nõ ſolum qa formã in nobis cognatã ad cognitionẽ nãliũ pficit, ut Theologia intelluualẽ & ſupremã ptẽ pficit. ſed etiã qa ad alias aiæ pfectiones & uires magnũ cõfert momẽtũ. Nã uideẽ ad capeſcẽdas uirtutes actiuas nãlis ſcia uſui eẽ, ɔfert.n. ad capeſcẽdã iuſtitiã q̃tenus oñdit eliñta & ptes uniuerſi ipſiſmet inuicẽ cedere & diligere ſuũ ordinẽ ęq̃litatẽq; geometricã ſeruare. Quocirca ẽt nos pñrimũ abeẽ ab auaritia & cupiditate cæteros ãncellẽdi faciet. Deinde ad tẽperãtiã iuuat, qppe q̃ oñdit nãm uoluptatis, cũ doceat ipſam nullũ eſſe pcedens bonũ, ſed q̃ddã ſubſequẽs dũ id uehemẽs & eligẽdũ uľ, adhuc qa multa turpitudine pter nãm ẽ cõmixta. Hmõi itaq; phiæ ſtudiũ facile auocabit aĩum à corpeis uoluptatibus & affectione externarũ rerũ liberabit, p q̃ tẽperãtia iuſtitia optimũ cõſiliũ cœtui hoium euenir̃ ſolet. Itẽ aliq̃s hoc mõ erit fortis cũ phię ope, nouerit hoĩem uix ſenſilẽ eẽ uniuerſi ptem atq; uniuerſi uitæ nr̃æ tpis uix menſurã habere, & oportere oẽ genitũ diſſolui & interire, cũ ſit ipſa diſſolo in ſimplicia et reſtitutio ptiũ ad ſuas peculiares uniuerſitates. atq; re-

nouatio q̃dã iuuẽtutis ex his q̃ cõſenuerũt,& recuperatio eorũ q̃ iã pſtrata fuerũt. Itẽ mẽs cũ nouerit pñs mõmẽtũ uĩ illĩ q̃d poſt paucos annos corruptũ ibit nullã ꝓportionẽ aſſequi poſſe ad infinitudinẽ tpis. Qđ ſi ſeparabilẽ illã excellẽtiã animi intel ligẽdo à corpe ad ea ſuſcipiẽda ſtudia traduxerit, tũ certe mortẽ penitus diſ get. Eqdẽ q ſic ad mortẽ ferẽdã ẽ pmptus & paratus qd eorũ q̃ vĩr, tã potẽs ut illius mẽtẽ auerterẽ poſſit. Preterea hæc ſciã nãę ſtudioſis prudẽtiã pſtabit, qñqdẽ ipſa prudẽtia multã hẽat cognationẽ cũ ipſo q̃d ab aĩa cognoſci põt. Itẽ reddit eoſdẽ magnanimos atq; magnificos cũ nihil i rebus humanis magnũ exiſtimãdũ eẽ ſuadeat, imo facit eos eſſe paucis ↄtẽtos, & ob id eos cũ cõia ea q̃ poſſidẽt mutuãdo alaent ſper tiũt liberalea efficit. Sed maximũ eiuſdẽ ſcię bonũ qs ñ ꝓuidet q̃d etiã ad cognitionẽ ſubſę animi & ad ↄtẽplationẽ ſaparatarũ & diuinarũ formarũ potiſſima uia eſt, quẽadmodũ etiã Plato oñdit, qppe q orſus à nãlibus motiõib⁹ ad inuẽtionẽ illius ſubſę ꝓceſſit, q̃ cũ ſeipſam ciẽat, tũ ẽt itellãli & diuina ſubſiſtẽtia pdita eſt, Ariſt. etiã in hac pñti tractatione ex ſempiterno orbiculari motu immobilẽ atq; oĩs motus cãm adinuenit. Adde q̃d hęc q̃q; ſciã nr̃am pietatẽ erga illã diuinã celſitudinẽ q̃ optime accẽdit, cũ nos ex ipſa exacta & certa itelligẽtia eorũ q̃ ab ipſo ↄdita ſunt, in admirationẽ & magnificẽtiã ↄditoris excitet atq; rapit. Hanc certe admirationẽ erga deũ charitas, fides, ſpes ſecutæ cõſequunt̃, & pp hæc maxie dãda eſt opera phię. Cũ igĩ ſit phia utilis, pñs tractatio merito erit uoliſſima, quippe q̃ doceat nos uniuerſæ phię principia ſine qbus aſſeq ſciam nãlem impoſſe eſt, ut etiã ipſe Ariſto. mox initio cõſcripti operia inſinuauit. Tunc, inqt, { putamus unũquodq; cognoſcere cũ cãs primas cognouerimus & principia prima & uſq; ad elẽta. }

Preterea ſi aliqd de ordine hui⁹ opis dicẽdũ, pſpicuũ ẽ ex cõtextu ſupiori hũc librũ cęteros nãles pcedeř, qñqdẽ doceat pncipia nãlia. Sꝫ poſt tractationẽ illã de moib⁹ q̃ nr̃os mores cõponẽ docet, & poſt rõnales diſciplinas q̃ iudicãdæ ueritatis iudiciũ iſtruũt ſumẽda ẽ tractatio ac diſputatio de reb⁹ nãlibus.

Rurſus q̃d hic liber ſit Ariſt. germanus ſuoq; marte editus, ꝓbare ſupuacaneũ ẽ, cũ hoc in ↄtrouerſiã nõ ueniat & de ipſo mẽtio fiat in pleriſq; opibus, q̃ ulla ambiguitate fuiſſe Ariſ. cognoſcunt̃. Accedit etiã q̃d ſtudioſiſſimi eius diſcipuli, atq; cunctĩ, qui ſuæ ſectę fuerũt, memorãt hunc librũ eius fuiſſe, quorũ nõnulli librũ in capita & compendia ediderunt.

Cum uniuerſa hæc tractatio primũ dupl'r diuidat̃, ỹnq; primos libros de pricipijs oĩbus nãlibus & ↄñobus eadẽ, atq; de his q̃ incidũt in q̃õnem Adraſtus tradit, ſed à ſexto libro repetens ſermonẽ de motu reliqs tribus uniuerſas multiplicesq; de motu ↄtẽplationes affert. Quocirca Ariſt. qnq; primos libros ↄſueuit appellare de principijs, & cæteros de motu. Sed pricipia & ↄcãs. ſ. mãm formã, & oppoſitã ei priuationẽ p̃ libro docet, & in ſcđo de cã ꝓxime effectrice quã eẽ nãm inqt, addit q̃q; cãm finalẽ. Et q̃m ſunt nõnullę aliæ cãę q̃ vĩr cãę, ſed ſunt per acñs cãæ ut caſus & fortuna neq; harũ determinationẽ inexplicatã reliqt. Itẽ cũ definiret nãm eẽ pricipiũ mot⁹ & ꝓrſus rerũ q̃ ꝓprietate mot⁹ deſignant̃ io 3. libro qd motus ẽ et cões & ſingulares ſpẽs docet. Et q̃a motus nãlis eſt ↄtinuus et cõtinuũ eſt diuiſile in infinitũ, & de ↄtinuo & ifinito diſſerit i eodẽ libro. Preterea cũ corpa nãlia & ea q̃ põnẽ hñt, loco egeãt i q̃ erũt, & i q̃ mouebunt̃, iõ etiã de loco i q̃rto narrabit. Itẽ cũ nõnulli ſpaciũ uacuũ locũ eſſe ſuſpicarent̃, & ponerẽt ipm ſubire rõnem principij merito q̃õnes de ipſo remouet. Et cũ oĩs motus tpe metiat̃, & nãli de tpe accurrate & diligẽter ꝑquirendũ erat, & hũc in modũ q̃rtus liber abſoluit̃, ſed in q̃nto motũ ab alijs mutatiõibus ſeiũgit ac oppõnẽ motuũ inter ſe & q̃etis ad motũ et ad q̃etẽ iter ſe determinauit, & poſtremo qd eẽt unus mot⁹ deſcripſit. Sed ipe paucis additis ad ṽba, text⁹ uertat.

2 Ex his ergo q añ Platonẽ phię ſe dediderit Thales Anaximãder, & hm õi alij, utpote q pmũ poſt diluuiũ et rerũ ↄgtiarũ inſtaurationẽ in græcia phia cœperit eſſe q̃rẽtes cãs eorũ q̃ nã ſunt, mãlia & elẽtaria principia ſpectarũt, q̃ poſtea indiſcrete ↄfuſeq; uelut rerũ oĩum principia explicarũt. Zenophanes ſit Colophonius, & huius diſcipulus Parmenides & Pythagorei abſolutiſſimã de rebus nãlibus & his q̃ ſupra nãm ſunt ↄſtitutã, licet ęnigmatũ plenã, ſuã phiã tradiderũt, Anaxagoras q̃q; Clazomenius nouit effectricẽ cãm ipſam mentẽ q̃q; in reddẽdis aſſignãdiſq; cauſis raro ea uſus ſit, ut i Phędone Socrates memordit. Et forſitã id minime abſurdũ eſt. Etenĩ ipſe ẽt Timæus & Plato q Timęũ introduxit cũ effectricẽ cãm exẽplarem et finalẽ eorũ q̃ fiũt ꝓpoſuiſſent, tñ corpalũ cãrũ aſſignationes ex huius figuris et ꝓrſus ex nã elẽtorũ fecere. Veruñ ipſe Plato Pythagoreorũ et Eleatarũ dicta cũ apertius ↄtexeret ea q̃ ſunt ſupra nãm pſtãtiſſime cecinit. Itẽ in oĩalibus & his q̃ generãt̃ princip a elẽtaria ab alijs ſeparauit, & primus fuit q talia principia nominauit elẽta, ut etiã Eudemus narrat. Itẽ cũ aĩo cõcepiſſet effectricẽ cãm, finalẽ, inſuperq; exẽplarẽ & ideas diſtinxit. Etenĩ Ariſto. eiſdẽ ſemẽtijs utẽdo, ſtudioſius et accuratius mãm inuenit ſiĺr & formã, effectricẽ quoq; cãm & diuinã ſtatuit mentẽ, & finalẽ huius bonitatẽ, pp quã oẽ ſenſile ad intellẽuale exẽplar aſſimilauit. Ariſto. igĩ ab his p is q añ Platonẽ nõ mõ diſſentit q̃d effectricẽ cãm nouit, ſed etiã q̃a m les cãs enucleatius uidit. Nã cũ illi uel ſimilaritates uel unũ aliqd elẽtorũ q̃tuor, uel plura uel oĩa ſtatuiſſent, uel uſq; ad inſectilia corpa ueniſſent, ipe cũ ſilaritates, tũ ẽt q̃tuor elẽta diſſoluit, & ipſaꝫ corpeã nãm iformẽ, & mãm reſoluit, ut etiã Plato añ ipſum & añ Platonẽ Timæus Pythagoricus fecerãt, arbitrati ꝓxima principia q̃tuor elẽta eſſe, & añ illa plana, atq; prima pricipia elẽtaria mãm & formã. Sed à Platone ſiĺr & ab his oĩbus q pceſſerũt Platonẽ diſſenſit Ariſt. q̃a illi cũ de nãlibus rebus diſſererẽt tãq; de cũctis ſe diſputař arbitrati ſunt, uelut nõnulli añ Platonẽ. q de mũdo & ptibus mũdi in libris de mũdo tractarũt, pinde ea q̃ hic q̃runt̃ ibidẽ ꝓmouere eſſe durarẽt, ut ipſe etiã Plato & q̃dã añ Platonẽ fecerũt. At Ariſto. oĩa nãlia digeſſit ac diſtinxit iuxta eum ordinẽ quẽ hñt exñtia, & de ipſo p ſe corpe nãli docet pinde ac nõ eẽt mũdus. Itẽ elẽtis priuationẽ uelut q̃ppiã aliud à mã oñdit cũ añ Plato priuationẽ aliq̃d modũ uel ſm mã eẽ determinaſſet, cæterũ cũ alij cãm effectricẽ omiſiſſent, & Anaxagoras atq; Plato, idẽ eſt ac ſi dicerem Pythagoricos poſuiſſent diuinã mentẽ, ipſe q̃rens ꝓximã effectricẽ cãm eorũ q̃ nã fiũt, nãm illã eẽ inqt, quã Plato iſtrumentariã poſuit, motã ſane ab altero, ſed alia mouẽtẽ. Atq; nec Ariſt. in ſola nã nõ ſtetit tãq; in prĩa uel pricipal'r cã effectrice, ſꝫ ẽt ipſe ad imobilẽ et oĩuꝫ motricẽ cãꝫ ꝓceſſit & cũcta q̃ mouent̃ i calce hui⁹ tractatiõis ab ea moueri & pẽdeř ↄprobauit.

Poſtremo forma hui⁹ uiri phandi à cæteris antiquorũ diſcrepat, q̃tenus obſcuritates ęnigmata eorũ ad apertius trãſtulit & adiecit certitudinẽ demrõnibus. Diſcrepat inquã à Platone, q̃tenus ipſe uim neceſſitatẽq; demõſtratiõis imbecillẽ atq; principia exigue uirtutis ad demõſtrãdũ à ſenſu & ab euidẽtibus ꝓbabilibuſue opiõnibus ſtudio dignis accipit, & ab oĩbus ſimul diſſentit, q̃d ptes oẽs phiæ nãlis uſq; ad maxime pticularia reducit. Cum uero bifariã ↄſcripta eius diuidant̃ in ea q̃ exteriora nominabat, ceu ſunt hiſtorice et dialogices meditationes, & penitus ea q̃ exactã, & ſummã diligentiã nõ poſtulãt, & i ea q̃ auſcultatoria appellabat, interq; pñs tractatio numerat̃. Verũ in auſcultatorijs data opera obſcuritatẽ iniecit, ut ſegniores ab huiuſmodi ſtudio repellat & dehortet̃, perĩde ac ob illã auſcultatoria ſcripta fuiſſe non uideãtur. Porro Alexander poſt Perſarum euerſionem hæc ad Ariſtotelem ſcripſit.

Alexã. Ariſt. bene agere. Nõ recte feciſti q̃d auſcultatorios libros in publicũ emiſiſti. Nã q̃ alia re nos alijs añtecellere poterimus, ſi eæ diſputationes, qbus ipẽſe dabamus operã oĩbus prorſus fuerint cões? Ego uero malim experientijs rerum optimarum, quã uiribus facultatibuſq; cæteros anteire.

Sed Ariſtoteles reſcripſit Alexandro hæc.

Ariſt. Alex. ſalutẽ. Scripſiſti mihi de auſcultatorijs libris q̃s putas recõditos eẽ oportere. Scias igĩ uelꝫ ipos editos, atq; nõ editos eẽ. Nã ijs intelligibiles erũt, q me audierunt. Vale.

Plutarchus Cheroneus in uita Alexandri editione Librorum Metaphyſices hæc ſcripta fuiſſe tradit.

SIMPLICII PHILOSOPHI PERSPICACISSIMI COMMENTARIA, IN PRIMVM LIBRVM DE NATVRALI AVSCVLTATIONE ARISTOTELIS.

Tex. 1. QVONIAM cognoſcere ac ſcire contingit circa omnes methodos quarum ſunt principia, aut cauſę, aut elemēta, ex horum cognitione (tunc enim putamus cognoſcere vnumquodque, cum cauſas primas cognouerimus, & principia prima, & vſque ad elementa) manifeſtum eſt quod & ea quæ ſunt circa principia ſcientiæ, quæ de natura eſt, primum determinare tentandum eſt.

Com. 1. PROOEMIVM mox operis intentionem patefacit, quod de principijs naturalibus eſt. Nam inquit, id quod ad principia attinet prius determinandum eſſe & neceſſarium eſſe ſermonem de principijs plane oſtendit, hunc in modum fere ſyllogiſmum faciens. Res naturales principia habent, quæ principia habent ex perceptione principiorum ſuorum nobis ſcire contingit, igitur cognitio naturalium principiorum neceſſaria ei qui habiturus eſt ſcientiam naturalem. Sed quod quidem ſint rerum naturalium principia uniuerſa de natura diſputatio demonſtrabit, & modo demonſtratione non egent, ob id puto ipſum hanc minorem propoſitionem omiſiſſe. Atqui Theophraſtus principio ſui libri de naturalibus rebus eandem demonſtrauit dicens, atqui principia rerum naturalium eſſe conſtat eo quod corpora naturalia compoſita ſunt. Omne uero compoſitum principia habet ex quibus conſtat. nam omne quod natura eſt, uel corpus eſt, uel habet corpus, utraqꝫ autē compoſita ſunt. At Porphyrius inquit non eſſe naturalis munus quærere ſi ſint rerum naturalium principia, ſed ſuperioris contemplatoris quippe naturalis illis uelut datis utitur. Præterea / aliquis magis aſſereret ſuperioris artificis munus eſſe, an quædam principia ſint, indagare explorareque, cum neque geometer, uel medicus ſua principia demonſtret, ſed ipſis uelut exiſtentibus atque talibus utantur, aliquo igitur modo cuncti fere naturales rerum naturalium principia quærunt / cum naturalia compoſita quæ principia habent, & hæc principia ad naturalem ſpectat demonſtrare, ut etiam medici eſt oſtendere humanum corpus ex quatuor elementis conſtare, & grammatici orationem ex uiginti quatuor elementis. At quam uim unumquodque elementum habeat / ſuperioris opificis eſt oſtendere, uelut uim literarum ad muſicum, & humani corporis principiorum poteſtatem, ad phyſicum atque, naturalium principiorum facultatem ad primum Philoſophum pertinet oſtendere: ob id & Ariſtoteles cum oſtendat materiam formamque rerum naturalium principia eſſe, inquit, materiam quidem ex analogia proportioneue cognoſci, quanquam primus Philoſophus ipſam per cauſas demonſtret. De principio autem formali inquiunt nunquid unum uel multa, & quid quæ ſint diligenter determinare ad primam philoſophiam pertinet. quapropter in illud uſque tempus differatur. Quod uero nobis ſcire ea quæ habent principia contingat, quando eorum principia cognoſcuntur, hoc quidem poſuit & uelut dignitatem attulit. Idcirco utitur coniunctione quæ appellatur ſubcontinuatiua, qua antecedens uelut conceſſum ſumitur. Nam ſi ſcientia eſt per demonſtrationem cognitio, & demonſtratio eſt ſyllogiſmus qui fit ex principijs, profecto conſtat ut ſcientia ſit ea cognitio quæ a principijs proficiſcitur. Rurſus idem inductione atqꝫ communi ſententia opinioneue confirmat inſtitutionis & ſolatij cauſa, quippe qui inquit: { Tunc enim unumquodque cognoſcere putamus, cum cauſas cognoſcimus primas, & principia prima, & uſque ad elementa } ſed concluſionem non intulit hanc ſcilicet / igitur res naturales nobis ſcire contingit ex perceptione illarum principiorum. ſed quæ ſequuntur concluſionem ſubiunxit. Nam inquit { oportet & ea quæ ad principia naturalis ſcientiæ attinent, primum determinare } in quibus uerbis comprehendit etiam concluſionem. Veruntamen Eudemus principio ſuarum commentationum de naturalibus rebus rationem ſuperiorem induxit, & cum oſtendat conducibilius eſſe ſingularia ſcire ad obeundas actiones, & non ignorare communia ad habendam rerum contemplationem inquit. Hoc communiſſimum eſſe uidetur, ut prius uerſemur circa ſcientiam principiorum, nam unaquæque fere ſcientia quibuſdam principijs potitur, quæ autem cum ſic ſe habeant, neceſſarium eſt tractanti de rebus naturalibus primo conſiderare principia, & mens atque ratio, uniuerſa eorum quæ dicuntur talis eſt. Sed inquiſitione dignum eſt, quid nomine principij, cauſæ, & elementi intelligat. Etenim Alexander inquit hæc inuicem differre, eo quod principium quidem dicitur ipſum proprie efficiens, unde eſt principium motus. cauſa uero dicitur id cuius gratia, & forma, quippe in his quæ natura ſunt forma & id cuius gratia. Elementum autem eſt id quod ineſt, ac rei intimum eſt, ceu materia. Videtur tamen Alexander ſequi Eudemum dicentem, quod cum cauſa quatuor modis dicatur, elementum ſane de materia dicitur, quippe elementa intrinſeca inesseqꝫ uideantur, ceu dearticulationi & idiomati literę, hoc etiam modo ars fertur eē cauſa diuturnitatis operum. Item cā dicitur & illa, unde motus, et eandē dicimus eē principiū. Vnde conuicij iurgijue principium odiū & contentio dici ſolet, principium igitur & elementum hoc mō cās aiunt. Id uero qđ cuius grā

14-5. K. 13

uocatur non recipit rationem elementi, quippe rei effectæ non ineſt, ceu ſanitas deambulationi non ineſt, neq; principium ambulandi ſanitas eſſe fertur, ſed magis cauſa, ipſum uero cuius gratia & forma uidentur eſſe germana propinquaque propter quam maxime cauſæ ſimile eſt id cuius gratia. Talia & Eudemus dixit. Verum mirum eſt ſi forma rei effectæ non inſit, niſi formam uniuerſalem inquiant. Atqui Porphyrius uno quidem modo principium dicit, unde primus motus ſit, tale uero appellatur principium a quo uelut itineris uiæq; initium, ſic etiam nauis carina principiũ eſt, & domus fundamenta, huic uero ſignificatio opponitur terminus, extremum, finiſue. Alio autem modo principium a quo dicitur, ut natura eſt naturalium rerum initium, & ars artificialium. Item id cuius gratia principium dicitur ceu certaminis pugnæque uictoria alio quoque modo principium fertur ex quo primo cum inſit aliquid fit, ut domus lapides & ligna principium dicuntur uelut materia, principium autem dicitur & forma, figura & omnino ſpecies. Verum Ariſtoteles intuens ſpectanſque eam duntaxat formam quæ in materia eſt eandem dixit eſſe principium. Plato autem præter hanc formam ſeparatam animo meditatus & cogitans, exemplar principium adiunxit, quatuor igitur modis ſecundum Ariſtotelem principium ſumitur, uel enim id ex quo, ceu materia, uel per quod ut forma, uel a quo, ceu efficiens, uel propter quod uelut finis, ſecundum uero Platonem adiũgitur id ad quod, ceu exemplar, & id per quod ut organicum & inſtrumentale. Quot uero modis principium dicitur totidem & cauſa fertur. Equidem utraq; ſunt ſubiecto idem, cogitatione uero ac conſideratione differunt. Nam principium inquit Porphyrius conſideratur & intelligitur, quatenus præcedit, cauſa autem quatenus efficit aliquid & perficit illud poſt ſeipſam, cum cauſa ſit poteſtate principium & principale & principium ſit potentia ipſum finale ſeu finis propter quod principij cogitatio præcedit cogitationem cauſæ. Cum ergo tot modis dicatur principium & cauſa, non ſingula in ſingulis modis promiſcue confuſeque habentur, ſed alia quidem ſunt ortus generationiſue principia, ceu materia atque forma, aut efficiens & patiens uel unum aliquid elementorum, uel unumquodque naturalium principiorum, quæ ueteres ſpectabant alia uero cognitionis principia ſunt, ut immediatæ ac indemonſtrabiles propoſitiones. Item alia ſubſtantię principia, ceu dixere Pythagorei finitum & infinitum, uel par & impar eſſe principia, actionis denique principium eſt finis uel principium. His ergo a nobis enarratis ad Alexandrum & ante ipſum ad Eudemum dicendum eſt quod id cuius gratia cum ſit finis, & prorſus principium erit, & magis proprie principium quam efficiens, & maxime ſecundum eos qui aiunt immobilem & primam cauſam eſſe omnium finem, ſed non efficiens, quam & principium cunctarum rerum eſſe confitentur, ſiquidem affirment ipſam eſſe, omnium maxime primum, Item quomodo aiunt ſolam materiam eſſe elementum, ſiquidem putent compoſitum conſtare forma & materia. Nam & ſi forma finis rationem ſubit, magis tamen elementi ratione participat. Præterea contra Porphyrium, quoniam primo ex his quæ quidem & ipſe diſtinguebat non æque cauſa & principium dicuntur, ſed omnis cauſa principium eſt, principium autem rei, ceu uiæ actioniſque principium cauſa minime diceretur. Secundo autem quod non prius animo concipitur principium quam cauſa, ſiquidem cauſa neceſſario præcedit effectum, principium autem ſiue ut pars præcedens, ſiue ut elementum acciperetur ſimul unaque eſt cum effectu, atque ea re quæ abſoluitur & perficitur. Ni forſitan igitur Ariſtoteles principium uelut commune accipiens ipſum diuiſit in proprias cauſas, ceu in cauſam efficientem & finalem, & in concauſas a quibuſdam hoc modo appellatas, qualia ſunt ele-
» menta, ob id ſic procedens cum inquit. { cauſas cognoſce-
» mus primas & principia prima } propterea quod propriẹ & primo dictæ cauſæ hæ ſunt quæ primo atque proprie ſunt

principia { dicit & uſque ad elementa. } ideſt uſque ad ex- »
tremas cauſas & principia dicta. Dixit igitur quarum ſunt principia, uel ut cauſæ, uel ut elementa, potuit autem dicere primas cauſas, & principia prima quod cauſarum aliæ ſunt unicuique proximæ & propinquæ, aliæ uero primæ, & qui cognouerit propinquas, & primas ignorauerit, is propinquas neque proprie ſciuit, ſiquidem ignoret illorum cauſas primas, tunc ergo ſcientia haberi poteſt, quando omnia principia, cunctaſque cauſas cognouerimus ſcilicet primas & proximas quæ ſane elementa ſunt. Cum autem & primorum principiorum alia ſint unicuique ſcientiæ peculiaria propriaque, ceu geometriæ ſuæ definitiones proloquia & dignitates. alia autem communia omnibus ſcientijs atque promiſcua, Alexander inquit, hæc communia principia eum cognoſcere oportere qui ſciens euaſurus eſt more Platonico hoc dicens atque ſentiens. Nam Plato eas ſcientias quæ ex ſuppoſitione aliquid concludunt non uult proprie ſcientias appellari. Veruntamen uidetur Ariſtoteles nunc dicere de principijs ſcientiæ naturalis, cum dicit, & ea quæ ad principia naturalis ſcientiæ attinent enitendum eſſe prius determinare, quæ etiam determinat in præſenti tractatione & propoſito opere, ſed non communia quæ a primo Philoſopho proponuntur. Cæterum ad uerba cognitio & ſcientia ſeu cognoſcere & ſcire non geminatis uocabulis idem ſignificare dicuntur, ut & notauit Alexander qui dixit, hæc nomina ex geminatione dicta ſolum habere differentiam in qualitate rei, & ob id unum eorum dictu pro cunctis ſatis eſſe, ac ſupplere poteſt, ſed cognitio & ſcientia ſeu cognoſcere & ſcire ſimul non poſſunt eſſe idem neque ſignificare quod ſola cognitio, uel ſolum ſcire ſignificat. Nam ea etiam cognoſcimus quæ ſenſus, opinioniſque ope & immediatas propoſitiones comprehendimus, quorum nihil ſcimus per demonſtrationem, quod idem dictu eſt non ſcire per ſcientiam. Hæc igitur pulchre dixit. At quomodo hic utraque nomina appoſita ſint nihil amplius ad extricandam explicandamque dubitationem adiecit. Proinde uidetur præpoſuiſſe cognitionem ſcientiæ, cum cognitio ſit eius genus perinde atque dicat cognoſcere per ſcientiam uel ſcientifice. Similiter autem hoc dictu eſt ſi quis dixerit aliquid, & hoc modo oratio uelut enunciatio uera uel falſa eſt. Etenim oratio eſt genus enunciationis, ſic cognitio idem dictu eſt cognitio ſcientiæ. Quod autem Ariſtoteles non ignorauerit cognitionem dici, & de perceptione quæ ſenſuum ope capitur, indicauit præfatio procemiumque metaphyſices, ubi inquit, Omnes homines natura cognoſcere deſiderant, huius autem deſiderij indicium eſt ipſa ſenſuum dilectio. Niſi forte Ariſtoteles cognitionem proprie accipiens, duxit ipſam eandem eſſe cum ſciẽtia. Etenim Plato inquit mathematicos non cognoſcere ſua principia, & tamen conſtat ipſos ſcientifice ſcire, perinde ac proprie cognitio ſit ſcientialis. Nam inquit. cui principium qui neſcit, media autem & extrema, ex quibus etiam ignorat quomodo eſt ipſum cognoſcere, quam ſcientiam appellat. Item plane opinionem aliam eſſe præter cognitionem aſſerit, quandoquidem dicat, quid nobis ſi indignaretur ſuccenſeretque is quem dicimus opinari & non cognoſcere. Similiter opinabile ſeiungit a cognoſcibile dicens, fateremur etiam ſi quid tale appareret opinabile dici oportere, ſed non cognoſcibile. Ariſtoteles autem perſpicuo non accepit notionem communem quæ dictu eſt ipſa cognitio, ſed ſcientialem, unde induxit ſubiunxitque. Tunc enim, inquit, unamquanque rem cognoſcere putamus cum cauſas cognouerimus primas & principia prima, tanquam dicat cognitionem illam quę habetur ex principijs quæ ſcientifica eſt. Quod uero aliud ſit opinari & aliud ſcire Socrates in Theætetio demonſtrauit cum opinio uera falſaque eſſe poſſit, ſcientia autem ſolum uera. Vnde & Alexander in præſentia uſus eſt eadem demonſtratione, Cæterum quonam pacto dicens

cum circa omnes doctrinas cognitio fiat atque ſcientia, adiecit quarum ſunt principia, uel cauſæ, uel elementa. Porro tanquam peculiare cunctis cognitionibus ſcientialibus illud addidit, quippe ſcientia ſit ſyllogiſmus demonſtratiuus qui ex principijs prorſus conſtat immediatis ſcilicet propoſitionibus. Sed ſi hoc cum immediatas propoſitiones ſine demonſtratione ſciamus, ne in infinitum proficiſcamur, & principia rerum naturalium ſine demonſtratione ſciemus, quanquam enitetur periclitabiturq; ipſa per ſyllogiſmos demonſtratiuos tradere. Alexander igitur inquit cum differant principium & elementum, quippe elementum ſit ipſa materia, & non omnes ſcientię ſpectant materiam uelut mathematicæ, dictum Philoſophi erit declarationis cauſa poſitum, tanquam omnium ſcientiarũ aliæ ſint quæ principia, cauſas & elementa obtinent, quædam uero non hæc omnia, ſed aliquid horum, ceu ſunt quæcunque tractant de his quæ ortus expertia ſunt, & non uerſantur circa materiam in quibus non eſt id cuius gratia uocant, de quarum numero potiſſimum geometria eſſe uidetur. Nam in his quæ non ſunt ortui ſubdita generabiliaue principium non inuenitur neq; materia in his quæ ab ipſa immunia alienaq; ſunt. Hæc uero cum ſuis Alexander explicat uerbis ſcire oportet, quonam pacto materia ſola elementum ſit, & ea ſola elemẽtis cõſtant quæ materialia ſunt. Etenim literas elementa orationis appellamus, & a Philoſophis tractatum eſt de elementis orationis. Item ſi elẽtum eſt id ex quo primo cum inſit aliquid ſit & in quod poſtremo diſſoluitur, ſed ſit, ex materia et forma cõpoſitum, patet etiam quod forma ſit compoſiti elementum. Præterea quomodo mathematicæ ſcientiæ non habent materiam/numeros/internalla/& ſonos quorum ſpecies & formas cõſiderant. Item dubitatione magis dignum eſt quõo in geometria non ſit id quod cuius gratia uocatur. Etenim ipſam ſm ſe ipſam nãciſci ſtudemus, ut uitę quippiam conferat, quæ etiam tradit principia arti mechanicæ. Accedit quoq; cum ipſa admodum conferat aſtronomiæ ut aſſueſcamus ſubſtantijs incorporeis. Si autem quiſpiam obiecerit ea de cauſa ipſam nullum finem ſibi decernere atq; habere, quoniam circa rerum contemplationem uerſatur & minime circa ea quæ aguntur, profecto & ipſa naturalis ſcientia non habebit ſcopum & finem, immo & omnis naturalis contemplatio, ſeu ſpectatiua & contemplatiua philoſophia, cuius finis eſt ad ſummi primiq; boni contemplationem acceſſus, & hominem pro uiribus ingenij deum efficere, ceu ipſe Ariſto. in. 10. li. de moribus ad Nicomachũ tradit. Item Alexander inquit poteſt, nunc Ariſto. principiorum cognitionem dicere ſcientiam communius, quorum non ſunt principia & contra illam diuidere ſcientiam ex principijs, ſed quod non communius ſcientia dicatur eo conſtat quod ſubiũgit adducitq; hoc modo cognitio atq; ſcientia. Item poteſt uelut peculiare cunctis cognitionibus ſcientialibus hoc dici ſcilicet quarum ſunt principia, uel cauſæ uel elementa. Nam cum ſcientia ſit ſyllogiſmus demonſtratiuus, ex principijs, prorſus eſt quæ immediatæ propoſitiones ſunt. Sed ſi hoc datur cum propoſitiones immediatas ſine demonſtratione ſciamus ne in infinitum abeamus, & principia rerum naturalium ſine demõſtratione ſciemus, atqui periclitaturus eſt ea afferre per ſyllogiſmos demonſtratiuos. Niſi igitur acquieſcendum credendumque eſt Ariſtotelis qui dicit diligenter cognitionem ſcientialem fieri uerſarique non circa omnia ea quæ ſunt, neque circa omnes cognitiones, ſed circa omnes doctrinas & methodos. Nam ſi methodus eſt (ut inquit Alexander) omnis habitus ſpectatiuus contemplatiuuſue eorum quæ ad ipſum attinet cum ratione ideſt cum cauſa, hoc eſt proceſſus ad cognoſcibile cum quadam uia recte riteque ordinata, patet equidem ut methodus non ſit principiorum cognitio, ſed ſcientialis notitia, quæ fit a principijs cauſiſque rei cognoſcendæ, quarum ſcilicet rerum cognoſcendarum ſunt principia, uel ut cauſæ, uel ut elementa, ceu & naturalium, dixit uero quod has res nobis ſcire contingit ex perceptione principiorum illarum, quoniam ſcientia eſt ex principijs cognitio.

Innata autem eſt ex notioribus nobis via, Tex. 2.
& manifeſtioribus, ad manifeſtiora naturæ, &
notiora. non enim ſunt eadem, & nobis nota, & ſimpliciter. Quapropter neceſſe eſt ad
hunc modum procedere ex immanifeſtioribus
naturæ quidem, nobis autem manifeſtioribus
ad manifeſtiora naturæ & notiora. Sunt autem primum nobis dilucida ac manifeſta, con Tex. 3.
fuſa magis. poſterius autem, ex his nota fiunt
elementa & principia, his qui diuidunt ipſa.
Quapropter, ex vniuerſalibus ad ſingularia Tex. 4.
procedere oportet. Totum enim ſecundum
ſenſum notius eſt. vniuerſale autem, totum
quoddam eſt. multa enim comprehendit vt
partes, vniuerſale. Patiuntur autem, hoc idem
quodammodo & nomina ad rationem. totum Tex. 5.
enim quoddam, & indiſtincte ſignificant, vt
circulus. diffinitio autem ipſius, diuidit in ſingula. Ac pueri, primum quidem omnes viros, patres appellant, & matres, fœminas: poſterius autem, determinant horum vtrunque.

Cum oſtenderit ei neceſſe eſſe qui res naturales ſciturus eſt, Com. 2.
principia illarum conſiderare, poſtea tranſiens ad doctrinam de principijs modum habendi ipſam prius determinat & affert. Etenim quęritur num de principijs aliquid omnino ſcire poſſimus. Nam ſi omnis doctrina diſciplinaque intellectualis ſit ex principijs, & principiorum principia ſumere impoſſibile eſt, alioquin foret diſciplina infinita. Ipſe igitur nobis exhibet atque exponit modum cognitionis principiorum. Sed ad hoc oſtendendum paulo altius ſumendum eſt exordiũ cum omne quod cognoſcitur, uel ex ſe fide dignum & cognitionis origo initiumque eſt, propterea quod a cunctis conceditur quem in modum ſe habent diffinitiones, & ipſę propoſitiones quę immediatę appellantur, uel ex pręexiſtenti quadam definitionum terminorumue & immediatarum, propoſitionũ cognitione ſit, ceu ſe habent ea omnia quę per ſyllogiſmum & demonſtrationem cognoſcuntur, & conſtat principia compoſitorum non eſſe ex ſe fide digna, quod patet ex differente uariaque Philoſophorum ſententia & opinione, quorum quiſq; pro uirili ſua alia ſtatuit principia, ceu paulo poſt intelligemus. Cum autem ſint demonſtrabilia ea demonſtrare per quędam notiora neceſſe eſt. Nam omnis doctrina, & omnis diſciplina Intellectiua ideſt quæ non ope ſenſus, neq; mentis ſolo intuitu ſit, ſed ratiocinalis & demonſtratiua ex præexiſtente ſit cognitione, ceu in libro de poſteriori reſolutione didicimus. Verum notiora uel ut principia, & cauſæ eorum quæ demonſtrantur accipiuntur, quod ſane ſit in proprijs demonſtrationibus, quippe quæ ex principijs & cauſis rei conſtituantur & fiant, ceu cum uniuerſum pulchrum eſſe eo quod eius opifex bonus eſt aut animum immortalem quod ſeipſum mouet ratiocinamur & ſyllogiſmo probamus, uel ut ea quæ conſequuntur ex neceſſitate demonſtrandas res, & ob id quia ſeſe inferunt, ac uiciſſim unum per alterum probatur, ſic accipiuntur notiora, ceu quando deum bonum demonſtramus eo quod uniuerſum pulchrum, atque ordinatum eſt, quod ſane nobis promptius ex prolatiuſque eſt quoad ſenſum, ſimiliter & animum ſeipſum ciere oſtendimus ex eo quod corpora animata intrinſecus mouentur, & hic ſyllogiſmi modus potius a ſigno coniecturaque eſt, ſed non demonſtratiuus, & ea quæ aſſumuntur ad talem fidem faciundam non ſunt rei demonſtrandę principia. Nam ipſam magis ſequuntur q̃ pcedunt. Sed huiuſce demon-

ſtrationis principia, propterea quod notiora et dilucidiora ſunt & ab ipſis ſit fides rei demonſtrandæ, neceſſe eſt igitur rerum naturalium principia, quæ uelut cauſæ dicuntur, prorſus ex quibuſdam notioribus oſtendere, & licet aliquando ex primis naturæ, atque ex his quæ habent rationem cauſarum oſtendantur, tamen id non decet Philoſophum facere. Nam noſcere cauſas propriorum principiorum excedit eius facultatem ac metrum, ſed ea ſublimioris excellentioriſq; ſcientiæ primæ uidelicet philoſophiæ munus eſt. Nam ipſa aliarum ſcientiarū principia demonſtrat, quæ uelut cauſas accipit utens principijs ſuis quæ per ſe fide digna ſunt. Vnde fieri poteſt ut aliquo modo ex his quæ conſequuntur principia atque ex eiſdem compoſitis, licet ab his non uelut à cauſis, ſed uelut à notioribus ratiocinari ac ſyllogiſmo probare principia, & ea quæ de principijs agere oportet, quæ quis hoc modo probauerit eadem non ſciet, ſed dūtaxat cognoſcet. Iccirco non dixit ſcientifice cognoſci principia, ſed ex perceptione ipſorum, propterea quod ab his quæ conſequuntur ipſa eorum cognitio prodit & gignitur. Quæ autem principaliora & elementaria principia conſequuntur ſunt compoſita ex eis, & totum uniuerſumque ſuas partes conſequitur, & ſunt nobis longe notiora compoſita & confuſa quam componentia eorum & ſimplicia. Equidem propterea quod compoſita ſenſu percipimus & multi eandem cognitionem exploratiorem exquiſitioremq; ac ſere in manibus habent, ſimplicia uero mente comprehendi apta ſunt. Etenim animal unumquodque & plantam mox breuique cognoſcimus, quoniam hic homo, hic equus, hęc ficus, uel uitia comprehenditur & uidetur. Verūtamen quia hæc quatuor elementis conſtant, modo non erit omnino hæc exacte ſcire. Item quonam pacto ſe habeant elementa quæ animal efficiunt, & hoc animal, & quonam pacto plantam, & hanc plantam ſolum erit de his quæ in extrema philoſophiæ uoluminibus tractātur & dicūtur. Cęterum cōmunia & ea uniuerſaliter quæ totalem & euidētiorem cognitionem habēt ſunt nobis notiora quam ſingularia. Nam ſi quis eminus per aliq̄ intercapedinem aliquem aduenientem intueretur, illum facilius cognoſceret quod animal ſit quam homo, & ita quod homo magis quam Socrates. Simile autem eſt uniuerſale ipſi toti, quatenus habet confuſam compoſitionem conſtitutionemque multorum componentium ipſum, ceu ſunt partes in toto. Etenim in animali differentia animalis indifferens eſt ſpeciebus, uniuerſale igitur ut compoſitum & confuſum notius nobis eſt, & uelut quo ad noſtram cognitionem primum, ſicut etiam eſt naturæ poſterius, ſiquidem fiat poſt ſingularia. Nam naturæ dilucidiora & notiora ſunt ſimpliciora, uelut ſincera & immixta. Ideo & dialectica ſcientia ipſum ſingulare quid ſit in ſpeciebus ſimplicibus conſiderare ac ſpectare cōſueuit. quæ eundem cum natura rerum habet proceſſum, ſecūdum quam notiora & dilucidiora ſunt compoſitioribus ipſa ſimplicia, & ſincera ipſis confuſis. Quod uero confuſum & indifferens indiſtinctumq; nobis notius ſit, ceu totum eſſe uidetur fidem facit cum unumquodque nomen uelut totum aliqd & nominis definitionem uelut dearticulationē partium & elementorum nominis accipit. Nam cōſtat ut nominis cognitio multia prompta exploratāq; ſit. At definitio minime. uerbigrā hæc diffinitio eſſe figuram planam quæ una contineatur linea ad quam uelut ad circūferentiam complexumq; circuli omnes lineæ à centro incidentes porrectę ſunt inter ſe æquales, nō amplius cunctis explorata & expedita eſt quæ circuli ſingula tradit, & partes eius, & elementa explicat. Sed hoc exemplum proprie ſe habet tanquam ad compoſitum & totum. Nam omnes partes & elementa diffinitionis congregantur ſimulq; accipiuntur & confunduntur in nomine, uelut in una uniuerſitate, ſed non conuenit uniuerſali, quippe uniuerſale unicuiq; componentium ipſum conueniat & competat. Nam homo & equus animal eſt. At nomen licet cōueniat compleatq; cunctis ſimul acceptis definitionis partibus, attamen unicuiq; diuiſim, non competit, quippe figura non ſit circulus, neq; una linea contenta neq; aliquid unum definitionis, uel plura eorum quæ accipiuntur in definitione niſi omnia ſimul. Quocirca ſecundum induxit exemplum, quod ſpectandum eſt in ea prima ſeḃiori ętate. Nam fatui ignariq; pueri totalem & confuſam adhuc retinentes cognitionem omnes homines patres & mulieres matres appellant, ſed ſucceſſu temporis diſtinguunt ipſum totum in particulare proprium, & ita exactam ſuorum parentum notitiam capiunt. Quare & nos quouſque totalem confuſamque ſenſuum cognitionem ſequimur, haud ſecus quam fatui pueri res cognoſcimus qui temere omnes homines occurrentes patres uocant, quando autem a confuſis ad ſincera & pura atque a compoſitis ad ſimplicia elementariaque principia proficiſcimur, tunc prope ſcientiam accedimus ea non modo quæ ſenſu percipiuntur, ſed etiam mente & ratione, atque non ſolum compoſitos effectus, ſed etiam horum elementarias cauſas cognoſcentes. Alexander autem inquit Ariſtoteles potuiſſe nunc dicere quædam uniuerſalia ipſas dignitates, quibus utimur ad omnia quæ demonſtrantur eo quod manifeſta ſunt, & nulli eorum quæ demonſtrantur per ipſas ſunt propriæ quales ſunt de omni re affirmatio uel negatio, & ſi ab æqualibus æqualia demantur quæ remanent æqualia ſunt. Hæc enim eo quod multis ſunt utilia, uniuerſalia appellantur, & unumquodque quod demonſtratur ab ipſis continetur. Vniuerſa igitur eorum quæ dicta ſunt in præfatione ſententia totuſque ordo hic eſt. Poſtremo in his ſcire dignum eſt primum quidem quod exemplum in his quæ præpoſuimus de toto & compoſito proprium eſt, ſed de uniuerſali minime. Non enim uniuerſale conſtat ſingularibus uelut elementis, quemadmodum totum & compoſitum, quippe de nullo elemento compoſitum prædicetur, quemadmodum de ſingularibus uniuerſale. Secundo animaduerſione dignum quod duplex eſt totius uniuerſaliſque cognitio, quemadmodum & nominis eſt, alia eſt totalis & confuſa quæ tenui cogitatione rei cognoſcendę comprehenditur, & craſſior hebetior confuſiorque eſt cognitione / quæ per deffinitionem capitur. Alia eſt contracta unita & particularia complectens, quæ intellectualis & ſimplex eſt, illa uero magis phantaſtica & nō unita & contracta. Item totalis cognitio multis uſui uenit, alia uero auditoribus accommodatur. Etenim multi uniuerſale quoddam commune eſſe in particularibus conſtitutum intelligunt qui auferendo ab eodem quandam tenuem proprietatem accipiunt quam cæteris manifeſtiorem dilucidioremue aſſentiunt eo quod continet communitatem diuerſorum, alij uero uniuerſale aſſerunt eſſe ipſorum particularium collectionem & ipſam per omnia particularia diſtributionem atque communitatem diuerſa contrahentem & continentem ope intellectus colligunt, quod ſi quis forte fortuna hominis nomen audiuerit, is admodum in totalem phantaſiam ſeſe fert ac exhibet. Philoſophus autem definitionem in una ſimplicitate contrahit, & colligit, ut cum multitudinem definitionis unitam intelleximus, atque multitudinem & unum ſimul accipiamus quod ſane Socrates in Theęteto proprium eſſe ſcientiæ ſtatuit. Et cum cognitionum alia ſit per definitionem, alia uero per elementa, inter utranque media eſt quæ intellectiua potiuſquam opinatrix dicitur etiam inferiori deteriorique certitudine antecedit, & a ſuperiori meliorique deficit ſecundum diuiſum & eſt magis utilis, hoc etiam modo communium cognitio ſe habet, totalis aut uniuerſalis cognitio pręcurrit præitque diſtinctam diuerſorum cognitionem. certa uero ac diſtincta aduenit contrahens & colligens multa diuerſa in unam communitatem atque uniuerſitatem. Cum igitur Ariſtoteles communiū uniuerſaliumq; cognitionē aſſerit primā eſſe quo ad nos, & poſteriorē naturæ eam uniuerſalem cognitionem indicare uult, quę in quadā tenui ablatione cuiuſdam uniuerſitatis a particularibus uerſatur, quæ neq; per ſe ſubſiſtit. Quartum prætereà inquiſitione dignum eſt quonam pacto Ariſtoteles dicat cōmunia eſſe notiora quo ad nos, ignotiora uero naturæ. Nam ſi naturæ ignotiora fuerint,

igitur & remotiora poſterioraque eidem erunt. Atqui communia ſic ſe habent ut ipſis ſublatis ſua inferiora auferantur, ſed ſublatis inferioribus ipſa non tollantur, quibus ſane deſignare ſolemus ea quæ ſunt priora naturæ, & Alexander Aphrodiſieus fatetur commune & uniuerſale natura prius eē illo qđ eſt ſub eodem, ceu animal hoīe, quo qdē ſublato homo demit de medio, ſed non homine ſublato tollitur aboleturq; animal. Verum hæc Alexander conciſim & leuiter dicit, quoniam cū dicit uniuerſale eſſe primum naturæ, nequaquam inducit & affert illud quod eſt proprie primum, quoniam neq; ſubſtātia. Et ob id cognitio communium poſterior eſt cognitione propriorum, ſiquidem prima in unoquoq; propriam naturam ſignificent. At uero quiſpiam admiraretur quonam pacto natura primum non ſit proprie primum. Niſi igitur ut uniuerſi & compoſiti elementa, & partes natura priora eſſe, & prima quo ad nos compoſita uelut confuſa & ſenſu accepta Ariſto. dicit, ita & communia poſterius genita & per ablationem facta accipit, quibus quidem ſublatis non proprie tolluntur particularia, modo ipſa communia accipiantur ut proprietates tenues per ablationem factę, ſed non uelut continentes particularia. Verum ad hoc ſi quis reſpondere magis uere ac ueriſimilibus poteſt ipſe reſpondeat. Cæterum cum inquiat oportere a communibus compoſitisq; & nobis prioribus ad principia rerum naturalium recurrere atq; proficiſci, quæſtione dignum eſt quænam ſint hæc communia, & quænam ſint naturæ priora, quæ etiam rerum naturalium principia uocantur. Alexander igitur inquit Ariſtotelē primum oſtenſurum, fore plura eſſe principia, atq; non eſſe infinita, neq; unum. Deinde indicabit oportere contrarietatem in ipſis eſſe & contrarietati aliquid ſubijci, a quibus igitur communibus ſeriatim procedens demonſtrabit, & quæ ſint ipſa principia, quippe qui fieri poteſt, ut alicui ea nota ſint, cui tamen nōdum perſpectum eſt q̄ ſint. Sed ſcire dignum eſt, quoniam ſi hæc ſcilicet num unum uel plura ſint principia. Item ſi contrarietatem habeant, uel non, atq; num ipſis ſubijciatur aliquid de ipſis principijs dicta ſunt, & de compoſitis ex eis, quonam pacto is modus nos ducit a compoſitis ad principiorum cognitionem. Reſpondet Alexander Ariſto. nunc dicere quaſdam uniuerſales dignitates de quibus prius diximus, quibus modo Ariſto utitur. Nam hæc neceſſe eſt unum eſſe principiū, uel plura æquiualet huic num unum ſit principium an non, quę huic dignitati ſcilicet de quacūq; re oportet affirmationem uel negationem prædicari ſubiecta eſt. At neq; hæc ſunt illa communia de quibus dicit Ariſto. quippe compoſita ſint ex principijs naturalibus, quod quidem poſtulat & petit, atq; innuit inſtitutum & ſentētia Ariſtotelis. immo & hæc ipſa circa principia contemplamur ſcilicet num unum principium, uel nō unum. Vnde oportet etiam a compoſitis & notioribus nobis cognoſci ſi unum ſit principium an plura, & ſi ſint contraria an non, & quæ ſint ipſa, igitur nūquā erit melius quam ex naturalibus rebus quæ ſunt ſenſui claræ & per ſe notæ principia naturalia inuenire, quemadmodum & Ariſtoteli uidetur, qui ex differentia eorum quæ ſunt, oſtendit non eſſe unum principium, ut deinceps percepturi ſumus. Nam ſi eſt in his quæ ſunt, inquit, ſubſtantia quantitas & qualitas, & hæc, ſiue ſeparata inuicem, ſiue non multa ſunt quæ ſunt, ſed diligenter & exacte hæc paulopoſt addiſcemus & intelligimus. Quod autem non ſint immobilia principia ex euidenti motu rerum naturalium oſtenditur. Inquit autem, ſubijciatur nobis quæ ſunt natura, uel omnia, uel aliqua mota eſſe, hoc uero conſtat ex inductione. Quod deinde principia ſint contraria ex communi fere uoce & conſenſu Philoſophorum accipit. Item quod forma & priuatio & ſubiectū aliquod ſint ex ea mutatione quæ in rebus naturalibus eſt, oſtenditur. Nam ſi mutatio non ex quouis in quoduis eſt, ſed ex immuſico muſicum fit, & prorſus ex non tali, ex quo tamen aptum eſt fieri mutatio fit, & cum omnem mutationem fieri circa aliquod ſubiectum manens neceſſe ſit, patet ut etiam hęc contraria priuatio & forma ſint, circa aliquod in formæ ſubiectum. Prorſus igitur ut ſummatim dicamus a ſenſibus ſenſibilibusq; de naturalibus principijs ueritatē aucupari traherę q; licet, & Theophraſti dictis fidem adhibere, qui de hoc cum in primo naturalium ſuorum libro inquirat, hæc ſcripſit. Poſteaquam nec ſine motu de uno dicendum eſt, quippe cuncta naturalia in motu uerſentur, neq; de his quæ circa medium fiunt ſine alteratione & paſſione tractari queunt. Vnde in his atq; de his dicentes non poſſumus ſenſum miſſum facere ac prætermittere, ſed ab eodem exordium ſumentes periclitandum enitendumq; eſt contemplari, uel accipientes euidentia per ſe, uel ab his, ſi quędam igitur propriora & priora ſunt horum principia, ex mo etiam optimum eſſe hunc modum ſcilicet a notionibus nobis ad principia proficiſci. ſed iam ad cætera procedamus.

Neceſſe eſt autem, aut vnum eſſe principium aut plura. et ſi vnum, aut immobile vt dicūt Parmenides ac Meliſſus. Tex. 6.

Com. 5.

Conſequens quidem erat primum quærere num prorſus ſint principia rerum naturalium & tunc merito poſſemus quęnam ſint, & quod indagare. Nam is eſt ordo quæſtionum, ut nobis Ariſto. in libro de demonſtratione tradidit. Verum an principia naturalia ſint ad naturalem contemplari non attinere aiunt, ſed ſuperioris ſcientiæ. Nam naturalis hoc utitur uelut dato, iccirco & in procemio ſtatim uelut ponens ſtatuenſq; principia naturalia dixit, quorum ſunt principia, uel cauſæ, uel elementa oportet eum hæc cognoſcere qui de ipſis rebus naturalibus ſcientiam adepturus eſt. Item dicit & ea quę ad principia naturalis ſcientiæ attinent enitendum eſt prius determinare. Verum hæc interpretes Ariſtotelis aiunt, ſed ſcitu dignū eſt nunquā quot & quæ ſint principia indagare, & uniuerſum de principijs ſermonem quo ad hanc rationem ad excellentiorem ſcientiam attinere. Item haud quaquam naturali neceſſe eſt ſcire quod corpora ſint, & omne corpus compoſitum eſſe, atque omne compoſitum habere principia quibus conſtet ut etiam Theophraſtus oſtendit. Itaq; forte dicendum eſt accuratius ac longe melius, quia in omnibus quæſtionibus non quæritur ſi eſt, ſed in quibus illud in dubium reuocatur, neq; ſatis eſt perſpectum, ceu indagare ſolemus num ſit uacuum, non tamen ſi ſit homo. Etenim hoc determinatum eſt in regulis dialectices. Quod uero ſint principia rerum naturalium cuncti fere Philoſophi conſentiunt, & quęnam ſint inquirunt. Etenim cum de eo quod eſt inquirunt, de principio eiuſdem inquirunt fatenturq; ſe indagare. Nam qui aliquid de principijs in philoſophia commentati ſunt, ea uelut eorum quæ ſunt principia indagarunt. Vnde alij confuſe de his tractarunt non diſtinguentes naturalia ab his quæ ſupra naturam ſunt conſtituta. Alij uero diſtinxerunt, ceu Pythagorei, Xenophanes, Parmenides, Empedocles, & Anaxagoras, licet ob obſcuritatem hoc multos latuerit, iccirco & Ariſtoteles eis fere obijcere uidetur cum eorum dicta inuoluta & obſcura ad perſpicuā lucem transferat & opem his ferat qui ſuum philoſophandi genus ſuperficietenus tractarunt. Item cum oſtendit talia & tot eſſe principia ſimul, & ea prorſus demonſtrat eſſe. Cum itaq; ſic ſe habeant principia, & oſtenderit neceſſariam eſſe cognitionem de ipſis, ac tradiderit modum procedendi ad ipſas, conſentaneum eſſe putat non antea de principijs auſicere quicquā niſi prius ueterum opiniones conſiderauerit & tractarit. Vnde accipiens dignitatem diuiſiuam cum dicat, neceſſe eſt unum eſſe principium, uel multa. Nam neceſſe eſt ob dignitatem cō tradictionis unum uel non unum eſſe principium, deinde reliquis diuiſionis ſectionibus ſubijcit opiniones quæ in medium adducendę diſputaodęque ſunt. Nam inquit, uel unum & immobile ut Parmenides & Meliſſus dicere uidetur, uel unum & mobile, ceu phyſici. Si autem plura uel numero finita, uel infinita, & ſiquidē finita, uel duo, uel tria, uel q̄dā alio numero certa ac definita, ſi autem infinita, uel eiuſdem generis

ſunt,uel genere oppoſita. Verum cum que at & eos qui unum ſtatuere principium diuidere ac partiri in eos qui illud unum dicunt eſſe infinitum,atq; in eos qui idipſum ſtatuunt finitum. Item multa in mobilia & in immobilia. Alexander inquit, Ariſto.utriq; parti diuiſionis qd' magis peculiare erat,ſubiecisſe,peculiare nanq; magis eſt uni principio moueri,uel nõ, multis autem infinitum,uel finitum eſſe. Sciendum autem eſt quia cum procedat & accedat ad rationes ad uerſus ipſos,poſtquã Meliſſo & Parmenidi contradixit eos quos phyſicos naturaleſue appellat,patefacturus ita diuiſit, uel aiunt id quod eſt unum eſſe ſcilicet elementum,uel unum & plura, unum quidẽ ſi aliquod trium elementorum fuerit,uel intermedium,unum uero & plura,ceu Anaxagoras,& Empedocles,atq; Democritus eo quod uacuum & inſectilia ſtatuit eſſe principia. Scire autem operępretium,eſt non parum intereſſe inter finitum & infinitum multitudine quod fauet & peculiare eſt his phyſicis qui plura aiunt principia eſſe,& finitum uel infinitum magnitudine,quod ſane in rationibus aduerſus Parmenidem & Meliſſum,atq; contra Anaximandrum Anaximenemq; tractare indagareq; conuenit qui unum elementum infinitum magnitudine principium eſſe ſtatuunt.Item ad diuiſionem confert atq; conuenit ab his qui aiunt unum eſſe,uel plura principia,quærere num illud principium,uel principia mobilia uel immobilia ſint. Proinde & Eudemus inquit.ſi fuerint plura principia, uel mouentur,uel immobilia ſunt,utrum Ariſtote.hanc diuiſionem eo pręteremiſit quod nõ eſt opinio quæ aſſerat multa principia immobilia eſſe. Item diuiſionem unius principij in finitum & in infinitum ob breuitatem nunc uidetur percurrere ac miſſam facere. Porro in rationibus aduerſus Parmenidem & Meliſſum,ut dicebam,& hanc accurate explorat atq; examinat. At forte melius eſt, ut diuiſione perfectiori cunctas opiniones complectentes hunc in modum dicta Ariſto. aggrediamur. Neceſſe eſt igitur principium,uel unum eſſe, uel non unum quod idem dictu eſt uel plura. Et ſi unum uel immobile, uel mobile. Item ſi immobile aut infinitum, ut Meliſſus Samius dicere uidetur,uel finitum,ceu Parmenides Eleates ſentire uidetur,qui de naturali elemento non aiunt,ſed de illo quod uere eſt. Vnum autem principium,ſiue unum quod eſt & uniuerſum omneq;,neq; finitum, neq; infinitum, neq; motum neq; quieſcens. Xenophanem Colophonium, Parmenidis præceptorem ſtatuiſſe, Theophraſtus refert qui dum mentionem de hac opinione facit eius ſententiam potius ad alias enarrationes atq; hiſtorias, quam ad naturalem ſpectare fatetur, Nam hoc unum & uniuerſum omneq; deum eſſe Xenophanes dixit,quem unum eſſe oſtendit eo quod omnium optimus ac imperio præſtantiſſimus eſt. Nam inquit cum multa ſint ea quæ ſunt,ſimiliter neceſſe eſt cunctis rebus imperium atq; optimum principatum ineſſe. Deus autem eſt imperio omnium præſtantiſſimus atq; optimus. Item oſtendit ipſum eſſe ingenitum eo quod genitum ex ſimili,aut ex diſſimili prodire gigniq; oportet, ſed ſimile a ſimili pati nequit, quippe non magis generaret quam generaretur quando ſimile generaret ſimile,neq; ex diſſimili prodiret,alioqui id quod eſt fieret ex eo quod prorſus nõ eſt,& ita ĩgenitum & ſempiternum eſſe id qd' eſt demonſtrauit. Item neq; infinitum,neq; finitum eſſe oſtẽdit,propterea quod infinitum non eſt quoniam/neq; finem,neque medium,neq; principium habet,neq; finitum eſt,quia quę ſeſe mutuo terminant multa ſunt. Similiter infinitum & motum aufert & quietem.Nam quod non eſt expers ſane motus erit,quippe nec alterum in ipſum,nec ipſum ad alterum concedere mutariq; poſſit. At ea quæ mouentur plura ſunt quam unum, quoniam alterum in alterum mutatur. Quod ſi diceretur in eodem manere & non moueri eo argumento, quia nihil quod mouetur ſemper in eodem permanet, ſed alio atque alio ſecedit & proficiſcitur,ipſe inquit ipſum nõ manere quiete oppoſita motui,ſed ea quæ a quiete motuq; diſtincta & ſeiuncta eſt. Nicolaus autem Damaſcenus in ſua de dijs commentatione tradit ipſum Xenophanem aſſeruiſſe principium eſſe infinitum & immobile. Alexander uero cenſuit eundem ſtatuiſſe idem principium finitum & orbiculare. Verum quod ipſum neq; infinitum,neq; finitum oſtendent ex his quæ prius diximus conſtat uerum finitum principium & orbiculare Xenophanem ſtatuiſſe eo coniectura eſt, quod dicit illud undiq; ſibi ſimile,atq; omnia intelligere,cum hæc uerba faciat,procul ab animi labore quatit libratq; omnia mente. Cæterum eorum qui aiunt unum eſſe principium & mobile, quos etiam proprie naturales uocat,alij ipſum finitum eſſe aſſeuerant, ut Thales fuerunt Mileſius & Hippo. qui uidetur fuiſſe eorum unus qui deum eſſe negabant, coiectura eorum quæ ſenſu apparent deducti aquam dixere ac ſtatuere principium. Etenim calor humido ueluti uehiculo,& pabulo uitæ uiuit,& quæ interitura ſunt prius arrida & ſicca euadunt. Item ſemen omniũ genitale humidum eſt. Rurſus omnis cibus,ſiue omne alimentum eſt ſucci & humidi plenum. Vnde ſingula eo ali nutririq; apta ſunt. Cum itaq; aqua ſit naturæ humidæ,& cunctarum rerum prolem atq; coniunctionem prorſus conferat, idcirco ipſam omnium principium eſſe arbitrati ſunt. Præterea terram ſub aqua iacere ſitãq; ac collocatam eſſe tradiderunt, fertur autem Thales fuiſſe primus qui Græcis commentationem hiſtoriamq; de natura edidit ac patefecit. Equidem cum multi & alij ueteres maioreſq; natu eſſent, ceu Theophraſto uidetur ipſe longe ab illis diſſenſit euariauitq; tanquam celauerit cunctos qui ipſum præceſſere. Præterea traditur ipſum nullum monumentum ſcriptum præter illã aſtrologiam quæ naualis ſcilicet diſciplina de ipſis nauibus per maria euehendis ducendiſq; appellatur poſteris reliquiſſe, Hippaſus autem Metapontinus,& Heraclitus Epheſius unum poſuere principium mobile & finitum, quod ignem eſſe affirmarunt, qui etiam cuncta ex igne raritatis & denſitatis ope fieri aiunt.Rurſus omnia in eum reſolui perinde atq; ſit una natura cunctis ſubiecta ſentiunt.Nam inquiunt ex igne uiciſſitudinariam mutationem fieri.Heraclitus uero cuncta ordine quodam ac tẽpore mundi mutationis definito ſecundum fatalem neceſſitatem fieri autumat, unde conſtat eoſdem conſiderantes ſtatuenteſq; uitæ productiuum,& factiuum atq; digeſtiuum,id quoq; quod per ſingula recipitur,ac caliditatis omnium alteratiuum eſt, hanc opinionem habuiſſe,idcirco ſuæ opinioni alludentes non poſuere ipſum principium infinitum. Item ſi elementum minimum eſt,ex quo alia oriuntur,& in quod diſſoluuntur, & ignis omnium aliorum eſt tenuiſſimus atq; ſubtiliſſimus,igitur ignis erit maxime cunctorum elementum. Hi ergo ſunt qui unum elementum finitum & mobile tradiderunt.Sed eorum qui unũ mobile & infinitum dedere principium,unus eſt Anaximander Praxiadæ Mileſius qui cum ſucceſſor Thaletis eſſet & diſcipulus,dixit,eorum quæ ſunt principium elementumq; infinitum eſſe,is quoq; primus hoc principij nomen Gręcis inuexit. Dicit quoq; ipſum neq; aquam eſſe neq; aliud eorum quæ appellantur elementa,ſed quandam alteram naturam infinitam. ex qua omnes cœli & mundi quotquot ab ipſis continentur emanauere atq; facti ſunt. Is etiam ſenſit ex quibus generatio rerum eſſet,in eiſdem quoq; earundem interitum fieri oportere.Nã poeticis uocibus potius hæc dicẽs tradidit uiciſſitudinarios ortus atq; interitus nonnullis atq; ſupplicium pro iniuſtitia ſtatuto tempore dari. Verum patet hunc intuentem mutuam mutationem elementorum inter ſe, merito non putaſſe unum aliquod eorum ſubiectũ ſtatuere, ſed aliquid aliud prętęr hæc. Is præterea non ſentit generationem fieri ex elementi alteratione,ſed ſegregatione contrariorum per motum ſempiternum. Idcirco Ariſtoteles & hunc inter Anaxagoræ ſectatores ordinauit ac poſuit. Anaximenes autem Euriſtrati Mileſius qui Anaximandri ſocius amicuſq; fuit,unam ſane naturam ſubiectam & infinitam (ut ille inquit) licet non ancipitem incertamq; uelut ille,ſed definitam & certam quam aerem dicit. Item tradit res raritate & denſitate ſecundum ſubſtantias differre,ignem quidem rarum fieri,uentum uero denſum,deinde nebulam qua adhuc denſior aqua, & aqua terra,

& terra

& terra lapides atque cætera alia quæ his conſtant. Ia etiam motum ſempiternum eſſe ſtatuit per quem rerum uiciſſitudinem fieri ait. Preterea Diogenes Apolloniates cunctorum qui commentationi ſcholijſq; de natura operam nauauerunt fere nouiſſimus, multa quidem uolia ſcripſit, nonnulla quidem ſecundum Anaxagorę ſententiam, nonnulla uero iuxta opinionem Leucippi, qui etiam uniuerſi naturam aerem eſſe infinitum & ſempiternum dixit, ex cuius quoq; raritate denſitateq; ac ſuarum affectionum mutatione aliorum formam gigni autumat. Hęc autem de Diogene Theophraſtus narrat, & ad me delatum fuerat quoddam eius compendium commentariumq; de natura inſcriptum in quo aerem plane dicit id eſſe e quo cætera alia fiunt. Nicolaus tamen peripateticus narrat traditq; hunc poſuiſſe quoddam medium inter ignem & aerem elementum eſſe, quod cum facile pariatur atq; alteretur in aere mutari cenſuerunt. Iccirco terram ad motum ineptam & ad mutationem ſegniſſimam principium ſtatuere prorſus noluerunt. Q uare hunc in modum hi qui dixere unum eſſe principium, diuiſi ſunt. Supereſt ut etiam eos partiamur qui plura aſſeruerunt principia, alij nanq; finita coniecere principia, alij uero multitudine infinita poſuere, & eorum qui finita autumarunt principia, alij quidem duo, ueluti Parmenides dixit ighem & terram, uel potius lumē & tenebras in libris quos ſcripſit ad opinionē, aut deum & materiam ut Stoici qui deum non uelut elementum, ſed efficiens plane & materiam ut patiens dixere, alii uero, tria ceu Ariſtoteles, qui poſuit materiam & duuo contraria, alii autem quatuor, ut Empedocles Agrigentinus qui paulo poſt Anaxagoram fuit Parmenidis propinquus & ęmulus, atq; Pithagoreorum ſectator. Is autem quatuor corporea elementa aſſeruit eſſe principia ſcilicet ignē, aerem, aquam, & terram quæ multitudine & paucitate ſempiterna ſunt, ſed mutantur ſecundum congregationem & ſegregationem, & proprie principia a quibus mouentur hæc ſtatuit uidelicet amicitiam & odium. Nam oportet cum elementa mouentur uiciſſim effici permanereq;, aliquando ſane ab ipſa amicitia congregata congeſtaq;, aliquando autē odio & altercatione diuulſa & ſeparata, quapropter ſecundum ipſum ſex ſunt principia rerum. Etenim tum uim effectricem amicitiæ & odio affert, cum ſic inquit. Nos interdum amicitia & amore cuncta in unum redigimus, interdum uero cuncta rurſus diuiſim lata & in uaria loca deducta his odiumue habet. Itē tunc odium & amorem quatuor elementis uelut eque elementaria ponit & ſtatuit, quando dicit. Interdum rurſus plus ex uno euerit, ignis, aqua, terra, & ingens aeris altitudo ſine quibus cum fuerit pernicioſum odium unumquodq; æque potens erit, & amicitia in quibuſdam æqualis longitudo & latitudo eſt. Item Plato tres proprie cauſas poſuit efficiens exemplar & finem, tres quoq; concauſas materiam, formam, & inſtrumentum. Verūtamen Thophraſtus cum priua alios recenſuerit inquit Platonem horum ſucceſſorem exiſtimatione & ui illis priorem, licet tempore poſteriorem iunioreq; de philoſophia prima multa tractaſſe cū ad ea & quę ſenſu clara ſunt ſe ſe conuertiſſet hiſtoriam de natura tetigit in qua duo principia uult facere. aliud ſubiectum, ut materiam quod appellat omni capax, aliud uero cauſam & mouens, quod quidem adſcribit, & applicat diuini & boni uirtuti & poteſtati. Atqui Alexander commemorat ipſum dicentem tria principia, materiam, efficiens, & exemplar. attamen plane adiecit cauſam finalem, in quibus inquit. Dicamus igitur ob quam cauſam ille rerum author generationem, & hoc uniuerſum conſtituit. Nam bonus erat. Bonus autem nulla unquam aliqua de re tangitur inuidia. Item materialem formam reor plane dediſſe ac aſſignaſſe in his quibus & formam immaterialem affert cum hæc de utriſq; ſcripſerit, quæ cum ita ſe habeant fateri oportet eſſe formam quæ ſemper eadem ſit ſiue ortu & interitu, quæ neq; in ſe accipiat quicquam aliud aliunde, nec ipſa procedat ad aliud quicquam, ſenſuq; corporis nullo percipiatur, atq; hæc eſt quo ad ſolam mentem pertinet cōſiderare. Sed eſt aliqua poſt hanc quæ cum ipſa non ratione ſed nomine ꝯuenit eiuſq; ſimilitudinem gerit, genita, ſenſibus manifeſta quæ fertur & gignitur ſemper in aliquo loco rurſuſq; inde recedit opinione cum ſenſu comprehendenda. Et paulopoſt tertium principiū ipſam materiam tradidit. Q uidam uero uſq; ad denarium numerum principia redigunt, & ſi elementaria principia ad hanc ſummam non redigant, ceu Pithagorei qui ab unitate uſq; ad denarium numerum omnium principia dixerunt redigenda eſſe uel decem eiuſdem ordinis maneries ſerieſq; principiorum è regione ſtatutas quas uarii uarie deſcripſerunt. Vnde hunc in modum hi qui plura & multitudine finita aſſeruere principia diuiſi ſunt. Sed eorum qui infinita multitudine autumarunt, alii quidem dixerunt ipſa eſſe ſimplicia nec eiuſdē generis, ſed contraria denominata ab eo quod præualet. Nam Anaxagoras Egeſibuli Calazomenius philoſophiæ Anaximenis arridens aſſentienſq; primus opiniones de principiis aggreſſus eſt, & cum eam ſuppleret cauſam quam ille omiſit corporeas res infinitas eſſe affirmauit, quippe qui ſimilaria id eſt ea quæ ſimilares partes habent ceu aquam, ignem, aurum ingenita eſſe & interitu ea nunquam putauerit. uerum ea fieri & diſſolui interireq; dumtaxat congregatione & ſegregatione uidentur, & cum ſingula in ſingulis eſſent unumquodq; ex eo q̄ dominaretur in eo denominatur. Nam illud aurum eē uidebatur in quo plus auri eſſet, quanquam ibi cuncta inſint & maneant, dicit igitur Anaxagoras in omni cuiuſuis uniuerſi totiuſque parte infinita eſſe atq; unumquodq; multorum alicui uno manifeſtiſſime inſunt unumquodq; unum eſſe ac fuiſſe. Et hęc inquit Theophraſtus Anaxagoram conformiter cum Anaximandro dixiſſe. Nam ille fert infiniti ſegregatione quæ natura cognata eſſent ſeſe mutuo recipere, atq; id quod erat in uniuerſo aurum ſegregatione fieri aurum, & quod terra erat terram prodire, ſimiliter & unūquodq; aliorum ceu talia non fierent, ſed cum prius ineſſent, dūtaxat ueniebant in lucem. Item Anaxagoras motus & generationis cauſa ipſam mentē ſtatuit a qua ſeiuncta ſingula mundos & aliorum naturam generarūt & conſtituerunt. Vnde inquit Theophraſtus ſi hunc in modum exponantur dicta Anaxagoræ, certe ipſe uidebitur principia materialia infinita, & motus generationiſq; unā cām mentem ipſam ſtatuiſſe. Si autem aliquis cunctorum mixtionem putauerit unam naturam eſſe quæ ſit forma & magnitudine indefinita, profecto ſi, ut ipſe duo principia ſolum inquiat, naturam ſcilicet infiniti & mentem. Q uare uidetur corporea elementa potius cum Anaximandro conformiter poſuiſſe. Accedit etiam Archelaus Athenienſis cum quo cōmercium Socratem habuiſſe ferunt qui factus Anaxagoræ diſcipulus in commentatione de mundi ortu generationeq; aliquid noui, propriaq; minerua inuentum aliis tradere conatus eſt. Verum eadem dedit principia quæ ſane Anaxagoras autumauit. Hi ergo principia multitudine infinita & diuerſa genere a unt ponentes ipſa ſimilaria eſſe. At quam ob cauſam ſic opinati ſunt Ariſto. paulopoſt dicet. Nam cum ignorarent generationem eſſe propterea quod ei quod fit uel ex eo quod eſt, uel ex eo qđ non eſt neceſſe eſt fieri, & utrunq; fieri non poteſt, ſegregatione & congregatione apparentem generationem & corruptionem tradidere. Leucippus autem Eleates uel Mileſius, nam utroq; modo de ipſo fertur, cum philoſophiæ Parmenidis addictus eſſet alia uia tractandi de his quæ ſunt atq; contraria ab ea inceſſiſſe uidetur quam Parmenides & Xenophanes profeſſi ſunt. Nam cum hoc quod omne illi uocant unum, immobile, ingenitum & finitum ſtatuerint, neq; conceſſerint id quod non eſt inquiri poſſe, is elementa infinita ſemperq; mota, ipſa ſcilicet inſectilia ſeu atomos & multitudinem figurarum in eiſdem ſtatuit eo quod ſine figura nihil eſt hoc magis quam hoc item eandem generationem & mutationem ſempiternam & nunquam defuturam in his quæ ſunt contemplatus eſt. Præterea non magis ens quam non ens eſſe tulit, immo utraq; cauſas eorum quæ fiunt aſſeruit, quippe qui atomorum inſectilemue ſubſtantiam ſolidum & plenum ſtatuerit quod ens uo-

cauit & eas atomos in uacuo ferri moueriq; ſenſerit, quod non ens appellauit, ac id non minus quam ens eſſe affirmauit. Similiter autem & ſocius eius Democritus Abderites principia poſuit inane & plenum, quorum aliud id quod eſt, & aliud quod non eſt uocauit. Nam cum hi atomos ueluti materiam his q́ ſunt ſubiecere, reliqua gigni fieriq; dicunt ipſorum atomorum differẽtijs. Tres autem ſunt differentę rythmus, tropus & diathige, quæ dictu ſunt hæc figura, ordo & poſitio. Nam ſimile a ſimili moueri aptum eſſe, ac ſeſe recipi mutuo ea quæ ſunt germanæ naturæ & cognata, atq; unãquãq; figuram in alterã congregationem poſitam aliam diſpoſitionem efficere dixit. Quare conſentaneum rationi eſt ut hi cum infinita ſtatuerint principia, omnes affectiones & ſubſtantias & ex quibus quoq; fierent res pollicerentur profiterenturq; ſeſe tradituros. Iccirco etiam inquiunt dũtaxat his qui aſſerunt infinita accidere, ut ratione coacti omnia illa eſſe elementa fateantur. Item ſtatuũt in atomis multitudinem infinitam figurarum, eo quod nihil ẽ magis hoc quam hoc ſine figura. Nam hanc cauſam infinitatis eẽ tradunt. Succeſſit deinde Metrodorus Chius qui eadem fere principia poſuit cum his quæ Democritus dixit, cum ſtatuerit plenum & uacuum primas cauſas eſſe quorum aliud ens, aliud uero non ens dixit. Verum de alijs peculiarem docendi uiam & methodum fecit. Hæc autem methodus eſt quædam breuis ſummariaq; eorum quæ de principijs aguntur comprehenſio quæ indicat opiniones ueterum non ſecundum tempus quo aliæ ſunt ceteris antiquiores iunioreſue, ſed iuxta eã cognationem & ſententiarum concordiam qua inuicem conſentiunt. Vnde eos non oportet qui tale audiunt diſcrimẽ exiſtimare Philoſophos ſententia diſſidere, quod quidem dictum nonnulli eorum commentarijs monumentiſq; literarijs addicti eaque legentes & nihil eorum quæ dicuntur intelligentes cõuitio damnare ac exprobare nitũtur, & quamuis ueteres infinitos fere modos effingant, eos tamen de principijs naturalibus non effingunt. quippe qui neq; de iis aliquid ſomniarunt, ſed de ipſa declaratione manifeſtationeq; diuinæ ſublimitatis & excellentię. At forte longe accuratius faciam ſi paulo digrediendo ſcientiæ cupidionbus demonſtrauero quomodo & ſi uideant ueteres circa opiniones de principiis differre diſſentireq;, ipſi tamen concorditer proferant. Etenim alij ceu Xenophanes, Parmenides, & Meliſſus cum de intellectuali & primo principio diſſeruerint Xenophanes quidem & Parmenides dixerunt unum eſſe & finitum. Nam neceſſe eſt unum præeſſe multitudini, ac cunctarum rerum termini ac finis cauſam magis definiri per terminum quam per infinitatem deſcribi atque aſſerere id eſſe finitum quod proprium & omnino perfectum finem habuit. Vnde id unum magis eſt finis omnium, licet ſit etiam principium. Nam imperfectum cum egeat adhuc alio nondum finem accepit, immo Xenophanes ipſum unum uelut omnium cauſam ac prę cæteris excellens eminenſq;, ac motus quietis & omnis oppoſitionis principium ulterius ponit, quemadmodum & Plato in prima ſuppoſitione Parmenidis fecit. Parmenides nanq; cum eadem & ſimilia ſenſerit, ut Xenoph. conſiderans ulterius omnem mutationem & fortaſſis actionem & uim idipſum unum immobile ac ſolum ceu ab omnibus ſeparatum cecinit, & cum immobile ſit ex eo hoc nomen/Omne/ſortitum eſt. Meliſſus autem idipſum unum ſimiliter immutabile & ſubſtantia indeficiens atq; in infinitum poſuit. Infinitum nanque eo enunciauit ſtatuitq; modo, quo etiam ingenitum eſſe dixit, quod ſane indicat ea demonſtratio quam ipſe ſecundum ſuam ſententiam facit. Nam inquit qđ qoidem non fit, id ſane eſt, ſemperq; fuit, & erit atque non habet principium, neq; finem, ſed infinitum eſt. Nam ſi fieret, principium utiq; haberet, quippe id quod fit interdum initium & finem accipiat. Nam obijt & occidit. quod autem neq; incepit neq; finem habuit, & ſemper fuit id certe non habet initium neque finem, ſed infinitum eſt. Hoc igitur modo Meliſſus reſpiciens aduertenſq; ad id quod ſine temporis initio fineq; fine & ſemper ens eſt idipſum infinitum eſſe inuulgauit & aſſeruit. Et Parmenides tale de ipſo teſtatur cum dicat per eadem fere uerba. Quoniam ingenitũ exiſtẽs & ſine interitu eſt, totum autem ac uniuerſum, unius generis, quieſcens atq; ſine fine nũq; fuit nec erit, cum nunc ſimul omne ſit unum continuum. Hoc igitur modo & Parmenides unum uelut indeficiens, & uelut ingenitum atq; infinitum eſſe inquit. Vnde per illa uerba indicauit ipſum eſſe finitum cum dicit idem ens io eodemq; manens per ſe ipſum manet, ſic tutum ſtabileq; illic manet. Nam pollens neceſſitas terminum in uinculis habet cum undiq; contineat ipſum ob id non eſt fas exiſtens ſine termino eſſe. Nam nullo eget. at non exiſtens omnibus eget. Si enim ens eſt & minime non ens nullo eget. ſi uero non eget perfectum eſt. ſi uero perfectum eſt, finem habet, & non ſine fine erit. Quod autem finem habet id etiam obtinet extremum & terminum. Hoc igitur modo ſententiæ horum hominum non ſunt contrariæ in quibus de eodem principio dicunt. Cæterum Parmenides proficiſcens ab intellectualibus ad ſenſibilia, aut a ueritate ut ipſe ioquit, ad opinionem inquibus ſic inquit. Hinc credendę rationis & cogitationis circa ueritatem tibi finem facio, opiniones autem ab hoc humano diſce ornatum meorum uerborum fallacem & fucatum audiens, & ipſe quidẽ generabilium principia elementaria poſuit eſſe primam oppoſitionem, quam uocat lumẽ & tenebras, ignem & terram, uel denſum & rarum, uel idem & diuerſum, cum hæc deinde adijciat his uerbis quæ prius appoſuimus, nam formas ſtatuerunt duabus ſententiis uocabuliſq; nominare, quarum una non eſt opportuna in qua errarunt, oppoſita autem diſcernebant corpus, & ſigna poſuerunt ſeorſum ab inuicem, altera quidem flammeum ętthereũq; ignem lenem rarum atq; leuem ſibi ipſi undiq;, idem uerum diuerſo atq; alteri non idem eſſe dixerunt. Cæterum & illud ſecundum idem contraria habet cum nocturnum denſum atque conſtans corpus ſit. Et ſane ſi proſa ſolutaque oratione aliqua dictiuncula inter uerba ingeratur tanquam Parmenidis dicta ſic ſe habet. In hoc eſt raritas, calor, lumen, mollioes & leuitas. At in denſo nominetur atq; ponatur frigiditas, caligo durioes, & pondus. Nam utraq; hæc utrobiq; ſeparata ſunt atq; diſtincta. Vnde e regione atq; oppoſito modo plane duo elementa accepit. Iccirco prius unum ens ſtatuit & ſeiunxit, & deinde inquit eos aberraſſe qui non contuentur, uel plane reuelant iodicantue generationem elementorum conſtituẽtium conſiſtentiumq; oppoſitionem eſſe, quem ſane & Ariſto. imitatus principia contraria poſuit. Item effectricem cauſam eorum corporum non modo quæ ortui obnoxia ſunt, ſed etiam rerum incorporearum quæ generationem compleret, Parmenides plane aſſignauit dicens.

Aliæ autem noctis tenebris, poſt uero feſtinat lucida parca.
In horum medio fatum quod cuncta gubernat.
Omnium nãque moeſti partus & mixtionis principium.
Mittens mari foeminam miſcendo tunc mas contrarius foeminæ ſtatim.

Cæterum & Empedocles cum de intellectuali mundo/ & ſenſibili differeret & illum huius exemplar archetypum pooeret, in utroq; hæc quatuor principia & elementa ignem, aquã aerem, & terram, & effectrices cauſas odium & amicitiam ſtatuit, niſi quod ea in mundo intellectuali cum unitate intellectuali capiantur ac eadem potiantur, per amicitiam potius coire congregariq; & ea quæ in mundo ſenſibili ſunt, potius odio diuelli ſeiungique affirmat, quem Plato etiam imitatus, uel ante Platonem Timæus in primo exemplari intellectuali quatuor ideas prius eſſe inquit quæ a quatuor elementis deſignantur, et quatuor huius mundi ſenſibilis pates io ſuis terminis extremiſq; deducunt, conciliantq;. Verum hic lis odiumue cum ſuperaret per ſegregationem ab intellectuali unitate ſemotę fuerunt. Et ibi ipſe communiter loquitur de utroque mundo, ponens. Verũtamen, & ipſe quatuor elementa ceu materiam, ſtatuit in ipſis contrarietatem quæ eſt inter amicitiam & odium. Quod uero non ſola amicitia ſecundum Empedoclem mundum intellectualem fecerit, neque odium

ſolum ipſum mundum ſenſibilem conſtituerit(ut pleriq; opinātur)ſed ambas omnium ubiq; cauſas proprie contemplatus ſit audiant in libro de naturalibus rebus illius dicta,in quibus ꝓductę congregationis & commixtionis quæ hic fit, uenerem uel amicitiam cauſam tradit. Vocat autem ignem Vulcanum & Solem flammam, aquam uero imbrem ,aerem ætherem.
Dicit autem eadem ubique quæ etiam in his dictis refert.
His ęque ſubiacet maxime tellus,
Vulcano imbri & ętheri iam candore nitenti.
Ad perfectum Veneris portum profecta cœpit.
Siue exiguum in amplum,ſiue plus in minus uertere,
Ex his ſanguis & alterius carnis formæ fiebant.
Et ante hæc dicta alias utriſque actionem tribuit hunc in modum dicens.
Cum poſtea lis in imam uenit reuolutionis ſedem.
Et in medio reuolutionis amor adeſſet.
Omnia hæc in unum dumtaxat ut redigit.
Non ſtatim ſed arbores iungimus aliunde unam cum alia.
Cum ſeſe hæc miſcent prodeunt infinitę mortalium gentes.
Multa uiciſſim ſeſe miſcentibus immixta ſteterunt.
Adhuc quæcunq; ſublime detinebat odium.
Nondum ſine culpa totũ ad terminos circuli ultimos deflexit.
At partim quę intra membra in quę partim egreſſa fuere.
Quantum ſemper uicit odium,tantum ſemper adijcit fautrix amicitia ſine culpa immortalis uis.
Mox mortalia oriebantur,quæ prius didicere immortalia eē.
Pura priuſquam immixta uias mutarent.
At ex his mixtis fluunt infinitę mortalium gentes.
Vario genere miraculum coaptatum uidere licet.

Vnde in his plane aſſerit mortalia ab ipſa amicitia ſic fuiſſe aptata & compoſita,& in quibus amicitia pręualet ac dominatur nondum ab his uniuerſum odium alienum atque amatum eſſe. Item in his dictis,quibus indicia cognoſcendi unumquodque quatuor elementorum ac odium amicitiamq; cognoſcendi ,plane tradidit, cunctorum mixtionem eſſe ex utriſq; odio ſcilicet & amicitia indicauit.Porro ſic inquit.
Solem ſane calidum intueri atq; calidum prorſus.
Immortalia uero quęcunq; indigebant & ſi aliquid ſplendor.
In cunctis aut nubilus atq; rigidus imber .
Ex terra radices ac ſolida effluunt.
In ira cuncta biformia diuiſim iacent.
Coeunt amore ac ſeſe mutuo deſiderio iungunt.
Ex his cuncta quęcũq; fuere,ſunt, atq; erunt.
Arbores germinarunt,uiri ac mulieres ſimul,
Ferę & aues,item piſces aqua nutriti.
Dij quoq; longęui laudibus clari.
Vnde & paulo ulterius procedens.rurſus inquit.
Viciſſim orbis reuoluti imperant.
Et in ſeſe mutuo deficiunt & augent uarijs uicibus fati.
Nam ipſa ſunt quidem hæc.
Quæ cum ſeſe utrinque percurrunt uiri ac aliarum mortalium gentes.
Interdum amore cuncta in unum conuenere mundum.
Rurſus interdum ſingula diuiſim lata lis habet.
Donec ſimul orta ſteterint uniuerſum ſuperne fit.
Sic ſane quo didicit unum ex pluribus naſci.
Eo rurſus uno conſiſtente id pluribus conſtans perficitur.
Qua fiunt quidem nec æuum manet ſtabile ipſis.
Sed qua ſeſe ſucceſſu alternant aſſiduo nunq; deſunt.
Hac ſemper immobili ſunt circuli adinſtar reditus in idem.

Quare fit unum ex pluribus quod ſane ob amicitiam accidit,atq; econtra plura ex uno prodeunt,quod quidem fit cum odium exuperat ac dominatur cæteris,& in his ſpectat etiã mũdũ hunc ſublunarem in quo mortalia ſecundum ſuos periodos ſcilicet quatenus odio exuperante,interdum uero amicitia dominante alterum alteri uiciſſim ſuccedit. Niſi forte quendam eorum quæ ſunt unitatis,& ſeparationis uiciſſitudinarium progreſſum eiſdem uerbis tradiderit, plures mundi intellectualis ſupra hunc ſenſibilẽ cõſtitui differẽtias ſm quod magis minuſue amicitia pręualet ac ſuperat inſinuans,& in mundo ſenſibili oſtendent q̃ño uarijs ac diuerſis ſuperãdi uicibus quę nõnulli ſtatutis terminis diuiſim intercipiuntur odium rebus dominetur. Cęterum nec ipſe aduerſatur Parmenidi & Meliſſo, ſed elemẽtarem oppoſitionem ceu ipſe Parmenides ſtatuit,& effectricem cauſam unã communem in cunctarum rerum medio collocatam & uniuerſæ generationis cauſam fortunã ille ponit,is autem in efficientibus cauſis oppoſitionem ſpectauit, Anaxagoras deinde Clazomenius uiſus eſt tertiam ſpecierum omnium differentiã ſtatuiſſe quæ ſm intellectualem unitatem cõtrahitur,ubi dicit.Simul res omnes erant multitudine & paruitate infinitę, & rurſus inquit.Priuſq; hæc ſeiungerentur cum ſimul omnia forent,neq; color ullus apparuit. Nam uetuit omnium rerum commixtio ſcilicet humidi,ſicci,calidi,frigidi, lucidi,tenebroſi cunctorũ inexiſtentium atq; multitudinis infinitorũ ſeminũ quę inter ſe commixta coniunctaq; uideri nequeunt quæ cum ſic ſe habebant,in ipſo uniuerſo omnes res unũ eſſe apparent,& hoc uniuerſum miſcellaneũq; uniuerſorum erit illud ens unum quod aſſeuerabat Parmenides. Item Anaxagoras ſtatuit quandam ſegregationem ſm intellectualem ſeparationem cui ea quæ hic fit,aſſimilatur. Nam Anaxagoras poſt nonnulla quæ breuiter de primo principio diſſeruit , ſic de natura inquit. His ita habitis appareat unum multa & uaria eſſe in cunctis quæ congeſta congregataq; ſunt , atq; ſemina omnium rerum,& uarias ideas colores habentia,item uoluptates ac homines ceteraq; animalia quæcunq; animam habent,cõmiſceri,præterea ciuitates hominibus refertas atq; opera ceu quæ apud nos apparata et digeſta ſunt, ſolem quoq; eiſdem eē & lunam,atq; alia ceu quæ apud nos prodeunt , terram inſuper eiſdem producere multa atq; diuerſa quibus illi cum iuuamẽta ingerunt ſimulq; iungunt ad habitationem utũtur, neceſſe eſt. Hæc igitur apud me dicta ſunt de ipſa rerum ſeparatione quoniam non ſolum ea quæ apud nos fiunt,ſeparantur , ſed ẽt alia. Et fortaſſe quibuſdam uidebitur illum non ad intellectualem ſeparationem conferre cõparareq; ſegregationem rerum quæ ortui generationiq; ſubdita ſunt,ſed noſtram habitationẽ comparare ad alia terræ loca. At is aberrat q̃m non dixit de alijs locis cum tulit ſolem eiſdem adeſſe ortiq; ac lunam & cętera alia,ceu quæ apud nos fiunt. Item ibi uocauit ſemina oĩũ rerum & ideas,ꝓinde audiemus qualia poſt paucis dicat inter utraq; cõparationem faciens.Sic de his ſeparatis atq; ſeiunctis a ui & celeritate,celeritas nanq; uim efficit, celeritas uero ipſorum nulli rei ſimilis nullam celeritatem rerum efficit quæ modo in hominibus ſunt,ſed ꝓrſus multifariã ac multoties celeriter eſt. Et ſi hanc tenuit mentẽ atq; ſentẽtiã,aliter tñ ſingula in ſingulis ſm intellectualẽ unitatẽ eẽ inquit,q̄ppe aliter ſint ſm intellectualẽ coitũ & cõgregationẽ,& aliter ſm ſenſilẽ cõſpirationem ſcilicet in unũ coaceruationẽ. Itẽ ex eiſdẽ generationem eſſe,atq; in eadẽ reſolõnẽ tradidit. Cęterũ Leucippus,Democritus,& Timęus Pithagoricus huic nõ aduerſant quo ad ſtatuendum q̃tuor elẽta cõpoſitorũ eẽ principia corporũ , ſed hi, ceu Pithagorei & Plato atq; Ariſto.uidẽtes ignẽ,aerẽ,& aquã ac fortaſſis terrã inter ſeſe uiciſſim mutari,hiſce pricipaliores atq; ſimpliciores cãs indagarũt,q̄bus & diſcrimẽ horũ elẽtorũ ſm q̄litates defendent. Vnde hoc mõ Timęus & eius imitator Plato plana,ac ea q̃ altitudinẽ ꝓfunditatẽ aliquã drĩas itẽ figurarum hñt prima elẽnta quatuor elemẽtorũ poſuere,qui putarunt corporalẽ nãm una cũ corporeis figuris principaliorẽ eſſe atq; cãm drĩæ qualitatũ elemẽtarium. Leucippus uero & Democritus minima corpora prima indiuiſibilia atomoſq; appellantes uoluerunt ea ſecũdum differẽtiam figurarum poſitionis que & ordinis differre,atq; ea corpora calida igneaq; fieri dixerunt quæcunq; ex primis corporibus acutioribus ſubtilioribuſque,ac ſecundum ſimilem poſitionem conſtitutis componuntur,humida uero & frigida ſeu aquea ea corpora etiam dixerunt quæcunq; ex his conſtat q̃ ſunt cõtraria illis. Itẽ partim ea fieri ſplendida & luminoſa,partim obſcura & tenebroſa aſſe-

ruerunt. Accedũt pręterea hi qui unum elementum eſſe poſuerunt, ceu Thales, Anaximander, Heraclitus & unuſquiſq; horum reſpexit ad id quod eſſet effectiuum & opportunum idoneumq; ad generationem cuiuſcũq;, Thales nanq; reſpexit ad aquam quoniam proli apta eſt & confert ad nutritionem educationemq; item ad partum edendum & ad uitam commodiſſima eſt inſuperq; optime formari poteſt. Heraclitus uero ad ignem ſeſe conuertit quod uitę parens ac opifex eſt. Anaximenes autem conieclt animum ad aerem, quippe qui bene formari ac utrinq; facile ſecedere q̃at. Poſtremo ad ignẽ & aquã Anaximander adhibuit mẽtem, ſiquidem intermedium horum participes ſtatuẽs eſſe principium qd' facile ac bene alterari ualeat. Vnde alij ad intellectualem, alij uero ad ſenſilem rerum ordinem & diſtinctionem conſpiciẽtes. Item alij proxima corporum elementa, alij uero principaliores cauſas inquirentes. Pręterea alij particulariora, alij autem uniuerſaliora naturæ elementari complectentes, atq; alij quidem ſolum elementa, alij uero omnes cauſas & cõcauſas indagantes cum de natura diſſerant, diuerſa inquirunt, attamen non cõtraria apud eum præſertim qui optime diſcernere ac iudicare de his poteſt. Et ipſe Ariſto. qui uiſus eſt eorum controuerſias, atq; diſſenſiones oſtendere cum paulo procedens aſſerat eo inter ſe diſſidere ac differre philoſopos, quod alij priora alij uero poſteriora principia { alij item rationi alij uero ſenſui notiora ſerunt, inquit, quare hi dicere aliquo modo eadem & aliquo modo diuerſa inter ſe uidentur } Sed hæc quidem ꝑpter eos qui ineptiſſime obijciunt ueteribus diſſenſionem coacti ſumus longioribus amplioribuſq; uerbis tractare. Poſtremo cum Ariſto. refellentem ueterum Ph̃orum opiniones audiamus & ante Ariſto. ipſum Platonem, ac ante utrũq; Parmenidẽ & Xenophanem feciſſe uideamus. Sciendum eſt quod hi ſuperficietenus circa ſententias eorum ſatagentes confutant id quod in ſermonibus uerbiſq; eorum abſurdum apparet cum ſoleant antiqui ſuas ſententias myſtice ac ſub inuolucri proferre. Huius rei indicio eſt Plato qui cum Parmenidem admiretur quẽ refellere uidetur eius ſentẽtiam mentemq; egere natatore qui ſe ad profundum uſq; immergat tradit. Item Ariſto. anceps dubiuſq; eius ſapientię altitudinis atq; profunditatis eam ſuſpicari uiſus eſt, ubi dicit Parmenides hoc perſpexiſſe uiſus eſt. Proinde hi qd' priſci omiſerunt interdum ſupplentes, interdum autẽ dicta eorũ obſcura & inuoluta apertiora facientes, interdum uero ea quę dicta ſunt intellectualibus perinde ac naturalibus rebus congruere coaptariq; non poſſint diſcernentes, ceu illa q̃bus aiunt eſſe unum id quod eſt, & immobile, interdum deniq; leues ſimpliceſq; eorum opiniones qui de rebus ſuperficietenus diſſerũt prius reijcientes hunc in modum eos uidentur refellere. Quocirca & nos in diſputationibus Ariſto. contra unũquenq; illorum his oppugnare atq; refragari enitemur. Sed repetẽda ſunt denuo uerba Ariſto. & dicta contextus penſiculãda ac diſtinguenda ſunt. { Neceſſe eſt autem aut unum eſſe principium, aut plura, & ſi unum, aut immobile ut Parmenides & Meliſſus dicunt. } Alexander inquit quod cum dixerit nos oportere ex notioribus nobis exordium facere, id etiam obſeruat, nã incepit a diuiſione perfecta, euidenti, cunctiſq; manifeſta. Quid enim contradictione in qua dicitur unum uel non unum principium, ideſt plura clarius euidentiuſq; eſt? Verum Alexander pulchre dicit Ariſto. a diuiſione euidẽti feciſſe principiũ, tñ hoc non eſt id qd' quidem ipſe dixit qñ ait ex manifeſtioribus ad immanifeſta principia proficiſci oportere. Nam cõpoſita fuerunt illa manifeſta & ſenſui notiora, atq; ea quæ uniuerſalia uocantur ueluti tota uniuerſaue ac ea quæ continent particulariora & ignotiora. Porro a ſenſibilibus & nobis rationibus falſas opiniones de principijs confutat, ut explicauimus, & confirmabit ueras. Verũ cum Ariſto. dicit, ut Parmenides & Meliſſus, inquit Alexander non tãquam ad Parmenidem & Meliſſum qui unum poſuere principium idq; imobile dixerũt hęc uerba referẽda eſſe, quippe qui principium ꝓrſus ſuſtulere de medio. Nam tradunt omne unum eſſe, quod ſane obſtat repugnatq; dicenti eſſe principium. Nã qui ſtatuunt princ p ũ eẽ, hi quoq; fatẽtur plura eẽ ea quæ ſunt, q̃ñquidẽ ipſi una cum principio introducãt, & ea quorum eſt principium. Cæterum cum inquat primam diuiſionẽ ſcilicet uel unum eẽ principium uel plura, in altera ſectionis parte rurſus diuiſione utitur, ea uidelicet ſi unũ eſt principium uel imobile, uel mobile. Et cũ incredibile ſit ac perſuaderi nequeat unum dicere principium et id immobile eẽ tamẽ ſolatij cã eam diuiſionis partẽ adiecit. Nõ minus enĩ incredibile eſt hoc, imo magis quã illud ſcilicet oẽ unum eẽ atq; immobile, tamẽ fautores authoreſq; habet Parmenidẽ & Meliſſum. Et ſi non plane unus idẽ ſenſit quod alius, tamẽ in idem concurrunt. In is igitur quæ Alexãder circa ipſa uerba Ariſto. dicit cum tradit magis incredibile ipſum adiecisſe ſolatij gratia incredibilem & eam poſitionẽ quę perſuaderi nequit, puto id Ariſto. prudentiæ & ſapientiæ non eſſe aſcribendum, proinde neq; poſuit opinionem incredibilem imperſuaſibilẽq; Parmenidis & Meliſſi uelut diuerſam ab illa quæ aſſerit unum eẽ principium & imobile, quippe qui hos hoẽs uelut hoc dicentes refutet & obiurget, quin imo æquo animo planeq; cũ horũ hominum hanc ſententiam demonſtret fuiſſe inquit. Similiter enim quærunt & hi qui quærunt quotnam ſint ea quę ſunt, Nam ea primum quęrunt ex quibus conſtant ea quę ſunt, utrum unum, aut plura. Quare putat hos homines de principio eorum quę ſunt in ſua philoſophia diſſeruiſſe. Item propter eoſdem in alteram ſectionis partem diſtinxit ſupponens unum eſſe principium & immobile. Nam id quod reuera eſt unitum & unum quod etiam eſt princium & cauſa multorum atq; eorum quæ ſeparantur, non ceu elementarium, ſed uelut producens illorum unum eſſe dicebant. Vnde non ſolatij cauſa ſed neceſſaria rurſus diuiſione diuidens alteram ſectionis partem eam ſcilicet qua dicitur unum eſſe principium, hanc ſectionẽ unum principium eſſe mobile uel imobile, & accipiens imobile ſiquidẽ oporteat contradicere his qui unũ & imobile principium aiunt, hæc aduerſum eos qui unũ eẽ id qd' eſt & imobile aiunt, obijcit. Nã & ſi alijs noĩbus utãtur, eadẽ tamẽ illi dicũt & quærunt. Vnde Alexander fatetur Parmenidem in his monumẽtis commẽtarijſq; q̃ iuxta ueritatem cõſcripſit, in quibus ẽt agitur de ipſo ente intellectuali, dixiſſe id qd' eſt unum eſſe & imobile. At in his quæ iuxta multorum opinionem & ea q̃ apparebant philoſophis, nec id quod eſt unum eſſe, nec ingentum dicens ſtatuit ignem & terrã eẽ principia, terrã nãq; uelut materiã ſtatuẽs, ignẽ uero ut efficientẽ cãm & inquit Parmenidem uocaſſe ignem lumẽ, & terrã tenebras. Verum ſi Alexan. ea dicta quæ ſm multorũ opinionẽ & multis uidebantur ſic æque accipiat ac interpretetur, ut Parmenides uult cum ea opinabilia & ſenſibilia appellet, recte procuidubio ſentit, ſi uero illa uerba prorſus falſa eſſe ac lumen & ignem efficientẽ cãm illum dixiſſe putat longe aberrat recteq; non ſentit. Nam Parmenides cum compleat abſoluatq; de intellectuali ſermonem adducit hęc quę ſane prius appoſui.

Credendæ rationis & uerę notitiæ tibi facio finem.
Opiniones uero ab hoc mortali diſce.
Ornatum meorum uerborum fallacem audiens.
Nam formas deſtinarunt ſententijs nominare duabus.
Harum una non opportuna quocirca errarunt.
Contraria uero diſcernebant corpus & ſigna abinuicem poſuere ſeorſum.
Hæc ſane flammeus æthereuſq; ignis lenis rarus leuis ſibi undique idem.
At alteri non idem.
Sed illud idem iuxta contraria nocturnum denſum corpus & firmum habet cuncta quæ tibi uidentur apparatum eſſe dico.
Ne aliqua mortalium mens aliquando te fugiat,

Vocat igitur hunc ſermonem opinabilem fucatumq; non uelut ſimpliciter falſum, ſed uelut ab intellectuali ueritate ad id quod apparet ac uidetur ſenſibile deflectentem. Vnde paulo poſt de duobus elementis repetens inducit & efficientem

cauſam hunc in modum dicens.

Nam aliæ anguſtiores ignem immixtum fecere,
Aliæ uero in his nocteni poſt uero prodit lucida parca.
Io horum medio fatum quod cuncta gubernat.
Hoc etiam inquit eſſe deorum cauſam ſic dicens.
Summum omnium deorum amorem conſulebat.

Et cætera. Item tulit interdum animas & ſplendore claroque in obſcurum ceu in carcerem deduci, & interdum ecõtra.

Verum hæc prolixioribus agere tractareq; urgemur ob magnam nunc ignorantiam antiquorum uoluminum quæ ſcilicet non legimus. Cæterum qui dixerunt id quod eſt unum ac immobile eſſe non immerito dixere, ſiquidem illi non de rebus naturalibus tum diſſeruerint. Nam una cum motu introducitur etiam id ſecundum quod fit motus ſiue ſecundum qualitatem ſiue ſecundum quantitatem, uel ſecundum aliquid aliud fiat. Præterea una cum motu introduceretur etiam locus qui aliud eſt ab eo quod mouetur ſiquidem fuerit ac eſſe concederetur naturalis motus.

Verum Parmenides de intellectuali ente ſic inquit.

At immobile in magnorum uinculorum terminis & ſine principio & ſine cum ortus ac interitus hic maxime formarent.
Aberat hic fides uera.
Poſt uero ſubdit immobilitatis cauſam, cum dicit.
Sic firmum illic manet.
Nam pollens neceſſitas terminum in uinculis habet undique detinens ipſum.
Ob id non eſt fas exiſtens ſine termino eſſe.
Nam nullo eget, at non exiſtens omnis egebat.

Vnde inquit illud non ens omnibus eget, ſicut ens non eget alio & perfectum eſt. At id quod mouetur eget eo ꝓpter qđ mouetur, igitur id quod eſt, ſed ens non mouetur. Rurſus Meliſſus ſecũdum eandem ſententiam oſtendit idipſum quod eſt immobile eſſe eo argumento, quod ſi moueretur id quod eſt, oporteret aliquod uacuum afferre in quod ſeſe reciperet id qđ eſt. At uacuum non eſſe prius demonſtrauit. Dicit inquam in hunc modum in ſuo cõmentario & quod conſcripſit opere. Neque illum eſt inane, quippe inanc uacuũq; nihil ſit, ergo non erit hoc quod nihil eſt quod ſi non erit, neque id quod eſt mouetur. Nam ſeſe recipere nuſquam non poteſt. Sed atqui plenũ eſt. Nam ſi uacuum fuerit, recipietur plenum in uacuo, ſed uacuum non eſt, nec habebit ubi ſeſe conferre queat, igitur plenũ quod eſt ipſum ens non mouetur. Quod quidem concludit Meliſſus non quia per plenum nihil moueri poſſit, ceu Alexã der dictum Meliſſi itellexit, ſed quia ens ac id quod eſt cum ſit plenum, nihil aliud eſſe præter ipſum poteſt. Proinde Meliſſus inquit hoc iudicium faciundum eſſe de pleno ac nonpleno quod ſi aliquo reciperetur uel ingrederetur, non erit plenum: ſi uero non recipitur neque in aliquo ingreditur, plenum erit: igitur neceſſe eſt plenum eſſe ſi uacuum non eſt, ſi plenum igitur eſt ergo non mouetur.

Aut mobile vt Phyſici, hi quidem aerem aſſerentes eſſe, alij vero aquam, primum principium.

Com. 4. Cum poſuerit dicentes id quod eſt aut principium immobile eſſe, accedit ad alteram ſectionis partem, & inquit uel mobile ut naturales cenſere uidentur, diſtinguens naturales contra eos qui principium aſſerunt eſſe immobile perinde ac naturales illi non ſint cum motum dirimãt atq; de medio tollant, qđ quidem deinceps clarius dicet & demonſtrabit. Nam ſi natura eſt principium motus, quonam pacto is erit naturalis qui ipſam naturam euertit ac demit. Mos nanq; erat eos qui operam alicui philoſophiæ parti nauauerunt, uel duntaxat, uel maxime ab illa nomenclaturam trahere ceu Socratem moralem & naturales Thaletem, Anaximenem, Anaxagoram, Democritum, Anaximandrum & huiuſmodi alios uocabãt. Excludo & hic Alexandrum qui cum prius dixerit Ariſto. diuiſiſſe naturales contra eos qui aſſerunt eſſe eas unum & immobile poſterius tradit conſuetudinem eius eſſe eos appellare naturales qui circa rerum ueritatem in philoſophia uerſantur, cum & naturalis ſcientiæ finis ſit cognitio & non actio. At quis ignorat Parmenidem contra quem diſtinxiſſe naturales dicit, circa rerum ueritatem multa in philoſophia tractaſſe: cum ipſe dicat.

Credendæ rationis & ueræ notitiæ tibi facio finem.

Cæterum cum ſit alia diuiſio eorum qui aiunt unũ eſſe principium, ſiue mobile, ſiue immobile, qua diuidi poſſunt in eos qui illud infinitum uel finitum dicant. Nam eorum qui illud unum & immobile aſſerunt eſſe, Meliſſus ipſum eſſe infinitum tradit in his dicens. Quod igitur non eſt factum ſemper eſt, ſemperq; fuit, & ſemper erit, atq; principium non habet, neq; finem, ſed infinitum eſt. Etiam ipſe Ariſto. cum paulo poſt in eos inuectus fuerit, dmonſtrabit non ſolum dici non poſſe principium infinitum eſſe, ſed etiam id quod eſt, quod quidem Meliſſo uidebatur. Similiter eorum qui unum mobile principium aſſeruerunt, Anaximander Praxiadi Mileſius poſuit principium eſſe infinitam quandam naturam quæ foret alia ab ipſis quatuor elementis cuius ſempiternum motum dixit eſſe cauſam generationis eorum quæ ſunt. Item Anaximenes Euriſtrati Mileſius & ipſe ſtatuit unum principium & infinitum atque hoc eſſe aerem dixit ex cuius raritate denſitateq; cætera produci aſſerit. Cum igitur ſit etiam talis diuiſio, in preſentia Ariſto. illam omiſit, ut Alexander inquit, quoniam hæc diuiſio nullam differentiam generationis exhibet his quæ ex eo generantur. Nam alia non fierent ex eo principio ſi infinitum foret, ſed alia fierent ſi finitum eſſet, quemadmodum alia orirentur ſiquidem unum eſſet, ſiue plura. Si enim unum eſſet, quæ fiunt neceſſario ſecundum alterationem producerentur, ſi uero plura extarent ſecundum congregationem generarentur. Item dixit potius mobile uel immobile, quoniã hęc diuiſio magnã facit differentiam. Nam ſi immobile eſt nec aliquid fieret ex ipſo quod prius non fuerit, ſi autem mobile nihil uetat fieri multa uel non reciprocatis uicibus uel ſecundum uiciſſitudinariam rerum generationem. Hæc quidem Alexander dicit. Niſi forte Meliſſus principium non ſubſtantia infinitum dixerit, ſed eo quod indeficiens eſt. Nam inquit quod non eſt factum ſemper eſt, ſemper fuit, ac ſemper erit, nec initium habet, nec finẽ, ſed infinitum eſt. Niſi forſitan & differens modus generationis fieret, ſi foret principium infinitum uel finitum. Nam ſi magnitudine infinitum eſſet, uel prorſus nil produceretur, uel ea quæ fiunt in infinitum directe nulloq; retrogreſſu ac reditu eorum fieri poſſent, ſi uero finitum, neceſſe foret uel ortum generationemq; rerũ inſtar circuli iterari, uel aliquãdo deficere.

Si vero plura, aut finita, aut infinita. Et ſi finita, plura autem vno, aut duo, aut tria, aut quatuor, aut ſecundum alium quempiam numerum.

In his qui aiunt plura principia eſſe altera diuiſio non habet locum ſcilicet ut ſint illa mobilia, uel immobilia. Etenim fieri nequit ut ex pluribus principijs quæ non mouentur aliqđ fiat. Nam opus eſt ut inter ſe mutuo conueniant atq; in unum redigantur, & cum perſpicuo hoc ſit impoſſibile, opinio hæc nullum fautorem authoremq; habet. Proinde Democritus atomos inſectiliaq; ſuapte natura immobilia eſſe dicens tradidit ea oblique moueri. Verũtamen Themiſtius Euphrades cum textum & uerba Ariſtotelis amplioribus uerbis ſub prætextu paraphraſeos explicet interpreteturque, ſic inquit. Rurſus & ſi plura aut mobilia, aut immobilia, atque numero aliquo terminata, aut infinita. Item Eudemus ceu prior in naturalibus dixit, quod ſi principia fuerint, uel mouentur, uel immobilia ſunt, & conſtat hos tradidiſſe id quod erat neceſſariũ diuiſioni per contradictionem. Sed ad textum accedamus, inquit { ſed ſi plura uel infinita, uel finita multitudine eſſe ne- Com. 5.

ceſſe eſt. } Et uidetur inquit Alexander utraſq; diuiſiones utriq; parti primę diuiſionis non adiecisse ne ſæpe idem de ipſis dicere uideatur, ſed cum demonſtrauerit non poſſe unum principium & immobile affirmari, per locum à maiori commonſtratum erit neq; plura principia immobilia ſtatui poſſe. Proinde in reliqua parte ubi ait, { & ſi finita pluraq; } non amplius uſus eſt diuiſione in immobilia uel mobilia. Rurſus cum demonſtrauerit plura principia non poſſe haberi infinita, una quoque oſtenderet prorſus fieri non poſſe ut unum principium ſit infinitum. Nam magis peculiare eſt uni non moueri ſi fieri hoc poteſt, & pluribus infinita eſſe, ſed cum hæc dicat Alexander, adnoto mihi q; contra eum aliud eſſe infinitum multitudine uel finitum, quod ſane magis peculiare erat dicentibus plura eſſe principia, & aliud eſſe infinitum magnitudine quod magis competit dicentibus eſſe unum principium. Nam plura infinita magnitudine quonam pacto erunt, niſi corpus per corpus recipi ac penetrari dicatur. At mihi uidetur Ariſto. breuitatis cauſa hunc in modum feciſſe diuiſionem, proinde in ſequentibus Meliſſum uelut dicentem unum eſſe principium & infinitum obiurgabit corriget atq; damnabit. Qui uero ſint plura & finita principia, & qui nam plura & infinita dicentes, iam ex prius expoſita Philoſophorum diuiſione nouimus. Verũtamen & hic Alexandrum cenſeo non adamuſſim exactéq; de Platonis dogmate mentionem facere. Nam, inquit, Plato uidetur aſſerere duo principia, aliud ſubiectum & materiam appellans, alterum uelut cauſam & mouens quod deum uocat, & tertium apud ipſum principium exemplar eſt. Nam mirum eſt Alexandrum ignoraſſe quod Plato inter alias cauſas & principia finalem cauſam ordinauit ac præpoſuit, dicẽs. Dicamus propter quam cauſam ille rerum author generationem & uniuerſum hoc conſtituit. Bonus nãq; erat, ſi ergo propter bonitatem ſuam opifex uniuerſum conſtituit, igitur conſtat bonitatem fuiſſe finalem & maxime propriam cauſam. Non etiam differentes partium molitiones & conſtitutiones reducit ad uarios & diuerſos uſus quorum gratia unaquęq; facta eſt? Immo & formalem cauſam, Plato plane tradidit & non modo eam quæ à materia ſeparatur, ſed etiam inſeparabilem cum dixerit. Quæ cum ita ſe habeant fateri oportet eſſe formam quæ ſemper eadem ſit ſine ortu ac interitu, quæ neq; in ſe accipiat quicquam aliud aliunde, nec ipſa ꝓcedat ad aliud quicq̃; ſenſuq; corporis nullo percipiatur, atq; hæc eſt quam ad ſolam mentem attinet conſiderare. Sed eſt aliqua poſt hãc quę cum ipſa non ratione ſed nomine conuenit eiuſq; ſimilitudinem gerit genita ſenſibus manifeſta quæ fertur & gignitur ſemper in aliquo loco. Item paulo poſt inquit ut erant tunc apta, ſic primum diſtinctis figuris, formis & numeris exornauit unde per illa dicta duplex formalis cauſa ſignificatur & declaratur, altera ſeparabilis, altera uero inſeparabilis, ſiquidem mens ideas conſiſtentes in ipſo intellectuali animali quæ & quot eſſent intuens, totidem & tales cogitarit, & hoc uniuerſum habere.

Et ſi infinita, aut ſic vt Democritus, genere quidem vnum, figura vero uel ſpecie differentia, aut etiam contraria.

Com.6. Quod Ariſto. putat Democritum ſtatuere principia eiuſdẽ generis et atomos ſeu inſectilia eiuſdẽ ſubæ, & forma ſpẽq; inter ſe differentia dicere, cuncti interpretes una uoce cõueniunt. At illa uerba aut etiã cõtraria Porphyrius & Temiſt. putant illud dictum aut ſic perinde atq; Democri. aſſerebat eſſe contrariam aſſignationem dictam de Anaxagora perinde ſecus ſenſerit quam Democritus. Etenim eorum qui ſtatuerunt infinita principia ipſi Democriti ſectatores aſſerentes atomos eiuſdem ſubſtantiæ uniuſq; generis eſſe quod erat plenum dixerunt ipſas figura, poſitione, ordineq; differre. At imitatores Anaxagoræ aſſeuerant principia ſubſtantia cõtraria eſſe quippe qui caliditatem, frigiditatem, ſiccitatem, humiditatem, raritatem, denſitatem atq; alias in q̃litate cõtrarietates in ipſis ſimilaribus collocarunt, q̃bus tradũt ipſas ſimilaritates ſeu ſimilaria principia ſm ſubſtãtias ſuas differre modo ꝯtrarietas ſolum ſita ſpectetur ſit in ipſis q̃litatibus, minime in figuris. Atqui Alex. non ignorauit hanc expoſitionem ſed ipſam charam non habuit, immo uniuerſa hæc uerba textus ad Democritum referenda eſſe uoluit, ꝑinde atq; ipſe Democritus poſuerit principia genere eadẽ ideſt ſubiecta nã, figura uero uel forma dr̃ia uel contraria. Quod.n. Ariſto. meminerit Democritũ uelut principia ꝯtraria dicẽtem, patet per illa uerba textus, ubi dicit. Et Democritus plenum & uacuũ poſuit, quorũ aliud uelut ens, aliud uelut nõ ens eẽ inquit. Amplius poſitione, figura, ordine. Hęc aũt ſunt ꝯtrariorum genera. Poſitionis in quã ꝯtraria ſunt ſupmũ imũ, ante, retro. Figurę angulosę rectũ, & orbiculare. Nã & ſi Ariſto. dixerit figuram nõ eẽ cõtrariam figuræ, nõ ob id neceſſe eſt Democritũ eiuſdẽ iam fuiſſe opinionis & ſententiæ. Vnde Alex. ita huic expoſitioni addictus fuit atq; ꝯſenſit, ut de duobus alterum dixerit eligẽdum eẽ, uel exẽplar textus mendoſum eẽ, qppe ſuperuacaneũ ſit illud, aut ſic ꝑinde atq; Democritus aſſerebat, repetẽs cõtrariã aſſignationẽ ad Democritũ. Nã ſic iacere ſcribiq; uerba debẽt. Et ſi infinita ꝑinde atq; Democritus genere qdẽ unũ figura uero uel forma diuerſa, uel & ꝯtraria. Vel ſi, inq̃t, textus recte ſcribit, omiſit aſſerre eos qui cõtrarium dicũt ſcilicet principia non eſſe eadem genere ceu dicebãt Anaxagorę imitatores. Si ergo abſurdũ ẽ ſcripta textuſq; in cũctis exeplaribus ꝯſonantes ꝯuenientesq; reijcere refellereq; & uerba mãca facere ac demõſtrare, nõ minus abſurdũ ꝓfecto ẽ phraſim & ſectiões ꝯteſq; diuiſionis mutilatas afferre, & maxime q̃a Anaxagoræ opinio relinquitur, cõtra quã Ariſt. plures rõnes adducit & explicat. At ẽt opinionẽ Ariſt. circa ſñiam Democriti reꝓbare q̃ putat illũ plane ꝯtrarietatẽ in principijs poſuiſſe, qđ qdẽ alij expoſitores faciũt, ꝓfecto nõ recte factũ eſſe uideť. Niſi forte tradiderit diuerſa eẽ principia figura & eodem mõ forma tanq̃; hoc ſit Democrito peculiare q̃ negat atomos ſubã differre, & illud deinde nõ ſolum diuerſa eẽ infinita principia, ſed etiã ꝯtraria aſſignauerit nõ mõ ueluti Democriti poſitioni ꝓprium, ſed ẽt Anaxagoræ ſententiæ commune perinde ac utriſq; ea uerba communiter conueniant, tãquam dicat. Et ſic perinde atque Democritus aſſerebat genere quidem unum, figura uero, uel forma diuerſa, uel non ſolum figura & eodem modo forma diuerſa ſed etiam contraria, tanquam Democritus contrarietatem ſecundum figuram & formam poſuerit. At Anaxagoras poſuit illi eſſe contraria ſubſtantia & genere. Vnde ſi huiuſmodi uerborum commendatio atq; interpretatio aliquam rationem & probationem habet, neque textum emendare corrigereq; neq; uerbum illud { aut } tanquam contrariæ aſſignationis cauſa ponere, neq; demum ea aduertere penſiculareque de contrarietate quam poſuit Democritus neceſſe eſt.

Similiter autem quærunt, & quærentes quot ſunt, ea quæ ſunt. ex quibus enim ſunt ea quæ ſunt, quærunt primum vtrum hæc vnum, an multa ſint. & ſi multa finita, an infinita, quare principium ac elementum quærunt, vtrum ſit vnum an multa. Tex.7.

Com.7. Inquit quemadmodum nos antequam aliquid in philoſophia de rebus naturalibus tractare ac cognoſcere poſſimus, earum principia quot & quæ ſint quærere compellimur urgemurque: ſic etiam naturales quanquam de his quę ſunt propoſuerint quærere quot hæc ſint, indagare & rimari prius principia eorum quæ ſunt coacti fuere. perinde ac cognitio eorum quę ſunt pendeat ex cognitione principiorũ. Verũ hoc Ariſt. conducit ad oſtendendum eſſe neceſſarium ſermonẽ de principijs, ſiquidem & his qui non de his agere propoſuerunt, quęſtio tamen de ipſis primo obuiam uenerit tanquam aliter de his quæ ſunt cognoſcituri non eſſent. Hunc igitur in modum

Alex. uerba expoſuit atq; inq̃t hoc dici de oĩbus nãlibus. At forte ſermo neq; eſt de cũctis nãlibus pbis. Itẽ neq; uelut alia illis pponẽtibus q̃rere alia ipſis q̃bꝰ de illorum principijs occurrerat, ſed qm̃ Parmenides & Meliſſus de eo qđ ẽ q̃rebãt. Vtrũ unũ uel plura, & nũ imobile aut mobile ſit, ne quis putaret eos nõ de his q̃ ſunt ſed de principio eorũ q̃ ſunt q̃rere, ſapide ac ingenioſe Ariſt. hoc de ipſis demõſtrauit. Nũq̃ eñi cẽſuit eos fuiſſe ignaros multitudinis rerũ, q̃n quidẽ hoc duos pedes hr̃e uiderint, ſed de eo q̃ uere ac pprie eſt ipſi loquebãtur, qđ ſane principium & cã eſt oĩum quocũq; ſint idcirco mox Parmenidis & Meliſſi opinionẽ q de eo qđ eſt phãti ſunt prius tractat. Nã ſiue de principio q̃rerent nũ unũ, uel plura ſit, ſiue de ipõ ꝙ eſt pfecto eadẽ q̃runt, q̃q̃ alia noĩa ſibi uſurpent, qbus porro inſtabimꝰ cõtra eos qui unũ eẽ id qđ eſt aſſeruerũt, eiſdẽ ſane ẽt refellemus eos q unũ eẽ principiũ aſſerere ꝯtendunt. Cũ igitur ipſe a principio fecerit diuiſionẽ dicẽs. Neceſſe aũt ẽ uel unũ eẽ principiũ, uel plura, merito adiecit qđ ẽt q̃rentes quot ſint ea q̃ ſunt de principijs q̃rũt, quãq̃ alijs nominibꝰ utanẽ. Idcirco cũ ponat uelut unam ſententiã antiquorũ eſſe idem cõtradicit.

Tex. 8. Itaq; ſi vnum atq; immobile ſit, id quod eſt, conſiderare, non eſt de natura ſpeculari. Vt enim & Geometræ nõ amplius eſt rõ, ad eum qui deſtruit principia, ſed aut alterius eſt ſciẽtiæ, aut omnium cõis, ſic neq; ei q de principijs. Nõ enim amplius, principium eſt, ſi unum ſolum, & ita unũ eſt. Aut enim principiũ, cuiuſdam, aut aliquorum eſt.

Com. 8. Propter hæc inquit Alex. cum uideaẽ pteriſiſſe queſtionẽ & pblema, adiecit ſi ſint, pſus principia ꝯtradicendo his qui pſus negant principiũ rerum nãlium. Nã cũ pferant unũ eẽ id qđ eſt ac imobile, tollũt principia nãlia, & ipſam nãm. Etenĩ cum principiũ alicuius, aut aliquorũ principiũ ẽe cõſtat, tum ẽt una ſecũ rerũ multitudinẽ itroducit. Itẽ ſi nõ ẽ motꝰ, neq; nã erit, q̃ppe nãm motꝰ eẽ principiũ demõſtratur ẽ. Niſi forſitã talis interp̃tatio ſit magis cõmẽtitiũ & factitia, qm̃ hiſce uerba textus Ariſto. nõ pponit oñdere ꝙ ſint principia nãlia ſed hoc accipiens cõceſſum & p cõperto habitum ẽt ſm eos, ſiquidẽ ipſi id qđ ẽ p principio dixerint, ex hoc nititur eos qui unũ aiũt id quod eſt uelut principiũ reijcere. Nam principium amplius non eſt ſi unũ ſolum ſit id quod eſt, mõ ſit unũ ut pleriſq; uidetur dici id quod eſt unum, eſſe tãq; ipſum ſolum ſit. Nam principium alicuius aut aliquorum eſſe principium quis non uidet? quare principium una ſecum introducit multitudinem. Vnde ſimul tollit poſitionem illorum & cõfutat authores huius ſententiæ, qui cum de nã ꝯſiderare uideanẽ, ipſam plane nãm dirimunt atq; tollunt, pinde primas partes ſectionis cõprehendens quæ ſunt, ſi unũ & imobile principiũ, huius opinionis fautores authoreſq; inuenit eẽ Parmenidẽ, & Meliſſum dicẽtes eẽ unũ id qđ ẽ p principio id qđ ẽ ponẽtes, & his illico ꝯtradicit, primũ cõplectẽs intelligentiã cũ principij, tũ ẽt illius ꝙ eſt, ſm quam cõiectauit ſuſpicatuſq; ẽ eos dicere, deinde uero ſm eam ipſius quod eſt cogitationem & intelligentiam quæ ſunt uerisſimilis et eam eſſe illorum multi illud nomẽ audiẽtes putarunt et tunc ab unius ſignificatu arguit, & uiſus eſt ſtatim eos dãnare, qm̃ dicendo unum eẽ principium id qđ eſt, cogitatione intelligentiaq; ipſius entis ſeu quod eſt tollunt principium. Item dicentes de principio eorum quæ ſunt profecto demunt & principium & naturam aſſerentes id quod eſt unum & immobile eẽ. At ſublata nã, demptiſq; principijs, ẽt tolleretẽ aboleretẽq; omnis naturalis contemplatio. Et cum non quicunq; ſermo dignus ſit ut illi contradicamus reſiſtamuſq;, illis proinde refragaturus atq; contradicturus idipſum primum oſtendit quo eorum ſermo non ſit dignus increpatione ac confutatione, & quo licet ſic ſe habeat, nihil tamẽ uetat eis contradicendum repugnandũque eſſe. Nam nulla ars, nullaq; ſcientia aduerſum deſtruentẽ ſua principia & uniuerſam conſtitutionem euertentem poteſt ſcientificæ ſuomet pręſidio ac ſuapte ratione certare & contraire. Nam ſi oportet naturalem forte fortuna ut naturalem cuncta quæ ab eodem demonſtrãtur ex naturalibus principijs naturaliter demonſtrare & non conceduntur eſſe principia neq; naturalis contemplatio, qui nam amplius demonſtraret naturalis qua naturalis eſt, immo nec geometra aduerſus eum qui geometriæ principia & confirmationem eius tollit ceu geometra diſputabit & contendet, quippe qui non habet principia qbus fulcitus in diſputationem ueniat. Nam naturalis uolens ſua ſtabilire principia uel ex prioribus, uel ex poſterioribus ipſa cõfirmabit, ſed ſi ex prioribus profectu ex non naturalibꝰ principijs neq; nãliter confirmabit, ſi aũt ex poſterioribꝰ, & nãlibus hæc petere neceſſe eſt q̃ nondum perſpicua ſunt, eo qđ tolluntur principia ex quibꝰ ipſa poterãt demonſtrari, ceu ſe habent apud geometras q̃ appellantur petitiones. At operæpretium ẽ ut uniuſcuiuſq; principia uel pxime ſuperiores ipſis ſcientiæ demonſtrẽt, ceu principia medicinę nãlis demõſtrat, & principia artis mechanicæ geometria, uel ꝯfugiendũ eſt ad aliquã cõmunẽ cunctis ſciam, q̃lis ẽ dialectices Peripateticorũ. Etenĩ in lib. Topicorũ. i. de ſede argumẽtorũ & locis, illã methodũ & ad ſcias nãles utilẽ eẽ dixit. Nã inq̃t (cũ ipa ſit indagatrix ad oĩũ ſciarum principia uiã habet.) Et hoc merito, ſiquidẽ intẽtio dialectices ẽ de oĩ pblemate ex opiabilibꝰ rõcinari, dialecticus. n. (ſi opus fuerit) demõſtrabit punctũ eẽ iparti le, & lineã lõgitudinem eẽ ſine latitudine & ſuperficiem hr̃e dũtaxat lõgitudinẽ & latitudinẽ, aſſumẽs dignitatẽ cõem qđ ſcilicet corpꝰ ſit triſariam dimenſum ſeu ꝙ tres dimẽſiones habeat, atq; qđ oẽ terminans illo qđ terminaẽ una dimenſione ſit inferius ideſt ꝙ ei deſit una dimenſio earum q̃ ſunt in terminato. Itẽ prima pħia cunctarũ ſciarum demonſtrabit principia, idcirco & ipſa ars artium & ſcia ſciarum eſſe traditur. Non eſt igitur phyſici munus diſſerere aduerſus eos qui tollunt principia naturalia, & aduerſus eos qui prorſus oẽ principium dirimunt, fortaſſis nullius erit officium diſputare. At hi qui unum ſolum aiunt eſſe, id quod eſt, modo ſic affirment unum eſſe, ut nihil ſit præter ipſum, omne profecto principium demunt. Nam principium omnino ſecum una introducit aliquid uel aliqua quorum eſt principium. Quærit autẽ Ariſto. in libro metaphyſices nunquid ſit una aliqua ſcientia quæ ſingula uniuſcuiuſq; ſcientiæ principia demonſtret, an ſit unius ſcientiæ cõmune quoddam omnibus ſcientijs contemplari. Vnde & Eudemus principio ſuorum librorum de rebus naturalibus quærit eleganter problema quæſtionemue, & inductiones illius in alijs perfectionibus exactionibuſq; tractationibus & operibus differt. Sic autẽ inquit num unaquæq; ſcientia ſua principia inuenerit & iudicauerit an quædam altera uniuſcuiuſq; ſcientiæ principia indagauerit an una aliqua complexa fuerit omnia, quis dubitaret? Nam mathematici propria principia demonſtrant, & unumquodq; quod dicunt ipſi definiunt. Verum ſi nihil ſciret inquirens quid ſit linea quidue aliorum unumquodq; ridiculus eſſe uideretur, ſed de principijs quæ ipſi dicunt nihil demonſtrare nituntur, immo nec aſſerunt has ſcientias conſiderare ſi ea ſint ſed his conceſſis ea quæ ſequuntur deinceps demonſtrant, ſi autem ſit alia quædam quæ geometriæ ſimiliter & arithmeticæ, & aliarum ſingula principia oſtendere nitatur quærendum eſt utrum una quædã ſit quæ omnium principia demonſtret, an quot ſunt ſcientiæ habentes principia, totidem etiam ſint quæ probent uniuſcuiuſq; principia ut ſingulę ſingulis reſpõdeant. At ſiue una ſit communis quędã, ſiue unicuiq; propria accommodetur profecto & ipſam oportet principijs quibuſdam potiri, igitur rurſus quęrendum erit eodem modo, ſi illius propria principia ipſa & communis probauerint, aut aliæ quædam, quod ſi dãtur eſſe alię ſcientiæ quæ ẽt illius probent principia, proculdubio in infinitum procedẽdum erit quare principia ſcire datum non eſſet. Nam principia uidentur ſemper eſſe ſuperioræ. ſi autem ſteterint & erunt quædam ſcientię quę alijs principia ſuggerunt & confirmant, igitur quærendum erit num una quædam propria ſciẽtia ſit propria principia. qđ ſi hoc opus erit adhuc ratione, cur illi hoc munus tributum

ſit, ut aliarũ ſciẽtiarũ q̃ ſub ea exiſtũt principia atq; ſua ꝓpria ꝓbet & alijs minime. Nã hoc perſiſſe ẽ figmento niſi afferat aliquod diſcrimẽ. Sed hęc diligẽter ꝑpẽdere erit alterius philoſ. Hęc igitur uerba Eudemi plane exponẽtia dubitationẽ q̃ ꝓblemati ꝯuenit, uniuerſa adiecimus ob eos q diligẽtius ſolent id ꝓblema indagare. Eteni Eudemus, ut dixi, reſpõſionẽ uſq; ad altiores exactioreſq; ſcias & tractationes diſtulit. Sed breuibus dicendũ ẽ q principiorũ uniuſcuiuſq; artis & ſciæ alia ſunt per ſe fide digna atq; credẽda ꝓpter qđ ẽt ſunt ꝑ ſe nota eiſdẽ ſciẽtijs quarũ ſunt pricipia ceu ſunt in geometria q̃ appellant cões cõceptiones & deffinitiones. Eteni & ipſę indemõſtrabiles eẽ cupiũt, idcirco et ex diffinitionib⁹ tãq̃ ex imediatis ꝓpõnibus ſunt demõſtrationes, alia uero ſunt ex ſuppoſitione q̃les ſunt terminorũ ſubſiſtẽtes ſignificatiões. Nã punctũ afferre alicuius impartibilis ꝯceptionẽ, & lineã longitudinis ſine latitudine intelligentiã, per ſe credendũ eſt. At eẽ aliquid ꝓrſus ĩpartile in ipſis diuiſibilibus, & nõ latũ in his q̃ latitudinẽ habẽt hoc geometra uelut principiũ accipit non demõſtrans ipſum, ſed illius demonſtrationem primus philoſophus ex ſe fide dignis & indemonſtrabilibus, principijs affert. Is autem eſt ſm Platonem dialecticus, & ſm Ariſto. is qui de oi ꝓblemate ꝓpoſito rõcinãs (ut diximus) ex opinabilibus prius utitur opinabilibus pricipijs, & hoc mõ nec in infinitũ abibimus principiorũ, ſemꝑ pricipia ponentes, q̃ppe qui occurremus tãdem in principia indemõſtrabilia & ꝑ ſe fide digna nec ſciam principiorũ habebit ille q poſſidet ſciam cuius ſunt principia, ſiq̃dem ſcia ſit ſylls demõſtratiuus & ſyllſus fiat ex principijs ꝑ ſe notis. Verũ principia alterius ſciæ inferiores ſunt nota & cognita ſciẽtifice a ſcia ſupiori qm̃ ſcia ſuperior demõſtrat ex ſuis principijs ꝑ ſe creditis & indemonſtrabilibus demonſtrat principia inferioris ſciæ, q̃re aduerſus eũ q inficiẽ tollitq; principia nãlia nõ erit min⁹ nãlis diſſerere. Nã uel ex priorib⁹ (ut dixim⁹) & hoc mõ nõ ampli⁹ ceu nãlis ea demõſtrabit, uel ex poſteriorib⁹, & ita petet principia eẽ cũ effectus ac poſteriora demõſtrãt ea ex q̃bus cõſtant. Nã ſi nõ eẽnt principia nec poſteriora q̃ cõſtãt ex eis forẽt. Quocirca, ut ait Alex. & ipſe Ariſt. dicit aduerſus aſſerẽtes unũ & imobile eẽ id qđ ẽ q tollũt nãlia principia, nõ q̃ nãlis, diſputabit, ſed qua Philus. Niſi nãlis nũq̃ poſſit ſciẽtifice illis ꝯtradicere, qui demunt nãlia principia, ſciẽtifice tñ hoc mõ uelut ex principijs rei q̃ppe nãlis qua nãlis nõ ꝯgnoſcat nãlibus principijs alia ſuperiora, ex principijs, tñ demõſtrationis põt demõſtrare, q̃nquidẽ poſuerim⁹ principia demõſtrationis eẽ ea q̃ ſunt manifeſta ex euidentia ſenſus & ex particularibus, neq; prorſus ex ipſa inductione. Proinde Ariſtoteles cum occurrit eis qui aiunt eſſe unũ idquod eſt oſtendens qđ ſint ſubſtãtia, quantitas & qualitas in his q̃ ſunt q̃ nõ ſunt unũ, cõtra eos q imobile aiunt, ſic inq̃t. Subijciant aũt nobis ea q̃ nã cõſtant, aut oĩa, aut aliq̃ moueri Qđ q̃dem patet inductione, q̃re nãlis nõ ꝓrſus oĩs rõnis ꝓbationiſq; expers ẽ cõtra tollẽtes nãlia principia. Verũ nõ putes cũ diximus ex principijs demõſtrationis nãlem poſſe arguere tollẽtes principia nãlia, ut ea q̃ recẽſuimus ſint principia demonſtrationis, ſed ſunt principia principiorũ demõſtrationis. Hãc igitẽ opinionẽ inq̃t Alex. pri⁹ tractauit qm̃ ipſa nãm & principia nãlia tollit, reꝓbaturus itaq; ipſam & ſuaſurus nãm ac rerũ naturalium principia eſſe, ſic ſeſe confert ad alias opiniones quas narrauimus de principijs naturalibus.

Tex. 9. **Simile itaq; eſt conſiderare an ſic vnum eſt, & ad aliam quamlibet poſitionem ſermonis gratia dictam diſputare vt Heracliteam, aut ſi quis dicat hominem vnum, id quod eſt eſſe.**

Tex. 10. **Aut ſoluere litigioſam rationem. quod vtræq; quidem habent rõnes, & Meliſſi & Parmenidis. Etenim, falſa accipiunt, & non ſyllogizantes ſunt.**

Com. 9. Multi ſunt ſententiarum modi quibus contraire non oportet eum qui ſapienter & legitime diſſerit. Nam neq; eos aduerſus pugnandum eſt qui negant aduerſarijs diſputantibus principia rerum quæ ſubiectę ſunt neque contra eos qui aſſerunt inopinabilia ac futila & ineuidentia prorſus. Nam tales poſitiones ſunt, ceu illa Heracliti dicentis in idem bonum & malum coire ac conuenire ceu intenſionem arci & lyræ, qui etiam uſus eſt poſitionem dicere quod indefinite promiſcueque loquutus eſt. Equidem demonſtrabat in ipſa generatione contrariorum mixtionem eſſe in unum conſonantem & continuam, ceu etiam Plato in Sophiſta Heracliti opinionem meminit, cui etiam adiecit illam Empedoclis. Sic autem dicit. Iades autem & ſiculæ muſæ quædam his poſteriores, ambo hæc inuicem implicare, atque dicere tutiſſime cenſuerunt perinde atque ens & multa ac unum ſint, & diſcordia amicitiaque cohęreant. Nam diſſidens ceu differens iam facile connectitur cum alio & conſentit, ut muſæ conſonantiores canunt, quo in loco periadas muſas & conſonantiores indicat Heraclitum, deinde inquit. Molliores uero per quas & Siculas inſinuat undique Empedoclem. Ipſe igitur, inquit, hæc ſempe ſic ſe habere conceſſerunt. Et uniuerſum hoc uiciſſim tum unum eſſe & amicum ſibi propter Venerem, tum multa & ſibiipſi ob diſcordiam diſſidens hoſtileque. Sed cum occultior eſſet opinio Heracliti, apertius inopinabilis ſententiæ eius exemplum ac magis proprium Ariſto. intulit dicens, Vel ceu ſi quis id quod eſt unum hominem eſſe diceret. Nam hoc exemplum magis peculiare eſt propoſitæ inopinabili ſententiæ. Præterea eſt etiam alius modus qui non modo ſua uerba citra omnium opinionem dicta enunciando ſimpliciterq; affirmando nulla ſuffultus ratione profert, ſed etiam uidetur ſyllogiſmo ea concludere, quãquam nec ex ueris neq; ex opinabilibus propoſitionibus, ſed ex his quæ apparent opinabiles cõferat ſyllſos quales ſunt ſophiſtici paralogiſmi, & ut breuibus expediam, uel unuſquiſq; eorum qui falſam opinionem introducunt ſeruat principia q̃ opinioni ſubijciuntur, q ſi ſeruauerit oportet nãles eum aduerſum certare ac cõtendere, uel tollit ea, q̃ pacto nulla relinquiẽ rõ phyſico qua aduerſarium uincere & ad ſuam ſententiam trahere queat. Rurſus ſuam opinionem aduerſarius uel ſimplr proferẽdo enũciandoue introducit uel ẽt ſyllogiſmis uti uidetur. Qđ ſi ſolum enunciando ꝓferendoq; illam introducit uel ex his q̃ rectę admitti & ueriſilia eſſe poſſunt aliq̃d affirmat, & hoc mõ ei cõtradicẽdũ eſt tãq̃ ille nõ per ſe falſum & non ueriſiſe dicat, uel ex his q̃ ineuidentia ac citra cunctorũ opinionẽ ſunt, temere ꝓfert quo nãq; mõ qui ad ueritatẽ annuit nulla erit munitus rõne ut cõntra illũ pugnet. Nã dialectico deficerẽt uires diſſerendi cõtra eũ q aſſereret teſtudinem iuſtam eẽ. Si aũt contentioſo ſyllo niteretur decipere, ſi q̃dẽ ex opinabilibus ꝓpoſitionibus faceret ſyllm, reijcienda redarguẽdaq; eſſet deceptio, & ſi non ꝓpter ſeipſum, ſaltem ꝓpter plebeios & uulgares auditores, ſi uero ꝓpoſitiones nil opinionis atq; ueriſimilis haberent, ſed dũtaxat cõtentioſe procederẽt, hic ſane cõtradicendi munus potius ſpectaret ad eos q ſolatio & ioco diſputant quam qui ſerio contradicendi diſſerendiq; prouinciam ſumunt. Si ergo Parmenidis & Meliſſi ſermo tollit etiam principia naturalia, & quippiam ſupra omniũ opinionem atq; ineuidens ponit cum afferat id quod eſt unum eſſe atq; ratiocinando nõ mõ uult falſas ꝓpoſitiones aſſumere ſed ẽt uitioſa forma cõcludere, certe horũ omnium cauſa non erit dignus ut ei aliquis cõtradicat, & maxime naturalis cuius principia demit. Cum igitur duplex ſit ſylls uel potius appellandæ totius coniugationis uitium, illud ſcilicet quod ſit ob ea ex quibus componitur ſyllogiſmus, & illud quod ſit ꝓpter cõpoſitionem eius, utroq; mõ his rõnibus obijcit. Etenim ꝓpoſitiones aſſumptę falſæ ſunt, & modus cõpoſitionis cũ nõ ſit ſm figurã ſyllogiſticus peccat, & ex nũero eorũ eſt q nihil neceſſario cõcludunt. Verũtñ Alex. inquit Ariſto. hęc ita dicere, perinde ac poſitio Heracliti ſit citra omnium opinionem atq; talis ceu ſi quis id quod eſt unum hominem eſſe dixerit, & rationes etiam Parmenidis Meliſſiq; ſint cõtentioſe ideſt ſophiſtice ad ſolam oſtenſionem & dicendi gratia habitę ideſt nõ cõprobatę & cõſonę rebus de q̃bus aiunt, ſed falſę & uanę. Hęc cum

Alex. circa iſpa uerba dicat, denuo adnoto Ariſto. nõ mõ Heracliti ſermonẽ poſitionẽ eẽ ſimilem illi ꝗ diceret id qđ ẽ unũ hominẽ eẽ putaſſe, ſed ẽt eadẽ uerba uelut poſitiones ſiſ'es illi Heracliti, imo magis peculiari illi dicẽti id qđ ẽ unũ hoiem eẽ refutaſſe ac de medio ſuſtuliſſe. Proide dicit, ſiſt ẽ itaq; ſi hoc mõ ſit unũ ꝯſiderare, & de q̃uis alia poſitione diſſerere & cætera tãq̃ & eadẽ plane ſit poſitio. Admiror aũt Alex. qui hęc uerba dici dũtaxat gr̃a exẽpli atq; ſermonis cẽſet, ꝗ tñ poſitiones eſſe nõ putat, ſed ſolũ ꝯtentioſas rõnes. At uero q̃q̃ Ariſto. plane dicit poſitiones gratia ſermonis duntaxat dici, id eſt non comprobati rebus, ſed longe ab ipſa rerum ueritate alieni.

Magis autem Meliſſi oneroſa eſt, & nõ habẽs dubitationem. ſed, vno incõuenięti dato, alię cõtingunt. hoc autem, nihil difficile eſt.


Com. 10. Inquit Meliſſi rõnem magis ineptã eẽ, qm̃ is nõ ſolũ ens unum & imobile ceu Parmenides dixit, ſed ultra ẽt adiecit ipm̃ eſſe infinitũ. Proinde cũ eos aduerſum diſputet, hęc ẽt adduxit. Atqui Meliſſus id qđ eſt infinitũ eẽ aſſerit eſſe, id ergo qđ eſt quãtitas eſt q̃dã. Inepta igiť eſt qm̃ quãtitatem introduceus ꝗ quidẽ in ſubło ſit neceſſe eſt id qđ eſt nihil minus unũ eſſe tradidit. Dixit aũt illã nullã hr̃e dubitationem, ꝓinde atq; ſolutione facilis ſit & neminem eo ꝙ leuis eſt, ambigere faciat. Nã rõ acuta ea eſt ꝗ cogit urgetq; & ambigere efficit ceu in lib. Elenchorum dictum eſt. Sed uno, inquit, abſurdo dato cætera accidunt. Etenĩ ſi unũ eſt id qđ eſt, ꝓfecto neceſſe eſt imobile eſſe & infinitũ, ut ſolũ dũtaxat ſit; alioq; ſi mobile foret motũ mutationem & id unde motus incepit atq; id in ꝗ flectiť & deſinit ipſum habebit ſiue motus fiat ex diſpoſitione affectioneq; in affectionem ſiue de loco ad locum, ſiue quouis mõ. Præterea eſſe infinitum neceſſe eſt ſi unum ſit, qppe ſi finitum dabiť, ꝓfecto erit terminus & id qđ terminať. Proinde Plato ẽt eo qđ tradit Parmenidem id qđ ẽ & totum dixiſſe æqualis undiq; ſphærę moli perſiſ'e, oñdit id qđ ẽ nõ eẽ unũ cum medium, extrema atq; partes habeat. Hæc autem in ſophiſta ſcripſit. Si ergo totũ eſt quẽadmodum inquit Parmenides æqualis undiq; ſphęreũ moli perſiſ'e a medio ad circũferẽtiã penitus ęq; diſtãs, eo nãq; neq; maius quicq̃, neq; poſtrius aliqd eſt, neceſſariũ eſt ob talẽ circũferentiã ipm̃ ens ſeu id qđ eſt, mediũ extremaue hr̃e ꝗ cum habeat neceſſe ẽt eſt ut oĩno ꝑtibus cõſtet, (Theæte) ſic oportet. Hoſpes. Atq nihil ꝓhibet forſitã ipm̃ diuiſum in partibus oĩbus paſſionem unius hr̃e atq; hac rõne id qđ eſt oẽ & totum exiſtere. Theęte: nihil uetat. Hoſpes: qđ aũt hæc patiť, nõne ipoſ'e eſt id ipm̃ unũ eẽ. Poſtremo inqt Ariſto. Hoc aũt nõ ẽ difficile, q̃ſi dicat imo & neceſſariũ, uno abſurdo dato cętera ꝯtingere, aut difficile nõ ẽ ꝑſpicere q̃nã pacto uno abſurdo dato cætera abſurda accidant.

Nobis aũt ſupponať, ea ꝗ ſunt natura, aut oĩa, aut quędã moueri. manifeſtũ ẽ aũt ex iductiõe.

Com. 11. Illi igiť cum ens imobile eſſe ſtatuerit in pleraq; abſurda inciderunt. Proinde inquit, nobis aũt ſubijciať & ꝗ nã ꝯſtant, aut oĩa, aut aliq̃ moueri. Subiectio ſuppõne nõ ẽ poſitio, neq; cum hæc dicit aliquid ꝑter oĩum opinionẽ uel ineuidens introducit neq; firmat & ſtatuit hãc ſubiectionẽ ut aduerſas ꝯtrariaſq; rõnes ſoluat & diluat, ſed ea inductione ꝑ ſe clara notaq; habeť. Etenĩ uidemus eorum ꝗ nã cõſtant multa moueri, imo oĩa ꝗ nã cõſtãt, moueť ſiqdem nã eſt principiũ motus. Verũtñ adiecit aut aliqua ꝗ a nã moueri nobis ſubijciantur, tãq̃ ſine omni cõtrouerſia hoc uerum ſit. Etenĩ aĩalia plãteq; oẽs, ſimplicia eĩta, coelum, atq; aſtra ꝗ in coelo ſita ſunt moueri uideť. Vñ ꝯſentaneum eſt ipm̃ dixiſſe aut oĩa, aut aliqua moueri qđ cardines polius, centra uniuerſi & axes ꝗ nã cõſtãt imobilia ſunt. conſtat igiť ea ꝗ ſunt moueri, uel ut Alex. inquit aut aliquã dixit ꝓp aĩam. Supponit aũt impr̃tia non nãlia principia moueri ſed ea ꝗ nã conſtãt quorũ principia q̃rit, ſed quãq̃ hic Alex. faceatur hoc uelut pricipiũ Ariſto. accipere, tñ nõ principiũ ꝗ ad nãm, ſed q̃ad nos q̃s ſane rei nõ ẽ principiũ, alioqui eẽt principium naturæ primæ ꝑſpicuũ & notũ, ſed demõſtrationis, ꝗ à poſterioribus manifeſtus fit, & ꝯſtituitur, ceu inductio ꝗ ex particularib' uľe ſuadet et ꝓbat ꝙ naturę nõ ẽ poſterius, ſed pri'.


Simul aũt neq; cõuenit omnia ſoluere, ſed quęcũq; ex principijs aliquis demonſtrans, mentitur, quæcunq; vero non, minime. vt tetragoniſmum, eum quidẽ qui ꝑ ſectiones geometrici eſt diſſoluere, illũ aũt, qui Antiphontis, non geometrici eſt. Tex. 11.

Com. 12. Cum illi poſitioni quæ aſſerit ens immobile opponeret contraireťq; obijciť do ꝗ nã ꝯſtant, aut oĩa, aut q̃dã moueri, qđ euidẽtia ipſa teſtatur, ut ne q̃s dicat atq; illi obijciat qđ q̃riť ueluti cõceſſum & poſtulatũ ſtatuere, cãm ſtatuẽdi id qđ uerũ ẽ anteq̃ refellat falſum adiecit, qm̃ cum facile ſit nihil difficultatis habeat ꝑſpicere ea ꝗ uno abſurdo dato ꝯtingũt, inſuꝑ neq; cuncta ꝗ falſo ꝓferuntur, ſoluere decet, ſed illa ſola q̃cũq; ex principijs ẽt ab aduerſario cõceſſis aliq̃s demonſtrãdo mẽtiť, q̃cunq; aũt non ex ijs oñduť minime diluere licet. At hi qui unum & imobile eſſe aſſerunt, neq; principiũ, neq; nãm ſeruãt. Vñ nihil abſurdi erit ſi anteq̃ ſoluamus ꝯtrarias rõnes ſtatuerimus ea ꝗ euidentia teſtatur, ſiquidẽ neq; oĩa ſoluere neceſſe ſit. Multum equidẽ intereſt ſoluere & falſa ꝗ ſolui debent, & ea ꝗ dilui non debent, qđ quidẽ oñdit in quibuſdã falſis deſcriptionibus in geometria. Nam cum multi circuli quadrationẽ q̃rerent, ſcilicet circulo quadrãgulum ęqualem afferre, Antiphon & Hippocrates pari mõ mentientes putarunt inueniſſe. Verum Antiphontis mendacium eo qđ non ꝓficiſcitur, neq; emergit ex principijs geometricis ut intelligemus, merito nõ ſpectat ad geometrã illud diluere. Illud aũt Hippocratis qm̃ obſeruans principia geometriæ mẽtitur geometræ intereſt ſoluere. Nã illas rõnes dũtaxat ſoluere oportet q̃cunq; ſeruãtes ꝓpria doctrinę principia ſic uitioſe cõcludunt, illas uero quibus decipiunt tollentes principia nequaq̃ ſoluendũ eſt. Antiphon igitur deſcribens circulũ in ipſo quãdã areã regionẽq; multorũ angulorum qui deſcribi illic poterãt, effinxit hunc in modum, eſto quadratum forte fortuna intra regionis areæq; ambitum deſcriptũ, is ergo cũ q̃drati deinde ſingula latera ſecaret i duas partes, a ſectione in circũferentijs uſq; ad rectas lineas, qbus uidelicet i duas ꝑtes diuiſis unaqueq; ſm̃ ſe ſectio circuli ẽ. Deinde




de ab eadẽ ſectione circuli uſq; ad terminos linearũ ſeu laterũ quadrati adeo iũxit rectas lineas ut ab his lineis triãguli q̃tuor orirentur & tota figura inſcripta euaderet octangula, & rurſus ſm̃ eãdem methodum cum ſingula latera octãgulę figuræ in duas partireť ꝑtes a ſectione in circũferẽtiã ducẽs in rectũ atq; ꝯnectens a ſignis qbus ꝓtractę lineæ ad rectas tãgebãt ꝑipherias, ipſas lineas rectas uſq; ad terminos rectarum quæ diuiſę fuerunt, faciebat figuram inſcriptam ſexdecim angulorum.

Et ſecundum eandem rationem rurſus diuidens latera figuræ ſexdecim angulorum deſcriptę,& piungens rectas & duplicans figuram multorum angulorum, & hoc cõtinuo faciens uſquequo ſuperficies hac ratione conſumatur, ſtuduit aliquã figuram multorum angulorũ in hunc modũ deſcribere in circulo cuius latera eo quod paruiſſima ſint circuli circũferentiæ adęquarentur. Omni nãq; multangulæ figuræ quadrãgulũ æqualem aſſerre poſſumus ceu in libro elinorũ traditum accepimus, quare eo quod figurã multorum angulorũ circulo æqualem ſtatuimus, adęquãtes q̃draium ipſi multãgulæ figuræ, pfecto ponemus & quadratũ eſſe circulo æq̃lem. Et conſtat hãc deductionem fieri ſublatis geometriæ principijs. Verum non ut Alexan. inquit, qđ Antiphon tollebat hoc, quod uelut principium ſcilicet circulum tãgere lineam rectam in puncto ſtatuit geometra. Nam geometra hoc non ponit poſtulatq;, ſed ipſum oſtendit in octauo libro, proinde melius foret aſſerere hoc eſſe principium ut nunquam poſſit recta linea cohærere coæquariq; circulo, ſed ipſa quoties extra conſtituta fuerit in uno puncto circuli tanget, ſed ſi intra circulum fuerit ipſum tanget ſolum in duobus punctis & tactus in puncto fit, quãq; ſemper ſecando ſuperficiem quæ intra rectam lineam & circuli circũferentiam comprehenditur, ipſam nunq̃ abſoluet cõſumabitq;, nec aliquando circuli circunferentiã complectetur & occupabit, ſiquidem ſuperficies planũq; in infinitum ſit diuiſibile, ſi autẽ complectitur & cohęret ei, ſane aboleret quoddam principium geometriæ quo aſtruere ſolemus magnitudines in infinitũ diuiſibiles eſſe. Id quoq; principium Eudemus tradit Antiphontem de medio ſuſtuliſſe ac deſtruxiſſe. Cæterum inquit Ariſto. ceu quadrationem eam quidem quæ per ſectiones fit, ad geometram diſſoluere pertinet. Dicit autẽ eam quidem quę per ſectiones, id eſt eam quæ per lunulas quaſdã fiebat, quã Hippocrates Chius adinuenit. Nã circuli ſectio eſt lunula. At demonſtratio hunc in modum fit. Eſto, inquit, circa a b/linea recta ſemicirculus deſcriptus a b g, & ſecetur linea a b, in duas partes per lineam d, & ab ipſo d/puncto lineę a b/ in rectum iungatur linea d g/& ab ipſo g/connectatur ducaturq; linea g a/quæ eſt quadrati deſcripti in circulo latus cuius eſt ſemicirculus a b g, & circa lineam a g/ circunſcribatur ſemicirculus a e g/& cum ſit illud ab a b/æquale huic ab ipſo a g/& huic ab altero quadrati latere deſcripti in ſemicirculum a g b, id eſt g b, quippe eſt triãguli rectanguli hypotinuſa a b. Vt ergo ſe habent a diametris quadrata inter ſe, ſic & circuli circa ipſa inuicem ſeſe habebunt atq; ipſi ſemicirculi, ceu demonſtratum eſt in duodecimo libro elementorum, igitur ſemicirculus a b g, duplus erit reſpectu ſemicirculi a e g, ſed eſt etiam ſemicirculus a g b, duplus reſpectu a g d, quartæ partis igitur quarta pars æqualis eſt, a e g/ſemicirculo, auferatur autem commune ab ipſo quadrati latere, & ab ipſa circunferentia a g/contenta ſectio dematur, igitur reliqua lunula a e g/æqualis eſt a g d/triangulo, ſcilicet triangulus quadrangulo. Cæterum cum oſtendit per hæc lunulam quadratam fieri, deinceps nititur ob hoc prius demonſtratum circulum hunc in modum quadrari. Eſto linea recta a b/ & circa ipſam deſcribatur ſemicirculus, & ponatur huic lineæ a b/ dupla






eſſe g d/& circa ipſam g d/deſcribatur ſemicirculus deinde deſcribantur intra eundem ſemicirculum latera exagoni, ſcilicet figuræ ſexangulorum, ceu latus g e/& e z/adhuc z d/& circa eadem circunſcribantur hi ſemicirculi g h e, & e th z, deinde z k d, igitur unuſquiſque ſemicirculus deſcriptus circa latera exagoni æqualis eſt a b/ ſemicirculo, et. n. a b/æqualis eſt lateribus exagoni. Nam earum quę a centro duplex eſt diameter, latera autem exagoni æqualia ſunt his quæ ex centro, & lineę a b/dupla eſt linea g d/quare quatuor ſemicirculi ſunt æquales inter ſe, igitur quatuor uicibus erunt ipſe a b/ſemicirculus, ſed eſt etiam ſemicirculus circa g d/quadruplum ipſius ſemicirculi a b. Nam cum diameter g d/ ſit dupla diametri a b, Tex. 15.



ſane ſemicirculus q fit ab ipſa g d, q̃druplũ erit ſemicirculi qui ab ipſa a b/ pueniet qm̃ ut ſe hñt diametrorũ q̃drata iter ſe, ita & circuli ſe hñt inter ſe, & ſemicirculi piter iter ſe, q̃re q̃druplus ẽ ſemicirculus g d/ſemicirculi a b, igiẽ ſemicirculus g d/ æq̃lis ẽ q̃tuor ſemicirculis. ſ. ſemicirculo a b/& alijs tribus q ſunt deſcripti circa latera exagoni auferant ergo ab his ſemicirculis q ſunt circa latera exagoni cõia & ab ipſa linea g d/ ſectiones q̃ a lateribus exagoni atq; circũferẽtijs ſemicirculi ptinent, reliq̃ traq; g h e/& e th z/atq; z k d/lunulæ cũ ipſo ſemicirculo a g b, ſunt æq̃les g e e z, & z d. ſ. areæ mẽſpq;, ſi ãt ſuſtulerim' ex ipſa area excellẽtiã. i. id qđ ẽ æq̃le lunulis. Nã oñſum ẽ rectilineũ eẽ æq̃le lunulæ, & reliq̃rimus reliquũ qđ ẽ æq̃le a g h/ſemicirclo & hoc aſſumptũ rectilineũ duplicauerim' & duplicatũ i q̃dra ti formã redigereẽ. i. illi q̃dratũ æq̃le acceperim', q̃dratũ æq̃le erit circulo circa a b/diametrorũ deſcripto, & ita circulus i q̃drati formã redigeẽ. Et ẽ argumẽtũ induſtria igenioq; referum. Verũ ſcã ẽ falſa deſcriptio eo q̃ id qđ nõ ẽ uſr demõſtratũ, uelut uſe accipit. Nã oẽm lunulã i formã q̃drati redigi nõ ẽ demõſtratũ, ſed ſolũ id qđ ẽ circa latus q̃drao deſcripti i circulo. Hę ãt lunulę circa latera exagoni ſunt ipius q̃drati deſcripti i circulo. Sed ad q̃drãdas lunulas ẽ q̃dã, & talis demõſtratio q̃ circulũ ſtatuit ſimplĩor & nõ decipiẽs ob aliq̃ d'ſcriptionẽ falſaz q̃ in eadẽ fiat. Nã iueniẽtes lunulæ q̃drationẽ illius. ſ. q̃ circa triãguli latus ẽ, putarũt hi ob hãc ẽt circuli q̃drationẽ cõperuiſſe p inde ac oĩs circulus diuidi q̃at in lunulas. Nã cũ q̃dratũ toties muliplicatũ efficerẽt æq̃le lunulæ, q̃tes oẽs lunulę multiplicatæ ſunt in q̃s circulus diuidereẽ cẽſuerũt q̃dratũ his lunulis & circulo æq̃le eẽ accipiẽtes falſum hoc. ſ. uniuerſuz circulũ in lunulas diuidi poſſe. Nã i diuiſione circuli in lunulas ſemp aliqđ mediũ ĩtus circũq̃q; curuũ ſubrelinqẽ utriq; a lineis lunulæ cõphẽſuz qđ cũ neq; ſit lunula, neq; i formã q̃drati ſit redactũ, pfecto nec uniuerſus circulus q̃drareẽ. Verũtñ neq; ualet hęc inſtãtia aduerſus talẽ q̃drationẽ. Nõ. o. op' ẽ q̃drão circuluz p lunulas diuidere totũ circulũ i lunulas, qm̃ neq; ſi hoc foret, circulus

culus per lunulas ſic quadraretur, quippe non ſit oſtēſum lunulam q̄drari, ſed q̄ꝗ̄ uniuerſus circulus nō diuidereť in lunulas tamē quadrabiť, ſi concedantur lunulæ quæ ſunt circa latera exagoni deſcripti in circulo quadrari, & non hæ ſolæ, q̄ circa latera q̄drati iacent. Sed hic ēt cā falſæ deſcriptionis eſt, q̄m hi qui lunulā circa quadrati latus q̄drāt, perinde ac oēs lunulas quadrauerint q̄leſcūq; fuerint ī quas circulus diuiditur, ſic demonſtrationem efficiunt. Quidā aūt (ut inquit Alexan.) exiſtimant ꝙ ſi oñderit quadratum numerum circularē eē, & in magnitudinibus circuli quadrationē inueniſſe. Eſt autē, inq̄t, quadratus numerus æqualiter æq̄lis, numeros autem circulares uocabāt qui pſtant ſeriatim numeris īparibus, ceu uno, tribus, quinq;, ſeptem, & nouē. Vñ inuenīētes hi numerū quēdam eē ſimul quadratum & circularē ceu numerū trigintaſex qui ſane eo quadratus eſt ꝙ à numero ſenario in ſeipm multiplicato ſit & circularis, q̄a numeris īparibus, ceu uno, tribus quinq;, ſeptē, nouem, undecim, & ſic deinceps pſtat, circuli ēt quadrationem inueniſſe rati fuerunt. At demonſtratio (ut inq̄t Alexan.) nō ſit ex principijs geometriæ, ſed ex principijs arithmeticæ. Nam arithmeticæ principia ſunt talē eē numerū, circularē & talē eē quadratum. Sed cum hæc Alexan. dicat expliceťq; dignū eſt aīad uertere (īprimis q̄dē) q̄m numeri circulares nō ponunť ſm cōpoſitionem numerorū imparū ſeriatim & deinceps ſe habentiū, ſed iuxta terminationē reditumq; finalē ab, eodē in idē. Nā circulares numeri. 25. q̄a quinquies q̄nque eſt, &. 36. ſunt, ſed non ſunt quatuor, neq; nouē, neq;. 16. quanq̄ & hi ſm compoſitionem ſeriatim numerorum imparū fiant, ſed hi ſunt dūtaxat quadrāgulares. Nam quadrāgulares fiunt ſm compoſitionē et coaceruationem imparū. Et forſitan qui principio methodum tradidit non aſſeruit ſimplr oēs numeros qui ī in adiunctam compoſitionem numerorū ſeriatim fiunt, circulares eſſe, ſed ꝙ numeri circulares in continua ſerie coaceruationeq; imparium inueniuntur, quanq̄ hoc non ſemper eueniat. Nam cum is numerus. 125. tanq̄ ab ipſo numero quinario redacto in. 25. fiat, & is. 216. uelut ab ipſo numero ſenario in numerum. 36. conſtituto emergat, tamē non fiebant ſm additam compoſitionē numerorum imparū ſeriatim ſe habentium. Niſi ergo hi numeri circulares non ſint, ſed ſphærici ex planis circulis circulariter non ſine grauitate clauſi. Item illud animaduertendū eſt q̄m neq; cōſentaneum fuit, ꝙ ſi inuenerint eundem numerum circularem ſimulq; quadratū eē ob id cenſere, & in magnitudinibus circuli quadrationem inueniſſe, ſed forſitan in numeris ipſum quadratum ſimul & circulum nacti incidere in notitiam inquirendi explorandiq; in magnitudinibus circuli quadrationem. Dixit autē Ammonius præceptor noſter q̄d forte non eſt neceſſarium ſi quadrato in numeris reperitur, eandem in magnitudinibus inueniri, quippe hæ magnitudines recta et circūferētia ſint genere diſſimiles, præterea tradit nil mirum eē ſi nō inueniať rectilineum circulo æquale, ſiquidē ēt in ipſis angulis hoc nobis exploratum ſit. Nā neq; angulo ſemicirculi, neq; reliquo recto qui inſtar cornu eſt angulus rectilineus æq̄lis inueniretur, idcirco inquit forſitan hoc theorema ab his inclytis clariſq; hoībus exploratū a cquiſitū hactenus inueniri cōprehēdiq; nō potuit, imo neq; ipſi Archimedi perſpectū fuit. Ego uero p̄ceptori ꝓbijciebā, q̄m ſi lunula illa quadrari poſſet quæ à latere quadrati proficiſcitur, (hoc. n. ſine fraude erroreq; conſtat) & lunula compoſita ex circūferētijs circulo ſimile genere eēt, quid ꝓhibet ēt circulū illius cā opeq; ad quadrati formā redigi, ſi aūt planicies lunulę diſſimilaris eſt circulo propter cornua, pariter & oīs lunula diſſimilaris eſt rectilineo, & tamē circa quadrati latus lunula quadrať, anguli uero cū hi ipſius ſemicirculi, tum ēt qui inſtar cornu formanť ex circūferentia, atq; rectitudine ambo cōpoſiti nō ſolum rectilineo ſunt diſſimiles gñe, ſed ēt incōparabiles haudq; cōferēdi. itaq; nō exiſtimo ſatis ſufficiēterq; dictū eē, ut clariſſimi uiri explorātes indagantesq; quadrationē ſpe fruſtrati ſint. Etenī Iābllicus in cōmētario decē p̄dicamētorum inquit. forſitā Ariſto. nōdū quadrationē circuli inueniſſe, licet à Pythagoreis comperta fuerit, ceu compertū perſpicuūq; eſt, inquit, Sextij Pythagorei ex demonſtrationibus, q̄ a maioribus ſucceſſu ac ueluti ꝑ manus traditā demōſtratiōis methodū accepit. Poſtea uero, ut inq̄t, Archimedes ꝑ lineā q̄ eſt inſtar elicis ſcilicet circūuolutī clauiculi, & Nicomedes ꝑ eā lineā q̄ ꝓprie appellať quadrās. Appollon.* itē ꝑ quādā lineā quā ipſe ſororē eius appellat q̄ eſt inſtar cochlę & eadē eſt cū illa Nicomedis, Carpus quoq; ꝑ q̄dā lineā quā ſimplr ex duplici motu uocat, ac plerīq; alij, ut ait, uarie ꝓblema ꝓbarūt & demōſtrarūt, & nūq̄ oēs hi ꝓbationem huius theorematis inſtrumētalē idest ſolum ingrediēdi cā allatā fecerunt, Alex. igiť, ut dixi, hūc in modū putat falſam quadrationē circuli repellendam eē quatenus Hippocrates cum ſolā lunulā circa quadrati latus quadraret, ꝑinde atq; circa latus exagoni quadraſſet abuſus ē ipſa demōſtratiōe. Verū enīuero Eudemus in narratione cōmentoq; quod in geometria cōſcripſit, Hippocratem tradit nō demōſtraſſe lunulę quadrationē in latere q̄d quadrari poſſet, ſed uniuerſaliter, ceu ſi q̄s diceret. Nā oīs lunula extra poſita ꝑipheriā, uel ęqualē ſemicirculo, uel maiorē uel minorē habet. Hippocrates autē eā quadrauit, q̄ habet peripheriam, ſemicirculo æqualē ac maiorē & minorem, is ꝓfecto uniuerſaliter demōſtraſſe uidetur. Interea exponā Eudemi dicta iuxta eius uerba adijciendo inſuper aliquā explicationem licet exiguam quā ex libro elementorum Euclidis ob cōmentandi modum Eudemi qui ueterum more aſſignationes breues ſuccincte exponit, ad memoriam reuocabo. Dicit autē in. 2. libro ſuæ in geometria hiſtorię hoc modo. Etiā lunularū quadrationes cum uideantur eſſe non ſuperficialium deſcriptionum ob ꝓprietatem quā erga circulū hñt, ab ipſo Hippocrate primo deſcriptę fuerūt, & ſolito more aſſignari ſolent. Quocirca nos lōgioribus uerbis rē hāc tāgamus & diſſeramus. Principiū igitur fecerat ab his q̄ ipſis hac ī re cōferrēt, & uelut poſitionē hoc imprimis ſtatuit ut eādē ꝓportionē habeāt circulorum ſectiones inter ſe, & baſes eorū q̄ ſunt poteſtate baſes, hęc autē demonſtrauit ex oñſione diametrorū habentiū cū circulis poteſtate eādē ꝓportionē, q̄d q̄dē Euclides. 12. elmētorū lib. poſuit hūc in modū ꝓpoſitionē ꝓferēs circuli ſunt inter ſe, ceu q̄drata q̄ à diametris ꝓficiſcūtur. Nā ut circuli ſeſe hñt inter ſe, ita & ſimiles ſectiones portioneſue ſunt, nam ſimiles ſectiones portioneſue ſunt, quæ ſunt eadem circuli pars, ceu ſemicirculus ſimilis ſemicirculo, & tertia pars euſdem circuli tertię parti alterius, idcirco ſiſes ſectiões eoſdē angulos recipiūt, ꝓinde omnium ſemicirculorum anguli recti ſunt & maiorum portionum minores ſunt rectis, & tanto minores cadunt rectis, quanto ſectiones maiores ſemicirculis fiunt. Similiter econtra minorum portionum ſemicirculis maiores an-



guli recti, & tanto maiores, quanto minores ſunt ſemicirculis ſectiones, aut portiones. Hoc ipſo demonſtrato, primum quidem ſcripſit lunulam habentem circumferentiam ſemicirculi, & circa triangulum orthogonium, ſcilicet rectorũ angulorum & iſocelem equis uidelicet lateribus cruribuſq; conſtitutum, eundem ſemicirculum circũſcribens, & circa baſim ſectionem portionemq; circuli ſimilem his quæ a ſubiunctis auferuntur quod quidem Euclides trigeſimũ tertiũ Theorema tertij libri poſuit hunc in modum propoſitionem afferens, in data recta licet deſcribere ſectionem portionemq; circuli capientem æqualẽ angulum dato angulo rectilineo. Nam ſi portionem circa baſim ita deſcribit, ut æqualem angulum capiat in portionibus, ſeu ſectionibus quæ ex adiunctis auferuntur, ſimiles nãq; erit illis. Nam Euclides in. 13. libro determinauit de finiuitq; illas eſſe ſimiles portiones quę æquos angulos capiũt, cum itaq; portio circa baſim æqualis ſit illis quæ circa utraſq; alias deſcribuntur, quoniam ut demonſtratum eſt in penultimo Theoremate primi libri elemẽtorum Euclidis, quod in ſingulis triangulis recti ãgulis hypotinuſa ſcilicet linea utraq; latera recti anguli complectens poteſt eſſe æqualis utriſq; lineis continẽtibus rectum angulum, itaq; ut ſe habent quadrata quę a rectis lineis emergunt, ita ſe habent ſimiles portiones circulorum inter ſe, & communi appoſita parte illius trianguli qui circa portionem ſectionemue eſt quæ circa baſim ſit, lunula erit æqualis triãgulo igitur cum oſtẽſum fuerit lunulam æqualem eſſe triangulo ipſa ꝓfecto quadrari poterit. Nam demõſtratũ eſt in. 11. Theoremate ſcd'i lib. elẽtorũ Euclidis quonãmodo oporteat dato rectilineo ęq̃le quadratum inſtituere. Hunc igitẽ in modum Hippocrates peripheriam ſemicirculi extra lunulã ipſam quam facillime q̃drauit. Deinde aream conſtituẽs, ponit eam maiorem ſemicirculo, quæ tria latera æqualia inter ſe habeat, & unum triplicatum potentia unoquoq; illorum parallelorum maius. Item aream circulo circũtegit & complectitur, ac circa maximum eiuſdem latus ſimilem portionem his circunſcribit quæ ſub tribus æqualibus ab ipſo circulo demunt. Et quod area cõtinebitẽ undiq; circulo ac circũplectetur, hoc modo demonſtrabis, diuiſis areæ angulis in duo ęq̃lia ſm nonam ꝓpoſitionem primi elemẽtorum, & cõiunctis ambobus angulis dices, cum b/a/ lineæ, a/g/ ęquali, cõis uero d/e/ & anguli atq; cętera æqualia ſunt. Quod uero dicta portio maior ſit ſemicirculo cõſtat deducta in area diametro. Nã neceſſe eſt eã dẽ hypotinuſam areæ ſub duobus lateribus reliquo uno maiorem uel potentia duplicatam eſſe. Nam cum maius ſit a/d/ ipſo a/g, & d/g, b/a/ æqualia ſint a/c, ipſa coniungant, egredientia ꝓtractaq; incidunt pariter in z. Nam ſi b/a, & d/g/ æqualia exiſtentia parallela ſunt, ea etiam quæ cõnectũt copulantq; ęqualia & parallela erunt æqualia & parallela, igitur erit a/g/ æquale b/d, quod quidem fieri non põt, cum autem b/a, & d/g, in z/ concurrunt unaq; incidũt, anguli qui ſub z/a/g, & g/a/b/ lateribus continentur duobus rectis ęquales erunt per tertiamdecimam ꝓpoſitionẽ primi Euclidis, & erit angulus ſub g/a, maior eo qui ſub g/a/z/ ſcilicet externus trianguli ipſo intrinſeco per trigeſimamſecũdam primi, igitur angulus ſub g/a/z, dimidius eſt anguli b/a/g/ igitur a/g/ maior eſt, uel duplicatus eſſe poteſt utroq; angulorum b/a, & a/g/z, quare & angulo g/b, igitur maximum areæ laterum quod eſt potentia neceſſario minus diametro & illo aliorum laterum ſub qd' ſubtenditur una cum diametro illud iam dictum. Nam b/g, & g/d, maius uel triplicatum g/d/ eſſe poteſt, & b/d/ quadruplũ igitur angulus qui firmatur in latere maioris areæ acutus eſt, igitur portio ſectioue in qua collocatur maior ſemicirculo eſt quæ quidem eſt externa peripheria lunulæ. Huius itaq; lunulæ quadrationem ueluti manifeſtam Eudemum omiſiſſe puto, talis autem fuit quoniam lunula cum portione in maiore areæ latere, atq; cum area & his portionibus quæ ab ipſis tribus æqualibus eiuſdem rectis ſecantur æquales ſunt inter ſe, quarum ſectio in maiori areæ latere æqualis ẽ tribus ſectionibus portionibuſue circuli quæ ab ipſis æqualibus rectis lineis auferuntur, ſi quidẽ ſtatuimus ponimuſq; id qd' fieri põt tribus æquale, maius areę latus eſſe, & ſimiles portiones ita inter ſeſe mutuo habent, ut quadrata quæ a rectis proficiſcuntur, ſi autem ab æqualibus æqualia demantur, reliqua etiã æqualia ſunt. ergo lunula æqualis eſſe areæ. Vel dicito hunc in modum breuiter, cum portio circa maius latus areæ æqualis ſit his quæ circũſcribũtẽ circa tres æquales, quoniam & quadratum quod ab eodem proficiſcitur triplicatum eſt illius quod ab unoquoq; naſcitur, ſi communi planitie adijceretur quæ tribus æqualibus rectis & peripheria maioris portionis continetur, ꝓfecto erit lunula ęqualis areæ, qua ſane quadrata, quoniam habemus atq; ſtatuimus omne rectilineum quadrari poſſe, lunula etiam habens extra peripheriam ſemicirculo maiorum quadrabitur. Quod ſi minor ſemicirculo fuerit Hippocrates deſcribens aliquid tale idem probauit. Eſto circulus cuius diameter ſit a/b, centrum autem eius k. Item g/d/ linea ſecet lineam b/k. in duas partes, & in rectum. Rurſus e/z/ ducatur ad a/b, & ab ipſo k/ copuletẽ ad has e/z, & egrediens concidat perueniatq; ad z/ coniuncta illi e/h/ iuxta h. Rurſuſq; ab ipſo b/ in has z/h/ copulantur, iam ſane conſtat quod e/z/ egrediens in ipſo e/ cadit. Nam ponitur e/z/ in b/ procedens. unde b/h/ ęqualis erit e/k. Verum hoc quiſpiam forſitan & clarius exploratiuſq; demonſtraret, mihi uero ex conceſſis ſic demonſtrare uſui & commodo uenit ponatur g/d/ biſariam & in rectum diuidere b/k. igitur in ipſa g/d/ centrum eſt circuli deſcribendi circa aream per corollarium primi theorematis in. 3. lib. elementorum Euclidis, quoniam e/h/ parallela eſt k/b, & in ipſas cadit d/g/ duos angulos internos dubbus rectis æquales facit per/29. primi libri. ſi uero recti ad ipſum g/ igitur & recti ad ipſum d/ ergo g/d/ per centrũ tranſiens e/h/ in rectum diuidens, & in duas partes diuidit per tertium theorema tertij elementorum. Cum igitur d/ æqualis eſt d/e, & communis eſt a/z/ & recti anguli ad ipſum d, igitur & baſis z/ æqualis erit z/e, immo b/z/ æqualis z/k, quoniã & b/g/ ipſi g/k/ æqualis, ſi uero communis g/z, & recti anguli qui ad g/ ſunt, cum igitur hi duo h/z/ & z/b/ duobus his k/z/ & z/e/ æquales ſunt, & anguli qui ad uerticem apicemq; iacent æquales erunt, & baſis h/b/ æqualis baſidi e/k. Circũſcribatur ergo circa e/z/ triãgulum circuli portio e/z/h/ ſimilis unicuiq; ſectioni e/k/ k/b, & b/h, quæ igitur cum ſic ſe habeant, aream dico e/k/ & b/h/ circulus complectatur. Nam e/k/h/ triangulum circulus complectetur, quippe habeamus in. 5. Theoremate quarti elemẽtorum circa datum triangulum circulum deſcribi poſſe. Si ergo oſtendero huic a centro in k/ æqualem a centro non in b/ profecto deſcripta ſectio circuli per hoc e/k/h, & per b/ exibit & comprehendet circuli portio aream quę quidem portio & triangulus continebit e/z/h, accepto igitur cẽtro ceu l/e, & coniunctis his l/e, l/h, l/b, quoniam triangulus e/k/h. iſoceles eſt. Nam quæ ex centro ꝓdeunt æquales ſunt, & anguli hi ad baſim l/h/e, & l/e/h, ſunt æquales per. 5. Theorema primi libri elẽtorum Euclidis. Eſt autem angulus b/h/e/ æqualis k/e/h, quoniam & e/b/ æqualis eſt k/h, ut demonſtratum eſt, igitẽ & totus angulus b/h/e/ toti k/e/h/ æqualis eſt. Item eſt k/e/ æq̃lis b/h, & baſis igitur k/l/ ęqualis eſt l/b, igitur l/b/ æqualis eſt huic a/k/ quę a centro emergit. Hac igitur ratione deſcribatur portio, ex his ergo quæ ita ſe habeant, lunula ſit cuius externa ſuperficies e/k/b/h/ æqualis erit rectilineo compoſito ex tribus triangulis, ſcilicet ex b/z/h, b/z/g, e/k/z. Nam portiones ipſius internę lunulę a rectilineo ꝓcedentes, quæ ab his rectis e/z, et z/h/ auferuntur æquales ſunt portionibus interni rectilinei quę auferuntur ab his e/k, k/b, b/h. Nam utraque earum quę intra ſunt hemiolium eſt. ideſt ſex qui altera reſpectu uniuſcuiuſque illorum quæ extra ſunt quippe ponatur eſſe ſexquialtera e/z, illius quæ ex centro uenit, ideſt e/k, & l/b/ & b/h. Nam commonſtratum eſt, & illam eſſe æqualem huic e/k. Si ergo utraque harum e/z, z/h/ eſt ſeſquialtera in potentia reſpectu uniuſcuiuſq; trium quas diximus, ut ergo rectę ad rectas ſe habent, & portiones ad portiones ſe habebunt; igitur duæ portiones tribus ſunt æq̃les, ſi ergo lunula eſt tres portiones, & rectilinei

area

area ad duas portiones.& rectilineum eſt cum duabus ſectionibus eſt trium ſeparatarum,atque(ut probauimus)duę ſectiones tribus ſunt æquales, igitur lunula erit æqualis rectilineo. quod uero hæc lunula extraneam peripheriam ſemicirculo minorem habeat,oſtendit eo quod angulus e/k/h,cum in ſectione externus ſit obtuſus eſt.Nam demōſtratum eſt in.3.theoremate tertij libri elemētorum quod angulus qui in portione minori ſemicirculo eſt recto maior ſit.Quod uero angulus e/k/h,obtuſus ſit hoc modo demonſtrat,equidem cum ſit e/z/ſeſquialtera earum quæ centro proueniunt potentia,& b/k/maior ſit hac b/z, proinde & angulus z/ maior ut demonſtrabo. æqualis nanq; eſt b/k/huic k/e/, unde manifeſtum eſt quod ſi k/e/maior fuerit hac b/z/uel longitudine duplicata, etiam b/e/ ſic erit,quare k/z/maior eſt,uel duplicata longitudine & potētia propter ſimilitudinem triangulorum b/e/k/b/k/z. Nam ut ſe habet e/b/ ad b/z, ſic etiam ſe habet e/k/ ad k/z, quare e/k/ maior eſt ipſa k/z,uel potentia duplicata, & e/z/ ſeſquialtera potentia eſt ipſius e/k,igitur e/z/ maior eſt potentia his e/k, & k/z. Nam ſi harum e/k,& k/z,illa e/k, dupla potentia fuerit illius k/z, & ſeſquialtera z/e/huius e/k/erit,ſi h/z/ęqualis potētia fuerit his e/k,k/z,ceu in his numeris.6 4 2.liquet, quoniā ergo e/k, maior uel dupla potentia eſt ipſius k/e, igitur obtuſus eſt angulus k, ergo ſectio in qua eſt minor ſemicirculo erit. Hunc igitur in modum Hippocrates omnem lunulam quadrauit, ſiquidem eam quæ ſemicirculo æqualis eſt atq; illam eo maiorem,& eam quæ externam circūferentiam minorem habet,& non ſolum eam quæ eſt in quadrati latere ipſe quadrauerit,ut Alexan.narrauit.Item neq; circulum quadrare tentaſſet per lunulas deſcriptas circa exagoni latus,ut hoc etiam Alexander aſſerit,ſed ſimul lunulam & circulum, hoc modo ad quadrati formam ęqualemq; continentiam redegit. Sint circa centrum k/duo circuli & diameter circuli exterioris ſit potentia ſex uicibus tātę longitudinis, quantę eſt diameter interioris circuli,& deſcripto exagono in circulum interiorem hoc modo a/b,g/d,e/z,& k/a,k/b,k/g, ex centro copulatę egrediantur, uſq; ad circūferētiam externi circuli,& h/th,& th/i/copulentur, profecto conſtat quod & h/th, & th/i, ſunt latera exagoni deſcripti in maiorem circulum , & circa latus h/ circumſcribatur ſimilis portio ſublatę ab eo,h/th,cum igitur neceſſarium eſt,ut h/ ſit ipſius lateris th/h/exagoni potentia triplicata. Nam ſub duobus exagoni lateribus hypotenuſa cum una aliarum cōtinens in ſemicirculo angulum rectum ęqualis potent eſſe diametro,& diameter quadruplicatus erit potentia lateris exagoni quod æquale ſit illi lineæ quæ ex centro uenit eo quod illa q̄ ſunt longitudine duplicata potentia quadruplicata ſunt,& th/h/ſex uicibus eſt tantę longitudinis,quātę a/b, profecto ſectio portione circa h/deſcripta contingit eſſe æqualis his quæ ab exteriore circulo ſub his h/th,& th/i,atq; his quæ ab interiori circulo ſub omnibus lateribus exagoni auferūtur.Nam cū portiones circulorum ſint inter ſe ſimiles,ceu ſunt quadrata baſiū quocirca & circuli ſunt inter ſe ſimiles,ceu quadrata quę a diametris ueniunt,ſi ergo h/potentia fuerit h/th/triplicata,& th/i/ potentia æquale eſt huic h/th,& utræq; harum ſunt æquales etiam ſex latera interioris exagoni erunt æqualia,idcirco & diameter circuli exterioris ponebatur eſſe ſex uicibus tantę longitudinis quantę eſt diameter interioris. Vt ergo ſe habet diameter ad diametrum,ſic etiam ſe habent lineæ a centro egredientes,& quæ ex centro uenit ęqualis eſt lateri exagoni, ceu corollarium dicit penultimi Theorematis in.4.libro elementorum Euclidis ut ergo ſe habent latera,ita & portiones, quare lunula in qua eſt h/th/triangulo minor erit in quo eadem inſtituta ac pariter his portionibus quæ a circulo interiori ſub lateribus exagoni auferuntur.Nam portio in h/ęqualis erat portionibus h/th,& th/i,atque his quæ ab exagono demuntur,itaque h/th,& th/i/portiones minores ſunt portionibus circa h/ atque his quæ ab exagono auferuntur,communi igitur eo addito quod ſuper ſectionē,eſt quę circa h/partis ipſius triāguli, equidem ex hoc,& ex portione quę eſt circa h/triangulus erit ex quo & portionibus h/ht,& th/i/ſectionibus conſtat lunula, igitur erit lunula minor quadrato ſublatis portionibus exagoni,igitur lunula & hæ ſectiones quæ ab exagono demuntur ęquales ſunt triangulo,& communi addito exagono triangulus hic,& exagonus ſunt æquales lunulę quam diximus,& ipſi circulo qui exterior eſt. Nam triangulus æqualis eſt lunulę & ſectionibus interioris circuli ab exagono ſublatis. Si ergo hęc rectilinea poſſunt quadrari quę diximus,itaq; & circulus cum lunula quadrari poterit.[Cęterum qui cognoſcere uolunt ea q̄ de Hippocrate Chio narrantur, Eudemi potius ſententiæ ſe ſe committant atque fidem pręſtent, quippe ſub iiſdem fere temporibus auditor atq; diſcipulus Ariſtotelis fuit, quadratio nanq; circuli per ſectiones portioneſue quam uelut falſo deſcriptam Ariſtoteles accuſat & refellit,uel eam per lunulas haberi inſinuat, unde pulchre Alexander dubitauit dicens. Si circuli quadratio eadem eſt illi quę fit per lunulas,uel non reſpicit ad opinionem Hippocrates,ſed ad quaſdam alias,quarū unam Alexander quoque adiecit, uel denique reiecit quadrationem circuli cum lunula,quam Hippocrates reuera per tres ſectiones portioneſue in minori fieri demonſtrauit. Nam forſitan ipſa demonſtratio,magis proprie diceretur fieri per portiones quam ſane per lunulas,quippe ſectio portione circuli (ut Euclides in ſuo.3.lib.elementorum definiuit)figura eſt quę continetur a recta & circuli circunferentia.ſi ergo lunulę neq; portiones proprie ſunt,& erit quo ad hoc falſa deſcriptio,qua una cum lunula quadrare circulum, & non ſolum ſecundum ſeipſum nitebatur cum omnia quæ ad demonſtrationem conficiendam ſumuntur ex principijs geometricis non accipiātur. ſed ſi lunulę quadratio uniuerſalis ab ipſo Hippocra.afferri uidetur, quiſpiam forſitan aſſereret ipſum ex quadrato lunulæ & circulo æquali,ſublato inde æquali quadrato lunulæ reliquum rectilineum quadrantem ipſum quadratum ſoli circulo æquale feciſſe. Sed adhuc non deeſt dubitationis locus quomodo Hippocratis quadratio falſo deſcribi uidetur,ſi nondū inuentam fuiſſe Ariſto.cenſuerit quippe qui in libro prædicamentorum dixerit,ceu circuli quadratio ſi ſcibilis eſt, ſcientia quędam eius nondum eſt licet ſcibile ſit,& tamen Hippocrates Chius ante Ariſtotelem fuit,ceu & Eudemus ipſum inter antiquiores numerat. Niſi igitur ab Hippocrate non uniuerſaliter omnis lunula quadraretur, nam & ſi circunferentia exterior lunulæ definiretur terminareturq;, tamen illa poſita circunferentias interiores lunulæ infinitas,uel aliam atq; aliā deſcribere poſſumus,cum planities ſuperficieſue in infinitum diuidi queat quare exteriore circunferentia eodem modo manente circunferentiæ aliæ maiores,& aliæ minores lunulis eſſe poſſunt & tamen ipſe circunferentiam interiorem definitam & terminatam accepit,quippe qui eandem portionem diuidētem ſimilem portionibus extra peripheriam conſtitutis acceperit,idcirco alię quidem primi Theorematis erant in latere quod quadrare poſſet,aliæ autem in alijs indefinitis,quare nō omnis lunula quadraretur, ſed hę ſolę quę habent interiorem circunferentiam ſimilem portionibus conſtitutis in exteriori, quę etiam ſunt aliquo modo definitę. Hęc igitur de falſa lunularum deſcriptione hactenus dicta ſint reliquum eſt ut nos ad cętera proficiſcamur.

Sed quoniam, de natura quidem,non autem naturales dubitationes contingit dicere ipſos, forſitan quidem bene ſe habet aliquantulum, diſputare de ipſis. Habet enim philoſophiam, hæc conſideratio. Tex.12.

Cum plures cauſas tradiderit, quibus munus proprium naturali non eſt diſputationem habere contra Parmenidem & Meliſſum, quibus deinceps contradicere cupiens, ne fruſtra temereq; illis contradicat, primum concertationis & colloquij ſui cum illis explicat cauſam. Vnde bifariam Alexander punctum faciens duplicem faciebat expoſitionem,in pri- Com.13.

mis hoc in modo intelligit, quod hi de natura quidem dicunt licet dicta eorum non ſint naturalia. Nam qui aliquid tollit, & ſi non utatur illo, attamen de illo uerba facit, quocirca cum illis prorſus de natura uerba facere uſu ueniat, conſentaneum erit aliquid dicere contra illos, quatenus autem non naturalia aiunt, parū licebit rationibus aduerſus illos immorari. Vnde et Porphyrius huic pūcto alludere aſſentireq; uidetur uerba hoc modo percurrens, uerum cum de natura quidem uerba facere quāquam ignorantes naturam tollant, & non naturales dubitationes dicere ipſis accidat, oportet parum de his diſſerere. Vnde hæc expoſitio non exiguam rationem habet, quandoquidē uelut prius dixerit Meliſſus, & ita librum de natura uel de ente inſcripſerit. Sed poſſunt (Alexander inquit) prædicta uerba & hoc modo diſtingui explicariq;, uerum enim de natura quidem non deinde aliud initium facit, naturales autē dubitationes. Nā inquit hic modus interpretandi explicandiq; illi ſolitus eſt, quo ſane in libris Elenchorum utitur dicens. Eſt quidem non, apparet autem. Item, alij autem hoc faciunt quidem non, uidētur autem. Et aſſerit Alexander hoc dictum eſſe de numero illorum quæ mutuo ſe habent, quippe is qui diſſerit de aliquo quale qđ illud ſit de eodem proprie diſſerat, porro qui de anima diſputat non diceretur tollere de medio animam, quanquam ille de anima ambigere uideretur, qui num anima ſit anceps dubiuſque foret. Aeque etiam ſe habent ea quę de natura dubitari ſolent, ſi de ipſa quiſpiam dubitationes naturales moueret. Quos ſi talem diſſerētem de natura aliquis fateretur naturam euertere, & conſequens ex dictis, ut inquit Alexander, hoc modo diſtinguendum, & explicandum eſſet. Nam dixit conſiderare igitur ſi id quod eſt unum ſit atq; immobile non ad eum attinet qui de natura diſſerit, cui ſententię concordat atq; alludit id qđ impreſentia dicitur uidelicet uerum cum de natura quidē non. Et eidem expoſitioni Themiſtius in ſua paraphraſe aſſentit. Vnde Alexan. adducit illos nihil dixiſſe de natura. Non enim cum de natura agere propoſuerint, deinde naturam tollūt, ſed ſequebatur ex eorum ſententijs naturam demi. Verum enim uero diſputatio ſermoq; de motu, uacuo, & infinito, de quibus diſſerere illis uſu uenit naturales dubitationes habere. Et hæc ſententia pulchre recteq; adijcitur. Sed hic non deeſt locus dubitandi. nam quo pacto tam breuibus diſſidentia Alexander dicit, quippe qui hoc in loco aſſerat illos nihil de natura tractaſſe & tamē prius ſuis uerbis affirmauit Parmenidem iuxta multorum opinionem, & ea quæ Philoſophus uidebantur, non amplius unum eſſe id quod eſt, neq; ingenitum aſſeruiſſe, quinimo ignem & terram eorum quæ ortui ſubdita ſunt ſtatuerit principia eſſe. Item Meliſſus & ſi non proprie de natura diſſeruit, attamen de natura, uel de ente libri inſcriptionem fecit. Cęterum aliter explico, nam cum explicaſſet cauſam qua breuiter contra illos diſſerendum eſſet, quanquam hæ rationes quas prius diximus his obijcere nos uetarent, eandem rurſus cauſam in aliam longe exactiorem perfectioremq; redegit. Nam operæpretium eſt prorſus illis reluctari & contradicere, tum quia de natura, uel naturales dubitationes aiunt tum quia cōſideratio illorum dictorum quandam philoſophiam habet nam de ente uniuerſaliter & de natura uel de naturalibus dubitationibus inquiſitio ad nullum alium ſpectat citra Philoſophum.

Tex.13. Principium autem, maxime omnium proprium. quoniam multipliciter dicitur id quod eſt, quomodo dicunt dicentes vnum eſſe omnia? vtrum ſubſtantiam, omnia, an quanta, aut qualia? & iterum vtrum ſubſtantiam vnam omnia, vt hominem vnum, aut equum vnum aut animam vnam? an quale, vnum autem hoc vt album, aut calidum, aut aliquid talium? hæc enim omnia differunt multum, & ſunt impoſſibilia dictu. Si enim erunt & ſubſtantia, & qua- Tex.14.
le, & quantum, & hæc ſiue ſeparata adinuicem, ſiue non multa ſunt, quæ ſunt. Si vero omnia quale, aut quantum, ſiue cum ſit ſubſtantia, ſiue cum non ſit, inconueniens eſt, ſi oportet inconueniens dicere, quod impoſſibile: nullum enim aliorum, ſeparabile eſt, præter ſubſtantiam. omnia nanque, de ſubiecta dicun-
tur ſubſtantia. Meliſſus autem, quod eſt, in- Tex.15.
finitum eſſe dicit. quantum itaque aliquid eſt, quod eſt. infinitum enim in quanto eſt. ſubſtantiam autem infinitam, aut qualitatem, aut paſſionem eſſe non contingit, niſi ſecundum accidens, ſi ſimul & quanta aliqua ſint. Infiniti enim ratio quanto vtitur, ſed non ſubſtantia, neque quali. Si igitur & ſubſtantia eſt & quantum, duo & non vnum eſt, quod eſt. ſi vero ſubſtantia ſolum ſit, non infinitum eſt neque magnitudinem habebit vllam. quantum enim quoddam erit.

Qui alicui opinioni contraire uerbis uult, eam duplici ag- Com.14.
greſſu inuadit, uel enim rationes quæ illam muniunt probant & confirmant, euertit, uel funditus radicituſq; eam deſtruit & euellit. Verum qui dūtaxat rationes munientes illam tollit, non dum dogma illius fregit ſuſtulitq; de medio, pręſertim ſi eſſent quædam aliæ rationes illud confirmantes his quæ deſtruunt longe ualidiores utiq; pollentiores. At hi qui non rationibus, ſed dogmati inſtitutoue repugnāt, atq; funditus opinionem demunt deſtruūtq;, totum dogma quidem auferunt, licet dubitationes relinquant, niſi etiam rationes communientes opinionē ſuſtulerint. Iccirco Ariſto. cum ꝓponat Parmenidis et Meliſſi ſermonem confutare, primum quidē in illum uniuerſaliter inuehitur, quandoquidem id quod eſt unum eſſe, perinde atq; aliquis ita ſentiat, ex euidenti diuiſione refellat, deinde & rationes eorum deſtruit, perinde atque aliquis eas uelut cōmunientes comprobanteſq; unum eſſe id quod eſt adprobet. Vnde argumentum efficit dialecticum probabile ſcilicet & ſuaſiuū orſus a diuiſione entium. Nā illis qui ipſiſmet dialecticem accommodant, traditur facultas probandi ſciētiarum principia, & eſt tota rationis ſumma atq; tractatio talis. Poſteaquam aiunt id quod eſt, ſeu ens unum eſſe, & utrunq; horum ſcilicet ens & unum multifariam dicitur, diuiſim ſeorſumq; utrunque diuidendum eſt. Cum igitur ens dici decem modis demonſtratum ſit, uel ut ſubſtantia, uel ut qualitas uel ut quantitas, uel ceu aliquid aliud decem prædicamentorum: idcirco ab his qui aſſerunt unum ens eſſe perſcrutandum eſt, num illi ens unum nomine duntaxat eſſe affirmant, re uero multa, perinde ac omnia appellentur ſubſtantia, quamuis re ipſa decem ſint, uel aliqua plura quæ in eis collocantur. Vnde adijciatur & hoc diuiſioni, uel & re unum cuncta ſunt, ceu ſubſtantia, aut quantitas aut qualitas, perinde ac omnia ſint una ſubſtantia numero. Nā ſi cūcta unū eē gñe uel ſpē dicerēt, ꝑfecto multa nūero erūt. Vel igitur tradunt omnia eſſe unū hoc mō unū nobis accipiētibus uelut hoīem unū, aut equū unū, aut aīam unam, uel qualitate unū, nō genere tñ alioqui mox multa eſſe rurſus affirmare cogentur, ſed hanc identidem unam, ceu albedinem unā aut caliditatem, aut aliquid aliorum tale. Nam hi omnes modi ſunt alibi tradiō qui nimium inter ſe differunt, & eorum nullus poteſt dici. Nam ſi ens dūtaxat eſſet nomine unum, & re ſubſtantia, qualitas, & quantitas eſſet, atq; omnia genera, uel aliqua illorum ſaltem, ſiue ſeiuncta inter ſe, ſiue inter ſe unita et coniuncta, multa profecto erunt entia, ſeu ea quæ ſunt. Si nāq;

omnia fuerint unum aliquod decem generum ceu ſubſtantia uel qualitas,uel quantitas, & ob id cuncta ſunt unum quia in unum decem generum rediguntur,ſiue ſubſtantia adfuerit,ſiue non adfuerit, aliquod profecto abſurdum & incommodum ſequeretur. Nam ſi (ut ſubſtantiæ innatum eſt) ipſa prius ſtatuatur cui aliquid horum inhęreat, rurſus ens non erit unum,ſed ſubſtantia & qualitas,uel aliquod ens quod poneretur eſſe decem prędicamentorum. Sin uero non abfuerit ſubſtantia,etiam hoc erit impoſſibile,quandoquidem nullum aliorum generum, ſine ſubſtantia ſubſiſtere queat,quocirca ſubſtantia aliorum generationibus ſubijcitur,atque in ea illa ſunt & exiſtunt. Ad hæc accedit etiam, quoniam ſi ſecundum Meliſſum & Parmenidem ſtatueretur ens eſſe qualitatem atque ſubſtantiam , profecto hoc modo contra utrũque communem adducemus rationem. Nam cum alter affirmet ens eſſe infinitum & alter finitum,mox una introducetur quantitas,quippe infinitum & finitum in quantitate collocentur & nec ſubſtantia,nec qualitas,uel affectio poſſit eſſe finita uel infinita,niſi ſecundũ accidens.quo fieut ſimul & quãntitates ſint. Nam infiniti & finiti ratio quantitate uteretur , ſed non ſubſtantia, neque qualitate . At ego qui Porphyrium ſequi malo hunc in modum diuiſionem Ariſtotelis & inſtantiam ſecundum unamquamquam partem diuiſionis facerem. Verũtamen Alexander accuratiſſimus diligentiſſimuſq; diuiſionẽ, partim coaptauit congeſſitque ſecundum ipſum ens , partimque ſecundum ipſum unum hoc modo. Qui aiunt ens eſſe unum uel unum nomine aſſerunt,quod unum nomen de cunctis quæ ſunt,prędicatur.uel re unum,quod ſi nomine unum cum nomen multifariam capiatur, quippe unum decem modis dicatur,profecto ea q́ ſunt multa erit ſubſiſtẽtia & re ipſa: quod ſi re unum dixerint,hi uel unum genere,uel ſpecie,uel numero dicent,ſi uero genere uel ſpecie aſſeruerint ens unum eſſe, multa profecto erunt ea quæ ſunt , quandoquidem tam genus quam ſpecies de multis prędicetur , ſi autem numero cum unum numero trifariam dicitur,ut ipſe diuidit,uel ut continuum erit, uel ut indiuiſibile,uel ut quorũ ratio eadẽ eſt.Sed Alexandri pace,cum Ariſto.poſt uniuerſam entis diuiſionem uniuſcuiuſq; partitionem adducit,in quibus inquit. Præterea cum multifariam & ipſum unum dicatur, quemadmodum & id quod eſt,non cenſuit,neque dignum putauit accipere unum genere uel ſpecie,ne plane multitudinem introducere uideretur. ſed cum diuiſionem unius numero efficeret , ſic recurrit ad ens,quod ſane Alexandrum latuit,qui non amplius propriẽ eadem diuiſionem Ariſto.accepturus eſt . Nam putat Ariſto. principio ab illis percunctari rogareq;, quonam pacto fateantur ens,unum eſſe,num uelut genere unum,ceu dicere omnia eſſe ſubſtãtiam,uel aliquid aliorum decem generum fatentur. quod ſi hoc modo,rurſus rogat quonam pacto ſit unumquodque horum ceu ſi dicerent unam ſubſtantiam,quomodo aiunt num uelut hominem unum ſubſtantiam dicunt,uel unũ equũ uel animam unam, ſimiliter & de qualitate,& alijs interrogãdum eſt cenſet ęque oſtendens per eãdem interrogationem in unaquaq; generis , multitudine , & abſurdum incommodumq; quod rationi ab eis dictę accidit.Sed cum hæc Alexander proferat,ſiquidem hac interpretatione contentus fuit,forſitan prębuit reliquit q; nobis ſuſpicandum eſſe,ut Ariſto.ſuperioribus uerbis textus dicat oia eſſe ſubſtantiam ueluti genus & minime ſtatuerit poſueritq; unum genere,immo ipſe recte interpretaturus infert.Nam ſi erit ſubſtantia quantitas & qualitas. ſed nõ uidetur hoc inſtitiſſe ſubiunxiſſeq; perinde ac cum prędictis habere conuenientiam.Nam cum prius dixerit uelut interrogans, quonam pacto dicant ens unum eſſe qui hanc opinionem tuendi ꝓuinciam ſumpſerunt,num uelut ſubſtantiã an ceu qualitatẽ,uel aliquid aliud decẽ p̄dicamẽtorũ, uel ut unum aliqd eorum q́ ſub aliquo horũ genus collocant,ceu ſubſtantiam unã numero, uel unam quantitatẽ , uel unã qualitatẽ omittens abſurdum qđ utriq; parti q́ cõcederetur demonſtrare,quoddã aliud accipit,quod neq; interrogauit,neq; erat uerisimile,ut illi dicerent qui tuebãtur unũ eẽ ens,ſed faciunda erat ab eo,inqt perfecta diuiſio ſm interrogatiõnẽ ipſam.Nam unũ uel nomine,uel ſignificato unũ eẽ põt.nõ infert igitur,ut ait,abſurda uelut hæc prius interrogata ſint,ſed ſubiecit ea qbus fidẽ faciat eos euadere nõ poſſe,qn prorſus aliquid eorũ q́ numerauit nõ aſſerant.Sed Porphyrius pulchre inqt principio interrogationem dicentẽ,num oia ſubſtantiã,uel quãtitatẽ,hãc quoq; diuiſionem inſinuaſſe,ſed num unũ eẽt nomẽ oium q́ ſunt,uel num oia dixerint eẽ aliqđ unum ſcilicet indiuiduũ , ceu hoiem unum,uel equũ unum.Nam ſi genere,uel ſpecie unũ dixiſſent cum unũquodq; horũ de multis prędicetur multaq; cõplectatur,profecto confeſſi fuiſſent multitudinẽ eorũ quæ ſunt.Nam ſi non ita percunctatus eſt eos quid ſibi opus erat prius accipere ens multis modis dici,ſi uero hoc modo illis ſtatuẽtibus hoc abſurdum manifeſtũ accidit,ut multę res prorſus ſub uno nomine contineantur,non erat opus admiratione,& ſi manifeſte abſurdum nõ ſubiecerit poſueritq; ob diuiſionis perfectionẽ, cur cõtradixerit illi diuiſioni,& interrogatiõnẽ ipſam miſſam fecerit.At ꝓfſua uniuerſa poſitio eorum,qui unũ ens eſſe ferũt ſiquis ipſam ſic ſuperficietenus explicatã charã gratãq; acceperit,p̄ter omnium ſentẽtiam ac penitus ſtolida ineuidenſq; eſſe uidetur,licet Ariſto.dignum putat ut cautum ſit cuiq; ne ignaue ineptéq; aduerſum aliquã moliatur contradictionẽ. Verum enimuero Eudemus ſtrictius magiſq; conciſe ſic aggreditur rationem,nã cũ ens multis modis dicatur, etenim dicit eẽ ſubſtantia quãtitas,& qualitas,& reliqua aliorũ quæ diuidẽdo diximus,unde ꝓpter qđ horum nihil aliud erit,ideſt quo exiſtẽte põt alia nõ eſſet Deinde ait qſpiam dicet p̄ſertim ꝓpter ſubſtantiam,nam cętera alia in quodã ſemp̱ eẽ apparent , q̃re cũ illa fuerint,etiam erit illud in quo firmantur. At ſi ſubſtantia fuerit nihil uideť eẽ ꝙ in ſubto ſit,ſi aũt nihil in ſubiecto poniť, & aĩalia erũt,itaq; inceſſus nõ erit,neq; actio,neq; motio, neq; honeſtũ,neq; qcq̃ aliorum,igitur quo fieri põt,ut hoc abſurdũ maxime nõ ſit,p̄terea illis accidit negare quãtitatem eẽ de numero entiũ quippe neq; aſſererent ens eẽ infinitum,neq; finitũ ſiquidẽ hæc ſint quantitatis affectiones.Sed cum hæc Eudemi ſint cum cæteria narrata,proponenda etiã ſunt ea q́ circa uerba ſunt digna annotatione & conſideratione.Imprimis itaq; ſignificata entis percurrit quod ſane nũc in q̃ſtionem proponiť diſtinguendum.Item peculiare p̄ceptũ eſt Ariſto.qui illud modo obſeruat,primũ oportere in unoquoq; ꝓblematę ac q̃ſtione diſtinguere quid nomẽ ſignificet,& deinde qđ ſit unũquodq; diſcere,qua in parte ſectatur Platonem in Phædro dicentẽ.O puer in omnibus unicum principium his qui bene cõſulere uolũt eſt intelligere qđ ſit illud de quo cõſulatur,uel prorſus errare neceſſe eſt.Nam qui idipſum ignorat de quo diſputatio exorta eſt,neq; aduerſus illud inſtare poterit. Cum ergo ens multipliciter dicatur nõ eſt munus interrogantis, ſed illius qui ex euidẽtia poſtulat & ſumit,atq; illius qui diuiſione illa in p̄dicamentis confiſus, deinceps percũctari quonã modo hi q unũ eẽ ens aſſeruerunt cum illud multipliciter dicatur queant id uerũ eſſe tueri. Cæterum cum inquit abſurdum eſſe ut cuncta ſint qualitas & quantitas recte ſubdit , ſi liceat id quod eſſe non poteſt abſurdum appellari. Etenim abſurdum eſt ſimpliciter falſum, impoſſibile autem falſum intendit & auget. Item abſurdum opponitur ei quod conſentaneum eſt,quod ſane ſignificat,uel illud quod omnino prêter omnium exiſtimationem dicitur,uel illud quod locum non habet. At impoſſibile neceſſario opponitur.Sed dices,quõ itaq; hoc eſt impoſſibile?Reſpondeo quia ſi fuerit ſubſtantia uel idem erit ſubſtantia & qualitas, uel ens erit ſimul unum & nõ unũ,ſi autẽ non fuerit ſubſtãtia, cũ neq; qualitas ſeparari queat à ſubſta,neq; idem erit,ut ergo ipſum neceſſarium augere cõſentaneũ ſolet,ita & impoſſibile exaggerat intenditq; abſurdum. Sed primũ dixit abſurda q́ accidunt illis qui aiunt omnia eſſe qualitatem,uel aliquid aliorum generum,ſiue aderit ſubſtantia,ſiue non. Etenim ſi aderit, erit etiam prêter eam aliud genus,ſi autem non aderit , accidentia erunt ſine ſubſtantia . Quod uero ens ſit aliquod aliud genus preter

ſubſtantiam coniectura quædam eſt ac creditur eo quod Meliſſus ens dicebat eſſe infinitum quod ſane quantitati peculiare eſt. Item quia corrigit dirigitq; illos qui ens aliud quippiam à quantitate aſſerebãt tanquã diſſentiant à Meliſſo & Parmenide, quorum alter finitum eſſe ens aſtruebat, alter uero infinitũ defendebat, & hoc modo eos qui ſtatuunt ens eſſe ſubſtantiã eodem argumento refellit quo & eos confutat qui qualitatem uel aliquid aliud præter quantitatem ens eſſe putarunt, eo qđ non amplius poſſet illud infinitum appellari, præterea conſtat ſi quippiam aliud eſſet ens à quantitate, neq; illud eſſe finitum quod forſitã nunc uelut clarum euidenſq; prætermiſit. Verũ poſt pauca quædam, & hoc adiecit. Adducet item alia abſurda quæ oriuntur illis qui ens uelut ſubſtantiã eſſe aſſerunt, quã primum adieceris conſiderare id quod uere eſt. Rurſus nunc utitur & dixit de ſubiecto non quod ad ſignificatum uniuerſale quo ſolet accipi, ſed pro eo quod eſt in ſubiecto. Nam illi ſolitum eſt ea quæ per ſe non ſunt, ſed alterius ſubſidio egeat ut ſint de ſubiecto dicere atq; uocare perinde, atq; dicantur de ſubiectis. Non enim ſubiecta de accidentibus prædicãtur, ſed accidentia de ſubiectis, dicuntur itaq; (inquit Alex.) omnia de ſubiecto, quibus opus eſt ſubiecto, ut ſint. Nam talia etiam proprie inquit. de ſubiecto, quoniam nouit eorum nihil prorſus eſſe ſeparabile. Sed quomodo infinitum collocat in quantitate, uel quia eſt uelut in genere quantitatis. Nam quãtitatis eſt infinitum, & finitum, uel quia infinitum de ſola quantitate per ſe prædicatur, & de nullo alio genere per ſe quippe ea per ſe prædicari ſolent, quæcũq; in definitione alicuius comprehendunẽ ceu de homine per ſe animal prædicatur atq; ea in quorum definitione comprehenduntur ea quibus inſunt, ceu par numero per ſe ineſt cum in definitione paris numerus complectatur. Nam definientes parem numerum dicere conſueuimus, eſt numerus qui in æqualia diuidendus eſt, quæ etiam olim diſputata ac demonſtrata ſunt in libro de poſteriori reſolutione. Verũ ſi quis parem uelut numeri ſpeciem eſſe contenderet, & non cenſeret illius eſſe accidens, ſibi accommodet exempli loco nares & ſimitatem, quippe in definitione ſimitatis nares comprehendantur, ceu cum dicimus ſimitatem eſſe cauitatem narium, ſimiliter & infinitum de quantitate per ſe prædicatur propterea quod in definitione infiniti quantitas ſuſcipitur. Sed duplex infinitum ueluti & album, unde infinitum quando ſignificat infinitudinem quantitatis affectio eſt, & quando afficitur infinitate eſt quãtitas impercurſibilis. Vndiq; igitur & quouis modo in definitione infinitum quantitatem ſibi accommodat & accipit, igitur eidem per ſe ineſt, quare & ſoli ineſt, quãdoquidem fieri nequeat, ut idem per ſe pluribus diſſimilibus genere inſit. quocirca (ut ipſe inquit) infiniti ratio quantitate utẽ ſed non ſubiecto, neq; qualitate, quod ſi quis ſubſtantiam eſſe infinitã diceret profecto infinitum ſubſtantiæ per accidens hęreret, non enim per ſe ſubſtantia eſt infinita, ſed quatenus quãta eſt, quare non eſt unum ens, ſiquidem ſubſtantia & quantitas ſint. Sed quomodo nunc cum ipſe faciat uniuerſalem dictionem, poſtea Meliſſo obuiaturus, cum dixerit, & ea quibus demonſtrat ſoluere non eſt difficile, impręſentia tamen uidetur Meliſſi ſolum opinionem ſub abſurdo complecti, uel modo non principaliter ipſam meminit, ſed ſtatuens ens eſſe aliquam quantitatem, uel qualitatem, ne id nulli tribuere ad ſcriberetq; ſupponendo uideretur, Meliſſi ſententiam in mediũ adduxit. Niſi argumentum eius ſit uniuerſale, utriq; ſcilicet Parmenidi & Meliſſo commune. Nam neceſſe eſt ens infinitum uel finitum ſtatui, & utroq; modo neceſſe eſt ens dicere eſſe quantitatem, huius autem ſuppoſitionis teſtem adducit adſertq; Meliſſum, deinceps uero Parmenidẽ adiicit annectitq;. unde non te lateat in nonnullis exemplaribus ſic ſcriptum eẽ. Atqui Meliſſus id quod eſt infinitum eſſe aſſerit, ergo id quod eſt quantitas aliqua erit, & erat apud eos unum quod quidem erat ens. Sed cum Alex. Aphrodiſieus cenſet proprijs argumẽtis utrunq; aſſentientem ens unum increpandum obiurgandumq; eſſe, age igitur uideamus breuiter qua ratione ipſe hoc recte dixiſſe uidetur, & quo philoſophia ueterum a confutatione tuta ſecuraq; haberi queat. Nam inquit aduerſum aſſerentes non eſſe alia quę ortui interituiq; ſubdita ſunt, ut interdum ſint, interdumq; interitum eant, ſed dumtaxat ſempiternam ſubſtantiam eſſe, quod nunquam poteſt non eſſe, primum ab euidentia communiq; ſententia & uſu dicendum eſt. Nam quæ ſunt cunctis, eſſe uidentur & ita ſentiunt & dicunt. Deinde uero ſi propterea quod oriuntur & intereunt ipſa non eſſe aiunt, qm̃ quod generatur aliquod ens fit, & quod corrumpitur ex ente cedit atq; corrumpitur itaq; id quod gignitur & corrumpitur erit de numero eorum quæ ſunt. Neq; enim tutum eſt dictu ut ſi hæc ſempiternis ſimilia non ſunt, idcirco non eſſe. qđ ſi, inquit, contendent ea ob id non eſſe, quia intereunt, ſaltem quando non intereunt, & quatenus non corrumpuntur, tunc quo ad illud erunt. Sed ad hæc & ſimilia communis aſſeratur reſponſio, quoniam ceu album dicimus illud quomodocunque cum albedine mixtum & concretum ſit, & ſi plurimum eſſet cum contrario commixtum, dicitur etiam album quod contrarij expers eſt ſeu cum illo non concretum neq; cõmixtum. Similiter & honeſtum pulchrumue dicitur, & (ut breuiter omnia complectar) horum unumquodq; proprie dicitur cũ ſincerum nulliq; mixtum tale fuerit, euidenter autem atq; abuſiue quando contrario concretum fuerit, pariter & ens proprie quidem diceretur illud quod eſt quo ad omnia ſimul omne & nihil ullo tempore deficit, quin ſemper omne ſit, aliud uero ſcilicet quod gignitur & interit eo quod generatur nõdum eſt eo etiam quod corrumpitur non amplius eſt. Verum aliquando hoc eſſe uidetur, quia dum generatur & corrumpitur eſt nunq̃ eodem modo permanens, & tunc ens non proprie diceretur, ſed diceretur quod generandum atq; corrumpendum eſt propter continuum fluxum quo omnia immutantur ſuoq; cedunt ſtatu quod quidem Heraclitus inſinuauit qui generationem rerum eſſe inſtar continui fluxus fluminis tradit, quod quemadmodum non poſſumus his in eandem fluuij alueiq; decurrentis partem pedibus ingredi, ita nec res cum ſuo continuo ſucceſſu euolant, ſtatum habent quo iure magis non entia ſunt quam entia ea quæ in generatione & corruptione uerſantur. Nam ens ut inquit Parmenides, alia ſigna ueſtigia habet, unde honeſtiſſimum eſt audire quæ ille de ente dixerit & demonſtrarit. Nam accuſaturus obiurgaturuſq; eos qui in mundo intellectuali ens & non ens ſimul ponuntur a quibus exiſtimatũ eſt illum eſſe atq; non eſſe, idemq; ac non idem. Item auerſurus uiam quærendi non ens, ſed quam uiam quærendi noſtrę menti occluſit & uetuit dicens, ecce adducit dicens.

Vnicum adhuc uiæ uerbum reſtat ut eſt,
Hac ratione ſigna ſunt maxime multa,
Et tradidit deinde entis proprie ſigna,
Vt ingenitum exiſtens & interitus expers unum eſt totum,
Vniforme quieſcens nullo fine clauſum
Neq; aliquando fuit neq; erit,
Nunc uero cum ſit ſimul omne unum continuum
Quęnam eius ortum quæres, quo undeq; auctum?
Neq; te ſinam ex non ente dicere neq; intelligere.
Quippe nec illud dici, nec intelligi poteſt quo non ſit modo,
Cur autem illud & ens poſtea cœpit ſi quam prius a nullo cœperit naſci.
Sic uel omnino eſſe opportunum eſt, uel ipſum nequaquam
Neque uis ſuaſionis ulla ex non ente permittet aliquid fieri pręter ipſum
Id propter ius non dimiſit fieri neque perire depreſſurum uinciet.

Hæc igitur cum de proprie ente diceret plane oſtendit ens ingenitum eſſe. quippe neq; ex ente fit, quandoquidẽ nullum aliud ens præfuerit, neque ex non ente, quia non ens non eſt. Item cur tunc poſterius fiebat & non prius ſed neque partim ex ente, partimque ex non ente, ceu genitum fit. Nam partim ens & partim non ens, non præeſſet ſimpliciter enti, ſed poſt

ipſum ſubſiſtit. Vnde apud Platonem Timæus. Atque erat & erit, inquit, quæ nati temporis ſpecies ſunt, non rectæ æternę ſubſtantiæ aſſignamus. Dicimus enim de illa eſt, erat, & erit. Sed illi reuera ſolum eſſe competit, fuiſſe uero & fore deinceps ad generationem tempore procedẽtem referre debemus Quare ſi quomodocunq; ea quæ ſubſiſtunt in aſſignatione eſſe & ob id abuſiue entia uocata quod magis non enti concreta ſunt uult Alexan. demõſtrare & cedit acquieſcitq; uſui nominis apud multos qui genitum ens potius appellant quam ens ſempiternum non erit multis uerbis rationibuſq; opus. At ſi putat proprie ens factum eẽ atq; interire in quo plus eſt entis quam nõ entis, neq; dicta ſigna Parmenidis cognitione aſſecutus eſt neq; Ariſto. animum mentemq; applicat qui pulchre riteq; illud ens Parmenidis quod uere eſt nuncupat, ideſt proprie ens. Præterea Alex. dãnat Parmeni. & Meliſſum q oſtendunt ens immobile eſſe, hoc argumento quia quod mouetur, uidetur mutari ex eo in quo eſt, ſi ergo & ens moueretur, immutaretur alioq; deflecteret ab eo in quo eſt, ſed ens eſt in ipſo eſſe & id quod immutatur ex eſſe corrumpitur, ens ergo incorruptibile eſt. Sed ſi, inquit Alexan. eſſet ſolus motus ſecundum ſubſtãtiam, quem quiſpiam propriam magis mutationem & nõ motum appellaret, forte quæ ab ipſis dicuntur conſentanea erunt, At neq; id ſecundum ſuam ſubſtantiam aliquid mutatur in nõ eſſe ſimpliciter, ſed cum mutatur in non eſſe quod prius habebat in aliud quid mutatur, ſed ſi mutaretur ſecundum ſubſtantiam ſimpliciter & non ſecundum hanc & talem, cum plures ſint motus, de quorum numero eſt motus qui in qualitate fit diſtinctus à motu in ſubſtantia, uanum profecto (ut inquit) & fruſtra eſſet opus illorum ſcilicet inutiles eſſent. Sed mirũ eſt, quia ipſe conceſſurus quod id quod mutatur ſecundum ſubſtãtiam non ſecundum hanc ſed ſimpliciter in non ens periret, dãnat eos qui aiunt quod ſi ens ſimpliciter & proprie mutaretur dubio procul corrumperetur. Nam ſi tale ens erit mutatum ex tali, nihil quidem uetat in aliud tale mutari, ſed cum ſimpliciter ens ex hoc mutaretur, quid fieret. Item quõ illud ens alterari põt, quod ſemper ſm idem eodemq; mõ ſe habet, ꝙ neq; ipſm eſt alteri accñs, neq; aliquod aliud accidens habet, ſed ipſum eſt id quod uere eſt ens, unde pulchre recteq; Parmenides cũ ſuperioribus dictis oñderit ens expers ortus interituſq; eſſe ſubiunxit, ſed immobilis eſt curſus magnorum uinculorum terminis ſine principio & quieſcens, cum ortus & interitus hic maxime errarent. Vñ conſtat ẽt ipſum non ignoraſſe aliud eſſe ſenſibile in quo ortus & interitus eſt, & aliud intellectuale ens. Itẽ & Meliſſus oſtendit ens imobile eſſe, prius uacuum, id eſt non ens ab ente ſecernens & diſtinguens. Nam, inquit, ſi moueret̃ ens, eſſet aliquod entis uacuum in quod ens moueret̃, ſed non eſt. Nam plenum eſt ens, ſic aiũt ſcribit. Vacuum non eſt, qppe uacuum nihil eſt, igitur ꝙ nihil eſt non erit, neq; mouetur. Nã nuſquã ſeſe recipere põt, ſed plenum eſt. Nam ſi uacuum eſſet in uacuũ reciperet̃, at uacuo non exiſtente, non habet quo ſecedat ac recipiatur. Deinde cum oñdat neq; denſum, neq; rarum eſſe inducit. Idem iudicium faciundum eſt de pleno & non pleno, ſi ergo recipit aliquid & admittit illi aditum, plenum non erit, ſi uero neq; receperit, neq; admiſerit illi aditum, neceſſe eſt ut illud ſit plenum, ſi ergo uacuũ non eſt, & plenũ eſt ergo non mouetur. Hæc igitur ꝓlixioribus agere coactus fuit ob ipſum Alex. qui cũ inter Ariſto. interp̃tes magis germanus legitimuſq; ſit longe ꝓciſim inepte ignaueq; ueterum dogma intelligit, quorum & ipſe Ariſto. æmulus cum factus eſſet, ipſe etiam demonſtrauit primũ ac rerũ oĩum pricipium eſſe imobile.

Tex. 16. Amplius, quoniã & ipſum vnum multipliciter dicitur, quemadmodum & quod eſt conſiderandum eſt quo modo dicunt vnum eſſe, omne. dicitur enim vnum, aut continuum, aut indiuiſibile, aut quorum ratio eadem & vna eſt ipſius quod quid erat eſſe. quemadmodum merum & vinũ. Si igitur cõtinuũ eſt, multa eſt id qđ eſt. in Tex. 17.
iſinitum enim diuiſibile, eſt continuum. Habet autem dubitationem, de parte & toto. fortaſſis autem, nihil ad orationem, ſed ipſam ſecundum ſeipſam, vtrum vnum an plura ſint pars, & totum? Et quomodo vnum, aut plura? & ſi plura, quomodo plura. Et de partibus non continuis, eadem eſt ratio. Et ſi toti vnum, vtraque eſt velut indiuiſibile, quoniam & ipſæ ſibiipſis.
At vero ſi uelut indiuiſibile, nullum erit quan- Tex. 18.
tum neque quale. Neque ita infinitum eſt, id quod eſt, ſicut Meliſſus dicit. neque finitum, ſicut Parmenides. Terminus enĩ indiuiſibilis eſt,
neq; finitus ẽ. At vero ſi oĩa, q̃ ſunt, rõne vnũ ſunt Tex. 19.
vt indumentũ & tunica, Heracliti orationem contingit ipſos dicere. Idem enim erit & bono & malo, & non bono eſſe & bono. quare idem erit, bonum & non bonum, & homo & equus & nõ de eo quod unum ſunt quæ ſunt, ratio erit, ſed de eo quod nihil ſunt, & tali eſſe, & tanto idẽ.

Cũ poſuerit ens multipľr dici, & ex diuiſione acceperit opinio Com. 15.
nes, rurſus unũ uelut multipľr dictũ ſtatuit, & oñdit iuxta unũquodq; ſignificatũ unius dici affirmar ꝙ nõ poſſe unũ eẽ ens, & ꝓpria unius utiẽ diuiſione, nõ ut opinor aſſentiat̃ dictis Porphyrij hic qppe q tradit unũ multa ſignificare et primũ ea ſignificat q̃cũq; & ens ſigñat, atq; ingt cũ reuera diuiſerimus unũ in eadẽ ſigñata pariter arguẽdũ eſt ut prius, ꝑcũctãtibus nobis q̃nam pacto illi inquiãt unũ eẽ ens, nũquid uelut ſubſtãm, an uelut q̃litatem, uel aliquid aliorũ generũ. Sed Porphyrij pace exactius exq̃ſitiuſq; Ariſto. aliã entis & aliã unius ſigñatorum partitionem ꝓpriam fecit. Nã unũ, uel genere, uel ſpẽ, uel numero unũ erit, ſed unũ genere uel ſpẽ, nũc ponẽdum eẽ nõ cenſuit tãquã his modis unũ plane multitudinẽ una ſecum introducat. Si enim ens unum genere eẽ dicũt, ꝑfecto multa erũt ſpẽbus, immo longe plura numero erunt q̃ ſunt indiuidua & ſingularia, ſi uero ens unũ ſpẽ fatentur imprimis perſpicuũ eſt eodẽ argumento plura eſſe. Nam ſpecies eſt generis ſpẽs, & genus p̃dicatur de pluribus & differentibus ſpẽbus in eo ꝙ quid, ergo iterũ multa. Preterea ſi ſpẽ unũ eſſe ens aſſerunt numero plura erũt, nam una ſpẽs p̃dicatur de pluribus numero. Hęc igit̃ perſpicua claraq; ſunt ẽt his qui rudimentis & principijs logices imbuti ſunt. Vñ merito hęc ad memoriã reuocanda hic eẽ nõ cenſuit. At unũ numero & ipſum multipľr dicitur, uel enĩ ut ꝯtinuum, ceu ſi dicerem unã lineã, uel ut nã indiuiſibile, ceu punctũ & unitas, uel ut illa q̃ eadem potiunt̃ definitione & nominibus diſcrepant & differunt, ceu indumentũ & tunica. Item alia diuiſione unũ dicit̃ poteſtate, aliud uero actu, & hæc adeo ſe habent inter ſe mutuo in generatione, ut ꝙ unũ actu ẽ plura ſit poteſtate potentiaq;, & ecõtra unũ potẽtia multa ſit actu, ceu liquet in cera q̃ cũ ꝯtinua ſit, & una actu, multa ẽ potẽtia ꝙ diuidi in multa põt, et eadẽ diuulſa diſſeminata mẽbratimq; dilaniata multa ẽ actu potẽtia uero unũ ꝙ põt in unũ redigi atq; cõiungi. Ob hęc igitur ſi uelut unũ ꝯtinuũ aſſerãt ens eẽ unũ, erit ꝑfecto unũ actu, ſed plura potentia & infinita. Nã ꝯtinuũ eſt cuius partes copulant̃ ꝯnectũturq; ad unũ terminũ cõem, & qđ diuidi põt ſemꝑ in ea q̃ ultro diuidẽda ſunt, ſi ergo ea de cauſa aiunt ipſm eẽ unũ ꝙ uniunt̃ eius partes, cũ illę ptes q̃ ꝯnectunt̃ & in unum ueniũt ſint multæ, idcirco ipſi hoc mõ multa eẽ fateãtur, & qa ipſum ẽ in infinita diuiſibile, ẽt ob id tradẽt infinita eẽ, uel aliquid multiplicãdum in infinitũ, ſi ergo unũ aiunt uelut continuũ & continuum eſt multa, ergo unũ erit multa, ſed unũ non eſt multa, ergo idẽ unũ erit unũ & non unum. Item cum plura ſint continua, quonã igitur pacto ens unũ eſt (num ceu

linea quædam, an ceu ſuperficies, uel ut corpus, uel ut locus, uel ut motus, aut tempus. Nam hæc omnia continua ſunt, & horum uniuſcuiuſq; multę ſunt ſpecies. Etenim linearum aliæ quidem rectę, alię uero gibboſę rotundęq;, ſimiliter ſuperficiei alia plana, alia caua, aliaq; conuexa, & planę ſuperficiei adhuc ſunt plures figuræ. Rurſus ſolidorum corporũ atq; locorũ qui corporibus formantur iuxta illorum capacitatem, multę ſunt ſpecies, ſilr & temporis, ceu præteritum/futurum/pręſens/horæ/dies/menſes/& anni. Præterea/& motus alius rectus, alter uero orbicularis, & omnia hæc continua ſunt, & cuncta ſimul actu multa ſunt & unũquodq; potentia multa. Quod hoc argumẽto uicti dixerint eſſe unũ, ceu indiuiſile, cum indiuiſibile multifariã dicatur, ceu illud qđ nondum diuiſum eſt, ſed diuidi põt, quẽadmodum unũquodq; continuũ, uel id quod prorſus partiri nequit eo quod non habet partes in quas diuidendũ ſit ceu punctum & unitas, uel id quod habet partes & magnitudinem uerum diuiſionis expers ob ſoliditatem & denſitatem cõſtructionẽue, ceu ſingulę atomi Democriti ſunt. Si ergo aiũt ens eſſe unum indiuiſibile, ceu cõtinuum, iterum multa erunt. ſi autem uelut inſectile, & atom⁹, primum hoc abſurdum atq; ꝓrſus ineuidens eſt dicere oĩa eſſe unã atomũ. Deinde ipſa eſt cõtinua & diuidua in infinitũ, & ob id potẽtia multa. Item habebit quantitatem magnitudinis, & qualitatem figuræ, ceu angulum unitas rectum, rotundum, & motum, & ſic denuo multa erunt. Quod ſi unum uelut & punctum unum indiuiſibile, neq; aliquid eorum quæ ſunt quale erit. Nam qualitas eſt in corporibus diuiſibilibus & ſimul diuiditur cum corporibus, præſertim naturalibus. Item neq; quantum erit, nam indiuiſibile eſt terminus quanti, quare neq; infinitum erit ens, ceu Meliſſus tradit, neq; finitum ut ſentire Parmenides uidetur. Etenim omne finitum & infinitum aliquod quantum eſt, ſed nullum indiuiſibile multitudine & magnitudine quantum eſt. Nam terminus indiuiſibilis eſt ſed non finitus, ſed Ariſtoteles hoc in loco hoc ſolum ſignificatum indiuiſibilis accipiendum eſſe contradicendi cauſa cenſuit, tanquam inter alia facile diſſoluta. Et huic non uelut puncto contradixit, quemadmodum nonnulli interpretes dicunt, ſed tali obiecit quale ſtatuerent ſectatores Parmenidis, quod expers quantitatis & qualitatis eſſet. Cæterum ſi unum eſſe aiunt, ceu temetum & uinum, uel indumentum & tunica, uel prorſus uniuoca. Nam adhuc ſupereſt iſtud unius ſignificatum, profecto cuncta eſſent unum uniuoce, quare qualitas quantitati, & cætera alia erunt eadem inter ſe, & ſententia Heracliti uera erit, qui autumauit bonum & malum idem eſſe, atq; contradictionem uel contradicentia ſimul in unum concurrere tanquam utraq; concedenda. Nam idem erit bonum & non bonum, ſiquidem malum non bonum eſt. Et ſcias quod hic ab affirmatione contrarij ceu ad maiorem cõtradictionem negationis deuenit. Vnde erunt idem homo & equus, quare homo & non homo, atq; unum & non unum, quare non amplius erit diſputatio, & quęſtio quod ens unum ſit, ſed quod nihil, quandoquidem in uno quoq; æque ſit uera affirmatio & negatio, uel ut Porphyrius concludit ſiquidem ens non eſt. Etenim quemadmodũ homo & non homo ſimul ueræ ſunt, æque ens & non ens. Hoc autẽ exiſtimo, concluderetur ſi aliquid omnium eſſet unum ens uelut homo. Nam omnia alia eſſent non entia, igitur ſimplr neq; hoc modo eſt unũ ens, ſi ergo ſm nullũ ſignificatũ uni⁹ põt eẽ unũ ens, ꝓrſus inficiendũ negandũq; eſt ens unũ eẽ, ſed plura entia quẽadmodũ teſtanť ea q̃ utiq; patẽt. Sic igiť erũt deinceps diuidẽdę obiectiones aduerſus mẽbra & portiones diuiſionis. Ipſe autẽ ad primã diuiſionis portionẽ cũ ita obiecerit uelut ens eẽt unũ cõtinuo, ut cętera aperiret enucleati⁹, quãdã dubitationẽ obiter iniecit de toto & pte, nũ idẽ ſint uel diuerſa, imo nunqd ambo ſint, & rõnẽ nimis obſcurã fecit. Sed Porphyri⁹ inqt eãdẽ dubitationẽ inuexiſſe ꝓpter nõnullos q repugnaturi eẽnt illi eo qđ tres modos ſubſiſtẽtę & ſignato uni⁹ dixit, & non adiecit .4. quem nonnulli introducebant exiſtimantes partem nõ eſſe cõtinuã alteri parti & totũ idẽ illi eſſe, perinde ac Socratis manus, & Socra. unũ eſſent, qui ſane modus nulli eorũ quos ante recenſuimus idẽ eſt. Refellit igitur hos primũ tanquã abſurde temereq; putantes, & ita ad cõfutationẽ unius, ut indiuiſibile proficiſcitur. Vñ horũ confutatio eſt, qm̃ ſi manus Socra. dextra & Socra. vnum ſunt, & ſiniſtra lęuáq; & Socra. rurſus ſunt vnũ, igitur dextra ac leua vnũ erunt. Nã hoc eſt qđ ipſe dicit, quod ſi totũ, & utraq; pars ſunt unũ, quod etiã eędẽ partes eiſdẽ erunt. Verũ Alexan. inquit Ariſto. ſoluere dubitationẽ de parte & toto dicentẽ partẽ eandẽ toti eſſe, ut cũ demonſtrauerit nõ ens eſſe unũ atq; idẽ, tutius habeat ꝙ nõ ſolũ partes diuiſę auulſęq; à toto plures ſint, ſed etiã cũ fuerint acceptę in ipſa cõtinuatione & cõiunctione, ſiquidẽ illę inter ſe diſcrepent, & diuerſę ſint ab ipſo toto. Illud aũt (nõ ad hanc diſputationẽ forſitã accõmodata) inquit dictũ eſſe tanquã ad diſputationem & rõnẽ eorũ quæ dicta ſunt, qm̃ ea quæ dicta prius ſunt, ad cõfutandũ eos qui ita ens vnũ eſſe dicebant uelut continuũ, ſuppetunt ac ſufficiunt. Sed forte ut Eudemus tradit erat quædã externa rõnis dubitatio ad utranq; partẽ magis dialectica q̃ demonſtratiua. Vñ paulopoſt exponã Eudemi uerba quæ plane rõnis dubitationiſq; intentionẽ indicãt. Quæ aũt Alexan. dixit adducamus in mediũ. Nã inquit. Eſto illud quod vſitatius de eodẽ dici poſtulariq; ſolet. ſ. quę. n. idẽ ſunt eadẽ, & inter ſe ſunt eadẽ, iccirco & Eudemus ſic utebatur demonſtratione, & Ariſto. interpretes ſolent accipere idẽ pro uno. Verumenimuero Ariſto. (ut puto) exactius vnũ accepit atq; propriũ unius ſignatũ ſeruauit. Nã multo magis ſequitur ac ualidius eſt argumentũ, ꝙ quæ ſunt eidẽ vnũ ſint unũ & inter ſe, quã ſane quæ eidẽ eadẽ & inter ſe eadẽ ſint, iccirco & utrũq; unũ uelut indiuiſibile dixit, nã vnũ magis q̃ idẽ immittit unitatẽ illis quibus aduenit. Sed iã & hoc modo vnũ multa erit, ſiquidẽ unaquæq; vniuerſi totiuſq; pars toti eadẽ ſit, profecto totũ ex multis uniuerſis totiſq; cõſtabit, & ſuimet pars erit. Nã pars totius eſt pars, ſi ergo pars & totũ unũ ſunt, igitur pars erit totũ, & cũ pars ſit eadẽ toti, itaq; & ipſum ex multis totis erit, & totũ erit pars partis. quod igitur non idem ſit pars & totum ex his demonſtratum eſt, quod uero ſi poneretur diuerſa eſſe à toto, & ita diſputatio ſit in utranq; partẽ dubitanda, deinceps oſtendendũ eſt, ut perſpicuum ſit, cur Ariſto. adiecit. Incidit autẽ dubitatio de parte & toto non ad hãc diſputationem forſitan accõmodata, ſed per ſeipſam contemplanda. Nã ſi ſtatueretur diuerſam eſſe partem à toto, conſtat profecto ut unaquæq; pars ſit altera diuerſaq; à toto, quare & omnes, ſed omnes partes ſunt ipſum totum, quare totum ipſum erit diuerſum à ſeipſo. Item diuerſa uidentur inuicem à ſeſeq; mutuo ſeiungere. At totũ à partibus ſecerni ſeparariq; nõ poteſt. Sed cũ Ariſto. orſus ſit dubitationẽ à continuis partibus, inquit eandem æque incidere de partibus diuiſis & ſeiunctis, quæ non ſunt continuę. Etenim lateres uel ſunt domui ijdem uel diuerſi, & ſi ijdẽ profecto lateres erunt domus, & econtra domus lateres, ſi autem diuerſi, ſic etiã erũt omnes aliæ partes quibus domus conſtat, diuerſæ alięq; à domo, atqui omnes partes uidentur eſſe domus, igitur eadem domus à ſeipſa alia erit. Sed cum euidens ac impromptu habeatur intelliganturq; partes & totum non ſimpliciter unũ eſſe ſed unũ ordine & cõpoſitione, Alex. ambitioſe & ſupra q̃ par eſt, ſic etiam dubitationem interrogat, ſi alterum eſt à domo fundamentum quod ita ſe habet, & ordinatum eſt, & paries in fundamento collocatus, alter diuerſus ab vniuerſa domo erit. Itẽ tectũ qđ ſupra parietes iacet alterum erit à tota domo, igitur & unaquæque pars domus in ordine erit altera à domo, itaque omnes partes cum ordine domus erunt diuerſę à domo. At domus quid aliud eſt quam oẽs partes tali ordine collocatę ac diſtinctę, igitur & uniuerſa domus erit altera à ſeipſa. Niſi & hoc modo dicamus Ariſt. nõ temere adiecisſe. atq; de partibus non cõtinuis eadẽ eſt dubitatio. Nã ſi his partibus quæ ſunt cõſenſu oium aliæ à toto & in eiſdẽ multitudo eſſe uideť, eadẽ dubitatio cõuenit, ꝓfecto, nec tollẽda erit multitudo à partibus cõtinuis ꝓp dubitationẽ. Dubitatio igiť hũc in modũ ad utrãq; ptẽ ꝓcedit. Solũ ãt dubitationis ẽ, qm̃ nõ rectũ ẽ, ut ſi unaquęq; pte

ſeorſum

ſeorſum accepta ſit alia à toto, ut etiã oẽs ſiſ'iunctę acceptęq; à
toto ſint alię atq; diuerſę Nã ſingulę ab unaquaq; inter ſe diuer
ſę ſunt, ceu & totũ. Sed Alex. inqt quēpiã poſſe etiã intelligere
hoc mõ de ꝑtibus nõ ꝯtinuis, ceu ſit interrogandũ illis de ꝑtibus
dictis . nunq̃ q̃ nõ ſe hñt ꝯñr, neq; ſunt cõnectendę inter ſe, ceu
manus & pes. Num ipſę ſint eędẽ inter ſe, uel nõ eędẽ. Nam ſi
non eędẽ igĩ diuerſe, & cõtinuũ plura erit, ſi aũt ꝯtinuũ ex his
dictum idẽ erit, talibus ꝑtibus, & ipſe inter ſe eędẽ erunt, q̃d
uidetꝰ abſurdũ fateri manũ eãdẽ pede eſſe. Veñ tñ Porphyrius
totã dubitationẽ de eiſdẽ ꝑtib' dici exiſtimat, q̃q; plane Ariſt.
uelut de alijs dicat, ſubiunxerit, Atq; de ꝑtibus nõ ꝯtinuis. ſed
Alexã. inqt, ſi uero aliqs dicat ꝑtem in ſimilaribus nõ cõtinuis
eãdẽ eſſe toti licet ĩ diſſimilaribus ſecus ſit: Reſpõdemus huic
ꝙ neq; in ſimilarijs idẽ eſſe inueniet, ut pars et totũ habeãt idẽ-
titatem quatenus & cõtinuũ eſt. Nam ſi quatenus cõtinuũ eſt,
hac rõne dicit totũ unũ & idem eẽ ꝑtibus ſuis, etiã eadẽ erit rõ
de diſſimilaribus, qppe q̃ etiã ſint continuę, ſi aũt à ſeſe mutuo
diuiderẽtur, ꝯſtaret ꝓfecto multa fore & ſimilaria, ſi uero non
aſſerũt eadẽ eſſe de ꝑtibus cõtinuis q̃ ſunt diſſimilares, neq; de
ſimilaribus eadẽ dicẽt ꝑp cõtinuationẽ. Hæc igiẽ Alexã. at qui
Eudemus eo q̃d dicit Ariſ. demõſtraſſe ꝯtinuũ nõ eẽ unũ ens,
plane dicit, ꝑtiũ cũ ſeparatarũ, tũ etiã ꝯtinuarũ meminit. Sic ia-
cent uerba Eudemi, poſtq̃ oñſum eſt ens nõ ita eẽ unũ ceu in-
diuiſibile, q̃d qdẽ & ipſe abſurdũ appellauit, ĩducit. Atqui neq;
ſm ꝯtinuationẽ, nã ꝯſtat ꝑtes ſeiũctas diſtinctaſq; nõ eẽ eaſdẽ
inter ſe, ſed idipſm hĩ dubitationẽ extraneã, ſi. n. eſt unaquæq;
pars lineæ toti eadẽ, & ipſę inter ſe ipſiſmet eędẽ erũt, qm ui q̃
uni eadẽ ſunt, ſiſr & toti ꝑtes eędẽ ſunt, ſi uero unaq̃q; altera ẽ
à toto, igiẽ & oẽs, ꝙ ſi hoc datur, quõ hę ſunt ipm totũ, ſed hoc
miſſum qdẽ ſit, porro in his ſi unũ etiã uelut ꝯtinuũ diceretꝰ, ꝙ
neq; ſit hoc mõ unũ oñdit (ut puto) alio aggreſſu atq; conatu.
Nam ſeiũctę inqt ꝑtes nõ erũt eędẽ ꝯtinuis, q̃re & ſi aliqs cõ-
cederet unũ eſſe ꝯtinuũ, qm ꝑtes diuulſę abiunctęq; alię ſunt à
cõtinuis, multa ſunt entia & nõ unũ. Et de ꝑtibus q̃dã eſt dubi
tatio quã ipſe extraneã appellat. Verũ Ariſto. nihil dicit ad de-
ſtructionẽ. Etenim magis dialectica eſt cũ in utrãq; ꝑtem ſua-
dendo ex opinabilibus nitatꝰ arguere, & nõ ſufficiat eã cõtinui
rõnem perturbare & inficiari q̃ dicit cõtinuũ eẽ diuidẽdũ in ſem
per diuidẽda. Sed dubitatio ſoluta facilis eſt, ut demõſtrauimus.
Cæterũ Eudemus de ſolis ꝑtibus ꝯtinuis dubitationẽ exponit
qui adduxit argumẽtũ & ꝯcluſiones ex his ad utrãq; ꝑtem . clu-
dentes abſurdũ. Ariſt. aũt de nõ cõtinuis, ſed diuiſis ꝑtibus pla
ne eãdẽ dubitationẽ eſſe tradit, & ſolũ ponit abſurdu illis acci-
dere quidem & unũ aiunt eſſe ꝑtem & totũ, q̃d etiã impulit, ut
puto, Porphyriũ dicere cũcta interpoſita eẽ cõtra eos qui q̃rtũ
modũ unius introducũt. Atqui nõ eſt q̃rtus modus, ſed dubita
tionis pars q̃ uult oñdere cõtinuũ eſſe unũ, idcirco Ariſt. cõme
» morat uniuerſam dubitationẽ dicẽs. { Habet aũt dubitationẽ
» de ꝑte & toto, utrũ unũ uel plura pars & totũ } & ſolum ĩfert
abſurdũ q̃d ſequitꝰ eos qui ferũt eſſe unũ. Quod uero hi aber-
rent, argumẽtũ eſt q̃d alia dicẽtes corrigũt hæc atq; q̃d hæc ra
tio indebatꝰ ꝓbare arguereq; continuũ multa eſſe atq; diuiſibi-
le in ſemper diuidẽda. Sed ego admiror Ariſto. illis unius ſigni
ficatis contradixiſſe quæ & Parmenides inquit uni enti adueni
re adeſſeq;. Etenim continuum ipſum ens eſſe canit.
Vnde ꝯtinuũ oẽ eſt. Nam eſt exñs exiſtenti ꝓpinquum.
Et indiuiſibile eſt cum ſit ſimile omne,
Item cunctarum unam & eãdem eſſe rationem quæ entis eſt,
in his Parmenides inquit.
Oportet dicere intelligere ens manere, quippe ſit eſſe,
Nihil autem non eſt.
Si ergo quod quis intelligat uel dicat ens eſt, omnium una
erit ratio quæ entis.
Nam nihil eſt, uel erit aliud præter exiſtens.
Cum itaq; fatum totũ iunxit imobile manere, ꝓinde oĩa no
men erit, & ea q̃ inducta ſunt ab Ariſto. uelut abſurda eiſdem
ſuppoſitionibus illorum admitterẽt, ſiquis æquo aĩo, eos audiret, nã
cum apud eos ens indiuiſibile, neq; finitũ, neq; infinitum uelut
corpus erit. Etenim Parmenides corpora inter opinabilia po-
nit, atque Meliſſus inquit unum exiſtens oportet idipſum cor-
pus non habere, ſi uero habet craſſitudinem, profecto partes
haberet, et iam deſineret eſſe, unum igitur eſt indiuiſibile uelut
terminus, ſed nõ ut terminus habet corpus, ſed uelut omnium
finis & principium eorum quæ ſunt, & eo modo prorſus, quo
etiam Ariſto. mentem apud eum ſiue primam cauſam unum
aliquid eſſe inquit. clamans iniulganſq; non eſſe bonum mul-
torum dominatum & principatum, & eandem oſtendens im-
partilem eſſe immobilem omnium finem, intellectum ſimul
& intelligibile, atque intellectionem. Et hoc non à ſolo Plato-
ne, ſed etiam à Parmenide accepit. qui dicit.
Idem eſt intelligere & cuius gratia eſt intellectus.
Non enim ſine exñte de quo diciẽ eſt inuenies intelligere.
Nam dicere gratia ĩtellecti eſt ĩtelligere idẽ eſt dictu grã entis
quod eſt eius finis. Item Ariſto. totum & partem atque conti-
nuum uelut de corpore dicta accipiens abſurda intulit, quod ſi
iuxta mentem illorum atque ſententiam acciperentur, ꝓfecto
admitterent ens habere partes in ordine entis, ſiquidem ipſum
totam appellet dicens totum uniforme atque propter conti-
nuitatem in infinitum procedere diuiſibile. Vnde,
Continuum omne eſt quod exñs exiſtenti propinquum eſt.
Sed apertius hoc abſurdum apud Platonem Parmenides ad-
iecerat de uno & ente, iuxta ſecundum petitionem & ſuppoſi-
tionẽ dicens. Quid ergo? num hæ partes unius entis ſcilicet ens
& unum ita ſeinuicem deſerunt, ut uel unum entis pars eſſe de
ſijt, & uel unius ens? Non certe. Igitur rurſus utraque pars &
unum & ens ſimul complectitur, adeo ut pars quęlibet ex dua
bus ſaltem particulis conſtituatur, & ſecundum eãdem ratio-
nem eodem modo ſemper quæcunque particula ſit in eadem
contineatur utraq;. Nam unum ſemper ens, & ens unum mu-
tuis nexibus amplectuntur. Vnde cum ubique quæuis particu
la duo emergant, neceſſe eſt nunquam unum exiſtere omni-
no. Nonne hac ratione unum ens infinita multitudo erit? uide-
tur. immo omnia illa habere rationem entis eandem, & inter
ſe mutuo eadem eſſe nihil abſurdi ſequitur. Nam ſi illa omniũ
cauſa eſt, atque omnia eſt ante ſingula, liquet profecto ut om-
nia in ea complectantur & concludentur ſecundum unitatem
continentem nexum unius entis per quam indiuiſibiliter ſeiun
cta unumquodque eorum omnia eſt. Et hæc, ut puto, etiam
Ariſtoteli uidentur aſſerenti omnium cauſam eſſe quæ apud
ipſum eſt prima mens, & affirmanti duplicem ordinem alterũ
quidem in cauſa, alterum autem in effectu. Et niſi uiderer, qui-
buſdam ea quæ interſerimus explicauimuſq; lubrice, ac mi-
nus liberaliter transferre interpretarique, dicerem profecto, &
Ariſto. tertio Parmenidis unius entis ordini aſſentientem, hoc
argumento in eum inuectum fuiſſe. Extremum indiuiſibil ter
unitum eſt, medium autem in unitatem cõnectens deſcendit,
totum igitur & pars ſunt. Iccirco & Ariſto. in ratione ipſa de
continuo poſuit dubitationem de parte & toto. Tertium autẽ
unitum ſpecialem ſeparationem promens & producens, om-
nia in ſeipſo ſecundum cauſam complexus eſt. Vnde cum ſit
intellectualis ſeparatio cuncta entis unius unitate commiſcen-
tur & connectuntur, quod quidem ſi quis accipiat uelut diui-
ſum & ſeparatum, hoc ſeruans inueniet unius entis intelle-
ctualem intellectionem, ſed cum ſeparatio quomodocun-
que ſecundum cauſam eluceat appareatque etiam progreſſus
generationis partium in infinitum, illinc accepit indeficien-
tem & nunquam interituram multitudinem. Vnde quis tam
demens dicere auderet Ariſtote. uideri his diuinis dogmati-
bus contradicere, aut ea quæ in naturalem contemplatio-
nem adducta ſunt ueritatem perturbare, ac uariare? Non
enim ſenſilis rerum diſtributio atque ſecretio unitatem in-
tellectualem ſuſcipit, uelut neque intellectualibus unita exi-
ſtentia, ceu cauſa continet multiplicatam rerum diſtributionẽ
atque diſtinctionem, ſed ut eandem ibi inuenire & contempla
ri poſſumus, ita & in ſenſibilibus unitatem unius prædicaren-
tur de eodem ſubiecto. Item & alio modo quo continuum &

totum eſt unum ens actu & multa potentia, quia diuidi poteſt in multas partes, & econtra multa & diuiſa actu unum continuum eſt potẽtia, quia poſſunt cõiungi cohęrereq; in unum, ceu multæ ceræ partes. Vnde ad illud quidem uidebãtur euadere his quos diximus modis, ſed ad hoc cum nequirent reſpõdere ſeſeque uerbis tueri terga dederunt, & cõceſſere id quod abſurdi loco habebãt, ſcilicet idem unum & multa eſſe, ſed illorum errorem & abſurdum concedendi cauſa eſt, quia non poterãt perſpicere quonam pacto idem unum & multa eſſet, licet nõ ſecũdum idem unum & multa ſit, ſed unum ſubiecto, accidentibus uero multa quæ quidẽ inter ſe non opponuntur, uel ut actu unum & plura potẽtia, ceu continuum. Neq; enim hæc contraria ſunt inter ſe, quoniam non de eodem ſunt quocirca ſimul eſſe queunt. Nam opponũtur ea quę in eodem, uel ſecũdum idẽ ambo actu ſunt, ceu quãdo aliquis diceret Socr. eodem tempore unum digitum & plures habere. Nam alio atque alio tempore ſecundum eandem particulam nullum abſurdum eſt unum & multa ſimul ſtare atque exiſtere. Nam q actu ſine liberis eſt, profecto diceretur potẽtia unum atq; multos filios habere, quocirca neq; uni actu plures potẽtia ſcilicet procreandi opponuntur, neque inter ſe, idcirco & ſimul ſunt. Nam ſi aliquid ſopitis ſenſibus accumberet & ſtetit potẽtia, id profecto uigilare & dormire potẽtia diceretur, talis ergo uidetur eſſe in promptu euidẽſque ſentẽtia contextus Ariſto. Sed cum Porphyrius nouis recentioribusque cõgruẽter dictis percurrat contextũ, neq; illa quæ uidẽtur illi omittẽda ſunt. Equidem nõnulla dicta conciſim ſtrictimque habẽtur, nõnulla uero appoſita ſunt in eiſdem uerbis. Inquit igitur quod cum cõpleuerit abſurda quæ deducebãtur iuxta unumquodque ſignificatum unius, adducit aliam dubitationem quam aduerſum ſeipſum efficit. Nam quiſpiam diceret quod hæc recte addubitauit, quia ſuppoſuit unum multipliciter dici, pariter & ens, ꝙ ſi hoc minime illi ꝓcederẽ, hæc dubia forſitã nõ adduxiſſet intuliſſetque contra quem inſtantiam obiectionemque ualidã ſimul & à nullo interprete perſpectam facit dicẽs, quod ſi nõ ſupponeretur petereturque ens decem modis dici, non ſolum Parmenides & Meliſſus, ſed etiam alij omnes tumultuabũt. Videamus igitur proprie unum quale nobis occurrit, nõne ſimul conſtat, quatenus unum excogitatur & intelligitur, ut ſit aliquod ſimplex impartibile & indiuiſibile, cum igitur dicunt animal eſſe unum genere, & plura ſpecie, & hominem unum ſpecie plures uero numero, Socratem quoque actu unum, potentia autem partibus, & accidentibus plura, nonne hi ferunt nominantque nomine unum, ſed notione unum nequaquam fatentur? Nam in his nõ exigua partitio atq; diuiſio, quã quam genus & ſpecies uno modo dicerentur, ceu multitudo ipſa & equa ſi ſingulariter diceretur multitudinem indicat & oſtendit, merito igitur in his dubitatio quædam erit, ceu imprimis de ſubiectis & accidentibus. Nam ſi Socra. albus eſt, quonam pacto idipſum totum erit unum, uel enim albũ nihil eſt, & ita ipſum nõ amplius prædicabitur de Socra. uel ſi quidem album aliquid eſt quamobrem nõ erit duo Socra. albus. Nam ſi eo quod prædicatur nihil eſt, cur non magis Socra. qui ſubijcitur nihil erit? quippe utrũq; eſt. Similiter etiam de uno quod eſt actu unum, atq; de illo quod eſt multa potẽtia, quid enim dicemus num partes nihil eſſe fatebimur? ſed quomodo ſi partes non ſunt & totum non erit quod totum conſtat partibus, ſed ſunt partes qui Socrates multa nõ erit? Item etiam de uno uelut genere, uel ut ſpecie dicendum eſt. Nam cum animal homo & homo Socra. ineſt nũquid uelut nihil accideret? quod ſi uelut nihil, quonam pacto animal ab ipſo non animali & hominem ab equo differre dicimus, ſed eſt aliquod animal. quonam igitur modo homo cum ſit, & animal non multa erunt? Item cur Socrati homo accidit, & nõ homini Socrates? Ingẽs ergo tumultus atque confuſio eſt non modo aduerſus Parmenidem, ſed etiam aduerſum omnes qui ſupponunt ens eſſe ſynonymum, & ſtatuunt ipſum eſſe uelut unum cum nequeant tueri ac ſeruare puram ſinceramque unius comprehẽſionem & aſſumptionẽ. Hiſce ergo Lycophron /eſt/ nõ copulauit/ neque immiſit inter ſubiectum & prędicatum, perinde atque ex eo aliquid incõmodi abſurdique accideret. Sed nõ multi prædicata trãsformarunt in uerba indicãtes uerba minus eſſe quã accidentia, alij autem cauillatione nihil de nullo prædicari dicunt. ſed ſolum aliquod idem de ſeipſo prædicari, ceu homo/ homo. Atqui neque priores, neque hi euadũt quæſtionem. Nã ipſe homo quæreretur, uerum negãt hominem dignum eſſe q̃ſtione, nam multa eſſent ſi actu diuideretur, at modo nos fatemur unum eſſe. Atqui ratio & quæſtio erat de illo quod eſt indiuiſibile partibus, nam ſit aliqd uel nihil dum in ipſis eſt, quare nõ ſoluitur quæſtio, talem igitur dubitationem ſolus Ariſt. agnouit quomodo ſoluere oporteat. Nam ĩquit entia nõ æque eodemque modo entia eſſe, idcirco aſſerit ens nõ eſſe genus ipſorum, ſed tale eſſe, quod etiam ipſum per ſe ſubſiſtere queat proprium characterẽ ſeu peculiarem ꝓprietatem & deſignationem qua à cęteris rebus ſeiũgitur, oſtẽdens atque poſſidẽs. Entia uero cum nõ eodem modo participauerint ente, ſed alio modo eſt in illis & pendet ab illis, quo ad eſſe. Nam pater et filius fortuna ambo atque dominus & ſeruus ſubſtiterũt. Iccirco ens multifariam dici tradit. Verum alia in ſubſtantia firmauit, qua etiam ſubiectum deſignatur. Vnde alij ceu Stoici, auferebãt alia præterea quæ actu ſunt, ſed is qui omittit unum ſubſtantia magis peccat. Nam multa faciet entia cumulabit uelut inſectilia corpora, qui uero tradit ea aliquo modo cum ſubſtãtia ſpectãda eſſe atque in illa ſtatui, & aliquo modo nõ eſſe eo quod nequeũt ſine illa ſubſiſtere, is profecto à recto nõ deflectit neq; deuiat. Adorientes aggrediẽteſq; igitur modos unius, non amplius multa eſſe unum dicemus, quoniam partes aliter & non ut Socrates unum dicerentur. Nam Socrates ſm ſuam proprietatem characteris unum eſſe ac ſubſiſtere conſtat, partes autem ſine toto non ſubſiſterẽt, ſed ſunt adeo, ut cum toto unum ſint, manet ergo Socra. unus eodem modo, & ſpecie nõ multiplicatus ſimul & homo ſit, eo quod ſpecies nũquam per ſe ſubſiſtere poteſt, neq; ſubſtare homo ſic poteſt, uelut primę ſubſtãtiæ, ſed aliter. Verum nemo diceret hãc multitudinem, aliud eſſe niſi Socratẽ, & ſi ipſa nõ ſit tale quale eſt ipſe Socra. ſed ſm illum & cum illo ſit, neq; enim ens ſic eſt ęquiuocum, ceu ſunt ea q̃ à fortuna prodeũt & ſunt, ſed eſt ęquiuocũ uelut id q̃d cõpetit his quorũ unum emergit ab alio ceu album, tũc eſt qñ alterius cauſa eſt, atq; ea rõne eſt, qua alterius cã exiſtit. Nam ut ſuperficies corporis aſſiſtẽtiã, ceu corpus habet à corpore accepit, ſic etiam oportet intelligere aliorũ entium ſubſiſtentiã. Nam alterius exñtia exiſtũt idcirco albus Socr. nõ amplius erit multa, neq; ipſe & ptes, quippe alia q̃dam nõ conueniunt & cõcurrũt, ceu cõcurrunt boues & ꝯiungũtur ad iugũ & hoĩes in loco, q̃bus Socr. coexiſtat, ſed cum ipſe ſit ſubſtũ, eidem hac rõne ſunt accñtia, uel in eodem ſubſiſtẽtia, uel in altero, & per illud etiã ſunt, ꝙ ſi multa & poſt illa alia diuerſa fuerint, dico aũt accñtia certe nõ ſublata eſt adhuc q̃ſtio, unde ex hoc de ente & nõ ente dubitatio orit̃ & emergit. Nam ens eſt ſubã, & accñtia uelut lexñtia ipſi ſubę nõ ſunt entia, & alio mõ ut entia eiuſdẽ ſubæ entia ſunt. Itẽ ſi dixeris idẽ eẽ unũ & multa, ſed nõ ut unũ eodẽ mõ ẽ multa, qppe ex his unitatibus hoc mõ unũ nõ multiplicet̃. Siſr & de ptibus Socr. nõ. n. ut Socra. & hęc entia ſunt. ſed ſunt entia uelut huius, & exñtia illius ſunt entia, & nõ uelut illud, ſic etiã aĩal oĩno uidere poſſe eſt. Hic ergo indiuiſibile ꝯtinuũ & cõio ꝯueniẽtiaq; ſm unam definitionẽ nõ ꝯuenit, neq; adaptari põt ipſi uni de q̃ loq̃bat̃ Parmenides. Q̃d aũt Parmenidi nõ ꝑtẽtioſe obijciat̃, pãdit etiã Plato ĩ Parmenide q cũ Parmeñ. unũ ens acceperit, & ab illo paſſim ad id q̃d ſupra illud ꝓgrediat̃ & idẽ iueniat, q̃d neq; ꝯſutandũ eẽ, putauit ẽt poſt illud tradidit ordies ſerieſq; uniꝰ. At ĩ Sophiſtã plane refraget̃ ei aſſerẽti unũ eẽ ens, atq; ſecerneret unũ ab ente tãq; ſupius ente, et oñdat ꝗ hoc unũ ens unitũ ꝑticipat̃ uno, deicepſ demr̃at idẽ eẽ diuerſitate diſtĩctũ & multiplicatũ. Sed ut oñdamus declaremuſq; ſn̄iam Platonis, forſitã melius erit cõſcribere ea q̃ Pla. in Sophiſta dixit, Quid ad eos autẽ, qui oẽ

unum

unum eē tradūt. nōne pſcrutādum eſt eos pro uiribus qd ens unū dicāt. The. Cur nō? Hoſpes. Ad hoc ergo rñdeāt, nū dicitis eē unū ſolū? Dicimus.n. rñdebūt, an nō? The. ita. Hoſp. nōne ens aliqd uocatis? The. certe. Hoſp. nūquid idē qd unū nominib° ad idē duob° utētes? an aliud? The. Quid ad hęc hoſpes hi rñdebūt. Hoſp. pater o Theætete illū qui hoc ſuppoſuit, nō facile ad iſtas aliaſq; mō interrogatas quaſuis obiectiones reſpōſurū. The. qua rōne. Hoſp. duo quidē noīa cōfiteri, cū unū dūtaxat ponat, ridiculū eſt. The. quid tū. Hoſp. quin etiā dicēte aliq̄ q nomē aliq̄d eſt admittere temerariū. The. q̄ pacto? Hoſp. qui ponit nomē à re diuerſum, duo q̄dam inducit. The. certe, hos ꝑpterea ſi idē cū re nomē eſſe poſuerit, cogeť uel nullus eē nomē. uel ſi eſt, alicui° nois nomē eē fateri, alteri uero nequaq̄. The. ſic eſt. Hoſp. et unū unius unū ens ſolū, & hoc ipm unū ens ſit. The. neceſſe eſt. Hoſp. Quid porro? totū ab ente uno diuerſum, an idem dicēt? The. cur nō dixerint? dicēt.n. & dicūt. Hoſp. ſi ergo totū eſt quēadmodū inqt Parmenides ęqualis undiq; ſphæræ moli perſiſ'e à medio ad circūferētiā penitus ꝑque diſtās: eo nāq;, nec maius ꝗcquā, nec potētius eſt, nec ium eſt ob talē circūferētiā ipm ens mediū extremaue hr̄e, & idcirco partibus q̄q; ꝑſtare. The. ſic oportet. Hoſpes. atqui nihil ꝓhibet ipm diuiſum in ꝑtibus oībus paſſionē unius admittere, atq; hoc mō. & oē ens, & totū unū exiſtere. The. nihil penitus. Hoſp. Qd' aūt hęc patiť, an nō ſimpl'r eſt idipm unū eſſe? The. q̄re? Hoſpes. quia ſm uerā rōnē ipartibile oīno reuera ipſum unū eſt ponēdu. The. oportet ſane Hoſp. Quod uero tale eſt, ut ex pluribus ꝑtibus ꝯſtituať, cum uniuerſa rōne minime cōſonabit. The. Intelligo. Hoſpes. Vtrum totum ipſum unius recipiēs paſſionē, ita et unum & totū erit? Vel oīno non dicimus ipm unum totū eſſe ens. The. difficilē eligēdi mihi ꝓuinciā ꝓpoſuiſti. Hoſp. Atqui ueriſſima narras, cūq; ens unum eſſe admittat, cur nō ens & unum idem apparet, & plura oīa q̄ꝫ unū erunt. The. certe. Hoſp. q ſi ens ſit totum ex, eo q̄d ſuſceperit illius paſſionē, ſit aūt ipm totū, nō erit ſuipſius egēs. The. maxime. Hoſp. Enimuero ſm hūc ſermonē cum ſeipſo priuať nō ens erit eius ipſum. The. ſequiť. Hoſp. Atqui ita rurſus oīa plura q̄ꝫ unum exiſtūt, cum tā ens q̄ꝫ totum ꝓpriā naturā ſeorſum ab altero ſit ſortitum. The. ꝑfecto. Hoſp. Et ſi oīno nō ſit totū eadem hæc enti ꝓueniunt, ac ꝑter id q̄d cōtingit nō eſſe, cōtingit etiā neq; factū fuiſſe. The. cur inquā? Hoſp. Quicq̄d factū eſt ſemꝑ factū eſt totum. Quāobrē neq; eſſentiā, neq; gñationem tāquā exñtem appellāre debet qui unū uel totū in ordine eorum q̄ ſunt nō ponit. The. oīno ſic eē uideť. Hoſp. Præterea q totum nō eſt quātum eē nullo mō pōt. Nam quatenus quātum eſt, catenus eſſet totum neceſſe eſt. The. prorſus.

Tex. 20. Conturbabātur autē & poſteriores, quēadmodum & antiqui, ne forte accidat ipſis, idem ſimul unum eſſe & multa. Quapropter & alij quidem, ipſum eſt auferebāt, quēadmodum Lycophron. alij aūt, mutabant dictionem, q̄m homo, nō albus

Tex. 21. eſt, ſed albatur, neq; ambulās eſt, ſed ambulat. vt ne ipſum eſt adijciētes, multa faciāt eſſe vnū. Tāquam ſingulariter dicto, vno, aut ente. Sed multa ſunt, q̄ ſunt, aut rōne, vt aliud eſt albo eſſe & muſico (idem vero, vtraq;. multa itaq;, vnum) aut diuiſione, quēadmodum totum & partes. Hic autē iam dubitabant, & confitebantur vnum, multa eſſe. tanquam non contingeret, idem vnum & multa eſſe, non autem oppoſita. eſt enim vnum, & potentia, & actu.

Com. 16. Cum demōſtrauerit iuxta unūquodq; ſignificatum unius idem eſſe unū & multa. Etenim ut continuū, diuiſibile in infinitum eſt, & cum totum ſit partium multitudinē q̄ ſunt diuerſę à toto habet. Itē ea q̄ ſunt rōne eadē unūquodq; eorū oſtēdit unū & multa eſſe ſiqdem cū homo ſit etiā adſint equus/bós/ atq; alia quæ eādem rōnē illius entis hñt. præterea indiuiſibile eſt principium, terminus, & alia multa. Cum ergo hęc explicauerit, cum ꝑterea ueteres in cōtradictionem inciderēt, ſubiūxit hoc abſurdum. ſ. idem unū & multa eſſe, q̄d euenit illis qui dicunt unū ens eē, nō ſolū illos aduerſum quos adductū ſunt, cōcitauit ad tumultū & ad ambiguitatē, ſed etiam eos qui poſt illos pħati ſunt. Nam iſti non dicebāt unum ens eſſe, ſed ponentes unūquodq; ſenſibile eſſe, ceu Socratem, deinde propter ꝑdicationes accidentium ipſis multa eſſe dicentes. Etenim Soc. ſimus, Pħus, & forte fortuna albus eſt, tumultuarunt quonā pacto fieri poſſet, ut idem unum & multa eſſet, quocirca hoc uerbum eſt de ſubſtantia prædicari ſentiebant dicentes Socr. eſt, ſed cum accidentia prædicarentur de ſubſtantia auferebāt hoc uerbum { eſt } quippe uerbum hoc cum ſubſtātia nō efficit multitudinem. Nam idem de eodem dici autumabāt, at ſi appoſitum fuerit { eſſe uel eſt accidentibus } quæ ſint qualitates & accidentia propria, ipſum eſt copulat & accidentia cum ſubſtā, ceu cum dixero, Socra. albus eſt. ibi enim duo ſunt entia. Icc irco Lycophron demebat { eſt } à prędicatis, dicēs Socr. albus perinde ac accidentia per ſe ſine hoc uerbo { eſt } nihil addant entis. Sed hallucināťur hi, quia ſi non adderetur quicquam idem dictu eſſet. Socra. & Socr. albus. Item hæc prolatio pronunciatione non efficit orationem enūciatiuam, quippe nec uerum nec falſum ſigñat, imo nec aliam oratiōis ſpeciem facit, neq; oratio erit, quippe non eſt imperatiua, neq; interrogatiua, neq; optatiua. Præterea dubium à principio non euadunt, quinimo in alijs incidunt. Vnde alij cum uelint orationem enūciatiuam facere, prædicata quæ nomina ſunt trāsformabant in uerba dicentes non homo albus eſt, ſed albeſit, nec ambulans eſt. ſed ambulat, ne adijcientes { eſt } unum multa efficerent, ſed ſane conſtat quod accidentia cum naturam remiſſam exilemq; habeāt quemadmodum uerbum actionem & paſſionem ſignificāt, ſunt entia ſubſtantia quo ad naturā inferiora ac remiſſiora. Sed conſtat etiam hos non effugere dubitationem, quāquam uertētes ac transformātes dictionem ꝑdicationem fecerint. Nam omne uerbum in participiū & ſubſtantiuum uerbum eſt reſoluitur, ceu ambulat, ambulās eſt. Sed alij puſilli animi dubitationē ſic formidabāt q̄d fatebātur: nihil de nihilo prędicari, ſed unūquodq; per ſe dici, ceu homo/homo/et album/album. Sed hi neq; euadebant dubitationē. Etenim homo multa eſt, & album multa, ut definitiones indicant. Item inciderunt in alternm abſurdum q̄d tollit orationē enunciatiuā. Niſi hi unūquodq; ſenſibile multa eſſe eo q̄d multa de ipſis prædicantur, ſic exiſtimarunt effugere, non intelligētes quod non ſm ſolam prædicationem unum & ens multa ſunt, ſed etiam hoc modo cum aliqua ratione differunt, qua de cauſa cum multa ſit uni & enti ineſſent, atque homo & Socrates, & non Socra. homo animal, quemadmodum dicebant hi qui ponebant ens eſſe ſynonymum, uel ut hi qui dicentes ens unum eſſe alia ex entibus auferebant, Socrates igitur non eſt tria, neq; unum ſolum, quippe alia non ſunt nihil, cum hęc ſint per exiſtentiam Socratis attamen non ut Socratis ſunt. Et ſic denuo Socra. multa & non multa erit, ſed unum, ſed non illud unum quod prorſus purum ſit & ſincerum experſque compoſitionis ſm intelligentiam, ſed quod ſubſiſtit una ſubſiſtentia, & producit unam ſubſtātiam, uelut latet qui non eſt unus eo quod nomen eſt unum, ſed eo quod unitate eſt unus, & huius capit demonſtrationem ideſt & eſt hoc unum demōſtratum. Nam unum eſt multa ſi quis ens exponat eē ęquiuocum, quēadmodum prius Ariſt. intellexit multa igitur entia primo ſunt prædicatione, ceu ſubſtantia prædicatione bonitatis & aliarū rerum, & ſecundum omnia prædicta quædam ſunt actu, quędam uero poteſtate, & adhuc, uel genere, uel ſpecie, uel numero. Præterea diuiſione, uel ratione, uel nomine, & nihil abſurdum eſt, ſi idem alio atque alio modo uideatur & dicatur unū & multa eſſe, atq; ſimul unum & multa, non tamē ea q̄ opponuntur. Cauſa autem huius rei, quia ens & unum nō uno mo-

do dicũtur, ſed unũquod multipliciter, quod cum antiquiores Ariſto. non conſpicerent tumultuãtes alij dixere multa & infinita entia eſſe quę mutuo pẽdent & inter ſe componuntur, alij uero unum ſic ſenſere, ut cum ſit unum ens nõ ſimpľr ſit ſine diuiſione, neq; ita ex multis ceu chorus, ſed unum ens atq; nõ unum ut expoſuimus. Hæc igitur ipſa per ſe nõ exiguo ſtudio animaduertẽda, quę etiã ad naturales quęſtiones et ad diuiſionem prædicamẽtorum iuuant Porphyrius ſapiẽtiſſimus pulchre conſcripſit, forſitã accipiẽs occaſionem aggrediẽdi hoc. ſ. quod q̃cũq; uno modo ens et unum diceret, tñ multa entia ſint. Sed Porphyrij uenia ſi multa ꝓdicatiõe īduxit, ꝯſentaneũ erat ut entis diuiſionẽ q̃d uelut multipľr dicitur in ſolõnem dubitationis complecteretur. At nũc inquit multa entia eſſe & unũ, uel rõne quidẽ multa, ſubiecto uero unũ ceu liquet in ſubã & in accñtibus quę illi inhęrẽt, idcirco & ambo accñus exẽpla in uno genere qualitatis accepit, uel actu & potẽtia. Verũ enim uero ſiquis ultra dubitauerit nun ſubã & ea quę accñtia appellantur, ſint ſimiliter entia, quonam pacto idem ens ſm idem poſſit unum & multa eſſe quod dictu eſt unũ & nõ unum eẽ. Vnde merito aliquis īduxit hãc ſolõnem qua. ſ. dicit ſubãm & accñs eſſe diuerſa entia, q̃d quidẽ & nũc inſinuauit dicẽs nihil incõmodi abſurdiq; accidere ſi idẽ fuerit unum & plura, multa ſane ſm diuerſas rationes accidẽtium, unum uero ſubiecto & ſubã, quę quidẽ hoc modo una eſt & plura ſm illum. Cum ergo duæ ſint dubitationes quæ ꝯcludũt unum & multa eſſe, altera quidẽ quę ſit multitudine eorũ accñtium quę uni ſubę inſunt, altera uero ex ꝯtinuo quod quidẽ eſt unum toto, & plura diuiſione. Hęc autẽ ſoluitur per ipſum diſcrimẽ inter potẽtiam & actum, etenim actu quidẽ unum eſt, plura aũt potẽtia. Altera autẽ dubitatio ab expoſitoribus nõ eſt ſoluta, neq; intelligunt ueluti ſolõnem dubitationis cum Ariſt. dicit. { Multa ãt ſunt ea quæ, ſunt uel rõne } Porro Alexã. cum ꝓpoſuerit eũdem textum exponẽdum eſſe hęc adducit, uel ipſe diuiſionem efficit, quibus modis unũquodq; unũ ſimul & multa eſt oñdẽs nõ dici uno modo unum, ut ꝓdixit, uel q̃ño Zeno unũquodq; ſenſibile multa eẽ demõſtrauit dicens qua ratione alij tumultuarunt. Nam uel entia rõne multa ſunt & ſubiecto unum ceu muſicus & albus Socra. ratione quidem ſunt multi, quippe rõ muſici alia eſt, et alia ratio albi, q̃cũq; ſubiecto unus ſit Socrates uel idem eſt ſimul multa & unum ceu totum & ptes. Nam ut totum unum eſt, ut uero partes quibus totum cõſtat multa eſt cum demõſtratum ſit nõ idem eſſe totum & partem, cum igitur Alex. hæc dicat deinde ſubiungit ea quibus oñditur nõ ſolutam eſſe dubitationem quę ſit de accñtibus, ſed ſola illa quę ſit ex diuiſione dicẽs, in his quæ multa ſunt ratione (ut diximus putarunt hi facere aliquid quos ueteribus poſteriores dixit cũ alij uerbum { eſt } ab accñtibus auferrẽt, alij uero effugerent & trãsformarent dictionem. Sed hi cum nullam haberẽt inſtãtiam ad ſophiſma de parte & toto, terga dederunt et uicti rõni ſuccubuerunt. Eſt autem (inquit) totũ unum & multa nõ eodẽ modo, ſed actu unum, potẽtia uero multa, quare ſi etiam ſoluẽda ẽ dubitatio de accidẽtibus, pulchre Porphyrius per id qđ Ariſt. intulit ac ſubiũxit, uidelicet tanquã uel unum, uel id qđ eſt uno modo diceretur, multa entia eẽ intellexit & inſinuauit. Simile fere cum & Eudemus oñdat ac eiuſdẽ ſolõnem in actũ & potentiam concludat & redigat, forſitã expedit ſi ea q̃ Eudemus narrat in medium afferamus cã ſciẽdi ea q̃ dicũtur. Sic iacent uerba eius poſt obiectiões quas per ſignificata unius fecit. Nonne hoc quidem nõ eſt unum, unum aliquid eſt? Nam hoc uenit in dubitationem. Et Zenonem tradunt dicere ſiquis eidem tradiderit quid unum ſit dicturũ oportet id per ea quæ ſunt tradere quod unũquodq; ſenſibile ſm ꝓdicationẽ & partium diuiſionẽ multa dicitur. Vnde Eudemus tradit Zenonẽ neq; poſuiſſe punctum unum eſſe. Nam id q̃d neq; additũ alicui auget illud, neq; ſublatũ minuit, putauit non eſſe inter entia numerãdũ. Si quis autẽ & reliquas appellatiões adiecerit, is ꝓfecto rõnem adhuc magis uериſimilẽ oñderet ac probaret. Nã punctum nec ſubſtãtiã nec quãtitatem nec quicquã aliud diuiſibile efficere uidet, q̃d ſi punctũ tale eſt, dicemus ſane unũquodq; multa eẽ, ceu albus muſicus & multa alia, ſimiliter autem & lapis ſe habet. Nam uniuſcuiuſq; infinita eſt ſectio, q̃ño ergo erit unum? Nõnulli igitur quo ad prædicata exiſtimarunt ſubticẽdum eſſe uerbum { eſt } quorũ unus erat Licophron, qui hominem eſſe aſſeruerunt, ſed hominem album eſſe nõ dixere, ſiſtretiam de unoquoq; aliorum legem ſtatutũq; promulgarunt q̃ppe qui nullo quouis pacto ipſum eſſe adijci adiũgiq; uoluerunt, ſed unum dũtaxat ſingula eſſe dixerũt. Plato autẽ ipſum { eſt } nõ putauit ſignificare aliquid quod eſſet in hoie, ſed ueluti ſapiens eſt ſapere, & ſedẽs eſt ſedere, eodem etiã modo alia ſe hñt, & ſi nõ ponãtur nomina. Vnde ad unum quod erat ꝓdicatione multa hunc in modum occurebant obijciebãtque. At contra ea q̃ ſm diuiſionem ſectionemq; partium uidebantur eſſe multa non recte dubitabãt, q̃ñquidẽ operęꝑcium ſit atq; conducat ad ueritatẽ explorãdam, ut uidetur, unũquodq; diſtinguere & determinare quot dicatur modis. Nam Plato introducens modũ diſtinguẽdi dupľr multas perſoluit de rebus dubitationes, ad quas nunc ſophiſtę tãquã ad formas ꝯfugiũt. Præterea diſtinxit nomẽ à rõnibus. Sed ad dubitationẽ unius opportuna uidebatur eſſe diuiſio entis, quæ ſane p̃hie erat impedimentum, & parum ipſa utebãtur, at ſapientis eſt ut recte unoquoq;. Nam alij utẽtes principijs nihil ꝓducunt, licet principium ſit ſecũdum & fuſum, alij uero non faciẽtes principia nequeũt ultro procedere quod non hñt à quo. Item dixere ſciẽtes & fortes & quæcũq; huius eſſe cum actu, tum etiam potẽtia, at unum eſſe nõ dixerũt nec multa, ſed omnibus, ut ita dixerim, eadem diuiſio accõmodari poteſt. Nam ſi nos exẽpli gra oporteret numerare, dormiẽtes illico hoiem & equũ numerabimus ut ſi multi nõ dormierint ſaltem reſpiceremus ad potẽtiam ipſorũ qua accubare queunt. Verum de piſcibus dubitabimus & ꝓficiſcemur ad piſcatores, ſed ſi domi dormientes numerabimus, plures ſane omittemus hoies & equos ſiquidem ſint & non dormiunt. Conſtat igitur ut prius in potẽtiam, poſt ea uero in actum reſpiciamus. Eodẽ mõ unum & multa ſunt actu et potẽtia, actu igitur ambo eidẽ ſimul ineſſe nunquã pñt. Sed dicẽs uidetur hoc abſurdum eſſe unum eſſe actu plura potentia. At minime abſurdum eẽ rñdemus, ſi illud unum fuerit de numero partibilium ac diuiſibilium, quippe non ſunt cõtraria hęc, hoc etiã modo in eodem lapide multa erunt ceu Mercurij Herachteiſq; ſimulacra atq; alia infinita. Nam oia hęc ſunt in eadem potẽtia actu uero unum ſolum, unde quædam cum ſint multa actu, unum potẽtia eſſe nequeunt, uelut quæcũq; in uno cõueniunt & componũtur eidemq; cohęrent, ceu ſedere. Nam potentia ſimul circa unum erunt quod poſſunt eẽ ſimul in uno, ſed nõ actu. Vnde ſi adeſſet nobis Zeno ei rñderemus unum actu nõ eſſe plura actu, q̃m eidem ꝓprie ineſt unũ, ſed plura ſm potẽtiã, igit̃ hoc mõ idẽ ſit unũ & multa ut alterũ ſit dũtaxat actu, ſed ſimul utrũq; eodẽ mõ nũquã eſſe põt. Vnde ſi ipſi crediderimus aſſentiemuſq; eadẽ dicẽtes ꝓmiſſio ipſẽda eſt in q̃ hęc ratio Zenonis uidet̃ alia q̃dam eẽ ab ea quã in libro affert, cuius etiam Plato in Parmenide meminit. Nam ibi ſub Zenonis perſona oſtendit non eſſe multa qui cõtrario tuebatur Parmenidem præceptorem aſſerentem unum eſſe. At hic, ut inquit Eudemus, tollit unum. Nam punctum uelut unũ eſſe dicit, & multa eſſe concedit. Verũtamen Alexãder putat Eudemum & hic cõmemorare Zenonem uelut multa de medio tollentem. Nam inquit ut narrat Eudemus Zeno Parmenidis familiaris periclitatus eſt oſtendere non poſſe multa entia eſſe eo argumento quod nihil eſt unum in entibus ac in his quæ ſunt, & quod multa ſunt multitudo conſtãs unitatibus. Sed pace Alexan. quod Eudemus non meminerit Zenonem ueluti tollentẽ multa ꝯſtat ex uerbis eius. Vnde exiſtimo neq; tale argumẽtum in libro Zenonis adductũ eſſe quale Alexã. inquit quod ſane cenſeo ex dictis perſpicuum q̃m etiam Eudemus dubitationẽ ex diſcrimine inter potẽtiam et actũ ſoluit, & forſitã Eudemus ſolõnẽ indicat ex dr̃ia entis ubi ait. Sed ad dubitationem unius uidebat̃ eſſe opportuna diuiſio entis, q̃ ſane

philoſophie

philoſophis erat impedimẽtũ & raro illa utebant̃, erat forte fortuna imdedimentũ φ non recte diudebatur, ſed raro in uſum ueniebat illis. Vnde hęc num ſic ſe habeãt an ſecus iure explorare dignum eſt. In primis cum Eudemus dicat Platonem nõ putaſſe ipſum uerbum eſt in prædicatione accidentium ſignificare ſubſtãtiæ participationem, ſed ſolum diſpoſitionem affectionemq́ per accidẽs ueluti ſapiens eſt nihil aliud ſignificat φ̃ ſapere, & ſedens eſt nihil aliud quam ſedere. Alexander Platonem inquit fuiſſe illum qui dictionem accidenti transformauit, & forſitã quia eãdem opinionem poſt eos qui ſuſtulere ipſum eſt Eudemus meminit. Verum quod Plato non inciderit in eorum dubitationem tumultuarĩe, nec Ariſto. hunc inſinuauit, patet ex his quę adduxit in Philebo, ubi inquit talem dubitationem ambiguitatemq́ eſſe puerorum nugantium garrulitatem ſcilicet dialecticam litigioſam, ſed i ſophiſta uniuerſam dubitationẽ plane expoſuit, & per ſtudioſos illius deridet hunc in modum ſcribẽs, hoĩem quidem multis quibuſdam cognomentis denominamus, dum colores illi, figuras, magnitudines attribuimus uirtuteſq́ & uitia i quibus omnibus atq́ alijs fere infinitis, nõ tãtum hominem eſſe ipſum dicimus, ſed & bonum & alia infinita, atque in alijs ſimiliter agimus, quodlibet enim unum ponentes multa deinde multiſq́ nominibus appellemus, The. Vera narras Hoſp. Vnde iuuenibus, ut arbitror, & tardo ingenio ſenibus aduerſandi occaſionem dedimus. Nã illico quiſq́ obijcere poteſt φ impoſſibile ſit multa unum & unum multa eſſe. Quapropter exultant dum hominem bonũ dici nõ ſinunt, ſed bonum quidem, bonum & hominem uero hominẽ uocari uolũt incidiſti ſæpenumero, ut arbitror, Theętete in homines qui argutijs huiuſmodi ſtudẽt, plerũque etiam ſeniores, qui propter inopiam ſapiẽtię hæc admirãtur, & putãt hoc ueluti quoddam undique ſapientia præclarum inueniſſe. Vnde Plato eandem dubitationem ſoluit, & oſtendẽs ſpecies inuicem cõmiſceri, eaſdem etiam ſecundum ſeipſas uoluit habere proprios characteres, ſcilicet deſignatiões denominationesq́ ac proprias deſcriptiones. Item cenſuit ſm cõmunem, mixtionemq́ ac complexionem copulationemue qua inuicẽ res cõmiſcẽtur unum aliquod totum prodire & fieri, uelut ex literis mutuo inter ſe cõmixtis & copulatis, nomẽ, uerbum & uniuerſa oratio proficiſcitur, & unumquodq́ ſecundum ſe ab alijs ſeiũctum et nõ ens φ quidem eſt aliam multitudinem efficere ratus eſt. Nam reuera ubi multitudo, ibi etiam non ens, iccirco & Parmenides cum uellet oñdere ens uere unum eẽ, confeſtim primo diuiſit id φ ſupra ens eſt, et nõ ens. Item Plato uolẽs demõſtrare nõ ens eſſe in his quæ ſunt, atque nõ modo eſſe in rebus ſenſibilibus, ſed etiam in ente intellectuali (primo tradidit ſeparationem diſtinctionemq́ ſpeciem & multitudinem) qui etiam in libro Parmenidis dicẽdo dubitationem nihil acuminis atq́ eruditionis habere qui ſolẽt ambigere quomodo in ſenſibilibus idem queat unum & multa eſſe illam ſoluit aſſerẽs unum quidem eſſe participatione unius multa, multa uero participatione multorum. Sed ipſa Platonis uerba audire nihil incõmodi eſt. Etenim ſiquis me unũ ac multa entia eſſe demonſtrauerit, cur mirãdum, ſiquidem uolẽs multa me aſſerere, dixerit alia eſſe dextra mea, alia ſiniſtra, alia anteriora alia poſteriora ſuperiora denique & inferiora ſimiliter. Nam, ut arbitror, multitudinis ipſe particeps ſum, & quãdo me unũ oſtendere uelit, dixerit, φ ẽ nobis qui ſeptem ſumus, ego unus homo ſum unius particeps, ſiſt nihil mirum eſt, quare utraque uera affirmãtur. Si ergo quiſpiam talia conetur unum & multa eadem demõſtrare, lapides uidelicet, ligna, ac reliqua huiuſmodi unum & multa ipſum oſtendiſſe fatebimur, non tñ unũ multa, neq́ multa unum, neq́ mirabile quicquam pędicaſſe, ſed qđ omnes cõfiteremur. At ſiquis quod paulo ante dicebã, primum quidem ſpecies ipſas ſm ſeipſas ſeorſum diſtingueret ueluti ſimilitudinem, diſſimilitudinem, multitudinem, unũ, ſtatum, motum cęteraq́ hmõi, deinde iſta in ſeipſis cõmiſceri & ſecerni poſſe demõſtraret, obſtupeſcerẽ equidem ô Zeno inge. Vides ergo in ſenſibilibus idẽ unũ & multa eſſe quõ nihil mirum eẽ inquit ueluti neq́ mirũ eſt, ſi idem in ſimilia atq́ diſſimilia. Sed ſi ex amplioribus intellectualibus horũ talẽ mixtionem & cõplexionem oñdere uoluerimus, quod ſane ipſe in ſophiſta fecit dicẽs id attinere ad phm̃, erit ꝓfecto hoc nõ parua cõſideratione dignum. Nam neceſſe eſt eum unitatẽ mixtã non cõfuſam & ſeparationẽ diſcrimẽq́ non diſtinctũ & diuulſum ſpẽrum contẽplari, qui hæc demõſtrare uoluerit. Eiuſdẽ igitur dubitationis ſoľones qđ idem unũ & multa ſit habemus etiã apud Platonem, unum uero de intellectualibus ſpẽbus in ſophiſta qm̃ unũ eſt nõ ſm participationẽ, ſed magis ſm identitatem & unitatẽ qua unũquodq́ ſolũ non participat alijs, neq́ ſolum idẽ eſt illis, ſed qua unũquodq́ unitũ ad ipa oĩa eſt unũ. quod ſane in Parmenide Socr. oñdere uult, multa uero poſtea ſunt ſi unũquodq́ ſpectat̃ ſm ſimpſius ꝓprietatẽ. Aliam aũt ſoľonẽ de rebus ſenſibilibus habemus in Parmenide ſm pticipationẽ unius & multorũ in eodẽ. Solutio aũt Ariſt. quã Porphirius idicauit, ipſa eſt ẽt de ſenſibilibus. Eſt aũt ipſa ex diſcrimine rerũ q̃ non ſunt ſynonymę, ſed/ut diximus/ſunt ueluti illa quorũ unũ eſt alterius cã. Vnde ſuba cum ſit apta idoneaq́ per ſe ſubſtare, quo ẽt eſt ſubm, manet qđ uere eſt, & ꝓp eãdẽ unum & totũ manet, accñtia autẽ uel partes q̃ in ſuba & toto ſubſiſtunt ſm multitudinẽ hñt eo uno nõ multiplicato in quo ſunt, quippe nihil illi addũt eo qđ hæc per ſe ſubſtare q̃ant, ſed ſi uelut q̃dam ſubſiſtẽtia ſubſta entis multiplicata eẽt. Nã ſuba ex his unitatibus nõ multiplicat̃. Et ſcitu dignũ eſt quod ſoľo ipſa etiã cãm pulchre exhibet aſſertq́ per quã ſuba nõ in q̃litate eſt, ſed ecõtra q̃litas eſt i ſuba & hoc ſit ſuba, hęc uero accñtia, ſed ſi genera & ſpẽs atq́ accñtia ſunt poſteriora indiuidua, ſuba tãquã in illa ſubſiſtẽtia, ꝓfecto indiuidua ſuba erit aliqd, ſine ijs ꝯſiderata. Nam Socr. ſine hoĩe & aĩali, atq́ ſine accñtibus q̃ uelut Socratẽ cõplent, aliquo mõ erit, ſi hoc mõ fuerint. poſteriora tãquã ſecũdę ptes totius, quãq̃ cõpleãt totũ. Nam ſecundum eaſdẽ partes indiuiduæ ſubſtantiæ eſt quædam cõgeſtio quædamq́ conuenientia ſubſtantiæ exiſtẽtis & quo ad hoc ſubſiſtentis. Iccirco neq́ exemplum eſt principale de uniuerſitate indiuiduorum, quoniam hæc ſubſiſtunt ſecundũ quãdam multarum rerum conuenientia, & omnia cognoſcit ipſa, cum ſenſum ſerunt redigens concurſum eorum ad conſtituendum unum conceptum & intelligibile.

Hoc igitur modo dicentibus, impoſſibile uide- Tex. 22.
tur quæ ſunt, vnum eſſe. Et ex quibus oſtendunt,
ſoluere non difficile eſt. vtriq́ enim contentioſe
ſyllogiçant, & Meliſſus & Parmenides. Nã & fal-
ſa accipiunt, & nõ ſyllogiçantes ſunt. Eſt aũt Me-
liſſi magis oneroſa ratio, & non habẽs dubitatio-
nem. ſed vno inconuenienti admiſſo, alia contin-
gunt. hoc autẽ, nihil difficile eſt. Quod igit̃ para- Tex. 23.
logiçat Meliſſus, manifeſtũ eſt. opinatur enim ac-
cipere, ſi quod factum eſt omne, habet principiũ,
quod & id quod non factum eſt, non habet.

Cum prius acceperit uniuerſalem deſtructionem ſuppoſi- Com. 17.
tionis, ne uideatur ob imbecillitatem rationum quę ipſi ſuppoſitioni fauent eam confutare, deinceps proficiſcitur ad confutãdum ipſas rationes, quibus addicti fidemq́ adhibentes aſſerebant unum ens eſſe, qđ quidem facit Ariſto. non ut comprobet confirmetque ſuum dogma, ſed ut conſoletur atque his cõſulat qui coacti fuere ob rationes illorum ambigere. Nam ſi dogma eorum prorſus de medio ſublatum fuerit atque euerſum, & rationes probantes ipſum diſſoluerentur citra controuerſiam opinio oppoſita deinde firmabitur, quippe præcedens deſtructio refutatioque oppoſitorum aliquibus facta, ipſa ſit comprobatio & confirmatio per accidens aliorum oppoſitorum. quare ſi tolleretur ens unum eſſe, illico oſtenduntur & confirmantur plura eſſe. Nam & hoc modo

Zenonis ratio qua oſtendebat plura abſurda illis accidere qui aſſerunt multa entia eſſe opem ferens Parmenidi aſſerẽti unũ ens eſſe, non latuit Socratem. Dicit ergo non eſſe difficile ſoluere rationes illorum quoniam demõſtrabit aſſumpta. ſ. propoſitiones & p̃m ſſas eſſe falſas, atq; figuram & formã ſyll̃i eſſe uitioſam. Verum magis accuſat & damnat Meliſſi rationem, ut prius diximus, uel quia is præter alia quę dixit ens etiam eſſe infinitum aſſeruit, uel quia is uidetur aſſumpta falſa accipere, & uitioſa forma, ſyllogiſmum componere, cum dicat, ſi factum habet principium non factum nõ habet principiũ, in quo ſyllogiſmo conſentaneum erat deſtruere conſequens dicendo, q̧ non habet principium, non eſt factum. Nam ſecundus modus ſyllogiſmorum hypotheticorum ſic concluditur. Parmenides autem ponit propoſitiones in ordine, uerum non infert concluſionem quæ ſequitur ex præmiſſis, ſed aliquid aliud dicens, quod eſt præter ens eſt non ens, quod eſt non ens nihil eſt, qui poſtea concludẽdo non infert, ergo q̃d eſt præter ens eſt nihil, quod ſane ſequi debet, ſed infert, ergo unum ens eſt. Sed hæc poſtea ſedulo magis explorabimus atq; diligẽter tractabimus, nunc autem Meliſſi rationem uideamus, in quem prius inuehitur. Nam cum Meliſſus uſus eſſet dignitatibus quas naturales philoſophi admittebant de generatiõe & corruptione, ſic libri initium facit. Si quidem nihil eſt, de hoc profecto diceretur aliquid uelut de quodã ente, ſi autem aliquid eſt, uel factum eſt, uel ſemper eſt, ſed ſi factũ eſt, uel ergo ex ente, uel ex nõ ente, ſed ex nõ ente non poteſt aliquid fieri, neq; aliud eſt nihil, multoq; magis nec ens ſimpliciter ex ente. Nã hoc modo iam eſſet & non fieret, igitur ens non eſt factum, ergo ſemper ens eſt, ſimiliter neq; corrumpetur ens, quippe nec ens poſſit in nõ ens mutari. Nam & hoc conceditur à naturalis philoſophis, neque in ens. Nam ſic rurſus ens maneret & non interiret, igitur neq; ens factũ eſt, neq; interiturum eſt, igitur ſemper fuit & erit, ſed cum factum habet principium, non factum non habet principium, & ens nõ eſt factum, ergo nec principium teneret. Item q̃d interiturum eſt atq; interijt finem habet, ſi ergo aliquid eſt expers corruptionis incorruptibileue, id finem non habebit, igitur cum ens ſit incorruptibile finem non habet, ſed quod nec principium, nec finem habet, infinitum eſt, igitur ens infinitum eſt, ſi autem infinitum eſt, ergo unum, alioquin ſi duo nõ poſſent eſſe infinita, ſed ſeſe mutuo terminarent, ſed ens eſt infinitum, ergo nõ ſunt plura entia, igitur unum ens eſt, atqui ſi unũ eſt, igitur & immobile. Nam unum ens ſemper ſimile ſibi eſt, at q̧ eſt ſimile neq; interiret, neq; maius fieret, neque transformaretur, neq; doleret, neq; augeretur. Nam ſi aliquid horum pateretur non eſſet quippe quod mouet̃ quouis motu ex quodam in aliquid alterum mutet̃, ſed nihil aliud erat præter ens, igitur hoc non mouebitur. Item alio modo poteſt adduci argumẽtum, nullum uacuum adeſt enti in quo ſeſe queat recipere. Nam uacuum nihil eſt, igitur nihil non erit, igitur ens non mouetur. Nam aliquo ſecedere non poteſt ſi uacuum non ſit, ſed neq; in ſeipſum contrahi poteſt, alioquin idem eſſet ſeipſo rarius atq; denſius, q̃d ſane fieri nequit, quippe impoſſibile ſit rarum eſſe ſimiliter plenum ut denſum, ſed iam rarum magis uacuum eſt quam denſum, ſed uacuum non eſt, nam uero plenũ ſit ens, uel non ens eo iudicandum eſt, ſi recipiatur in eo aliqđ aliud plenum an non, ſi enim non recipitur, ergo plenum, ſi autem reciperetur aliquid, non eſſet profecto plenũ, ſi ergo non eſt uacuum, ergo neceſſe eſt plenum eſſe. ſi autem hoc admittitur, ergo ens moueri non poteſt, non eo quod per plenũ moueri nequeat ceu de corporibus dicimus, ſed q̃a ens omne non poteſt in ens moueri, quippe nihil aliud ſit pręter ipſum, neque in non ens, quoniam non eſt non ens. Hęc igitur dicta Meliſſi ſufficiunt Ariſto. ut in illum inuehi poſſit, aſſumpta autem ipſius, ut breuiter dicam, hæc ſunt, ens non eſt factum, quod non eſt factum, non habet principium, quoniam factum principium habet, quod non habet principium eſt infinitum, & nullum infinitum poteſt eſſe cum alio, ſed unũ eſt, ergo ens unum infinitum, immobile eſt. In his ergo primũ corrigit primam rõnem dicentem, ſi factum habet principium, ergo non factum non habet principium. Vnde primum reprehẽdit formam uitioſam ſyllogiſmi, deinde falſitatem præmiſſarum & aſſumptorum dãnat. Nam maius in ſyllogiſmo uitium atq; delictum eſt ſecundum formam, quàm ſecũdum propoſitiones. Huius rei autem indicium eſt, quia cum figura peccat, nunq̃ fit ſyllogiſmus, ſed ex propoſitionibus falſis fit, ſi poni admittiq; ſolum concederẽtur, ceu homo lapis, lapis uiſibile, ergo homo uiſibile, accuſauit ergo atq; damnauit formam ratiocinãdi inutilem eo quod cõſequens econtrario ſecuſq; accepit quam opus erat accipere, quippe nõ ſequatur hoc ſcilicet factũ principium habet, igitur q̧ non eſt factum non habet principium, ſed hoc ſequitur, illud ergo quod non habet principiũ non eſt factum. Nam in continuatiuis conditionalibuſque ſyllogiſmis tunc recte accipitur conſequens ſecundum cõuerſionem quã do oppoſitum conſequentis accipientes inferimus oppoſitum antecedentis. Nam huius propoſitionis in qua dicitur ſi homo eſt animal eſt, conuerſio erit ſi animal nõ eſt neq; homo erit, ſcilicet ſi primum ergo & ſecundum, ſed non ſequitur ſi nõ eſt homo, ergo neq; animal. quare ſimiliter in ratione Meliſſi recta ſanaq; erit illatio quam conſequẽtiam uocant, ſi oppoſitũ conſequentis accipiẽtes ſcilicet qđ non habet principium, concluſerimus oppoſitum antecedentis ſcilicet ergo nõ eſt factũ. Et eſſet uniuerſa ratio hæc ſi eſt factum habet principium, ſed non habet principium ergo nõ eſt factum ſcilicet ſi primum, ergo ſecundum, ſed hoc non expediebat Meliſſo. Nam ſi aſſumeretur propoſitio dicens, ens autem non eſt factũ, erit totus ſyllogiſmus, ens non eſt factum, q̃d non habet principium nõ eſt factum, ergo ens non habet principium, unde eſſet in ſecũda figura, licet cõiugatio ſyllogiſmi ſit forma uitioſa, quia quãquam non ſint negatiuę p̃miſſę, ſed ex tranſpoſitione affirmatiuę, tamen in ſecũda figura ex duabus ſimilibus uel negatiuis ſimul, uel affirmatiuis nihil neceſſarium concluditur. Meliſſus ergo cum accipiat q̃d non eſt factum nõ habet principium, et prius oñdens q̧ ens nõ eſt factum, quippe nec ex ente neq; ex non ente ipſum fieri poteſt, concluſit ens non habere principium. Sed forſitan aliquis dicet etiam conuerſione ab antecedente ſæpenumero ueram eſſe præſertim in his in quibus p̃ñs cõuertitur cũ antecedẽte. Nam ſi homo eſt, aial rationale mortale eſt, & ſi non homo, neq; animal rõnale mortale, ſed ea quę Meliſſus accipit non uidentur adęquari & inuicem conuertibila eſſe. Nam & ſi omne factum habeat principium re cum ſit finitum, non tamen omne finitum eſt factũ, ceu ſol & luna atque cœlum. Verũtamen Eudemus per hæc aſſumpta inquit nihil aliud demonſtrari quam id quod à principio diximus ſcilicet q̧ ens ingenitum ſit. Nam recta conuerſio eſt q̧ non habet principium, ingenitum eſt, ens aũt non habet principium. Dicit autem ſic, non enim ſi factum habet principium, non factum principium non habet, ſed magis hoc modo dicẽdũ eſt, quod non habet principium non eſt factum. Nam ita in negationibus atque deſtructionibus quibus deſtruitur genus & antecedens illatio ſequeláque ſit, apud eum igitur ens eſt ingenitum, quippe non habeat initium.

Poſtea & hoc inconueniens, omnis eſſe principium rei, & non temporis, & generationis non ſimplicis, ſed & alterationis, tanquã non momentanea facta mutatione.

Cum oſtenderit complexionẽ ſyllogiſmi & cõiugationem Com. 18.
forma uitioſam eſſe, deinceps calũniatur falſitatem p̃miſſarũ ſyllogiſmi damnans hanc continuationem conſecutionem deductionemue: quoniam cum ſupponit factum habere principium ut uerum de initio tẽporis, idipſum initium mutat in principio ſecundum rem, & propter cognationem utriuſque principij fallit & decipit. Nam conſentaneũ erat ei qui accipit principium temporis uelut omni facto, in extis de quo etiam Meliſſus faciebat rationem, idem ſeruare in demonſtratione, hic

autem

autem accepit principium re pro principio temporis ceu conſtat ex eo quod accipit id quod non habet principium eſſe infinitum. Nam aliquod principium ęqualiter dicitur cum cauſa ceu efficiens & unde motus principium, & illud ex quo, & materia, & uelut forma & ratio ſubſtantiæ, præterea cuius gratia & finis. Item alio modo dicit̃ principium magnitudinis, quod etiam terminum appellamus, & ſi aliquid habet hoc principiũ ſeu hunc terminum, ipſum ſane dicimus eſſe finitum, q̃d ſi aliquid ſtatueret̃ non habere tale principium, illud dubio procul dicimus eſſe infinitum, quo etiam modo punctũ eſt lineæ principium, & linea ſuperficiei, atq; ſuperficies corporis. Item p̃tes ordine primę & principia dicũtur, ceu cor, uel caput, uel radix quippe quæ pficiant abſoluāt terminentq; ſua uniuerſa. Accedit etiam alius principij modus quo ipſum tempus dicitur principium uniuſcuiuſq; generationis ſecundum primam temporis partem in qua aliquid cœpit fieri, quod ſane tempus definire difficile eſt, quoniam tempus eſt diuiſibile in ĩfinitum. Item alijs modis dicitur principium. At in p̃ſentia hi ſuppetant ſufficiantq;, omne genitum ergo, ut dici ſolet, habet principium tẽporis in quo cœpit fieri, quod etiam generationis principiũ eſt, & non oẽ habet principium rei, ſed alia q̃dem facta ſunt ſiũtq; ſecundum ſubſtãtiam, & horum generatio quædam ſimplex dicitur, quod quæ hoc modo fiunt perſe fiunt, & alia cæterorũ prędicamentorum non dicuntur ſimpliciter fieri. Nam Socra. ipſe per ſeipſum fit, calidum autem non per ſe, ſed calidum corpus, & aer illuminatus. ea igitur quæ ſunt facta ſecundum ſubſtantiam, & eorum ortus habet non ſolum principium temporis, ſed etiam ab aliqua rei parte incipit, ceu in animalibus ab umbilico uel corde, et in plãtis à radicibus atq; domus à fundamento: cum uero & alterata fieri dicantur, & ipſa alteratio eſt quædam generatio, quippe calidum ex frigido prodeat & fiat atq; album ex nigro, in his ſane nõ eſt uerum ut omne factum habeat principium ſecundum rem, ſed quædam partes ipſorũ prorſus ſimul incipiunt alterari, ceu ſe habent ea quæ congelãtur, quorum mutatio non incipit ab aliqua parte ſecundum cõgregationem, ſed ſimul tota fit, & perficiũtur pręceduntq; oĩa ſimul ſecundum eandem, unde, ut opinor, illud uerbum { ſimul } non ſignificat ſine tẽpore ſcilicet mox, illico, repente in inſtanti, ceu Porphyrius intellexit & nititur probare alterationem eſſe repẽtinam ſine tempore, ſed quod ſimul omnes partes alterentur. Nam congelatio & illuminatio aeris non abſq; tempore fit, ſed habet principium temporis hãc temporis partem et ſimul omnes partes patiuntur affectionẽ paſſionemue, uel quæcunq; pars tota ſimul alteratur & cum ipſa ſit diuiſibilis in infinitum, & non ſecũdum aliquam partem primam patiatur, ut etiam & ipſe Ariſto. in ſexto libro huius operis demõſtrabit dicens. Neq; ſane eius q̃d trãſmutat̃ eſt primum quod tranſmutatum ſit. Item clarius apertiusq; hæc in ultimo libro ſcripſit. Similiter & in quauis alteratione dicẽdum eſt. Non. n. ſi id quod alteratur diuiſibile eſt in infinitum, ideo & alteratio, ſed ſæpenumero tota ſimul fit, ceu congregatio. Item Theophraſtus in decimo de motu de hoc hæc ipſa ſentire uidetur. Sic nãq; dicit moueri, igitur id quod mouetur, & motum fuiſſe id quod mutatũ fuit dicere oportet, quod etiam in corporibus quæ alterãtur accidit cum non ſemper dimidium prius alteretur, ſed aliquando totum ſimul. Vnde ob hæc omnia uidentur Meliſſus non pulchre recteq; accepiſſe q̄ omne factũ habeat principium rei, quare non erit uera præmiſſa & pręaſſumptio dicens, atqui factum habet principium. Item propoſitio quæ conuerſa eſt dicens non factum non habet principiũ non modo iuxta formã & ſpeciem conuerſionis peccaſſe uidetur cum ſit deſtructio antecedẽtis, ſed etiam ipſa falſa eſt ſi quis rurſus acceperit principium ſecundum rem, & non principium temporis. Nam ſol, luna, cœlũ, atq; ea quæ ſunt in cœlo & uniuerſum cum ſint ingenita ſecundum tempus, tamẽ obtinent principium ſecundum rem cum ſint finita, et Parmenides aſſerens unum eſſe ingenitum undique à medio æque diſtans omnino facit, hoc autem cum finitum ſit principium ſecũdum rem habet, quare ambę propoſitiones falſæ ſunt, & iam oſtenſum eſt figuram ſyllogiſmi uitioſam eſſe, & in hæc pulchre Ariſto. inuectus eſt occurens ad id quod apparet ex dictis eorum. Sed cum Meliſſus eſſet uir ſapiens opus eſt ei qui talia & cõceptionem intelligẽtiamque illius diligenter explorare tractatq;, diſſoluere crimina & obiecta q̃ contra illum adducuntur & afferuntur, & quod ipſe nõ ens corporeum acceperit eo perſpicuũ eſt, quod illud oſtendit eſſe immobile & indiuiſibile, cum plane corpora motum & diuiſionem ſubeant, qui p̃terea pro ſenſibili & diuiſibili genitum complectitur & accipit, quẽadmodum etiam apud Platonem Timæus dicit, genitum eſt, quippe cernatur, tangatur & corpus habeat, ſic etiã pro intellectuali & impartibili accepit ĩgenitum, quod etiam Plato fecit, cum dicat, quod ſemper ens, generationem non habens, cum igitur Meliſſus diceret genitum habere principium, tunc ſenſibile & diuiſibile dimenſumq; dicit, quę cum finita ſint, habent finem & terminum, quippe corpus infinitũ inter entia non ſit. Vnde & Eudemus nobiſcum conuenit & conſentit quod quãquam in alijs quibuſdam paucis generabilibus nõ ſint principia ſecũdum rem, tamen ſunt in eo ſignificato quod accepit Meliſſus. Sic autem ſcribit Eudemus. Sed forſitan paucorum non ſunt principia, ſed eorum rerum quas accipit Meliſſus, eſſe principia conſentaneum eſt, quocirca prætereundum eſt & conſiderandum illationem rationis, quando igitur Meliſſus inferret non factum non habet principium, tum dicit quod reuera ens impartibile ſit, & quod nõ habet principium neq; finem, ideo & infinitum eſt, quo pacto neutrum axioma falſo aſſumptum fuit. Nam & ſi quædam ſit tota ſimul alteratio, p̃fertim ſi omnes partes alterentur, & attamen non ſimul uniuerſa alteratio fit, ſed ipſa quoq; habet principium et finem. Deinde & in alteratione quod alteratur nõ eſt albedo, ſed corpus q̃d ſecũdum albedinem alteratur. At corpus alteratũ habet finem & principium ſimiliter & factum quod eſt uelut id quod alteratur, & ingenitum ſecundum hoc ſignificatum uere diceretur principium non habere cũ ſit indiuiſibile & impartibile. Nam cœlum & hic mũdus plura & beata ſortitus eſt ab eo qui genuit, ſed etiam ſunt participia corporis, idcirco partes principiũ & finem habet. Quod uero ens ſit ingenitum, et Ariſt. concedĩt. Nam omne ens non ſimul totum fieri, pulchre recteq; concedendum eſt quoniam ipſum inquit ex nõ ente fieri, ſed partim multa fieri, & partim corrumpi profecto cõſentaneum eſt. Et uideamus hoc, quare propoſitiones à Meliſſo ueræ aſſumptæ fuerunt. Item neq; uetat aliquis quin cõuerſio ex antecedente fiat, in terminis qui adęquantur & conuertuntur, ceu cum dixerimus ſi homo eſt, & animal rationale mortale eſt, & ſi non eſt homo, neque animal rationale mortale eſt, ſi ergo genitum adęquatur huic & cum eo conuertitur ſcilicet habẽs principiũ & finem, nihil intereſt ſi conuerſio fiet ex antecedente. Nam ingenitum adequatur non habenti principium. Vnde exemplũ de cœlo & ſummatim de ſempiternis corporibus nos nõ perturbat. Nam hæc ingenita ſunt, non uelut indiuiſibilia, ſed ceu illa quæ non ſunt facta in aliquo temporis principio. refellitur ergo & damnatur Meliſſus eo quod cum principium multifariam dicatur, acceperit pro principio temporis, quod adeſt genito, principium rei quod ſane nõ ineſt his quæ tota ſimul mutantur. Sed uidetur Meliſſus ante Ariſto. non ignarum fuiſſe immo reſpexiſſe, quod omne corpus ſempiternum finitum habeat finitam potentiam, & quãtum ex ſeipſo ſemper in fine tẽporis eſt, ſed ob curam deducentis qua ſemper mouet̃ in principio ſemper eſt & ſempiternum eſt, quare id q̃d habet principium & finem magnitudinis, etiam principium & finem temporis obtinet, & econtra. Nam quod habet principium temporis atque finem, non eſt ſimul uniuerſum, ideo facit demõſtrationem ab initio & finem tẽporis, & non hoc modo inquit eſſe ens ſine principio & ſine fine quod nõ omne eſt, ideſt id quod non ſimul totum eſt, quod ſane competit indiuiſibilibus & reuera infinitis, ſed id quod ſimpliciter & propriiſſime enti conuenit. Nam enti illud uocabulum omne competit. Vnde Me-

liſſus hæc ſic dicit, quãdo igitur non eſt factum, eſt ſane, fuit atque ſemper erit, & principium non habet neque finem, ſed infinitum eſt. Nam ſi factum fuit, proculdubio principium habuit, quippe factum interdum cœperit eſſe, habuit etiam finẽ quoniam aliquando factum finiuit. q̄ ſi non incœpit neque finem habuit, igitur ſemper erat, & ſemper erit nec finem nec initium obtinens quoniam non eſt ſemper efficax atque exiſtens cum non ſit omne, quod uero hoc aduerbium aliquãdo ſit tẽporale, conſtat. Quod autem factum ſecundum ſubſtantiam dixerit eſſe generabile, quod quidem dum fuerit factum eſt, & eſt non ens, eo liquet quod factum aliquãdo ceſſauit, atque eo quod non ſemper eſt efficax & ſine termino quoniam non eſt omne uelut ſemper ſit. quod etiam omne eſt contrarium genito. Quod etiam ut aliquãdo factum finitum eſſe ſubſtantia inquiat, & ita ſemper ens infinitum ſubſtantia dicat, compertũ fuit dicens, ſed quemadmodum eſt ſemper ita & magnitudinẽ infinitam ſemper eſſe oportet, ubi magnitudinem diuiſibilem non inquit, quippe qui ens indiuiſibile eſſe demonſtret. Nam ſi diuideretur/inquit/ens, moueret̃, ſed id q̃d mouetur nõ eſt ſemper ſimul, igĩ magnitudinẽ illam dicit q̃ eſt duratio ipſius ſubſtantię. Nam quod incorporeum ens eſſe uoluerit, ſignificauit dicens ſiquidem ens fuerit oportet ipſum unum eſſe, quod uero eſt unum ens, id oportet corpus non habere. Item deinceps eidem enti ſempiterno infinitum ſecundum ſubſtãtiam cõiunxit adiecitque dicens quod principium habet & finem nec ſempiternum eſt neque infinitum quare quod non habet finem & initium infinitum eſt. Verum ex eo quod infinitum erat una ratiocinatus eſt ipſum unum eſſe, quod ſi nõ unum eſſet ab alio terminaretur, quare non erit amplius infinitũ, ergo unum eſt. Sed hoc damnat Eudemus ueluti indefinite confuſeq; dictum ſic ſcribens. Si autem aliquis concederet infinitum eſſe ens, cur & ipſum unum erit? non enim aliquo modo ſeſe terminãt mutuo res quia multæ ſunt. Nam uidetur præteritum tempus terminari dũtaxat præſenti tempore. Vnde forſitã non erit niſi unũ, quia plura infinita non erunt, ſed uiderẽtur diuerſa fieri poſſe, oportet igĩ determinare quo mõ infinita non erunt ſi plura.

Tex. 24. Deinde & ꝓpter quid eſt immobile, ſi unum eſt? ſicut enim & pars vna cum ſit, hæc aqua, mouetur in ſeipſa, quare non & totum? Poſtea, alteratio propter quid non erit?

Com. 19. Cum patefecerit Meliſſus ens infinitũ eſſe, eo q̄d nõ habet principium neq; finem, & ex eo quod infinitum eſt unum eſſe, deinceps demonſtrauit quod eſſet immobile/ut Alexander inquit/quoniam id quod mouetur oportet uel per plenum uel per uacuum moueri, & hoc modo aliquid aliud foret, ſed quia nihil poteſt per plenum moueri, & uacuum inter ea quæ ſunt numerari non poteſt, quippe uacuum nihil ſit, infinitum ens nõ mouebitur alioquin ſi poſſet in ſeipſo mutari & moueri, perſpicuum eſt ipſum fore ſeipſo maius, at nihil eſt infinito maius. Hæc igitur Alexander dicẽs ex contextu uerborum haberi perinde ac Meliſſus cum motum localem ſolum, bene etiam ſuſtulerit de medio alterationem, ſic exponit uerba propter dictum Ariſto. Deinde cur nõ erit alteratio. At mihi uidetur cum Meliſſus concludat dicta de ente quod ingenitum, ſempiternum, infinitum, unum, & ſimile ſit, ex his etiam omnes alios motus qui circa generationem & illius gratia fiũt ab ente auferre, & primo demonſtrare neq; ut ut diſſolubile, neq; ut id quod augetur nec ut quod diminuitur, nec uelut alterabile, nec prorſus uelut id quod alterum fit quod quidem cõmune eſt auctioni & alterationi, ens moueri, alioquin nõ eſſet ſempiternum, neq; infinitum, neq; unum, neque ſimile ſi hæc patiatur. Deinde neque ens mouetur, quia non eſt uacuum. Nam uacuum nõ corpore, ſed uacuũ ente nihil eſt. Cum igitur prius ſumat ens plenum eſſe, quod idem dictu eſt plenum & demonſtrauerit uacuum non eſſe; concludit ens nõ moueri ſecundum locum, neque in alium locum præterquã in ſeipſo, quippe nõ ſit aliquod uacuum entis in quod ſeſe recipiat, neque in ſeipſum, alioquin ex rariore fieri denſius oporteret, ſed denſum & rarum nõ erit, quoniam rarum aliquid uacui habet, & uacuum prorſus non eſt, præſertim neque i ſeipſo, quoniam plenum eſt dũtaxat, q̃d uero ens plenum ſit, oſtendit eo quod nihil in ſeipſo recipere poteſt. Nam ſi recipere quippiam in ſe, uacuum profecto aliquid euia eſſet & non eſſet. Quod uero non ut Alexãder intellexit ſic demonſtratio proceſſerit ſcilicet ex eo quod id q̃d mouetur debet per plenũ uel uacuum moueri, ut inquit, ſed ex eo quia oportet ens plenum eſſe, cõſtat, quia etiã Eudemus dixit, immobile autem aliquo modo, quoniam plenum eſt, plenum autem quoniam infinitum non erit particeps uacui. Sed cum hæc Meliſſus olim magnifice planeq; ſcripſerit, afferantur in medium quæ ipſe primo ſcripſerat, ut qui hæc legerint poſſint euadere meliores diligẽtioreſq; iudices optimarum ac earum expoſitionum quæ magis accõmoda ſunt uerbis Ariſto. Meliſſus ergo ſic ait dicta prius concludens, & ſic de motu quædam inducẽs. Sic igitur ſempiternum infinitum unum & ſimile omne eſt, ut nequeat diſſolui interireue, neque maius fieri, neque trãſformari, neque dolere, neq; angi. Nam ſi aliquid horũ pateretur, non eſſet amplius unum. Nam ſi alterum fieret neceſſe eſt ut nõ ſimile eſſet, ſed diſſolueretur quam prius exiſtẽs & non ens fieret, ſi ergo omne trifariam protenſum infinitis diuerſis alterum fieret, periret in omni tempore, ſed neq; trãſformari poteſt perfectum efficaxq;/quippe forma figuraue prius exiſtens non corrumpitur, neque cum non ſit, ſed quãdo nihil aduenit gignitur q; neque aboletur & corrumpitur id ipſum neque alterum ſit, quomodo ergo aliquod exiſtẽtium trãſformatum erit? Nam ſi aliquid fieret alterum iam & transformaret̃. Item neq; dolet, quoniam omne non erit moleſtia triſtitiaque affectum, quippe nequeat ſemper res triſtari, neque ſi algeret augereturque haberet æqualem potẽtiam cum ſano, neque ſimile eſſet, quoniam aliquo nuper accidente uel adnaſcente laboraret triſtareturque, & ita amplius non eſſet ſimile. Item neque ſanum integrumue dolere angique poterit. Nam partim ſanum & exiſtens periret & partim non exiſtens fieret. Similiter eadem ratio quæ ſit de eo quod dolet etiã de illo quod cruciatur angiturque fieri poteſt. Item neque aliquid uacuum eſt, quippe uacuum nihil ſit, igitur nihil non erit, neque mouetur. Nam aliquo ſecedere ſeſeque recipere ens non poteſt, ſed plenum eſt. Nam ſi uacuum eſſet, profecto ſecederet & in uacuũ ſeſe reciperet, ſed ſi uacuum non fuerit, nõ habebit quo ſeſe recipiat. Item rarum & denſum non erunt. Nam rarum non eſt ita perfectum plenum ut denſum, ſed iam rarum eſt magis uacuum quam denſum, idem quoque iudicium faciũdum eſt de pleno & non pleno, quoniam ſi recipit aliquid uel intro aſſumet non erit plenum, ſi autem neque capit neque aliquid ingredi admittit plenum eſt, neceſſe igitur eſt ſi uacuum non fuerit, plenum eſſe, ſi ergo plenũ eſt, non mouetur. Hæc quidem igitur ſunt uerba Meliſſi. At Ariſto. primum accuſat & refellit, cur neceſſe eſt ſi unum ſit non moueri ſecũdum locum, ſiquidem tota queant cum unum ſint & in eodem loco maneant, moueri partibus in eodem loco mutuo ipſiſmet cedentibus q̃ uacuo quodam hoc modo non egent, ceu & hæc aqua quæ in uno & eodem uaſe manet & agitatur partibus. Quid ergo uetat & uniuerſum locum non deſerendo, neq; nouum occupãdo moueri/motis partibus ipſiſmet inuicem cedentibus ipſo, quemadmodum & tota ſphæra moueri uidetur circa cardines & axem, & omnis ſphera, conus & cylindra. Nam aliquid moueri ſecundum locum poteſt & non mutare locum ex loco, ut diximus. Inquit ergo ut pars aquæ mouetur in ſeipſa, ſic etiam quid prohibet & uniuerſum ens moueri in ſeipſo. Item cũ Meliſſus ab ipſo uno ente ſeiunxerit ſeparaueritque alterationem inquit, cur unius entis alteratio non erit, ſiquidem queat unũ & idem ſecundum ſubſtãtia manens aliam & aliam qualitatẽ recipere, ceu id quod ſit ex calido frigidum, uel ex albo nigrũ, uel ex incolumi & ſano ægrum, ſed uidetur Ariſto. dicẽdi breuitatis pleriſq; in locis fallere interpretes. Nam cum ipſe dicat,

Deinde cur alteratio non erit Alexāder ſic exponit, perinde ac Meliſſus diceret eo prædicari immobile omnino de ente, quia non potuit oſtēdere ens moueri ſecundum locum. Hæc enim Alexāder in his uerbis ſcripſit. Atqui tanquam Meliſſus ſublato motu locali alios deſtrueret ceu cōtextus prius expoſitus indicat, quia unum ſecundum ſubſtantiam manens poteſt alterari atque diuerſum & alterū fieri, ſic ei nunc obiecit repugnantque Ariſto. accipiens unum cōmuniter ut conſuetudo eſt. Nam dicimus unum & eundem manentem Socra. crure dolere angique & ualere ceſſareq; à dolore, quāquam Meliſſus acceperit unum magis proprie, ſed non cōmunius latiuſq; ut alia indicant dicta & nihil minus ubi dicit. Si ergo triſariam minueretur omne infinitis diuerſis fieret, periretque in uniuerſo tempore, tanquā conſentaneum ſit, ſi ens unum ſit, ut etiam ſimile eſt ſempiternum proprie habeatur, quare cum ſecūdū omnia maneat, non habebit aliquid quo mutationem ſuſcipiet. Nam neceſſe erat quod alteratur & id quod quocūque alterum fiebat ex alia diſpoſitione in aliam mutari. Quod ſi moueretur ſecundum locum circūrotando & circūuoluendo ſe, quēadmodum aqua uacuo non exiſtēte, profecto neceſſe foret ei figurā rotundam ceu ſphæricum & gibboſum uel adinſtar coni uel cylindri habere quādoquidem aliæ figuræ, cum circūuoluūtur alium atque alium locum occupent. At id quod figura imprimitur & formatur, finitum eſt & non infinitum. Item ſi prius ens immobile exiſtēs moueretur in eodem loco, neceſſe foret ut alicuius partis raritate uel dēſitate principium motus fieret. Sed ut ſummatim cōplectar circūuolutio eſt motus corporū, at Meliſſus incorporeum ens eſſe imobile demonſtrauit.

At vero, nec ſpecie poſſibile eſt, vnū eſſe, niſi eo ex quo. Sic aūt, & Phyſicorum quidam dicūt vnum, alio autem mō, non. homo nāq;, ab equo alterum eſt ſpecie. & contraria, ab inuicem.

Com. 20. Cum in rationibus uniuerſalibus diſtinctis tribus ſignificatis unius, uno ſcilicet ſecundum continuationem, alio ceu indiuiſibile, & tertio ut unum ratione oſtenderit, ens iuxta nullum horum ſignificatum unum eſſe poſſe, & obiecerit ipſis rationibus Meliſſi (puto) hanc ut cōmunem rationem adducit quod nequit prorſus eſſe unum ens ſpecie, niſi eo ex quo ſit, idest niſi ſecundum materialem cauſam. Nam ſecundum eādem (ut exponit Alexāder) ens, unum ſpecie dici poterit ceu & alij quidā naturales dixerunt. Thales equidem & Hippon aquam. Anaximenes autem aerem, Heraclitus uero ignē dixerunt, ipſa igitur entia unum eſſe ſpecie dicere per ſe abſurdum eſt, ſed ſi aliquis hoc modo diceret entia unum eſſe quatenus ex uno quodam & uno principio cuncta fiunt, fateretur profecto aliquā ſententiam, quam etiam quidam naturales dixere. Nam apud quos eſt unum rerum principium etiam apud eoſdem omnia eſſent unum ratione quatenus ex uno prodeunt, ſed non quatenus ſunt. Nā ſi ſecundum hoc quædam differentes rationes quidam contrarias habeant quomodo erunt eadē inter ſe, ceu homo & equus, atq; aīal rōnale & irrationale quæ ſm materiā eadem erunt, ſed ſecundum formam minime, conſtat autem quod differentia eadem eſſe ſit magis inconueniens & abſurdum quam contraria eadem eſſe. Scire dignum eſt Alexādrū inuitū ad hoc dixiſſe entia unum ſpecie formaque materiali dici poſſe. Niſi hoc quod dicit entia eē unum ſpecie materiali ſit durum & uiolētum. Iccirco melius eſt dicere q̄d prorſus ſpecie nequeunt unum eſſe, ſed ſi admittendum eſt omnia eſſe unum ſecundum cōmunitatem oportet accipere unū ceu materiam, & id ex quo, quēadmodum nōnulli naturales dixerūt. Quocirca etiam induxit, nam homo ſpecie eſt alter ab equo, atque contraria inter ſe ſimili modo, ſpeciem dicens eam qua unumquodque eſt, ſed non id ex quo. Item cōſtat quod ſi hoc modo aliquis dixerit ſpeciem formamque ueluti compoſitam, cuius etiam definitio compoſita aſſignatur, Meliſſum non cōcedere admittereq; formam ſpeciemq; ens eſſe, ſed ſi hoc mō ueluti immaterialem & ſimpliciſſimam dixerit, forte concederet atque admitteret Meliſſus talem formam eſſe ens. Nam & ipſe fatetur multa prædicari de eodem, ceu ingenitum, immobile, infinitum, ſed neq; ſic unum ceu ex quo, & ceu materialē cauſam Meliſſus aſſereret, neq; aſſentiretur naturalibus, quippe qui ens incorporeum eſſe dicat, & eſſe materiale neget, quādoquidem dicat neq; ens recipere aliquid, neq; transformari, At materia recipit aliq̄d et transformat. Vnde inquit Meliſſus ente uero nihil melius, materia autem peſſima eſt.

Et ad Parmenidē autem idem modus rationum eſt, & ſi aliqui alij ſunt proprij. Et ſolutio eſt, partim quidem quia falſa eſt, partim autē quia non concludit. Tex. 25.

Com. 21. In opinione & probatione opinionis cum ſint quædā Parmenidi & Meliſſo cōmunia, quędam uero utriq; propria. Cōmunia nāque in opinione ſunt unum ens, & immobile, ꝓpria uero quia Meliſſus dicit ens eſſe īfinitum, Parmenides autem finitū. Similiter in probatione cōmunes errores cōmittebant, eo quod pariter uitioſa forma concludebant, & falſas propoſitiones accipiebāt, proprijs tamē uterque utebatur propoſitionibus. Non enim eiſdem aſſumptis propoſitionibus ambas demonſtrationes faciebant, iure ergo Ariſt. contradicendo his, partim eundem modum obſeruat, partim alium atque alium accipit. Nam quæcūq; uniuerſaliter tollunt ens eſſe unum, hęc pariter utrique obijcit, ceu etiam quod ratio ab utriſque adducta peccet, atque quod falſa aſſumunt & non concludunt. Etenim & hoc cōmuniter inductum eſt ꝓpter ſolutionem, quęcunq; uero dicūtur contra proprias utriuſq; rationes, hæc etiā aduerſus utrūque obijciet. Et quatenus in opinione diſcrepāt, cum alter ens eſſe infinitum dicat, & alter finitū, etiā iuxta hoc neceſſe eſt differētes obiectiones contra illos adduci.

Falſa quidē, quia quod eſt, accipit ſimpliciter dici, cum multipliciter dicatur.

Vt Alexander narrat, ſic Theophraſtus rationem Parmenidis explicat ī primo libro de naturali hiſtoria. Præter ens nō ens, quod non ens, nihil eſt, unum igitur ens. Eudemus autem ſic, præter ens non ens, ſed etiam uno modo dicitur ens, igitur unum ens. At Alexādri uenia ſi hoc alibi Eudemus ſic occulte ſcripſit non habeo dicere, in phyſicis autem hæc de Parmenide ſcribit, ex quibus forſitan id quod dictum eſt deduci pōt. Parmenides autem non uidetur oſtēdere unum ens eſſe, neq; ſi quis ei concederet ens dici uno modo niſi in eo quod aliquod prædicatum dicitur de unoquoque ceu de hominibus homo prædicatur, & traditis rationibus uniuſcuiuſq; inerit una & eadem entis ratio in omnibus, quemadmodum & ratio animalis ineſt animalibus, ſed quemadmodū ſi omnia entia forent pulchra, & nihil eſſet accipere quod nō ſit pulchrum, profecto cūcta erunt pulchra, attamē pulchrum nō erit unum ſed multa. Nam color erit pulcher, aliud quidem de induſtria atque pulcher, alius autem quouis modo, ſic etiā omnia entia erunt, ſed non unum neq; idem, nam alia res ignis eſt, & alia aqua. Aliqui igitur admiraretur Parmenidem ſecutum fuiſſe rationes minime dignas fide & à talibus deceptum, quæ nōdum erant tunc clara & manifeſta. Neq; enim ſua ætate quiſquā aliquod multipliciter dici aſſeruit, ſed Plato prius introduxit modum diſtinguendi dupliciter. Item neq; ætate Parmenidis erat diſtinctio per ſe & per accidens, uidetur itaq; ab his deceptus fuiſſe. Hęc autem ex rationibus & ex contradictionibus contemplari cœperunt, & modum concludendi. Non enim concederetur aliquid concludi niſi appareret neceſſarium, uerum antiqui ſine demonſtratione aſſerebant ſuas opiniones. Vnde Eudemus hactenus dicta Parmenidis deducens poſtea proficiſcitur ad Anaxagoram. Sed ipſe Porphyrius, quædā ex dictis Parmenidis, ut exiſtimo, & quædam ex dictis Ariſto. & ex quibus aliquis ſuadendo cupiēs Parmenidis opinionem exponere dice- Cō. 22.

ret, hæc ſcribit. Sic autem ſe habet eius ratio. Si aliquid præter album eſt, illud non album eſt, ſimiliter ſi quid eſt præter bonum, illud non eſt bonum, ita ſi aliquid eſt pręter ens, illud nõ eſt ens, quod autem non eſt ens eſt nihil, igitur ens ſolũ eſt, igitur unum ens. Et enim ſi unum nõ eſt, ſed plura entia, uel eiſe diſtant mutuo, uel non eſſe, ſed non differũt eſſe. nam ſecundũ idem eſſe ſimilia ſunt, et ſimilia qua ſimilia nõ differunt, & entia non ſunt diuerſa, & quæ non ſunt diuerſa unum ſunt ergo. Item neq; non eſſe non differunt, nam ea quæ differunt prius eſſe oportet, quæ autem nõ differunt, neq; mutuo inter ſe differunt, ſi ergo ea (inquit) quæ plura ſubijciuntur, neque eſſe neq; non eſſe differre queunt, & ſunt diuerſa inter ſe, perſpicuum eſt, ut omnia ſint unum, & hoc ĩgenitum & incorruptibile. Verũtamen Ariſto. in ſequentibus uidetur aliquo modo ad memoriam reuocare Parmenidis rationem dicens. Si unum ſignificat ens & contradictēia ſimul eſſe nequeunt, igitur non ens nihil erit, idem quoq; is intelligit in prioribus. nam ſi ens ſignificat unum & quod eſt præter illud eſt non ens & nihil, ac contradictio ſimul eſſe nequit, alioquin idem ens ſimul eſſet & nõ eſſet, profecto quod eſt præter ens nõ ens erit, & non ens nihil eſt, igitur unum ens eſt. At ſi quis cupit Parmenidem has propoſitiones dicentem audire, illam, præſertim quod eſt præter ens eſt non ens & nihil, quæ eadem eſt huic ens uno dici modo, inueniet in his dictis. Quo partim eſſe, partimque non eſſe ut non eſt iter perſuadendi eſt:

Nam hæc ſequitur uerũ ut nõ eſt, atq; ut opportunũ eſt nõ eſſe.
Viam, ſcilicet dico eſſe undiq; ſuadendi.
Neq; enim noueris nõ ens, non. n. ſupereſt, neq; dixeris.
Quod etiam contradictio non ſit ſimul uera per illa uerba dicit quibus accuſat eos qui in idem oppoſita redigunt, quippe cum prius dicat.
Nam eſt eſſe, nihil uero non eſſe hæc te dicere iuſſi.
Prima enim ab hac uia quærendi cohibe mentem.
Mox ipſe Parmenides ſubiungit.
Sed deide ab hac q̃ ſane mortales nihil ſciẽtes errãt ancipites.
Nam heſitatio errabilẽ in eorum pectoribus mẽtem regit.
Alij autem ſtolidi pariter & ceu admirantes ferunt ſine diſcrimine gentes.
Apud quos idem eſſe & nõ eſſe, atq; non idem ſtatutũ eſt.
Omnium autem eſt contraria uia.

Huius igitur rationis primo propoſitionem falſam Ariſto. refellit, deinde quia eſt aſſyllogiſtica. ſ. inutilis ſyllogiſmo, & inquit Parmenidem falli mẽtiriq; quod uno modo ens dici accipit quod multipliciter dicitur totidem ſcilicet modis quot dici oſtenſum eſt in prædicamentis. nam hæc propoſitio præter ens eſt, illud eſt non ens forſitan uere diceretur ſi ens uno modo acciperetur, ſed in his quę multipliciter dicuntur ea propoſitio non eſt amplius uera, ceu ſi quiſpiam dixerit ſi aliquid eſt præter cancrum illud non eſt cancer, ſtatim percũctabimur p̃ter quem cancrum. Nam præter cancrũ marinum aquatilemq; cœleſtis cancer eſt, uel cancer qui ære formatus eſt, quãdoquidem præter cœleſtem aliquam aliam ſpeciem cãcri eſſe nihil uetat, ſimiliter autem & ſi aliquid eſt præter ens perinde ac præter ſubſtãtiam, illud non eſt ſubſtantia, hoc tamen nihil prohibet eſſe qualitatem & quantitatem. Item ſi quid eſt præter qualitatem non eſt qualitas, ſubſtantia tamẽ uel qualitas eſſe poteſt, quo pacto nihil prohibet multa entia eẽ, atq; idem ens eſſe & non eſſe, ſed nõ oppoſita. Socrates enim homo eſt, ſed non equus, & ſubſtantia & non qualitas. Preterea & aliter aſſumptum eſt abſurdum. Nam ſi aliquid q̃d eſt præter ens eſt non ens ſimul daremus concederemuſq; idem aliquid eſſe & non eſſe, hoc autem abſurdum eſt de illo quod per ſe dicitur. Sed ſiquis ita proferat primam propoſitionem perinde ac ens multipliciter dicatur, ipſa quidem uera erit, tamen illa quæ deinceps huic adijcitur non erit amplius uera, dicens non ens eſt nihil, quippe æque ſit dictu quod nõ eſt ſubſtãtia nihil eſt quã plura ſint entia. Hunc igitur in modum cum propoſitiones falſæ ſint apud Theophraſtum cõfutãtur. Quod uero non concludant hinc liquet, quoniam cõcluſio quæ deinceps adducta fuit, hæc erat, ergo præter ens nihil q̃ induxit, igitur unum ens. Et ſi quis ſtatueret ens uno modo dici ceu meminit Meliſſus, falſa adhuc eſſet propoſitio, quandoquidem ens non uno modo dicatur ſi quidem decem modis accipitur. Deinde neq; hoc mõ cõcludit eſſe unũ ens, & ſi ſupponeret aliqs nihil aliud p̃ter ſubãm eẽ, nihil tñ uetaret ſolas eſſe ſubas et has plẽs, eẽ, quẽ admodũ & Eudemus explicauit, dicẽs neq; ob id ſi aliquis cõcederet ei ens uno modo accipi & cætera. Nam ſicut ſi omnia entia pulchra eſſent & nihil haberetur quo eſſet pulchrũ, cuncta pulchra forent. attamen pulchrum non eſſet unum ſed plura. Nam color pulcher erit, alter quidẽ de induſtria & arte pulcher, alter uero quouis modo. Idem etiam Ariſto. oſtendit de albo, hoc igitur modo & omnia entia erunt, ſed nõ unum neq; idem. Vnde falſa eſt illa no dicẽs ergo unum ens, & ex ipſis poſitis non deducta. Nam & ſi ens uno modo diceretur non iam ens eſſet unum, quippe id quod uno modo dicãt etiam genus & ſpecies, et utroq; modo plura. Et iuxta exẽplum de pulchro quod Eudemus attulit, accidet omnia pulchra fore, licet nõ ſit pulchrum unum numero. Nam quæ ratione ſunt unum, non ſunt iam & unum numero. Eadem etiam Ariſto. ut dixi de albo adduxit. Quod ſi quis diceret Parmenidem non unum numero, ſed ſpecie uel genere concludere, is fatetur illũ ex ſe multa entia numero afferre, quoniã quæ ſunt genere unum, rõne plura ſunt. Item ſi hoc modo ſentiũt ens unum eſſe, quomodo eo quod unum, eſt ipſum immobile eſſe dicent?

Non concludit autem, quia ſi ſola alba capiantur, ſignificãte vnum albo, nihilominus multa alba ſunt, & non vnum. non enim continuatione erit album vnum, neq; ratione. Aliud enim erit eſſe albo, & ſuſcipiẽti. & non erit præter album, nihil ſeparabile. non enim quatenus ſeparabile eſt, ſed eſſe, alterũ eſt albo, & ei cui ineſt. Sed hoc Parmenides nondum videbat.

Et ſi aliquis (inquit) Parmenidi concederet ens non multipliciter dici, ſed uno modo, perinde ac ꝓpoſito ſit uera dicens præter ens nõ ens modo ens ſignificet unum. neq; hoc modo unum numero cõcluditur eſſe ens. Nam id quod deducitur ẽ, quod eſt præter ens eſt nihil uel non unum, quod ſi quis uelit cõuerſum huius concludere tãquam ſequẽs deductum, quod ſane efficere uidetur Parmenides quoniam cum cõtrapoſitione eſt cõuerſio (deductum erit, hoc unum igitur ens. Nam ſi illatio erat præter ens ideſt nõ ens nõ eſt unum, fit ſane ex ꝯuerſione, igitur unum eſt ens, quod quidem aliud eſt ab hoc, ens ergo unum uel unum ens. Ariſto. autem exemplo albi oſtẽdit non ꝯcludere rationem Parmenidis, nũc ens ut accidẽs quoddam accipiẽs, paulo poſt uero ut ſubſtãtiam, ut utroq; modo oſtẽdit fieri nõ poſſe ut ens unum ſit. Nam ſi ſolum eẽt album, & nihil aliud, peride atque omne quod eſſet pręter album nõ ens foret, & nõ ens nihil, neque hoc modo oſtendit album eſſe unum numero, ſed ſi unũ eſt, uel genere, uel ſpecie, quod quidem & multa ſunt. Quod autem nõ ſit unum numero oſtẽdit reuocãs ad memoriam eam diuiſionem unius quam prius accepit. Nam ſi unum numero eſſet uel ut cõtinuum debuit eſſe unum, uel ut indiuiſibile, uel ut idem ratione, ſed neque ut continuum eſſe neceſſe eſt, alioquin poſſent multa eſſe alba & ſeparata. Vnde poſitis his propoſitionibus, neque enim nix, cignus, & ueſtis erunt unum album cõtinuatione, ſed diuiderentur. Atqui ſi aliquis etiam ꝯcederet ei ipſum eſſe ꝯtinuum, iam ſane demõſtrauimus ꝯtinuum eſſe plura diuiſiõe. Item ſiquis admitteret albũ eſſe unũ cõtinuum, ſaltẽ nõ erit unum ratiõe. Nam unumquodq; album ſeorſum acceptum diuiditur in ſubiectum, quod cum ſit particeps albedinis album fertur & in ipſum colorem qui participatur. Etenim ibidem dicitur eẽ albũ & ſubiectum & ſpecies albedinis, ſed unicuiq; propria tribuitur ratio, huic ceu ſubiecto, uelut colori quoniã eſt animal tale Cõm. 18.

album, & huic uelut id quod de ſubiecto dicit̃ uel in ſubiecto eſt. Nam utroque modo de eodem ſubiecto accidẽs dicit̃, quoniam eſt color qui uiſum diſgregare poteſt, quare multa erunt alba quãquam maneret ueritas huius propoſitiõis quod eſt p̃ter albũ nihil eſt. Nam alia eſt utriuſq; definitio & ſi ambo dicãtur alba. Neq; oportet turbari ne cogamur dicentes à ſubiecto alterum eſſe accidens eidem afferre ſeparabilem ſubſiſtentiam à ſubiecto, quippe non neceſſe ſit quorum ratio eſt diuerſa ipſa inter ſe mutuo ſeiungi ſecũdum ſubſiſtentiam. Etenim ea quæ ſimul exiſtunt inter ſe habent proprias rationes & propriam conceptionem & affirmationem habẽt apud animam, ceu ſuperficies & corpus. Non enim quatenus ſeparabile propriam rationem habet. Sed hoc (ut inquit) Parmenides nondũ uidit ſcilicet quod poſſent entia quæ ſunt unum ſubſiſtẽtia, habere differẽtes rationes, et quo ad hoc plura eſſe. Vnde nõ erat mirum regulas definitionum tunc nondum diſtinctas eſſe, ſed poſtea ex ipſis rebus inuẽtas hoc modo conducunt ad inferendum diligẽter plura eſſe, ut etiam Eudemus teſtatur dicẽs. Aliquis igitur Parmenidem ſequentem rationes minime fide dignas admiraretur, & à talibus deceptum quę tunc nõdum clara & manifeſta erunt. Nemo enim ſua ętate aliquod dici multipliciter dixit, ſed primus extitit Plato qui diſtinguendi dupliciter modum inuexit. Item neq; per ſe neq; per accidẽs Parmenides cognouit. Vnde his uidetur deceptus fuiſſe ac mentitus, ſed hæc ex rationibus & cõtradictionibus ſpectata fuerunt, & modus concludendi cognitus fuit. Non enim concederetur aliquid niſi appareret neceſſarium. Verum antiqui ſine demonſtratione aſſerebant ſuas opiniones, & propter ignorãtiam cõcludendi ſyllogiſmo, et diſtinguendi Megarẽſes appellati philoſophi accipientes ut propoſitionem manifeſtam, quod quorum rationes diuerſæ ſint, & ipſa diuerſa ſint, atq; quod diuerſa mutuo inter ſe ſeparata ſint, uidebantur oñdere unũquodq; idem à ſeipſo ſeparatum eſſe. Nam cum fuerit alia ratio Socra. muſici, & alia Socra. albi, erit profecto, & ipſe Socra. à ſeipſo ſeparatus, conſtat autem quod ſubiecto, quo etiam eſt Socrates idem ſit, & ſecundum accidentia ſit alter, quemadmodum idem eſt unum & multa ſecundum aliud et aliud. Verũtamen quod præſertim Parmenides inter omnes non ignorauerit talem differentiam perſpicuum eſt, ſiquidem aſſerens unum eſſe totidem uelit prædicari de eodem. Nam unum eſt uniuerſum unius generis & quieſcens. Atque ingenitum immobile, ſempiternum indiuiſile, atque alia infinita, quæ quidem omnia ꝓpter talium diſtinctam unitatem unionemque prædicatorum eius & erant unum tãquam in cauſa omnium ſeparatorũ poſt ipſum, à quibus ſeiunctas prædicationes in unum collectas in illo referimus, attamen Parmenides ipſe nullibi regulam attulit, quippe nec ſit hæc regula propria conuenienſque ueterum breuitati dicẽdi. ſed Ariſto. quodammodo uehementius, uolebat etiam de illius ſubſiſtentia demonſtrare exemplo corporis albi, quod album ſit multa ratione, aliud ceu ſubiectum, aliud autem ut in ſubiecto. At uero neq; eſt idem nomẽ horũ. Nam ſubiectum album non eſt, neq; dicitur per ſe album, niſi quãdo acciperetur cum albedine, quare ſi idem nomẽ eſt in diuerſis rationibus, non tamen de ſubiecto dicitur neq; in ſubiecto eſt, ſed dicitur de aggregato ex utroq;, unde et album quod eſt particeps dicemus album cum participatione & ipſum colorẽ qui participatur. Sed ſi exactius conſideremus neque horum idem nomẽ eſt, ſi quidem aliud ſit album, & aliud albedo. Itẽ aliud quale, et aliud qualitas. Iccirco etiam definimus albedinẽ eſſe colorẽ qui uiſum deſignare poteſt, ſed album dicimus corpus quod eſt particeps albedinis. Hæc igit̃ (ut patet) Eudemus uidens non impulſus fuit oſtendere differentiam rationum de ſubſiſtentia unius, ſed à cõmuni quodam pulchro, demonſtrationem pulchri fecit quod competebat multis differentibus ratione, quare rurſus uideretur hoc unum eſſe ſecundum cõmunitatem, & plura ratione. Sic nãque ſcribit, ceu ſi omnia entia eſſent pulchra. & nihil eſſet accipere quod nõ ſit pulchrum, omnia profecto pulchra erũt, quãquam pulchrum nõ ſit unũ, ſed plura. Nam color pulcher eſt, alter de induſtria & arte, alter quouis modo, ſi etiam & omnia entia erunt, ſed non unum neque idem. Nam aqua eſt aliud, & ignis aliud. Sed forſitã hũc demõſtrationis modum Ariſto. obſeruauit, quãdo ſi uelut cõmune unum eẽ ſtatuit, ſiue ut genus, ſiue ut ſpecies, ſiue ut uox ęquiuoca ſtatim & multa eſſe introducet. Nam commune pluribus eſſe cõmune neceſſe eſt, quocirca ſtatuens potius uelut unum numero, quoniam tale unum uel ut continuum eſt, uel ut ratione idem, uel ut indiuiſibile, demonſtrauit quod neq; ut continuum, neque ut ratione idem. Verum ut indiuiſibile tanquã manifeſte abſurdũ corrigere ac ꝯfutare p̃termiſit, perinde ac indiuiſibile ſupponatur eſſe corpp͂ralis terminus.

Neceſſe eſt igitur accipere ijs qui dicunt quod eſt, vnum eſſe, nõ ſolum vnum ſignificare quod eſt, de quo vtique prædicetur, ſed & quod vere eſt, & quod vere vnum eſt. Accidens enim de ſubiecto quodam dicitur. quare cui accidit quod eſt, non erit. alterum enim eſt, ab eo quod eſt. erit itaque aliquid, quod non eſt. non itaq; erit alij inexiſtens, quod vere eſt. non enim erit enti ipſi eſſe, niſi multa quod eſt, ſignificet, ſic vt ſit aliquid, vnumquodque. ſed ſupponitur quod eſt, ſignificare vnum. Tex. 26.

Si igitur quod vere eſt, nulli accidit, ſed illi aliquid, magis quod vere eſt, ſignificat quod eſt q̃ qđ non eſt. Si enim erit quod vere eſt, idem & album, albo autem eſſe non eſt, quod vere eſt (neque enim accidere ipſi poſſibile eſt, quod eſt. nihil enim quod eſt, eſt quod non vere ſit) non ergo quod eſt, album eſt. non ſic autem, vt aliquid non ſit, ſed omnino non ſit, erit. quod vere itaque eſt, non eſt. verum enim eſt dicere quod vere eſt, quod album. hoc autem, non quod eſt, ſignificabat. quare ſi & album ſignificat, quod vere eſt, multa ergo ſignificat, quod eſt. Tex. 27.

Poſſunt proxime dicta & hæc non modo in Parmenidem dici. ſed etiã in Meliſſum. Nam cum eorum quę ſunt, alia ſic ſe habeant ueluti accidentia, aliqua uero ut ſubiecta, quibus accidunt accidentia, et hæc non ſolum inter ſe eadem non ſunt, ſed etiam aliquo modo ſubcontraria cum ſubiectum per ſe ſubſiſtat, hoc uero ſcilicet accidens in alio ſit, iure neceſſe eſt ut ens aſſeratur eſſe alterum horũ, uel accidens, uel quod eſt eius ſubiectum. Iccirco initio cum cœpiſſet illis cõtradicere dixit. Principium autem omnium nobis accõmodatiſſimum eſt ab illis percũctari, cum id quod eſt multipliciter dicatur, quonam pacto dicant aſſerentes omnia eſſe unũ. Vtrum uelut omnia ſubſtantiam, an quãtitatem, an qualitatem, ſupponens igitur exẽplo albi ens eſſe naturam accidentis, demonſtrauit iuxta hanc ſuppoſitionem unum ens eſſe nõ poſſe. nam quorum rationes ſunt diuerſæ, hæc etiam ſunt diuerſa inter ſe & non unum, ſed plura. Sed alia eſt ratio accidentis & alia illius cui hoc accidit quãquam unum eſſet ab altero inſeparabile, oportet inquam ſubiectum eſſe, ſi debeat eſſe accidens, quippe ſit talis eius natura, ſi ergo hæc ambo ſunt, igitur nõ eſt unũ ens, & hoc prius demonſtratum eſt, cui adijcit modo & talem eiuſdem demõſtrationem. Nam ſi accidens eſt ens, illud ergo cui hoc accidẽs accidit, erit ens & non ens ſecũdum idem. Nam quatenus ipſi accidit ens eſt alterum ab ente, quod eſt alterum ab ente non eſt ens, quippe ſolum accidens eſſet ens. Rurſus quatenus eidẽ accidit ens ſecũdum hoc eſt ens. Nam ſubiectum alicuius prædicationem ſui accidentis recipit, uel æquiuoce, uel denominãter. idcirco cui accidit album hoc dicimus eſſe albũ, quare erit Com. 84.

& id cui accidit ens, ergo erit idem ſecundum idem ens & non ens ſcilicet ſubiectum erit ens & nõ ens, quod ſane abſurdum eſt, quare non poteſt accidens eſſe ens. Verum quia ſimul abſurdũ erat his ita claris hominibus tale obijcere crimẽ, ut ignorarent accidens una ſecũ prorſus aliquid aliud introducere cui accidit, idcirco oportet ſupponere eos dix iſſe unum ens quod proprie eſt & maxime ens, quod Plato quidem uocaret per ſe ens ſeu idipſum ens, & Ariſt. quod uere ens. Nam apud Ariſt. idem ſignificat proprie ens & maxime ens, quod ſane ſubſtantiam eſſe exiſtimat uelut per ſe ſubſiſtentem & cauſam ut cætera ſint, igitur non erat uerſimile eos dixiſſe ens uelut accidẽs, neque unũ, ſed potius ens dixere q̃d uere eſt ens, atq; unũ qđ uere eſt unum, & utrũq; ſimul quod quid erat tale eſſe & non cuidam alteri accidens, ſed ipſum per ſe ſubſiſtens. Vnde Adraſtus uolẽs explicare indicareq; uere ens paulo digreſſus eſt à propoſitis, ſed cum ſint uerba eius utilia & conferant ad hãc rem, quæ etiam Porphyrius meminit, optimum eſſe duco ea non prætermittenda eſſe. Inquit ergo rerum omnium alia ſunt ſubiecta, alia uero ſunt quæ ſubiectis inſunt & de ipſa prædicãtur. Equidem peculiare primis ſubſtantijs eſt ut unaquæque ſubijciatur alijs ceu quidam homo ut Socra. uel hic lapis, ſed cõmunius eſt omne de quo aliquid aliud prędicare aptum eſt. Nam album aliquod & q̃dam ars literaria per ſe quidem nullo pacto ſubijciuntur, ſed ſunt in ſubiecto, alterum quidem in hoc corpore, alia uero in hac anima, & tamen hæc ſubiectorũ rationem habẽt ſcilicet poſſunt eſſe ſubiecta, cum de hoc albo album uel color prædicetẽ, & de hac arte literaria ars literaria, uel ſimpliciter ſcientia. Verũtamen omnium quę de quibuſdã dicuntur, alia quidem ut proprie & per ſe prædicantur de ſubiectis, alia uero extrinſecus aliquo mõ & ut accidentia. Ea uero per ſe & proprie prædicantur quæcũq; quid eſt & ſubſtãtiam ſignificant ſubiectorum ceu definitiones & quæcũq; complẽt ſubſtantiam eorum & in definitionibus comprehẽdũtur ceu genera & differẽtiæ, & ipſę ſpecies & propria, atq; ea quę ſolũ nominibus diſcrepant, ceu in multiuocis. Nam in omnibus his modo quodam unumquodq; idem de ſeipſo prædicatur, & ſit uniuoca prædicatio, & cum ſubiectum nomen & diffinitionẽ prædicati ſuſcipit ſubiectum eſt, & dicitur id quod eſt prædicatum. Nam Socra. animal rationale mortale dicitur, & quod ſane animal rationale mortale dicitur, etiam ecõtra Socrates appellatur, & eſt hoc uere animal et hoc uere rationale, & homo & hic uere homo. Similiter etiam album ſe habet, ceu album huius coloris album dicitur, & hoc uere album fertur & color qui uiſus aſpectuſque diſgregare poteſt, & uere color qui aſpectus diſgregare ualet, uerũtamen ſi album accidens & per accidens de quodam altero prædicaretur, ceu albũ de ueſte, hæc ſane alba dicetur eſſe, ſed nõ quod uere eſt alba, quippe nemo diceret ipſam eſſe colorem qui uiſum diſgregare poteſt. Similiter etiam de alio quodam prædicato per accidẽs dicendum eſt quod illud non uere p̃dicatur. nam Socra. accidit ſimum eſſe, ſedere atque diſputare & alia plura, ſed Socr. dicitur ſimus & non ſimitudo, neq; quod uere eſt ſimitudo, quippe Socra. nõ ſit cauitas i naribus. Item ſi forte grãmaticus literatuſq; fuerit, non ſuſcipiet definitionem grammatices, quoniam nunquam ſubiectum recipit diffinitionẽ accidentis neq; dicitur quod uere accidens ſit. Sed ſcire operæpretium eſt quod ſicut nunquã id q̃d participat accñte nõ eſt id q̃d uere eſt accñs, qm̃ grãmaticus nõ eſt grãmatices, ita etiã q̃d dñię ẽ pticeps nõ eſt ꝙ uere eſt differẽtia. Nam rõnale non eſt id quod uere eſt rõnalitas, & ſũmatim quod denominatur nõ eſt illud à q̃ denominatũ eſt, ſed homo uere animal dicitur, quoniã denominatione animal eſt. Cæterum inquit cum accidentium alis quidem ſemper adſint his quorum ſunt accidentia, ceu ſimũ uel blęſum, alia uero interdum inſint, interdũ uero non, ceu ſopitis ſenſibus dormire, uel ambulare, & quicunq; queunt alicui eidem aliquãdo ineſſe, aliquãdo uero non, ſubiectum nullius accidentis definitionem accipit, imo neq; in definitione ſubiectorum cõp̃henditur aliquod accidens. Vnde non dicitur ſubiectum quod uere ſit accidens. Non enim naſus dicitur ſimitas, neq; Socra. eſt diſputatio, at ecõtra in definitionibus accñtiũ ſubiectũ ſemper cõp̃henditur ceu in definitione ſimitatis capit naſus, & in definitione blęſitatis. ſ. cauitatis membrorũ accipiuntur membra quæ curua fieri queunt. Nam definitur ſimitas in naribus naſoue cauitas, & bleſitas, cauitas incuruatioq; membrorũ, non tamen in his eſt ſubiectum id quod uere prędicatur, neq; prædicatum eſt id quod uere eſt ſubiectum. Præterea & hæc determinanda ſunt, quoniam ſimpliciter omnis oratio quibuſdã partibus conſtat ceu nominibus & uerbis, Nam in hac oratione Socra. diſputat, partes nãque eius ſunt, Socrates, et diſputat. Similiter definitio eſſe & ſubſtantię, etenim hæc completur pficiturq; ex genere & differentia. Item in unaquaq; definitione totius partes eius comprehenduntur, atq; earum rationes ideſt definitiones continentur, ſed in partibus et diffinitionibus ipſarum definitiones uniuerſorum & totius non recipiuntur, ceu in definitione hominis dico ſcilicet animal rationale mortale, uel pedeſtre bipede. Nam Ariſto. hanc hominis definitionem ponit, tãquã ſic Plato definiuerit, ineſt etiam animalis ratio & bipedis definitio, ſic etiam in alijs eſt, at in animali uel bipede uel in definitionibus horum hominis ratio non cõp̃henditur neque ineſt, ſimilis eſt etiam ratio non diffinitiua quæ dicit Socr. deambulat, in qua tota oratione ineſt & Socra. ratio & deambulandi ratio, ſed in his utriſq; ratio totius amplius non eſt. His porro determinatis perſpicuum eſt ꝙ ſi unũ eſt ens, ceu ſectatores Parmenidis aiũt nihil erit alterũ cui hoc accidit, ſed de q̃ prædicaretur neceſſe eſt hoc ſtatim dici quod uere ens eſt, & quod uere unum, quaſi idem ens de ſeipſo prędicetur. Nam ſi non hoc modo, ſed uelut accidens ens ipſum de aliquo alio diceretur, profecto erit illud alterum diuerſumq; ab ente. quare ſimul erit ens & nõ ens, q̃d quidem abſurdũ eſt. Nã eſſe aliq̃d & idem non eſſe fieri non poteſt, quare ſi unum eſt ens & quod uere ens erit, & nulli alteri accidet, quoniã nõ erit ens aliquod illi cui accidit, ſiquidem diuerſum ſit ab ente, niſi multa forent entia hoc modo, ut & aliquid alterũ ſit præter ens, ceu præter ſubſtantiam accñs. At ſuppoſitum poſtulatumq; fuit ens unũ ſignificare, relinquit ergo magis ſubſtãtiam & ſubiectum accidenti eſſe proprie ens ſi quidem non ſit accñs. Nam hoc eſt etiam magis conſequẽs & congruum, quoniam quod eſt cauſa ut alia ſint, hoc erit maxime ens, hoc autem ſubſtãtia eſt. Nã omnia alia uel de ſubiecta ſubſtantia dicuntur, uel in ſuſtantia ſunt, ut in ſubiecto ceu in p̃dicamẽtis didicimus. Item ſola ſubſtantia dicitur unum proprie. Nam unumquodq; aliorum appellatur unum per accñs eo quod ſubſtãtia eſt una cui accidit accidẽs, ſed neq; ens poteſt eſſe ſubſtãtia. Nam ſi ens quod uere appellamus ens nulli alij accidit, ſed illi aliq̃d aliud accidit ſiquidẽ ſubim eſt, cur magis ens ſignat q̃d uere ens q̃ nõ ens. Nam ſi ſolum ſubiectum & quod uere eſt hoc eſt ens, accidẽs profecto eius non erit ens ceu album, ſi ergo quod uere ens album eſt, quoniam accidit ei album, & accñs eiuſdem quo album eſſe dicimus, ideſt albedo nõ ens eſt, & nõ ut aliquod nõ ens, ſed ſimpliciter nõ ens, quippe nihil aliud ſit q̃ uere ens, igitur id quod particeps eſt accidẽtis, & id cui accidit accidẽs erit non ens ſimpliciter, quoniam cui nõ ens accidit ipſum eſt non ens, ſicut id cui accidit ens eſt ens, igitur & ſubſtantia aut uere ens, erit nõ ens ſimpliciter, atq; idem erit ꝓprie ens & proprie non ens. Nam quod accidit ſubiecto ſi accñs erat quod uere ens, poterit ſimul eẽ & nõ eſſe, quod idem accidebat uere enti ſi ſupponeretur ſubiectum eſſe, niſi q̃d illud ſubiectum eſt ꝓpter accñs & non eſt per ſeipſum, huic autem econtrario eueniet. cum hic ſit quod uere eſt ipſum ſubiectum, ibi uero accñs eſſe uere ens aſſumptum ſit. Si ergo omnia hæc fieri nequeũt, & ens eſt quod uere ens, ceu ſuppoſuimus ac poſtulauimus, neceſſe eſt etiam accidẽs eius eſſe ens, & id quod uere ens eſt, ſiquidem nihil aliud ſit præter quod uere eſt ens, quare plura ens ſignificat & nõ amplius erit unũ ens, ſed etiam accñtia & ſubſtãtia. Verum enimuero mihi uidetur per hæc Ariſto. Parmendi oñdere quod cum uellet Parmenides nõ ens tollere de

medio

medio, et ob id unũ ens eẽ ſtatuit, q̃m qđ eſt p̃ter ens nihil eſt, ut nõ ſolũ introducit aliq̃d non ens ꝓpter ſuppoſitionem, ſed etiam ipſum ens nõ ens eſſe demũſtrat. Et hoc ſane iam apud Platonẽ in Sophiſta demonſtratũ eſt, atq; q̃d cum unũ ens ſit multa nõ extent, q̃m neq; motus, neq; ſtatio, neq; alia genera ens eſt. Verũtamẽ Ariſt. dicẽtibus unum ens eſſe non mõ demonſtrabit nõ eſſe aliqđ non ens, ſed ſimpl'r non ens. Verum uerba obſcura fecit eo q̃d ſupponit ip̃m ens eẽ ſub̃az, & poſtea demõſtrat nõ eẽ accñs ubi dicit. Nã accñs & cętera.

Tex. 28. Neq; igitur magnitudinem habebit quod eſt, ſi quidem quod vere eſt, eſt, quod eſt. vtriq; enim partium, aliud eſt eſſe.

Com. 25. Deinceps q̃d non oporteat ens unũ dici infinitũ uel finitum ſimul oñdit ad Parmenidẽ pariter & ad Meliſſum reſpiciens. Nam ſi unũ eſt ens (inq̃t) neq; magnitudinẽ habebit, ſed quod non habet magnitudinẽ id ſane neq; finitum neque infinitum eſt, ergo unum ens non erit finitum neque infinitum. At Parmenides uideẽ affirmare magnitudinẽ per ſe de ipſo eo quod totũ eſt & partes hẽt dicẽs. Aequalis undiq; molis ſphæræ mobilis perſiſte à medio æque diſtãs. Quod uero ſi ens unũ ſit magnitudine non habeat ꝑſpicuũ eſt, q̃nquidẽ unũ non ſit multa, neq; habeat multa, id aũt q̃d hẽt magnitudinẽ, hẽt etiã p̃tes. & id qđ habet p̃tes multa tenet & multa eſt, ꝓpterea q̃d uniuſcuiuſq; partis diuerſa eſt ratio, ſed quibus eſt rõ diuerſa hęc inter ſe differunt & plura ſunt. Sed ſi hoc modo argumentũ ſit uidetur Ariſto. à ſuperiore ꝓpoſito diſsidere cum argumentũ oſtẽdat multa eſſe. Vnde uideẽ magis Ariſto. occurrere obijcereq; ad id q̃d uere eſt. Nam ſupponit mõ unum ens eſſe ſubſtantiam, & adijcit in his uerbis ſiquidẽ id q̃d uere eſt, ſit id q̃d eſt, proinde puto nihil aliud dicere q̃ꝫ ꝙ ſi ſubſtãtia ſolum eſt, non erit ens diuiſibile. Nam quod diuiditur in plures partes id quãtitatis eſt particeps. Verum quia dixit utriuſq; partis diuerſa eſt ratio. Alexãder tradit magis peculiare congruũq; eſſe ut non intelligamus magnitudinis partes, ſed ꝙ ſi magnitudo & ſubſtantia duę partes erũt entis, ſatie erit quãtitas & ſubſtãtia. Equidem nunquã dixit {utriuſq;} quia quod cõponiẽ ex partibus ex minimis prius debet componi, unde ex duabus & nõ pluribus eſt cõponendũ, ſed forſitan dixit {utriuſq;} ut id uocabulum ſignificet numerũ determinatũ duorũ, & ꝓpter hoc ſignificat quãtitatis participationẽ in eo quod eſt euidẽter ens.
» Sed nũquam illud primũ abſurdum ipſis infert Ariſto. q̃d plerique interp̃tes putant. ſ. ens non habere magnitudinẽ, & tamẽ ab ipſis dicebatur eſſe finitũ uel infinitum, quippe Ariſto. non ignorauerit eos uoluiſſe & demonſtraſſe ens eſſe abſq; magnitudine & indiuiſibile, ſed quoniã ſi unum ſolum ens eſſe ſupponeretur, nihil inter ea q̃ ſunt, haberetur q̃d magnitudine potiretur, item neq; quippiam eẽt totum nec partes adeſſent, q̃d fane ab euidentia longe alienum eſt, q̃m cuncta corpora ſenſibilia, & naturalia habent magnitudinem.

Quod autem diuiditur quod vere eſt, in quod vere eſt aliquid aliud, etiam ratione manifeſtum eſt. vt homo, ſi eſt qđ vere eſt aliquid, neceſſe eſt & animal, quod vere aliquid eſt eſſe, & bipes. Si enim non quod vere eſt, eſt, accidẽtia erunt. aut igitur homini, aut alicui alij ſubiecto. ſed impoſſibile eſt. accidens etenim dicitur hoc, aut quod cõtingit eſſe & non eẽ, aut cuius eſt in rõne hoc cui accidit. vt ſedere quidẽ, velut ſeparabile. in ſimo autem, eſt ratio naris cui dicimus accidere ſimũ.

Tex. 29. Amplius quæcunq; in diffinitiua ratione inſunt, aut ex quibus ſunt, in ratione horũ, non ineſt ratio totius. vt in bipede, ratio hominis, aut in albo, ratio albi hominis. Si igitur hæc hoc ſe habẽt modo, & homini accidit bipes, neceſſe eſt ſeparabile eſſe ipſum. quare continget vtiq; nõ bipedem eſſe hominẽ, aut in ratione bipedis, inerit hominis ratio. ſed impoſſibile eſt. Illud enim, in illius ratione ineſt. Si autem alij accidunt bipes & animal, & non eſt vtrũque quod vere eſt aliquid, &
homo vtiq; erit accidentium alteri. Sed quod ve- Tex. 30.
re aliquid eſt, ſit accidens nulli. Et de quo ambo, & vtrũque, & quod eſt ex his, dicatur. Ex indiuiſibilibus itaque, eſt omne.

Com. 26. Alexander inquit quoniam cum oſtendiſſet accidentia una cum eo quod proprie ens introduci impręſentia oſtendit ꝙ & ſi daretur ipſis quod eſt uere ens ſolum eſſe eo quod ꝓprie eſt. & accidentia alio modo, & ſic apud eos ens nõ unum erit, ſed id quod uere eſt plura erit entia. Nam ut magnitudinis diuiſio quã meminit erit in uere entia. Item neceſſe erit ut diuidaẽ ſm̃ rationem in plura entia ꝓprie, id eſt ſm̃ definitionem, cum igẽ oſtendiſſet ſm̃ magnitudinem & diuiſionem eiuſdẽ in partes id quod uere eſt fieri plura & diſſimilia, ſiquidem diuerſe partes diuerſas habeãt definitiones, deinceps intulit & diuiſionem ſm̃ definitionem, ac ſi Ariſto. oñderit iam in his id quod uere eſt magnitudinem habere ſic Alexã. expoſuit. Atqui pace Alexandri contrarium dicit, quoniam inquit. Nãq; igitur magnitudinem habebit id q̃d eſt, ſiquidem q̃d eſt ens uere ens ſit. Nunquã igitur ſupponens Ariſto. illorum ſuppoſitionẽ ſcilicet ens unum eſſe tollit ex eadem finitum uel infinitũ eſſe, uel eſſe ſphęræ mobilis moli ꝑſimile undiq; à medio diſtãs æqualiter, ceu Parmenides inquit. Nam hæc cum ſint magnitudo & diuiſibilia plura ſunt & non unũ. Sed ꝓpter hoc quia cum hoc q̃d quidem ſupponunt ens unũ id qđ uere eſt, diuiditur in uere entia ſm̃ definitionem, oñdit quod nõ ſit unũ ens perinde ac undiq; & quoquo uerterint euadere nequeãt confutationẽ & argumentum, uirtute ſic efficiens ſyll'm ſecũdum cõuerſionem q̃ appellatur cum cõtrapoſitione. Si unum ens eſt, nõ habet magnitudinem, q̃m non diuiditur, ꝙ ſi diuiditur quẽadmodũ apparet ſm̃ definitionem nõ erit unum, & hoc deductũ demõſtrauit, argumento q̃d magnitudo diuiditur. Quod autẽ diuidatur q̃d eſt uere ens ꝑ hoc oñdit, q̃m conſtat ip̃m ens uere diuidi in uere entia plura atq; rõne dĩa ſi quis illius afferat definitionem. Nam ut ſe habet definitio, ita etiam ſe habet diffinibile, ſi ergo hominis ratio diffinitiua eſt animal pedeſtre bipes, & hæc ſunt p̃tes eius, dico inquã animal, pedeſtre, & bipes quæ ſunt aliqua uere & ſub̃a atq; definitionibus diuerſa, uel ergo ſub̃a ſunt, uel accñtia id eſt uel unũ ſub̃to, uel non unum ſub̃to, & ꝓpter hæc non ſunt, & ſi accñtia uel eidem homini uel alteri alicui. At hęc affirmari nequeunt. Nam ſi accidunt homini uel ut ſeparabilia accñtia eius accidũt eidẽ ceu ſedere, q̃ ſane ſit ut ſit homo non aĩal uel nõ pedeſtre, uel nõ bipes q̃d ſane abſurdũ eſt, uel erũt accñtia uelut inſeparabilia, ſed accñs inſeparabile eſt id in cuius definitione ponitur ſubiectum cui accidit. Nam ſimitas eſt accidens inſeparabile narium, idcirco definientes ſimitatem complectimur nares in eius definitione, quippe qui definire ſoleamus ſimitatem eſſe cauitatẽ in naribus, hæc nãq; (ut in libro de reſolutione poſteriori tradit) ſunt per ſe, quoniã ſunt accidentia per ſe inherentia ſuis ſubiectis, ſi ergo in ratione animalis, pedeſtris, bipedis & omnium denique quæ complent definitionem non comprehenditur homo quippe qui definientes animal non complectamur hominem in eius definitione, ſed econtra hominem definientes animal comprehendimus, perſpicuum ſane eſt ut hæc non ſint accidentia inſeparabilia homini, quod ſi alij hæc acciderint iam ſequitur ut plura entia habeantur. Etenim id cui accident, erit ſubſtantia & id quod uere eſt ens. Verum ipſe non ad hoc deduxit rationem, ſed ad illud quod propoſuit ſe oſtenſurum quod uere ens diuiditur in uere entia rõne diuerſa, ſi ergo hæc alicui alij accidũt, conſtat profecto, ut etiam totum ex his perfectum & cõſum-

tum,ideſt homo illi accidet. Nam ſi alicui animali ineſt pede-
ſtre & bipes profecto & eidem inerit homo, ſed hic homo eſt
etiam quod uere eſt,& id quod uere eſt atq; ſubſtantia eſt ſub
ijcitur,& nulli accidens eſt,quare neq; ea q̃ cõplectũtur in de
finitione eius erunt accidentia,ſed cuncta erunt uere entia,qua
re ſi diuideretur ens in uere entia iterum plura erunt,hoc mo-
do entia,ſi autem nõ plura,ſed unum quod eſt unum ens,ergo
per conuerſionem cum contrapoſitione non habebit magnitu
dinem,& ita neq; totum neq; partes erunt,imo neq; erit alicu-
ius definitio,quippe definitio non haberet ptes, ſed & ipſa erit
indiuiſibilis,itaq; ex indiuiſibilibus entibus ſm partem erit,ceu
ex homine,equo,atq; alijs uniuerſum erit,ſiquidem horũ nullũ
ſit diuiſibile,quo dato profecto & ipſum omne uniuerſumque
erit indiuiduum experſque diuiſionis quod tamẽ diuiſibile eſt
& diuidi concedebat prius.Nam plura indiuiſibilia non erunt
niſi fuerit multitudo in uno ente,& ſi plura erunt, compoſitũ
ex ipſis indiuiſibile erit.Nam pluribus coeũtibus in unumque
conuenientibus punctis,omnia puncta quæ conueniunt fiunt
unum punctum,ut etiam ipſe demonſtrabit,hæc autem abſur
da ſunt.Etenim apparet & oſtenſum eſt non ſolum omne uni
uerſumq; diuiſibile eſſe, ſed etiam unumquodq; ens quod etiã
uidetur oſtendere ex abundanti cautione, ſcilicet quod non ſo
lum totum plura erit, ſed etiam unumquodq; ens. Alexander
autem cum Ariſto.infert,ipſum igitur uniuerſum totũq; ex in-
diuiſibilibus cõſtat,putat hoc etiam modo intelligendum eſſe
tanquã ex acciñibus quæ nequeunt ſeparari ab ipſo uniuerſo
neq; alia natura eẽ, ſed natura uniuerſi ſunt. At uniuerſum eſt
ſubſtãtia & ens,igitur partes ipſius erunt ſubſtãtiæ,quaſi dixe
rit ex ſubſtantijs, igitur erit uniuerſum compoſitum ex his qui
bus conſtat,& diuiditur in eas,quare demõſtratum eſt propo-
ſitum ut uere ens diuidatur in uere entia,quare non ut abſurdũ
illatum eſt,ipſum igitur uniuerſum totumq; ex indiuiſibilibus
conſtat,ſed ueluti cõſequens ſolũ ex dictis. Hæc igitur & uni-
uerſa eorum quæ diximus,ſententia.Cæterum ad uerba con-
textus proficiſcendum eſt cum dicit.Præterea in eorum ratio
ne quæcũq; indefinitiua oratiõe cuiuſpiam ſunt,aut eorum ex
quibus aliquid cõſtat.ex his indicat q̃d licet aliquorum non ſit
diffinitio quẽadmodum ſe habent ſubſtãtiæ indiuiduę,tñ in eis
aliqua ſunt ex quibus conſtãt, ꝓpterea ſubiũxit aut eorum ex
quibus aliquid conſtat.Item cum dicit.Et de quo ambo dicũ-
tur atq; utrũq; dicatur, & id quod ex his cõponitur indicat,uel
ulr compoſitum ex partibus ſuis ſit, & dicat̃ id quod quidem
ſunt ambæ partes & utrũq.q; ſi partes accidentia fuerint,et to
tum erit accidens,uel magis econuerſo, q̃d etiam partes dicã-
tur,& ſint illud q̃d quidẽ eſt id quod partibus conſtat,ut ſi q̃d
conſtat partibus.ſ.eorum fuerit ſubſtantia atq; uere ens nulliq;
accidens,partes quoq; erunt ſubæ ueræq; entia, ac non accidẽ
tia.Scribit nãq; Ariſt.ſic. Et de quo ambo dicũtur atq; utrũq;
dicatur, & id quod ex his componitur, id eſt,de quo diceret &
utrũq; ſcilicet unaquęq; pars,de eodem etiam q̃d cõſtat ex his
dicatur.Hoc autem erat cõſequẽs huius. Homo ꝓfecto etiam
erat ex his quæ alij accidunt inter quæ poſuit atq; accepit hoc.
Sed id q̃d proprie eſt nulli ſit accidẽs. Accedit præterea hoc in
his animaduertẽdũ,q̃d uere ens quod nunc diuidit̃,neq; ut ge
nus,neq; ut ſpecies diuidit̃,q̃d ſane conſtat, quia dixit hominẽ
non in indiuidua,ſed in partes diffinitionis diuidi.Poſtremo cũ
Alexander hoc in loco diligenter ſeduloq; collegerit illos,age
& nos iuxta eam quæ uidetur ſententiã ipſos exponamus.Pri
ma ergo ratio quæ principio inſtituta adductaq; fuit,hæc eſt.
Nam qui aiunt ens unũ eſſe uel aſſentiũt ens multipliciter dici,
uel uno modo,q; ſi ens multifariam dici aſſerunt, plane plura
entia eſſe fatebãtur.Etenim ſuba qualitas,quãtitas, & alia quę
cunq; in quibus ens diuiditur & non unum,quare ens nõ mul-
tipliciter dicit̃,ſi uolunt tueri ſuam poſitionẽ, igit̃ ens uno mõ
dicetur iuxta quintum modũ indemonſtrabilem. Deinde ſecũ
dus ſylls ſupponens ens dici uno modo, qui qdem eſt diuiſi-
uus & talis. Iſtud ens unum uel eſt ſuba,uel accidens ſm diui
ſionem duplicem rerum quæ ſit i pdicamẽtis qñ dicit̃.Rerum
aliæ in ſubiecto alię uero non in ſubto, ſed ens unum nõ eſt ac
cidens,igitur ſuba,& hic ſylls iuxta quintum modũ indemon
ſtrabilem etiã collectus eſt. Quod uero ens unũ non ſit accñs
tertius ſylls ſic oñdit.Si accñs foret, ſubiectũ cũ ipſo uel ſimul
eſt uel nõ eſt,atq; hoc fieri non põt, igitur ens nõ erit accñs,in
ſecũdo mõ indemonſtrabili.Demõſtrauit aũt deductũ eo q̃d
ſubiectum tñ unius entis cum aliud diuerſumq; p̃ter ipſum tã
tum,ſit ens non eſt,quippe nõ erat aliquid aliud p̃ter ens,uerũ
quia ei inerat ens,etiã ipm ſubiectũ fiebat ens. Quod uero ne-
que ſuba ſit ꝓprie ens,uel ut ipſe dicit uere ens,rurſus hoc mõ
oñdit,ſi ſuba eſt uere ens,nihil magis ens ſignificat uerę ens q̃
non ens,quare q̃d eſt uere ens erit pariter ens et nõ ens,quare
ens plura ſignificat q̃d ſuppoſitũ erat unũ ſignificare, ſed hæc
ſunt impoſſibilia,igitur ſuba nõ eſt ueræ ens,ſed q̃d ipſum ue
re non magis ens erit q̃ non ens ſic oñdit, ſi uere ens ſuba eſt
& ſubiectũ,& ſubſtãnæ accñtia inſunt,q̃ quidem ſunt nõ en-
tia eo quod ſunt p̃ter ens,ſed cui non ens ineſt,& ipm non ens
eſt,igitur ſuba & ſubiectum nõ ens erit, & neq; aliqd' nõ ens,
ſed prorſus non ens.Nam hoc erat accñs q̃d erat non ens inhe
rens illi,quod etiã uere ens plura ſignificet hoc mõ probat.Si
ſubiectũ eſt uere ens & põt ab accñte nomẽclaturam accipe
re ceu ab albedine albũ nominatur, ergo ſubiectũ album fiet,&
ita unũ cũ ſubto aſſerit accñs,et erit id q̃d uerę eſt,quippe nil
aliud ẽ p̃ter ens uerę,q̃re ens multa erit. Qd' etiã ens unũ neq;
magnitudinẽ habebit,oñdit hoc mõ. Quod uerę ẽ ſolũ ſuhm,
& non plura,non habet multitudinẽ,q̃d habet magnitudinem
eſt multa,igitur q̃d eſt ueræ ens non habebit magnitudinem,
quod uero id quod habet magnitudinẽ plura ſit, hunc in mo-
dum oſtẽdit,magnitudo habet ptes,q̃d habet ptes plura rõne
diuerſa habet,& q̃d hẽt plura diuerſa rõne plura in ſeipſo ha-
bet & plura eſt. Vnde in calce ac demũ oñdit q̃d uerę ens di-
uidatur in uere entia & rõne differẽtia de quodam q̃d uerę ens
eſt diffinitionẽ accipiens & cõcludẽs partes diffinitionis & ipſa
uere entia eſſe. Concludit ergo ſic.Neceſſe eſt ipſas ptes uel eẽ
ſubas uel accñtia,atqui accñtia nõ ſunt, igit̃ ſubſtãtia ſm quin
tum,indemõſtrãtem etiam hic ſylls eſt,ſi ergo unum, ut dictũ
eſt prius,eẽt uelut cõtinuum, uel ut quorum ratio eadẽ eſt,uel
ut indiuiſibile & oñſum eſt ens unum nõ poſſe habere magni
tudinem,neq; definitionem, neq; indiuiſibile eſſe profecto li-
quet quod ſm nullum ſignificatum unius ens erit unum, Sed
cum ipſe præter totam expoſitionem quod uere eſt ens uelut
ſubam acceperit & eam ſubſtantiam quę eſt una numero &
indiuidua, quidã Ariſto.interp̃tes quorum unus Aſpaſius eſt
quod uere eſt ens accipiunt,tanquã genus entium quibus ſuf-
ficienter cõtradixit Alexan.Aphrodiſieus, unde ponãtur illius
dicta breuiter & ſuccincte,inquit enim quidam intellexerunt
uerba Ariſto.perinde ac ipſe dixerit neceſſariũ eſſe his qui aiũt
ens dici uno modo aliquod cõmune genus omniũ eorum quæ
ſunt accipere,in quo omnia particularia recipiuntur, & hoc fa
tentur ens eſſe & hoc modo unum,quoniam nihil eorum quæ
ſub ente ſunt accipientes amplius ens unum fateri queũt quin
eo poſito & alia ſimul introducantur. Etenim cum ſubſtantia
accidentia & cum accidentibus ſubſtantia introducũtur ut de
monſtrauit.Item perſuadet rationem ac fidem facit de ea ex di
ctis in libro de ſede lociſq; argumẽtorum qui inſcribitur liber
Topicorum,quia ibi Ariſto.ponit genus uere ens dici, cum di-
cat homo eſt uere animal,pro hoc homo eſt in genere anima-
lis. Sed quod modo nõ ſic aſſerat uere ens dici,ſed quod ſub-
ſtantiam ſignificet ex his quæ prius narrauimus liquet.Nam ſi
operæpretium eſſet contradicere huic ſubiectiom ſuppoſitio-
niue,iam contradixit in his quibus dixit. Nam ſi erit ſubſtãtia,
quantitas, & qualitas,ſiue hæc abiuncta ſeparataq; fuerint in-
ter ſe,ſiue non,plura ſunt quæ ſunt.Nam hęc omnia poſuit di-
cens aſſerenſq; ens dici uelut genus,quare in hanc opinionem
iam inuectus eſt, ſiquidem opus ſit aliqua uia contradicendi
illi. Nam uidetur ut prorſus negligat paruifaciatq; contrariam
rationem is qui ens unum aliquid ſolum eſſe, & uelut numero
unum & non uelut unum genus eſſe diceret, qm̃ genus mox
multitudinem

multitudinem ſpẽrum & indiuiduorum ſecũ introducit. Sed aliquis diceret unde nã ex uerbis Ariſt. ꝓſtat Parmenidẽ dixiſſe ens eſſe unũ numero? Rñdemus etiã ex illo ꝑſpicuum eſſe, quia nõ ut genus dicit uere ens eẽ, ſed uelut ſubãm, nam oñdit ens unum nõ eſſe accñs q̃d accñs de ſubto dicit, q̃re id q̃d non de ſubto dicit, ſed ſubiectum eſt q̃d quidẽ eſt ſuba per ſe ſubſiſtens & nõ eget aliquo alio, ut ſit. At genus p̃dicatur de ſubiecto, quare quod uere eſt nõ erit genus ſi plane id q̃d dicitur de ſubiecto diuiſit cõtra id q̃d uere eſt. Item paulopoſt ipſe dicet. Quiſnam ipm ens intelligit aliqd eẽ niſi q̃d uere eſt, ſi ergo per ſe ac uere ens nõ generi, ſed ſubæ cõuenit, ꝑfecto uere ens erit ſuba. Sed ad hoc dicẽdum eſt Platonẽ aſſerere ipm uere ens dici de gñibus licet ipſum nõ de diuerſis gñe dici uelit, ſed de his oĩbus q̃ unam nãʒ recipiũt. Item ſi accipit oppoſitũ accñti ceu ex his uerbis eius conſtat. Sed q̃d ꝓprie eſt ens nulli ſit accidens, & accñti genus nõ opponitur, ſed ſuba, ipſa ꝑfecto erit id qđ uere eſt. Item cum ex diuiſione cõtradicit eis diuiſit ens in accidens, & q̃d uere eſt ens. Nam neceſſaria nõ erat interrogatio quid per ens diceret num accñs uel genus, quippe ens eſt aliquid præter hęc, quare diuiſit ens in accñs & ſubſtãtam, igitur uere ens eſt ſubſtãtia. Item cum diuideret unum q̃d multipliciter dicitur unum numero, diuiſit & unum gñe, uel ſpecie, non cõmemorauit perinde ac hmõi unum introducat multitudinem. Item genus duo habet, ſubſtãnale ſibi aliquid et cõe, at ſubſtantia eſt ſolum ſuba, ſi ergo nullibi in cõitatem, ſed uelut in ſubſtãtiam, dũtaxat, inuectus eſt, igitur q̃d uere eſt non genus, ſed ſubſtãtia eſt. Præterea ꝓcedẽdo cõtinuãdoq; dicta ſua dixit. Si ergo quod uere eſt nulli accidit, at genera ſunt quædam accidentia, & ſi non ſunt eorum accñtia, quorum ſunt genera, ſaltem ſubſtantię accñtium genera dicũtur accidere, ceu homini color, ſi ergo in genere eſt aliquid, & de ipſo accidens dicitur, et de ſubſtantia nihil tale aſſeritur, atque ipſe quod eſt uere ens uelut oppoſitum accidenti ponit, igitur quod uere eſt ſubſtantiam diceret & nõ genus, quod etiam competit naturę accidenti. Item adijciendo ulteriuſq; procedẽdo Ariſto. dicit. Si ergo quod uere eſt nulli accidit, ſed illi aliquid, ſi ergo illud cui accidunt accidentia ſuba eſt, & nõ genus, igitur quod uere eſt ſubſtantia erit et non genus. Item diuidens q̃d uere eſt non in ſpecies & indiuidua ipſum diuidit quæ ſane partitio eſt diuiſio generis, ſed in definitionem, & in ea quæ collocãtur in ea. ſ. in genus & differẽtias, hæc ſane diuiſio ſubſtantiæ erit & non generis, ꝓpterea quod ſubæ eſt genus, ſed ſupmo omnium generi non eſt ſuprauenienſ genus. Item oſtẽdit genera & differentias eſſe uere entia, q̃m ſunt partes uere entis, ſi ergo generatio per aliquid aliud eſt uere ens, ipſum ſane per ſe nõ erit uere ens, ſed ſubſtantia per quam & genus ſubſtantiæ ſit ſubſtãtia, ceu accidentis accidens eſt. Item neq; poſitio, neq; opinio præter omnium ſentẽtiam tale opinata eſt atq; ſenſit, quippe non modo Parmenidi, ſed etiam pleriſq; Phis uidetur unũ eẽ ens, ueluti genus, etiam ſi genus eſſe uere ens ſtatueretur, alioquin quomodo album, uel aliquid aliud accidẽs non eſſe dixit, quãdo quidem hæc ſint ueluti ſubæ entis ſpecies, at ipſe accipiens accidentia non eſſe ſic concluſit quod uere eſt non eſſe ens, cui uere enti accidit ens non aliq̃d non ens, ſed ſimpliciter nõ ens. Atqui quonam pacto accñs erit ſimpliciter non ens, ſi genus ipſius erit quod uere eſt. Item ſi q̃d uere eſt, genus eſt cur non omnia quæ ſub ipſo collocãtur non entia uel uere entia erunt, quippe nõ omnia ſub genere ſunt, ipſa etiam genera ſunt. Item inquit. ſi enim eſt quod uere ens eſt etiam album, & genus aliquis diceret album & ſubãm participãtem albo dicimus. quare ex hoc conſtat, & ſubſtãtiam uelut indiuiduam dicat & nõ generalem. Item exploratiſſimũ euidẽtiſſimumq; erat demõſtrare multa entia eſſe exponẽdo definitionem generis, quippe genus eſt id q̃d de pluribus dicitur, at cum ipſe nullibi meminerit genus, neq; eius definitionem quæ plane oſtẽdit indicatq; plura entia eſſe, perſpicuum eſt ipſum nõ accepiſſe ens uere ut genus. Verum ſi quis ob id cenſeret uere ens genus appellãdum eſſe, quoniam genus in alijs libris lociſq; uere ens appellat, uideat quoq; ipſum dicere uocareq; differentiam uere ens. Etenim hic eãdem uelut id quod complet & perficit uere ens nuncupat uere ens, attamen in his locis quibus genus uere ens uocat tanquam ſubſtantialiter prædicatũ & efficiens illud uere ens de quo prædicatur ſic uere ens appellat. Et Eudemus in omnibus ſequens Ariſto. non intellexit uere ens ut genus. Porro in primo libro de naturalibus rebus ut de Parmenidis ſententia diſſerit, hæc ſcripſit (ut Alexan. tradit) quoniam ipſe non nactus ſum in Eudemo hæc uerba. Cõmune igitur nõ diceret quippe talia non quæreret, ſed poſterius ex rationibus proficiſcitur, neq; admitteret uereturq; ea quæ de ipſo ente tradit. Nam ſi cõmune dixiſſet Parmenides, q̃uo hoc uereretur eſſe id quod à medio æqualiter diſtat, & ſimilia. At inquit Eudemus omnes hmõi rationes fere cœlo cõpetunt & congruunt.

Quidam autem, rationibus vtriſq; acquieuerunt. huic quidem, quod omnia vnum ſunt, ſi qđ eſt vnum ſignificat, quod id eſt etiam quod non eſt. Ei autem quæ ex diſſectione, indiuiduas facientes magnitudines. Manifeſtum autem eſt & quod non verum eſt, quod ſi vnum ſinificat Tex. 11.
quod eſt, & non poſſibile eſt ſimul contradictionem eſſe, nihil erit quod non eſt. nihil enim prohibet, nõ ſimpliciter eſſe, ſed nõ ens aliquid eſſe, quod non eſt. Dicere igitur quod niſi præter ipſum quod eſt, aliquid erit aliud, vnũ omnia fore, incõueniens eſt. Quis enim addiſcit ipſum quod eſt, niſi quod vere eſt, aliquid eſſe? Si autem hoc, nihil ſic prohibet multa, quod eſt eſſe, ſicut dictũ eſt. Quod igitur ſic vnum eſſe quod eſt, impoſſibile ſit, manifeſtum eſt.

Cum ipſe confutauerit rationem Parmenidis tum quia illa Com. 27.
propoſitiones falſas aſſumebat, nam erat propoſitio ens uno dici modo, aut quod eſt præter ens eſt non ens, aut quod eſt non ens nihil, hæ enim propoſitiones æquiualent, tum etiam quia uitioſa forma concludebat, quippe non ſequebatur ex aſſumptis illata concluſio, inquit mõ quoſdam cõceſſiſſe utriſque propoſitionibus illis ſcilicet Parmenidis, & illi Zenonis qui ſuppetias ferre ſuccurrereq; rationi Parmenidis uoluit aduerſus eos qui eum obiurgare ſuggillareq; nituntur, quoniam ſi unum eſt plura cõtingit ridicula afferre rationi & ei qui hoc inuulgauerit ſibi contraria aſſerere. Cum ergo Zeno demonſtraret eorum ſuppoſitionem pati adhuc ridicula magis incidereque in ea quæ ſunt magis riſu digna, cum aſſerat multa eſſe, quãuis aſſerat unum eſſe inquit hoc manifeſtum eſſe, ſiquis ſufficienter aduertat. Nam ipſe Zeno uidetur hæc teſtari de ratione Parmenidis & confirmare, ceu liquet in Platonis libro qui inſcribitur Parmenides. Vnde ratio Parmenidis eſt, quod omnia ſint unum ens, ſiquidem ens ſignificat unum. Nam præter ipſum nihil erit. Verum ut Theophraſtus deduxit ſic ratio eſt quod eſt præter ens non ens, & non ens nihil & cætera, huic ergo rationi inquit Ariſto. quoſdam aſſentire cedereque. Equidem concedere rationi aſſentireq; nihil aliud eſt quam concedere propoſitionibus probantibus ipſam uel combinationi coniugationique earum. Inquit ergo Platonem cedere aſſentireque propoſitioni dicenti quod eſt præter ens non ens eſt. Etenim motum & ſtationem, idem atque diuerſum inquit in Sophiſtas eſſe ab ente diuerſa, ſed aliam propoſitionem ſcilicet non ens nihil eſt, non amplius concedebat. Etenim diuerſa ab ente, & ſi non entia ſint, attamen ea eſſe inquit, & hac rõne non ens introducit. At Alexan. inquit Platonem ſi conceſſerit ens unũ eſſe, tñ non amplius oĩa unum eſſe ꝯcedere, cum ipſe numeret inter oĩa non ſolum ens, ſed etiã nõ ens, & refert Alexã. Platonẽ nõ ita dixiſſe nõ ens in rerũ natura eſſe tãquã ſit aliquod ens ſub ente, quippe nõ ſit partim nõ

ens.paritmq; ens,neq; cõtineatur ab ente poſito, ſed cum ha-
beat aliam nãm circa conceſſum ens & poſitum eẽ dixit, cum
itaq; admiſerit ens unum eẽ & uno modo dici, atq; conceſſerit
propoſitionem dicẽtem quod pręter nõ ens eſt/non ens eſt,&
dixerit eſſe aliud qd ab ente accepto in ꝓpoſitione,cõtradictio
nem dixit.Nam cũ admittat circa ens non eẽ,rurſus aſſerit cir-
ca ens eſſe,in contradictionem incidit dicentem non ens abſo-
lute eſſe.Atqui ſiqs contenderet non ens eẽ, ſed non abſolute
non ens,ſed aliquod nõ ens is ꝓfecto nõ incidet in cõtradictio
nem.Nam quoddã aliud ens nõ eſt aliud ens, qñquidẽ nõ de-
monſtretur ens uno numero dici,cum aſſumit ens uno modo
dici.Hęc igitur Alexã.inquit. Porphyrius uero inquit Plato-
nem & nõ ens eſſe aſſerere,ſic tñ eſſe ut non ens, qppe qui en-
tis ens aſſerebat eẽ ideam & hanc uere ſubſtantiã eſſe, at extre
mam et primam ſubam dixit eſſe mãm informẽ,& ſine ſpecie
ex qua omnia fiunt,quę quidem eſt,ſed nihil eſt eorum q̃ ſunt.
Nam ipſa in ſeipſam conſiderata & intellecta eſt potentia om
nia,ſed actu nihil.Effectum autem & conſtitutum ex materia
& forma quatenus formæ eſt particeps eſt aliquid & per for-
mam appellatur & denominat̃,quatenus uero materia partici
pat,& per hãc in cõtinuo fluxu & mutatione uerſatur ſic non
eſt ſimplr̃,neq; ſecure ac firmiter.Porro horum unum ab alte
ro diuidẽs atq; diſtinguẽs inquit. Quid ſit q̃d ſemper eſt carẽs
generatione,quid uero quod gignitur quidem neq; eſt unquã
& dixit nõ ens eẽ non adeo ignare hoc dicit,ut uelit ens nõ ens
eſſe,& ecõtra non ens eẽ ens,alioquin hæc eſſent oppoſita ſm
cõtradictionem,quippe nequeat homo ſimul eẽ atq; non eſſe
homo,uerum hoĩem non eſſe equũ uerum eſt dicere. Verum
Alexãdro ſat eſſe uidebatur ſi uerba Platonis in medium ad-
duceret quæ ipſe meminit,cum ipſa plane /ut exiſtimo/ inſinu-
ent oſtendantq; Platonem non abſolute non ens, ſed aliquod
non ens introduxiſſe.Sic uerba iacent. Aduertisne quam lon-
ge Parmenidẽ à dubitatione auocauimus. The.cumã. Hoſp.
cum ulterius quam ille ſtatuit nos conſiderare, quætẽdo trãſ-
greſſi multo plura quã ille oſtenderimus. Theætetus,quo ꝓpa
cto.Hoſpes,quoniam inquit ille.Non enim nunquam nuſquã
ſunt non entia,ſed tu ab hoc progreſſu quęrẽdi cohibe mentẽ.
Hęc ille.Nos autem non ſolum non entia eſſe oſtendimus,ſed
quæ ſit entis ſpecies demonſtrauimus. Cum enim demonſtra
uerimus alterius naturam eſſe quæ in omnibus entibus inuicẽ
diffuſa diſperſaq; eſt,tunc partem eius oppoſitam ei quod cu-
iuſque ens eſt ipſum reuera non ens eſſe aſſerere audebimus
tanquam idipſum ſit uere non ens. The. Vera penitus ò Hoſ-
pes dixiſſe mihi uideris.Nemo itaque dicat quod poſtquã non
ens entis contrarium eſſe oſtendimus quod ipſum eſſe dicere
audeamus.Nos enim iamdiu prætermiſimus utrum eſſe cõtra
rium ipſi,necne, q̃d habeatur ratio uel prorſus abſurdum,qđ
autem nũc diximus eſſe nõ ens,uel quiſpiam cum reprobaue-
rit perſuadeat nos minime recte dixiſſe, uel quouſq; reproba-
ret non ualet illi dicẽdum eſt nobiſcũque ſentiendum quemad
modum & nos dicimus,quod uidelicet genera inuicem ſint cõ
mixta,atq; ens & alterum per omnia & per ſe inuicem pene-
trando ſeſe mutuo capiant,dum alterum diuerſumue ente par
ticipat.Equidem eſt ꝓpter hãc participationem, non tamẽ eſt
illud ipſum quo participat, ſed aliud quiddã, cum uero alterũ
ſit ens ab ente euidentiſſime neceſſario ſequitur ut nõ ens eſſe
dicatur. Ens quoq; qm̃ eſt alterius diuerſiq; particeps, alterũ
ab alijs generibus erit,cũq; alterum ſit ab illis oĩbus ens nullũ
illorum eſt,neq; alia oĩa ſimul ſine ipſo, quapp ens abſq; du-
bio in plurimis plurima nõ eſt, & alia quoq; uniuerſa & ſingu
la multifariam quidem ſunt,& multifariã non ſunt.Ex his igit̃
uerbis Alexan.cenſuit Platonem ſimpliciter non ens aſſerere
introducereq;,perinde atq; accipiat ſimplr̃ ens tanquã genus,
& ſat fuit ei audire Platonẽ dicẽtem. Nemo itaq; dicat poſtq̃;
non ens entis cõtrarium eſſe oñdimus q̃d ipſum eẽ dicere au-
deamus.Item quia Plato dicit unũquodq; eẽ per participatio-
nem entis,non tñ eſſe ens. Et ante hæc uerba quale nõ ens in-
troducit,plane indicauit dicens,quãdo non ens dicimus,ut ui-
detur non cõtrarium aliquod enti dicimus, ſed ſolum alterum
ab ente,ſufficit ergo Alexan.audire dicta Platonis de ſimplici
ter non ente, & de contrario ente. Verum qualẽcunq; ſermo-
nem de non ente Plato excipiat afferatque crimine cõfutatio-
neque non uacat cum ipſum nõ ens,neque eſſe, neq; non eſſe,
neq; quippiam de ipſo tutum/ firmum/ ratumq; plane dixerit.
Sufficiunt igitur hæc,ut dicebat Alexan. Sed intelligere opor-
tet,quod ens quod Plato accepit, conſideratur ſecundum ip-
ſam,tamẽ proprietatem ipſius eſſe,quod etiam diuideretur cõ
tra alia genera,& contra ipſum non ens.Etenim hoc ens ſic ac
ceptum dicit genus eẽ,ſed non prorſus ens, & id quod omnia
genera in ſeipſo complectitur,cui omnino non ens opponitur,
ſi quippiam dici poteſt illi opponi,tale autem non erit genus,ſi
quidem genera contraria ſint diuiſione qua inter ſe diſcrepãt,
& ſecundum unam proprietatẽ circũſcribuntur,quę ſane ſunt
cauſa ſeparata ab intellectuali unitate in qua omnia erãt unũ,
ceu Parmenides inquit,& cum primum occurrunt in ſepara-
tionem diſtinctionemq; intellectualem,indiuiſibiliter imparti
biliterue partiuntur, & in ſenſibilium rerum diſtractionẽ mẽ-
bratimq; diſtributionem ueniunt quibus medijs proficiſcunt̃
ad animalem compaginem,quare non tam facile introducitur
ſimpliciter non ens ſimpliciter enti contrarium. Verũenimue-
ro Porphyrius pulchre riteq; contemplatus eſt aſſerens Pla-
tonem non introduxiſſe nõ ens abſolute, quippe qui tradit Pla
tonem in Sophiſta uocaſſe aſſignaſſeq; non ens ipſum genitũ
generabileque ens, de quo dicit in Timæo. Quid uero quod
gignitur, neq; eſt unquam. Sed hoc dignum eſſe annotatione
mihi uidetur,quoniam Plato uidetur inuenire non ens in ſepa
ratione ſegregationeq; intellectualium, non autem ſenſibiliũ.
Nam de materialibus & ſenſibilibus hęc interdũ dixit. Quid
uero dic per Iouem reuera motum,uitam,animam, ſapientiã,
nũquid ab eo quod omnino ac uere eſt,abeſſe exiſtimabimus,
neq; uiuere ipſum,neq; ſapere,ſed cum nõ habeat uenerãdam
ſanctamque mentem,immobile ſtabileque eſſe? Vnde cõmu
niter ad Alexandrum & Porphyrium, dico quod nõ adeo pla
ne Plato introduxit aliquod non ens eſſe, ut Ariſto.obijciat ei
introduxiſſe ſimpliciter non ens.Et quãquam obijciat,non ta-
men in Platonem in his inuehitur,perinde ac ipſe demonſtra-
ret ſi quod eſt pręter ens eſt nõ ens. ergo nõ omnia erunt unũ,
& ex his uerbis introduceret non ens. Non enim eo quod non
ens Plato introducit plura entia eſſe oſtendit, ſed hoc quidem
demonſtrauit indicans aliud eſſe unum,& aliud eſſe ens,quod
quidem etiam oſtendit ex eo quod totum eſt undique ſphæræ
mobilis moli per ſimile à medio undique diſtans.Non ens au-
tem oſtenderat dicens Sophiſtam eſſe ſimulachrorum autho-
rem,& ſimulachrum aliquid falſi habere,falſum quoque non
eſſe, quod ſi non eſt,neque non ens eſt.Nam qui decipit & fal
lit mentiturque,uel ens non eſſe,uel non ens eẽ dicit. Hæc igi-
tur de altero modo concedendam rationem in qua Ariſto.ne-
que concedit ens uno modo dici,neq; aſſentit propoſitioni di-
centi quod eſt præter ens eſt non ens, niſi quis dixerit non ens
hoc modo uelut aliquid q̃d non eſt ſubiecto, ſed aliquid aliud
eſſe nihil prohibet,quod etiam Plato ante Ariſto.clamauit in-
uulgauitq;. Vnde perſpicuum eſt etiam Ariſto.una cum Pla-
tone uidiſſe ſciuiſſeque quod nõ ens ſimul cum multitudine in
troducitur.Nam inquit.Nihil enim uetat,ut id qđ nõ eſt nõ ſit
abſolute non ens, ſed non ens quippiam. Verũtamẽ deinceps
inquit quod quãquam uera eſſet propoſitio dicens quod eſt p̄
ter ens eſt non ens,tamẽ non ob id neceſſe eſt omnia eſſe unũ
numero. Nam ipſum per ſe ens quod ipſi ſtatuunt & ſuppo-
nunt nemo quippiam aliud eẽ itelligeret quam quod uere ens
ideſt proprie ens,ſcilicet ſubſtãtiam. Cum hoc itaque ſic ſe ha
beat,oñſum eſt prius quod ſiue uere ens participat accidente,
ſiue non,plura ſint entia,quippe & ipſa per ſe entia plura ſint,
propter ea quæ cõp̄henduntur ſubſtantialiter in definitio-
ne uere entis. Sed ſcitu dignũ eſt q̃d ip̃m per ſe ens ſeu ipſiſſi
mum ens & uere ens ſic appellata ſunt more Platonico. Cęte
rum ſecũdam rõnem ex binaria diuiſione alicuius ſemp in par-
tes

tes duas Zenonis fuiſſe Alexan. inquit, quippe Zeno ſic dicat, ſi ens haberet magnitudinem, & diuideretur, ens profecto plura & non unum foret atq; oſtendat per hoc quo nullum ens ſit unum. Verum de hac rõne inquit Ariſt. prius dixiſſe ubi tulit. Tumultuarunt autem & poſteri, cuius ſolutionem adiecit per illud quod ſubiunxit, perinde ac non poſſet unũ plura eſſe, non tamen ea q̃ opponuntur. Eſt enim ipſum unum potentia & actu. Huic quoq; rationi. ſ. de binaria diuiſione ſemꝑ in parte Alexãder tradit Xenocratem chalchedoniũ alluſiſſe aſſentiſſeq; concedentem omne totumq; diuiſibile plura eſſe. Nam pars eſt alia à toto, & cum nequeat idem ſimul unum & plura eſſe, qm̄ contradictio ſimul uera eſſe nequit negabat oẽm magnitudinem diuiſibilem eẽ ac partes habere. Nam eſſe aliquas inſectiles lineas in quibus amplius uerum nõ eſt has plura eſſe tradidit. Nam hoc modo putauit unius naturã inuenire & euadere contradictionem, quia unum nõ eſt diuiſibile, ſed plura, neq; lineæ indiuiſibiles ſunt plura, ſed unum ſolum. Sed cum hæc Alexan. explicet quærẽdum immorãdumq; eſt, imprimis quidem quonam pacto hoc ſit ꝓprium Zenoni, ſcilicet aſſerere nullum ens eſſe unum, quinimo in contrarium plura ſcripſerit elemẽta quibus tollit de medio plura eſſe ut per deſtructionem plurium omnia eſſe unũ ſtatuat et confirmat, quod quidẽ & Parmenides uoluit aſſuere. Deinde opus eſt dicere occaſionem & opportunitatem qua nunc Ariſto. meminit rõnis Zenonis, & eorum qui temere rationi conſenſerunt, quẽadmodũ allata eſt cauſa eorum qui aſſenſerũt rationi Parmenidi, at eorũ qui non ens introducũt clara perſpicuaq; eſt opportunitas. Nã occaſio erat ut plura entia eſſe demonſtrarẽtur quod quidem Parmenides negauit. Si ergo Zeno tollit unũ eſſe oñdens plura eſſe, ſermo ratioq; non indigebat aliquo patrocinio atq; alterius ope, niſi igitur quis dicat eum meminiſſe hãc rõnem uelut oppoſitam dicẽtem ſolum plura entia eſſe. Sed uidetur Alexã. ex rõnibus uerbiſq; Eudemi opinionem Zenonis hauſiſſe, per inde atq; ille ſuſtulerit deleueritq; unũ de medio. Nam Eudemus in libris naturalibus inquit. Nõne hoc q̃dem nõ eſt, cũq; ſit unum? Nam hoc dubitabat in q̃ſtonemq; ueniebat. Et Zenonem ferũt dicere, ſiquis unum ipſi aſſignauerit quidnam ſit eum dicturum eſſe entia cum aſſignauerit definitionem. Dubitauit autem ut uidetur, qm̄ unumquodq; ſenſibile per prædicationem & partitionem plura dicitur eſſe, proinde punctum cum nihil ponat, neq; efficiat, q̃ppe neq; alicui additũ augeat, neq; ſublatum diminuat, inter entia numerandum non eſſe cẽſuit. Et uériſimile erat Zenonem dubitantem de uno cum ad utrãq; partem exercitij cauſa argueret, quocirca bilinguis eſſe fertur, tales rationes protuliſſe adduxiſſeque in medium. Verũ tamen in eo libro quo plura argumenta conſcripſit in unoquoque argumento oſtendit accidere dicenti plura eſſe, ut contraria & pugnatia ſibi dicat, quorũ unum eſt argumẽtum, in quo oſtendit, quod ſi plura ſint, & magna erũt & parua, magna inquam ut habeant infinitam magnitudinem, parua uero ſic, ut nihil magnitudinis habeant, in hoc igitur oſtendit, quod id cuius, neq; magnitudo, neq; craſſitudo, neque moles ulla eſt, neque hoc erit. Non enim inquit ſi alicui alteri enti adueniret maius quicquã efficeret. Nam cum id quod aduenit nulla ſit magnitudo non poterit in magnitudinem uertere, & eam augere, & ita adueniens iam nihil erit, ſimiliter ſi abſuerit ab eo, nihil tamen illud alterum minus ſit, neq; ecõtra adueniens augebitur, neq; abſens diminuet, qm̄ id quod aduenit atq; abeſt nihil erit. Et hæc Zeno nõ inuexit adimens unum eſſe, ſed q̃d ſi magnitudo unaquæq; habet plura & infinita nihil erit ꝑciſe præſertimq; unum ob ſectionem in infinitum, at oportet unum eſſe quod oſtendit, prius indicans nihil habere magnitudinẽ eo qđ unumquodq; plurũ ſibimet idem eſt atq; unum. Themiſtius quoq; inquit Zenonis rõnem ꝓbare unum ens eſſe eo q̃d cõtinuum idem eſt, & indiuiſibile. Nam ſi diuideretur, inquit nihil erit p̃ciſe unum propter ſectionẽ corporum in infinitũ. Verũ uidetur magis Zeno dicere quod neq; plura erunt. Porphyrius tamen inquit etiam rationem Parmenidis eſſe ex binaria diuiſione in partes, ex qua tentat oſtendere ens unum eſſe. Sic enim Porphyrius ſcribit. Altera erat ratio Parmenidis quam adducebat ex binaria diuiſione ſemper in partes, putans oſtendere dũtaxat unum ens eẽ, & hoc impertile & indiuiſibile. Nã inquit ſi erit diuiſibile, ſecetur in duas partes, & deinde utraq; pars biſariam ſecetur, quo ſemper facto, conſtat (inquit) uel q̃d remanent aliquæ extremę magnitudines minimę inſectiles, licet ſint multitudine infinitę, & totum ex minimis licet multitudine infinitis conſtituetur, uel uacuum inaneque erit & non poterit amplius in aliquo diuidi, & ita ex nullo cõſtabit, quę ſane abſurda ſunt, igitur non diuidetur, ſed manebit unum. Etenim cum omni & undique ſimile ſit, ſiquidem diuideretur, undiq; ꝑfecto ſimiliter diuideretur & minime partim diuideret, partim non, diuidatur ergo undique, liquet igitur q̃d rurſus nil remanebit, ſed erit uanum incaſſum illud, & ſiquidem cõſtitueť, rurſus ex nihilo conſtituetur. Nam ſi remanebit aliquid diuidẽdum. ergo non erit undique diuiſum, quare ex his perſpicuum eſſe inquit, quod ens erit idiuiſibile impartibile, & unum. Sed alij qui primam argumenti illatorem ad Xenocratem referẽdam eſſe concedunt, hanc. ſ. quod ſi unum eſt ens, etiam indiuiſibile erit, aiunt non tamen ens indiuiſibile eſſe, quocirca rurſus ens non erit, dũtaxat unum ſed plura, licet illud non ſit diuiſibile in infinitum, ſed in quaſdam inſectiles magnitudines decidere atq; deſinere, tamen hæc dixere non inſectilia eſſe tãquã impartibilia & minima, ſed ſm quãtitatem & materiam ſectibilia, & partes habẽtia ſpecie quidem inſectiles & primas ſupponens quaſdam primas lineas indiuiſibiles eẽ, ex q̃bus prima plana & ſolida conſtẽt. Hanc igiť dubitationem ex binaria diuiſione atq; ex ſectione abſolute & diuiſione in infinitũ occurrentem Xenocrates putat diſſolui, cum lineas inſectiles afferat atq; efficiat magnitudines ſimpl̃r indiuiſibiles euadendo rationem q; ſi ens diuiſibile eſſet in non ens diſſolueretur et cõſumeretur manentibus inſectibilibus lineis hoc modo, ut nequeant diuidi neque ſecari, ex q̃bus ſubſiſtunt ea quæ ſunt. Porro dicta Porphyrij quibus ad uerbum ſit mẽtio rationis ex binaria diuiſione ob abſurdum quod ſequitur ex diuiſione & introducit unum & indiuiſibile recte habẽtur. Vnde inquiſitione dignum eſt num hæc ſecũda ratio ſit Parmenidis ac Zenonis, ut etiam uideť Alexã. Sed mediusfidius in dictis Parmenidis aliquid hmõi nõ diciť, ſed magna pars hiſtoriæ et narrationis dubitationem in Zenonẽ conijcit & reducit. Item in rationibus de motu quæ ſexto libro phyſicę auſcultationis afferũtur, hãc rõnem uelut Zenonis fuiſſe meminit, ſed quid plura dici oportet cum & eadem afferatur in libro ipſius Zenonis. Nam cum oſtendat ſi plura ſint eadem eſſe infinita & finita hęc uerba ad unguem ſcribit, ſi plura ſunt neceſſe eſt totidem eẽ quot ſunt, & neq; plura, neq; pauciora eiſdem. ſi uero totidem ſunt quot ſunt finita erunt, & rurſus ſi plura erũt infinita entia ſunt. nam ſemper diuerſa entia intermedia ſunt, & rurſus illorũ intermediorum alia, & ita infinita entia ſunt, quo igiť pacto infinitum multitudine ex binaria diuiſione demõſtrauit, ſed infinitũ magnitudine oñdit prius ſm idem argumentum. Nam prius cum oñdiſſet qđ ſi ens nõ habet magnitudinem, neq; erit, iſert, ſi autem eſt, neceſſe profecto eſt unumquodque aliquam obtinere magnitudinem & craſſitudinẽ, neq; in eodem alterum ab altero diſtare eadem quoq; ratio eſt de præcedente, etenim illud habebit magnitudinem & eodem aliquid prius habebit, unde ſimile erit de uno diuiſibile quod ſemel diuidẽdum diximus, & de omnibus ſemper idem dici, q̃ppe nullum ſit eiuſdem extremum, neq; ullum diuiſile habuerit terminũ cum ultro diuidi poſſit, neq; alterum ad alterum terminatum erit, unde ſi plura fuerint hoc mõ, neceſſe eſt eadẽ eſſe parua et magna, parua quidem non habẽt magnitudinem, magna autem cum ſint infinita, quare Zenonis erat ratio de binaria diuiſione, ut Alexan. uult, tamen non eo quod Zeno ſuſtulit de medio unum, ſed potius plura, accidit ſupponentibus ea dicere contraria, qua ratione etiam rationem Parmenidis dictus unum eẽ ens tuebať & confirmabat, quare conſentanea eſt nunc mentio rõnis ex

binaria diuiſione adductæ, & eorum qui non recte aſſentiunt Zenoni dicentes, quod ſi non erunt aliquæ magnitudines inſectiles, neceſſe eſt infinita eē entia multitudine & magnitudine, quocirca etiam temere ſtatuere lineas inſectiles, ut plura entia eſſe & non abire recipiq; multitudinem magnitudinemq; in infinitum tuerentur. Atqui iterum in contradictionē incidere uidentur dicentes magnitudinem eſſe non magnitudinem, quādoquidem lineam magnitudinem quādam indiuiſibilem aiūt. Iccirco Ariſto. eorum aſſectionem & cōfirmationem repellit & reſpuit, quoniam & ſi magnitudo eſt in infinitum diuiſibilis non tamē partes eius actu infinitę ſunt, ſed unum qdem actu, potentia uero plures, iccirco hęc non ſunt oppoſita. Vel talem ſolutionem intulit recte Ariſt. in his dictis quibus idem unum & multa eſſe demonſtrauit. Atqui in his quæ demonſtrant infinita eſſe non eſt uerum dicere partes, continui eſſe potentia infinitas alioquin actu infinita aliquando forent, ſi illud qđ eſt potentia fruſtra incaſſumq; haberi non debet. Verum dicēdum eſt ut Porphyrius tradit, quod aliud eſt continuum eſſe diuiſibile in infinitum, & aliud eſſe in infinita diuiſum. Nam diuiſio fieri ſemper poteſt, & hoc eſt ipſam eſſe in infinitū, at diuiſam eſſe deſinere nunquam poteſt, quoniam cum ceſſat diuiſio terminatur & finitur. Nam plurimum refert dicere aliqđ eſſe diuiſum in infinitū, et aliquid in infinitū diuidi, quippe aliud non aliquando fieret, neq; termino clauderetur, aliud uero nūquā deficeret cum ſemper fieret. Nam eo quod alterum ſemper fit & deſinere non poteſt, alterum non terminaretur, itaq; nemo confundetur turbeturq; quonam pacto diuiſibile in infinitum potentia diuidi queat. nam diuiſibile poteſt diuidi, attamen nunquam in infinita diuiditur. Vnde ad argumentum illa potentia fruſtra temereq; habetur quæ nunquā reducitur proficiſciturq; ad actum. Hoc igitur neminem turbet. quādoquidem diuiſibile in infinitum non ſit potētia in infinita diuiſum, ſed in infinita diuidendum, hoc autem ſemper eſt in actu, ſiquidem omne quod aſſumitur actu, id etiam ſit diuiſibile, & diuiditur ſi nihil prohibet, & ſi nō à nobis, ſaltem à natura quę cōtinuo addit & diuidit, quoniam ergo omne continuū eſt in infinitum diuiditur ſtatuitur et firmatur nihil eē magnitudinis qđ ſit diuidendum in magnitudines indiuiſibiles & non magnitudines. Nam cuiuis aſſumpti continui eſt aliqua pars, quę etiam eſt continua, & hoc in infinitū, unde ſi omnis diuiſio eſt in magnitudines, profecto diuiſio erit in īfinitum, quod uero diuiſio fiat in infinitum, perſpicuū eſt, ſiquidem puncta ſeſe inuicem tangere nequeāt, neq; diſtantiam efficere poſſint. Nam punctum puncto additum facit punctum, ſed non magnitudinem, quæ neque ex punctis componitur neq; in pūctis diuiditur. Sed neque magnitudines in infinita aliquādo diuidentur cum fuerint finitę, quoniam in quæ diuiditur, ex illis etiam conſtat. at id q̄d conſtat ex magnitudinibus infinitis multitudine erit magnitudine infinitum. Nam ſi finitum eſt, ſane acciperet additionē alicuius alterius ſimilis illis quæ componunt ipſum, & ita illa nō erunt multitudine infinita. Sed cū Xenocrates & ipſe, fuit uir ſapiens quonam pacto igitur ſtatuit lineas indiuiſiles inſectileſq; quippe qui nec ignorauerit naturam magnitudinis? Item neq; dixit eſſe ſpecie indiuiſibiles lineas. Nam non ſolum minimę lineæ ſunt ſpecie indiuiſibiles, ſed etiam maxima corpora. Sed forte Xenocrates non inſtat repugnatq; ſectioni in infinitum, nam cum geometriam callueri non ſuſtulit principium geometriæ, ſed negauit lineas eſſe diuiſas in infinita cum ſemper ſint quædā magnitudines inſectiles quæ neq; à natura per ſe diuidi queant propter paruitatē, ſed rurſus aliis corporibus unitę atque iunctę, ſic toto diuiſi ille in ſeipſis recipiūt diuiſionem, quam ſeparatę à corpore lineæ de ſe. ſ. exiſtentes nō ſuſtinerent neq; reciperent. Vt ergo Plato dixit tradiditque plana prima eſſe atque prima corpora, ita Xenocrates lineas inſectiles propter paruitatem, licet ſuapte natura ſint diuiſiles. Cæterum quoniam peruenimus iam ad calcem rationum Parmenidis, recte riteque faciemus, ſi Parmenidis opinionem de uno ente quàm conueniat & congrua ſit præpoſitis pōderabimus examinabimusque etiam ſi contradictiones, ſeu rationes quibus Ariſto. contradixit illi propter quid adductę fuerint conſiderabimus. Qod igitur Parmenides non poſuerit aliquod generabile uel corruptibile eſſe unum ens, indicio eſt eius ſententia cum dicat in illis uerbis unum eſſe ingenitum & expers interitus eſſe, in quibus ſic inquit.

Supereſt adhuc unum uia uerbum ut eſt
Hac ratione in ſigna plurima ſunt,
Vt ingenitum exiſtens interituſq; expers.

Item neq; prorſus illud unum eſſe corporeū uoluit, quippe qui aſſerat ipſum eſſe indiuiſibile, dicens.

Neq; diuiſibile eſt cum omne ſit ſimile,

Quare neq; dicta eius cœlo competunt, & coaptari queūt. ceu Eudemus inquit quoſdam audientes ipſum dixiſſe omne eſſe undiq; ſphæræ mobilis moli perſimile, ratos fuiſſe, ac præſertim quia cœlum nō eſt diuiſible. Sed nō ſatis hi perſpiciunt, quoniam cœlum non eſt ſimilis ſphæra, ſed ſphæra eſt, naturalium omnium exactiſſima & perfectiſſima. Item quod Parmenides unum ens, neq; dixerit eſſe quoddam animatum conſtat eo quod tulit ipſum eſſe immobile, ceu immobile perfectum fiat, atq; finitum omne nuncupatum, & minime nomen ſortitum eſt ſubſtantiæ animatæ habentia motum ut putarūt Eleatici philoſophi. Item dicit ens ſimul omne eſſe cum modo ſimul ſit omne, tum quia ſecūdum eadem eſt, tum etiam quia eodem modo ſe habet idem exiſtēs in ſeipſoq; manens, & per ſeipſum ſtat atq; iacet. Et perſpicuum eſt quod ſecundum ſubſtantiam & potentiam atq; actum idem manet omne ſimulq; ac ſecundum eadem eſt, quæ ſane ſunt ſupra animæ ſubſtantiam. Neq; unquā ipſum intellectuale dixit, quoniā intellectuale ſuſtineret diuiſionem ab eo quod intelligitur, & conuerſionem ad intelligibile, ſed quod ipſe dixerit eſſe unum ens intelligere intellectile, & mentem conſtat eo quod ita ſcribit

Idem eſt intelligere, & cuius gratia eſt intellectum,
Non enim ſine ente, ideſt intelligibili in quo ſeparatum inuenies intelligere.

Item intellectuale diuidēdum ſeiungendūq; in ſpecies eſt, ceu intelligibile unitum ſpecierum ſeparationem prius accepit, at ubi eſt ſeparatio, ibi etiā eſt diuerſitas, qua exiſtente etiam nō ens eſſe cōmonſtrabitur. Nam alterum diuerſumque non eſt id quod uere alterum eſt. Parmenides autem non ens ex uno ente, prorſus ſeiunxit exterminauitq;. Nam inquit nūquam & nullo modo ſunt illa quæ non ſunt, ſed tu hoc tramite quærens cohibe mentem. Item neq; ſenſit unum ens eſſe aliquam cōmunitatem, neq; eam quæ poſterius eſt genus ex noſtris notionibus conceptionibuſque animæ per abſtractionem ſubſiſtens, alioquin ipſum unum ens non eſſet ingenitum & incorruptibile ſicut dixit, neq; eam cōmunitatem eſſe dixit quę in rebus eſt. Nam hæc eſt ſenſibilis ex his profecta q̄ opinabilia & deceptibilia ſunt, de quibus poſterius dicit. Item alia eſt differentia præter haa, quoniam hæc iam patitur diuerſitatem & non entia. Vnde quomodo de eadem cōmunitate uere diceret nunc ſimul omne eſſe, uel contrahere in ſeipſa mentem & intelligibile. Sed nunquid ſubſtantiam unum ens indiuiduum eſſe dicat, an ipſa eſt potius diſſonans differenſque ab ente? etenim ſubſtantia indiuidua eſt generabilia, & diuerſitate diuiſim compræhenditur materialis ſenſibilis atq; alia ab accidente. Item ſubſtantia indiuidua eſt diuiſilis & motui obnoxia. Relinquitur ergo unū ens eſſe adud Parmenidem intelligibile quādam omnium rerum cauſam propter quam mens eſt & intelligere, in qua cuncta ſunt ſecundum unitatem contracte & unite accepta, in qua etiam eſt unius & entis una natura. Quocirca & Zeno dixit, ſiquis ipſum unum recte demonſtrauerit ipſe aſſignabit, ens nō quod ſeparet ens ab uno, ſed quod ſimul cum ente ſubſiſtat. Vnde hæc non uni enti omnes Parmenidis concluſiones competunt & conueniunt. Et enim ingenitum & expers interitus hoc ens eſt. Item totum & eiuſdem generis, nam reuera poſt alterum ſecundum non erit cum ſit ante omnem ſeparationē. Item huic enti competit omne ſimul eſſe atq; nihil loci in eo non ens habebit. Præterea ſin

diuiſibile

diuiſibile eſt & immobile omni ſpecie motus & diuiſionis. Itẽ idem eſt ſecundum idem & eodẽ modo. Rurſus finis eſt. Nam hoc eſt finis omnium & ſi eſt hoc ens id unius gratia eſt intelligere, profecto erit intelligibile. Nam gratia intelligibilis eſt intelligere & mens, quod ſi idem eſt intelligere & intelligibile in ipſo ieffabilis erit excellẽtia unitatis eius. Et ne alicui uidear te mulentus q̃ſiq; ſomniare dicta Parmenidis, libẽter dicta eius inſui cõmentarijs, ut fidẽ dictis meis adhibeam, atq; ꝓpter raram copiam libri Parmenidis conſcribam, ſic autẽ inquit.

Vnum adhuc reſtabit uiæ uerbum ut eſt.
Hac ratione inſigna plurima ſunt.
Vt ingenitum exiſtens atq; interitus expers
Eſt totum unius generis, immotum abſq; fine
Nunquam fuit neq; erit,
Cum modo ſimul omne ſit unum continuum:
Quem enim ortum ipſius inueſtigabis quo undeq; auctum
Neq; ex non ente dici ſinam neq; intelligere:
Non enim hoc dici poteſt, neq; eſt intelligibile ut non eſt.
Cur autem illud potius cœpit poſterius quam prius cum à nullo cœperit naſci
Sic uel omnino eſſe opportunum eſt uel omnino non eſſe

Nunquã ex nõ ente fidei uis dicet aliquid fieri præter ipſum huius gratia, nec fieri, nec perire dea iuſtitiæ permiſit impedimentum uinculumq; infundens, ſed habet.

Iudicium de his eſt in hoc, eſt uel non eſt
Iudicatum igiẽ, ceu neceſſitas aliam ſinere futilem ſine noĩe.
Non enim uera eſt uia,
Aliam autem ut eſſe & ueram
Quo pacto deinde exiſtens eſſet quomodoq; fieret,
Si quidem fieret non eſt, neq; ſi aliquãdo futurum ſit,
Quare ortus abeat & perfidus interitus,
Neq; diuiſibile eſt cum omne ſit ſimile,
Neq; aliquid hac magis & ſi uetarem connecti
Neq; eius aliquid deterius
Omne autem eſt exiſtente refertum
Quo continuum eſt omne
Nam exiſtens eſt affine germanumq; exiſtenti
Verum immobile in magnorum uinculorum terminis ſine principio & quietum.
Cum ortus et interitus, hic maxime formarentur.
Abfuit fides uera,
Idem in eodem manens per ſeipſum iacet
Sic ſtabile illic manet.
Nam pollens neceſſitas terminum in uinculis habet undique detinens ipſum.
Ob id non eſt fas exiſtens ſine termino eſſe
Nam nullo eget, non ens autem omnis egebat
Idem eſt intelligere & id cuius gratia eſt intelligibile
Non enim ſine exñte in quo ſeparatum ſit inuenies intelligere
Neq; ſi tempus eſt, uel erit, aliud præter exiſtens
Cum parca dea ligauit totum immobile eſſe.

Vnde nomen omne habet quæcũque mortales conſtituũt uera eſſe perſuaſi, fieri, perire, eſſe, non eſſe, locumque mutare quod mutat clarum colorem.

Sed cum terminus ultimum habet finitum eſt
Vndiq; ſphęrę mobilis moli perſimile à medio undiq; diſtãs,
Nam neque aliquid maius, neque aliquid uiolentius hac uel hac eſſe oportet,
Neq; n. non exiſtens eſt ſi ceſſaret ipm moueri in eodem
Neque ens eſt, ut ſit uacuum exiſtentis hac parte magis hac uero minus,
Cum ſit omne id à quo nihil auferri poteſt,
Erit enim undique æquale pariter in terminis
Credendæ rationis & uere notitiæ tibi facio finem
Opiniones uero ab hoc mortali diſce
Ornatum meorum uerborum fallacem audiens.

Hęc igitur dicta Parmenidis ſunt de uno ente. quibus dictis deinceps de opinabilibus differit, alia principia in illis ſtatuẽs, quæ etiam meminit Ariſto. in ſequẽtibus dicens. Etenim Parmenides calidum frigidumq; principia efficit, atq; hæc ignem & terram appellat. Si ergo unum ens inquit eſſe ſphęrę mobilis moli perſimile non admireris. Nam ob poeſim tangit quoddam fabulæ figmentum, nam quid aliud eſt hæc dictu quã ut Orpheus cecinit (cui exiſtẽs ſplendidum.) Et ſane nonnulla plane dicta à Parmenide etiam alijs ab uno ente competunt, ceu ingenitum & interitus expers animæ & mẽti congruunt. Item immobile & in ſeipſo manens cõpetit menti, ſed cuncta ſimul & ſincere intellecta uni enti competunt. Nam & ſi iuxta aliq̃d ſignificatum anima ſit ingenita, atque mens, tamẽ ab intelligibili cieretur & produceretur. Item unum ens immobile ꝓprie eſt in quo nullus motus actu diſcernitur. Item proprie manẽti cõuenit manere in ſeipſo. At anima & mens præclara à manẽte perfecta eſt, & cõuertitur ad idem. Conſtat autem quod q̃cunque illi competere dicuntur in eodem unita ſint, ſeparatę autem ac diuiſim, uelut per intellectum ab eo formata poſt ipſum poſtea emerſere. Vnde mihi uidetur his omnibus Parmenidem aſſignaſſe primam cauſam, ſiquidẽ unum ens ſit ſimul, omne, & terminus ultimus. Et ſi nõ ſimpliciter unum, ſed unũ ens dixit, atq; unius generis, & terminum licet finitum, forſitã indicat ex his cauſam omnium occultam ſupra ipſum ens collocari, igitur uidendum eſt quomodo Plato & Ariſto. refragari obnitiq; Parmenidi uideãtur, quorum alter ſcilicet Plato cũ ipſi dupliciter contraire uideatur in primis, quia unum ens eſſe dixit, deinde quia ſuſtulit de medio non ens, inuehitur in eum, tum ex intellectuali mũdo, tum etiam ex eo qui eſt diuiſus atq; diſtinctus in quo ens ab uno ſeiungitur, & nõ ſunt ambo unũ ceu partes à toto. Nam ex his oſtendit Plato nõ eſſe unum, ſed plura uno entia eſſe. Item non ens demonſtrauit eſſe ex diuerſitate quæ eſt in ſeiũctis ac diuiſis ſpeciebus, per quam ibi ens ſumptum ſecundum unam proprietatem ens quidem eſt, ſed motus uel ſtatio non eſt, atq; unumquodque aliorum eſt, quoniam eſt, ſed alia non eſt, & conſtat quod hoc ibi omnino eſt ubi diſtinctio & diuerſitas apperet, ſed in intellectualibus ſpecifice, in ſenſibilibus uero per diſtantiam & diuiſionem. Sed mediusfidius pace Platonis hoc non ens etiam Parmenides in his quæ conſcripſit de opinabilibus concedere uidetur, ſiquidem appellet ornatum uerborum ſuorum fallacem fucatũq; qui iuxta opiniones humanas uulgareſq; ſuſcipitur et fit. At ubi eſt deceptio frauſq;, ibi etiam nõ ens eſt. Nam is decipiẽ qui non ens eſſe, uel ens non eſſe putat. Atqui prorſus non ens ſolus parmenides non ſuſtulit, ſed etiam Plato qui etiã quæſtionem de eodem euadit dicens: Nemo itaq; nos dicat quod poſtquam non ens entis contrarium eẽ oſtendimus ipſum eſſe audeamus dicere. Nos enim iamdiu prætermiſimus utrum eſſe contrarium ipſi, necne, habeatur ratio, uel prorſus abſurdum, quod autem nunc diximus eſſe non ens, uel quiſpiam ſi reprobare uoluerit perſuadeat nos minime recte dixiſſe, uel quouſq; reprobare non ualet nobis euſque aſſentiat. Et nimirum non eſt de tali ente modo ſecundum unam ꝓprietatem auferatur, oſtendere tale eſſe non ens, ſed de illo ente quod eſt integrum intelligibile, & per unionem omnia ante omnia in quo nõ ens nullum locum habet. At Ariſto. cum contradictionem adducat ex diuiſione inquit, uel multipliciter dicitur ens, & ita plura erunt, uel uno modo, & ſi multipliciter, uel ſubſtantia, uel accidens, & ſane conſtat ut nihil horum enti intelligibili & ſupremę cauſę conueniat cum hæc diuiſio ſit de ente generabili, qđ ſi intelligibili enti primo competit ſane accepta prius erit de intellectuali diuiſione & ſeparatione quę fit ſecundum cauſam. Nemo tamen Platonem & Ariſto. accuſet & dãnet. quia cum repugnant Parmenidi contra alias cauſas inſtant. Nam benigne prius repellunt propulſantque illorum interpretationes q̃bus de ſententia Parmenidis nonnulli peſſimi menti euaſuri eſſent. Quod uero putauit Parmenidem ſapiẽtem eſſe ſuis uerbis indicãt. Nam Plato teſtatur undiq; generoſam præclarãque uiri ſentẽtię profunditatem & altitudinem, atq; tradit ipm eſſe pręceptorem diſciplinarum Socratis q̃ audiebant Ariſto.

autem cum ſuſpicatus eſſet ipſum alibi aſpicere altioraq; intueri, contra naturales ipſum diſtinxit. Item cum etiam Plato in libro quem inſcripſit Parmenides, hoc unum tradiderit, excellẽtiam atque præſtantiam eius cecinit. Item Ariſto. in libro metaphyſices unum eſſe proponens & inuulgans non eſſe bonũ, ut plures dominentur ante ipſum ſummum ſolum principem, cecinit hanc unitatem, atque ibi recte ſpectauit poſuitq; idem eſſe mentem & intelligibile, atque ſubſtantiam potentiam & actum. Sed de his ſatis ne uideamur Theologorum altiſſima in hoc opere de natura immittentes/ut in prouerbio eſt/ultra præſcriptos terminos ſaltare.

Tex. 32. Vt autem phyſici dicunt, duo modi ſunt. Hi enim vnum facientes quod eſt corpus ſubiectũ, aut trium aliquid, aut aliud quod eſt igne quidẽ denſius, aere vero ſubtilius, alia generant denſitate & raritate, multa facientes, hæc autem ſunt contraria. Vniuerſaliter autem exceſſus & defectus, ſicut magnum dicit Plato, & paruum. niſi quod hic quidem, hæc facit materiam. vnum autem, ſpeciem. Alij vero, vnum quidem, ſubiectum, materiam. contraria autem, differentias & ſpecies. Quidam autem ex vno, inexiſtentes contrarietates ſegregant, quemadmodum Anaximander dicit.

Com. 33. Cum refutauerit opinionem dicentium unum ens et ita unũ ut ipſum ſolum, ens etiam immobile eſſet, quæ opinio ſane, naturalium non eſt, ſed eorum qui ea quæ ſupra naturam collocantur indagare contẽdunt, proinde Ariſto. quo animo ac ſapienter diſtinxit eos contra naturales, & eos qui ſtatuunt id q̃d eſt corpus eſſe, atque demonſtrauit eos non de natura diſſerere. atq; indicauit eo quod idem eſſe ens principium accipiebãt eos de principio dixiſſe, cum itaq; oſtenderit ſic unum ens, atq; principium eſſe non poſſe, cæterum quonam pacto naturales unum eſſe id ex quo & elementũ dixerint, quærere indagareq; proponit. Etenim naturalium alij quidem unum eſſe elementum dicunt, alij uero plura. Item eorum qui unum eſſe aiunt, ex quo fiunt ea quæ ſunt duos modos eſſe inquit. Nam cuncti hoc unum aliquod corporeum eſſe ſtatuũt, uerum alij unum trium elementorum, ceu Thales & Hippon aquã dixere principium, Anaximenes uero & Diogenes aerem. Heraclitus aũt & Hippaſus ignem, terram autem nemo putauit ſtatuendam ſolam eſſe principium, quia difficilis eſt alteratione, ſed quidã alij ſtatuerunt quoddam aliud à tribus principium, quod ſane eſt igne denſius, aere uero ſubtilius, uel ut alibi dicit, aere quidẽ denſius, aqua uero tenuius. Vnde Alexander putat Anaximãdrum aliam quãdam naturam corporis præter elementa principium ſtatuiſſe. Verũtamẽ Porphyrius, perinde ac Ariſt. eos diuidat qui fecere unum ſubiectum corpus indeterminatũ cõtra eos qui unum aliquod trium elementorum uel aliud quid inter ignem & aerem dixere, tradit Anaximandrum aſſeruiſſe corpus ſubiectum infinitum ĩdeterminate eſſe principiũ quod forma nõ eſſet certum ac definitum, ſiue ſit ignis, ſiue aer, ſiue aqua. Illud uero intermedium inter aerem & ignem, uel aerẽ & aquam Porphyrius uti Nicolaus Damaſcenus tribuit Diogeni Appolloniadi. Sed Porphyrij pace mihi uidetur accommodatius iuxta uerba intelligendum eſſe corpus non fuiſſe diuiſum ab Ariſto. contra elemẽta & illud intermedium, ſed potius ueluti diuiſum in tria elementa & intermedium. Nam inquit corpus ſubiectum, uel aliquod trium, uel aliquid aliud q̃d eſt igne quidem denſius, aere uero ſubtilius. Et quãquam cõmuniter de prædictis intulerit quod hi cætera ſentiunt raritate & denſitate generari, tamen inquit ipſe Anaximandrum nõ ita cætera generari dixiſſe, ſed ſegregatione ab infinita cũcta in ortum prodire, quo igitur pacto ſi tulit Anaximandrũ ſtatuiſſe corpus indeterminatum eſſe principium cõmuniter intulit eos ſenſiſſe generationem eſſe alterationem, ſed cum hi omnes cõuenian ſtatuentes unum eſſe principium in duos modos generationis diuiduntur. Etenim alij ex unius elementi naturalis raritate & denſitate cætera fieri aiunt, ceu Anaximenes tradit aerẽ rarefactum ignem fieri, dẽſum autem poſtea in uentum cõuerti, & deinde nebulam, & ſi ultro denſaretur in aquam, deinde in terrã ultroq; in lapides, & cætera alia ex his. Nam Theophraſtus in ſua hiſtoria de natura hoc ſolum dixit aſſeruiſſe raritatem & denſitatem, ſed conſtat etiam alios uſos fuiſſe raritate & denſitate ad tradendã generationẽ rerum. Etenim Ariſt. hos omnes aſſerit cõmuniter dixiſſe cætera generari denſitate & raritate aſſerentes cuncta ex una materia fieri. Sed ſi raritas & denſitas ſunt contraria, quemadmodum etiam eſt uniuerſalior cõtrietas exceſſus & defectus, ut etiam Plato magnum & paruum dixit, profecto conſtat hos omnes non ſolum unum principium aſſeruiſſe, ſed tria, atque contrarietate uſos fuiſſe. Verum Plato magnum & paruum dixit eſſe contraria teſtatus ex una cõtrarietate & oppoſitione omnes oppoſitiones potentia adeſſe. Alij autem dixere ſubiectum unum ſcilicet materiam ac raritatem & denſitatem quę cum ſint contraria etiam erunt differentiæ, & formæ erunt contrariæ, quare omnes hi tria ſtatuerunt principia, ipſa uidelicet contraria, & aliq̃d aliud unum. Verum Plato magnum & paruum non ut duo principia ſtatuit materiã eſſe, ſed ænigmatice & metaphorice ea dixit eſſe materiam, ceu etiam dualitatem dicit eſſe indefinitam & cõmenſurationem cuius partes exceſſus & defectus atq; multo magis, & ipſum minus & inæqualitas hæc omnia materiæ competunt quæ ſane per magnum & paruum, forſitan Plato demonſtrauit, perinde atque materia ſit incorporea & ſine magnitudine, & ob id dicitur parua, atq; ſit cauſa omnis molis, omniſque diſtantiæ & dimenſionis, & ob id dicitur magna. Et hic eſt unus modus eorum qui ſtatuunt unum ens eſſe quo raritate & denſitate multitudo rerum ſubſiſtit, alter autem modus eſt, quo non amplius tradunt cauſam multitudinis mutationem materiæ eſſe, quo etiam non aſſignant generationes rerum fieri ſecundum alterationem, ſed ſecũdum ſegregationẽ. Nam Anaximander inquit contrarietate quæ in ſubiecto infinito incorporeo ſunt, ſequeſtrari, qui primus nominauit uocauitque principium ſubiectum. Contrarietates autem ſunt calidum/frigidum/ſiccum/& humidum/& alia, quare hæc eſt uniuerſa dictorum ſententia atq; intelligentia. Sciendum autem eſt Ariſto. putaſſe rarum ad tenue ſubtileque redigẽdum eſſe, & denſum ad craſſum & pingue, iccirco ignẽ uelut rarum pariter & tenue ſubtileue accepit dicens, igne quidem denſius, aere autem ſubtilius, perinde atq; aer ſit craſſior & dẽſior quam ipſe ignis. Plato quoq; tradidit aerem eſſe craſſiorem & ſimpliciter elementa q̃ magis deorſum & in cẽtro collocata ſunt, craſſiora ſecundum ſuas partes eſſe his quæ magis ſurſum iacent, et ad girum cœli conuolant, propterea q̃d putaret rarum & denſum poſitione partium definiri, ceu Ariſto. dixit in prædicamentis. Quod cum ita ſe habeat, neceſſe eſt maiorum paetiri, maiora etiam eſſe interualla, idcirco totum quod eſt rarius uelut magis uacuũ & non unũ ens poſuit, ceu in cumulo aceruoque, uel lapidum, uel nucum, & minorum minores intercapedines, iccirco totum denſius ut compactum et ſtipatum eſt, ceu in cumulo & congerie arenæ. Verum Alexãder dicit Platonem ſtatuiſſe principium omnium & ipſarum idearum unũ eſſe & indefinitam dualitatem quam magnũ & paruum dixit, ceu Ariſto. in libris de bono meminit, ſed hoc quiſpiam potius accipiat à Speuſipo Xenocrate, atq; alijs q interfuerant lectionibus Platonis de bono. Nam omnes conſcripſerunt & defenderunt opinionem eius, qui aiũt Platonem his principijs uſum fuiſſe. Sed quod Plato aſſeruerit omnium rerum principia eſſe unum & indefinitam dualitatem ueriſimile conſentaneumque eſt. Nam hæc fuit mens ſententiaq; Pythagoreorum, quã Plato pleriſq; in locis ſequutus eſſe uidetur, ſed ſi indefinitam dualitatem & idearum principia eſſe aſſentit magnum & paruum quas ſignificare materiã traditur, quomodo hoc conuenit con-

ſentaneumque illi ſententiæ eſt qua materiam in ſolo ſenſibili mundo Plato definiuit ac ſtatuit, quinimo plane in Timæo dicat ipſam eſſe peculiarē generationi & in ea fieri id quod gignitur. Item ideas intellectu menteque concipi poſſe dixit, & materiam adulterina ratione & cognitione comprehēdi. Cęterum cum plerique narrent Diogenem Apolloniatem pariter ſenſiſſe cum Anaximene tradit Alexander ipſum poſuiſſe primum elemētum eſſe aerem. Nicolaus autem Damaſcenus in libro de deorum natura narrat Diogenem aſſeruiſſe mediū inter ignem & aerem principium eſſe, quem ſequutus eſt doctiſſimus Philoſophorum Porphyrius. Sciendum eſt plura opera fuiſſe à Diogene conſcripta, ut ipſe meminit in libro de natura, atq; refert ſe inuectum fuiſſe in naturales Philoſophos quos uocat & ipſe Sophiſtas, præterea tradit ſe ſcripſiſſe Cōmentaria de rebus meteorologicis. ſ. de his rebus quæ apparēt & fiunt in ſublimi tractationes, in quo etiam libro fatetur de principio dixiſſe, atq; de hominis natura tractaſſe, ſed in libro de natura qui inter alios ſolus ad me peruenit, proponit quidē pluribus ſe demonſtraturum in principio quod ipſe poſuit magnam eſſe intelligentiam. Scribit nāque hæc hunc in modum poſt procemium. Mihi autem uidetur uniuerſum ſi dicitur eſſe cuncta quæ ſunt, à ſeipſo diuerſum eſſe atque idem, & hoc ꝑſpicuū eſt. Nam ſi in hoc mūdo exiſtunt mō terra, aqua & alia quæcunque uidentur exiſtentia in ipſo, & aliquid horum erat ens, alterum diuerſumq; ab altero ſuapte natura ac propria, & non extitit idem, ſæpe etiam mutatū & diuerſum factum fuit, quæ neq; potuere inter ſe miſceri, neque alteri iuuamen, neque nociuum quicquam accidere potuit. Item neque ex terra planta naſci, neque animal, neque aliud quicquam fieri ualuit, niſi ita conſtituatur ut idem ſit, ſed hæc omnia ab eodem ſunt diuerſa, atq; aliud & aliud fit, & in idem recidit remeatq;. Vnde cum ipſe hæc prima uerba nactus ſim atq; offenderim, putaui Diogenem aliquod aliud dicere cōmune ſubiectum ꝑter quatuor elementa, ſiquidem inquiat hæc inuicem nō miſceri, neq; tranſmutari mutuo, ſiquidem unum aliquid eorum erat principium, & non idem omnibus ſubijceretur à quo cūcta diuerſa ſunt. Sed cum inde demōſtret in eodem principio magnam eſſe intelligentiam uidetur ſecus ſentiēdum eſſe. Non enim inquit poterat ſine intelligentia ita dari, ut cunctorum hiemis ſcilicet æſtatis, noctis, diei, imbrium uentorum & ſerenitatis mēſuras habeat, & ſi qs uult animaduertere cætera alia, inueniet profecto ita eſſe affecta & diſpoſita, ut inferat illud peroptime efficax eſſe, quoniam homo aliaque animalia, ex eodem principio quod eſt āer, uitam, animam, & intelligentiam habēt, hūc in modum itaq; dicit. Præterea/adhuc hæc magna ſigna ſunt. Nam homo, & alia animalia quæ inſpirāt exhalantque uiuunt aere, & ipſe eſt anima eorum & intelligentia, ut demōſtratum eſt plane in cōpendio & opere, & ſi aer diſcederet exhalaretq; funditus interirent, & intelligētia deficeret. Deinde poſt paulo plane intulit, et mihi uidetur idem quod habet intelligētiam eē id quod appellatur ab hominibus aer, & eiuſdem ope cuncta adminiſtrari gubernariq; & omnibus imperare præualereq;. Nam mihi uidetur ab hoc mores conſuetudines ac leges ſtatui ipſum in ſingula ſeſe miſcere, omnia diſponere in cunctis eſſe, & nihil eſſe quin illo participet. Verum ſimiliter unum nō participat altero, ſed plures ſunt modi ipſius aeris & ipſius intelligentiæ. Nam eſt multiplex/uarijs, ſcilicet modis participatur, quippe qui calidior interdum, atque frigidior aliquando, pariter humidior, ſiccior, ſtabilior & uelocior, atque aliæ multę diuerſitates eius ſunt ac infinitæ modi uoluptatis & coloris eius. Item omnium animalium ipſe eſt anima. Aer nāque calidior eſt extra eum in quo nos ſumus, ſed comparatus ſoli longe eo frigidior eſt, hic autem aer calidus nullius animalis eſt, quoniā neq; hominum eſt quo inter ſe cōueniant, ſed nimium nō differt à calore animalium, ſed ſunt quam ſimilima, licet nō uere ſimile ens ſit, neque poteſt fieri eorum quæ diuerſa ſunt alterū alteri, niſi ipſe prius fiat, cum igitur hæc ſine uarij modi diuerſitatis, uaria quoq; genera animantium multipliciaque animantia erunt, neq; aliqua idea & forma, neque *iudicio*, neq; intelligentia ſimilia erunt propter multitudinem diuerſitatum, tamē cuncta eodem aere uiuunt, uident, audiunt, atq; omnia habent aliam notitiam ab ipſo. Quibus habitis deinde oſtendit ſemen genitale eſſe ſpirabile & aereum, atque intelligētias fieri cum aer complectitur totū corpus cum ſanguine per uenas in quibus etiam ſectionē exactam & optimam uenarū tradit. Vnde in his plane uidet̄ dicere eius quod homines aſſerūt aerem eē, hoc eſſe principium. Verum mirū eſt eum dixiſſe alia oriri ſecundum diuerſitatem eius, ſempiternum tamen ipſum aſſerit dicens. Et ipſe aer eſt hoc ſempiternum immortaleq; corpus, cæterorum uero alia fiunt, alia intereunt & deficiunt. Item alibi inquit. ſed hoc mihi perſpicuū eſſe uidetur quod ipſe ſit magnus fortis ſempiternus īmortalis & plura ſpecie eſt. Hæc igiť de Diogene narrata ſint. Cęterum deſcendit Ariſto. ab his qui unum dicūt ad eos qui unum & plura principia dicunt.

Et quicunq; etiam vnum & multa dicunt eſſe quæ ſunt, ſicut Empedocles, & Anaxagoras. Ex commiſtione nanque, & hi ſegregant alia. Differunt autem abinuicem, eo quod ille circulationem facit horum. hic autem, ſemel. & hic quidē, infinita, & ſimiles partes habentia, & contraria. ille vero, vocata elementa ſolum.

Cum dixerit eos qui unum tradunt principium naturale q̄d Cōm. 29.
ſubiectum uocant, & aſſignauerit diſcrimē ſecundū duos modos, quibus fit generatio ex ſubiecto, quorum alter eſt ſecundum alterationem, alter uero ſecundum ſegregationem deinceps proficiſcitur ad Anaxagoram & Empedoclem qui unū & plura principia ſtatuerūt. Etenim Anaxagoras cum poſuerit principium ſubiectum eſſe ipſa ſimilaria, eadem dixit eē infinita, & cauſam efficiētem unam eſſe quæ erat mens ſeparās. Empedocles autem poſuit plura principia ſecūdum ſubiectū quatuor, ſcilicet elīta, unum uero efficiens amicitiam & odiū, quoniam ſeorſum ſemper alterum præualet & efficit, ſed non ambo ſimul efficiunt, quippe apud Empedoclē ſit ſemper unū efficiens. Vel dicendum eſt ipſos non aſſerere unum eſſe principium efficiens, ſed ipſum miſcellaneum ipſaq; cōgeries omnium quæ erāt ſecundum Anaxagoram mixta ex infinitis multitudine ſimilaribus, & ſecundum Empedoclē ex quatuor elementis interdum amicitia coeuntibus & congregatis, interdū odio riteque ſeiunctis, quæ tunc faciebant hunc mundum. Et Theophraſtus Anaxagoræ, & Anaximandri ſententiam redigens in eandem, ita explicauit uerba Anaxagoræ tāquam ipſe poſuerit unam naturam cōmunem ipſum ſubiectum. Sic autem ſcribit in libro ſuę naturalis hiſtoriæ. His itaq; acceptis uideretur ſtatuere materialia principia infinita, ut dictum eſt. & motus generationiſq; unam cauſam, ſed ſiquis mixtionem cōgeriemq; omnium opinaretur unam eſſe naturā ſpecie & magnitudine infinitam quod ſane uidebatur dicere uelle, accidit dubio procul, ut ipſe duo principia aſſerat, ſcilicet naturam infiniti, & mentem, quare omnino apparet corporalia elemēta ſimiliter aſſerere ut ſtatuit Anaximāder. Cæterum merito poſt eos qui unum tradunt principium eē, ſiue immobile, ſiue mobile, & ante eos qui uidētur, duntaxat plura principia ſtatuere, ceu Democritus ordinauit eos qui unū & plura autumāt principia. Nam medium ordinis locum tenēt, hi nanq; dicētes unū principium conueniunt cum illis qui congregatione & ſeparatione rerum ortum generationē fieri tradant. Anaxagoras autem his qui ſeparatione ortum fieri aiunt potius addictus eſt. Differunt autem illi qui aiunt unum eſſe ſolum principium, & hi qui unum & plura tradunt principia inter ſe, imprimis quidem, quoniam Anaxagoras fert mūdum ſemel ex mixtura & congerie ortum, deinceps uero permanere rectum gubernatū ac ſeparatum ab ipſa mēte ſubſiſtente. At Emdedocles ſucceſſu quodam partium iuxta quaſdam cōuerſiones ſemper &

reditus aliquando quatuor elementorum congregationem ab amicitia fieri,aliquãdo ab odio ſegregationem ſtatuit. Deinde Anaxa.ſuppoſuit multa principia ex quibus uniuerſum cõſtabat eſſe infinita,& hęc ſimilaria uocauit. Empedo.autẽ ſtatuit ea eſſe finita.Nam poſuit quatuor principia quę omnium ſapiẽtum fama elementa nuncupata fuere. Item alter ſimilaria eſſe principia tulit,alter uero elementa. Et ut Alexan.refert adiecit ” Ariſto. { & contraria } tribuendo Anax.hanc particulã,quoniam contrarietates ſunt in ipſis ſimilaribus, ceu etiam ſunt omnes differẽtiæ,icirco inquit id quod paulo ſupra dictum eſt ſcilicet uel & contraria magis ad Anaxagoræ opinionem referendum eſſe. At nonne etiam in elementis ſunt cõtrarietates, ceu calidum frigidum,ſiccum,humidum,graue,leue,& alia id ” genus,quare cõmuniter hæc particula { & contraria } utriq; opinioni conuenit. Niſi ergo in elmtis dũtaxat nõnullę contrarietates ſint,at in ipſis ſimilaribus ſimul omnia contraria ſunt, ceu etiam oẽs differentiæ, & ob id Anaxagoræ opinioni magis ea particula dicta cum articulo & contraria cõuenit quam Empedocli. Vel forte & in elementis ſunt omnia contraria,ſiquidem ſint elementa principia,ſed non proxime cõtraria,ceu in ſimilaribus ea ſunt. Nam dulce & amarũ ſi forte fortuna ex conſtitutione elementorum proueniunt, non tamen primo inſunt elementis,ſed per caliditatem, frigiditatem, ſiccitatem,& humiditatem inſunt. At in ipſis ſimilaribus,ueluti prima et per ſe inſunt,ceu & contrarietates colorum. Vel etiam dici poteſt quod in ſimilaribus alię ante alias contrarietates inſunt,& per primas ſecundę inſunt. Porro Anaxa.dicit in primo ſuorũ naturalium,ex nebulis quidem aqua ſeparatur, ex aqua terra,& terra lapis ab ipſo frigido condenſatę,ſed hi lapides magis aqua ſpoliantur. Quod autem Anaxagoras inquiat ex quadam omniuoi congerie quodamque miſcellaneo ſimilaria multitudine infinita ſecerni,cum ſingula in ſingulis ſint, & unumquodque denominetur & deſignetur ſecundũ id quod dominatur & cæteris prępualet,indicat inito ſui primi libri de rebus naturalibus dicens,ſimul omnes erant multitudine & paruitate infinitę. Et enim exiguum erat infinitum,& cum omnia ſimul inſint nihil erat perſpicuum & manifeſtum ob paruitatẽ ſuam. Nam cuncta continebant aer & ignis ambo infiniti,quippe hæc elementa omnibus coniunctis uniuerſiſq; multitudine & magnitudine inſint,& paulopoſt dicit. Etenim aer & æther ſeiunguntur ab ipſo continente multo & continens eſt ipſa multitudo infinita,& poſt pauca inquit. His ita ſe habentibus oportet uidere plura et ſingula uniuerſaque in ſingulis concretis cõmixtiſque eſſe ac ſemina ueluti genitalia rerum quæ habeant ideas colores & uoluptates,unde inquit priuſquam ſecernerẽtur cuncta ſimul exiſtentibus nullus patens manifeſtuſque color aderat. Nam tum uetuit omnium rerum cõmixtio, ceu humidi, ſicci, calidi,frigidi,ſplendidi,obſcuri,tenebroſius,offuſci, terrę q̃ nõ exigua inerat,& ſeminum infinitorum multitudinis,quæ inter ſe non uidebantur diuerſa. Nam nihil aliorum uidebatur alterum diuerſumque ab altero. Item quod neque aliquid ſimilarium fiat, neq; corrumpatur,ſed talia ſempiterna ſint, indicat dicens. His ſic ſeiunctis cognoſcere oportet cuncta,neq; pauciora,neque magis plura euadere, neq; id quod maius eſt eſſe, aut multum eſſe efficacius omnibus,ſed cũcta uiribus ſemper ęquantur continuoque ęqualia ſunt. Hæc igitur de miſcella cõgerieq; illa ſimilarium tulit Anaxagoras. Sed de mẽte hęc ſcripſit. Mens autem infinita & ſuopte imperio cuncta poteſt,atq; nulli rei miſcetur,ſed ipſa ſola in ſeipſo eſt, quod ſi in ſeipſa nõ erat,ſed alicui alteri mixta,profecto participaſſet omnibus rebus ſi alicui mixta erat. Nam in ſingulis ſingula infinita ſunt, ceu dixi ſuperioribus uerbis,& uetuerũt cõmixta ipſam miſceri,ut ſimiliter cunctis rebus imperaret atq; ut ſola in ſeipſa eẽt, nam mens eſt omnium rerum ſubtiliſsima & puriſsima quæ de omnibus rebus,atque uniuerſo iudicium & cognitionẽ generalem obtinet,atque eſt potentia uique immenſa. Item omnibus quæcunque animam habent, & minora maioraq; ſunt mẽs dominatur. atque uniuerſæ ſeparationi undiq; mens pręfuit & imperauit,ut ſuum imperium ſeparatum eſſet undique & ipſa primum cœpit à paruo undique ſecedere ſeiungiq; & cum à maiore ſeparetur magis ſegregabitur, etiam atq; etiam à maiore,& ita mens omnia cõmixta concretaue ac ſeparata nouit,atque cuncta qualia futura eſſent qualiaque fuerunt,& quæcũque modo ſunt atque erunt inſuper talem ſegregationẽ quam nunc obtinent aſtra,ſol,luna,aer, æther ſeparata, mens ornatu ordine digeſſit ac diſtinxit, atq; ipſa ſeparatio. Item ſecernitur à raro denſum,à frigido calidum,ab obſcuro ſplendidum ab humido ſiccũ,atq; alia multa & infinita ab alijs multis & infinitis ſeparantur,uerum nihil prorſus ſeparatur ab altero præter mentem,quæ uniuerſa ſimilis eſt maior & minor. Nullum nãq; alterum eſt alterũ ſimile, ſed cum uni alicui plura inſint,hæc manifeſtiſsime unũquodq; eſt & fuit. Sed quod ultra hæc Anaxagoras duplicem rerum ordinem atque diſpoſitionem deſcriptionemue ſtatuerit,aliam quidem intellectualem,& aliam ſenſibilem ab illa proficiſcentem,perſpicuum inquam eſt ex dictis,ſed etiam ex his liquet. Mens autem quæcunq; ſunt potentia ualidaq; & nunc ſunt,ut etiam alia cuncta in continente plura,atque in his q̃ coniuncta congregata ſunt, & in his quæ abiuncta & ſepata. Et quãquã dixerit ineſſe plura & uaria in ſingulis congregans atq; ſemina omnium rerum ideaſq; uarias diuerſoſq; prorſus habentia colores & uoluptates,ac homines cõmiſceri & alia animalia, quæcunq; animam habent, infert tamen, hominibus eſſe ciuitates continuas & deductas eſtque opera,ceu à nobis elaborata,& illis adeſſe ſolem lunam,atq; alia quemadmodum ſunt apud nos. Item eiſdem terram ꝓducere plura & uaria quibus illi maxime utilia in domum trahentes utuntur. Item quod aliam deſcriptionem & ordinem præter eam quę apud nos indicet inſinuetq; ex his indicat, q̃ nos nõ ſemel diximus. Quod etiam neq; ſenſibilem illam rerum digeſtionem deſcriptionemq; putet tempore hãc præcedere his uerbis liquet cum dicit,quibus illi quæ maxime uiuant trahentes in domum utuntur. Non enim dixit utebanẽ, ſed utuntur. Item neq; uelut ſecundum quaſdam alias domos illius conſtitutiones ſimiles exiſtentes conſtitutioni ciuitatum noſtrarum apud nos dixit. Non enim tulit ſolem & lunam eſſe eodem modo apud illos,& apud nos,ſed ſolem & lunam quẽadmodum apud nos tanquam de alijs dicens,ſcilicet de rebus ſenſibilibus quæ ſunt apud nos. Sed nunquid hæc ita,uel alio modo ſe habeãt,inquiſitione dignum eſt,quibus miſſis ueniamus ad Empedoclem,qui unũ & plura finita principia ac inſtaurationem uiciſſitudinariam rerum ſecũdum cõuerſionem ſucceſſiuiſq; uicibus reditum,& generationem et corruptionẽ fieri ſecundum congregationem ſegregationemq; aſſerens ſic in primo ſuorum naturalium tradit.

Duplices dico,
Tunc enim augeretur ſolum eſſe ex pluribus,
Tunc uero econtra ex uno diminuitur pluribus conſtans,
Daretur autem mortalium ortus,atq; interitus
Illum enim cunctorum coitus parit & perdit,
Hic autem rurſus enaſcentia molliens metit.
Et hęc cum ſeſe mutuo alternãt ſucceſſu nunquam deſunt,
Interdum amore cuncta in unum conuenere,
Interdum ſingula econtra ſeiuncta lis odio habet,
Qua rurſus uno conſiſtente id pluribus cõſtans perficitur,
Qua etiam fiunt,nec æuum quidem manet ſtabile ipſis,
Qua ſeſe ſucceſſu alternant aſsiduo nunquam deſunt,
Hac ſemper immobilia ſunt circuli ad inſtar reditus in idem.
Sed age fabulas audi,
Nam ebrietas mentes augebit,
Vt enim et priuſquam dixi nuncians terminos fabularum duplices dico,
Tunc enim unum augeretur ſolum eſſe ex pluribus,
Tunc autem econtra diminuitur ex uno pluribus conſtans
Ignis , aqua , terra , uaſta aeris altitudo, atque odium in ira cuncta diuiſit
Eorum unumquodq; ęquiualens,

Et amicitia in quibuſdā æquā latitudinem & longitudinē hēt,
Aliam cum mente aſpice, neq; oculis clara erit,
Quæ etiam mortalibus articulis iuncturiſq; inata eſſe putaſ,
Hac quoq; amica intelligentes ſimilia opera perficiunt,
Eas appellantes letitiam cognomine & uenerem,
Aliam cum ſingulis inuolutam nemo mortalis intellexit,
Tu autem audi uerborum concurſum non fallacem,
Nam hæc cuncta æqualia & coæua progenie ſunt,
Alij honori aliud imperat,
Propter conſuetudinem unicuiq;,
Viciſſim orbis reuoluti imperant,
Præterea neq; adnaſcuntur, neq; ſubdeficiunt,
Nam ſi alterno interitent interitu amplius non eſſent,
Hoc aūt uniuerſum adaugeretur, ſed ſiquid & unde ueniens,
Et ubi interiret,
Cum horum nulla ſit ſolitudo,
Sed hæc ſunt eadem,
Et mutuo cum ſeſe miſcent aliud atque aliud continuum ſemper ſimile ſit,

Vnde Empedocles his uerbis tradit unū fieri ex pluribus, ſcilicet quatuor elementis, & hoc fieri interdū dominante amicitia, interdum odio ſuperante indicat. Nam quod neutrū horū prorſus pereat deficiatq; hiſce uerbis inſinuat quibus dicit cūcta æqualia ac coæua progenie eſſe, atq; nihil adnaſci, nihilq; ſubdeficere. Vnde alia plura eſſe dixit, ex quibus unum fit. Nō enim amicitia dūtaxat unum eſt, ſed etiam lis odiumue in unū redigitur & eſt. Verum alia plura dicens infert uniuſcuiuſq; dicti characterem & determinationem, cum appellet ignem ſolem, aerem ſplendorem & coelum, aquā uero imbrem & mare, ſic autem dicit.

Sed age coaptans priora in teſtimonium reſpice,
Si aliquid & in prioribus erat pingui forma lignum,
Solem quidem calidum uidere & lucidum prorſus
Immortalia quæcunq; indigebant & aliquid ſplendore,
In cunctis nubibus ac rigidus imber,
Ex terra radices ac ſolida effluunt,
In ira cuncta biformia & diuiſa ſunt,
Coeunt amore ac ſe mutuo deſiderio iungunt,
Ex his enim cuncta fuere quæcunq; ſunt & erunt,
Arbores germinarunt, uiri, atque mulieres,
Feræ aues & piſces aqua nutriti,
Dij quoq; longæui laudibus clari,
Nam hæc ſunt eadem,
Et mutuo cum ſeſe miſcent diuerſa uariaq; fiunt,
Nam hæc lis diſcrimenq; mutat.

Vnde euidens manifeſtumque exemplum quod ex eiſdem diuerſa fiant, adiecit dicens.

Ceu cū pictas ſtatuas uiri artis expertes nemie edocti uariegāt.
Hi cum ergo capiūt manibus pigmenta multorū colorum,
Statim coaptant alia magis, alia minus,
Ex his formas prorſus ſimiles ornant,
Arborum ſcilicet, parietum, hominum atq; mulierum
Ferarum, auium, piſcium qui aqua nutriuntur,
Deorum qui longæui ſunt laudibus clari,
Sic neq; decipiūtur mentes, cum abūde mortalium fontem,
Quæcunq; immenſa manifeſta fecere,
Sed grauiter hæc ſcias dei præter fabulam audiens.

Et quod quidem plura hujuſmodi in mundo generabili ſpectet, & non modo odium, ſed amicitiam eo conſtat quod dicit ab his fieri arbores homines mulieres & feras, quod etiam ſeſe mutuo & inter ſe mutent, indicat dicens.

Viciſſim imperant reuoluti orbis,
Et mutuo ſeſe perimunt & augent ſucceſſu fortunę.

Quod præterea ſucceſſione perpetua ſint quæ ortui interituiq; obnoxia ſunt declarauit dicens.

Qua ſeſe mutuo alternant ſucceſſu nunquam deficiunt,
Hac rōne ſemper imobilia ſunt circuli iſtar rediens in idem.

Item quod duplicem rerū deſcriptionem duplicēq; mundi ordinem alterum ſcilicet intellectualē, & alium ſenſilem, atq; alium diuinum, alium uero caducum uiciſſitudiniq; obnoxiū, quorum alter habet hęc exēplari modo, alter uero modo ſimulachri impreſſi ea tenet, indicauit cum dicat non modo generabilia corruptibiliaq; ex his conſtare, ſed etiam deos. Niſi forſitan quiſpiam hoc more Empedoclis interpretaretur, & ex his putaret aliquis duplicem ordinem iuſinuaſſe & deſcriptionem mundi cum dicit.

Nam hæc ſibi ipſis eadem partibus,
Tellus/ſol/coelum/atque mare,
Quæcūq; in mortalibus ipſam apta ſunt formare,
Ita eodē mō quæcūq; cōplexionem ſuppeditant magis ſunt,
Ea mutuo uenus connectit ſimilia facta,
Pugnant inimicitia ſtirpem/ac complexionem eorum inter ſe maxime diuidit,
Et ſpēbus formans prorſus naſci inſueta & ualde difficilia,
Odio generati q̄d ipſimet ſoboles cōcupiſcunt & concitāt.

Etenim quod in mortalibus hæc cohereant ſignificauit, ſed in intellectualibus magis uniuntur, et inuicem Venus coniungit factaq; ſimilia, & ſi undiq; tamen magis intellectualia aſſimilantur, ſenſibilia uero cum, eis dominaē odium, & ſunt maxime diſperſa ortu qui fit ſm congregationem & complexionem, in ipſis ſpeciebus formatis & ſimilibus ſuſtinēt ſubeūtq; generationes odij, & temere ſe hñt ad unionem inter ſe. Quod uero & ipſe generationem ſecundum ſegregationem quandam & congregationem ſtatuerit, quæ propoſita ſunt à principio indicant. Nam dicebat ipſe.

Tunc enim unum augeretur ſolum eſſe ex pluribus,
Tunc econtra diminueretur conſtans pluribus ex uno.

Et illa ſane generatio & corruptio nihil aliud eſt quam ſola mixtio & ſeparatio miſcibilium, concurſuſque eorūdem & ſolutio ſucceſſu fortunæ.

Videtur autē Anaxagoras ſic infinita opinari, quoniam putabat cōmunem opinionem Phyſicorum eſſe veram, quod nihil fit ex eo quod non eſt. ꝓpter hoc enim ſic dicunt. erāt ſimul omnia. & fieri huiuſmodi, ſtatuerūtq; alterari. Alij autem, congregationem, & ſegregationem. Tex. 31.

Et in hoc Platonis uenuſtatem Ariſto. æmulatus uult introducere ueteres uiroſque fama & opinione præclaros tāquam non prorſus abſurda dicentes, neque eos iudicium & ſententiam ſuam proferentes decernenteſque deſpicere, atque negligere, ſed quaſdam rationes afferre uult, quibus ipſi ad aſtruendas demonſtrandaſque ſuas opiniones alioqui apparentes deducti ſunt. Et imprimis aggreditur Anaxagoram. Vnde poſt eos qui unum eſſe ens tradunt, eos qui aſtruunt infinita principia diligenter examinare explorareque proponet. Nam longe ſtultior abſurdiorq; uidetur eſſe opinio eorum qui unum eſſe principium & immobile dicunt eo quod tollunt principium et naturam de medio. Secunda autem opinio abſurda eſt eorum qui ponunt infinita principia eo quod infinitum definiri deſcribi cognoſcique non poteſt. His ergo confutatis deinceps introducitur eorum ſententia quæ ſtatuit plura & finita principia. Inquit igitur Anaxagoram in opinionem de ſimilaribus incidiſſe propter duas cauſas, quarum una eſt, quia putauit communem opinionem naturalium ueram eſſe, quæ aſſerit nihil fieri ex non ente, ſed omnia quæ fiunt ex ente trahere ortum atque originem. Etenim Parmenides quoque oſtēdit uere ens ingenitum eſſe, quia ipſum, neque ex ente, neque ex non ente fieri poteſt. Nam oportet ex quodam fieri, & nō ens nihil eſt, unde cauſam cur omne quod gignit ex ente fieri debeat. Parmenides pulchre recteque adiecit. Nam inquit. ſi prorſus ex non ente fit, quæ eſt iſta aſſignatio, quæque maior ratio eſt ut hoc fiat quando fiebat & non prius uel poſterius? Scribit autem hunc in modum. Com. 30.

Nam quem ortum ipſius fuiſſe quære ubi undeq; auctum,

Neq; ſinam ex non ente dicere neq; intelligere,
Non enim dici poteſt neque intelligi quõ non eſt.
Quænam opportunitas quicqd illud impetu ſcuit poſtea magis quam prius à nullo inchoatum naſci.

Etiam Meliſſus de ente demonſtrauit ingenitum, cum hoc axiomate hacq; dignitate cõmuni uſus ſit. Scribit aut ſic. Semper erat quod erat, & ſemper erit. Nam ſi fiebat neceſſariũ eſt priuſquã fieret nihil eſſe, ſi autẽ nihil erat, ꝑfecto nihil prorſus fieret ex nihilo. Hoc igitur prologuium et cõmune conceſſum accipiens Anaxagoras ueluti dignitatẽ, ſcilicet nihil ex non ente fieri, uidetur ui uerborum ſuorum talem rationẽ interrogare rogareq; num id quod fit ex ente, an ex non ente fiat, ſed ex non ente fieri nequit, igitur ex ente, ſi autem hoc admittitur & illud ineſt ei ex quo fit, quoniam extrinſecus nihil ingredi appareret, ceu cũ ex equis fiunt ueſpę, uel ex aq̃ aer, igitur i ſimilaria te, ideſt in ſimilari principio caro, ſanguis, aurum, plũbum, dulce, acutum, ceu amarum, & albũ, ſed hæc paruitate ſua inſenſibilia nobis ſunt cum ſint ſingula in ſingulis. Nam unde uidetur unumquodq; ex unoquoq; fieri, quãquã etiam mulos aliis interceptis id fieret, niſi ſingula eſſent in ſingulis. Verum unũquodque apparet & appellatur ex eo quod prævalet cęteris in ipſa mixtione. Etenim pure hoc album, nigrum, dulce, carnes, uel os non eſt, ſed illud quo abundat res uidetur eẽ natura rei cum ſemper ſingula i ſingulis ſint. Nam ut tradit Anaxagoras nulla res fit, neq; interit, ſed ab exiſtentibus rebus, uel cõmiſcetur, uel ſegregatur. Iccirco Anaxagoras mox initio ſui operis inquit. Erant ſimul omnia, unde hanc generationem conſtituit eſſe alterationem, tanquã hoc dictum ſit contra Anaxagoram inquit Alexander, qñ & in libro de generatione Ariſto. dãnauit Anaxagoram tanquã appellãtem rerum coitum congregationem & ſeparationem ipſam alterationem. Sic itaque Ariſt. inquit. Atqui Anaxagoras propriam uocem ignorauit. Porro dicit tãquam generationem & interitum talem conſtituit alterationem. Non enim ꝓprio alterationis nomine per ipſam congregationem uſus eſt. At Porphyrius aliter ſentit dicens hoc erant ſimul omnes res in Anaxagoram retcoſſe, ſed generationem eſſe alterationem Anaximeni, congregationem, autem & ſegregationem Democrito & Empedocli tribuit. Sed pace Porphyrii Anaxago. primo ſuorum naturalium plane tradit generationem & corruptionem eſſe cõgregationem & ſegregationem. Sic itaquam ſcribit generationem & interitũ non recte exiſtimant ſeruntq; eſſe. Nulla enim res fit neq; interit, ſed ab his quæ inſunt congregatur & ſecernitur. Vnde hoc modo recte appellarent generationem cõmixtionem coitũq; rerum, & corruptionem diſgregationem. Hęc itaque omnia. i. erant ſimul omnia, atq; generationem eſſe per alterationẽ, uel congregationem & ſegregationem accepit ad faciendam fidẽ ut nihil ex non ente fieret, ſed ex ente omni ꝑdiu & omni quæ fiunt. Nam alteratio eſt affectio paſſioq; circa ens, & congregatio & ſegregatio uerſantur circa entia.

Tex. 34. Amplius autẽ, ex eo quod fiunt ex alterutris contraria inerat ergo. Si enim omne quod fit, neceſſe eſt fieri, aut ex his quæ ſunt, aut ex his quæ non ſunt, horum autẽ id quod eſt, ex his quę non ſunt fieri, impoſſibile eſt (de hac enim conueniũt opinione, omnes qui de natura) reliquũ, iam contingere ex neceſſitate putauerũt, ex his quidem quæ ſunt & inſunt, fieri. ſed propter paruitatem magnitudinum, ex inſenſibilibus nobis. vnde, dicunt omne in omni miſceri, propterea quod omne ex omni videbant fieri. apparere autem differentia, & appellari altera ab inuicem, ex eo quod maxime ſuperabũdat, propter multitudinem in miſtura infinitorum. ſincere enim totum album, aut nigrum, aut dulce, aut carnẽ, aut os non eſſe. ſed cuius plurimum vnumquodq; habet, hoc videri eſſe naturam rei.

Com. 31. Hanc ſecũdam cauſam aſſignat cur Anaxagoras ſtatuerit eſſe principia ſimilaria. Nam dicebat ſi cõtraria ſuapte natura ſeſe mutuo interimunt atq; perdunt, & unum alterum nõ efficit, & uidentur contraria ex contrariis fieri, quid aliud ergo aliquis ſuſpicaretur, quam contraria cum inſint contrariis, ex eiſdem ſecerni ſequeſtrique quippe contrarium ex contrario fieri nequeat. Et ſane uidetur abſurdum cõtraria contrariis ineſſe, ſæpe tamen mutuo contraria ſimul ſunt non ſolum ſecũdum appoſitionem, ſed etiam ſecundum complexionem. Atqui cõtrarium fieri ex contrario ſi uelut ab efficiẽte fieri aliquis dicat abſurdum per ſe eſt. Nam unumquodq; ſimile ſibi efficit. Cęterum inferens adducenſq; ſecundam cauſam primæ eandem cur Anaxagoras tradiderit hoc modo generationem, deinceps colligit dicta eius quæ continent ſyllogiſmum & demonſtrationem, et cõcludit ipſum dicere ex his ambobus, ſcilicet ex eo quod nihil fit ex nõ ente, & eo q̃d cõtraria ex cõtrariis fieri uidentur, ea quæ uidentur fieri cum inſint ſecerni ac ſeparari.

Tex. 35. Si igitur infinitum ſecũdum quod infinitum, ignotum eſt, ſecundum multitudinẽ, aut magnitudinem infinitum, ignotum quãtum quoddam eſt. ſecundum ſpeciem autem infinitum, ignotũ quale quoddam eſt. principiis autẽ exiſtentibus infinitis ſecundum multitudinem & ſecundũ ſpeciem, impoſſibile eſt ea q̃ ſunt ex his, cognoſcere. ſic enim cognoſcere, cõpoſitum arbitramur, cum cognoſcimus ex quibus, & quot ſit.

Com. 32. Cum primo id quod ſuadebat ueriſimilemque opinionem Anaxagoræ faciebat auulerit expoſuerit que, ne quis ſecum aliquando cogitaret ac exiſtimaret rationem eius eo quod nullo fulta auxilio, inopſque eſſet confutari, uertitur modo ad deſtruendum tollẽdumque eam prorſus de medio. Verum mihi uidetur cum Anaxagoras multas cõclutiones, atque dignitates adferret, tunc Ariſto. unicuique fere occurrere atque contradicere. Etenim Anaxagoram aſſeruiſſe infinita illico libri exordio panditur quo ipſe inquit. Erant ſimul omnia multitudine & paruitate tulit & in principiis non eſſe minimũ, neque maximum. Neque enim (inquit) parui ex minimum, ſed ſemper minus, nam quod eſt non eſſe non poteſt, pariter & magni ſemper maius eſt, & quale eſt multitudine ipſi paruo. Itẽ unumquodque eſt ad ſeipſum magnum & paruum. Nam ſi ſingula in ſingulis, & ſingula ex ſingulis ſecernuntur, & ſequeſtrantur, etiam ab eo quod minimum eſſe uidetur aliquod minus illo ſegregabitur, atque id quod maximum uidetur ſecungeretur ſecerneretur que ab aliquo ſeipſo maiore. Vnde plane dicit. Et quod in ſingulis uniuſcuiuſque pars ineſt præter mẽtem, in quibuſdam tamẽ mens eſt, & rurſus quoniam alia uniuerſi partem habent, mens autẽ eſt infinita & præpotens quæ nulli miſcetur. Et alibi ſic dicit, quãdo etiam fuerint partes magni paruique æquales, ſic etiam multitudo erit, & in unaquaque ſingula erunt, neque ſeorſum eſſe queunt, ſed ſingula uniuſcuiuſque parte participant, cum autem eſſentia minimi non ſit, neque poterit ſeparari, neque quicquam in ſeipſo fieri, ſed uti principio ortus ſe habebat, ſic etiam nunc omnia ſimul ſunt, ſed in ſingulis plura ſunt, & eorum quæ ſeparantur ęqualis eſt multitudo in maioribus & minoribus. Vnde Anaxagoras putaret unumquodque ſimilare ſenſile ſecũdum compoſitionem ſimilium fieri deſignari atque denominari. Nam dicit, ſed cuius uni plura adſunt, hæc manifeſtiſſime unumquodque eſt & erat, quibus uidetur dicere quod mens mutatur periclitaturque ipſa ſecernere ac ſegregare, & ea non poteſt

abiungere

abiungere & ſemouere. Porro Ariſt. in has dignitates inuehi uolēs primo inuehitur in eam dignitatem qua tradit Anax. infinita eſſe principia, & utitur argumēto qđ eſt cōmune, ut inquit Porphyrius cōtra Leucippū/Democritū/Metrodorū atq; omnes qui tradunt principia eſſe infinita. Equidē cū duplex ſit infinitū, uel ſm quātitatē uel ſm qualitatē, & īfinitū ſm quātitatem ēt duplex, uel multitudine, uel magnitudine infinitū, omnes quos recenſuimus ferūt infinita elīta eē, Leucippus autem & Democritus cū aſſeruerint uacuū infinitū, magnitudine infinitū eē autumarunt. Anaxa. uero infinitas ſimilaritates uel ſimilaria ſpē infinita uidetur aſſerere, qn̄qdē aſſerat nullū alterū infinitū ſiſe alteri eē, ſi ergo infinitū qua infinitū cōprehendi neq̄ ꝓfecto neq; cognoſci poterūt principia & elīta quibus oīa cōſtant, quare ēt ea ꝗ principijs cōſtant erūt ignota. Nā tūc putamus unūquodq; cognoſcere cū cās primas atq; principia prima aīo cōcipimus, q̄re his q cupiūt aliquā ſcientiā eorū, ꝗ ex his ſuppoſitionib⁹ inferūtur, accidit potius cōtrariū id eſt ignorantiā aſſeq. Vn̄ argumētū qđ Ariſto. breuiter poſuit uirtute tale ē. Similaritates aut ſiſaria ſpē nūero.q; ſunt infinita, ſed infinitū qua infinitū eſt ignotū, igiē ſiſaritates, ſunt ignotę, cui argumēto ſi ultro adiecens aſſumpſeriſq; ſimilaritates eē rerū principia, ꝯcludes ꝓfecto entia hēe pricipia ignota, cui ēt ſi addideris hoc, ſcilicet quorū principia ignorant, ea ēt percipi nequeūt, ꝯcludes colligeſq; entia, & ea ꝗ ſunt cognoſci nō poſſe, ſiquidē ſint eorū principia ignota. Sed qđ ea ignota habeātur, quorū principia captu cognituq; haberi nequeūt, demōſtrauit ex hoc, q̄a cōpoſitum ſcire callereq; illius cognitionē arbitramur, cum ſcimus ꝗ quotq; ſint ea q̄bus cōpoſitū cōſtat. Verū qđ Anax. hūc in modū dixerit īfinitū, ſcilicet infinitum principaliū ſpecierū multitudine, ceu nobis incōprehenſibile, ſed non ueluti naturæ infinitum, perſpicuū eſt ex his dictis quę in mediū affert. Mens nouit ea ꝗ ſimul miſcētur, ſeparantur & ſegregātur, & qualia futura hæc eēnt, q̄liaq; antea erant. Et qualia mō ſunt & erunt cūcta mens ipſa digeſſit. Si ergo principia cognita perſpectaq; mēti fuerit, igitur nō erūt nā infinita. Verūenimuero qđ dicit Ariſt. uerū eſt, qm̄ ſi principiorū ſpēs ſunt īfinitę ignotęq;, ēt ea ꝗ hiſce principijs cōſtāt ignota erunt. Sciendū eſt Porphyriū, ut dixi exiſtimaſſe cōem eē hāc obiectionē in oēs qui infinita elīta ſtatuunt. Alex. autē tanquā cōtra ſolum Anax. adductā eē intelligit. Et ſalua pace Porphyrij cōſentanea magis eſt ſnīa Alex. quoniā Leucippus ac Democritus & alij infinita ſtatuerint principia, nō ipſorū ſpeciem & ſubſtantiā unā & definitā eē ſtatuerunt, q̄re nō erit ſecundum hos principium ignotum, niſi figuras & alia quædam quæ principijs accommodantur ſpecie ſint infinita. Anaxagoras autem principia infinita non ſolum multitudine, ſed etiam ſpecie eſſe ſtatuerit, concedet admittetque hoc abſurdum quod uidetur inferri, ſcilicet ea etiam ignorari quæ principijs conſtant.

Tex. 36. Amplius autē ſi neceſſe eſt cuius partem contingit quantulācunque eſſe ſecundū magnitudinem & paruitatem, & ipſum contingere (dico autem talium aliquam partium, in quam cum inſit diuiditur totum) ſi autem impoſſibile eſt animal aut plantam quantamcunqe eſſe ſecundum magnitudinem & paruitatē: manifeſtū eſt quod neque partium quanlibet. erit enim & totum, ſimiliter. Caro autem & os & huiuſmodi, partes ſunt animalis, & fructus plantarum. Manifeſtum eſt igitur, quod impoſſibile eſt carnem, aut os, aut aliquid aliud, quantumcunque eſſe magnitudine, aut in maius, aut in minus.

Com. 35. Cum dicat Anaxagoras neque parui minimum eſſe, ſed ſemper minus eſt, neque maximum, ut etiam ipſa uerba Anaxagoræ indicant, & Theophraſtus recenſendo ſecundam rationem Anaxagoræ hæc ſcribit. Deinde aſſerere ſingula eſſe in ſingulis, tum quia infinita ſunt magnitudine & paruitate, tum etiam quod ſumendum non eſt minimum nec maximum, non ſuppetit ad perſuadendum ſuam ſententiam, hoc idem Ariſtoteles pariter deſtruit & tollit, atque ſimul tanquam opportunum utileque ſibi ad alia fere omnia demonſtranda, prius oſtendit quodam tali ſyllogiſmo minimum eſſe, & inquit ſi alicuius uniuerſi totiuſque partes magnitudine & paruitate quantæuis accipi queunt. Nam hoc eſt nec minimum nec maximum, definire, profecto & ipſum totum poteſt magnitudine & paruitate quantumuis eſſe, atqui uniuerſum totumque non poteſt quantumuis eſſe, igitur neque partes queunt quantæuis eſſe per ſecundam formam ſyllogiſmorum hypotheticorum, in qua ratione deductum ceu manifeſtum euidenſque poſuit. Nam perſpicuum eſt quod ſi quippiam componitur, ex quibuſdam partibus ceu ex pedibus manibus, capite conſtituatur, quod ſi hæc fieri maiores ſemper & minores eſſe poſſunt, patet etiam id quod eſt compoſitione harum cum illę maiores minoreſq; fuerint, maius minuſq; fore, & hoc abibit in infinitum, & tandiu uiciſſim maius minuſq; euadere quandiu partes minuuntur & augentur. Aſſumptionem ſcilicet deſtructionem conſequentis probat ex manifeſtis euidentibuſq;. Nam ex ſimilaribus concreta compoſitaq; tota & uniuerſa ceu animal quoduis, uel planta non poſſunt quantauis eſſe, quippe nec homo nec ficus magnitudinem milij uel terminos haberi poſſint, ſed eorum magnitudo in maius et in terminos certa definitaque eſt, igitur & magnitudo uniuſcuiuſque partis ipſorum in quam diuiduntur, finita ac terminata eſt, neque poteſt quantauis caro accipi, ſiquidem caro ſit animalis pars, alioquin erit etiam illud animal, cuius caro eſt pars quantumuis, ex his inquam ſimilaribus animal a componuntur, & in eaſdem diuiduntur apud Anaxagoram. Nam nullum horum quæ diximus apud ipſum ſuperiorem locum obtinent, igitur horum certa erit ac definita magnitudo quouſque attigerit, propriam ſedem. At ſiquis diceret omnem magnitudinem eſſe diuiſilem in infinitum, idcirco quocunque accepto minus accipi poteſt, is ſciat, ſimilaria non eſſe ſimpliciter magnitudines, ſed tales iam magnitudines, ceu caro, os, plumbum, aurum, & cætera id genus, quæ ſi in infinitum diuiderentur, non poſſent ſeruare ſuam formam & ſpeciem. Nam hæc ut magnitudines diuiderentur in infinitum, ſed ut caro & os non amplius diuiderentur, item alia principia Anaxagoras ſtatuit quæ non eſſent diuiſibilia, atque totum dixit ex illius conſtitui partibus in quas actu ſeparatas, ceu ſimilares, ſed non ueluti corpora qua corpora etiam diuiditur. Iccirco Ariſtoteles ut tuto ſecureque proferat hoc adiecit. { Dico autem aliquam talium partium quę inſunt & inquas diuiditur totum. } Non enim diuiditur totum in corpora uel in ipſa incorporea, ſed in carnes, oſſa, & cętera id genus, quæ apud Anaxagoram ſunt incorruptibilia expertiaque interitus quare non ſuſtinerent diuiſionem propriæ formę uſque ad interitum & perniciem. Item neque partes quæ actu inſunt ex diuiſione in infinitum fiunt, ſed potentia ſolum inſunt infinitæ. Item quod paulo prius diximus Ariſtoteles adiecit ob eas partes quæ alicuius partes eſſe dicuntur, tamen totum in eis non diuideretur, quales ſunt materia & forma quæ partes compoſiti dici ſolent. Cæterum cum Ariſtoteles dicit { & fructus plantarum } Alexander tradit ipſum dixiſſe pro hoc, ſcilicet ſpermata ſeminaque plantarum. Nam ex his componuntur plantæ, idcirco paulopoſt pro fructu ſemina accipit, tanquam partem plantæ, in quibus dicit, quare neque caro, nec os, nec ſperma ſemenue plantarū quantūuis eſſe pōt. Nā ex his tam fructus ꝗ plantę cōponūtur. Verū in ijs libris

q ad me ꝑuenerunt ea dictiūcula ꝑiculæue, ſcilicet nec ſperma ſemēue plātarū, nō inuenit̃, quēadmodū nec aliud ꝙ Ale. hūc in modū adiecit. Si ergo aīalia & plātæ nec quāta, neq; qt ſunt. i. (īqt Alex.) neq; uelut ꝯtinua, neq; uelut diſcreta in īfinitū hñt icrementū ſeu ꝓceſſum, neq; ꝓfecto ptes ꝯporū quāte uis erūt, neq; auctionē diminutionēq; in īfinitū habebūt. Sed uide iā quo referāt̃ dicta ſolū ad hāc ꝑiculā quāta, et minime ad hāc qt q; indicare quātitatē diſcretā uelut oppoſitā huic quanta Alex. tradit. Nā hiſce uerbis nō demōſtrauit Ariſto. ꝙ aliqd nō ꝯponi ex īfinitis multitudīe. Itē magis ꝓprie interꝑtatus eēt ſi dixiſſet, ſi ergo aīalia & plātæ neq; quātauis, neq; qtuis ſunt ꝓ hoc neq; magnitudīe neq; multitudīe ī īfinitū abeūt ultroq; ꝯtinuo ꝓcedūt, qppe nō ſint idē q̄tū & quātauis q̄ ꝑicula. ſ. q̄tūuis ſignificat tm̄ quātitatē in īfinitū abire atq; creſcere. Dein de inqt Alex. adiecit Ariſt. { ſemē ſpermaq; } tāq̄ & ipa ſint q̄dā ptes ſiſ̄ares qb⁹ ꝑterfluētib⁹ et copia abūdātib⁹ plātę fiūt atq; eo ꝙ plātarū drīę ex diſcrimine ſeminū aſſati abūdātiū corporūq; eorū oriunt̃. At q̄ pace Alex. ſemē ex q̄ fit plāta, nō numerat̃ inter eas ptes in q̄s cū inſunt totū diuidit̃, qppe nec in aīali ſemē genitale ex q̄ fit, ſeruat̃ tāq̄ in illud ēt aīal diuidi q̄at. Videtur itaq; pleraq; exēplaria recte ꝯſcripta eē in qbus ſcribit̃. { Et fructus plātarū. } nā ut rami foliaq; ſunt, ita ēt fructus & ſeminis inuolucra q̄ ꝑicarpia Grēci uocāt, ptes fruicū ſunt in qbus diuidit̃ totū & eo inſunt atq; ſeiūgi q̄unt. Sed hæc ſuffi ciāt ꝓ euariatiōe exēplariū. Poſtremo aliqs defendēs Anaxa. diceret, qm̄ ſi unūqdq; aīal uel unaq̄q; plāta ex unaq̄q; ſpē ſimilariū hr̄et unā ſiſ̄aritatē ꝯponentē ceu unā carnē, & unū os, unūq; ſanguinē, neceſſariū eēt drīas aīaliū plātariūq; ſ̄m magnitudinē ſ eq auctionē & diminutionē ſiſ̄ariū. ſed ſi aīal multitudinē ex unaq̄q; ſpē ſiſ̄ariū hr̄et, ceu carnes multas, qd incōmodi abſurdiq; eēt ſi carnes in infinitū diminuerēt̃ & nō aīal. Sed ab hoc rogādū ē cū plures ſint carnes nū ergo finitę nūero ſint uel īfinitę, & ſi qdē finitę ceu duo uel tres, uel q̄tuor, uel decem, ſunt ꝓfecto magnitudo minimi & maximi certa definitaq; erit, ſi ỽo multitudine infinitę magnitudinē ergo q̄ ex infinitis magnitudinib⁹ ꝯſtat, neceſſe erit infinitā eē. nā finitū in finita diuidit̃, ꝙ qdē et. Ariſt. hiſce ſequētibus ỽbis ꝯtextus infert.

Tex. 37. Amplius, ſi in omnia inſunt quidem huiuſmodi in inuicem, & non fiunt, ſed ſegregantur cum inſint, dicuntur autem a pluri, ſit autem ex quolibet quodlibet, vt ex carne aqua, ſegregata, & caro ex aqua, omne autem corpus finitum conſumitur a corpore finito: manifeſtum eſt quod non contingit in unoquoque unumquodque eſſe. Remota enim ex aqua carne, & iterū alia facta ex reliqua ſegregatione, quamuis ſemper minor erit ſegregata, attamen non excedit magnitudinem aliquam paruitate. Quare ſiquidem ſtabit ſegregatio, non omne in omni inerit. in reliqua enim aqua, non inerit caro. Si uero non ſtabit, ſed habebit ſemper remotionem infinita magnitudine, æqualia finita inerunt, infinita ſed'm multitudinē. hoc aūt impoſſibile eſt.

Com. 34. Alex. qdē tradit Ariſt. uti argumēto ꝙ ꝓxime fecit ad oſtēdēdū mō neq; generationē ſegregatiōe fieri, neq; ſingula ī ſingulis eē ceu uidet̃ Anaxa. Cū igit̃ hic accipiat ceu ꝯceſſuz et ꝯ̄ceſſum minimū corp⁹ eē eo ꝙ dicit. Et ſi ſemꝑ mīor ea q̄ ſecernit̃, erit, nō tñ oī magnitudīe mīor euadet, { qppe nō ſit mīor ꝑuitate. ſ. minimo } ſi ergo ex aq̄ age aliqs ſepararet minimā carnē, qm̄ demōſtratū ē minimā eē, & is rurſus aliā ſecerneret & id ſemꝑ eff.ceret uľ adeo deficiet aliqñ ſeparatio ꝙ definit̃ & terminat̃ minime caro ut aq̄ amplius nō habeat reliquū carnis, & ita nō erit qdlibet ī quis, ſeu ſingula nō erūt ī ſingulis, uel non deficiet aliquando, quo pacto hęc aqua habebit aliquid ex q̄ caro definita aliq̄ magnitudīe ſeparet̃, qd ſi hoc admitt̃, infinitę nūero carnes ęq̄les inter ſe erūt. Nā minime carnes ęq̄les magnitudine in eadē aq̄ infinitę nūero erūt, hoc autē fieri neqt, qm̄ minima caro definita terminataq; ē, aq̄ amplius mior ſecerni ſeq̄ſtariq; nō pōt. Nā ſuꝑiore argumēto oñſum ē minimā carnē hr̄i, qd cū ita ſe habeat, nō pōt caro in īfinitū ſecerni ex hac aq̄, ſed neceſſe ē ſtare ſegregationē. q̄re nō q̄duis ex q̄uis ſegregādū ē, ſi āt ſemꝑ a ſeparata inqt miorē accipere liceret tūc nō deficeret ſegregatio ceu ſi a maxia cōtinuo demeret̃ qppiā. Sic ergo Alex. & Themiſt. expoſuere ꝯtextū. Sed nūqd q̄at hoc argumētū ſine ꝯcluſiōe prius oñſa nūc demōſtrari? Forſitā Ariſt. id qd ibi demōſtrauit fieri nō poſſe. ſ. q̄tāuis magnitudinē eē, ꝓcedit nūc de aliq̄ mō ipos ſupponere his ỽbis qbus dicit. { Et ſi ſemꝑ mior ea q̄ ſecernit̃, erit, tñ nō oī magnitudine mior euadet, } Vñ, ut puto, nūc Ari. nō oſtēdit ſimpl̃r ſegregationē deficere, ſed oñdit eo qd deficit & nō deficit aliqd abſurdi illis accidere q ferūt ſingula in ſingulis eē, & ſingula ex ſingulis ſecerni, ꝙ eē idē dictu generari putāt. Nam ex eo qd deficit, ambę dignitates tollūtur, ſi. n. deficeret caro à carne abiūcta, ꝓfecto ſingula in ſingulis nō erūt, neq; ſingula ex ſingulis ſecernūtur ſegregabunt̃. ꝙ qppe in reliq̄ aq̄ nō aderit caro. Atq ſi diceret̄ nō deficere, ſed ſemꝑ demi auferriq; poſſe dubio ꝓcul in magnitudīe finita huius aq̄ īfinitę multitudine magnitudines erūt, qd fieri nō pōt. Porro uī mihi hęc ỽba Ariſt. ſ. { ęq̄lia finita } & ea piter ỽba { nō tñ oī magnitudine mior euadet } fuiſſe in cā ut talē expoſitionē Alex. faceret. Nā, inqt, ſ̄m unāquāq; ſegregationē erit qdā nūerus ſeparatus à minimis, & ita erūt ſemꝑ aliq̄ mō æq̄lia ſublata eo ꝙ ſingula minima ſunt. At q̄ rō maior, q̄ue potior aſſignatio ē ut plura minima ſint, & nūq̄ ęq̄lia. ſ. æq̄lia magnitudine. Etenī, ut inqt, ſemꝑ minor erit ſeparata, ſed nō adeo mior, ut oī magnitudine mior euadat. i. & ſi ꝯcederet aliqs ipis ſemꝑ minorib⁹ minora accipi poſſe, nō euaderet aliq̄ minor oī magnitudine. Etenī magnitudinū diuiſio in magnitudines fit in īfinitū, tñ is q ſingula in ſingulis eē ꝯtenderet, & actu eadē eē, & nō potētia aſſereret, ut in īfinitū poſſint diuidi. Sed ēt poſſunt intelligi hęc ỽba textus ſ. ęq̄lia finita ꝓ ſiſ̄ia finita, ſed ſi finitū ē affectio paſſioq; quātitatis magis accōmodatius magiſq; ꝓprie intelligemus æq̄lia finita q̄ ſiſ̄ia finita eē dicēdū, totū igit̃ argumētū tollit ſingula in ſingulis eē, & q̄dlibet fieri uel ſegregari ex q̄libet qd prius accipit talē dignitatē oē corpus finitū dimetiē & ꝯſumit̃ à corpore finito, & ꝙ nos diximus { ꝯſumit̃ } ipe Ariſto. dixit in ꝓprijs ỽbis ꝯtextus q̄ ꝓpoſuimus, tollat̃. Nā ſi à cubito uel ulna finita ſemꝑ aliqd ſiſ̄i auferret̃, dubio ꝓcul ulna cubituſq; ꝓrſus tollet̃, fiat ergo ablatio nō captu rōnis & aī ꝯſideratione, qm̄ hoc mō nūq̄ deficiet ſed fiat ſ̄m eas ptes q̄ actu inſunt, & ſi hæ minime æq̄liter inerūt, q̄ igit̃ prius admiſſo atq; aſſumpto, oñdit fieri nō poſſe, ut unūqdq; ī unoquoq; ſit. i. ſingula in ſingulis, neq; ſingula ex ſingulis ſecerni ceu ſi ex aq̄ ſeiūgeret̃ caro, & ꝯtinuo alia atq; alia, & ſi ſemꝑ minor, erit ſeparata, tñ magnitudinē aliq̄ habebit, & hoc uelut dignitatē ante demōſtrationē prius accipere opꝫ uel igit̃ ſtabit ſegregatio, uel nō ſtabit, ſed ſi ſteterit, igit̃ nō ſingula in ſingulis erūt. Nā in reliquo aquę non inerit, ſi autem non ſteterit, ſed ſemper quippiam demi poterit, profecto magnitudines finitæ erunt, ſimiliter in magnitudine finita multitudine infinita, quod quidem fieri nequit, nam finita magnitudo ſemper alicuius finiri ſecundum numerum finitum eorum quæ ſunt in eadem ſublati tolletur per dignitatem quam retro diximus, quare non erunt in magnitudine finita ipſa multitudine infinita. Patet ergo quod ipſe dicebam, ſcilicet ablationem non ſola animi conſideratione & contemplatione eſſe ſectionem in infinitum. Nam hoc modo non deficiebat, neque quippiam incommodi abſurdique ſequebantur illud, ſcilicet finitum conſtitui, conſtareque ijs quæ in infinitum diuidenda ſunt, nam in his eſt infinitum potentia ſed non actu. At ſecundum Anaxagoram ſegregatio eſt eorum infinitorum quæ actu inſunt.

Tex. 38. Ad hæc autem, ſi omne quidem corpus remoto quodam, minus neceſſe eſt fieri, carnis autem determinata eſt quantitas & magnitudine & paruitate: manifeſtum eſt quod ex minima carne nullum ſegregabitur corpus. erit enim minus, minima.

Com. 35. Singula in ſingulis eſſe, & quodlibet ex quolibet ſecerni et hoc argumento agitat & dimouere contendit, prius denuo accipiens euidentem clariſſimamq; dignitatem, omne uidelicet corpus ſublato aliquo eius minus euadere neceſſe eſt, quoniã & addito quopiam maius fit, & huic adijcit aliam dignitatem quam ſibi prius accommodauit uidelicet non quantãuis carnem eſſe, ſed minimam dari certam definitamq; quemadmodum quoque neceſſe eſt maximam ſtatui, quibus prius acceptis aliquis hunc in modum ſyllogiſmum conficeret. Si ex minima carne aliquid ſeiungitur, erit ſane aliqua caro in qua ſepararetur minor minima, atqui hoc eſt impoſſibile, quippe minima ea ſit qua minor ſecerni nequit, igitur ex minima carne non ſeiungetur qualeuis corpus, & hæc continuatio & deductio uera eſt ob dignitatem, aſſumptum autem ſeu quod nos uocamus deſtructionem conſequentis euidens eſt, unde ſi non poteſt ex minima carne aliquod corpus abiungi denique, igitur non erunt ſingula in ſingulis neq; quodlibet ex quolibet ſegregabitur, immo & aliud abſurdum ſequitur ſi aliquid ex minima carne ſeiungeretur. Nam caro poſt ſeparationem non erit, quandoquidem minima carne non ſit minor, corrupta igitur eſt ut caro, igitur corruptæ ſunt ſimilaritates, quod quidem nolunt ac negant, igitur non ſingula in ſingulis ſunt, neque ſingula ex ſingulis ſergregabantur.

Amplius autem in infinitis corporibus ineſſet vtique iam caro infinita, & ſanguis, & cerebrum, ſeparata tamen ab inuicem, nihil autem minus entia & infinitum vnumquodque. hoc autem, irrationabile eſt.

Com. 36. Quintum argumentum in his puto fortiſſimum, ſententia Anaxagoræ recipit & ſuſtinet, ſiquis iuxta id quod apparet illud bene animo perpendat. Et argumentum eſt contra omnẽ ſuppoſitionem ſubiectionemq; qua infinitas ſimilaritates eſſe principia atque ſingula in ſingulis miſceri Anaxagoras tradit, ceu principio ſui operis ipſe poſuit dicens. Simul omnia hęc erant infinita multitudine & paruitate. Etenim paruum infinitum erat, & in ſingulis uniuerſi partes ineſſe præter mentẽ ſæpenumero tradit, ſi ergo infinitis exiſtentibus ſimilaritatibus in unaquaque omnia inſunt, profecto actu ineſſet iam caro infinita, ſanguis, cerebrum. Nam cum in infinitis ſimilaritatibus infinitæ carnes multitudine ſint, ſic totam carnem eſſe magnitudine infinitam, ſimiliter ſanguinem, cerebrum, aurum & unumquodq; aliorum id genus aſſerunt, erunt igitur infinitæ magnitudines numero plures, immo infinities infinitæ. Nam ſecundum unãquanque ſimilaritatem erunt infinitæ, quod quidem a ratione alienum eſſe conſtat, quippe ea ſit magnitudo infinita ex qua nulla magnitudo poni poteſt, & non erit potentia infinitum ceu eſſe ſolet in his quæ ſucceſſu infinito fiunt, & quæ diuidi ſemper queunt, ſed iam actu infinitum erit, quippe iam actu inter ſe abiuncta & ſeparata ſubſiſtant et nihil minus ſint in his quibus inſunt. Item magis abſurdum eſt hoc ut ſeparata ſint & tamen ſint infinita, quoniam ea quę ſeparantur inter ſe, ſeſe quoque mutuo terminant. Separata nãq; dicit eſſe hæc infinita non ſolum, quia caro, os & cæterorũ unũquodq; id genus eſt in ſimilaritatibus infinitis ſeparatis, ſed quia et ipſe Anaxagoras inquit alterum nullum eẽ alteri ſiſe, & hæc ſunt ſuapte nã ſeiuncta inter ſe. Item alio modo magis abſurdum ab Ariſto. inductum concluſumq; eſſe uidebitur. Nam ſi ſimilaritates ſunt infinitæ, & ſingulæ in ſingulis profecto in unaquaq; ſimilaritate infinita ſingula erunt, & in unoquoque omnium infinitorum quæ ſunt in unaquaque ſimilaritate adhuc ſunt ſingula, & ita in unaquaq; ſimilaritate carnes infinitæ eſſent atq; ſanguis, cerebrum: & cum omnia alia ſint infinita, & hoc aſſentientes in infinitum abire accidet cum unumquodq; habeat cuncta ſingulaq; & in eodem unaquæq; illorum omnia ſingulaq; eſſe atq; ſemper hoc eẽ, & ita actu omnia eẽ cum ſingula ſtatuta ſint in omnibus eẽ & nõ potentia. Vnde multiplicium abſurdum accidet huic ſuppoſitioni ſi admittatur, & quoniam in magnitudine finita infinitam magnitudinem eſſe abſurdum eſt, magis ſane abſurdum erit infinita infinities infinita eſſe. nam infinita inſunt carni. & in unoquoque infinito exiſtente in carne ſunt infinita & hoc in infinitum igitur infinities infinita. Item abſurdum eſt infinita a ſeſe mutuo ſeparata eſſe non modo quia ſeparata ſeſe mutuo claudunt terminantq;, ſed quia neq; poteſt eſſe aliqua magnitudo & intercapedo partium ſeparatarum. Nam eſſet hoc pacto aliquod infinito maius, quoniam ſpatium interceptũ partibus ſeparatis infinito coniunctum infinito erit maius eodem infinito. Item multitudinem ſæpe infinities infinitum erit, & hoc actu eſſe accidat, ſiquidem infinita ſunt inter ſe abiuncta, & nihil minus unumquodque ſit infinitum. nam hoc ſignificauit cum dixit. { Singula tamen ab alijs ſeparata & nihil minus ſunt & unumquodque eſt infinitum. } Sed Alexan. inquit rationem nunquam hunc in modum dirigendam eſſe, nam ſingula in ſingulis miſceri Anaxagoras non dixit forte de principijs, ut in unoquoque principio ſingula ſint, alioquin non fuiſſent amplius principia ſiquidem compoſita concreta eſſent, ſed Anaxagoras uult ſingula miſceri in unoquoque ſenſibili corpore conſtituto ex principijs congregatis, quippe ex his generationes rerum & ſegregationes fiebant. Nam nec elementa pura ſinceraque nec ſenſilia eſſe principium dixit quæ neque ſunt per ſe ſcilicet nulli rei mixta, quoniam hæc ſeiungi ſecernique non poſſunt. At qui hæc dicit nil aliud uidetur facere quam transferre argumentum ad commixta. Nam ſi unũquodq; ſenſile cum ſit mixtum, oĩbus cõſtat, ſane hoc aliquid eẽ uidebitur ob id qd' dñatur in mixtione, ſed oĩa ſunt incõmixtis iuxta dominiũ ſingularẽ ſimilaritatũ infinitarum deſignãs aliqd atq; aliud et aliud denoĩaẽ iuxta aliud et aliud ſpeciẽ & ꝓualẽs ſimilaritatũ, q̃ et ſimilaritate ſecernũtur, ſiquidẽ ſingula in ſingulis ſunt, ergo ſenſilia ſunt infinita: ſi ergo unũquodq; ipſorũ ex oĩb' mixtũ ẽ, igiẽ caro infinita multitudiẽ, et magnitudiẽ atq; unaquęq; alia ſpẽs ſilr infinita habebiẽ, ſi ãt ex ſingulis ſenſibilib' fiũt ſegregatiõe ſingula, ſane & hoc mõ erit infinities infinitũ, nã in eo q ſeparatẽ rurſus ſingula ierũt, & ſeparabũtẽ, q̃ adhuc ſeparata ſingula quoq; habebũt, & ita in infinitũ, quippe ſeiũcta ſint mixta & ſenſile, quocirca immixta pric p ti neq; ſparari queũt ut ſingula nõ in ſingulis ſint. Sꝫ Ale. hũc in modu rõm ſuccurrẽs opẽ q; ferẽs et eãdẽ opẽ ſuſtulit de medio. Sꝫ nõne rõ Anaxago. erit uериſimilior nõ ex uno ſenſibiliũ dicat ſeparari aliquod ſenſibile, ceu ex hac carne ſola os ſenſile quippiã, & ex hoc rurſus aliud quippiã ſenſile, ſed unicuiq; ſenſibili ineẽ oĩa q̃ ſunt tñ inſenſilia, & ſeparari cũcta ab unoquoq; ſenſibili q̃ ſeparata manẽt inſenſibilia quouſq; plurib' ſenſilib' plura euſdẽ ſpeciei ſeparata cõmiſceãtur & inſenſibilia fierẽt, mõ rurſus oĩa cõmixta ineẽnt unicuiq; qd' iuxta dñiu m & ꝓpotẽs uniuſcuiuſq; deſignatẽ nomẽq; ac ꝓpriũ characterẽ trahit. Sed ſi hoc mõ et dicebat, primũ qdẽ ipſemet repugnat qñ nõ oẽ ſenſile ex quis ſenſili fieret qd' ſane ipſe negat, uel ſilr ſequeẽ infinities infinitum. Deinde et in elemẽtis eẽt uerũ dicere ſi infinita ſint multitudine, mõ inſint in ipſo finito ſenſibili infinitę ſimilaritates multitudine ſiſe abſurdũ euenire q prius diximus. Verũ ĩi rõnes pauci momẽti ſunt cũ nõ ita dixit eẽ Anaxo. elemẽta uelut nã infinita et inuariabilia ſed infinita, q̃tenus à nobis nõ cõprehẽduntur, qm̃ ꝑ ſe ſunt ſpẽ nũeroq; certa ac definita, ſi qdẽ ut ipſe inquit. Et cõmiſcẽda ſeparãdaq; ac ſeiũcta oĩa mẽs nouit & qualia futura eſſent qualiaq; fuere. Et quot mõ ſunt & erunt mente ipſa digeſſit profecto rationes Ariſto. nihil efficiunt. Quod ſi

apud Anaxagoram elementa & commixta ex his ſpecie ſecundum multitudinem actu ſunt infinita, neque mens nouit ea, neque digeſſit. Nam quædam digeſtio & recta deſcripoo rerum eſt quidam ordo, ſed ordo non eſt in ipſis infinitis. Item cognitio mentis eſt comprehenſio terminata & non indefinita, quæ etiam fit ſecundum ea quæ ſunt finita ſpecie, ſed non ſecundum infinita. Quod autem neque infinitum uelut impercurſibile protſus multitudine dixerit, indicat dicens mentem eſſe infinitam ubi ſic dicit. Mens autem eſt infinita & præpotens ſuopte imperio. Si ergo Anaxagoras non aſſerit elementa eſſe ſpecie infinita proculdubio, neque ea quæ ex his concreta commixtaque ſunt infinita erunt, ſed ſpecie finita, & in unoquoque erunt finitæ ſimilaritates. Item neque Anaxagoras uidetur ſingula ex ſingulis ſecerni abiungique aſſerere, & ſi omnes res ſimul eſſe affirmauerit. Nam plane in ſeparatione dicit contraria a contrarijs ſeiungi, ſed minime quæuis temere a quibuſuis ſecerni tradit, ceu quibuſdam in locis dicit. Seceſſio und que ipſa fecit ſegregari, & ſeiungitur a raro & frigido calidum, atque ab obſcuro tenebriſque referto lucidum, & ab humido ſiccum, quare non quæuis temere ſeparantur, neque ex aqua caro uel cerebrum, & ita omnia obiecta adducta contra Anaxagoram, ipſe euadet. Nam ſi non ſunt principia infinita, neque ipſa ignota erunt neque illa quæ ex eiſdem componuntur, neque infinitum minus, neque maius erit, neque erit ſeparatio in infinitum uelut infinitarum ſpecierum. Quod ſi confutandus eſt Anaxagoras opus erit adducere alias rationes contra ipſum. Vnde ſi ſegregatione generationem fieri dicit, quomodo ex aqua unius cyathi tantum aquæ ſepararetur niſi alteratio eſſet. Item cum hominem carnibus oſſibuſque ac talibus huiuſmodi aliquod efficiens faciet profecto hominem ex homine non efficit quippe non inſit homo, ſi autem hominem non ex homine genitum uidemus, quid ergo uetat, ut caro fiat non ex carne ab eodem homine qui eſt cauſa efficiens uel a mente ſi cauſa fuerit, uel ab aliquo alio. Et uniuerſaliter ſi diſſimilaria ceu animalia & plantæ tantum ſibi audaciæ non præſumunt ut quippiam efficiunt ſegregatione, quæ ergo eſt neceſſitas, quid urgetur adeo ut ſimilaria eo modo fiãt, uel cur ſimilaria ſunt actus interioſque experna, & compoſita ex his ſunt ſubdita ortui interituique præſertim cum uniuerſa totaque ſint meliora præſtantioraque ſuis partibus. Scitu dignum eſt, Ariſto. hic accepiſſe cerebrum uelut quoddam ſimulare, quanquam ſit quædam pars organica inſtrumentariaue, ſiquidem habeat uenas et arterias conſtituentes ipſum, & a panniculis quibuſdã uel pelliculis ambientibus ipſum comprehendatur.

Tex. 19. Nunquam autem ſegregatum iri, non ſcienter quidem dicitur, recte autem dicitur. paſſiones enim, inſeparabiles ſunt. Si igitur miſti ſunt colores & habitus, ſi ſegregentur, erit aliquid album vel ſanum, non alterum aliquid exiſtens, neque de ſubiecto. Quare inconueniens eſt, impoſſibilia quærens intellectus, ſi velit quidem ſegregare, hoc autem facere ſit impoſſibile, & ſecundum quantum, & ſecundum quale. Secundum quantum quidem, quia non eſt minima magnitudo. ſecundum quale autem, quia inſeparabiles ſunt paſſiones.

Com. 37. Cum dixerit Anaxagoras nihil prorſus ſecerni ſepararique ab altero quod ſingula in ſingulis ſunt, & alibi quoque dicat. Neque abſciſum demptumque ſuit calidum a frigido, neque frigidum a calido, quoniam nihil purum ſincerumque per ſe eſt. Hoc nunc Ariſto. inquit quod non ſcite dicitur, quoniã non ea de cauſa accidit ea non ſecerni, quia ſingula in ſingulis ſunt, quanquam accidat ea non ſecerni. Iccirco & ſi non ſcite, attamen uere dicitur. Nam affectiones id eſt accidentia inſeparabilia a ſubſtantia ſunt ceu colores & habitus, ſubſtantia enim cum accidentibus ſimul commixta, ſi ſeiungeretur accidens non amplius eſſet accidens, ſed ſubſtantia quæ per ſe ſubſiſtit, atque accidens non eſſet in ſubiecto, cuius ope eſt, quod etiam de ſubiecto minime diceretur. Et quod pulchre riteque Eudemus annotauit non ſolum affectiones ſubſtantiarum nõ poſſent ſeiungi, ſed neque omne ſimul paſſiones affectioneſue eſſe queunt, ut ſingula in ſingulis eſſe tueri Anaxagoras queat, quippe calidum & ſcientia ſimul eſſe non poſſunt, ſed hæ paſſiones ſimul eſſe poſſunt quæcunque ualent miſceri mixtio inquam penitus fit ex his quæ ſeparata ſunt, ſeparantur autẽ ea quæ per ſe exiſtunt, uel ſaltem queunt ſeparari & per ſe eſſe, talia autem ſunt ſubſtantiæ, idcirco miſcentur corpora, quorum ea quæ ſunt humida temperari & ſicca miſceri dicimus, ceu ſemina genitalia & ouium fœtus. At hominem & album non dicimus miſceri, neque ſcientiam & animam, ſed dicuntur accidentia hæc ſolis illis ineſſe de quibus prædicantur. Sed qualia miſceantur & quomodo ſimul omnia erant exactius exquiſitiuſque definiendum determinandumque eſt quoniam non ſingula ſingulis miſcentur, quemadmodum neque quoduis ex quouis gignitur. Nam ex albo nõ generatur linea, ſed nigrum uel fuſcum. Sed hæc ab Eudemo dicta proprio in loco apponam explicaboque. Cæterũ quõ Anaxago. uult mente dici ſimilaritates ſeparare, ſiquidem ab his q̃ ſunt mens abſit ſeiunctaque ſit tanquam ea ſecernens, & eius munus ſit ſecernere, quod quidem fieri nequit. Nam uelle aggredi quod fieri non poteſt potius eſt dementis quam mentis munus. Nam res ſecerni impoſſibile eſt cum quantitatis, tum etiam q̃litatis ratione. Quantitatis inquam fieri nõ põt, quoniam minimum mens ſecernendo nũquam aſſequi neque efficere poterit, alioquin ſtabit ſegregatio, quippe ſi minima caro ſecerneretur hac minor ſeiungi non poſſet. Equidem quantitatis naturalis ſeparatio minima eſt. Nam quouſque aliquo accepto alterũ accipere & ſeiungi põt nõ quantũ uale, ſecretũ ſeiũctũque eſt, qđ ſi ſteterit ad indiuiduũ & inſectile ſeparatũ iã eſt, & non amplius ſeparabit qđ quidẽ nõ eſt. Nõ enim ſtabit q̃ quidẽ eueniet nõ q̃a ſectio ſit in infinitũ, ut Alex. intellexit, ſed q̃m ſtaret ſeparatio. Item neque q̃litatis rõne põt ſeparari, q̃m affectiones ſunt inſeparabiles a materia, ſi ergo quantitatis ſeparatio ultra minimũ progredi & qualitatis ſpẽs ſeiungi a materia hæc ambo nequeunt, quorum alterum eſt ſecũdum Aoa xagoram, quoniam ſtatio in minimo tollit ſingula in ſingulis eſſe, alterum autem eſt ſecũdum Ariſto. qui omnes qualitates inſeparabiles eſſe putat, igitur ſtulta temerariaque mens eſt, uel quia ignorans impoſſibile uel quia cognoſcens ſingula ſecerni impoſſibile eſſe cõtendit ſedulo impoſſibilia aggredi atque exequi. Hæc itaque dicta ſint pro declaratione explicationeque uerborum Ariſto. Sed pace Ariſto. non ita liquido Anaxagoras mea ſententia dixit ſic licet quod mens uelit ſecernere ſimilaritates, quod factu impoſſibile eſt, ſed uult mentem eſſe motricem uitæque omnium datricem ac mundani ordinis totiuſque deſcriptionis moderatricem & effectricem cuiuſcunque ſegrrgationis. Nam cum dicit mentem eſſe cauſam ſeparationis atque intercapedinis rerum cuiuſuis infert. Seceſſio & ſeparatio undique fecit ipſum ſecerni, & ſeiungitur ab ipſo raro denſum, & ab ipſo frigido calidum, atque ab ipſo tenebroſo tenebriſue referto lucidum, etiam ab humido ſiccum. Quibus habitis pauloport infert, nec ſecernitur, nec abiungitur diſpeſciturque alterũ ab altero, q̃bus ergo liquet aliter dictũ eẽ. ſeparatur a raro dẽſum & cętera, & aliter, neque ſecernit alterũ ab altero. Nã alterũ dicit Ana. q̃m nõ oĩum daſ mutua generatio. ſ. nõ q̃uis a quibuſuis mutuo generari licet, q̃nquidẽ nõ dixit lineam fieri ſecernique ex albo, ſed ex cõtrarijs, alterum uero dicit quoniam ea q̃ ſunt in uno mundo nõ ſeiungũtur inter ſe, neque abſcindũtur ſecuri, ceu alias inquit, ſed ſunt ſimul inter ſe, & ita inuicem ſeſe habent ut ſint unita, quare ſpecies apud Ana-

aagoram

xagoram ſeiungitur & uniuntur, & hęc ambo ope muneréq; ipſius mentis intercedente fiunt, quam præclare admodum Anaxagoras cecinit dicens. Mens eſt infinita ſuopte imperio præpotens quæ nulli miſcetur rei, ſed ipſa duntaxat in ſeipſa eſt. Et rurſus ait. Eſt enim quiddam rerum omnium ſubtiliſſimum & ſincerrimum, quod de uniuerſo ſingulíſque rebus cum omnem calleat cognitionem, tum etiam imperio cunctis præſtat. Item quæcunq; animam cum maiora, tum etiam minora habent mens ipſa obtinet cunctíſq; imperat, quæ præterea uniuerſæ ſegregationi undiq; præeſt. Item cuncta commiſcenda ſecernenda ac ſeparata mens nouit. Rurſus qualia futura eſſent qualiaq; erãt, quæ nũc ſunt & qualia erũt omnia mens digeſſit ſuoq; ordine collocauit, quare apud Anaxagoram non uolebat mens impoſſibilia factu aggredi, ſed ipſa intellectuali ſegregatione ſeiunxit ſpecies quæ ſunt in hoc mundo collocatę cum ab eiſdem eſſet ſeparata, & ſpecies in hoc mundo propter naturam intellectualem genitricem principalem earundem, atq; propter confuſionem generationis mutuo ſeſe miſcebant. Et quod ſane in Phędone Socr. obijcit Anaxagoræ illud ſcilicet quoniam Anaxagoras cum de particularibus cauſis ſermonem feciſſet, mentem omiſit. Sed me hercle erat naturali ſcientiæ peculiare tunc materiales cauſas afferre. Porro etiã Plato in Timæo cum prorſus effectricem cauſam aſſignaſſet, poſt uero diſcriminum differentiarumque magnitudinum figurarumque cauſam ſtatuit caliditatẽ & frigiditatem, & in alijs ſimiliter. Verumtamen Socrates cum aſſignationem per finalem cauſam ſuſcipi uelit meminit Anaxagoræ qui potius in aſſignatione materiali uſus eſt cauſa quam finali. Sed ad cætera proficiſcendum nobis eſt.

Tex. 40. Non recte autem, neque generationem accipit eorum quæ ſunt ſimilium partium. eſt enim, vt lutum in luta diuiditur: eſt autem vt non. Et non idem modus eſt, vt lateres ex domo, & domus ex lateribus, ſic autem aqua & aer ex alterutris & ſunt & fiunt.

Com. 38. Cum ſegregatione fieri generationem Anaxagoras dixerit, atque unumquodque proprium characterem propriamque denominationem accipere ab eo cuius eſſet in eodem maior copia ſingulis in ſingulis exiſtentibus, patet uniuſcuiuſque cõpoſiti ortum generationemq; compoſitione ſimilium fieri perficique uoluiſſe, quoniam & ea quæ diuiduntur in ſimilia particuli diu diuq; intuitus eſt ac uidit ex quibus componuntur. Nam carnes in carnes oſſaq; in oſſa diuidi oculis luſtrauit. Videtur inquam unumquodque in illa diuidi quibus & componitur, uerumtamen non eſt neceſſarium ex ſimilibus ſpecie fieri, & maxime eam generationem qua elementa mutuo fiunt, immo neceſſarium magis eſt non ſimilia ex ſimilibus fieri. Nam & ſi aliqua uniuerſa totaque ſimilia ſpecie fierent ex elementis ſimilibus ſpecie, ceu lutum maius ex pluribus partibus leuioribus tenuioribuſque luti, tamen id quod quibuſdam uelut ex elementis fit, ex diſſimilibus & ſimplicioribus natura fit, & in eadem diuiditur ceu lateres ex terra aqua & palea in quæ diuiditur, & quanto magis fit diſſolutio in elementa, tanto magis in diſſimile recidit atque ex diſſimili fit. Porro carnis partes ſimiles ſunt quippe ſint carnes, ſed partes elementares non ſunt carnes, ſed ſanguis, & adhuc ab his diſtractiora quatuor elementa & horum qualitates, igitur generatio non fit ſecundum compoſitionem ceu domus ex lateribus, neque in compoſita diuiditur, ceu in lateres domus, ſed alius eſt modus. Nam alteratione mutuo fiunt aer & aqua, & ſunt, ſed non compoſitione, neque ſegregatione, quoniam quomodo ex aqua unius cyathi tantus aer fieret, quare non ſeparatione fit, ut uidetur Anaxagoras aſſerere, ſed mutatione & altercatione ceu Ariſto. & alij ſentiunt. Verum uerborum conſtructionem dupliciter Alexander interpretatus eſt. Nam inquit uel hoc dicit, quoniam non recte generationem ſimilarium per ſegregationem facit, uel quia non recte efficit generationem aliorum ex ſimilaribus perinde atque deficiat in contextu uerborum illud { ex. }

Melius autem eſt, pauciora & finita recipere, quod quidem facit Empedocles. Tex. 41.

Quanquam ſit communis modus generationis qui tribuitur Empedocli & Anaxagoreæ quatenus ambo ſentiunt tradunique generationem fieri concretione & ſeparatione, tamen de numero principiorum inter ſe diſcrepant. Vnde melius eſt accipere minora & finita principia, ut Empedocles accepit, quam plura & infinita, ut ſentit Anaxagoras. Nam finitum eſt melius longe infinito, quod ſenſu ſcientiaq; capi poteſt, infinitum autem ſenſu nec ſcientia percipi ualet. Item cum queant nonnulla paucioribus minoribuſq; in ufum generationis uenire atque generari, quid opus eſt pluribus & infinitis, cum ergo generabilium & corruptibilium alia generentur, aliaq; intereant, ſuppetunt ſatiſq; habentur priorum generationum corruptiones ut alij principia. Vnde hi qui mundos infinitos aſtruũt, neceſſario elemẽta infinita numero eſſe aiunt ſed ſpecie infinita eſſe non urgentur aſſerere, quicunq; aut unũ eſſe mundum autumant, ceu Anaxagoras & Empedocles nullo pacto coguntur præmunituue infinitatem aſciſcere. Quocirca melius accuratiuſq; Empedocles elementa finita eſſe dicit. Etenim ea abſurda quæ prius adducta ſunt infinitatem cõfutabant & euadere contendebant. Sed quod non ita infinita elementa tanquam multitudine infinita incomprehenſibiliaq; Anaxagoras poſuerit, prius tentaui periclitatuſq; tum perſuadere ac fidem facere. Et ſi finita ſpecie principia dicit Empedocles tamen Anaxagoras longe antea quam ille tradidit eſſe ſimpliciora elementa omnium quæ fiunt terram, aquam, aerẽ & ignem, & quanquam cenſuerit eadem elementa eſſe ſimilia his quæ componuntur ex eis. Equidem Anaxagoras ſimplices & principales qualitates ſtatuit eſſe elementa his uerbis quibus dicit. Seceſſio undique ac ſeparatio fecit ſecerni, & ſeiungitur a raro denſum, a calido frigidum, a tenebroſo lucidũ, & ab humido ſiccum. Et paulopoſt inquit denſum, humidum, frigidum, & tenebroſum huc conceſſere ubi nũc terra manet, rarum autem & calidum, atq; ſiccum ſeſe illuc receperunt ubi modo æther iacet. Vnde tradit has principales ſpecies & ſimplices ſeiungi. Verum horum compoſitiora aliquando commiſceri dicit ceu compoſita, aliquando ſecerni ut terra. Nam hunc in modum inquit ab his ſeparatis condenſatur terra, quoniam ex nebulis aqua ſeiungitur, ex aqua terra, ex terra lapides frigido intercedente condenſantur, hoc igitur modo Anaxagoras recurrẽs ad ſimplices ſpecies, uidetur longe antea quam Empedocles aliqua de elementis diſſeruiſſe: Verum forſitan Ariſto. & Plato & ante utrunque Pythagorei exquiſitius exploratiuſque elementaria principia materiam & formam ſtatuerunt, & adhuc diligentius hi diſſeruerunt de elementis qui cum putent illud corporis expertis qualitatis diſcrimen proximius materię eſſe quod per figuras habetur ſubiecerunt differentijs elementorum ſecundum qualitates, figuras ceu igni pyramidem atque alteri & alteri elemento aliam atque aliam figuram quod quidem etiam Democritus recte ſpectaſſe poſuiſſeque uidetur. Deficit tamen quod ſimplicia corpora diſſolui in materiam & formam minime ſtatuit.

Omnes igitur cõtraria, principia faciũt, & qui dicũt quod ſit vnum omne & immobile (etenim Parmenides, calidum & frigidũ, principia facit. hæc autem, appellat ignem & terram) & qui rarum & denſum. Et Democritus, ſolidũ & inane, quorum aliud quidem vt quod eſt, aliud autẽ vt quod non eſt, eſſe dicit. Adhuc, poſitione, figura, & ordine. hæc autem genera contrariorum ſunt. Poſitionis, ſurſum & deorſum, ante & retro: figuræ, angulare, inangulare, rectum, rotundum.

Tex.42. **Quod igitur contraria quodammodo omnes faciunt principia: manifeſtum eſt.**

Com.40. Cum hactenus oſtenderit nec unum eſſe principium nec infinita, & concluſerit exactius eos dicere qui plura & finita principia ponunt, ceu Empedocles, mox debuit aſsignare quot ſint ipſa plura, quod cum impręſentia omittat, quæ ſint primo oſtendit, quod ſane non immerito facit. Verum oſtenſum cum nobis fuerit quænam ſint, una oſtendetur quot ſint. nam contraria prorſus extrema duo ſunt. Quocirca demonſtrat contraria eſſe principia ſcilicet naturalium rerum elementaria primum ex communi conſenſu concordique uoce, quo ad hoc omnium fere naturalium quanquam in cæteris diſſentiant. Etenim hi qui unum ens atque immobile dicunt, ceu Parmenides naturalium rerum principia aiunt eſſe contraria quippe qui in metris quo ad opinionem ac iuxta multorum uulgatam ſententiam cecinit, calidum & frigidum principia efficiat. Hæc autem appellat ignem & terram, ſiue lumen & noctem uel tenebras. Nã poſt eos rhythmos uerſuſque quos ſcripſit iuxta ueritatem, hæc inquit.

Nam formas conſtituere duabus ſententijs nominare.
Harum unam non eſt opus afferre in qua errarunt.
Oppoſita ſecernebant corpus.
Et ſigna poſuere ſeorſum abinuicem,
Altera quidem flammeum æthereumq; ignem, lenem rarum ſibiundique ſimilem.
At alteri non idem, ſed etiam illud per ſe erat,
Contraria habens nocturnum denſum conſtans atq; corpus.
Et poſt pauca rurſus inquit.
Sed quoniam omnia lumen & nox appellantur.
Et ſuas ob uires aliquibus & his.
Vniuerſum plenum eſt lumine ſimul atq; obſcura nocte.
Aequalia ſunt ambo cum nullum poſt alterum neque in alio ſit.

Si ergo nihil alterius cum altero eſſe poteſt, nec unum eſt altero poſterius, profecto indicatur, tam ea eſſe principia quam cõtraria. Item hi qui unum mobileque principium ſtatuerunt ceu Thales & Anaximenes raritate & denſitate rerum ortum fieri aſſerentes, contraria poſuere principia ſcilicet raritatem & denſitatem. Item Democritus facit principia contraria cum accipiat plenum & uacuum eſſe principia, quorum alterum ens, alterum uero non ens dixit. Item is contrarietatem in ipſis inſectilibus atomiſque collocauit, quippe ipſas diſſerre tribus ultimis differentijs dixerit ſcilicet rhiſmo, diathige, & trope. Riſmum inquam figuram cæteri dixerunt illum appellaſſe, diathigen ordinem, & tropen poſitionem. Nam exempli & ueritatis cauſa differt A/elementum literaq; ab ipſo n/figura, & ipſum z/ab ipſo n/poſitione, & ipſa ſyllaba an ab hac na ordine. Sunt hæc autem tria genera contrariorum, aliud enim poſitionis ceu ſurſum deorſum, dextrum & ſiniſtrum, ante & retro aliud autem eſt figuræ ceu angulis conſtans, & expers angulorum, atque rectum & circunflexum orbiculareue, aliud uero ordinis eſt, ut primum & extremum quæ ſunt contraria. Omiſit autem nunc Empedoclem & Anaxagorã, alium inquam, quoniam ſecundum eum perſpicua eſt contrarietas in elementis & inter amicitiam & odium, atque inter ſeparationem & concretionem. Nam dicit nil aliud eſſe generationem quam ſolam mixtionem & permutationem uiciſsitudinariam miſcentium. Omiſit quoque Anaxagoram quia illum prius commemorauit tanquam ponentem contraria in principijs quando tradidit diſcrimen inter Empedoclem & Anaxagoram dicens. Differunt tamen inter ſe, alter equidem conuerſionem reditumque rerum uiciſsitudinarium facit, alter autem ſemel cuncta ſecerni tradit. Et alter infinita ea quæ ſunt ſimilium partium & contraria eſſe aſſerit, alter autem ea ſtatuit quæ uocantur elementa. Sed etiam hiſce uerbis plane contrarietates in generatione tradidit, quibus inquit. Secretio undique ac ſeparatio fecit ſecerni, & ſecernitur a raro denſum, a frigido calidum, a tenebroſo lucidum, & ab ipſo humido ſiccum Pythagorei quoque non ſolum rerum naturalium, ſed etiam omnium ſimpliciter abſoluteque poſt ipſum unum quod cunctarum rerum principium dixere, principia ſecunda elementariaq; contraria eſſe poſuere, quibus non proprie exiſtentibus principijs etiam duos ordines regione inuicem reſpondentes ſubiecere. Hęc autem ſcribit de his Eudorus. Secundum ſupremam diſputationem ſcilicet quatenus de diuinis Pythagorei diſſerebant dicendum eſt eos aſſeruiſſe omnium unum eſſe principium, ſed quo ad ſecundam diſputationem uidelicet qua de rebus ſenſibilibus diſputabant duo principia eorum quæ perficiuntur & fiunt ſcilicet unum & naturam contrariam eidem eſſe autumarunt, atq; omnium quæ concipiuntur & intelliguntur ſecundum contrarietatem, ſubiicere uni melius ornatius, & naturæ huic aduerſatio deterius & uilius. Iccirco neq; ſunt prorſus apud homines eadem principia. Nam ſi aliud horum & aliud aliorum principium eſt, profecto principia non ſunt communia omnium quemadmodum unum eſt. Rurſus iccirco inquit, & alio modo dixerunt unum eſſe omnium principium, a quo perinde ac materia & omnia quæ ſunt ex eodem traxerint originem, quod deum ſupremum in coelis eſſe dixere. Deinceps etiam Eudorus cum exacte diligenterq; ponderet tracteto; dicta Pythagoreorum, tradit eos poſuiſſe unum principium a quo fert illos cum elementa orin dixiſſe, tum etiam pleriſq; nominibus eadem appellaſſe. Nam ait. Aſſero igitur Pythagoreos amiſſo poſtpoſitoq; uno quod erat omnium principiũ, adduxiſſe inuectoſque fuiſſe alio modo duo extrema elementa, & hæc duo elementa pluribus appellationibus nuncuparunt. Nam aliud ipſorum nominari aiunt his uocabulis, aliud huic contrarium oppoſitis uocabulis, ut formula huic indicat.

Ordinatum.	Inordinatum.
Definitum.	Iodefinitum.
Cognoſcibile	Ignotum.
Mas.	Fœmina,
Impar.	Par.
Dextrum.	Siniſtrum.
Lumen.	Tenebræ.

Quare ut principium unum eſt, ut uero elementa unum & indefinita dualitas ſunt ambo principia quæ ſunt iterum unum. Et ſane conſtat aliud quidem eſſe unum principium cunctorum, & aliud unum dualitati oppoſitum quod etiam unitatem monademq; uocauit. Scire animaduertereque dignum eſt quomodo dicit Ariſto. non omnes principia contraria facere, ſed contraria aliquo modo. Dixit itaq; Ariſto. hoc, quoniam non proprie contraria principia ueteres dicunt, ſed hæc putant contraria eſſe, quippe uacuum & plenum non ſint contraria, ſed magis uelut priuatio & habitus opponatur. Item nec angulis conſtans neque expers angulorum, ſiue rectum & circunflexum orbiculareq; ſint contraria. Etenim ſi quis dicit rectum aliquam profecto figuram diceret, at ipſe oſtendit in figuris non eſſe contrarietatem. Sed forſitan neque illi poſuere uelut proprie contraria ſed uelut oppoſita. Etenim ipſe ceu paulopoſt diſcemus intelligemuſque, cum dicit principia eſſe contraria primam maxime contrarietatem formam & priuationem ponit, quæ minime ut contraria aduerſantur mutuo ipſimet, ſed alio modo opponuntur. Dixit igitur contraria quodammodo, ideſt ſecundum differentes modos oppoſitionis.

Et hoc, rationabiliter. Oportet enim principia neque ex alterutris eſſe, neque ex alijs, & ex his omnia. contrarijs autem primis, inſunt hæc. ob id quidem quod prima ſunt, non ſunt ex alijs: ob id vero quod ſunt contraria, non ſunt ex alterutris. Tex.42.

Cum fidem fecerit quod contraria ſint elementa per communem Com.41.

munem aliorum conſenſum, concordique uoce affirmationẽ, quod quidem argumentum erat ex particularibus, idem hoc ſyllogiſmo uniuerſaliter perſuadet & confirmat. Prima contraria non ex alijs nec ex ſeipſis mutuo fiunt. ſed cætera ex ipſis emergunt. Quæ autem nec ex alijs, nec ex ſeipſis mutuo fiunt, & ex eiſdem alia proficiſcuntur emerguntque hæc ſunt principia, ergo prima cõtraria ſunt pricipia. Dicit itaq; prima cõtraria ea q̃ ſunt cõtraria generaliſſima. Q d' uero id qd' primũ eſt non ex alio oriatur perſpicuũ eſt. Nam primum quatenus primum non eſſe ex alio, neque principium proficiſci ex alio plane liquet. Quod etiam principia ex ſeipſis mutuo non fiant, hoc etiam conſtat. Nam ſi ex principio erit, Plato inquit, non erit principium, & ſi prorſus ex ſeipſis mutuo fierent non magis principia forent quam ea quæ ex principijs fiunt. Sed ambiges quomodo contraria non ex ſeipſis mutuo fiant cum ipſe contrarium demonſtrabit, & dicet contraria mutuo a ſeſe fieri, id eſt unum ab altero. Nam ex nigro album fit, & ex immuſico muſicũ, uel potius unum fit poſt alterum, quãdoquidem nequeat contrarium fieri ex contrario ueluti ex elementis & permanentibus, ceu ex ligno lectica fieri dicitur. Vnde hic eſt proprie modus generationis ex aliquo, quippe materia nequeat eſſe aliquod contrarium quod alteri contrario aduerſetur, quoniam non poteſt unum contrarium cum altero contrario permanere. Cæterum illud quod de principijs dicitur, ſcilicet & ex eis cætera alia fiunt, abſque ulla dubitatione principijs conuenit, ſicut etiam conuenit his quæ ſunt poſt principium ab ipſo a primo eſſe, modo illud reuera ſit principium. Conuenit etiam contrarijs quoniam generatio eorum quæ generantur per mutationem fit, omnis autem mutatio (ut demonſtrabitur) a contrario in contrarium educitur & fit. Sed rurſus cies dubitationem quonam pacto contraria ſint principia, ſi quidem duodecimo libro metaphy. ipſe diuinitus inuulgauit non expedire, nec bonum eſſe, ut multi principes habeantur. Niſi rerum naturalium principia modo quæramus, & hæc non ſeparata indepẽdentiaque, ſed elementaria & ea prorſus quibus conſtarẽt ea quæ fiunt, ceu ipſe etiã ultro procedendo demonſtrat per id, quod dicit, igitur tria dicere elementa oportet. Nam cum naturalia uerſentur in mutatione, & omnis mutatio a quodam in quoddam circa commune ſubiectum fit, igitur non erit unum principium, ſed ultra ſubiectum ad minus duo. Sed licet prima contraria prorſus, neque ex alijs, neque unum ex altero uiciſſim fiat, tamen non ſola contraria ſic ſe habent, ſed etiam differentia & diuerſa quæ ſane contraria non ſunt quoniam non omnia differentia & diuerſa ſunt contraria, ceu ſi quis dicat quale quantumq; eſſe principia. Nam hæc neq; ex alijs ſiquidem principia ſunt neq; unum ex altero, ſiquidem ambo ſimiliter & æque prima ſunt. Niſi dicamus quantitatem & qualitatem non eſſe prima principia, quoniam communiter ineſt nouem prædicamẽtis in ſubiecto eſſe, ſed ſubſtantiæ non conuenit eſſe in ſubiecto, nam prima & æque potentia cum aliqua oppoſitione ſpectari ſolent, iccirco & non oppoſita quodammodo ſubalterna ſunt, ſcilicet inuicem ſub eodem poſita, & ſi non ſit manifeſtus eorum ordo. Icciro cuncti tam hi qui fabuloſe quam qui naturaliter diuinos ordines indicarunt poſt unam omniũ cauſam dualitatem ſtatuerunt, quæ omnem oppoſitionem uelut dux præiret, quæ ſane oppoſitio in diuinis cui cum unitas quæ ibi eſt imperet præualeatq; abſcõditur & occultatur. hic autem uario ſpecierum multiformiq; ordine apparet. Verum Ammonius præceptor noſter non cenſuit, ita intelligendam eſſe hanc ſententiam contrariorum unum ab altero uiciſſim non fieri, id eſt unum non fieri ex altero ueluti ex ſubiecto neq; ob id ueluti ex permanente, ſed eadem conceptione & intelligentia uult eam intelligi, qua dictum eſt ipſa principia ex alijs non eſſe, quoniam non poſſunt ante contraria accipi alia contraria principaliora a quibus hæc diuidantur, & uelut a generibus, uel a totis, uel ab efficientibus cauſis, fiant. Nam primis quomodo erit aliquod prius, & nõ erit aliquod prius illis, ceu, ſubiectum, quoniam unum non utitur altero, ut ſubiecto, ſed non erunt aliqua priora illis ſumenda quibus hæc particulariora eſſe dicamus, verbi gratia, vt calido & frigido priora dicimus rarum & denſum, quibus etiam priora ſunt exceſſus & defectus, & his forma & priuatio. Quocirca clarius apertiusue in ſequẽtibus hunc in modum Ariſto. dicet. Præterea alia alijs priora contraria ſunt, & ex alijs ſcilicet ex uniuerſalioribus alia fiunt, igitur uidetur etiam iuxta eundem ſignificatum impræſentia dicere contraria non fieri ex ſeipſis mutuo, perinde ac nequeat unum eſſe altero principalius & uniuerſalius. Icciro etiam inquit eadem eſſe contraria, id eſt æquiualentia ac æque potentia interſe, & unum alterum non excedere, neque quicquam plus habere quod attineat ad rationem principij.

Sed oportet hoc & in ratione conſiderare, qua Tex.43.
liter contingat. Accipiendum igitur eſt primum,
quod omnium quæ ſunt, nihil, neque facere na
tum eſt, neque pati contingens a contingenti, ne
que fit quodlibet ex quolibet, niſi quis accipiat
ſecundum accidens. qualiter enim fiet album ex
muſico, niſi accidẽs ſit albo aut nigro, muſicum?
Sed album quidem, fit ex non albo. & hoc non
ex omni, ſed ex nigro, aut medijs. Et muſicum,
ex non muſico. ſed non ex omni, ſed ex immu
ſico, aut ſi aliquid ipſis medium. Neque igitur, Tex.44.
corrumpitur in contingens primum. vt album,
non in muſicum, niſi forte ſecundum accidens,
ſed in non album. & in non album, non in con
tingens, ſed in nigrum, aut medium. Similiter
autem & muſicum, in non muſicum. & hoc, non
in contingens, ſed in muſicum, aut ſi ipſis aliquid
medium eſt. Similiter autem his, & in alijs. Quo Tex.45.
niam & non ſimplicia eorum quæ ſunt, ſed com
poſita; ſecundum eandem ſe habent rationem.
ſed propterea quod oppoſitæ diſpoſitiones non
denominatæ ſunt, latet, hoc contingens. neceſ
ſe eſt enim, omne conſonans ex inconſonati fie
ri, & inconſonans ex conſonãti. & corrumpi, con
ſonans in inconſonantiam, & hanc non contin
gentem, ſed in oppoſitam. Differt autem nihil, Tex.46.
in conſonantia dicere, aut ordine, aut compoſi
tione. manifeſtum enim eſt, quod eadem ſit ra
tio. At vero & domus, & ſtatua, & quodlibet ali
ud, fit ſimiliter. domus enim fit, ex eo quod non
compoſita ſed diuiſa ſunt hæc ſic. & ſtatua & fi
guratorum aliquod, ex inſigurato. & vnumquod
que horum, ſecundum alia quidem ordo, ſecun
dum alia vero compoſitio quædam eſt. Si ergo Tex.47.
hoc verum eſt, omne quod fit fiat, & corrumpa
tur quod corrumpitur, aut ex contrarijs, aut in
contraria, & horum media. media autem, ex con
trarijs ſunt. vt colores, ex albo & nigro. Quare o
mnia vtique erunt quæ natura fiunt, aut contra
ria, aut ex contrarijs.

Cum oſtenderit principia eſſe contraria quadam communi conditione quæ primis contrarijs & principijs ineſt, quæ talis erat ut ipſa non ex alijs, neque unum ex altero uiciſſim fierent, ſed cætera ab illis orirentur, uult etiam propriiſſimam Com.42.

cauſam afferre, cur principia generationis prima cõtraria ſint. Nam (ut puto) rationem cauſam appellant. Item cum ſuperiore ſyllogiſmo notum ſit prima contraria non ex ſeipſis mutuo fieri, neque ex aliis, ex aliis nequam non ſunt, quia prima habentur, neque ex ſeipſis mutuo quoniam ſunt contraria, deinceps quod cætera ex his fierent ali qua ratione quæ cauſam attuliſſet opus erat, quam nunc proponit afferre. Vnde prius accipit quædam ueluti dignitates generalca uniuerſaleſq; generationi artificiali, & generationi naturali, quæ ipſa euidentia uidentur credenda eſſe & fide digna, prima eſt ut omne quod fit & corrumpitur per ſe ab aliquo efficiente fiat & interitum accipiat & non quoduis a quouis fiat & corrumpatur, ſed ab oppoſita cauſa effectrice oppoſitum fit. Nam quodcunque in quocunq; non agit, ſed oppoſitum in oppoſitum ceu calidum in frigidum tranſmutans ipſum ab oppoſito ſibi habitu in habitum ſuum. Hęc igitur poſtulata ſint de ipſa cauſa agente, ſed de ipſo quod fit poſtulatur quòd fit non ſimpliciter ex non ente, ſed ex ente mutari in ens, & hoc pariter non ex quouis in quoduis mutatur, ſed ex oppoſito in oppoſitum ideſt in ipſum agens. Hæc igitur cum prius ut dignitates accipiat, deinde aſſumens quæ natura fiunt & corrumpuntur concludit & colligit omnia quæ natura quando per ſe fiunt, & corrumpuntur a contrariis in contraria mutari. Quod autem neque quoduis in quouis agere, neque quoduis a quouis pati aptum ſit, quãdo aliud per ſe ageret, & aliud per ſe pateretur, ſed oppoſitum in oppoſitum, & ab oppoſito oppoſitum huncin modum diſcamus. Efficiens nanque ſuapte forma ſpecieque proprium actum formans per quem etiam ſubiectum informat ideſt ex quo fit id quod gignitur, immittit ingentem formam genito quatenus fit, at hæc ratio efficiente, ceu ędificator imponit lapidibus cõcentum aptamque domus congeriem & figuram trãſmutans ipſorum priorem diſpoſitionem in eam quæ eſt in ſe ipſo. Item non mutatur ſimile ſpecie, quippe fit, neque differens cum queat ſimul eſſe, nam quid oponet album in muſicum mutari cum ambo ſimul eſſe queant, ſed illa inter ſe mutantur quęcunque ante mutationem ſimul inter ſe eſſe nequeunt, hæc autem ſunt non proprie contraria ſola, ſed oppoſita ſecundum omnem oppoſitionem, quare neceſſe eſt omne quod fit aliquid quod non erat prius ex oppoſita prima diſpoſitione in oppoſitionem mutari, ab oppoſito inquam tranſmutante quod prius erat ſub contraria diſpoſitione, & poſtea ſimile illi diſpoſitioni quam attingit ipſa mutatio, nam ab ipſo efficiente ipſa diſpoſitio fit, quo pacto corpus aliquod cum in prius frigidum fit, poſtea calidum a quodam calido. Non enim ex muſico inquit album fit per ſe, ſed ex nigro, licet per accidens fieri nihil uetat. Cum ergo contigerit muſicũ nigrum euadere uel non album, non quoduis non album accipiet, ſed medium, nam album fit ex non albo per ſe, ex albo inquam fieri nequit, quoniam eſſet priuſquam fieret album, ergo ex non albo, & minime ex non albo ceu ex hippocentauro, ſed ex oppoſito albi, quod quidem eſt, uel nigrum, uel mediũ aliquod, ceu flauum, rubeum, uel maxime fuſcum atque prorſus id quod rationem ordinemq; nigri habet reſpectu albi. Itẽ muſicum fit ex non muſico, & non ex quouis, ſed ex eo quod aptum eſt, tale autem eſt immuſicum, & ſi quippiam mediũ fuerit inter muſicum & immuſicum. Nam quæri ſolet nunquid ſit medium inter malitiam & uirtutẽ, ac inter muſicã & immuſicam. Vnde aliqua ſunt quorum eſt medium per negationem, ceu medium inter marem & fœminam, quorundam autem eſt medium quod fit ex utriuſque mixtione ceu fuſcum, eſt medium albi & nigri, quorundam etiam medium quod poteſt fieri utrunque & aptum eſt ut ſub utriſque ſit. Similiter quoque quoduis non corrumpitur per ſe in quoduis, ſed in cõtrarium & in medium. Quod non ſolum uerum eſt in ſimplicibus, ceu albo, muſico, & cætera huius generis, ſed etiam in compoſitis, ceu domo, homine. Etenim horum unumquodque ex oppoſito fit non quouis, ſed ex eo quod eſt aptum in ipſa mutari & corrumpitur in illa. Verum latet in his compoſitis hoc, quia non ponuntur nomina ipſis oppoſitis, ceu ibi ſcilicet in ſimplicibus immuſicum & album oppoſitaque ſimilia uocantur ſuis nominibus, tamen communiter in compoſitis communiter dicerentur oppoſita eſſe conueniens & inconueniens. Nam omne quod eſt conſtructum apteq; cohęrens & conueniens ex eo quod non eſt apte riteque conſtructum, ac eſt inconueniens fit, & uiciſſim inconueniens ex conueniente oritur, & unum in alterum uiciſſim corrumpitur, ſed non quæuis in quibuſuis diſſoluuntur. Non enim hominis debitus concentus & apta membrorum complexioniſque conuenientia diſſoluitur & mutatur in diſſonantiam in concentum qui in fidicula lyraque eſſe ſolet, ſed in eum inconcentum atq; uicem nõ apte riteque proportionem quæ hominis eſt, immo neque concentus doricus quo dorici ſuos cecinere uerſus, aut quippiam aliud mutatur in ipſum inconcentum lydium, ſed in proprium oppoſitum ſibi, ſed omnia hæc exempla non de agente ſumpta ſunt, ſed de ipſo patiente idem inquam dictum eſt ex quo fit id quod gignitur, & id in quod corrumpitur id quod corrumpi debet, & ex immuſico nanque fit muſicum a Damone faciente, & ex frigido calidum fit a calido faciente, & unumquodque dicitur corumpi in illud in quod mutatur & ab illo. Si autem aliquis putat concentum & inconcentum de ſola muſica dici, nihil tamen prohibet eadem dici de ordine & compoſitione. Nam cum domus ſit aliquod compoſitum, fit ſane ex diuiſis & incompoſitis. Item figurata fiunt ex ipſa informatione infigurationeque, quocirca & hi qui compoſitione & diuiſione, quod dictu idem eſt congregatione & ſegregatione generationem fieri aiunt ex contrariis incontraria generationem & interitum fieri aſtruunt, quare collecta & redacta in ſummam ipſa inductione, erit uerum dicere ut omne quod fieret & corrumperetur, uel ex contrariis in contraria, uel in media fiat & corrumpatur, quæ ſane media non ſint ſeperata ab utriſque, ſed conſtituta ex eiſdem ut cum ſint contrariis proxima & cognata eiuſdemque generis poſſint etiam utrique uario ordine comparata aduerſari, igitur & omnia quæ natura conſtant, ceu animal ex non animali, generationem habent ex oppoſitis, unde animal fit ex non animali aliquod aptum eſt facere ad generationẽ animal a. Cæterum liquet Ariſto. ſequentem dicta ſua prius ſibimet contradicere non putaſſe ſuſpicatumque fuiſſe, cum prius dixerit contrarium unum ex altero uiciſſim non fieri, & nunc aſſerat contrarium fieri ex contrario. Nam ibi dicebatur contraria non ex ſeipſis mutuo fieri ceu ex materia, quandoquidem nigrum non fiat ex albo inexiſtente, ceu fit lectica ex ligno. Vel ibi dixit unum contrarium non fieri ex altero uiciſſim, ceu ex cauſa efficiente, quippe unum contrarium non efficiat alterum, hic uero ait contrarium id quod priuat formam in ſubiecto, cui aduenit forma ueluti contraria illi priuationi inducta ab ipſo agẽte. Qđ deinceps nihil ſuapte nã queat agere in qđuis, neque pati a quouis, perſpicuum ſit, ſed unde hoc eſt manifeſtum, dicimus quia contraria ſunt apta mutuo in ſeipſa agere, atque unum ab altero uiciſſim pati. Etenim anima dicitur a Deo illuminari, ſed non contraria ueluti a contrario illuminatur, quanquam ipſa ut egens imperfectaque ab ipſo pleno perfectoque patiatur, & mutetur ex ipſo non diuino expertèque diuinitatis in ipſum diuinum. Vnde prorſus id quod eſt factum non eſt id quod fit. non enim fieret, quare ex non tali fit, uerum non quouis non tali, ſed eo quod aptum eſt fieri, aptum inquam eſt ipſum receptiuum oppoſitorum. Nã idem corpus eſt capax frigidi & calidi, albi atque nigri, ſimiliter ipſa anima capax eſt muſices & ignorantiæ muſices, quando ergo anima ſuapte natura poteſt in muſicum mutari, nonne cum muſica eſt ? nequaquam igitur quoniam muſica non eſt, tunc ipſa apta eſt muſicam recipere. Item corpus quando fit album, nonne quando album eſt ? minime, ſed quando non album eſt tamen eſt aptum fieri album, ſi ergo id ſuapte natura poteſt recipere utrunque contrarium modo non habeat illud quod fieri fertur, profecto liquet ipſum habere

oppoſitum illi uel medium, & ab illo mutatur in id quod generatur. Et cum principaliter ex non tali, quod tamen aptum eſt fieri id quod gignitur ſit generatio, ideo a priuatione in habitum mutatio ſit, quo pacto iam ex contrario, quatenus eſt hoc & non tale licet aptum ſit. Et prorſus ex oppoſito ſuo ſit oppoſitum ſecundum quãlibet oppoſitionem. Non enim neceſſe eſt album ex nigro fieri, quatenus nigrum, ſed ex non albo quod eſt aptum fieri album, idem autem eſt quod eſt aptũ fieri album & nigrum, quare quando non erit album uel nigrum, uel intermedium, tunc contingit fieri & propter hoc ex nigro uel intermedio ſit ex quo etiam aliquid ſit, in illud etiam corrumpitur. Scire oportet aliud equidem eſſe compoſitionem, aliud uero ordinem, compoſitio nanque dicitur eſſe in his quæ habent compoſitionem inuicem quorum unum eſt cum aliis, cum ſit quædam applicatio recte diſpoſita atque concinna eorum quæ ponuntur, & ſi ibi nullus inſit ordo, ceu liquet in ipſis lignis quando membra ſolum coaptaremus, & ibi non eſſet aliquod primum uel aliquod ſecundum, ordo autem dicitur cum in his quæ habent compoſitionem, quippe in ordine ita partes ſtatuę poni oporteat, ut aliquæ primæ ſint, aliquæ uero ſecundæ, & reliquæ deinceps, tum etiam in his quæ non habent compoſitionem ceu in numeris. Nam unitas dualitatem præit ordine. Verum nulla artificialis uel naturalis compoſitio ſine ordine eſt, cum dicat, atque unũquodque horum partim compoſitione quadam partimque ordine conſtat, perinde ac dicat domus & ſtatua partim compoſitione partimque ordine participant, & minime domus ſubſiſtit ſecundum ſolam compoſitionem, & ſtatua ſecundum ſolum ordinem. Pulchre recteque annotauit Alexander ut cui nihil eſt contrarium, uel quod non eſt capax contrariorum hoc ingenitum eſſe, quo in loco pulchre adiecit ſecundum propter ſubſtantiam indiuidualem, ut exiſtimo, huic enim nihil contrarium tamen eſt capax contrariorum, & ob id non ſolum formam, ſed etiam priuationem formæ recipit.

Tex.48. Hucuſq; igitur fere ſecuti ſunt & aliorum plurimi, quemadmodũ diximus prius. Omnes enim elemẽta, & ab ipſis vocata principia, quãuis ſine ratione ponentes, tamen contraria dicunt, tanquam ab ipſa veritate coacti.

Com.48. Plurimi aliorum ſapientum hucuſque, ſcilicet contraria ponere principia fere conſentiunt. Verum illud { fere } uel adiicitur illi particulæ. { plurimi } ad cautionem qua uti nonnunquam ſolet Philoſophis, uel adiicitur illi conſentiunt quoniam neque illi abſolute principia contraria, ut contraria poſuere, ſed quæ dicebant eſſe contraria, ea erant contraria, ceu lumen & tenebræ, odium & amor, concretio atque ſeparatio & id genus. Cæterum cum dicit { ſine ratione } id » eſt ſine demonſtratiua cauſa eos dixiſſe, ſic tamen dixiſſe tanquam ab ipſa ueritate inductos & impulſos, indicat præſertim ueritatem dogmatis ſententięque innatam & per ſe cuique ingenitam quam adiecere illi ſine ratione. Nos enim adiecimus etiam cauſam oſtendentes non quoduis a quouis fieri, ſed ex contrario contrarium. Et ob id ea quæ natura fiunt, uel contraria ſunt, uel ex contrariis, illi autem & ſi cauſam ſimul non intelligant, aut adiiciant, tamen eadem aſſerunt.

Differunt autem ab inuicem, ex eo quod alij quidem priora, alij poſteriora accipiunt & quod hi quidem, notoria ſecundum rationem, illi autem, ſecundum ſenſum. Hi enim, calidum & frigidum: illi autem, humidum & ſiccum. Alij autem, impar & par. Quidam autem, litem & amicitiam cauſas ponunt generationis. Hæc autem, ab inuicem differunt ſecũdum dictum modum.

Tex.49. Quare, eſt eadem dicere quodammodo & altera ab inuicem. altera quidem, quemadmodum & videtur plurimis. eadem autem, ſecundum analogiam. accipiunt enim, ex eadem coordinatione. hæc enim continent, alia autem continentur, contrariorum. Sic igitur, ſimiliter dicunt & aliter, & peius & melius. Et hi quidem notiora ſecundum racionem, ſicut dictum eſt prius: illi autem, ſecundum ſenſum. vniuerſale enim, ſecundum rationem notum eſt: ſingulare autem, ſecundum ſenſum. ratio enim, vniuerſalis eſt: ſenſus autem, particularis. vt magnum & paruum, ſecundum rationem, rarum autem & denſum, ſecundum ſenſum. Quod igitur contraria oportet eſſe principia, manifeſtum eſt.

Com.44. Cum pateſecerit conſenſum ueterum Philoſophorum circa principia quo eadem poſuere contraria, quoniam uidentur multi diſſentire inter ſe dicentes diuerſa aliaque principia eſſe, idcirco & diſcrimen ipſorum modo affert quod etiam deduci ad conuenientiam & conſenſum aliquo modo plane ac recte oſtendit. Diſcrimen illorum indicat quoniam dicit alios accipere principia priora naturæ, alios uero poſteriora, alios item notiora ratione alios uero notiora ſenſu, uel eadem dicit priora naturæ & notiora ratione, & econtra pariter poſteriora naturæ & notiora ſenſu. Et exemplorum illud ſcilicet { impar » & par odium atq; amicitiam, } tanquam de his quæ priora » naturæ ſunt & ratione, ſed minime de his quæ notiora ſenſu ſunt prioribus accommodauit, nam hæc intelligibilia ſunt, idcirco Empedocles de amicitia inquit.

Sed mente aſpice, neque oculis luſtratur.

Cæterum calidum & frigidum, humidum & ſiccum, tanquã natura poſteriora & ſenſu notiora poſterioribus tribuit, calidũ autem & frigidum Parmenides inquit, humidum autem & ſiccum, Alexander ſane inquit uel eundem dixiſſe qui calidũ & frigidum principia aſtruxit, uel Empedoclem qui ultra odiũ & amicitiam ſtatuit quatuor elementa principia eſſe. Verum tamen Porphyrius hanc opinionem reiecit magis peculiariter & proprie in Anaximenem dicentem terram & aquam eſſe cuncta quæcunque fiunt & producuntur. Impar autem & par eſſe principia Pythagorei ponunt ceu Empedocles poſuit odium & amicitiam cum quatuor elementis. Sed forſitan exempla dicta de his quæ ſunt ſenſu & ratione notiora attulit, ſed de poſterioribꝰ & prioribus minime. Nã priora oportet eẽ uniuerſaliora q̃ ẽt magis ꝯtineãt, poſteriora aũt magis particularia et contenta, ſed ea quæ dicta ſunt non ſic ſe habent inter ſe, quare hac ratione non diſcrepant. Item quia prædixit de contrariis quæ differunt ſecundum prius & poſterius, quando dixit. Cætera autem generari dicunt denſitate raritateque multa facientes. Hæc autem ſunt contraria, & uniuerſaliter exceſſus & defectus, quemadmodum Plato magnum & paruum dicit. Niſi forſitan & horum intellectualia quædam ſint & ratione ſpectanda ceu odium & amicitia, impar atque par continere dicerentur, quæ in omnia alia præuenirent, & aliqua ſenſilia & materialia, quæ quidem ſub illis ſunt ordinata & participant, ipſis contenta, nam calidum & frigidum, ſiccum & humidum participant odio & amicitia, pari atque impari ſecundum unionem & ſegregationem, atque ſecundum quod congregatiua & ſegregatiua ſunt. Etenim calidum ceu liquet in libro de generatione eſt ſimilium congregatiuum & in eo quod congregat deſignat & characterem format atque imprimit, tamen non participatur ab illis. Verum Alexander inquit horum quæ magis uertunt ad formam continent, ea autem quæ ſunt magis materialia contineri, & in ipſis adductis contrarietatibus quæ magis formalia ſunt, hæc inquit

eſſe calidum, ſiccum, impar, amicitia, magis uero materialia ſunt his oppoſita. Sed pace Alexandri inquit Ariſto. alios accipere priora & continentia. alios autem poſteriora & contenta, perinde ac nullus dixerit calidum & ſiccum, neque alter aſſeruerit frigidum & humidum principia, ſed oppoſita ſimul q̃ mutuo reſpondent, quo pacto dicerent principia eſſe contraria, ſed non illo modo. Equidem cuncta habent oppoſitam naturam & differunt, quia alia ſunt priora, alia uero poſteriora. Iccirco etiam harum opinionum fautores authoreſque eadem & diuerſa aiunt, diuerſa inquam ſecundum id quod apparet, quoniam alter litem & amicitiam, alter uero calidum & frigidum, & alius aliam tradit contrariorum oppoſitionem, ſed quanq̃ uideantur diuerſa differentiaq; dicere, eadem tamẽ aſſerunt quatenus ea principia proportionem & mutuum reſponſum accipiunt. Nam cum ſint duo ordines oppoſiti inuicem e regione neque reſpondentes, quorum alter eſt melioris generis rerum, in quo ponitur amicitia, impar, exceſſus, magnũ, rarum, calidum, & alter peioris in quo contraria horum ex eodem ordine meliorus ponuntur omnes accipiunt meliora oppoſita proprie oppoſitionis, & contra inferioris deterioriſue ordinis, quanquã alij ſumant uniuerſaliores & continentes oppoſitiones, alij uero magis particulares & contentas. Nam exceſſus & defectus continent magnum & paruum, & hæc continent rarum & denſum, quæ etiam complectuntur calidum & frigidum, & hæc oppoſita mutuam proportionem & reſponſum mutuum habent inter ſe. Nam ut ſe habet exceſſus ad defectum, ita magnum ad paruũ, rarum quoque ad denſum, & calidum ad frigidum. Sed profecto rectius & exactius dicunt qui priora & magis continentia ponunt principia, deterius minuſque exquiſite illi ferunt qui cõtenta & magis proxima principia eſſe aſſerunt. Nam & ſi hæc magis particularia principia aliorum ſint principia, tamen & ipſa ſunt, proficiſcunturq; ab alijs principijs. Hi quoque qui aſſerunt principia intellectualia quæ magis continent, & magis uniuerſalia ſunt hæc, quoq; ponunt eſſe notiora ratione, hi autem qui magis particularia atque contenta tradunt principia, & notiora ſenſu aſciſcunt, quo circa uniuerſale comprehenditur ratione, ſingulare autem ſenſu. Sed quomodo inquit magnum & paruum uniuerſalia principia eſſe & ratione notiora. At rarum & denſum numerat inter ſingularia principia & notiora ſenſu, nam utraque contraria utriuſque contrarietatis ſunt uniuerſalia & particularia. Niſi quia rarum & denſum ſunt magis naturalia magiſque materialia ceu calidum & frigidum ſenſibilia magis ſunt, & ob id ſingularia eſſe dicuntur. Atqui magnum & paruum magis ſunt à materia aliena quæ fere in rebus corporeis ſpectantur, quocirca magis uniuerſalia magiſque ratione perſpecta & cognita eſſe dicit.

Conſequens autẽ erit dicere, vtrum duo, aut tria, aut plura ſint. vnum enim, impoſſibile eſt, quoniam non vnum, contraria. Infinita aũt non, quoniam neque ſcibile, quod eſt, erit. Et vna contrarietas, in omni genere vno. ſubſtantia autem, vnum quoddam genus eſt.

Coñ. 45. Cum propoſuerit principia rerum naturaliũ inuenire quot & quæ ſint, & in medium adduxerit opiniones uarias diſſentienteſq; de ipſis in eiſdem nouit una contrarietatem cum principia ſint contraria. Icciroo cum aſſumat quoddam commune confeſſum & poſtulatum ad faciundam huiuſce rei fidem, primo quædam principia eſſe contraria oſtendit quod etiã approbat & confirmat per demonſtationem. Vnde cum hoc pariter quot ſint principia demonſtrabit, quoniam duo ſunt contraria dũtaxat & unum eiſdem ſubiectum quod ſane poſterius adijciet. Deinde uero eo quod demonſtrauit contraria eſſe principia, cõcludit etiam neq; unum principium eſſe poſſe, neque infinita. Quod autem non ſit unum ſic ſyllogiſmo concludit. Vnum non eſt ipſa contraria, principia autem ſunt contraria, igitur non erit unum principium quod uero principia ſint contraria, iam oſtenſum eſt, ſed quod unum non ſit contraria, nũc oſtendit ex conuerſione. Nam ſi contraria non ſunt unum, neque unum erit contraria, nam ſi contrarium contrario contrarium eſt, non erit, unum uni & ſibimet contrarium. Præterea non eſſe infinita principia indicat eodem utens argumento, quo ſane prius uſus eſt. Nam ſi infinita ſunt principia, proculdubio erunt ignota, quia ſunt infinita, quare & ea quæ ab ipſis proficiſcuntur & fiunt, erunt ignota, quoniam tunc arbitramur unumquodq; cognoſcere, cum cauſas cognoſcimus primas, & principia prima & uſq; ad elementa. Secundo argumento utitur tali ad oſtendendum non eſſe infinita, principia ſubſtantia eſt unum quoddam genus, ſed omni genere uno ẽ una cõtrarietas igitur in ſubſtantia eſt una contrarietas, ſed una contrarietas inter duo contraria collocatur, ergo ſubſtantia duo contraria habet principia circa ſeipſam, igitur non infinita erunt ſiquidem principia ſint contraria. Sed in his inquirendum eſt primo quæ ſit una ſubſtantia, & quid ſignificat nunc generis nomen, & quæ ſit illa una contrarietas quæ circa genus ſubſtãtię ſpectatur. Item quæ de cauſa cum propoſuerit communiter omnium rerum naturalium principia inquirere, ſolam ſubſtantiam & contrarietatem ſolam in ipſam acceperit, nam quo pacto generibus aliorum prædicamentorum contrarietas in ſubſtantia accommodari poterit. Porro Alexander per ſubſtantiam intelligit formam materialem & magis compoſitum ex materia, & forma, quod ſane unum genus eſt ſubſtantiæ cum tres ſint materia forma & compoſitũ. Etenim in hoc ſolo contrarietas ſecundum ſubſtantiam contrarietatem ſpeculamur. Nam nec in omni ſubſtantia nec in omnibus alijs prædicamentis habentibus contrarietatem plures ſunt contrarietates. quippe in unoquoq; genere quod comprehenditur ſub qualitatem ſit una contrarietas, ceu in colore qui eſt unum genus album & nigrum contraria & in habitu uirtus & malitia, in liquore /ſapore/condimentoue /dulce / & acutum / amarumue, atque in alijs ſimiliter, ſic etiam in uno genere ſubſtantiæ quod eſt ſecundũ formam materialem & generabilem una contrarietas eſt formæ & priuationis, genus autẽ unum illud eſſe inquit, cuius ſectio eſt in ſpecies ſed non in genera, materialis autem forma diuiditur in differentias formarum ceu in omnes ſpecies, & quatenus generabilis eſt unam contrarietatem habet ſecundum formam & priuationem. Quare argumentum eſt tale. ſi in omni genere uno eſt una contrarietas, & unum genus eſt ſubſtantia naturalis quæ ſubdita eſt ortui & interitui, profecto erit etiam una contrarietas in eadem ſubſtantia naturali, quæ erit principium generabilium ſubſtantiarum, quod ſi una eſt contrarietas & eadem eſt principium, igitur non erunt principia rerum generabilium & corruptibilium infinita. Sed ſi Ariſto. dicit ſubſtantiam ipſam formam materialem primo ipſe negauit eſſe in ſubſtantia contrarietatem. Secundo ſi quæramus principia ſolius mutationis ſecundum ſubſtantiam, oportet profecto ſolam contrarietatem in ſubſtantia principium ponere. Si uero & prædicamento qualitatis ac cæteris alijs communem contrarietatem hanc eſſe dicimus oportebit aliam aſſumi contrarietatem communem. Niſi dicamus ut ſubſtantiæ nil ſit contrarius, quod aliam contrarietatem ibi ſuſtulit a ſubſtantia, quãdoquidẽ de cõtrarietate, ceu duarum formarum ibi dixerit. At hoc in loco ponit contrarietatem inter formam & priuationem. Nouimus enim priuationem non numerari inter entia cum ſit quædam abſentia & abiectio entis, quare recte dicit nihil ſubſtantiæ contrarium eſſe atq; in ſubſtantia unam eſſe contrarietatem. hæc de primo argumento. Ad ſecundum dixit præceptor noſter Ammonius nos inquirere principia ſubſiſtentię ſubſtantiarum in quibus alia prædicamenta eſſe habent, quod ſane & Alexander notauit exiſtimans pariter impoſſibile eſſe plures contrarietates primas. Nam ſubſtantia quoddam genus eſt quemadmodum enim ens primo qui-

dem eſt in ſubſtantia, & ab eadem de inceps deflectitur & peruenit ad alia genera, ceu illa ſunt quæ uni prius competunt, & per illud ad aliud unum accommodatur, ita etiam aliorum generum contrarietates ob eam quæ eſt in ſubſtantia erunt, itaque conſentaneum erit licere formam & priuationem eſſe primam contrarietatem in ſubſtantia, ſecunda uero ratione ac poſteriore transfertur, et accõmodatur ad alia prædicamenta. Nam in illis quoque eſt aliud forma, & aliud priuatio. Quare ad aliam inquiſitionem ueniamus cum dicit in omni genere uno non dicit de genere proximo quod diuiditur in ſpecies, nam ſecundum hoc non eſſet contrarietas prima, ſiquidem nec hoc genus ſit primum genus, at principium primum & contrarietas aliarum contrarietatum prima eſſe debet. Sed magnus Syrianus inquit forſitan genus appellare prædicamẽtum, & unam idipſum habere contrarietatem quoniam & ſi plures ſint, tamen rediguntur ad unam quæ eſt exceſſus & defectus quæ in unoquoque prædicamento eſſe proprie inuenitur. Nam ſemper id quod eſt melius contrariorum dicitur eſſe exceſſus & id quod deterius defectus, porro alius exceſſus eſt in loco, alius in qualitate, aliuſque in ipſo prædicamento quod ubi uel poſitio appellantur. Nã inquit Porphyrius quot modis ens ſumitur, totidemque exceſſus & defectus accipiuntur. Sed forte quiſpiam adderet dicendo, hoc uerum eſſe ſi omne prædicamentum talem contrarietatem ſuſciperet. Ammonius autem dixit impræſentia Ariſtotelẽ non dicere de proprio genere, neque de proximo, neque de ſupremo, quoniam contrarietas ſecundum differentias utriuſque generis non efficit ortũ interitumque rerum, ſed dicit illud, quod etiam Alexander ad calcem expoſitionis huius contextus annotauit, dicens, genus unum nunc appellat Ariſtoteles unum ſubiectũ, quippe mos eius ſit ſubiectam unicuiq; naturam genus appellare. Quemadmodum igitur circa numerum ſpectatur una contrarietas paris numeri atque imparis, & circa liquorem humidumque dulce acutumque, & circa ſuperficiem lenitas & aſperitas, ita circa ſubſtantiam una contrarietas animo concipitur, quæ eſt formę atque informis quod priuationem ipſe Ariſtoteles nuncupat. Vt igitur numerus ratione alter eſt a numero pari & impari, quoniam nullus horum comprehenditur in definitione numeri, licet actu cum altero horum prorſus ſit ſimiliter ut ſuperficies ad rectitudinem uniformitatemque & reflexionem ac irregularitatem ſe habet, ita natura ſubiecta ſubſtantiæ ſe habet ad ipſam formam & formę priuationem.

Proinde Philoſopho Syriano reſpondendum eſt quod ſi qui proprie defectum & exceſſum intellexerint, & collocabunt utriuſque contrarietatem ſolum in genere quantitatis. Etenim in alijs prædicamentis eſt per quanotatem. Item ſi Ariſto. accipit ipſam contrarietatem ſecundum exceſſum & defectum quomodo quærit paulopoſt nunquid hanc contrarietatem oẽ prædicamentum recipiat, quippe perſpicuum ſit in unoquoq; prædicamento eſſe differentias, & in eiſdem eſſe aliquam meliorem, aliam uero deteriorem. Sed etiam ad ea quæ dicit præceptor noſter teſtem etiam Alexandrum adhibens inſiſtendũ eſt primum quo nam modo ſubſtantiæ contrarietas alijs etiã ineſt prædicamentis, cum unumquodque prædicamentum ſuam contrarietatem habere debeat, quemadmodum etiam genus proprium habet Nam ſi a ſubſtantia in alijs prædicamentis defluit contrarietas, eſſentia, & genus, profecto ſubſtantia ſola erit unum primum genus, & non decem prima genera. Item neque ens a ſubſtantia defluit ens in alijs prædicamentis, neque per ea cæteris competit, ſed primo ineſt ſubſtantiæ, cæteris uero competit poſt ipſam, ceu etiam ordo non proficiſcitur a primo ad ſecundum ut per primum ſecundo inſit, ſed utriſque atque ſingulis competit æque communis ordo. Præterea uidentur etiam præceptor meus & Alexander a uero longe abeſſe cum aſſerant, Ariſto. nunc appellare genus, ipſum ſubiectum & materiam. Nam quomodo appellat genus, ipſum ſubiectum & materiam, cum nondum oſtenderit oportere tertium quoddam principium eſſe quod contrarijs ſubijciatur, quod ſane paulopoſt faciet. Sed quod uelit accipere contrarietatem quæ eſt inter formam, & priuationem, ſequentibus hoc liquido patebit, quæ non circa ſubſtantiam ſolam ſubſiſtit, ſed etiam circa omne prædicamentum quod recipit mutationem. Etenim albedo aliquando adeſt ſubiecto, aliquando autem ab eodem abeſt, quæ cum præſens eſt ſubiecto forma albedinis dicitur eidem ineſſe cum uero abeſt, priuatio tunc adeſſe dicitur, idque ſimiliter euenit in alijs prædicamentis. Forſitan ergo cum dicit ſubſtantia eſt unum quoddam genus non dicit, neque uocat nunc ſubſtantiam quæ diuiditur contra alia prædicamenta, ſed uniuerſam naturalis ſubſiſtentiæ quæ in mutatione uerſatur, exiſtentiam, de qua modo ſermo habetur cuiuſque principia indagamus, atque contrarietatem inter formam & priuationem rimamur & ſpeculamur, quæ ob mutationem ineſt ei. Quod uero in tali ſubſtantia oporteat eſſe unam extremã contrarietatem atque ſupremam, oſtendit accipiendo talem exiſtentiam naturalem generabilem, & materialem eſſe uelut quoddam genus quemadmodum diceret aliquis unum eſſe genus ſubſtantiæ intellectualis ingenerabilis & ſubſiſtentię prorſus immaterialis, deinde aſſumens quod in omni genere uno ſit una contrarietas ſumma communiſſima, concluſit in genere hoc quod modo apud nos eſt ſubiectũ, ſiue ſubſtantia naturalis, unam eſſe contrarietatem principalem generis, & ob id non erunt infinita principia. Neque admirabimur nomen ſubſtantiæ communiter dictum eſſe. Nam impręſentia generationem & corruptionem exacte perfecteque dicens appellat mutationem ſecundum ſubſtantiam, cum ſæpe ortu interituque ſoleat uti in qualitate dicens album fieri ex nigro, atque corrumpi nigrum in albo, atqui quatenus nigrum fit album, nulla certe fit mutatio ſecundum ſubſtantiam, ſed ſecundum qualitatem. Quod autem in omni genere uno ſit una contrarietas, prima hinc patet quod genus ſignificat communitatem ſubſtantiæ, communitas autem uel ſuperior eſt quia eſt cauſa differentiarum, ut ſubſtantia & materia ſunt cauſæ quemadmodum decem prædicamenta uel infinita quoniam recipit ipſas differentias, ſi autem cauſa eſt, profecto in latitudine productiores differentiarum duo extrema inter ſe plurimum diſtantia producet quod dictu eſt duo contraria, ſi uero fuerit ſubiectum, prorſus habebit in his quę proxime mutãtur circa ipſum, aliqua longe plurimumque inter ſe diſtantia quæ nõ erunt plus numero quam duo, ceu patet hoc in ipſis rebus. Nam in qualitate una eſt ſuprema contrarietas quæ eſt inter ſimile & diſſimile, & in quantitate eſt contrarietas inter æquale & inæquale. ſic etiam in ſubſtantia communi/forma & priuatio ſunt contraria. Vel ergo hoc modo intelligenda eſt ſubſtantia, uel ipſum eſſe ſubſtantiale eſſentialeue quod ubique & ſingulis competit rebus. Etenim colorem congregatiuũ uiſus ſubſtantialiter eſſentialiterue ineſſe nigro dicimus, quo etiam pacto in omni prædicamento eſt ſubſtantiale eſſentialeque uniuſcuiuſque rei ſecundum quod fieri & corrumpi dicitur nigrum uel tricubitum, aut dextrum quanquam ſubiecta his ſubſtantia horum generabilium & corruptibilium nõ dicatur fieri uel corrumpi, ſed alterari, nunc igitur ſubſtantia dicitur ea circa quam generatio & corruptio uerſatur, in qua etiam proprie ſubſtantia dicitur per ſeipſam ſubſiſtere & ſubſiſtunt accidentia ope talis ſubſtantiæ, quandoquidem & ipſa participent generatione & corruptione. Si ergo Alexãder hic ſubſtantiam pro forma materiali intellexerit eius ſententia proculdubio deficit, ſiquidem proprie ſubſtantia ſit ea quæ diuiditur contra alia prædicamenta, ſi autem intellexerit hic ſubſtantiam quæ communiter de omnibus formis generabilibus dicitur recte ſentit. In eandem ſententiam uidentur mihi uerba Eudemi ex Rhodo incidere q̃q; & illa ſint occulta. Sic. inquit. Si autem eſt contrarietas duo admious erunt contraria, cũque duo ſubijciantur contraria prima neutrum horũ ſane ſubſtantia eſſe poterit, quoniam ſubſtantia non numeratur inter contraria. Si ergo naturalis non de cunctis rebus

conſideret, neq; ſare omnia enti a numerabit neq; ſumit cõia omnũ principia, ſed ſubãrũ & harum pſertim quæ corporeę ſunt ceu unius cuiuſdam ſint generis, & cum non fiat q̃duis à quouis, ſed ſimile in genere à ſimili eiuſdem generis, ceu color ex colore, chilus ex chilo, & cætera ſimiliter, neq; ſubã fieret ex nõ ſubãs, neq; corpus ex nõ corpore. Vñ his uerbis ceu uniua cuiuſdã generis ſint ea q̃ inuicẽ fiunt, ut nõ quoduis à quouis, ſed ſiſe in genere à ſiſi eiuſdẽ ceu color ex colore. Eudemus indicat hic nõ ſumi eam ſubãm q̃ eſt omnium pdicamẽtorum, primũ q̃m talis nõ eſt ceu genus, ſed reuera eſt genus. igitur de illa ſubſtantia quæ eſſentia & eſſe ſubſtantiale cum appellatur ẽt accidentia continet & eiſdem ineſt.

Et quia contingit ex finitis, melius autem ex finitis quemadmodum Empedocles, q̃ ex infinitis. omnia nanque aſſignare opinatur, quemadmodum Anaxagoras ex infinitis.

Tertiam rõnem demonſtratiuã adfert qđ finita ſint prin-
Com. 46. cipia, & nõ infinita. Nã ſi alia hæc ſunt, ſcilicet finita magis expedit, ut finita accipiãtur principia q̃ infinita, ſed alia hæc ipſa ſunt, igitur magis expedit finita ſtatuere principia, & deductũ cõſtat ex eo qđ prius oñſum eſt. Nam ſi infinita principia ignota ſunt cã, ut ea q̃ ex ipſis pficiſcunt ignota ſint, pfecto melius erit ponere principia finita & maxĩe cũ aſſignant cauſæ aliarũ rerũ q̃ ſunt eędẽ. Qđ uero finitarũ ſubſtãtiarũ cauſæ eorũ q̃ fiũt finitæ aſſignent, perſpicuũ ẽ teſtimonio eorũ quæ cecinit Empedocles qui cũ aſſerat finita eẽ principia, putat oĩa reddere, quęcũq; Anaxagoras ex infinita aſſignare. Hoc inſup argumentũ habet aliud qđ utile, nã cõtra dicẽtes quod infinitũ eẽt ignotũ, diceretur qđ aliter facere nequeũs q̃ ſtatuit reddere cãs eorũ q̃ fiunt, ſiquidẽ ex eo qđ eſt opus ſit fieri ea q̃ fiũt quãq; ex nõ ente fieri uideant. Et quãuis magis pateat finitũ, iccirco non oportet uere omittere & aliquid aliud dicere, q̃ñquidẽ nõ naſcamur nã eorũ q̃ pſtãt poetę ſeu artifices, ſed ut ſunt in rerũ nã, ſic contẽplamur ea, & ſpectamus, cõtra eos itaq; q̃ nec dicerent adhibuit teſtem Empedoclem cum dicat finita eſſe principia, omnia aſſignabat quęcunque etiam illi qui aiunt infinita principia eſſe.

Amplius, ſunt alia alijs priora, cõtraria. & fiunt altera ex alijs, vt dulce, & amarum, & album, & nigrum, principia autem ſemper oportet mane-
Tex. 31. re. Quod igitur, neque vnũ, neque infinita ſint: manifeſtum eſt ex his.

Com. 47. Alexander inquit hanc cauſam ſecundã adduci, cur oporteat in principijs unam cõtrarietatem ponere & nõ infinitas. Et ſecunda cauſa erit ea quæ demonſtrat ut unam contrarietatem eſſe principium. Verum hoc eſt quartum argumẽtum quod non ſint principia infinita. Nam primum erat quo dicebatur eſſe infinita principia non poſſe, quoniam nõ eſſet ſcibile. Secundum erat quia una contrarietas eſt in omni genere uno. Tertium uero quod melius generatio poteſt fieri ex finitis, quibus ſuccedit hoc quartũ quod ſimul quandam obiectionem & inſtantiam ſoluit dicentem quod quanquam principia eſſent contraria, quid vetat infinita eſſe contraria pluribus cõtinuo prius adductis oppoſitionibus. ſoluit ergo oſtendens omnia contraria in unam oppoſitionem ſupremam reduci, pariterque oſtendit non ſolum non infinita eſſe contraria, ſed etiam plura quam duo extrema ſupremaque & principalia eſſe non poſſe. Nam etſi plura ſint contraria, & alia ſint ſemper priora alijs, & eorum alia contineant, aliaque contineantur, & fiunt ex prioribus poſteriora, ac ex continentibus contenta, patet tamen ea eſſe principia quæ maxime prima ſunt, & maxime continent, quippe oporteat principia prima eſſe & cunctis communia. Et quod ita ſe habeant contraria, ut partim contineant, partimque contineantur, atque nonnulla alijs priora ſint, & fieri alia ex alijs etiam prius aſſeruit, quando dixit. Eadem autem proportione quippe ex eodem ordine accipiãt. Nam contrariorum alia continent, alia vero continentur, nam quæ continent priora & cauſe ſunt, quod ſane impręſentia per exempla demonſtrauit. Nam dulce & amarum album, & nigrum ex terra & igne fiunt, & hæc ex calido & frigido, & hęc rurſus in raritatem & denſitatem retulit, quę vltra in congregationem & ſegregationem reduxit. Similiter Democritus ſtatuẽs infinita inſectilia, ſiue infinitas atomas eorundem differentias ſecundum, qualitatem ope contrarietatis quæ ſunt ſecundum poſitionem, figuras, & ordinem generat aſſerens eaſdem eſſe priores illis. Nam oportet communia vt principia accipere. quod ſi dixero album & nigrum eſſe principia, profecto erunt principia eorum colorum qui commiſcẽtur inter ſe, ſed earum rerum quæ ſunt coloris expertes ceu duri & mollis, uel dulcis & amari minime erunt principia. Similiter dulce & amarum non erunt principia eorum quæ ſunt expertia liquoris & humidi. Item congregatio & ſecretio omnium rerum naturalium ſunt communia contraria & principia, ſimiliter terminus ſeu finitum & infinitum, idem quoque & diuerſum omnium communiſſima ſunt, ſed ut naturalia contraria & principia communia ſunt forma & priuatio, iccirco pulcherrimum erit plures contrarietates in unam redigere. Porro & Empedocles quãquam duas contrarietates in elementis ſtatuerit ſcilicet contrarietatem calidi & frigidi, atque contrarietatem humidi & ſicci, has duas in vnam quæ eſt inter odium & amicitiam, velut in capitalem & extremam redegit, quẽadmodum & eandem in unitatem & monadem neceſſitatis & fati reduxit. Verum illam vt unum poſuit principium, odium autem & amicitiam ut duo, & non ſolum vt efficientia, ſed etiam ut elementaria, ceu concretio & ſecretio rerum principia ſunt. Nam illa his ęquiualent. Si ergo uidentur aliqua contraria ex alijs fieri contrarijs, profecto non erunt omnia contraria principia, quippe principia ſint prima, prima nanque nec ex alijs fiunt, nec unum ex altero uiciſſim producitur, ſi ergo cuncta in unam contrarietatem reducuntur, quę ſit uel concretio & ſecretio, uel exceſſus & defectus, uel forma & priuatio, iuxta eos qui alia atque alia conceptione & ſententia primam contrarietatem ſpectant, proculdubio erit prima cõtrarietas principium quæ una eſt. Sed ambiges quonam pacto cum tradat principia rerum quę oriuntur & intereunt, cõtraria eſſe, induxit oportere principia ſemper manere. Alexan. igitur inquit principia ſempiterna eſſe, nam ſi fierent, cum omne quod fit etiam corrumpitur, igitur principia interirent, quare & ea quę principijs conſtant, quare aliquando deficiet generatio cum nil corrupto principio ſupererit, ex quo quippiam fieri queat, quod ſi hoc abſurdum eſt, fateri oportet principia ſemper eẽ. Deinde Alex. adiecit demõſtrationẽ Platonis quã fecit ipſe de principijs. Nã ſi fierẽt, ex principijs q̃dẽ fierẽt. ſi autem hoc admittitur, ipſa non erunt principia. Duplicia autem ſunt principia. inquit ut retro docebit, alia quidem ſunt quę pręexiſtunt ingenerabilia & numero ſempiterna, ceu efficiens & materia, alia autem ſunt quibus continuo ſeruatur generatio & corruptio, quę quidem contraria ſunt, quæ ſane, nec ingenita, nec ſempiterna ſunt numero. Item cum ſint plura principia non omnia ſunt ſempiterna, ſed ea quę ſunt maxime prima, proxima nanque intereunt, quare non omne principium ſempiternum eſt. Pręterea cum ſint contrariorum alia uniuerſalia, alia uero ſingularia ea nanque particularia & ſingularia quę fiunt etiam corrumpũtur, ſed uniuerſalia contraria ad quę omnia contraria reducuntur, quæ etiã generaliſſima ſunt forma & priuatio dicuntur eſſe quæ non corrumpuntur, nam uniuerſalia incorruptibilia ſunt. Quibus ergo dictis ab Alexandro iuxta eius uerba, dignum erit contra ipſum contraque Ariſt. inquirere quonam pacto proxima & elemẽtaria principia accipies, & minime efficientia & ſeparata, atque quomodo contraria ex contrarijs fieri corrumpique in contraria dicens eadem ponens eſſe principia, poſuerit nihil minus ſempiterna eſſe principia, quin immo ipſe

etiam

etiam Alexander ipſa principia quibus generatio & corruptio abſoluuntur, quæ etiam contraria ſunt, dicit nec ingenita neq; incorruptibilia eſſe numero, & tamen cõſtat Ariſt. differentẽ de principijs ut cõtrarijs adiecisse intulitq; oportet principia ſemper manere, quare ſi principalia principia ut aiunt, ſempiterna ſunt, & proxima corruptibilia, profecto proxima eſſent contraria & non principalia. Item quõ dicens cõtraria uniuerſalia eẽ ſempiterna, & particularia corruptibilia, non animaduertit q̃d non ſolum forma & priuatio ſunt perpetua & ſempiterna ſed etiam album uniuerſale, & nigrũ uniuerſale, quare etiam hæc erunt principia. Præterea ad demonſtrandam unam eſſe principalem cõtrarietatem, quid confert dicere principia eſſe ſempiterna. Non.n. quia principia ſunt ſempiterna, iam duo erunt. Forſitan ergo pulcherrimũ eſt, ut noſter præceptor corrigit dicens hæc uerba. ſ. oportet principia ſemper manere, non ſignificare ea eſſe ſempiterna, neq; indicare ea eſſe ingenerabilia & incorruptibilia, de quibus ſermo fit. Nam quomõ amplius generatio & corruptio erit ſm mutationem horum, ſi ingenerabilia ſunt, quod ſane in hoc libro inquiritur, ſed dictum eſt principia oportet ſemper manere tanquã decens parq; ſit inuenire in unoquoq; quod generatur & corrũpitur, uel formã, uel priuationem dum trãſmutatur. Sed potius dicerẽ formam & priuationem copulatiue inueniri, in unoquoq; quippe omnes res naturalis cõpoſita habeat formam & priuationem quę eſt abſentia formæ illius in quã mutari apta eſt. Nam corpus album cum habet albedinem formã, etiam priuationem nigri habet in quod poteſt mutari. Et hoc erit reuera proprium peculiareq; principalis contrarietatis, idcirco & Ariſto. hoc intulit tãquam cauſam cur aliæ contrarietates non ſint principia, ſiquidem nõ in omnibus recipiãtur neq; locum habeant. Nam particulariũ oppõnum, nullam inuenies extẽſam ad omnia entia naturalia, atq; in omnibus fuſam, quippe nec omnia naturalia ſint nigra, nec omnia alba, nec dulcia, uel amara. At in cunctis reperitur forma, quæ ſola eſt in ſempiternis, ſed in generabilibus & corruptibilibus, cum forma eſt etiam priuatio nõ eiuſdem formę, ſed oppoſitæ in quã poteſt ſuapte natura ſubiectũ mutari. Sic ergo dicitur principalis oppoſitio ſemper permanere, alijs uero non permanentibus oppõnibus, ceu ſiquis primam materiam dicat ſemper permanere cum in oĩbus materialibus eſſe uideatur, & ſi lignum æs atq; particulares materiæ non ſint in omnibus. Cæterum forſitan iſtud { ſemper } non ſolum temporis uniuerſitatem ſcilicet pro omni tempore, ſed etiam uniuerſitatem rerum ſignificat, quare ſemper ideſt undiq; & ubique principia eſſe nunc intelligitur.

Quoniam autem finita, non facere duo tantũ, habet quandam rõnem. Dubitabit enim aliquis, qualiter dẽſitas raritatem facere apta nata ſit, aut hæc denſitatem. Similiter autem, & alia quęcunque contrarietas. non enim amicitia litem cõgregat, & facit aliquid ex ipſa, neque lis, ex illa. ſed vtraque, alterum quiddam tertium. Quidam autem & plura recipiunt, ex quibus conficiunt eorum quæ ſunt, naturam.

Cõm. 48. Cum oſtenderit prima contraria principia naturalium rerũ duo eſſe, ſiquidem ſint prima contraria, cæterum uult tertium principium introducere, quod ſubijciatur cõtrarijs & materia ſit, itaq; introducit mãm cum oſtendat pluribus argumẽtis cõtraria ſola non ſufficere ad rõnem principij, imo oſtendit ipſa per ſe accepta penitus non eſſe principia. Vnde primum argumentum oſtendit cõtraria per ſe ſumpta non eſſe principia, & ſic utitur ſyllogiſmus cõficitur. Principia ſiquidem principia ſunt aliquid efficiunt, ſed contraria non efficiunt aliquid, ſiquidem per ſe erunt, igitur cõtraria nõ ſunt principia. Quod uero contraria per ſe ſola nihil efficiant eo cõſtat, quod agens efficit in aliquod quod ſuſtinet actionem, ceu nigrum in corpus, cõtraria autem ſi per ſe erunt, in aliquo non agunt, quippe q̃ mutuo ſeſe perdant atq; expellant, cum neq; album quippiam efficiat in nigrum, neq; amicitia in litem odiũq;, q̃nquidem amicitia nequeat, deducere congregareq; odium, ſed congregat ipſa elementa quæ ſubijciũtur. Nam eſt ciens agit aliquid in eo qd' manet & ſuſtinet, at cõtrarium non fert ſuſtinetq; cõtrarium, alioqui ſi adeſt odium, etiam adeſt amicitia, ſed cum utrũque ipſorum in ſubiecto agit, quanto magis alterũ contrariorũ obtinet ſubiectũ euſq; fit compos, tanto magis reliquũ cedit, fugatur & eijcitur. Verum ad faciendã fidem q̃d oporteat tertiũ quoddã aſſerere quod ſubijciatur cõtrarijs, quoldã adiecit qui non unũ ſolum ſubm pcontrariorũ aſſerunt, ſed plura, ceu Democritus dixit ĩfinitas atomos ſubijci pcontrarijs q̃ ipſe affirmabit. ſ. contrarijs ſm figurã, poſitionem & ordinẽ. Empedocles autẽ ſtatuit quatuor elẽta ſubeſſe odio & amicitiæ.

Ad hęc autem, adhuc et hoc aliquis dubitauerit, niſi quis aliam ſuppoſuerit contrarijs naturã. Nullius.n. videmus eorum quę ſunt, ſubſtãtiæ, cõtraria. Principium aũt, non de ſubto oportet dici aliquo. erit.n. principiũ, principij. ſubiectũ.n. principium, & prius videtur eſſe, prædicato. Tex. 52.

Hunc contextũ in duos ſyllos Alexan. partitus eſt, alter ex his uerbis. Niſi aliquis alterã cõtrarijs ſubiecerit nãm, hunc in modum uelut unus colligiſ, cõtraria nulli ſubijciunſ, principia ſubijciuntur, igitur principia nõ ſunt contraria. Secundus autẽ ſylls talis eſt, principia nõ dicũtur de ſubto, ſed cõtraria de ſubiecto dicuntur, quare principia non erũt pcontraria. Verũ forſitã ex his uerbis, & id quiſpiam dubitauerit niſi aliquis alterã contrarijs nãm ſubiecerit non habeẽ demõſtratio, ſed pblema, & dubitationẽ quã aliquis ſtatueret cõtra eos qui non ſupponũt alteram nãm, deinceps infert quocirca adiecit, illam particulã { enim } cum dicat. { Nullius.n. quę ſunt uidemus ſubãm cõtrariam eſſe } perinde atq; hæc ſit cã dubitandi aduerſus illos qui alteram nãm cõtrarijs non ſupponunt. Vnde puto talem eſſe ſyllm, cõtraria ſunt in ſubiecto & accñia, principia non ſunt accñia, ergo cõtraria non ſunt principia. Quod uero contraria ſint accñia prius accepit eo q̃d nullius eorum q̃ ſunt uidemus ſubãm contrariã eſſe, ſi ergo ſubã nulli eſt contraria, itaq; accñia eſſe pcontraria, cõſtat q̃d liquet etiam, quia cõtraria non ſunt per ſe, ſed in ſubiecto eſſe hñt. Nam aliquę differẽtiæ ſunt contraria, ſed differentia ſunt alicuius dñæ, idcirco inquit nullius etiam uidemus ſubãm contrariã eſſe perinde ac cõtraria debent eſſe eo q̃d alterius ope ſunt. Quod uero principium non de ſubto dicatur. i. non ſit in ſubto, neq; accñs exiſtat, hũc in modũ oñdit q̃d dicit de ſubto habet ſubãm q̃d eſt eius principium, ſed principiũ non habet principiũ, igitur principiũ non dicitur de ſubiecto, alioquin principij principiũ eſſet, ſed principij principiũ non eſt, igitur nec principiũ dicẽ de ſubiecto, ſed minorem hoc modo demõſtrat, eo quod dicitur de ſubto prę-exiſtit ſubiectum, ſed q̃ pręexiſtit principium eſt, igitur illius qd' dicitur de ſubiecto principium erit ſubiectum. Cõm. 49.

Amplius, non eſſe dicimus ſubſtantiã contrariam ſubſtantiæ. Quomodo igitur ex non ſubſtãtijs, ſubſtantia vtiq; erit? aut quomodo prius, non ſubſtantia q̃ ſubſtantia erit?

His uerbis uidetur tres ſyllogiſmos, uel quatuor complecti, atque connectere, quorum primus eſt talis, ſubſtantia contrarium non habet, at contrarium habet ſibi contrarium, igitur contrarium non eſt ſubſtãtia. Secundus ſyllogiſmus accipiẽs quod contraria non ſunt ſubſtantia tãquam ex tranſpoſitione affirmationem, & aſſumens quod ſi ſubſtantia non ſit ſubſtãtiæ cauſa, concludit cõtraria non eſſe ſubſtantię cãs, ſed q̃ non ſunt ſubę cauſæ etiam non ſunt principia effectuum naturaliũ. Tertius ſyllus eſt talis, contraria non ſunt ſubſtantia priora, principia autem ſubæ ſunt priora ſubſtantia, igitur cõtraria nõ Cõm. 50.

ſunt principia ſubę. Quod uero cõtraria non ſint priora ſubſtãtia ita demonſtrat, ↄtraria non ſunt ſubã, quod non eſt ſubſtãtia per ſubãm & in ſubſtantia eſſe habet, ſed q̃d habet eſſe per ſubãm, & eſt in ſubã nõ eſt prius ſubã, ſed q̃dam ſubã ↄferat q eſſe aliquid cõtrariorũ negat. Iccirco Alexander in illis uerbis ›› { dicimus non eſſe ſubãm cõtrariam ſubæ } hoc ſubintelligẽdum eſſe tradit. ſ. ſm ſubiectũ. Nam cum forma ſit ſubã, ei cõtraria priuatio eẽ uidet, niſi inquit priuatio appelletur cõius am pliuſq; ↄtrarium. Sed ipſe admiror pace Alexan. ſi mõ opus ſit per ſubãm intelligi mãm, nam nec mã per ſe principium eſt, nec ſubã proprie, ſed ſi per ſubſtantiã hic intelligere debemus mãm potius tertio loco tertiaq; rõne ſubãm eſſe debemus aſſerere, quippe ſubſtãtia proprie ſit compoſitum q̃d conſtat mã & forma. ſecundo uero loco forma, & tertio materia. Et exiſtimo hiſce argumentis quẽpiam poſſet conuincere mãm non eẽ per ſe principium, ſiquidẽ ipſa nõ ſit per ſe ſubã & ſubſtãtia ex non ſubſtantia non ſit. Vnde hoc q̃ſtione dignum mihi eſſe uidetur, q̃uo inquã illud dicatur. quo nã igitur pacto ex non ſubſtantijs ſubã eſſet. Etenim neq; oportet principia elemẽtaque ſubſtantiæ ſubſtãtias eẽ, nam ſi prius eſſe elẽta oportet quam ipſa quæ ex eſtis proficiſcuntur, & ſint ſubæ per aduerſarium elementa ſubſtãtiæ, itaq; antequã produceret & fieret ſubſtantia, iam eſſet ſubſtantia, imo nullibi prorſus elemẽta ſunt ea q̃ ex elementis prodeunt & conſtant, quippe nec hominis elẽta ſunt homines, nec carnis caro. Forſitã ergo materia & forma, ſiue oppoſitio ſunt principia propriæ ſubæ quæ eſt ipſa ſubſtãtia compoſita, utraq; ſane. ſ. forma & materia per ſe ſubſtantię non ſunt, ſed ſubſtantiales ſolũ. Item nec corpora ſunt, ſed corporales, ut etiam uidet Eudemus innuere cum uoce materiã corporalem, uerum cum hæc ambo conueniunt ſubæ ſunt, & ſubſtentias efficiũt, idcirco neutra per ſe ſubſtãtia eſt, neq; ſubſtantiæ effectrix & aſſignatrix. Verũtamen materia plus rõnis ſubſtãtiæ habet q̃ ipſa oppoſitio, quatenus materia poteſt per ſeipſam eſſe quod ſane peculiare ſubſtantiæ eſt, oppoſitio autem penitus habet eſſe in altero, atq; in ſubiecto collocatur quo pacto oppoſitio lõge magis à ſubã diſtat q̃ materia. Quocirca oñdit contraria non eſſe magis principia q̃ materiã, quia ſunt in ſubiecto, uocans ſubiectũ principium, q̃m ꝑexiſtit, prędicato. Sed adhuc uidetur ratio q̃rere quænã ſit præpoſiti cõtextus intentio. Nam quod uelit per illa uerba oñdere non eſſe per ſe ſufficientẽ oppõnem in rõnem principij perſpicuum eſt, ſed quę ſit illa ſubã cuius pricipia indagat atq; exploras, & q̃uo rationem formet & inſtruat, nõdum ex his quæ diximus compertum eſſe puto. Niſi ergo ſubæ compoſitæ quam & ꝓprie ſubãm in ſequentibus uocabit, principia inquirens aſſerat nõ ſufficere oppõnem formæ & priuationis, q̃m & ſi forma aliq̃ modo ſit ſubſtãtia, ill' tamẽ oppoſitum. ſ. priuatio nullo pacto eſt ſubſtantia. Nam ſubã non eſt ↄtraria ſubſtãtiæ, igitur aliq̃ ſubiecto opus eſt, ut cum forma compoſitum efficiat cum priuatio non inſit, ſed ſolum ↄferat ad rerum ortum atq; interitũ. Cęterum quod ipſe non demrẽt ſimplr cõtraria non eſſe principia, ſed non eſſe ꝑ ſe principia, etiam per ea quæ ſequũtur indicat idipſum explicans, non aliter fieri poſſe, ut quæ prius & nunc dicta ſunt ſimul uera eſſe, niſi ultra cõtraria eriã aliquod tertium cõtrarijs ſubiectũ ſupponatur. Ob id etiam ea q̃ dixit dubitationes nuncupat tanquã determinatione quadã egeant, quo in loco oſtendit ipſa non eſſe per ſe principia, ſed cõiuncta cuidam tertio principia euadere.

Tex. 53. Quocirca ſiquis & priorem veram putabit eẽ rationem, & hanc, neceſſarium eſt, ſi debet ſaluare vtraſque rationes, ſubijcere quoddam tertiũ. quemadmodum dicunt, vnam quandam naturã dicentes eſſe vniuerſum, vt aquam, aut ignẽ, aut

Tex. 54. medium horum. Videtur autem, medium magis. ignis enim, & terra, & aer, & aqua, contrarietatibus cõplexa ſunt. Ideo non irrationabiliter faciunt ſubiectũ, alterum ex his, facientes. aliorũ autem, quidã, aerem. aer. n. mixtione aliorũ, hẽt differentias ſenſibiles. conſequẽs autem, eſt aqua.

Cum retro oſtendiſſet naturaliũ rerum principia eſſe cõtraria, eo quod non quoduis ex quouis fit, ſed ex cõtrario, atq; nõ interire quoduis in quouis, ſed in cõtrarium, & deinde attuleris rõnes quæ hoc reuocabant in dubium, & contrarium oñdere uidebantur. ſ. principia non eſſe cõtraria, quas præterea rõnes cum hæc inter ſe pugnantia non deceptione & ſophiſtico more, ſed exacta ſyllogiſmi forma & ratione tuererentur oſtẽdere, ipſe inuenit artẽ & ingenioſum modũ quo ſuperiores retroque habitæ rationes, quãquã, inter ſe diſſidentia probare uiderentur in idem conſonent & conueniant. Hic ergo eſt modus, ut ipſa cõtraria ſint principia, hoc prius uere oſtenſum eſt, uerum cõtraria per ſe ſine ullo alio non ſunt principia. Vnde rõnes quæ hoc ſuſtulerunt de medio uerę ſunt, ſed cõtraria ſunt principia cum quodam alio tertio quod ſubijcitur cõtrarijs. Rurſus etiã inuenit eos naturales Phos una uoce conueniſſe in aſſignanda ratione illius tertij principij, qui unam naturam cum ſtatuerint ſubijci ipſis contrarijs per quam omnia dicebãt eſſe unum, ex eadem cuncta generari tradunt, ceu Thales dixit aquã. Heraclitus uero ignem, Anaximenes aerem. Diogenes autẽ intermedium. Etenim hi omnes ſuppoſuere unam & eãdem naturam cõtrarijs aſſerẽtes cætera congregatione & ſegregatione, uel raritate & dẽſitate euſdem fieri. Verum laudat magis eos qui aſſentiunt intermedium eſſe principium, & cauſam affert, nam elementa ſunt cum contrarietatibus iam cõmixta, quippe ignis calidus & ſiccus ſit, aer uero calidus & humidus, aqua autem frigida & humida, terra deniq; frigida & ſicca, quę omnia ſunt cum contrietate. Nam omnia hæc materia & forma conſtant, at id quod recepturũ eſt contraria & cum eiſdem rerum quę ſunt ortum & interitum reddere atq; efficere, oportet ſane ſuapte natura expertem eſſe contrariorũ. Nam ſi aliquod contrariorum habet ſm ſubſtantiam, uel nõ tranſmutatur per ſe, & nihil hoc modo erit in ipſo, uel corrũpetur, ſi alterum cõtrarium ei adeſſe debet, uel id ſimul habebit contraria, atqui ſi, cũ contrario penitus eſt, ꝑfecto non erit amplius ſimplex, ſed cõpoſitum. Nam contraria ſunt in ſubiecto, quare id neq; principium erit, quippe principia ea ſint quibus cõſtat compoſitũ, ſed non ipſum compoſitum eſt principium. Verum ſi quiſpiã cupit penitus unum elementorum principium rebus naturalibus decernere, aerem fateri principium cæterorũ melius expeditiuſq; erit, quoniã reſpectu aliorum inſenſiles fere uideẽt habere differẽtias, uidetur itaq; id quod cætera dicendũ eſt oportere qualitatis ac contrarietatis per ſe expers eſſe, huic ſecũdo ſuccedit loco aqua quæ ſuapte natura aptior eſt trãſmutari & uerti in contraria quippe qui facile igniatur & algeat frigidũq; recipiat ac in glaciem coaleſcat & denſetur, perinde ac uideatur non habere humiditatem ſecundum ſubſtantiam. Atqui ignis euidentiores habet contrarietates, dico inquam ipſam caliditatem & frigiditatem, &, præſertim ipſam caliditatem, q dum ignis manet non eſt ſuapte natura capax contrariorum, cuius rei cauſa eſt, quia cæteris eſt magis actiuum, & aſſimulatur formæ & minime materiæ.

Sed omnes, vnum hoc contrarijs figurant, vt Tex. 55. denſitate & raritate, & eo quod magis & minus. hæc autem omnino ſunt ſuperabundantia videlicet & defectus, ſicut dictum eſt prius. Et videtur antiqua eſſe etiam hæc opinio, quod vnum, & ſuperabũdantia & defectus, principia entium ſint. verum, non eodem modo. ſed antiqui, duo quidem, agere, vnum autem, pati. poſteriorum autẽ quidam ecõtrario, vnum quidem agere, duo autem pati, dicunt magis.

Cum

Com. 52. Cum neceſſitate rationis & teſtimonio aliorũ naturalium unum tertium introduxerit, cæterum oſtendit id ſolum nõ ſuppetere dicens, quod neq; illi unũ dũtaxat poſuere, ſed cum eodem contraria poſuere, quibus etiam teſtibus uult conſtituere tria principia, & inquit illos illud unum contrarijs formari aſſeruiſſe, qui rerum diſcrimina iuxta contrariorum differẽtias aſſerunt, alij nãque res diſtingui raritate & denſitate, alij autem eo quod maius, & eo quod minus dicunt. Vel potius hi qui cętera denſitate & raritate generari tradunt, hi aiunt etiã eam qualitatem intenſiorem uel remiſſiorem fieri quam illud tertium principium habet. Nam raritas eſt quædam remiſſio, & denſitas quędam intenſio, quarũ intenſio ad maius uergit, & remiſſio in minus, uerum hæc omnia rediguntur ad exceſſum & defectum, & inquit, non uidetur eſſe inſtitutum noſtrũ deſignandi molendique tria principia, cum olim uideatur fuiſſe quædã opinio quæ exceſſum defectum & unum rerum principia ſtatuit. Nam & ſi non omnes eodem utebantur nomine exceſſus & defectus, ſed alij appellabant contraria, cõgregationem & ſegregationem, alij autem raritatem & denſitatem, uel maius & minus, aut magnum & paruum, tamen hæc omnia redigũtur ad exceſſum et defectũ, & hac ratione cũcti inter ſe conueniunt qui tria tradunt eſſe principia, diſcrepant autem eo quod ueteres dixere, duo quidem quæ contraria ſunt agere & unum pati et materiale eſſe. At poſteriores ſecus dixere, cum aſſerant unum eſſe actiuum, duo uero paſſiua & materialia, inter quos uidetur Plato ſic dicere, qui unũ efficiens poſuit, & patiens uel materiam eſſe defectum & exceſſum, aut magnum & paruũ tulit, qua ratione duo dicit eſſe idem. Verum ꝑſpicuum eſt q̃d ſi Plato dixit cauſam proprie efficientem illud unum eſſe, hæc non erat elemẽtum, ſi autem dixit formam eſſe illud unum & illa duo materiam more Pythagoreorum per numeros ſignificans ipſas res, merito dixit unum eſſe formam tanquã ipſa ſit quæ definiat & terminat id quod perficit ac comprehendit, & duo eſſe materiam quæ uti in definita molis ac diuiſionis cauſa eſt, atq; apta recipere contraria, ſcire oportet paulopoſt, & ipſum Ariſt. mãm & priuationem in idẽ ꝯtrahere dicens. Eſt aũt ſubiectũ numero q̃dem unũ, forma uero duo, & ꝯſtat tñ, ipſum etiam dictum ſubiectum eſſe duo, unam uero formam.

Tex. 56. Tria igitur dicere elemẽta eſſe, & ex his, & ex huiuſmodi alijs, conſiderantibus videbitur vtiq; habere quãdam rationem, ſicut prædiximus. plura autem tribus, non amplius. ad patiendũ enim, ſufficiens eſt vnum. Si autem, quatuor exiſtentibus, duæ erunt contrarietates, oportebit ſeorſum ab vtraq;, eſſe alteram quãdam naturã mediam. Si autem ex ſeinuicem poſſint generare, otioſa vtiq; altera contrarietatum erit.

Com. 53. Cum ſapientiſſime nõ modo ſm neceſſitatem atq; uim demonſtrationis, ſed etiam cõmuni conſenſu atq; una cæterorũ Phorum uoce oſtenderit tria ſtatuenda eſſe, principia elementaria, quę neq; ſimpliciter principia, ſed elementa magis ꝓprie appellarunt, gratia maioris exquiſitionis ac oſtenſionis: uerum demonſtrat non eſſe plura principia quam tria. Nam cum neceſſe ſit ſubiectum eſſe aliquod unum, atq; duo contraria pręter ſubiectum, ſiquidem neq; contrarium in contrarium agat, ſed in cõmune ſubiectum, neq; quoduis à quouis fiat, quod ſi quis uoluerit plura efficere principia, uel aliud ſubiectum adijciet, uel aliam contrarietatem. Atqui fieri nequit ut alterũ ſubiecto adijciatur. Nam ſi fuerit eadem natura capax illorũ duorum ſubiectorum, quæ ſane & ſm idipſum ſubſiſtit quatenus eſt capax, profecto unum dũtaxat ſubiectum erit. At ſi naturę illorum inter ſe diſcrepant, ꝓculdubio iſtę differentiæ erunt eorum formæ, quo pacto non amplius erunt ſubſta, ſed compoſita & coniuncta contrarietati, quippe differentiæ ſm oppoſitionem ſubſiſtant, at ſubiectum penitus ſimplex eſſe uult, ut ipſum queat recipere ſimpliciter transmutationem. Adijcit autem quod quemadmodum principium quod educit prima contraria unum erat, ita etiam erit unum id quod recipit extrema. Nã principium deducens patienſq; contraria quod melius eſt ipſa quocirca longe ꝓuenit ea quæ educunt, poſt extremorum cõtrariorũ ſubſiſtẽtiã, unã quãdã nãm diſſiſr ſe hñtẽ gignit. Nam ut illa ſm cauſam continet cõtraria, ita hęc apta eſt ad ſuſcipiẽda ambo cõtraria. atq; ut illa põt gñare cõtraria, ita illa capax eſt cõtrariorum, itaq; oportet unum eſſe ſubiectũ q̃d ſufficiat ad patiendum. Cæterum ſi quis dixerit duas eſſe cõtrarietates & quatuor contraria poſuerit. uel duo illarum ſubiecta ponet, quarum uniuſcuiq; ſuũ reſpõdeat ſubiectum, quo ſane mõ non amplius erit unum ſubm, et tamen prius unum eſſe demõſtrauimus, ſed admittantur duo ſubiecta, uel utraq; ſubſta ſimul & utraq; contrarietas poterit omnia generare. ꝙ ſi hoc admittitur, altera ſane erit ſuperflua, quippe hoc mõ una ſit contrarietas, uel utraq; ſeorſum aliq̃ peculiariter ſeparata et definita generabit, ꝙ ſi hoc dabitur, non erunt ꝓfecto eadem principia oĩum. Atqui ſi unum ſubiectum duabus cõtrarietatibus quiſpiã ſtatuerit dicens has duas contrarietates ex uno ſubiecto generare ea quæ ſunt rurſus ab eodẽ percunctabimur, num hæc cõtrarietas generabit aliam ex eodẽ ſubiecto, et alia cõtrarietas aliã; uel ambæ generabunt eadem, quo etiã modo eadem incõmoda abſurdaq; emergent. Nam ſi una generabit aliã, & altera ꝓducet aliam, nihilominus ex eodem ſubiecto, profecto ſubiectũ erit unum cõmune principiũ, at cõtrarietates non amplius cõmunes erunt. ꝙ ſi una ſimul cum alia, & non ſeorſum accepta oĩa generat, rurſus alia erit ſupuruacanea, nam hoc modo una erit ꝯtrarietas. Item ſi quis ita craſſi ingenij fuerit ut plures cõtrarietates primas q̃; duas adhuc aſſerat, huic eadẽ abſurda accident, imo magis ſequẽtur abſurda. Verum Ariſt. harũ ſectionum & ꝑtium diuiſionis abſq; abſurdorũ nonnulla tanq̃; manifeſtas omiſit, nõnulla uero poſuit. Nam poſuit hoc abſurdũ q̃d eos qui aiunt duas eſſe ꝯtrarietates, neceſſe eſt ponere duo ſubſta, ꝓpterea ꝙ aſſueuit ad patiẽdũ ſufficit unũ, ſed ſi ꝯtrarietates duæ eadẽ gñarent, ſiue unũ, ſiue duo admittãtur eẽ ſubſta, cõe abſurdum intulit q̃d eſt, alterã eſſe ſuperuacaneã, q̃d ambaſq; unam fore ꝯtrarietatem atq; eadẽ gñare. At illud quod utraq; ſeorſum gñaret aliq̃ non eget merito rõne. quia hic diſſerit de cõibus principijs. Verũtñ Porphyrius cũ Ariſt. dicit. {quod ſi ex ſeſe uiciſſim gñare poſſunt,} hoc mõ intelligit, ”
ꝙ ſi una aliã generat, ceu ſi quis dicat rarũ & dẽſum, calidũ & frigidum, uelut prima ꝯtraria, & deinde aſſerat calidũ ex raro, & frigidũ ex denſo, quo pacto nãq; ꝯtrarietas denſi & rari ſat erit. Verũ Porphyrij pace ſi Ariſto. dixiſſet ex ſeſe uiciſſim generari, expoſitio hæc Porphyrij poſſet uerbis accõmodari, ſed dixit impñtia, ex ſeſe uiciſſim generare.

Simul autem & impoſſibile eſt, plures eſſe cõtrarietates primas. Subſtantia enim, vnum quoddam genus eſt entis. quare eo quod prius & poſterius differrent ſolum abinuicem principia, ſed non genere. ſemper enim in vno genere, contrarietas vna eſt. omnes autem contrarietates reduci videntur ad vnam.

Com. 54. Cum oſtẽderit ſi quis ſupponeret duas primas ꝯrietates, & duas mãs, uel unã alterã ꝯtrarietatẽ fore ſuperuacaneã, demõſtrat impñtia, id q̃d etiã retro dixit. ſ. fieri nõ poſſe ut plres ſint ꝯtrarietates primę q̃; una, & rõciniũ ſyllmq; nunc hoc mõ efficit, ſubſtãtia eſt unũ ſane genus, ſed in uno genere eſt una cõtrarietas, cum ergo ſubſta ſit primum cæterorũ generũ, & in primo genere eſt una prima contrarietas aliarum cõtrarietatum quæ in cæteris generibus collocantur, iure ergo in ſubſtantia erit una contrarietas prima cæterarum contrarietatum quę in alijs generibus ſitę ſunt, imo ſe habent eo modo contrarietates in alijs generibus ad eam quæ eſt in ſubſtantia, ut ſe habẽt genera ad ipſam ſubſtantiã, ſi ergo cætera genera ſunt, atq; habent eſſe ab ipſa ſubſtantia, etiam contrarietates eorum erunt

ab ipſa contrarietate quæ eſt in ſubſtantia, igiẽ omnis talis erit poſterior ea & ſub illa, igitur una prima cõtrarietas erit in ſubſtantia & principium ipſum, ſed cum ſubſtantiæ principia q̃ramus, merito itaq; ſermo ratioq; omnes cõtrarietates contrahit ad eam, ſupmam & primam quæ eſt inter priuationem & formam, propterea quod hæc eſt maxime propria ſubſtantię, & ſecũdum hanc generatio et corruptio perficitur & abſoluẽ. Atqui ſi aliquis acciperet plures contrarietates in principijs, ut fateatur nonnullas primas eſſe, nõnullas uero poſt illas q̃ ſint eiuſdem generis, hæ tamen diſcrepabunt atq; diſtabunt eo q̃d priores & poſteriores ſunt. Nã ſi ſubſtãtia eſt cõmune genus, eius cõtrarietas profecto generaliſſima erit. Cęterũ cum dicit atq; omnes contrarietates ad unam reduci uidẽtur, ıd dicit, uel quia fidem adducit ex euidẽtia eorum quę ſunt manifeſta, & teſtimonio naturalium, qui ponunt unam eſſe omnium primam contrarietatem, uel quia ſuapte opinione reducit omnes cõtrarietates in formam & priuationẽ. Nam cum etiam apud illum generationis proxime contrarietates duæ ſint, caliditas, frigiditas, humiditas, & ſiccitas, ceu ſecũdo libro de generatione oſtendit, hę tamen rediguntur in unam quæ eſt habitus & priuationis, quo circa apud eum, una eſt contrarietas principalis. Hoc modo etiam Alexan. nunc expoſuit locum hunc, & cum dicit Ariſto. ſemper enim in uno genere eſt una cõtrarietas ipſe intelligit de proxima contrarietate generũ. Nam albũ & nigrum eſt contrarietas coloris proxima, & non qualitatis, unde dicit, qualitas uel non habet proximam contrarietatẽ, uel ſi habet ad ipſam album & nigrum reducetur, ſimiliter etiam alia contraria in qualitate. Verũtamen Porphyrius per ſubſtantiam intelligit materiam, & circa hanc unam materiam & ſubſtantiam inquit eſſe primam cõtrarietatem, quoniã genus eſt ſubſa & in omni genere eſt una prima cõtrarietas. Vnde efficit rationem hunc in modum, in omni genere eſt una contrarietas prima, ſubſtantia autem eſt genus, igiẽ in ea eſt una prima contrarietas, ſed materia eſt ſubſtantia, quare circa eãdem erit una prima contrarietas, quod ſi plures forent, hę ſane diſtarent eo quod priores & poſteriores ſunt, ſed non genere. Nam ſemper in uno genere eſt una cõtrarietas, hoc igitur modo exiſtimo eſſe melius intelligendum, quam de uniuerſali ſubſtãtia quæ diuid tur contra alia genera. Nam dicere aliorum generũ contrarietates eſſe ſub contrarietate ſubſtantiæ, propterea q̃d etiam ipſa genera habent eſſe à ſubſtantia uidetur id mihi dici ſine ratione & temere ac ſine ſuaſione, nam alię contrarietates ita reducuntur ad primam, ut ipſa prima queat de alijs prędicari, quoniam omnis exceſſus & defectus, uel idẽtitas & diuerſitas, uel ſi quis aliam primã ꝯtrarietatẽ dixerit, p̃dicatur de alijs, at ſubſtantia de alijs generibus non prædicatur, neq; alia genera ſunt ſubſtantia, nam minime eo quod ſunt in ſubſtãtia, atq; habent eſſe in ea, hac de cauſa ipſa ſunt ſubſtantiæ. Præterea optimum forſitan eſſe duco ſi per ſubſtãtiam & genus ipſum totum generabile quod eſt cõmune ad decẽ genera intelligamus, idcirco etiam eſt proxima cõtrarietas eius quæ eſt cõmunis decem generibus habitus. ſ. & priuatio. Poſſumus item per ſubſtantiam intelligere materiam quod per illam unũquodq; generabile & materiale ſubſiſtat, non eo quia materia ſit proprie ſubſtantia, quippe materia non ſit intellectualis ſubſa nec ſenſibilis. Nam alia prorſus eſt immaterialis, alia uero ſenſibilis eſt obnoxia ortui & interitui, ſiquidẽ ſit generabilis ſubſa, at omne q̃d gignitur & interit ſubiecto ac mã eget, ceu in ſequẽtibus diſcemus, atqui penitus abſurdum eſt materiæ mãm efficere atq; concedere, ne infinitum attingere uideantur.

Tex. 57. Quod igitur neq; vnum ſit elemẽtũ, neq; plura duobus vel tribus: manifeſtum eſt. Horum autem vtrum, quemadmodum diximus, dubitationem habet multã. Sic igitur nos dicamus primũ, de omni generatione aggredientes. Eſt enim ſecundum naturã, cõmunia primũ dicentes, ſic, circa vnumquodq; propria ſpeculari.

Cum rationibus hactetenus patefecerit una dũtaxat cõtrarietate, unoq; ſubiecto contrariorum opus eſſe, concludit neq; unum eſſe elm̃um, quandoquidem ſit unum ſubiectum aliq̃d quod ſubijcitur ipſis cõtrarijs & contraria ipſa, uerũtamẽ neq; plura quam duo uel tria eſſe aſſerit. Nam ſubiectũ unum eſt, & cõtraria nõ plura q̃; duo. Verũ enimuero ſiue duo, ſiue tria ſint, hoc totum enim ut diximus inquiſitiõe dignũ eſt. Etenim ſi contraria ut unum principium acciperentur, duo eſſent ꝓcul dubio principia, materia ſcilicet & contraria, ſi autem acciperẽtur contraria ut duo, ꝑfecto erunt tria principia & non duo. Com. 55.
Verum illud eſſe dictum ambigue & nõ ſine dubitatione melius eſt aſſerendum propter priuationem, quæ uel eadem uidetur eſſe cum materia, uel ab eadem differre per accidens cũ ſit principium, dubium igitur eſt an duo ſint principia materia & forma, an tria priuatione cõnumerante. Vel dubium eſt quomodo ſint duo, & q̃uo tria, quod quidem uerũ eſſe uidẽt, quoniam hæc ab ipſo deinceps ſunt determinata & definita. Sed etiam circa hæc ingens oritur dubitatio, nũquid ęque ſint principia ipſa contraria, uel aliud eorum per ſe, aliud autem per accidens. Vnde concludens has rationes, infert, quapropter ipſa principia, tum duo, tum tria, tum ut contraria, tum etiam minime ut contraria dicenda ſunt. Cęterum cum ꝓpoſuerit ex mutatione & generatione principia inuenire eorum quæ fiunt, & eorum quæ fiunt alia fiunt ſm accidens, & aliquod ſubiectum perſpicuo habent quod eſt ipſa ſubſtantia, & alia generãtur ſecundum ſubam, quæ occultum ſubiectum habẽt, ob id imprimis de omni generatione cõmuniter facturus ſermonem, exẽpla adducens mutationis eorum quę fiunt ſm aliquod accidẽs poſtea generationem illius quod fit ſecũdũ ſubam diſtinguit & diſcernit, atq; oſtendit in illa ſubiecto opus eſſe, & q̃uo ſe habeat ad illud priuatio. Vnde cõmuniorem rationem dixit, tum quia nõ modo naturali generatione, ſed etiam artificiali utitur, nam hac rõne ſi habet generatio muſici. Quod uero cõmuniũ & eorum quæ ſunt magis, confuſa, contẽplatio ceu quo ad nos prior ſit ſpeculatione propriorum mox tulit huius operis principio. Vnde ex his dictis etiam liquet ibi intellexiſſe uña, ex q̃bus dixit ꝓficiſcendum eſſe ad ſinguña, nihil aliud q̃; ipſa cõmunia, & totalia quæ ſane ſunt notiora nobis.

Dicimus enim fieri ex alio aliud, & ex altero alterum, aut ſimplicia dicentes, aut compoſita. dico autem hoc, ſic. eſt enim, fieri hominem muſicum. eſt autem & non muſicum quippiam, fieri muſicum, aut nõ muſicum hominem, hominem muſicum. Simplex igitur dico quod factum eſt, hominem, & non muſicum, & quod fit ſimplex, muſicum. compoſitum autem, et quod fit et quod factum eſt, cum nõ muſicum hominem, dicimus fieri muſicum hominem. Horum autẽ, hoc quidem non ſolum dicitur hoc aliquid fieri, ſed etiã ex hoc, vt ex non muſico muſicus. hoc autem, nõ dicitur in omnibus. non enim ex homine factus eſt muſicus, ſed homo factus eſt muſicus. Eorum autem quæ vt ſimplicia dicimus fieri, aliud quidem permanens fit, aliud vero, non permanens. homo enim, permanet factus muſicus homo. nõ muſicum autẽ & immuſicum, neq; ſimplex, neq; compoſitum permanet. Determinatis autẽ his, ex omnibus quæ fiũt, hoc licet accipere ſi aliquis inſpexerit, ſicut dicimus, quod oportet ſemꝑ aliquid ſubijci quod fit. & hoc, etſi numero eſt vnũ at ſpecie quidem non vnum. ſpecie enim dico & Tex. 58. Tex. 59. Tex. 60.

ratione

ratione, idem. non enim idem eſt homini & immuſico, eſſe. & illud quidem, permanet. hoc vero non permanet. Etenim non oppoſitũ permanet. homo enim, permanet. muſicum autem & immuſicum, non permanet, neq; ex ambobus compo-
Tex. 61. ſitum, vt immuſicus homo. Sed ex aliquo fieri aliquid, & non hoc fieri: magis quidem dicitur in non permanentibus. vt ex immuſico, muſicũ fieri. ex homine autẽ, non. At vero, & in permanentibus, aliquando dicitur ſimiliter. ex ęre enim, ſtatuam dicimus fieri, non æs, ſtatuã. Hoc tamen ex oppoſito & non permanente, vtroq; modo dicit̃. & ex hoc, hoc: & hoc, hoc. nãq; ex imuſico, & immuſicus, fit muſicus. Quocirca, & in compoſito ſimiliter, etenim ex immuſico homine, & immuſicus homo, fieri dicitur muſicus.

Cõm. 56. Hic proponit euidentius inueſtigare naturam ſubiecti & ſi iam eãdem quod ſit inuenerit, atq; pulchre ſtatuerit eam eſſe. Verũtamen diſcrimen inter ſubiectum & priuationem nobis affert, & primum id nititur facere ex diuerſo dicendi modo, deinde ex ipſa rerum natura. Rationem itaque hunc in modum tractat & format, generatio nãque & prorſus omnis mutatio uel ſimplex eſt, uel compoſita, ſimplex inquam eſt ceu cum dicimus hominem fieri muſicum, ubi factum hominem accipiẽtes, muſicum facimus eſſe id quod fit, uel quando dicimus immuſicum fieri muſicum. Compoſita autẽ eſt quando non muſicum hominem dicimus fieri muſicum hominem, per hæc exiſtimo tandem quod ipſe oſtendat conuenientiam inter ſubiectum & priuationem, ſubiectum inq; eſt homo, priuatio autem immuſicus, & ambo dicimus fieri id quod eſt forma, cęterum hac data diuiſione differentias affert, & primam rurſus à modo dicendi tradit. Nam horum (inquit) immuſicum & id genus non modo dicitur hoc aliquid fieri, ceu ĩmuſicum fieri muſicum, ſed etiam ex hoc dicit̃ fieri, ceu ex non muſico muſicũ. At homo & id genus non ſimiliter ſe habent, quippe non conſueuimus dicere ex homine fieri muſicum, ſed hominem muſicum euadere & hoc diſcrimen eſt iuxta dicendi modum. Secũda autem differentia eſt ex rebus, quoniã eorum quę fiunt aliqua forma, alia quidem permanent cum fiunt. nam homo permanet cum fit muſicus. q̃dam uero priuantur & deſunt, quippe immuſicum non permaneat ſimul cum muſico. His ergo definitis eo quod ea quæ fiunt uel ſimplicia ſunt, uel compoſita, atq; eo quod factum differt tum dicendi modo, tum etiam quo ad permanentiã eius & non permanentiam, profecto undique hoc eſt accipiendum, ut oporteat prorſus aliquod factũ ſubijci, quod quidem eſt hoc, uel ex quo dicimus fieri, ceu immuſicum ex quo fit, uel id quod dicitur fieri ut homo, quę ſane & ſi numero unum ſunt, quoniã alterum per ſe ſubſiſtere nequit, tamen ratione ſunt diuerſa, quippe nõ idem ſint homo & ĩmuſicus, ſed deinceps ea quę dixit, accõmodat ſubiecto & priuationi, & primo differentiam ſecundum rem diſtribuit dicẽs, ſubiectum permanere, ſed priuationem aboleri. Vnde cum inuenerit hoc ingens, diſcrimen etiam tradidit illius perſpicuam cauſam. Nam ſubiectum cum non ſit contrarium formæ permanet adueniente forma, priuatio autem cum ſit oppoſita & inconiuncta, neq; cum illa cõnectenda, prorſus excluditur, cedit, & corrumpitur ingreſſu formæ, ſed deinde uſu dicendi differentiam adhibet, quoniam priuationi tribuimus accõmodamusq; utrũq; modũ dicendi, cum dicimus ab hoc fieri hoc, atque ex hoc fieri hoc, ſubiecto autem ſolum tribuitur ab hoc cũ dicamus ab hoc fieri hoc. Qđ ſi aliqñ ẽt de ſubiecto dicimus ex hoc fieri, ceu ex ære dicimus fieri ſtatuam, tamẽ de quo dicimus ex hoc fieri, non amplius de eodẽ dicetur, & hoc fieri, qppe non ↄſueuimus dicere, æs fit ſtatua, quare ſi priuationi uterque modus dicendi, & hoc, & ex hoc cõpetit, & ſubiecto alter tantum proprie tribuitur, hac ſane rõne etiam priuatio, & ſubiectum inter ſe diſtabunt, uerum ſi operæpretiũ eſt penitus definire cui magis cõpetat iſte dicendi modus. ſ. ex hoc fieri, potius non permanenti ideſt priuatione competere dignus. Nam poteſt priuatione ſignificari cum hoc dicẽdi modo. ſ. poſt hoc. Atqui hoc fieri hoc permanẽti potius competit, quippe aliquid manere oporteat quod ſane fit. Porro cum dicimus muſicum fieri muſicũ, id ſolemus dicere reſpectu ſubiecti quod ſub ea uoce concreta continetur. Nam illi cõgruit hoc fieri hoc, & minime dici ſolet immuſica fit muſicum, ſed ſubiectum muſices fit muſicum, q̃d etiam eandem habet, ceu cum dicimus ex ęre fieri ſtatuam quatenus in ære eſt priuatio ſtatuę quæ nomine caret, hoc profecto dicimus. Nam cum ex priuatione fiat generatio quando nobis deerit priuationis nomẽ per ſubiectum ſignificabimus ipſam, perinde atque in ipſo etiam priuatio ſit, id etiam ęque in ſimplicibus et compoſitis ſe habet, quippe in his ſubiectum ſit cum ipſa priuatione, ceu ĩmuſicus homo, quod non permanet cum forma, ideſt cum muſico homine eo quod opponuntur muſicum & immuſicum, licet etiam dicamus ex immuſico homine, & immuſicum hominẽ fieri muſicum hominem. Hæc quidem eſt uniuerſa eorum quæ dicit Ariſto. ſententia. Verum adnotato ipſum dicere in particularibus cõpoſitum & factum ſubiectum & priuationem, ceu hominem & immuſicum, & id quod fit formam appellat, ceu muſicũ, dixit autem factum ſubijci non eo quod hic uelit, aſſerere materiã, dũtaxat ſubijci; ſed totum factũ in quo materia & priuatio eſt. Hoc igitur factum inquit, & ſi numero unũ ſit quoniam in idẽ ſubiectum & priuatio ↄcurrunt, perinde ac priuatio per ſe ſubſiſtere nequeat, tamẽ forma non eſt unum, ſed differentia eſt. Sed quia non proprie de ſubiecto & priuatione dici poteſt ea forma differre, cum materia prorſus informis ſit, & priuatio ſit abſentia formæ exiſtentis, repente illud { non unum forma } uertit in ratione differens dicens. Nam forma & ratione idem dico. Non. n. eſt eadem ratio hominis & muſici. Sed q̃d priuatio inſit materiæ & uelut accidens progreſſu huius primi libri perſpicuum erit, ſed nũc paucis ĩmoremur. Nam ſi non aderit priuatio, nec erit generatio, quippe rerũ ortus ſit ex non tali q̃d aptum eſt fieri tale quæ ſi non per accidẽs inerit, ſed per ſe, dubio procul ſubiectum una cum priuatione abeunte interiret, ſi quidem eſſentia ſubiecti conſiſtat in priuatione, ſed id ſolet reuocari in dubium, quoniam ſi ſubiectum in potentia eſt, & q̃d eſt in potentia etiam in priuatione ponit̃. quo igitur pacto priuatio non eſt propria ratione ſubiectum. Niſi aſſeramus ſubiectum eſſe actu & non in potentia, & hoc non habet potentiã. Præterea (accidit eidem formis ꝑticipare, quare concludemus priuationem formarum eſſe accidens ſubiecto quod recepturum eſt formas. Nam inquit Alexander, cum acciperetur ſubiectum uelut alicuius materia, tũc eſt cum priuatione, cum uero acciperetur ſubiectum ſecundum ſeipſum, nõ amplius erit cum priuatione. Verũtamen Boethus dixit materiam eſſe iſformem & ſine ſpecie dici, quippe quæ nomẽ trahere uideatur ab eo quod in ea futurum eſt, ſed cum ſuſciperet formã, non amplius materia, ſed ſubiectum dicitur. nam ſubijci formæ inexiſtenti dicitur. Sed forſitan materia dicitur uelut extrema, ſubiectum autem cum ad formam reſpicit, ſiue habeat ſecundam formam, ſiue debeat ſuſcipere ipſam. Materia nãque ut inquit Alexã. eſt ſuapte ratione expers qualitatis, nõ eo quod priuata ſit qualitate, quãdoquidem priuatio ſit qualitas, ſed quia eſt in negatione, qualitatis, quoniam ut eſt formæ, ita etiam eſt priuationis capax. Verum cũ Alexan. hæc proferat, aliquis poſſet inuehi in illum, primum quoniã ſi priuatio eſt qualitas, & qualitas quędã forma eſt, atq; cuiuſuis formæ generabilis eſt priuatio, igitur erit priuationis priuatio, & cum priuatio ſit quędã abſentia, erit profecto abſentia abſentiæ, & hoc abibit in infinitum. Præterea (ſi materia ut capax eſt formæ, ita etiã priuationis, cũ ergo aderit forma mãæ, tũc ipſa habebit priuationẽ priuationis, uel ergo (forma ĩtroducta ẽ priuatio priuatiõis qđ ſa-

ne abſurdum eſt uel erit quædam alia priuatio coexiſtens formæ, ſed quæ forma erit, oppoſita illi, ſiquidem omnis priuatio formæ opponatur. Niſi ergo alia ſit priuatio quæ dicitur in prædicamentis aduerſari habitui, ceu cęcitas uiſui aſpectuiq;, quæ non poteſt reduci recidereq; in habitum, quæ etiam particeps eſt aliquo modo qualitatis & ſeiuncta forma cuius dicitur priuatio, de qua Ariſt. ſcripſit dicens, cumq; uiciſsitudinaria mutatio inter priuationem & habitum fieri nequeat. Nam ab habitu in priuationem mutatio fit, ſed à priuatione in habitũ fieri non poteſt. nam ſi quiſpiam euaſerit cæcus, uiſum iterum recipere non poteſt, neq; caluus denuo fiet crinitus, neque edentulus rurſus naturales dentes obtinebit. Alia quoq; eſt priuatio quæ opponitur, formæ & reuertitur in ipſum ſubiectũ atq; recidit. ut ortus atq; interitus rerum perficiatur per mutationem uiciſsitudinariam unius in alterum, & illa prima priuatio poſt formam eſt cum ſit cæcitas uiſus & formæ, hæc aũt ante formam, & poſt formam, uelut quædam abſentia cum quadã aptitudine ad formam ſpectatur & conſideratur, quare neque erit priuatio priuationis, ſed forma & priuatio erit dũtaxat quędam abſentia formæ, & quãdo aderit forma, non adeſt priuatio, non tamẽ abſentia tunc priuationis adeſt, ceu alia priuatio. Nam formę abſentia priuatio eſt, ſed non priuatio priuationis, quemadmodum neque diceretur præſentia adeſſe & abeſſe, perindeatq; alia præſentia ſit præſentiæ, quãuis forma adeſſe & abeſſe dicatur, ita etiam neq; abſentia abſentiæ dicitur. Etenim cum aliqua connectuntur & ſeparantur inter ſe non dicimus ſeparati ſeparatum eſſe.

Tex.62. Multipliciter autem cum dicatur fieri, & horum quidem nõ ſimpliciter fieri, ſed hoc aliquid fieri, ſimpliciter autem fieri, ſubſtantiarum ſolum: manifeſtum eſt quod ſecũdum alia quidem neceſſe eſt ſubijci aliquid quod fit. etenim quantum, & quale, & ad alterum, & quando, & vbi, fiunt ſubiecto aliquo propterea quod ſola ſubſtantia de nullo alio dicitur ſubiecto, ſed alia omnia de ſubſtantia.

Com. 57. Cum propoſuerit in omni generatione ſubiectũ inuenire, atq; diſcrimen inter ipſum & priuationem afferre, & cœperit ab his quæ nobis in promptu magis ſunt. Nam clarior dilucidiorq; eſt accidentium generatio quæ circa ſubiectum & ſubſtantiam perficitur, cæterum deſcendit ad oſtendendum in generatione corruptioneq; ſubſtãtiæ opus eſſe aliqua ſubſtãtia, ſubiecta atq; priuatione. Et primo adnotat & indicat cum totidem modis fieri dicetur, quot etiam ſunt ea quæ fiunt, generationem ſimpliciter non dici de nouem prædicamentis, ſed ipſa dicuntur hoc aliquid fieri, nam ſubiectam ſubſtantiam non dicimus fieri ſimpliciter, ſed album fieri, uel tricubitum, uel dextrum. At, uero de ſubſtãtia, ceu de homine, dicimus fieri hominem, ſed non hoc aliquid fit. Huius autẽ rei cauſa eſt, quia ſubſtantia ipſa per ſeipſam ſubſiſtit, at cum alia habeãt eſſe in ſubſtantia, ſubſtantia dicitur fieri ſecũdum ea, ſed non ſimpliciter ſecundum ſeipſam. Idcirco in perfecta generatione aliorũ perſpicuum eſt, ut ibi aliquod ſubijciatur quod ſit factum, quippe prorſus oporteat eſſe quod dicimus fieri hoc aliquid, ceu albũ, uel tricubitum, quoniam omnia accidentia collocantur in ſubſtantia quæ eis ſubijcitur, ſed cum ſubſtãtia nõ ſit in ſubiecto, ceu alia, idcirco non adeo dilucidum eſt generationis & corruptionis eiuſdem ſubiectum eſſe.

Quod autem ſubſtantia, & quæcunq; alia ſimpliciter entia ex ſubiecto quodam fiant, conſideranti fiet vtique manifeſtum. ſemper enim eſt aliquid, quod ſubijcitur, ex quo fit, quod fit, vt plan-
Tex. 63. tæ, & animalia, ex ſemine. Fiunt autẽ, quæ fiunt ſimpliciter, alia quidem transfiguratione, vt ſtatua, ex ære. Alia vero, appoſitione, vt quæ augmẽtãtur. alia vero, ſubtractiõe, vt ex lapide, Mercurius. Compoſitione autẽ alia, vt domus. Alia vero alteratione, vt quę vertũtur ſcđm materiam.

Quod quidem alia prædicamẽta quæ ſunt in ſubſtantia generantur & intereant circa ſubſtantiam uelut ſubſtantiam, proxime conſtat, & cum ipſa ſubſtantia generabilis, & ea quæ retro diximus, quæ etiam hoc aliquid penitus eſſe dicimus, cum ſint ſimpliciter entia, & non ſint entia quæ dicuntur hoc aliquid. ideſt ſubſtantia & non accidentia, & ſi non ſint in ſubiecto, tamen habet in ipſis aliquod ſubiectum propter quod accidit eis fieri & interire. Quod quidem modo oſtendit inductione, nam ſemper eſt ſubiectũ in generationibus, ceu in plãtis et animalibus ſemen, quippe hoc cum ſubijciatur ſimulque alteretur, frutices plantęue & animalia orianť. Com. 58. Alexander autem tradit Ariſto. poſt inductionem uti uniuerſali demonſtratione, & oſtendere iuxta omnes modos generationis quæcũq; fiunt ex ſubiecto fieri, & ſimul hoc oñdunt uniuerſaliter in ſubſtantia, quippe generatio ſubſtantiæ cõplectatur de prædictis modis. Idcirco intelligit ſimpliciter, pro uniuerſaliter atq; prorſus, perinde ac ipſe denuo redeat ad cõmunes modos generationis, in quibus generatio ſecundum ſubſtantiam complectitur. Nam (ut inquit) alterationi ſubordinať etiam generatio ſecũdum ſubſtantiam, & fortaſſe diceret non quod generatio ſubſtantię ſit alteratio, ſed quod non ſine alteratione fiat. Hunc igitur in modum Alexan. dicit, & magnus Syrianus uidetur talẽ expoſitionem accipere & probare. Sed forſitã ipſa diuiſio eſt eorum quæ fiunt ſecundum ſubſtantiã. Etenim figura eſt forma & ſubſtantia ſtatuæ & non qualitas, nam forma alia fit & non altera, ſi ex ſphæra fit ſtatua. Quod ſi pace Alexãdri alias formas Ariſto. complectitur quonam pacto proprie alteratio quæ eſt mutatio in qualitate manente ſubiecto non transmutato nec depulſo de ſua forma ſubſtantiali, hic complectitur ſecundum uerſionem et mutationem eius, quæ ſane eſt mutatio ſecundum ſubſtantiam. Item quomodo cõſentaneũ eſt poſtquam alias generationes cõfirmauit ſubiecto egere quid opus eſt denuo ad eas redire. quod ſi hoc fecit, cur non omnes quas ſimul retro meminit hic recenſet & numerat? Etenĩ in illis mẽtionem fecit de illo quod eſt ad aliquid de eo quod quando appellatur, ac de ubi, & tamen hanc diuiſionem expoſitor Alexander fatetur eſſe perfectam ac ſine defectu. Hæc itaque euadere nequimus, niſi Ariſto. intelligat per ea ꝙ ſimpliciter fiunt, quæcũq; proprie & ſecundum ſubſtantiã fiunt. Etenim retro dixit ſolas ſubſtantias ſimpliciter fieri, alia autem non ſimpliciter fieri, ſed hoc aliquid. Et doctrina atque ſententia ſequens erit, ut poſtquam fecerit fidem per inductionem quæ fides ex eo uerbo { ex ſemine } habetur adijciendo neceſsitatem ex diuiſione concludet non ſolum accidentia fieri ex ſubiecto & priuatione, ut prius oñſum eſt, ſed etiam ipſas ſubſtantias. Et erit talis diuiſio eorum quæ fiunt ſecundum ſubſtantiam, alia quidem ut ſimplicia producuntur, alia uero ut compoſita, compoſita igitur compoſitione fiunt ut domus, ſed ſimplicium alia fiunt ſecundum profunditatẽ. alia uero in ſuperficie, & quę fiunt in ſuperficie transformatione fiunt, etenim hæc eſt ſubſtantialis generatio quando ſit ex ſphæra ſtatua, ſed eorum quæ fiũt ſecundum ꝓfunditatem, alia quidem uniuerſaliter, ceu homo ex ſemine genitali alterato, alia uero particulariter, & horũ alia per additionem, ceu illa quæ augentur, alia uero ablatione, ceu quæ diminuuntur. Et notato quod hic non complexus eſt alterationem ſecundum qualitatem ſolam uel mutationẽ, ſed alterationem ſecundum uerſionem & mutationem materiæ, ceu ſeminis mutationem in plantis & animalibus cuius ope generatio ſubſtantię perficitur. Quod ſi qui fauens Alexandro inſtat cæteras mutationes his modis cõplecti ac numerare, quomodo prætermiſit mutationem ſecũdum locum, ꝓterea quo-

modo

modo mutationem ſecundum figuram diuidit contra alterationem? Verum Alexan. inquirens quonã pacto poſuerit Ariſto. mutationem ſecundum transformationem, et ſecundum alterationem, uelut duos modos dici quaſi qualitas & figura alteratio ſit, tamẽ ſecũdum figuram mutatio non eſt ſimplex alterationis mutatio, ſed id quod transformatur habet alienationẽ etiam in ordine & potentia ſubiecti, at alteratum paſſionem quãdam, & qualitatem mutat, ubi nihil ſubiecti ut ſubiectum eſt in alteratione detrahitur, quippe alteratio proprie ſit mutatio ſecundum paſſiuas qualitates. Sed Alexan. non uidet quomodo ſibimet aduerſetur, nam ſi hæc ita ſe habent, quõ infert alterationi ſubordinari & ſubijci generationẽ proprie, quippe mutatio ſm paſſiuas qualitates non ſit proprie generatio.

Tex. 64. Omnia autem quæ ſic fiunt. manifeſtum eſt quod ex ſubiectis fiunt. Quare manifeſtum eſt ex dictis, quod omne quod fit, ſemper compoſitum eſt. & eſt quidem aliquid quod fit, eſt autem aliquid, quod hoc fit. & hoc, duplex eſt. aut enim ſubiectum, aut oppoſitum. Dicitur autem oppoſiti immuſicum, hominem autem ſubijci. & infigurationem quidem, & informitatem vel inordinationem, oppoſitum, æs autem, vel lapidem, vel aurum, ſubiectum.

Com. 59. Si cuncta quæ fiunt aliquo horum modorum fiunt, & quæ his modis fiunt, ex ſubiecto aguntur & fiunt, profecto cuncta quæ proprie fiũt ex ſubĩto prodeunt. Quod uero unũquodq; dictorum ex ſubiecto fiat, perſpicuum erit nobis ſi ea ſub oculos ponamus q̃ prius tractauimus. Etenim in eo quod formandum eſt aliquid eſt quod formatur & figuratur. Item in ablatione eius quod fit aliquid eſt à quo demitur. Item in additione eſt aliquid cui additur. Item in compoſitione compoſita ſunt. Item in alteratione aliquod alterabile eẽ oportet, ſi ergo eſt aliquod ſubiectum in omni generatione ſubſtantiali & accidentali, erit etiam id quod ſubiecto aduenit, quandoquidẽ id quod fit compoſitũ ſit ex eo quod fit. ideſt ex forma, ceu ex muſica. Nam iterum exemplum ueluti dilucidius promit et tractat, q̃d etiam dedit fortaſſe ſuſpicionem, ut ille rurſus de omni generatione dicat. Ceterum ſubdit, & ex eo quod fit, hoc autẽ duplex eſt, aliud ſubiectum, aliud uero oppoſitum formæ. Etenim hominem atq; immuſicum fieri muſicum dicimus. Vnde impręſentia factum ſecus aliterq; uocat, quãdo factũ formam nunc uocet, & id q̃d fit materiam & priuationem inſinuans / opinor / quod utroq; modo, tum forma, tum materia & priuatio appellari poſſit. Sed cum exempla adducit, ex quibus fit factum, immuſicum & hominem locat, ſed facti oõ adiecit tanquã plane id conſtat cum poſuerit oppoſitũ, idcirco appellauit etiam priuationem oppoſitum, perſpicuum nãq; eſt ut muſicum oppoſitum ſit muſico. uerum hæc exempla adiecit, ut ſecernat & diſtinguat priuationem à ſubiecto.

Tex. 65. Manifeſtum igitur, quod ſi quidem ſunt cauſę & principia eorum quæ natura ſunt, ex quibus primis ſunt, & facta ſunt non ſecundum accidẽs, ſed vnumquodque quod dicitur ſecundum ſubſtantiam, quod omne & ex ſubiecto & forma fit. componitur enim muſicus homo ex homine & muſico quodammodo. reſolues enim rationes, in rationes eorum.

Tex. 66. Manifeſtum igitur eſt, quod quæ fiunt, fient ex his.

Com. 60. Cum oſtẽderit omne factum eſſe compoſitum ex eo quod factum eſt, & eo fit, ideſt ex forma & ſubiecto, hiſce deinceps patefacit factum, & id quod fit eſſe principia & elementa, atq; hæc aliquo modo duo eſſe, & aliquo modo tria ſyllogiſmum hunc in modum efficiens. Omne naturale & generabile componitur per ſe ex primis ſubiecto uidelicet & forma, ſed cõpoſitum per ſe & non per accidens ex primo ſubĩo & forma principia habet ſubiectum & formam, nam homo muſicus cõſtat proxime ex homine & muſico, idcirco etiam diſſoluitur in eadem. Quoniam ergo ſubiectum eſt unum numero, forma uero & ratione duo, & hoc quidem per ſe materia eſt, hoc uero per accidens eſt priuatio, concludit aliquo modo duo eſſe principia ſi quis acceperit numerata & per ſe inexiſtentia compoſito elemento, ex quibus primis elementũ conſtat per ſe & non per accidens, & aliquo modo tria, ſi quis ut principium & elementum priuationem acceperit, ꝑpterea quod ipſa erat prius in ſubiecto quam fieret compoſitum, atq; eo quod compoſitũ non fieret niſi prius illa ceſſent exploſaque fuerit. Nam homo non fieret muſicus niſi prius extinſſet imuſicus, & immuſicus cederet, quare cuncta naturalia habent principia & elementa, duo quidem per ſe, formam ſcilicet & materiam, per accidens uero etiam priuationem, quoniã ipſa materię accidit quam cauſam eſſe per ſe demonſtrauimus, quæ autẽ ſunt cauſæ per accidens non ſunt proprię cauſæ. talis igitur eſt dictorum ſententia. Notandum autem eſt Ariſto. nomen principij, & cauſæ etiam materiæ tribuere ubi inquit, { quoniam ſiquidem ſunt cauſę & principia eorum quę ſunt natura. } Illud autem { ex quibus primum ſunt, & facta ſunt } & cętera, indicant ſermonem quærere principia elementaria, ex quibus conſtat quãdo eſt, & factũ eſt cum omnia naturalia fiunt. Nam ex quibus fit, ex his etiam eſt, & ex quibus eſt, eiſdem etiam factum eſt, modo accipiamus ea ex quibus fiunt non ſecundum accidens, ſed ſecundum ſubſtantiam. ideſt quibus facti ſubſtantia completur. Nã ea ex quibus hoc modo aliq̃d fit, pricipia & cauſę eiuſdem proprię ſunt. Adiecit autem { non per accidens etiam } propter priuationem, quoniam dicitur factum fieri ex contrario & minime inexiſtente uerum per accidens, tanquam nõ ſit in ſubſtãtia facti, neq; compleat eſſentiam eius quod fit. Illud deinde, cum dicit { ſed unũquodq; quod dicitur ſm ſubãm } ſimile eſt alicui dicto in prædicamẽtis capite de ęquiuocis cũ dicitur ratio ſubſtãtiæ ſecũdum nomen eſt diuerſa. Nam unũquodq; componitur ex illis elementis quæ complent ſubſtantiam uniuſcuiuſq; eorum ſecundum quod dicitur, & habet nomen. Nam componitur muſicus nõ / inquit / ex homine & muſico modo q̃dam. Non enim ceu ſeiuncta prorſus, & ſeorſum ſecundum proprietatem componitur, ceu lateres & lapides, idcirco in eis compoſitum hoc modo non diſſoluitur, ſed in rationes & definitiones fit diſſolutio, quare etiam ex his eſt compoſitio. Sciendum eſt quod aliud eſt quærere ut principia & ęlementa naturaliũ ex quibus inexiſtentibus aliquid eſt per ſe & non per accñs, & aliud indagare principia mutationis, quoniam primo modo priuatio erit cauſa per accidens tanquã nõ exiſtens in compoſito, ſecundo autem modo erit cauſa per ſe. Nam ut forma eſt mutationis ad eſſe cauſa, ita priuatio eſt cauſa mutationis ad nõ eſſe. Item priuatio eſt cauſa facti ſm præſentiam, q̃m ex non tali oportet fieri, & ſm abſentiam quoniã ipſa ſecluſa cedente atq; corrupta aduenit forma.

Eſt autem ſubiectum, numero quidẽ vnum, ſpecie vero duo. homo enim, & aurum, & omnino materia, numerabilis. nam hoc aliquid magis, & quod fit non ſecundum accidens, ex ipſo fit. Priuatio autem & contrarietas, accidens. vnum autem ſpecies, vt ordo, aut muſica, aut aliorum aliquid ſic prædicantium.

Com. 61. Rurſus quid cõmune quidq; diſcriminis habeat materia cũ priuatione tradit, nam quo priuatio etiam eſt in materia antequam adueniat forma, & cum ipſa conſpicitur conſideraturue ut ſubiectum, eo ſane ſubiectum dicitur eſſe unũ numero materia & priuatione conflatum, quatenus autem materia permanet & fert formam, ceu homo, uel aurum in formatione uaſo-

rum aureorum, ſub demonſtrationem cadit, & hoc aliquid dicitur. Nam ex auro fit torques, & annulum quod digito gerīt, unde cum materia ſemper compoſito inſit per ſe, ſecundū hoc etiam ipſa eſt numerabilis, nā quod per ſe ſubſiſtit & cadit ſub demonſtrationem id ꝓprie numerabile. Etenim homo aurum & indiuidua, quæ quidem etiam ſubiecta ſunt, ſimpliciter numerabilia ſunt, & unumquodq; eorum eſt hoc aliquid, ſed cū adiecit illud { & prorſus materia, } materiam primam intelligit, quæ non amplius eſt eodem modo numerabilis, neque hoc aliquid, ut homo, cū neq; poſſit ſine forma ſub demōſtrationem cadere, ꝓpter hoc adiecit { eſt enim hoc aliquid magis } quippe materia nō ſit ſimpliciter hoc aliquid, ſed quatenus cū aggregato & compoſito conuenit, & ipſi confert, ut ipſum ſit hoc aliquid, ceu generabile & corruptibile in eodē permanēs, & ſeruata quod profecto inſinuauit per hoc { & non ſecundū accidens ex quo fit id quod gignitur } unde materia ꝓrſus eſt numerabilis, & hoc aliquid quoniam ſubſiſtit in cōpoſito. Nā & ſi materia minus ſit numerabilis, & hoc aliquid quam forma, tamen magis hęc habet quam priuatio, imo priuatio cum non inſit compoſito quod fit, quemadmodum forma & materia inſunt, neq; ex eadem primo & per ſe fieri diceref id quod fit, neq; compoſitum eſt hoc aliquid propter ipſam, ſi quidem non permaneat atq; ſolum abſentia ſit, quare neq; numerabilis eſt, neq; hoc aliquid. Nam priuatio eſt negatio quāuis differat aliquo modo ab ipſa negatione, & ipſa negatio non eſt numerabilis, neq; hoc aliquid, quoniā indefinita eſt, igitur neq; priuatio dicit hoc aliquid, nec numerabilis eſt, differt autem priuatio à negatione eo quod conſignificat id in quo eſt. Nam immuſicum non in quouis eſſe dicitur, ſed in homine, ſi ergo priuatio non eſt cauſa per ſe, erit ꝓfecto per accidens, unde priuatio accidit cauſę per ſe quę eſt materia. Etenim ens nō eſt per ſe, ſed per accidens, ſi quidem ſit abſentia formæ in eo quod eſt aptū ſuſcipere eam. Idcirco ſubiectū eſt unum numero, licet ſit duo ratione, & cum etiam forma ſit unum elemētorum componētium compoſitum, perſpicuum itaq; erit unum ex dictis, quomodo duo principia & tria dici queant. Sed in his attentione opus eſt, quomodo Ariſto. conſcripſit nunc ea quæ conſonāt dictis Platonis in Timæo. Nam ſi Plato ſcripſit: At uero illud in quo ſingula hęc ſemper fieri uidentur, ac rurſus in eodē diſſolui ſolum his pronominibus quibus hoc, uel hoc aliquid nominandum puto. Et paulopoſt inquit. Si quis enim cunctas figuras ex eodem auro fictas cōtinuo in alias & alias reformet, deq; una illarum quadam præſens aliquis quid ſit roget, uere admodum & tutiſſime reſpōdere poſſumus aurum etc̄. Et cū aliqñ hoc aliquid dicatur de illo quod permanet, & ſub demōſtratione cadit, & iterdum de illo quod eſt ens in ſeipſo, & nō in alio, neq; alterius, & tale eſt compoſitum, hic ſane cum Platone Ariſto. conuenit qui utitur ipſo, ſcilicet hoc aliquid pro ꝑmanente. At paulo poſt cum utetur eodem ſm̄ eſſe perfectū & compoſitum negabit materiam eſſe hoc aliquid.

Tex. 67. Quocirca eſt quidem vt duo dicēda ſint principa, eſt autem, vt tria, & eſt quidem, vt contraria. vt ſi aliquis dicat muſicum et immuſicum, aut calidum & frigidum, aut congruens & incongruens. Eſt autem, vt non. A ſeinuicem enim contraria pati, impoſſibile. Soluitur autem & hoc, propterea quod aliud eſt ſubiectum. hoc enim, non eſt contrarium. Quare, neq; plura cōtrarijs principia aliquo modo, ſed duo (vt ſic dicā) numero. Neq; iterum penitus duo, propterea quod alterū eſt eſſe ipſis, ſed tria. alterum enim eſt homini, & non muſico, eſſe, & infigurato, & æri.

Com. 62. Cum dixerit multam eē dubitationem, nūquid duo uel tria ſint principia, & oſtenderit aliquo mō illa duo eſſe, aliquo modo autem tria concludēs dicta inquit. { Quapropter ipſa principia, tum duo, tum uero tria dicenda ſunt. } Duo inquā ſunt ſi quis ꝓprie principia acceperit ſcilicet ſubiectum & formā, tria autem, ſiquis aſſumpſerit principiū per accidens ſimul cū illis duobus quod dicitur eſſe priuatio. Adiecit etiam aliū modum quo principia poſſint duo eſſe atq; tria. Nam duo ſunt ſi quis contraria dixerit eſſe principia formam & priuatioonē, quo circa mutua uiciſſitudinanaq; eorum mutatione generatio & corruptio perficitur. Verum fieri nō poteſt ut duo ſolum eſſe dicantur, quippe contraria ſię ſe habeant, ut unū ab altero pati nequeat modo ſint entia per ſe ſecluſo tertio. Nam unum cum altero permanere non poteſt, neq; alterum recipit, neq; unum contrarium fit alterum. Sed tu dices quomodo igitur ex contrarijs cætera fiunt, ſiquidem unum contrarium quippiam nō patitur ab altero. Soluitur dubiū hoc eo q̄d ponitur tertium principium quod eſt ſubiectum contrariorū, in quo unum cōtrarium uiciſſim cum alio agere & pugnare poterit. Nam hoc tertium cum non ſit cōtrarium permanere poteſt cum utroq; & utrīq; fere uiciſſim, quo pacto non amplius duo erunt principia, ſed tria. Quare etiam hoc modo uerum eſt dicere principia eſſe, partim duo, partimq; tria, atq; alio modo uerum eſt dicere non plura eſſe principia quam contraria. Nam pari numero, cum contrarijs etiam principia ꝓpria ut forma & priuatio, numerantur, quare rurſus aliquo modo duo ſunt principia, uerum non ſunt duo, quia ſubiectum licet ſit unū numero, tamē duo eſt rōne. Nam alia eſt ratio ut materiæ, & alia eſt ratio ut priuationis, & ſi hæc unum numero eſſe uideantur. Sed ut cōferamus in pauca q̄ diximus, uidetur Ariſto. huſce uerbis iuxta multos modos uelle afferre, aliquo modo quidem duo, & alio uero modo tria principia dici poſſe. Primum dicit duo eſſe tāquam per ſe, tria quoq; dici adijciatur principium per accidēs. Deinde tradit ut contraria duo eſſe, quæ tamen ſi cum ſubiecto complectantur & numerātur tria. Tertio dicitur principia per ſe, quatenus numero æquātur cum contrarijs duo eſſe, ſed quatenus receptiuū & materia rōne diſtat ab altero tria eſſe. Alexander autem illud contextus ubi traditur { aliquo modo, ſed duo ut ita dicam numero, } inquit ea de cauſa dictum eſſe { aliquo modo } quoniam materia & forma non ſunt duo ſecundum numerum eo quod ſeparatim utraque ſubſiſtere nō poteſt, at ea quæ ſunt numero diuerſa propria ſubſtantia ſeiūgantur et ſubſiſtentia. Vel dicens duo aliquo modo intulit modum inquiens, ſed duo ut ita dicā numero. Nam unum numero eſt materia cum ipſa priuatione, & unum quoq; eſt ipſa forma, tria autem ſunt eo quod priuatio à materia ſeiugitur ratione. Annotat Alexander nunc Ariſto. dicere priuatione cōmuniorem aduerſari formę. Nam opponitur quoque quies motui quāquam quieti motus etiam opponatur, qui quonam pacto quieti aduerſetur quinto huius operis libro abſoluitur. Quod uero quies ut priuatio motui opponatur cōſtat. nam quies eſt abſentia motus & nihil aliud, ſed mehercle priuatio ultra dicit aptitudinem qua non in omni re dicit abſentiam motus, ſed in ea quæ eſt apta moueri.

Tex. 68. Quot igitur principia ſint, rerum naturalium quæ circa generationem, & quomodo tot, dictū eſt. Et manifeſtum eſt, quod oportet ſubijci aliqd contrarijs, & contraria duo eſſe.

Com. 63. Accuratiſſime dixit Ariſto. principia naturalium quot ſint inueniſſe quibus generatio competit, nam hoc nō ſunt ſimpliciter principia omniū quæ fiunt, quippe non ſint principia eorum quæ per uoluntatem & præelectionem geruntur, ſed eorum quæ naturaliter fiunt, præterea neq; omnium naturalium hæc ſunt principia, quoniam non ſunt principia diuinarum rerum & ſempiternarum ut cœleſtium. Etenim naturales quoq; illę ſunt, quia uerſantur in motu, attamē non ſunt generabiles, quoniam demonſtratū eſt alias eas eſſe ſempiternas. Quocirca hoc primo libro non ſunt tradita principia horū, neq; enim

priuatio eſt in cœlis orbibuſq; cum ſint ſempiterni, imo neque talis materia, ſiquidem ibi non ſit mutatio à qua introducta ſit materia, & mutetur ope eius. Idcirco et ipſe 8. metaphyſicorū hæc inquit. Cum uero quiſpiam quæreret cauſam, quoniã cauſa multifariã dicitur, oportet dicere omnes cauſas quę poſſunt eſſe, ceu hominis q̃ cauſa ſit interrogati, ut materiã eſſe fortaſſe menſtrua. Quid uero ut mouens, forſitan ſperma, quid item ut forma quod quid erat ratio, quid denique ut cuius gratia finem reſpondebimus, & forſitan hęc ambo idem. Verum ſi oportet dicere proximas cauſas quę materia ſit, non ignem uel terram, ſed propriã afferre oportet, de naturali igitur & generabili cauſa & ſubſtantia ſic neceſſe eſt trãſigere, ſi quis recte percurrit. Nam ſi hę tales totidemq; cauſæ ſunt, eas profecto cognoſcere operępretium eſt. At de naturalibus & ſempiternis non eadem ſententia idemq; ſermo habendus eſt, quippe aliqua materia fortaſſe non habeant, uel non talem, ſed ſolum eam quæ in locum mobilis eſt. Nec quęcunq; ſane natura conſtant modo non ſint ſubſtãtia, his materia tribuitur, ſed his ſubijcit ſubſtantia. Et paulopoſt dicit, neq; cuiuſuis materia eſt, ſed quorū generatio eſt & mutatio qua uiciſſim mutantur, quæcunq; autem ſine transmutatione ſunt, aut non ſunt, horū profecto materia non eſt. Præteria, ſi elementaria principia tradita ſunt, & talia ſunt compoſitorū principia, & alias oñditur corpus cœleſte ſimplex eſſe quod eſt quintæ eſſentiæ longe alienę ab his q̃ ortui interituiq; obnoxia ſunt. igitur corpus cœleſte principia elementaria non habebit. Atqui ſi hæc uera ſunt quonam pacto dicebamus exordio libri intentionem huius operis atq; tractationis eſſe de his quæ cõmuniter conſequuntur omnia naturalia, quandoquidem hæc non ſint (ut diximus) corporū cœleſtium principia, quæ modo oſtenſa ſunt ab Ariſto. Item quonam pacto librum ĩſcripſit ſimpliciter de auditu naturali? Niſi forſitan quoq; ſint principia cœleſtium quatenus mutantur, luna inquam mutaẽ cum uiciſſitudinarios luminum modos ſuo uario aſpectu ad ſolem ſuſcipit. ſed ne multa exempla afferamus, omnia cœleſtia mutantur motu locali, qua ratione etiam priuationem participant & ſubiecto quod dicitur eſſe corpus mobile. Nam Ariſto. etiam hoc conceſſit, ſed cum prorſus cũcta naturalia dicimus, quatenus pticipant natura, & natura eſt principium motus & quietis, ut ſecũdo libro addiſcemus, atq; omnis motus (ut intelligemus) eſt q̃dam mutatio, conſtat æquidem ut experttia motionis, quatenus expertia motionis ſunt, nõ dicerentur ſimpliciter naturalia, quare & ſi uocat cœleſtia naturalia, tamen ipſa ſic uocat propter motum localẽ, & non ob ſubſtantialem mutationem, quare de principijs cœleſtium his uerbis non diſſerit, ſed eorum ſermo cõtinebitur eo quod mouentur motu locali, quo etiam naturalia appellantur, in uerbis atq; libris de motu, quatenus ibi cõmuniter tractaẽ genus motus localis & motus circularis, ad quem omnes rationes cunctaque uerba de motu uelut ad caput & ſummum oĩum motum rediguntur, quare hæc ſunt principia cõmunia omniũ naturalium, ſed eorũ quæ uerſantur in generatione & corruptione ſunt principia ſecundum ſubſtantiam, atque ſecundum alia accidentia quibus fiunt mutationes, ſed ſempiternorũ ſunt principia ſecundum motum localem. Et ſimpliciter ſunt principia naturalium omnium quatenus naturalia, quod dictũ eſt, quatenus habent principium mutationis & motus, & non cuiuſuis mutationis principium. Nam motus uoluntatis & deliberationis non ſunt principia, ſed naturalis quę eſt dictu corporea. Nã natura corporea eſt quoddam principium motus & quetis alterius atque alterius ſecundum locum. Et quoniam euidentiora ſunt priuatio & ſubiectum in his quæ generatiõi corruptionióq; ſubdita ſunt, ob mutationem magis uniuerſalem, idcirco de his longum ſermonem producit, & de eiſdem exempla adducit, perinde ac de ipſis uideatur eſſe intentio. Non enim hoc dũtaxat dixit principia naturalium quibus competit generatio tractare, ſed etiam in ſecũdo libro idẽ tulit, quippe, ſic inquiat. nam cum ſciendi genera ſit naturalis pertractatio. Scire autem unumquodq; non prius putamus quam circa unumquodque, propter quid eſt capiamus idq; eſt primam accipere cauſam. Patet & hoc nobis agendum eſſe, & de generatione corruptioneq; ac de omni mutatione naturali, ut ipſarũ ſcientes principia enitamur unumquodq; quod quærimus in ipſa reducere. Vbi animaduertere operæpretium eſt, quoniam dicens de generatione & corruptione ſubiunxit, & de omni naturali mutatione, in qua continetur etiam motio ſecũdum locum. Quod uero cœleſtia media eſſe locumq; medũ obtinere uelit, & peculiari pertractatione egeant, ſignificauit in ſecundo huius cõmẽtationis libro, diuidens tripliciter pertractationes & facultates cõtẽplandi. Nam (inq̃t) alia eſt circa ĩmobile, alia aũt circa mobile, ſed incorruptibile, alia aũt circa corruptibilia.

Quodam aũt modo alio, non neceſſarium eſt. Sufficiens enim erit, alterum contrariorum, abſentia & præſentia, facere mutationem.

Cum dixerit tria eſſe principia, uidelicet ſubiectum, & contraria, iterum inſtat quod duo neceſſarium ſit dicere principia & non tria. Nam ſi priuatio nihil aliud eſt quã abſentia formæ in ſubiecto, quod eſt aptum eam recipere, diceret quiſpiã ſufficiens eſſe formam ſui præſentia efficere eſſe, atq; abſentia nõ eſſe & generationem & corruptionem, uerũ alia per ſe, alia uero per accidens, nam ſi ſui abſentia aliquid agit, illud per accñs efficit. Niſi eadem fortaſſe, de priuatione etiam dicendum eſſe aliquis putaret. Etenim ipſa etiam ſui præſentia uidetur efficere corruptionem per ſe, & abſentia generationem per accidẽs. Vel dicendum quod priuatio nihil aliud eſt quã abſentia, quo modo igitur erit abſentia abſentiæ, nam alicuius exiſtentis & principalem habentis ſubſiſtentiam erit aliqd abſentia, ſed minime ipſius abſentiæ, alioquin eſſet pceſſus neceſſarius in ĩfinitum, quippe quæreremus cõtinuo abſentaim ante abſentiam, cum una ſit alterius abſentia. At uero neq; præſentiæ præſentiam quærere conſentaneum eſt, eo igitur formæ eſt abſentia quo poteſt dici forma ſuimet abſentia eſſe cauſa corruptionis per accidens, at abſentia formæ priuatio eſt, idcirco per accñs priuatio eſt cauſa. Verum differt ab alijs cauſis per accidens, quoniam nõ modo quatenus materiæ accidit quæ quidem eſt per ſe cauſa, dicitur eẽ cauſa, ſed etiam quoniam nihil fieret ex materia ſine priuatione, quam præeſſe etiã generationi oportet, ut ex nõ tali licet apto ſit generatio, atque cedere formę aduenienti, alioquin forma materiæ non adueniret niſi abiret priuatio. Atqui aliæ cauſæ per accidens, nihil prorſus conferunt ad ea quæ fiunt. Nam cum dicimus album eſſe cauſam muſici per accidens, neq; opus eſt album præire muſico, neq; accedẽte muſico tolli atq; decedere de ſubiecto, imo ſimul adeſt ſępe cum illo, ſed forſitan quia aliud eſt principia elementaria rerũ naturalium ut naturalium quærere, & aliud indagare ea uelut eorum quæ mutantur, proinde primo modo priuatio erit cauſa per accidens, quippe quæ compoſito non inſit, ſecundo modo autem erit cauſa per ſe. Nam ut forma eſt cauſa mutationis ad eſſe, ita priuatio eſt cauſa mutationis quę eſt ad non eſſe, uel forte eo priuatio eſt cauſa per ſe mutationis ad non eſſe, qa nõ ex quouis utcũq; temereq; ſit mutatio, ſed ex non tali licet apto quod quidem eſt ex priuatione illius quod aſſequi ſtudet. Alexander autem inquit. Ariſto. ob hæc. { Erit enim ſufficiens alterum contrarium ſui abſentia efficere mutationẽ } inſinuaſſe priuationem non eſſe aliquam naturam & formam, ſed abſentiam alicuius apti potentiſq; informari definito oppoſito, quæ ſane abſentia non eſt in natura ſubiecti, quoniam ſubiectum ſuapte natura uacat forma, alioquin nõ poſſet accipere ipſum, quocirca non habet in ſua natura formam. Aliud nãq; eſt habere in natura ſua formã & non habere. Nam uniuerſaliter, nihil poteſt fieri aliquid niſi priuationi illius ppria ratione prius poſſideat. Hic autem contextus Ariſto. Platonicis maxime arridet & conſentit, quoniam & Plato non duo efficit ſubiecta, ſed unum, quãquam oppoſitis aduerbijs appellationibuſue illud appellauerit dicens magnum et paruũ uocans qui ob apti- Com. 64.

tudinem quam obtinet materia ad oppoſita noluit priuationē cum aliqua ſubſiſtentia.ideſt ut ſit contēplari.Sed conſtat etiā Ariſto.non tribuere principalem ſubſiſtētiam priuationi,cum appellat eam abſentiam formę in ſubiecto apto nato.Seiungit nãq; ipſam ratione à materia, & ſi non numero, ut perficiatur generatio ex oppoſitis,Plato quoque concedit materiam eſſe aptam ad capeſcendas formas per naturam eiuſdem,et nominat ipſam atq; putat eſſe omnium capacem,locum pręterea receptaculumque ſedem baſimq; omnium quæ fiũt.Nam in Timæo inquit.Sed inuiſibile potius ſpeciem quãdam & informē omnium capacem,& paulopoſt dicit. Tertiũ genus locus eſt, qui interit nunquam,ſed omnibus quæ gignuntur ſedem exhibet,licet deinceps poſuerit materiam ſufficere cum præſentia formæ ad ortum & interitum rerum.Iccirco poſuit Plato etiā duo principia elementaria materiam, ſcilicet & formam materialem.Nam ineſt ex his compoſitum fieri quoties inerunt,ut etiam Ariſto. inquit. Niſi quia Plato tradit proprie elementa, & ea ſunt ex quibus ineiſtentibus ea quæ fiunt conſtant qualia ſunt materia & forma. At Ariſto.etiam adiecit principium elementumq; per accidens quod ſane priuatio eſt.Similiter diſcrepant in cauſa efficiente.Plato quidem proprie efficiens tradidit mentem effectricem & productricem.Ariſto.uero præter mentem adiecit naturam quam Plato collocauit inter cauſas inſtrumētarias uelut motam à cauſa cum ipſa mouet alia, his etiam cauſis Ariſto.addidit fortunã & caſum quæ ſunt cauſę per accidens. Verũtamen Plato appoſuit unde forma proficiſcitur in materiam, quoniam à cauſa exemplari per cauſam efficientem in materia introducit.Porro dicit in Timæo. Tria genera igitur impræſentia intelligenda ſunt,unum quod gignitur,alterum in quo gignitur,tertium unde naſcitur id quod fit. Iccirco hæc ita comparare decet,quod recipit matri, unde recipit patri.Naturam autem horum media proli.Atqui Ariſto. materiam introducit eo quod ea quæ fiunt ex contrarijs fiunt, & cum contraria nequeant uiciſſim inter ſe agere, ſcilicet unũ non poteſt in altero agere,neq; pati unum ab alio ſecundũ ſeipſu,quippe oportet id quod patitur dum permanet pati, & contraria ſimul pmanere ac ſtare nequeũt, iure ergo materia erit. Item eandem introducit, eo quod contraria non ſufficiunt ad rationem principij,ſiquidem ſint accidentia et non ſubſtantia. Non enim eſt contrarietas in ſubſtantia, at accidẽtia quodam ſubiecto egent,ut ſint & eſſe habeant.Hęc enim dicta Ariſto. puto eſſe propriiſſima eius.Plato autem & ipſe introducit materiam ex mutatione eorum quæ fiunt,quæ debet prorſus fieri circa aliquod cõmune ſubiectum, quod quidem eſt ſubiectũ mutationi,nam eorum quæ mutantur nihil permanet, qui etiã uocat ea quæ mutantur contraria. Nam dicit unumquodq; eorum quod fit,ceu ignem, uel aquam nihilo magis dici poſſe q̃ aliud quippiam ab illo factum,quoniam fugit & nõ expectat, uel eam demonſtrationem quæ huius hoc et huic deſignat,uel appellationem qua demonſtrantur & deſignantur ea quę exiſtunt & ſtabilia ſunt.ſic ergo inquit.At uero in quo fieri ſingula hæc uidentur,& deinde diſſonat,ſolũ his pronominibus,q̃bus hoc & hoc ipſum ſignamus appellãdum eſt,qualecũq; autem aliquid calidum,album,uel aliquid tale contrariorum,atq; omnia ea quę ex contrarijs prodeunt,non eſt appellãdus his pronominibus. Vides itaq; ipſum etiam aſſerere generationē fieri ex contrarijs atq; contraria non permanere, & ob id ea indigere ſubiecto permanente. Adiecit etiam Plato atq; omnia ea q̃ ex contrarijs prodeunt,quoniam non ſolum calidum fit et ſiccum,ſed etiam ignis ipſe,& prorſus ſubiecto quæ conſtant cõtrarijs & fiunt per mutationem contrarietatum.Nam ex aqua frigida & humida,quoties mutatur frigidum in calidum aer fit & rurſus quoties mutatur humidum in ſiccum calidi fit ignis. Item fit homo ex ſemine genitali, & quoniã haud facile in his qualitates cõtrarię aſſignantur,quibus mutans inter ſe fit ſubſtantia ex ſubſtantia,idcirco Ariſto.complexus eſt oppoſitionem formæ & priuationis.Nam calidum fit ex frigido,& cum ita ſit etiam uerum,eſt dicere calidum fit ex non calido. Plato autem adiecit etiam aliam cauſam propriiſſimã, cur oporteat ſubijci aliq̃d ſubiectum formis generabilibus,nam cum prius oſtenderit aliam eſſe formam intellectualem quã nuncupat archetypum & exēplarem atq; in ſeipſa exiſtentem, & aliud id quod habet ſenſilem naturam formatam,quo circa eſt ſimulachrum et imago illius merito inducit hoc ſimulachrũ & formã oĩno fore in ſubiecto diuerſo ab eo cui aſſimilatur. Non enim eſt per ſe aſſimilatio & ſimulachrum,ſed eſt aſſimilatio quatenus eſt in eo quod aſſimilatur,& eſt imago ſimulachrũue q̃d ſane ſubiectum eſt.Sed fortaſſe pulcherrimum erit audire uerba pulcherrima accuratiſſimaq; Platonis,q̃ cum ita ſe habeãt fateri oportet eē formam quæ ſemper eadem ſit ſine ortu atq; interitu,quæ neq; in ſe accipiat quicquam aliud aliunde,nec ipſa ꝓcedat ad aliud quicquam ſenſuq; corporis nullo percipiatur,atq; hæc ſit quæ ad ſolam intelligentiam pertinet eiuſq; intentionis eſt proprium.Sed aliud quoq; eſt quod nomine ſimile illi eſt,ſenſibile genitum q̃d fertur & ſuſtentatur ab alio ſemper,& in aliquo loco gignitur rurſuſque inde recedit opinione una cum ſenſu comprehenditur. Tertium genus locus eſt qui interit quidem nunquam,ſed omnibus quæ gignuntur ſedem exhibet,hic ſine tangentis ſenſu tangitur, quadã adulterina ratione uix opinabilis. Ad quod ſane genus cum animo reſpicimus & ſomniamus quodãmodo,& dicimus neceſſarium eſſe in aliquo loco quicquid eſt,& regionem quãdam occupare,& & quod neq; in terra, neq; in coelo eſt, nec etiam eē credimus, has porro affectiões & ſimiles his germanas atq; ea quæ circa peruigilem & ueram naturã ſunt,nos ſomnijs occupati cernere non ualemus, neq; uerum dicere definientes poſſumus q̃d imagini quidem poſtquam id ipſum in quo facta eſt nõ ipſius eſt,ſed ea ſemper fertur alterius ſimulachrum,quocirca conuenit,ut in alio quodam ſit atq; ita ſubſtantiæ aliquo modo fiat particeps,& aliter prorſus eſſe non poſſit. Ei autem quod uere eſt uera hæc,& exquiſita ratio ſuffragatur docens quod res dũ ita ſe habet,ut hoc quidem aliud ſit,& illud aliud neutrũ in neutro unquam factum unum ſimul idem & duo fient. Sciendum eſt quod iuxta eandem diſputationem de cauſis in qua ſermo de materia uenit,etiam coeleſtes formæ aliquo modo ſunt materiales,ſiquidē & ipſę ſint ſimulachra & effigiata intellectualium exemplarium cauſarum,quare Plato & Ariſto. in his ſermonibus de elementis nullo fere modo diſſentiũt nihilque diſſonum affirmarunt,pręterquam quod Plato aliam adiecit cauſam cur oporteat omnino eſſe aliquod ſubiectum, ſed iam ad cætera proficiſcendum eſt.

Subiecta autem natura,ſcibilis eſt ſecũdũ ana- Tex.69.
logiam,vt enim ad ſtatuã ęs,aut ad lectum lignũ,
aut ad aliud aliquid habentium formam,materia
& informe ſe habet priuſq̃ accipiat formam, ſic
hæc ad ſubſtantiam & hoc aliquid,& quod eſt,ſe
habet. Vnum igitur principium hęc,non ſic vnũ Tex.70.
exiſtens,neq; ſic ens,vt hoc aliquid. Vnum autē,
ſecundum quod ratio.amplius autem, contrariũ
huic priuatio. Hęc autem quomodo duo,& quo
modo plura,dictum eſt in præcedentibus.Primũ
igitur dictum eſt, quod cõtraria ſolum principia
ſunt,poſterius autem, quod neceſſe eſt, & aliud
quippiam ſubijci,& eſſe tria.

Quoniam exempla de materia hęc appoſita fuerãt, ceu ho- Com. 65.
mo & femina atq; ſi quid aliud huiuſmodi, quę licet ad ea quę fiunt rationem materiæ obtineant,tamen ipſa etiam ſunt ſpẽs, quocirca quiſque poſſet rogare ac percunctari ab Ariſto. nam quid materia ſit ꝑ ſe ſubiecta formis. Etenim eſto materia hominis ſperma, & ſpermatis fortaſſe ſanguis & huius cibus & potus,atque horum quatuor elemẽta,ſed quoniam etiam hæc uiciſſim ſcilicet unum in altero mutãtur,per qualitates cõtra-

rias, prorſus egent cõmuni quodam ſubiecto quod nullam retineat ſuapte natura qualitatem, nam qualitates ſunt formę & oppoſitę, ſi ergo omnis cognitio ſit per affirmationem & ea quæ deſcripſimus loco exempli habent aliquem characterē, ut ſine materiæ ſignatę atq; per qualitatem & formam ſecernãtur ab alijs oportebit ſane ſubiectum formis & qualitatibus prorſus expers qualitatis eſſe atque informe. Nam /ut inquit Plato/ ſi erit alicuius eorum quæ in ſe recipit ſimile cum contrariã eius cuius eſt ſimile naturam, aut aliam prorſus ſuſcipiet nequaquã eius ſimilitudinē & effigiem exprimet, unde erit hoc cognoſcēdum aliquo modo per ſimilitudinē quã cum alijs habet, ut inquit Ariſto. ut enim æs ad ſtatuam, aut ad lecticam lignũ, uel ad aliquid aliorum artificialium quæ formã habēt, prius informe eſt antequã recipiat formam, ita materia prima in rebus naturalibus ad ſubam & ens ſe habet. Pulchre autē accepit exēplum ab artificialibus, quoniam in his tēpore preit informe, & per ſe uidetur, equidem ſubſtãtiæ alijs ſubijciuntur, & materia ſubijcitur, ſubſtãtiæ quo iure etiam omnibus alijs ſubijcitur. Verum non æqualiter, quoniam ſubſtantiæ & compoſito ſubijcitur per ſe, alijs uero per accidens. Iccirco etiam ipſe Ariſto. hoc modo dixit. Sic ad ſubſtãtiam & hoc aliquid. i. ad compoſitum & proprie ſubam, quocirca materia nondum eſt hoc aliquid, et ſi eſt hoc aliquid magis eſt quàm ipſa priuatio. Sed annotatione dignũ eſt Platonem cum ſpeculatus ſit materiam, quatenus ſubijcitē & permanet, eidem tribuiſſe magis hoc pronomē hoc aliquid, ceu oſtendit in formatione eorũ quæ uaſa aurea ſunt, & quoniam dicit. At uero in quo fieri hæc ſingula uidentur & deinde diſſolui in eodem, ſolum illud ijs pronominibus quibus hoc & hoc ipſum aſſignamus appellãdum eſt. At Ariſto. cum contēplatus ſit hoc aliquid uel hoc ipſum aliquid ſecundum formam, tale pronomen formis tribuit. Verum aduerte quod poſt ipſum pronomen » { hoc aliquid } intulit { ac id quod eſt } ideſt ad omnia entia ſeu quæ ſunt, quorum alia quidem ſubſtãtiæ ſunt, aliæ uero accidentia, etiam alia quidem ſunt hoc aliquid principaliter, alia uero ſunt per illud hoc aliquid. Item cum dicit Ariſto. in contextu ſimilitudine uel proportione ſub ſcientia cadit, Plato uocauit eam cognitionē per ſimilitudinē adulterinam rōnem, quoniam non ſit cognitio per affirmationem formæ, ſed per denudationem ſpoliationemq; ac negationem formarũ. Equidem mens opinioq; uelut quiſpiam clauſis oculis cernit materiã, & de ipſa hoc modo habet notitiam imo nõ notitiam, ſed magis inſcitiam, ideo erit cogitatio eiuſdem adulterina & nõ legitima. Nã ut ea quæ ſunt ſupra primam formã non percipimus comprę henſione & affirmatiõe formarum, ſed quia cum intelligimus non eſſe primas formas in eadem natura formarũ quæ eſt diſtincta & ſeiuncta, ac debet ante ſeipſam unitam eſſe atq; unũ habere, profecto cognoſcimus ea quæ ſunt ſupra formam per negationem formarũ, quę negatio non ducit, nec facit nos fluere labiq; ſimpliciter in infinitum & indeterminatũ, ſed nos ducit in cauſam formæ atq; in id quod eſt ſupra terminũ formalem conſtitutum & collocatum, ita etiam contēplantes extremas formas quæ ſunt ſimulachra, & una earum uiciſſim in alteram mutatur, quocirca etiam quodam ſubiecto egent quod ſit utriuſq; oppoſiti diuiſim & ſucceſſiue quodam capax peruenimus in notitiam materiæ per negationem formarum quę negatio ducit nos in receptaculum, & id quod eſt capax earum. Quod ſi dum exploraremus materiã, ipſam definite determinateq; hoc aliquid ab alijs exiſtentibus diſtictum ſtatuerimus, proculdubio in aliud quàm in materiam uidebimur incidiſſe. Nã illa nullum diſcrimen habet ad aliquid aliud ſiquidem omnis differentia ſit qualitas formalis, quare cognitio materiæ eſt potius eiuſdem ignorantia, quoniam quidem formas extremas quæ circa ipſam mutantur ultimã cognitionem ſenſilem recipiat. Quocirca & Plato dixit materiam ſine ſenſu tactus, percipi ſignificãs non per affirmationem eius ſimulachrũ & effigiem animo cõcipi, ut oſtenderet ita ſenſu adulterino cõcipi quemadmodum apprehenditur ratione adulterina, ſed cõceptio eiuſdē per adulterinam rōnem ac per negationem & qua de cauſa fiat ex his quæ in prima philoſophia aguntur, trahi haberiq; poteſt. Porro illud contextus ſimilitudine uel proportione ſeruat & non excedit metrum cognitionis naturalis ipſorum elementorum naturalium, quoniam ut grãmatices eſt ſcire cõfuſiora de ipſis uiginti quatuor literis, & ad muſicē attinet docere cognitionem exactam & perfectã de ipſis, ita primus Philoſophus docet naturalia elementa, idcirco paucis poſt dictis contemplationē de forma delegat primo Philoſopho. Verum enimuero ſciendum eſt Ariſto. illud uerbum { ſecundum ſi » militudinem uel proportionem } deduxiſſe traxiſſeq; à Timæo » Pythagorico, quemadmodum Plato ab eodem accepit dicēs materiam eſſe comprehendēdam adulterina ratione. Nam in proprio libro uel opere ſic dicit Timæus. Materiã autem adulterina ratione comprehendi quod nondũ comprehenſa eſt recto tramite rectoq; proceſſu, ſed per ſimilitudinem proportionemue. Sed quoniam nõnulli nõ ignobiles in philoſophia uiri etiam apud Platonē & Ariſto. materiam maxime primã fatentur eſſe corpus quoddam expers qualitatis, ceu ueterum Stoici & iuniorũ Pericles Lydus dixerunt, recte facturi ſumus ſi paulo immoremur circa cõtemplationem & diſputationem huius opinionis. Etenim Plato & Ariſto. cum materiam introduxerint ex mutatione prima quæ mutamur uolunt eſſe qualitates elementorum calidum. ſ. frigidum, ſiccum, & humidũ, quæ cum habeãt cõmune ſubiectum corpus, mutanē circa ipſum, quare prima materia erit corpus. Item ſi eēt aliquid aliud corporum ſubiectũ quoniam ex contrarijs generationes fiunt oporteret ſane corpori aliquod ſubiectum eſſe, ut oppoſita circa cõmune ſubiectum mutentur. Item quod permanet in omni mutatione hoc materiam eſſe dicimus, ſed corpus expers qualitatis permanet, quippe nil ſit in quod corrumpatur corpus. Quod uero Plato etiam inquiit materiam eſſe id quod eſt proxime ſubiectũ qualitatibus quatuor elementorum, & hoc ſit corpus ſine qualitate hiſce perſpicuum eſt quibus dicit. Generationis nutricē humefactam & ignitam, terræ item & aeris formam ſuſcipientē, & rurſus. At uero ubi Deus in ordinem & pulchritudinem cũcta redigi uoluit, ignem primum, terram, & aerem, quæ quidē ipſorũmet prę ſe ferebant ueſtigia collocauit, ſed ita antea erãt affecta /ut par eſt/ uniuerſum eſſe quoniam ab eo Deus abeſt, ita hęc omnia apta & capacia ordinis, & diſtincta formis & numeris exornauit, ſi ergo opifex ſtulit igeſſitq; materiæ primæ primaa elementorum formas, & horum erat cõmune ſubiectum corpus ſine qualitate, quod quidem eſt materia, ergo Plato materiam eſſe corpus aſſerit. Idem quoq; aſſentit Ariſto. ſ. primum ſubiectum eſſe corpus ſine qualitate & materiam. Nam ſi corpus uelut aliqua alia forma aduenit materię & ab eadem ſecedit, profecto ante ingreſſum corporis, & poſt ſeceſſum eſſet priuatio corporis circa materiam, quæ quidem eſt incorporea & erit quædam naturalis ſubſtantia incorporea, quod plane uidetur diſſentire ab Ariſto. ubiq; dicente quod naturales ſubſtantiæ corpora ſunt & circa corpora. Sed horum pace quod Plato noluerit corpus eſſe primum ſubiectum quod uocamus materiam perſpicuũ erit, ex hoc etiam quia corporis elemēta accipit eſſe plana quæ apud ipſum plane ſunt principalia elementa. Sic ergo in Timęo ſcribit principio itaq; quod ignis, aqua, aer, & terra, corpora ſint cuiq; perſpicuum eſt. Et cum omnis corporis ſpecies profunditatem habeat, & profunditatem planis conſtare natura neceſſe eſt. Præterea /corpus ſecundum Platonem & trinariam diuiſibile ac dimēſum. Nam hoc ſignificat illud uerbum cum dicit, { & cum omnis corporis ſpecies profunditatē habet. } » Inſuper tale corpus habet numerum ſubſtantiæ internum, ac figuras, præſertim ſi uniuerſum corpus fuerit finitum, quemadmodum uidetur Platoni & Ariſto. at materia nihil horum habet ſuapte natura, ſed quando formis formatur easque obtinet, tunc formis & numeris figuratur. Quod uero nec Ariſto. uelit corpus eē primum ſubiectum plane indicauit, ubi inquit. { Eſt enim eadem materia corporis magni & parui. } Nam » corporis materia non erit corpus, neq; idem eſt ſubiectum magni & parui, neq; magnũ erit, neq; paruũ, corpus autē & maxime finitum eſt aliquid tanta mole cõſtitutũ, & non idē ſimul erit

per ſe magnũ & paruũ. Item corpus prorſus rõne et affirmatione comprehenditur et cognoſcitur. Plato autem inquit eam animo eſſe concipiendam per adulterinam rõnem. Ariſto. uero & ante ipſum Timæus Locrenſis Pythagoricus dicit dũtaxat propoſitione & cõparatione cognoſci, igitur apud iſtos nõ poteſt eſſe corpus prima materia. Porro in quarto huius operis uult materiam magnitudinis eſſe quãdam indefinitã dimenſionem definitam à magnitudine formali & ſpecifica. Dicit in quam quare uidebitur ſpecies et forma uniuſcuiuſq; locus eſſe quo definitur magnitudo & materia magnitudinis. Nam cum dixerit magnitudinem, qm̃ etiam magnitudo ſpecifica formaliſq; eſt ſimul etiã atq; ſubiunxit, & materiã magnitudinis exponens quid per magnitudinem intelligebat. Item conſiderãti idem problema per ſe uidebitur fieri nõ poſſe, ut materia ſit corpus ſine qualitate, ut etiam Plotinus demonſtrauit. Nam ſi nulla forma naturalis ineſt ſm ſubſtantiam mãæ quæ ſubijcitur cunctis nãlibus rebus, profecto nec figura, nec magnitudo inerit ei, quippe quæ ſpẽs ſint & formæ, atqui ſi prima materia erit corpus, dubio procul erit figurata & magnitudine impreſſa, quo pacto non erit amplius ſimplex, ſed compoſitũ ex materia et forma. At materia ſimplex eſt, quare hunc in modũ ſyllogiſmus formaretur. Materia nec magnitudinem nec figuram nec numerum per ſe habet, ſed corpus per ſe obtinet magnitudinem figuram & numerum, igitur materia non eſt corpus. Item materia non eſt compoſitum ex materia & forma, corpus autem utriſq; cõſtat materia. ſ. & forma, ergo mã non eſt corpus. Preterea ſi materia eſt corpus, habebit ꝓfecto aliquam magnitudinẽ propriã, quocirca opifex non amplius producet ex ſeipſo iuxta ſuum conſilium ac placitum oẽs formas, imo neq; natura iuxta rõnes ſeminales quas in ſeipſa continet, ſed iuxta capacitatem magnitudinis materiæ obſtrictus erit ꝓducere formas quaſi inſeruire magnitudini materiæ debeat.

Rurſus ſi magnitudinem haberet, ſm etiam figuram habebit in ſui ratione quod quidem abſurdum eſt, non mõ, quia figura eſt forma & qualitas, ſed etiam quia materia cũ obtineẽ ab aliqua forma definita & coniuncta eadem eſt, ꝓrorſus inepta eſt, ad capeſcẽdam oẽm figuram. Item cum materiã forma adit ſecum fert ꝓpria & ſibi peculiaria, quare etiam magnitudo ſi erit in materia propria ſecum habebit. Nam alia eſt magnitudo hois, & alia auis atq; alia auis, igitur magnitudo non erit ꝓpria materiæ, neq; quãtitas, igr̃ materia non eſt corpus. Præterea ſi materia eſſet corpus, erit profecto quãtum quoddã & magnitudine conſtans. Aliud nãq; eſt quãtum, & aliud quãtitas, etiam aliud eſt magnitudine formarũ, & aliud ipſa magnitudo, & quæ ſunt formæ incorporeę hæ ſimplices ſunt, & quę his participant cõpoſita exiſtunt, ſi ergo mã eſt corpus, ipſa ꝓfecto erit cõpoſitum quoddam & nõ ſimplex, neq; effectum, ꝙ ſi hæc abſurda ſunt dicẽdum eſt ꝗd anteq̃ ipſa quãtitas capiatur à materia, quãtitas nõ ineſſe eidem uiſa eſt, quẽadmodum qualitas cum cõphenſa eſt corpus q̃le efficit cum prius eſſet qualitatis expers. Item & hęc dici poſſunt, qm̃ materia uel potentia eſt oẽs formę uel aliquid eſt potẽtia, & ultra habet id ꝗd eſt impotẽtia in ſeipſa. ꝙ ſi ſecũdum datur q̃ño corpus erit impotentia incorporeum (at hoc neceſſe eſt ſi materia ſuſceptrix eſt etiam formarũ incorporalium, ſi aũt incorporea exiſtẽs potentia dicitur, ſciẽdum eſt etiã ꝗd incorporeum nõ ut q̃dam natura definita eſt, ſed uelut negatio corporis eſt. Sed forſitan dicendum eſt ꝗd non primo mã recipit formã ĩcorporeã, ſed intercedente corpore. At iterum pugnãdum eſt corpus conſtitutum eſt genere & differentijs quippe ſit ſubã trifariam diuiſibilis, ſed tale eſt forma & nõ materia, ergo. Item corpus diuiditur contra incorporeas qualitates, ſed materia ſim̃r ſe habet ad omnia, ergo. Item corpus tribus dimenſionibus clauditur et definitur, ſed mã eſt prorſus indefinita, ergo. Cum igitur utrinq; hunc in modũ adductę allatęq; ſint rões, dicẽdum eſt perſpicuum eſſe ꝗd non oporteat formã eſſe ſubiectũ formæ, quocirca ſi corpus forma eſt, ſubã primum nõ erit corpus. Quod uero illud ꝗd cõiter ſubijcitur atq; ineſt oibus nãlibus & ſenſibilibus, ceu talibus oporteat eẽ materiam, etiam hoc puto cuiq; compertum eſſe. Cæterum cõe eſt oibus mole & dimenſione extenſum fieri, quocirca Ariſt. inq̃t ſcia naturalis circa corpora & magnitudines horũq; affectiones uerſatur. Niſi igitur duplex ponendũ ſit corpus aliud quidem uelut ſpecie & ratione ſubſiſtens, ac tribus definitum dimenſionibus, aliud autem uelut remiſſio & intenſio atque ĩdefinitas incorporeæ indiuiſibilis ac intellectualis naturæ quod non ſit tribus formaliter dimẽſionibus impreſſum atque definitum, ſed omnino remiſſum & reſoluendum, & undique ex ente in non ens defluxibile, & hanc fortaſſis dimenſionem materiam eſſe conſtituendum eſt & non forma corporea quę metiatur iam & definiat terminetque infinitatem & indefinitatem talis dimenſionis, & hanc dimenſionem fugientem uergentemque ab ente in non ens firmet. Scire dignum eſt quoniam illud quo differunt materialia ab ĩmaterialibus eſſe materiam conuenit, differt autem mole dimenſione partitione, ac his id genus quæ non ſint definita metro, ſed ſint abſq; termino & indefinita quæ poſſint terminis ipſis uidelicet formis definiri. Hanc autẽ de materia cogitationẽ uiſi ſunt primi inter Græcos Philoſophi obõnuiſſe, poſt autem illos Plato, ut etiam Moderatus narrat. Nam is ſecũdũ Pythagoreos oſtendit eſſe unum primum ſupra eſſentiam rerum & omnem ſubſtantiam & unum, ſecundo quod eſt reuera ens & intellectuales dicit eſſe ſpecies formaſue, tertium deinde quod ad animam pertinet, uno & formis participare ait, uerum extremam poſt hoc naturã quæ eſt ſenſibilium his non participare antedictis, ſed iuxta apparitionem & emphaſim illorum ordine ſic affici atq; formari cum materia in eis quæ eſt non ens primo in quãtitate ſit umbra, immo magis pendet & producitur ab eodem. Vnde hic Porphyrius in ſecundo libro de materia cum adijciat ſententiam Moderati ſcripſit. Quoniam aliqua mens ratioq; cum uoluiſſet (ut ſane Plato inquit) generationem eorum quæ ſunt in ipſa conſtituendam eſſe, ab ipſa ſeiunxit per priuationem ipſam quantitatem cum priuauerit eandem omnibus rationibus & formis. Hoc autem uocauit quantitatem informẽ, indiuiſilem, infiguratam, uerum capacẽ ac ſuſceptricem formæ, figuræ, diuiſionis, qualitatis, & cæterorum id genus. Præterea inquit Porphyrius uiſus eſt Plato de eadem quantitate plura nomina prædicari uoluiſſe, cum eã uocet omnicapacem, informẽ, inuiſilem, effluxum mente cõprehendenda adulterina ratione uix opinabilem atque omne his ſimile, quæ item quantitas & hæc forma ſecundum priuationem alicuius rationis intellecta cũ uniuerſa in ſeipſa capiat rationes eorum quę ſunt, exemplum eſt materię corporis, quã Pythagoreos & Platonem appellaſſe quantum dixit, non tamen uelut formam quantam, ſed quãtum per priuationem & diſſolutionem extenſionem et ſeparationem atque propter uiciſſitudinem alternationemque ab ente, quibus materia uidetur malum eſſe tanquam bonum fugiens ab eoque aliena, quę capitur & occupatur ab eodem, & egredi terminos non permittitur cum extẽſio rationem magnitudinis formalis recipiat, & eadem termínetur, & ſeparatio numerali ſegregatione ſpecificetur. Eſt igitur materia ſecundum hanc rationem nil aliud quam ſenſibilium formarum ad intellectuales permutatio ac uiciſſitudo cum inde deflectuntur & ad non ens ſubducũtur. Quod enim alia ſit moles ſenſibilium propria, & alia formalis magnitudo, atque alia ſit ſeparatio ſenſibilium formarum, & alia ſecretio & ſegregatio numeralis ſane conſtat eo quod illa ſunt rationes ac formæ ſine dimenſionibus & impartibiles. Et enim tricubitalis magnitudinis ratio & trinitatis ratio uacant dimenſione & impartibiles ſunt, atque incorporeæ, uerum ea quæ ſunt ſenſilium propria experta rationis, hęc ipſa ſunt corporalia & dimenſa quæ eo diſtrahuntur in molem & ſeparationem quod generationi ſubijciuntur ac remeant redeuntque per diſſolutionem in extremam uiam, quod dictu eſt in materiam. Nam fex & materia reuera eſt ſemper extremum, ideo Aegyptij fecem primæ uitæ quã ænigmaticis uerbis aquam appellabant materiam eſſe dicebant, ceu hylẽ quandam exiſtentem,

ſtentem, ex eſt ceu receptaculum ipſum generabilium & ſenſilium, quæ non eſt aliqua forma ſeparata, ſed quædam ſubſiſtentię conſtitutio, quemadmodum impartile, immateriale ac reuera ens, & id genus conſtitutio eſt naturæ intellectualis, & cum omnes ſane formę ibi & hic ſint, tamen ibi ſunt ſine materia, hic autem cum materia hoc eſt dictu ibi quidem impartibiliter & uere, hic autem partibiliter & ueluti umbra eſt, iccirco & unaquæque forma hic dimenſa eſt ſecundum materialem dimenſionem. Sed quomodo hæc concordant ſententijs Ariſtotelis & Platonis qui uolunt aliquod ſubiectum contrarietatis materiam eſſe. Niſi ea quæ ab alijs dicuntur de materia ante dictum ſubiectum tandem in corpus reducantur. Nam corpori nihil eſt oppoſitum & ita ingenerabile erit & incorruptibile, quo fit ut non ſolum cœlum ſit expers ortus, & interitus, ſed etiam aliquod corpus ſublunare ſed quæ modo dicebatur ſententia corpoream dimenſionem eorum quæ ſub luna collocantur factam atque interituram ſuapte natura cum forma extenſa ſeruat, ceu cum forma hominis uel equi quando id quod fit ſubſtantia eſſet, & mutatio fię ſemper circa uiciſsitudinem materialem quæ ſemper manet. Nam accidentia circa ſubſtantias mutantur, ſubſtantiæ autem circa id quantum quod ita a Pythagoreis uocatur, uel ſecundum priuationem, uel circa uiciſsitudinem eorum quæ ex ente decedunt, hoc eſt dictu circa dimenſionem & molem naturalem. Nam ex aqua aer fit non modo tranſmutatis qualitatibus, ſed etiam formali abeunte magnitudine. Nam alia eſt utrinque magnitudo & non eſt minor pars maioris, ſed eſt magnitudo utraque forma ſeparata, quanquam materialis dimenſio maneat utrinque. Nam materiales ſimiliter ambæ magnitudines ſunt, ac eodem modo partibiles ſenſibiles atque indifferentes ſecundum materiam. Nam differentiæ per formas ſpectantur & habentur. Quod uero Ariſtoteles talem ſententiam habeat de materia ſecundum dimenſionem & quantum facile intelligere poſſumus ex his quæ in quarto huius operis uolumine dixit. Nam ibi dicit. Qua uidetur autem locus eſſe interuallum magnitudinis, eatenus materia eſſe uidebitur. Nam hoc alterum eſt a magnitudine, hoc autem eſt contentum a forma & definitum, ceu a ſuperficie & fine. Eſt autem tale materia & indefinitum, cæterum quicunque putāt materiam intelligendam eſſe, quatenus ens eſt formis deterius, uel per negationem figuræ unius primi, neſcio quo pacto hoc recte ſentiant. Nam ens quando nihil aliud quam unum, & ens ſpeculātur proprie eſt quod etiam uere dicitur, & primo, materia autem extrema eſt & ab ente decedit & diſtat, ac multo magis ab uno quæ per uiciſſitudinem & alternam mutationem ad ens ſubſiſtit, quoniam potentiam ſubſtare oportet ob prolem entis atque emphaſim eiuſdem ſcilicet apparentiam. Sed hæc dixi ut tuerer ſententiam de materia quippe quæ mea non ſit ſermonem produxi ac longior in diſſerendo fui. Poſtremo ad uerba contextus ueniamus. Illud quidem. Vnum hoc etiam ratio eſt ſignificat unum eſſe principium ſecundum rationem & formā Cauſa autem huius occultationis & difficultatis eſt hæc particula addita ſcilicet hęc ratio eſt, ubi in græco fœmininus articulus cum maſculino conſtruitur. Verum non conſtruitur cum hac parte { ratio } ſed cum hoc nomine principium, perinde ac dici uoluerit hunc in modum, unum autem hoc ſecundum rationem, uel magis unum principium ratio & forma eſt. Verūtamen Alexander inquit contextum ſcribi ſine eo fœminino articulo in græco quem nos traduximus hoc. Sed forte quidam propter obſcuritatem illum articulum deleuerunt, cum etiam interpretatio conuenientiſſima eo addito habeatur.

Ex ijs autem quæ nunc, manifeſtum eſt quæ ſit differentia contrariorum, & quomodo ſe habent principia adinuicem, & quid ſubiectum.

Inquit quomodo ſe habent principia contraria, quoniam Com.66.
alterum adeſt abſentia alterius. Dicit item { & quid ſit ſubiectum } quoniam ſecundum proportionem & ſimilitudinem capitur & non habet contrarium. Dixit etiam quænam ſit differentia contrariorum, quoniam aliud eſt quod fit, & aliud factum, & aliud eſt ex quo fit. Item eadem uerba tulit quoniam materia permanet & eſt in genito. Etiam conſtat ex omnibus dictis priuationem non eſſe aliquam naturam ſecundū Ariſto. ſed abſentiam in ſubiecto quod eſt aptum accipere formā Vnde cum diceretur priuatio eſſe accidens materiæ, non ut forma diceretur ſed ut mihi accidit non eſſe in foro. At ſi tale eſt priuatio quiſpiam quęreret non immerito ſub quo prædicamento collocabitř priuatio. Vel ſi forma ſubſtantia ē et priuatio ſubſtantia erit. nam ſub quo alterum oppoſitorum collocatur etiam alterum ponitur, uerūtamen non tanquam contraria, nam cum hæc aliquid ſint ſub idem genus ſunt, ſed quoniā priuationes quorūdam collocantur in eiſdem generibus cum illis. Nam ipſe ſpecificantur & deſignantur ac tales fiunt a ſuis formis, quocirca Ariſtote. cum aſpexerit ad hoc tulit, formæ enim aliquo modo & priuatio.

Vtrū aūt ſubſtātia ſpēs aut ſubiectū ſit, nondū manifeſtū eſt. ſed quod principia tria ſint, & quō tria, & quis modus eorū: manifeſtū eſt. Quot igi- Tex.71.
tur & quę ſint principia, ex his conſideretur.

In libro decē pdicamentorū Ariſto. diuiſit ſubam in primā Com.67.
& ſecundā. i. in indiuiduā, ſpecialē & genericā. Principales aūt in materiā, formā, & cōpoſitū, qđ ſecutus cōſequēter Ariſto. in. 9. lib. metaphy. exactius uiſus ē diuidere triſariā ſubam, ubi dicit congregatū cōpoſitūq; in rebus generabilibus eē maxīe ſubam. Secđo uero loco ſuccedere formā & materiā qbus cōpoſitū cōſtitutū eſt. Verū inter hęc quo ad ſempiternitatē & quatenus ſubijcitur ſuba, tradit materiā magis eē ſubam, q̄tenus aūt unūquodq; eſt p formā q̄; ēt diſcrepat a cęteris ſuapte nā hoc mō uidet ipſi formā eē magis ſubam. Eandē igitř impręſentia inſinuat cōparationē cōtextus afferre in ſermone de principijs nālibus quot & q̄ ſint principia. At Ale. ambigit ingens ſi forma interit q̄ pacto erit principiū, qppe principiū uideatř eē incorruptibile. Nā (ut ait Plato) corrupto deletoq; pricipio neq; ipm eſt neq; aliud ex eo fiet generabileq;. Sed ſoluit Alex. dubitationē dicēs nō oē principiū rerū ortui interituiq; ſubditarū incorruptibile eē poſſe, imo nec elītaria, alioquin nō eēt generatio & corruptio rerū, ſed eē aliqđ principiū incorruptibile opꝫ, ſed oē eē expers corruptionis nō pōt. Preterea (inquit) qđ ſi forma nō ſit corruptibilis attamē ſpē eſt incorruptibilis, nā ſemp eſt calidū & frigidū ſed nō ſemp idē calidū uel frigidū nūero, alioqn nō foret generatio in his q̄ ſunt ſed hęc qdē dicuntur mediocriter, Plato nāq; principiū elītū corporū qđ eſt forma nō dixit eē ingenitū in Phędro, ſed principiū & fontem originēq; motus, qđ ſane principiū erat ſeipm mouēs, & omnino dixit primā ꝓprietatē efficiētem in oībus mō ſit principiū efficiēs, ſed nō elītare ingenitā eē. Itē ſubdit Alex. & hæc pro rñſione ad idem argumentū dictū inquiēs. Vel nec forma corrumpitur, quippe factum corrumpatur at materia nec forma gignitur ſed utriſque conſtitutum & concretum, igitur & hoc corrumpitur, quare principia ſunt incorruptibilia. Verum non ſequitur quod ſi incorruptibile ſit, etiam numero forma ſit perpetua. Nam compoſitum corrumpitur & eius corruptio fit quatenus forma pellitur & abijcitur. Sed hæc quæ dicuntur naturaliter ab Alexandro. in dubium reuocant quomodo id quod prius non eſt, & poſtea eſt, fieri non dicatur, atque id quod prius eſt & poſtea non eſt interire non aſſeratur. Item quomodo cum cōpoſitum dicamus corrumpi, quoniā pellitur forma, cum nō ſeruetř forma nec ſubſiſtat poſt excluſionem expulſionemq;, ſed potius ſecedit abeatque in non ens. Tale nāque eſt forma, quippe quę ſeiungi ne-

queat, & ipſamet non interiret/ſi compoſitum interire diceretur. Item quomodo ſi eſt incorruptibilia, non eſt etiam ſempiterna. Vnde pulcherrimum eſſe reor uerum fateri atque dicere uel Attico more hæc tractare. At qui nos dicimus formam indiuiduam generabilem interire, & compoſitum per formam. Nam neceſſe non eſt ſtatuere rerum corruptibilium principia elementaria incorruptibilia. Vnde Ariſto. cum obſeruet quædam corruptibilia eſſe in non ens quæ non ſunt, & rurſus non ſunt ea uocat incorruptibilia quippe quæ non ſimpliciter intereant in non ens, ſed eſt aliqua alia omnino forma quæ ſuccedit formæ abeunti & corruptę.

Cap. ulti. Quod autem vnico modo ſic ſoluitur & anti-
quorum dubitatio, dicamus poſt hæc. quæren-
tes enim Philoſophi primi veritatem, & natu-
ram entium, conuerſi ſunt, veluti in viam quan-
dam aliam depulſi ob inexperieniam. dicunt-
que, neque fieri eorum quæ ſunt vllum, ne-
que corrumpi, propterea quod neceſſarium
eſt, fieri quod fit, aut ex eo quod eſt, aut
ex eo quod non eſt. ex his autem vtriſque,
impoſſibile eſſe. neque enim quod eſt, fie-
ri. eſſe enim, iam & ex eo quod non eſt,
nihil vtique fieri. ſubijci enim quippiam opor-
Tex. 72. tet. Et ſic itaque quod conſequenter accidit
augentes, neque eſſe multa dicunt, ſed tan-
tum ipſum quod eſt. Illi ergo, talem acceperunt
opinionem, propter ea quæ dicta ſunt.

Com. 68. Quod pulchre materiæ adiecerit priuationem ac numerauerit illam inter principia, oſtendit, eo quod nonnulli ueterum Philoſophorum eam non intellexerunt, qui illius inſcitia atque quadam uicti & ſuperati dubitatione ortum rerum atque interitum de medio ſuſtulere qui pręterea in alia abſurda inciderunt. Vocat autem primos in philoſophia non ſolum eos qui tempore pręceſſerunt, ſed etiam eos qui primo conati ſunt ueritatem indagare atque inquirere. Verum imprę́ſentia de cunctis Philoſophis non dicit, ſed eos meminit qui rerum ortum abſtulerunt. Hi autem bifariam partiuntur, uel potius trifariam. Nam aliqui eorum aſſerebant unum ens, & hoc ipſum ingenitum, alij autem autumabant plura eſſe entia atque principia quæ cum in unum coirent ſegregatione fieri affirmabant tollentes generationem de medio, ceu Anaximander & Anaxagoras. Alij autem compoſitione & ſegregatione ortum primorum elementorum fieri contendebant, ceu Democritus & Empedocles. Nā hi dicebant non eſſe generationem, ſed ſolum mixtionem & ſeparationem uiciſſitudinemque miſcentium. Quocirca inquit modo Ariſto. auferebant hi generationem quadam conuicti dubitatione quam diſſoluere non uoluerunt, quæ tamen diluitur & ſoluitur ſtatutis his principijs naturalibus qualia nos poſuimus. Sed cum poſuit Ariſto. primo dubitationem qua pulſi in aliam uiam egreſſi, præterquam ueritatis generationem ſuſtulerunt, ac abſurdum quod ſequitur dubitationem, tunc ſolutionem adducit. Dubitatio autem talis eſt. Quod fit uel ex non ente, uel ex ente fieri neceſſe eſt, quod ſi ergo utraque impoſſibilia ſint, igitur generatio non erit. Quod uero ambo impoſſibilia ſint perſpicuum eſt, nam ex ente fieri non poteſt quippe ens foret antequam fieret, nec ex non ente, quoniam oportet eſſe aliquid ex quo fiat, & omnino non ens nihil eſt. Et talis ſane eſt dubitatio, cæterum quod accidit ipſe adducit, quomodo ſcilicet ab eadem dubitatione ſuperati, ut quidam uiſi ſunt in quam deducti fuere conceptionem ac intelligentiam entis & non entis, quam duntaxat habebant de ente proprie & non ente proprie, qua deinceps prolapſi ſunt in id quod abſurdo uidebatur accidere, quod ſane eſt ens unum eſſe, ceu Parmenides & Meliſſus dixere dicentes quod eſt præter ens eſt non ens. Nam ſi plura eſſent entia, profecto & inter ſe mutuo diſcreparent ac differrent, quo pacto differentiæ erunt præter ens. ſi autem aliquid erit præter ens, uel id erit ens, uel non ens ſed neque ens eſſe poteſt præter ens, neque non ens eſſe. Verum tanquam abſurdius ſubiunxit ex dubitatione non eſſe generationem & unum ens eſſe, & hoc ipſis accidebat.

Nos autem dicimus, quod ex eo quod eſt, Tex. 73.
aut ex eo quod non eſt, fieri, aut quod non eſt,
aut quod eſt facere aliquid, aut pati, aut quod-
cunque hoc fieri, vno quidem modo nihil dif-
fert, aut medicum facere aliquid, aut pati, aut
ex medico eſſe, aut fieri. Quare cum hoc du- Tex. 74.
pliciter dicatur: manifeſtum eſt quod & ex eo
quod eſt, & id quod non eſt, aut facere aliquid,
aut pati. ædificat igitur medicus, non ſecundum
quod medicus, ſed ſecundum quod ædificator.
& albus fit non quatenus medicus, ſed quatenus
niger. Medicatur autem, & non medicus fit,
quatenus eſt medicus. Cum autem maxime pro
prie dicamus medicum facere aliquid, aut pa-
ti, aut fieri ex medico, ſi ſecundum quod me-
dicus hæc patiatur, aut faciat: manifeſtum
quod ex non ente fieri, & hoc ſignificat, qua-
tenus non eſt. Quod illi quidem non par-
tientes, aberrauerunt. & propter hanc igno-
rantiam tantum inſuper ignorauerunt, quod
nihil aliorum opinati ſunt fieri, aut eſſe, ſed
auferebant omnem generationem. Nos au- Tex. 75.
tem & ipſi dicimus fieri quidem nihil ſimpli-
citer ex eo quod non eſt, ſed tamen fieri ex
eo quod non eſt, vt ſecundum accidens. ex
priuatione enim, quæ eſt per ſe non ens, non
ex eo quod ineſt, fit. Mirabile autem eſt
hoc & impoſſibile ſic videtur, fieri aliquid ex
eo quod non eſt. Similiter autem, neque Tex. 76.
ex eo quod eſt, neque id quod eſt fieri, ni-
ſi ſecundum accidens. ſic autem & hoc fie-
ri eodem modo, vt ſi ex animali, animal vti-
que fiat, & ſi ex quodam animali, quoddam
animal. vt ſi canis, ex equo fiat. fiet enim,
non ſolum ex quodam animali canis, ſed e-
tiam ex animali, at non quatenus eſt animal.
eſt enim iam hoc. Si autem aliquid debet fie-
ri animal, non ſecundum accidens, non ex
animali erit. Et ſi aliquid fit, non ex eo quod Tex. 77.
eſt, neque ex eo quod non eſt. quod enim ex
eo quod non eſt, dictum eſt nobis quid ſigni-
ficet, quod quatenus non eſt.

Veteres eo quod ens fieri non poterat ex ente, nec ex Com. 69.
non ente demebant ortum rerum, unde Ariſto. hoc in loco ſoluit dubitationem definitæ indicans neceſſe eſſe, ut quod fit ex ente & non ente fiat id eſt partim ente, partimq; nō ente

quod ſane dupliciter dici poteſt. Vel enim hęc per ſe & per accidens differunt, uel diſcrepant actu & potentia. Qui ergo aiunt, nec ex ente, nec ex non ente quicquam fieri poſſe, hi dicebant ens quod idem erat cum genito, quoniam dicunt, iam enim eſt hoc, & per non ens intelligebant non ens prorſus. Nam aiunt iam eſſe id ex quo. Et reuera hunc in modum nihil fieri poteſt ex ente, nec ex non ente, uerũtamen ſi aliquis priuationem quæ eſt non ens inter principia collocans dixerit ex eadem fieri id quod fit non per ſe, ſed per accidens, quoniam non ineſt genito, ſed eo fit quod gignitur, quia ipſa non ineſt is ſane ex non ente per ſe, licet non per ſe, ſed per accidens diceret fieri ens. igitur non quatenus materia eſt ens ex ea fit ens, ſed per accidens, quoniam accidit eidem non eſſe hoc ens qđ fit ob priuationem eius quod fit, quæ pręſens ei eſt quare neq; ex ente quatenus ens, neq; ens quatenus ens fit, ſed ex ente p accidens, & ex quodam ente aliquod ens fit, quo igitur modo generatio fit nec ex ente, nec ex non ente per ſe, ſed partim ex ente, & partim ex non ente. Nam materia quidem eſt ſed non illud quod fit. Cæterum Ariſto. ſermonem reducens in notiora & uniuerſaliora ſic ſoluit dubitationem. Nam dicit ex ente fieri perinde atque dixerit ens fieri, ſimiliter cum dicit { ex nõ ente fieri } ęque dictu ẽ cũ hoc non ens fieri. Nam idẽ eſt dictu ex immuſico fieri muſicum, & immuſicum fieri muſicum. Deinde intulit uniuerſalius ubi hęc continẽtur { uel ens, uel non ens facere aliquid uel pati. } Nam communius eſt facere aliquid uel pati, quam pati ſolũ, & cum dicit { qđ cunque hoc fieri } communius eſt quam proprie fieri. Etenim album eſt id quod fit ac deambulatio, & quoduis aliud ſub hoc continetur. Hæc igitur inquit ex ente uel ex non ente, uel ens uel non ens, aut facere, aut pati, quæ loco exempli poſuit exponens inquit nihil intereſſę inter hæc ſcilicet medicum facere aliquid uel pati, uel ex medico eſſe aliquid uel fieri, quæ dupliciter dici aſſerit, quoniam inter ea quæ multipliciter dicunt, profecto connumerantur. Et primo de medico hoc qđ dupliciter dicitur oſtendit, deinde transfert ſermonem ad ens & non ens. Nam medicus facere aliquid uel pati dicitur, uel qua medicus eſt, uel per accidens, quatenus autem medicus agit quando medetur & curat, patitur autem qua medicus quãdo expers medicinæ ac ignarus fieret, per accidens autem facit quando ædificaret, quoniam accidit medico ædificatorẽ eſſe, patitur quoque per accidens quando ex nigro fieret albus, propterea quod medico accidit nigrum eſſe. Et patet ſane tunc medicum facere uel pati nos dicere, quando qua medicus ageret uel pateretur, hoc igitur modo etiam ex non ente fieri aliquid dupliciter dicitur. Vel enim ex non ente quatenus non ens, uel ex non ente per accidens, quoniam ei quod appellatur ex quo, ceu materiæ accidit non ens id eſt priuatio. Non enim ex quouis ſed non ex tali quod eſt aptum fieri id quod gignitur ſane fit. Et conſtat quod quemadmodum de medico proprie medicum, tum dicimus facere aliquid uel pati quando quatenus medicus aliquid faceret uel pateretur, ſic etiam de non ente proprie, tunc dicimus ex non ente fieri aliquid quando quatenus non ens acciperetur. Veteres itaque uno modo non ens proprie, & quatenus non ens accipientes & non diuidentes ſeiungenteſque non ens per ſe, & quatenus non ens ab eo quod eſt per accidens non ens abſtinuerunt affirmare aliquid fieri ex ente uel ex non ente, & ob ignorantiã huius diuiſionis per ſe & per accidens ſimul etiam ignorarunt cætera, ut nihil putarent fieri ſiquidem ex non ente, quatenus non ens nihil fit. Nam oportet eſſe aliquid ex quo res generentur, atque cõſtat quod neque ex ente, quatenus ens aliquid generatur quippe iam ſit, qui ultro in eam ignorantiam deuenere, quæ nihil aliorum eſſe aſſeruerunt, ſed unum eſſe ens ſiquidem nihil fiat ex ente, contenderunt. Nos uero fieri aliqd ſimpliciter ex non ente id eſt quatenus non ens negamus, tamen fieri ex non ente per accidens fatemur. Nam ex materia quatenus eidem ineſt priuatio quæ eſt per ſe non ens, aliquid fit. Quocirca etiam Plato de ipſa inquit. Nemo itaq; dicat quod poſtquam non ens entis contrarium eſſe oſtendimus quod ipſum eſſe dicere audeamus. Nos enim iamdiu prætermiſimus utrum ſi ſit necne aliqua ratio habeatur, uel prorſus id ſit abſurdum. Quod autem nunc diximus eſſe non ens uel quiſpiam cum reprobauerit perſuadeat nos minime recte dixiſſe, uel quouſque reprobare non ualet, illi dicendum eſt ac nobiſcum ſentiendum quemadmodum & nos dicimus. Vnde a Platone etiam definitum eſt quod ſit partim ens, partimque non ens, atque per ſe non ens per accidens ſit ens, quoniam tale huiuſmodi accidit. Verũtamẽ non ens differt quadam diuerſitate & alteritate a priuatione quatenus aliud ſcilicet non ens dicitur de formis cum mutuo ſe expellũt & aliud ſcilicet priuatio ineſt materiæ. Porro eandem expoſitionem Alexander approbat quæ diuidit non ens in nõ ens id eſt proprie non ens & in ipſum non ens per accidens. Sed adiecit & aliam interpretationem, inquit enim quiſpiam poſſet ex dictis intelligere quod etiam non ens uno modo dicatur ſcilicet quod non ens proprie ſit, & quatenus non ens, ſed ex non ente tali fieri quippiam dupliciter intelligi poteſt. Nam hoc uel erit per ſe uel per accidens. Etenim nos ex priuatione quæ eſt per ſe non ens dicimus fieri, ſed per accidens, quoniam non eo quod ipſa ineſt ei quod fit, ſed quia non ineſt ex ea fieri aliquid tradimus. Nam ea ex quibus aliquid fit per ſe, inſunt ei quod gignitur. Præterea patet quod ſi etiam priuatio non ens per ſe diceretur tamen ipſa quamuis ſubſiſtentiam habet. Nam ſi aliquid fieret ex nihilo prorſus, id certe nec per accidens ex eadem fieret, quare illud ſcilicet { Nos autem ex ipſi dicimus nihil fieri ſimpliciter ex non ente } dupliciter intelligendum eſſe. Vel enim nihil fieri ex ſimpliciter non ente, uel nihil proprie & ſimpliciter fieri ex non ente, nam proprie & ſimpliciter ex aliquo illud fit quod ex permanente fit, quo pacto id quod fit illi putarunt fieri debere ex non ente & exiſtente ingenito. At hoc fieri non poteſt. Quod autem Plato ante Ariſto. non ignorauerit duplicẽ ſignificatum non entis, ea quæ in ſophiſta declarauit plane indicant. ubi adiecit hæc. Cum enim demonſtrauerimus alterius naturam eſſe quæ in omnibus entibus inuicem diffuſa diſperſaque eſt, tunc partem eius oppoſitam ei quod cuiuſque ens eſt, ipſum reuera non ens eſſe aſſerere audebimus tanquam idipſum ſit uere non ens. Hoſpes. Verum prorſus o hoſpes dixiſſe mihi uideris. Nemo itaque dicat quod poſtquam non ens entis contrarium eſſe oſtendimus quod ipſum eſſe dicere audeamus. Nos enim iamdiu prætermiſimus utrum ſi ſit, necne aliqua ratio habeatur, uel prorſus eſſe abſurdum ſit, quod autem nunc diximus eſſe non ens, uel quiſpiam cum reprobauerit perſuadeat nos minime recte dixiſſe, uel quouſque reprobare nõ ualet, illi quidem dicendum eſt ac nobis ſentiendum, quemadmodum etiam nos dicimus. Hæc autem Plato. Ariſto. autẽ dicit. { Similiter autem neque ex eo quod eſt neque ens, quatenus ens fieri poteſt } alioqui iam eſſet antequã fieret ens, tñ ex ente per accñs nihil ꝓhibet fieri & aliquod ens. Vñ cũ dicit { ex aiali aial fieri } nõ dicit hoc, ut q̃tenus aial intelligendũ ſit, q̃ppe aial nõ trãſmutetẽ q̃tenus aial in ipſum aial qđ fit, immo nec genitum aial ſi aial fieret ex aiali, q̃tenus aial ꝓduceretur ſed fit ex ſpermate, ſi aũt ex aiali trãſmutato q̃tenus aial cui accidit aial, iſta rõ aliqd fieret cui ẽt eidẽ aiali rõ ineſt, hoc ſane per accñs ẽ ſcilicet aial fieri ex aiali. Non enĩ q̃tenus aial qñ mutatur in animali, quatenus aial mutatur, ſed quatenus quoddam animal in aliud quoddam animal facit mutationem ceu ſi cum canis ex equo produceretur, uel potius ex equo ueſpæ, uel apes ex tauro. Nam ueſparũ ortus equi ſunt, & tauri apum, diceretẽ aial ex aiali fieri, nõ tñ quatenus aial, ſed per accidens. Nam ex alio quodam animali quod non mutatur aliquod animal fit, quippe utrinſque ſcilicet animali mutato, ut ei quod fit ratio animalis inſit, quare per accidens animal fit ex aiali. Non. n. ſermo nõ eſt de cã effectrice, ſed de materiali ſub qua contineri equus non põt, ſed materia equi, attamẽn quãdo ex ſpermate fieret animal, non amplius per accñs

ex animali fit,ſed duntaxat ex non animali ſic igitur etiã ſi aliquod ens non per ſe,ſed per accidens fieret,ex non ente profecto prodiret. Sed contextus hoc etiam modo ſcribitur, { ceu ſi canis ex cane,uel equus. } Nam etſi ex aliquo animali quodam animal gigneretur,ceu ſi canis ex cane,uel equus ex equo emergeret,certe non quatenus canis nec qua equus produceretur,ſed quatenus quidam equus & quidam canis, ſi autem quatenus animal quoddam debuit fieri & non per accidens, certe non ex animali fiebat,ſed ex non animali,ceu ex ſpermate,ac corpus fit,non quatenus corpus,ſed ex incorporeo, ſic itaq; ſi aliquod ens fieret non per accidens, ſed per ſe ex non ente fieret,nec tamen ex non ente quatenus nõ ens. Nam hoc iam oſtenſum eſt fieri non poſſe,ſi ergo ens quatenus ens nec ex ente fit,nec ex non ente,ens nanq; quatenus ens uniuerſaliter non fit,neq; erunt generationes ortuſq; rerum generabiliũ quatenus entia ſunt,ſed quatenus ignis & quatenus aer. Niſi fortasſis ueteres in hunc modum dixere nullum ens qua ens fieri nec interire. Nam iam eſſent antequam fierent entia, ceu homo eſt cum albus fit,ſed nil eorum quę ſunt,proprie fit,nec corrumpitur,ſed indiuidua fiunt & intereunt.

Tex.71. **Amplius autem & eſſe omne,aut non eſſe. nõ remouemus. Vnus igitur modus,hic eſt.**

Com.70. Quoniã oſtẽſum eſt id quod fit nec ex ente ſimpliciter nec ex non ente prorſus gigni, ſed ſimul ex ente atq; ex non ente ne inſtandum prorſus ſit,quonam pacto idem dicentes eſſe, & non eſſe,ex quo aſſerimus fieri id quod producitur,non tollimus de medio dignitatem contradictionis, uel quo nam pacto dicentes ex aliquo naſci id quod gignitur,non cogimur id ipſum aſſerere ex ente uel ex non ente fieri. Porro dicit { non tollimus } quippe qui non aſſeremus illud iuxta idem eſſe & non eſſe,ſed ex ente per ſe,& non ente per accidens generationem eſſe dicimus. Nam tale ens materia eſt. Praeterea/poteſt illud neq; hoc eſſe omne, aut non eſſe tollimus id ſignificare id eſt neque nos diuiſionem ſpernimus reijcimuſue quæ aſſerit omne quod fit,uel ex ente,uel ex non ente fieri. Nã ſcimus quod de quauis re id uerum ſit uel eſt,uel non eſt,immo ſeruãtes idem axioma æque etiam tuemur ac ſeruamus ortum & interitum rerum diuidentes cum ens,tum etiam nõ ens in per ſe & per accidens,ſic igitur uno modo diluetur ac ſoluetur dubitatio. Alterum autem proxime ſubiungit inquiens.

Alius autem,quod contingit eadem dicere ſecundum potentiam, & actum. hoc autem,in alijs determinatum eſt cum diligentia magis.

Com.71. Cum dixerit pauloante aliquid fieri ex ente uel ex non ente aut medium facere aliquid uel pati,quod ſane dupliciter dicitur,aut per ſe,aut per accidens,& concluſerit per hanc diuiſionem hunc eſſe unum ſoluendi modum cæterum adducit aliũ qui ſane eſt quoniam ens dici poteſt in potentia & in actu,ſimiliter etiam non ens, cum igitur dixerimus quod ſit ex ente fieri,tunc ſane aſſerimus ens actu fieri ex ente in potentia,qm̃ non ex ente iam in actu,alioqui iam eſſet id quod gignitur, E contra autem cum dixerimus ex non ente produci quippiam ſane dicimus ex non ente in actu,quod quidem eſſe ens poteſtate nihil uetat. Nam ex non ente nec etiam poteſtate nihil certe fieret, ceu ex elemento quippe operæpretium ſit id ex quo gignitur id quod fit aptum eſſe prius ut fiat,unde ex ente in potentia,actu uero non ente quæcunque fiunt certe prodeunt. Soluitur ergo hoc modo ueterum dubitatio quæ urgebat utrunque pariter negare,ſcilicet ex ente fieri quicquam & ex non ente,nam fit ex ente in potentia, actu uero non ente, nam materia potentia quidem eſt id quod gignitur,actu uero nequaquam. Et dubio procul ſuſcepta eſt hęc diſſenſionis determinatio a materia ipſa, qppe quæ ſit potẽtia & nõ actu id quod uerę ſit,ſed cauſa cur talis naturæ ſit materia, uidetur eſſe priuatio,quæ cum ſit quædam abſentia in ſubiecto apto ad capeſcendam formam,efficit ut materia cum ei adeſt,actu non ſit id quod fit,quæ item cum ſit, in ſubiecto apto facit ut materia ens poteſtate ſit,ſed exactius actum eſt ac definitum de potentia & actu in nono metaphyſices libro.

Quare, quod quidem dicebamus, dubitationes ſoluuntur, propter quas coacti,remouent dictorum quædam. propter hoc enim, tãtum auerſi ſunt priores a via in generationem, & corruptionem,& omnino mutationem.

Alexander hunc contextum,opinor,reliquit ſine interpretatione,ſed magnus Syrianus inquit,eos quædam eorum quę dicta ſunt per dubitationem tollere, quoniam generationem dementes per ipſam quoque materiam & priuationem una ſuſtulerunt,quæ ſane aliqua dictorum principiorum ſunt. Nã propter dubitationem tollentes generationem aiunt pręfuiſſe ea quæ ſunt,uel unum ens eſſe,& ob id illi,nec materiam,nec priuationem eſſe autumarunt ex quibus prodeunt ea quæ fiũe & quod hæc ſignificet per illud { quædam eorum quæ dicta ſunt } indicio ſunt ea quæ deinceps adducuntur. Sed fortaſſis põt intelligi illud, { quędam eorum quę dicta ſunt, } non de principijs dictum eſſe. Etenim formam etiam de medio tollunt,quia aiunt ita tranſmutari,quare non aliqua principia,ſed quędam quę de natura dicta ſunt, quorum eſt generatio & corruptio hi tollebant. Nam ea proxime deindeque tollere uidebantur ab ipſa dubitatione uicti quę dicit,uel ex ente,uel ex non ente fieri id quod fit,& utrunque fieri non poſſe oſtendit, ſed iam priuatio ultra materiam intellecta & diſtinctio per ſe & per accidens,ac illius quod eſt poteſtate & actu, eandem dubitationem diluere & locum generationi & corruptioni dederunt quæ ſane illi ſuſtulere de medio. Hæc autem indicant etiam ea quæ deinceps dicuntur. Com.72.

Hæc enim viſa natura,omnem ſoluit hanc ipſorum ignorantiam.

Inquit priuationem uiſam & perſpectã animo omnis quęſtionis ſolutionem afferre,nam propter priuationem introductum eſt ens uel non ens per accidens, nam priuatio eſt ens p accidens,quoniam accidit enti,econtra autem materia eſt non ens per accidens,quoniam ipſi accidit priuatio quæ eſt nõ ens per ſe. Item habetur ens poteſtate ob priuationem. his autem duobus diſſoluit dubitationem. hunc itaque in modum Alex. expoſuit. Niſi fortasſis natura etiam dixerit non ſolum ob priuationem, ſed etiam ob materiam. Nam hoc & ipſe Alexan. procedens animaduertit,tamen ipſe dicerem quod illa natura eſt de qua proxime dixerat, quæ eſt illius per ſe, & per accidens,ac in potentia & in actu. Com.73.

Tãgentes igitur & alij quidam fuerunt ipſam, ſed non ſufficienter. primum enim confitentur ſimpliciter fieri aliquid ex eo quod non,eſt quatenus Parmenidem recte dicere. Tex.72.

Siue ſit natura priuationis & materiæ quæ perſpecta omnem abſtuli diſſoluitq; dubitationem, ſiue ſit natura diuiſionis per ſe & per accidens,ac entis in potẽtia,& in actu ſiue utroq; modo. Nam altera propter alteram nota fuit atq; perſpecta, nunc ſane inquit quod eandem naturam nõnulli nec prorſus tetigere qui præſertim ens unum eſſe aſſeruerunt,uel quicũq; contenderunt actu præeſſe omnia, & ſimpliciter quicũq; generationem de medio tollunt. Quidam autem eandem attigere,ſed non ſufficienter, & mehercle hæc in Platonem referens uidetur dicere. Nam ipſe in Timæo cum dicat materiam nihil eſſe eorum quæ actu ſunt, ubi inquit. Quoniam ſubiectum formis non erit bene præparatum,niſi informe ſit, & illarũ omnium formarũ idearumue quas recepturũ eſt,careat, plane uidetur aliquo modo tetigiſſe materiam & priuationem. Com.74.

nem. Nam id quod aptum eſt recipere & non recipit, atque tum non habet iure meritoque diceretur eo eſſe priuatum. Itē Plato ante Ariſto. uidetur definiſſe determinaſſeque hanc diſtinctionem per ſe, & per accidens, & illam in actu & in potentia, atque illam quam prius diximus ſcilicet partim ens, & partim non ens. Etenim Plato etiam in alijs diſtinxit ea quæ multipliciter dicuntur, ut etiam Eudemus teſtatur in libro de rebus naturalibus dicens, Plato enim cum introduxerit modum diſtinguēdi dupliciter multas rerum ambiguitates diluit. His ergo Plato etiam hanc naturam tetigit. Verum uidetur ob duos modos non ſufficienter attigiſſe eandem, quorum alter eſt quo uidetur Parmenidi aſſentire qui unum ens eſſe dicit. Nam hoc modo generationem ex non ente ſimpliciter & quatenus non ens fieri aſſerit, quippe fieri nequeat, cum unum tantum ſit ens ut quippiam aliud ſit ens per ſe, & per accidens non ens, ſimiliter potentia ens & actu non ens ex quo prodeunt quæ fiunt. Nam omne quod non eſt illud, ſimpliciter non eſt, quoniam quod eſt præter ens eſt non ens, & qđ eſt non ens. eſt nihil, igitur illud ens ſolum eſt, quare Plato cum laudet Parmenidem tanquam unum ens eſſe dicentem, uidetur ipſe etiam fateri generationem eſſe ex non ente ſimpliciter, & hoc modo omnes fere interpretes hæc contextus uerba interpretati ſunt quaſi Ariſtoteles hic inuehatur in Platonem qui aſſentit Parmenidi dicenti unum ens eſſe. quod ſane admiror, quoniam in Sophiſta contra ſermonem & ſententiam Parmenidis multis argumentis occurrit & inſtat, quod unum eſſe ens dicebat. Et argumenta prius conſcripſimus eo in loco ubi rationes adducebantur in Parmenidem, ſed gratia commemorationis etiam nunc concluſio eorum argumentorum adhibeatur & ponatur quæ ſic ſe habet. Innumeræ quoque præter has dubitationes aduerſus eum inſurgunt quiſquis ens, aut unum ſolum aut duo quædam dicit. Item nec Ariſtoteles dixit eos qui fatentur Parmenidem recte dicere, confeſſos fuiſſe ex non ente ſimpliciter aliquid fieri. Niſi ergo Platoni potius hoc obijciat illumque refellat eo quod recipiebat & admittebat minorem propoſitionem Parmenidis qui dicebat quod eſt præter ens eſt non ens, & hac ratione non ens eſſe Plato concedebat. Nam quod eſt alterum ab honeſto & præter pulchrum id dicit eſſe non ens, ſimiliter quod eſt alterum a magno & præter magnum, aſſerit non magnum eſſe, & alia adijciens huiuſmodi ſic ſubiungit. oppoſito ipſa quæ eſt inter partem naturæ ipſius alterius, & partem entis, nihilominus ſi dictu fas eſt, cum ipſa ſit eiuſdem entis quippiam, non ſignificabit illius contrarium, ſed alterum quiddam duntaxat. Theætetus, apertiſſime inquam. Hoſpes. Quam igitur ipſam appellabimus? Thæteus. Conſtat utique non ens, quod nanque gratia ſophiſtę inquirebamus hoc ipſum eſt. At conſtat quod Parmenides cum reſpexerit ad non ens ſimpliciter tolleret non ens, dicens. Nam quæ nunquam nuſquam nullo pacto ſunt entia, ſed tu quęrens ab hac uia cohibe mentem. Plato itaque aſpiciens ad non ens ſecundum alteritatem & diuerſitatem minorem propoſitionem conceſſit, & ad maiorem inſtitit quæ dicit non ens nihil eſt. Quod ſi ita ſe habet hoc, Ariſtoteles nunc obijcit Platoni, neque aduerſatur tanquam ipſe diceret ex prorſus non ente generationem fieri, quoniam Parmenidem confeſſus eſt recte dicere. Nam neque Plato conceſſit omnino non ens, multo magis nec Parmenides, nunquam ergo cogimur dicere Platonem aſſentire Parmenidi diceno, non ens eſſe. Nam & ſi conceſſerit maiorem propoſitionem dicentem quod eſt præter ens eſt non ens, non tamen eam conceſſit tanquam Parmenides aſſeruerit eſſe non ens. Nam ille infert quod non ens eſt nihil, & in Sophiſta Plato prorſus contra Parmenidem tollentem indefinite & promiſcue non ens, inuectus introduxit non ens. Ne igitur interpretes prætereiſſe ianuam ueræ expoſitionis uideantur, dicimus fortaſſis quod nunc Ariſtoteles inuectus ſit in dicta Platonis in dialogo Parmenidis, in quibus Plato uiſus eſt admirari Parmenidem ſupponentem & demonſtrantem unum eſſe. Conſtat præterea quod illud unum ens ſecundum alium & alium ordinem contemplatus ſubit multa eſſe. Hæc igitur adductus dubitatione ſcripſi, ſi autem aliquis exquiſitius commodiuſque reſponderet, quomodo ſcilicet Plato dixerit ex non ente generationem eſſe, quoniam Parmenidem recte dicere fatetur, is uincat cum ſit amicus & non inimicus.

Poſtea videtur ipſis ſi quidē eſt numero una, & potentia tantum eſſe. Hoc autem, differt plurimum.

Cum dixerit uno modo quo tangentes dictam naturam non ſufficienter tetigere, alterum infert. Com. 75. Dicit autem Alexander nunc quod ex dictis modo perſpicuum ſit, Ariſtotelem dixiſſe de natura quæ eſt materia & non de priuatione, quoniam dixit & alij quidam tetigerunt eandem, nam de materia hoc dicit, cum dicat, ſi eſt una numero & una ſolum potentia ipſis eſſe uidetur, nam priuatio non eſt una numero, uel inquit quod prius dixit. Ipſam igitur & alij quidam tetigere, de priuatione dictum eſſe, ſed quod modo inquit de materia dictum eſſe. At hoc modo dictum eſt de materia, quoniam illam in propria natura priuationem habere putant. Idcirco quemadmodum utraque eſt una numero, ita uidebatur eiſdem ea eſſe omnium ratione & poteſtate, & non diſtincta & ſeparata ratione, ceu nos aſſerimus materiam et priuationem ratione diuerſa eſſe. Sed dicendum eſt ad Alexandrum quod longe melius & prius eſt, nunc etiam intelligere illum dixiſſe de ſubiecto natura ex qua oritur generatio, quæ eſt materia ſimul cum priuatione, nam quod de eadem quæ prius ſubit etiam modo inquiat, continuatio ſententiarum & dictorum indicat. Item quia materia per ſe non erit numero una, & ratione duo, ſed erit una cum priuatione his modis. Si autem Ariſtoteles in Platonem inuectus dicit non ſeiungi ratione materiam & priuationem, profecto ob id dicit, quia Plato tradidit duo elementa materiam & formam, cum præpoſuerit his duobus ſeparatam cauſam uidelicet exemplarem ſimulque effectricem. Nam hæc in Timæo dicit. Quæ cum ita ſe habeant fateri oportet eſſe ſpeciem quæ ſemper eadem ſit ſine ortu & interitu, quæ nec in ſe accipiat quicquam aliud aliunde, nec ipſa procedat ad quicquam aliud ſenſuque corporis nullo percipiatur, atque hoc eſt quod ad ſolam intelligentiam pertinet eiuſque intentionis eſt proprium, ſed eſt aliquid poſt hoc quod cum ipſo nomine, ſed non ratione conuenit eiuſque ſimilitudinem gerit, genitum ſenſibus manifeſtum quod fertur & ſuſtentatur ab alio ſemper, & in aliquo loco gignitur rurſus in idem interit opinione per ſenſum comprehendendum. Tertium genus locus eſt qui interit quidem nunquam, ſed omnibus quæ gignuntur ſedem his exhibet hic ſiue tangentis ſenſu tangitur adulterina quadam ratione uix opinabilis. Hæc Plato. Item quod Plato non ignorauerit priuationem eſſe circa materiam, quæ ſcilicet priuatio eſt eadem dictu cum abſentia earum formarum quæ ſunt aptæ recipi in materia conſtat, quoniam dicit materiam eſſe omnicapacem, eo quod ei ſuapte natura omnia recipere competit, & informem eſſe tradit illarum omnium idearum quas receptura eſt, quod ſane indicat & ſignificat abſentiam idearum. Veruntamen cenſuit priuationem, & non ens ſecundum ſe non eſſe ponendam inter elementa rerum, propterea quod ipſa duntaxat eſt abſentia eius quod aptum eſt fieri, quæ nihil aliud in ſeipſa introducit. Nam apud eum ſatis foret ſola forma quæ ſuapte pręſentia & abſentia pōt ortum & interitum rerū efficere atq; afferre, qđ etiam Ariſto. ſuperioribus fatetur dicens. Erit enim ſufficiens alterū contrariorum ſui, abſentia pręſentiaq; ad faciendā mutationē. Atqui apud Plato-

nem non ens ſm alteritatem ſtatim inducit ſe aliqđ ens eſſe, nam motus cum non ſit id quod idem appellatur, quamuis non ſit idem, tamen eſt aliquid cuius generis non ens ipſe in Sophiſta inter formas numerauit dicens. Sic autem & non ens ſecundum idem erat, & eſt non ens, in numero multorum quæ ſunt forma una, unde non ſolum ob dictã priuationem inter elementa non connumerauit, ſed etiam quia oportet elementa ineſſe genito, & ei quod elementis conſtat, priuatio autem non præſentia, ſed abſentia ſui efficit generationem. Item elementa per ſe oportet eſſe cauſas, priuatio autem eſt cauſa per accidens, e contrario igitur aliquis corrigeret quærentem principia elementaria rerum naturalium, & in ipſis ordinantẽ et collocantem priuationem, quam & ipſe Ariſtoteles fatetur non eſſe cauſam eo quod ineſt genito, ſed eo quod non ineſt, nec per ſe, ſed per accidens eſt ens. Niſi ergo Plato cauſas per ſe & proprie ac elementaria principia quæ inſunt, inueſtigans priuationem merito non collocauerit inter principia. At Ariſtoteles cum quæreret cauſas mutationis, priuationem etiam ſimul ordinauit & interpoſuit, tã quam ipſa aliud quid ſit ſe ipſa ratione a materia diſcrepans. Etenim cauſam dici per accidens nihil prohiberet, ſed elementum per accidens dici, nec facile fingi taleque commentum & fictitium commode haberi poteſt, ſiquidem elementum in eſſe, & per ſe cõplere ipſum quod elementis cõſtat, oporteat.

Nos enim materiam & priuationem, alterum eſſe dicimus. & horum, materiam quidem non ens eſſe ſecundum accidens. priuationem autem, per ſe. & materiam quidem prope & quodammodo ſubſtantiam, priuationem autem, nequaquam. Quidam autem quod non eſt, magnum & paruum ſimiliter, aut ſimul vtrunque, aut ſeorſum vtrunque. Quare penitus alter eſt modus hic trinitatis, & ille. hucuſque enim proceſſerunt, quod oportet quandam ſupponi naturam. hanc tamen, vnam faciunt. etenim ſi aliquis dualitatem facit, dicens magnum & paruum ipſam, nõ minus idem facit. alteram enim deſpexit priuationem.

Tex.30.

Com.76. Diſcrimen ſuæ opinionis de materia & priuatione contra illam Platonis exponens inquit. Nos enim materiam & priuationem diuerſa ut eſſe dicimus ratione, & harum materiam aſſerimus eſſe non ens per accidens, quoniam ei accidit priuatio, ſed ipſam priuationem dicimus eſſe non ens per ſe. Item aſſerimus materiam prope ſubſtantiam aliquo modo eſſe. Priuationem uero nullo pacto ſubſtantiam eſſe fatemur. Hoc autem dicit quomodo proprie & primo compoſitum eſt ſubſtantia, & deinde partes eius ſunt ſubſtantiæ, quare cum materia ſit pars ſubſtantiæ, erit prope ſubſtantiam per ſe, quoniã completiua eſt ſubſtantiæ propriæ, priuatio autem cum ſit ſolum abſentia longe a ſubſtantia abeſt. Item ſi propriȩ & primo compoſitum eſt ſubſtantia, ſecundo loco forma, deinde materia formæ capax, profecto materia erit prope ſubſtantiã. At priuatio cum formæ ſit abſentia, & iuxta hoc ipſa longe aberit a ſubſtantia. Item apud Ariſtotelem ſubſtantia dicitur etiam quia ſubijcitur, ſed aliquo modo etiam materia ſubijcitur, etiam ſi ut pars aggregati & compoſiti acciperetur quod quidem proprie ſubiecto non competit, igitur prope ſubſtantiam materia eſt. Item ſi definitio ſubſtantiæ eſt ea quæ dicit ſubſtantiam eam eſſe quæ cum ſit eadem, & una numero capax eſt contrariorum, & hoc materiæ ineſt, uel multo magis erit prope ſubſtantia non ſolum quia per ſe non eſt una numero, ſed etiam quia ei nihil eſt contrarium quod eſt unũ inter ea quæ aſſignantur peculiare ſubſtantiȩ, qm̃ quo ad ſubiectum eſſe aſſignatur ſubſtantia, hoc etiam competit materiæ cum & ipſa ſit quam maxime ſubiectum. Et dubio procul per accidens materia ſit non ens, quatenus ſcilicet priuationis eſt particeps, priuatio uero per accidens eſt ens, quoniam accidit materiæ, & ne multis agam hæc eſt ſententia Ariſtote. de materia & priuatione. Plato autem & illud quod eſt aliquo modo non ens quod ſit ideſt ex quo ſit generatio non dicit eſſe materiam & priuationem, ſed illud uocat magnum & paruum ſiue utrunque ſimul coniunctum, ſiue utrunque eorum ſeorſum de ipſa materia prædicetur, quod ſane inquit nõ ut magnum per ſe materia ſit, & paruum priuatio, uel econtra ſed utrunque ſimul eſt uel ſeparatim materia, quare modus trinitatis elementorum in quem priuationem & formam contraria & ſubſtantiam commune utriſque ipſam materiam Ariſto. collocauit, euariat, diſcrepatque ab illo Platonis qui unum principium ſtatuit formam & duo ſubiectum ſcilicet magnum & paruum, quare cum nobis plures conuenient quo ad hoc ſcilicet ut ſubijciatur quædam natura ex qua ſit generatio. Et ſi aliqui uno nomine utuntur uocantes ipſam, & alij duobus nominibus quæ de uno & eodem ſubiecto efferuntur. Diſſentiunt autem quoniam priuationem non ſeiungunt a ſubiecto ſecundum rationem. Nam & ſi quidam utatur duobus nominibus de ſubiecto, ceu is qui magnum & paruum eſſe ſi materiam dicit, tamen de una materia eiſdem utitur deſpiciens naturam priuationis, quare & idem illis nominibus facit, ut illi qui uno nomine appellant materiam & ſimiliter priuationem deſpicit. Quod autem inquit Alexander cum dixit pauloprius, ipſam igitur & alij quidam, ſed non ſufficienter utique tetigere, de materia dixerit, etiam hinc perſpicuum eſt. Nam ſi dicis eos deſpicere priuationem, neque eam recte percepiſſe, certe ipſam non tetigerunt. Deinde pulchre recteque diiudicat dicens quod poſſunt eadem dici, & ſi non abſolute priuationem neglexerint deſpexerintque modo non ſciunxerint eam tãquam ſit quædam natura eadem cum materia. Sed cum multipliciter Ariſtotelem mentionem de Platone fecerit tanquam de illo qui magnum & paruum aſſeruit eſſe materiam. Sciendum quod Porphyrius narrat Dercíliden in . 11 . philoſophiæ Platonis, ubi de materia ſermonem facit conſcripſiſſe uerba Hermodori qui fuerat Platonis ſocius, & ea uerba accepit ex eodem libro, quem ipſe Plato cõſcripſit, ex quo perſpicuum ſit Platonem ſupponentem ſtatuentemque materiam eſſe infinitum quoddam & indeterminatum, ex illis nominibus ipſam patefaciebat quȩ magis & minus reciperent, de quorum numero magnum & paruum ſunt. Nam cum dicat eorum quæ ſunt alia eſſe per ſe, ceu hominem & equum, alia uero ad altera, & horum alia, ceu ad contraria, ut bonum malo contrarium eſt, alia autem ceu ad aliquid, & horum aliqua ut definita, alia autem ut indefinita, infert & omnia quȩ quidem dicuntur ut magnum ad paruum habent magis & minus. Nam eſt magis eſſe maius, & minus in infinitum deduci, ſimiliter & latius & anguſtius, grauius & leuius, & cuncta huiuſmodi in īfinitum abeunt. Ea autem quæ ut æquale manens & cohȩrens apte diſpoſitequé conſtitutum dicuntur, non habent magis & minus, ſed contraria his, habent magis & minus, quippe unum ſit inȩquale magis quam alterum & unum quod mouetur magis quam alterum mouetur unum, ac incontinuum & incongruum magis quam alterum, quare cum omnia poſſint eſſe harum utrarunque coniungationum, excipitur tamen elementum unum quod eſt capax magis & minus inſtabile infinitum, informe atque non ens tale, quatenus dicitur non ens per negationem entis. Huiuſmodi autem elemento non conuenit principium, nec ſubſtantiam uocari, niſi quadam indiſcretione & citra delectum. Nam indicat ut aliquo modo cauſa proprie & differens aliquod aliquo modo efficiens dicitur, ita eſt principium, materia autem non eſt principium. Idcirco & ab his qui Platonem ſequuti ſunt, profecto diceretur quod materia unum eſſet principium. Sed num materia ſit principium apud Platonem necne, paulopoſt oſtendemus. Quomodo autem Plato

magnum

magnum & paruum dixit eſſe materiam ex his exiſtimo perſpicuum eſſe.

Permanens enim, cum forma cauſa eſt eorum quæ fiunt, ſicut mater. altera vero pars contrarietatis, ſæpe per imaginationē videbitur ad maleficium ipſius intendenti intellectum, neque eſſe penitus.

Com. 77. Accuſaturus eos qui non ſecernebant materiam a priuatione, dixit iam plures differentias materiæ & priuationis argu- ens cum ex rebus, tum etiam ex dicta uulgataque conſuetudine dicendi & loquendi, impræſentia autem aliam etiam addit differentiam dicens, materiam ſubiectam una cum forma eſſe cauſam eorum que fiunt, ceu matrem. Etenim materiam præbet facto uti mater, & capax eſt formę in ſeipſam accepte, ex patre uniuerſorum. Idcirco Plato eam interdum matrem, interdum receptaculum uocat. Sed dicas ultro aſſimilari materiā matri, quatenus ipſa eſt capax dimēſiōis & diuiſiōis qua formę diuiſibiliter recipiunt in materia, ceu matres ea femina quę ingerunt patres, & quibus infantes oriuntur, alunt & augent in molem maiorem, ideo Plato ipſam quoque uocauit altricem, & talis materia eſt cauſa ut aliquid ſit, priuatio autem quam appellauit alteram partem contrarietatis alicui reſpicienti ad eius maleficium & corruptionis efficientiam, ſiquidem abſentia eſt formę quatenus eſt eſſentia ac bonum uniuſcuiuſque, profecto nihil prorſus eſſe uidebitur. Nam quid aliud erit abſentia quam entis, ac eſſentię interitus, idcirco neque priuatio permanet in compoſito, & tamen materia permanet. Nam preſente forma quomodo poterit permanere abſentia eius. Et dicit Alexander quod eadem eſt cauſa malorum. Etenim quanquam materia uideatur eſſe cauſa malorum, tamen ipſa ob priuationem eſt cauſa malorum cum nequeat recipere ſempiternorum rectam ordinationem & diſpoſitionem. Et quamuis priuatio dicatur malum, tamen materia cum priuatione non ita eſt malum tanquam ſubſtantiam malam habens, neque eſſet malum ut hi qui dicunt mali principium ingenitum contrarium bono. Etenim materia & priuatio quæ aliquando eſt, ipſa diuinitus a deo proficiſceretur ac penderet, & ex bono ſubſiſteret, quæ etiā opificio conſeruando magnum commodum & adiumentum afferunt. Item bona ea etiam ſunt quæ habent ultimum locum & extremam partem in bonis, extrema nanque ſunt bona & non mala, licet a Philoſophis appellentur neceſſaria quæ quidem principaliter non ſunt appetenda, hæc ſane ob aliquod bonum ſubſiſtunt, quod quidem non eſſet ſine illis, ceu uenæ inciſio & combuſtio quæ ad medicinam attinet. Nam talia nec principalia ſummaque bona ſunt, quippe nemo ſuapte ſponte hæc aueat & capiat niſi urgente neceſſitate, tamen non ſunt penitus mala cum accipiantur & tolerentur ob ſanitatem quæ bonum eſt, & tantum commodi afferant huiuſcemodi bonis, ut neque ea bona queant eſſe ſine his ſcilicet uenæ inciſione & combuſtione ad medelam inuenta. Eodem etiam modo materia & priuatio non ſe habēt ut prorſus mala, ſed uelut neceſſaria ab ipſo opifice emerſere & producta ſunt cum conferant ad uniuerſi perfectionem. Nam materia & priuatio conferunt proxime ad ſubſiſtentiam generabilium & corruptibilium, quarum alia ſubijcitur mutationi, alia uero eſt cauſa mutationis. Hæc autem generabilia & corruptibilia cum ſint pars quædam mundi ſublunaris, ſiquidem non ſubſiſterent, profecto mundus eſſet imperfectus, Nam ſi hæc genita non eſſent, ut etiam Plato inquit cœlum eſſet imperfectum & mancum cum duntaxat haberet prima & media, immo extrema & īgenita ac materia reuera diuiniſſima eorum quæ ſunt in mundo, poſt tantam huius uniuerſi partem quæ eſt ſempiterna ſecundum uniuerſitates ſuas, & ſubſiſtit ſecundum partes quantum durare poteſt inter entia numeranda non eſſet, neque redigenda in ea, quod quidem non eſt fas diuinæ bonitatis quæ non prima ſolum & media bona, ſed etiam extrema, & quæcunque ad bona ſeſe extendunt, ſane ꝓducere debet. Sed hæc quæ à nobis dicta ſunt ob eos qui ſuas impias opiniones ueteribus aſcribūt & imponūt, ſatis ſuperque habeantur. Quod autem & ſi quibuſdam uideatur priuatio non eſſe quoniam eſt abſentia, ipſa tamen ſit & ſubſiſtentiam habeat ac ratione à materia ſeiungatur deinceps demonſtrat.

Tex. 81. Exiſtente enim quodam diuino, & bono, & appetibili, aliud quidem, contrarium ipſi dicimus eſſe. aliud autem, quod natura aptum eſt appetere, & deſiderare ipſum ſecundum ſuam ipſius naturam. Quibuſdam autem accidit, contrarium appetere ſuam ipſius corruptionem. attamen neque ipſum ſuam ipſius poſſibile eſt appetere ſpeciē (propterea quod non eſt indigens) neque contrarium. corruptiua enim ſunt ſui inuicem, contraria. ſed hoc eſt materia, ſicut ſi fœmina maſculum, & turpe pulchrum. verum nō per ſe, turpe, ſed ſecundum accidens. neque fœmina, ſed ſecundum accidens.

Com. 78. Diſcrimen inter materiam & priuationem cum attuliſſet, etiam ſecundum habitudinem utriuſque ad formam tradit, nā forma eſt quoddam diuinum bonū, & appetibile, & hoc materia appetunt ſuapte natura, contrarium autem eſt priuatio quę non expetēda eſt. Quod ſi modo diuinum bonū, & appetendum primam formam ſeparatam. Ariſto. inquit quam etiam mentem & primam cauſam appellat, reuera omnia que natura conſtant eam appetunt, ſic præparata deductaque ab ipſa diuina natura, quæ etiam cauſa eſt, ut unumquodquę pro uiribus ſuis appetat illi aſſimilari, ſimilitudo autem ipſis propria perfectio eſt, perfectio uero compoſitis ſecundum ſpeciem eſt ſtatus, materiæ autem eſt participare forma ad quam etiam annuit propenſaque eſt & ſtudioſe incumbit, uel fortaſſis ad eam ſe habet ignaue nulla adhibita opera cum ſit quędam permutatio & uiciſſitudinarius formæ ſinus, tamen ab ipſa pendet & ſeruatur aſſiſtentia illius, quocirca etiam diceretur eam appetere. Nam id quod eſt deſiderium in ipſis animatis, in rebus inanimis naturalibus eſt appetitus. Si ergo materia formam appetit & priuatio eſt contrarium formæ, profecto non exiguum diſcrimen erit inter materiam & priuationem quo inter ſe diſcrepant. Sed quomodo primæ formę priuatio eſt contraria, ſiquidem illi nihil ſit contrarium. Nam inquit Ariſto. non expedire ut multi dominentur. Item ſi cuncta quouis modo entia illam appetunt, profecto priuatio etiam, ſiquidem ſit aliquid illam prorſus appeteret. Atqui illius non eſt priuatio, quandoquidem priuatio ſit abſentia illius quod aptum eſt adeſſe. & circa ſolas ſpecies quæ mutantur & intereūt ſpectatur & conſideratur. Niſi diceretur priuatio contraria primæ formæ, quatenus eſt contraria formæ quæ aduenit ei & deſiderat primā formam. Vel fortaſſis diuinum, bonum, & appetibile appellat formam quæ materiæ aduenit, cum ſit, ceu proles diuini fati, quo etiam pacto materia appetit primam formam, & hæc eſt quam habet in potentia, & ad quam apta eſt materia. Huic ergo formæ priuatio aduerſatur contrariaque eſt. Cæterum inquit ſiquis ſecernit materiam a priuatione, ceu ratione, ita etiam numero plane inueniet materiam appetere formam, & contrarium eſſe priuationem, quod ſi aliquis in idem redigit materiam & priuationem huic eueniet dictu ut materia ſui interitum appetat cum præſentiam formæ expetet. Nam præſentia contrarij eſt corruptio alterius in omni genere contrarietatis, ſed nihil ſuipſius interitum cupit, igitur neque contrarium appetit contrarium, quod quidem accideret ſi materia priuationi eadem eſſet. Item nec forma ſeip-

ſam appetit, quippe unumquodque appetat id quo indiget, ſed nihil ſui indiget, ſi ergo aliquis id quod habet non experit cum eodem non indigeat, nec contrarium cupiat, propterea quod contrarium eſt corruptiuum profecto id quod appetit formam, nec erit forma, nec priuatio, ſed materia quæ utrunque contrarium uiciſſim capit. Deinde dicit quod materia appetit formam, ceu fœmina marem ideſt id quod eget & indeterminatum eſt, appetit id quod non eget aliquo & definitum eſt. Nam hi qui de ipſa contendunt eandem ſententiam & notionem habent quam illam uocent matrem & altricem, igitur materiæ appetitus eſt alterius contrarij ſecundum proprietatem ideſt quatenus afficit materiam & nõ quatenus eſt contrarium, quod quidem eſſet ſi materia foret priuatio uel eadem priuationi & licet ſubiungat materiam appetere non aliter formam atque turpe pulchrum, tamen neque hoc modo appetit contrarium, quippe nec turpe, quatenus per ſe turpe, aut turpitudo eſt, appetit pulchrum, alioqui ſuimet interitum appeteret, ſed potius iniecta cohærenteque illi turpitudine quæ eſt pulchri priuatio, neceſſario ad pulchrum ſe habet, quod ſi priuatio eſſet quidem materia pulchri, certe non appeteret pulchrum, & ſi eadem eſſet materia priuationi non ſeruaretur remaneretque materia cum uiciſſim aliquam formam capit. At ſi quis diceret priuationem ſemper una cũ materia eſſe eiuſdem ſubſtantiæ, quoniam, & ſi aliqua forma participaret, & alia quadam priuaretur, intelligere oporteret quod nulla priuatio eſſet eiuſdem ſubſtantiæ cum ipſa, ſiquidem omnis formæ apta ſit ut particeps fiat. Et tandem ſiquis dixerit unam priuationem eſſe eiuſdem ſubſtantiæ cum materia, proculdubio & omnes priuationes eiuſdem ſubſtantiæ dicet, quare quæuis & quantacumque forma præſente materiæ ſubſtantia eius corrumperetur, ſiquidem admitteretur priuatio eſſe materia, quod ſiquis dicat dum materiæ participanda forma eſt tñ priuationem unius eſſe ſubſtantiæ cum materia, & ipſam eſſe priuationem illius formæ, quoniam eſſentia materiæ eſt ipſa informitas, is profecto non ſeruat & tuetur ſignificatum priuationis. Nam aliud eſt diuerſitas qua etiam forma immaterialis eſt, & aliud eſt formę abſentia quę nequit ſimul cum præſentia adeſſe. Sed quod nec forma nec priuatio appetet formam, atque quod ſubiectum quod aptum eſt forma participare, & ab eadem ornari, id etiam formã appetat, alias etiam oſtenſum eſt. Ex his autem concluſum eſt etiam quod aliud ſit priuatio a materia non tamen, ob id inter elementaria principia adnumerabitur priuatio. Nam elementum quod inexiſtit ineſtque genito illud eſt principium, ſed non id quod efficit abſentiam. Sed quomodo fœmina eſt per accidens materia, ſiquidem ſuprapſius ratione indiget forma appetit ipſam ac ſuſcipit, & dimenſionis extenſioniſque cauſa ſit, niſi ob abſentiam indigeat & appetat, quoniam ſi ſemper obtineret formam ceu liquet in cœlis ubi materia ſemper formam habet, profecto non eſſet indigens, neque appeteret eam, ſed una quædam natura eſſet, utriſque conſubſtantialis ſemper conſtituta.

Tex. 82. Corrumpitur autem, & fit. Eſt quidem vt ſic, eſt autẽ, vt non. Quatenus enim eſt, id in quo, ſecũdum ſe corrumpitur. quod enim corumpitur, in hoc eſt priuatio. quatenus autem ſecũdum potentiam, non per ſe, ſed incorruptibilem, & ingenitam, neceſſe eſt ipſam eſſe.

Com. 79. Cum oſtendiſſet materiam eſſe & qualis quę ſit & quomodo cognitionis comprehendendam, atque ipſam differri a priuatione & ſi indefinita uideatur atque indiſtincta ab eadem: deinceps oſtendit ipſam eſſe per ſe incorruptibilem quamuis per accidens corrumpatur, eo quod accidens ipſi corrumpitur per ſe quod quidem priuatio eſt. Vnde etiam hæc eſt quædam differentia materiæ & priuationis qua materia per accidens interit, & priuatio per ſe. Vocat autem accidens ipſi, id in quo pro eo quod eſt in ipſa. Nam accidentis hæc eſt natura ut ſit in aliquo & illud proprie in quo ſubſtantiam indicat, quippe aliud ſit in quo aliquid eſt & aliud quod in illo eſt, utebatur autẽ, eodem ſecundum hoc { id in quo } de eo quod eſt in ſubiecto, deinceps per hoc, ſed ut aut ſecundum ſuam materiam non corrumpitur per ſe dixit. At ſuapte potentia quoniam materiæ eſſentia eſt ipſa potentia ac poſſe. Nam materia eſt ſubſtantia per potentiam, quod ſi hoc ita ſe habet, profecto quando etiam adeſt actus potentiã materiæ manebit, & hæc non tranſmutabitur aliquando in id quod actum eſt ne corrumpatur materia quæ per potentiam ſubſtantia eſt, igitur materia non fit alia neque alterum quippiam, ſed manens id quod eſt recepit formam, quod ſi hoc eſt profecto peculiarius erit dicere forma eſt in materia, quam compoſitum materia & forma conſtat. Sed ſi etiam forma accidit materiæ, & eſt ipſa etiam corruptibilis, cur non dixit materiam eſſe corruptibilem per accidẽs merito formæ? Item cur id quod corrumpitur in ipſa priuatio? Niſi primum quia non ſimiliter ineſt materiæ forma & priuatio, ſed forma ut in materia efficit compoſitam ſubſtantiam cum ipſa materia, & eſt pars ſubſtantiæ compoſitæ ſimul cum illa, & hac ratione differt ab accidente quod eſt in ſubſtantia. Nam accidens cũ ſubſtantia nullum compoſitum efficit, priuatio autem eſt in ſubiecta materia ut in ſubiecto non efficiens aliquam ſubſtantiam cum ipſa materia, neque fit pars genitæ ſubſtantiæ. Ideirco priuatio dicitur accidens materiæ, forma aũt non. Item priuationis interitus per accidens dicitur eſſe materiæ, ſed formæ corruptio nullo pacto tribuitur materiæ qua ipſa materia corrumpi dicatur, quin immo tamẽ materia potiſſimum appetet, quando forma corrumpitur, ſed corrupta priuatione & forma adueniente occultatur materia quæ etiam corrumpi uidetur. *Niſi fortaſſis Ariſtoteles modo materiam unum quoddam ex potentia & priuatione in ipſo ſpectans & contemplans, idẽ dicat quo ad id in quo id eſt ſecũdum priuationem per ſe corrumpi, ſed quo ad potentiam eſſe ingenitam & nunquam interituram. Hoc ſane modo exiſtimo etiam ea uerba contextus erunt inter ſe magis comparata & mutuo reſpondentia, quæ dicunt, ut { eſt id in quo } ſi uelut de materia dicerentur, quoniam ſecundum priuationem per ſe corrumpitur, ſecundum uero potentiam nec oritur, nec occidit. Et enim nec dixit quod materia per accidens corrumpatur, ſed quod uelut priuatio per ſe corrumpitur, & ut potentia nec fit, nec corrumpitur. Verum interpretes aiunt eam corrumpi per accidens quoniam ens quod eſt in ea & priuatio eſt corrumpitur. Nam ut amphoram uas ſcilicet quoddam uinarium dicimus corrumpi, cum uinum interiret & euaporaret. At quis aſſereret corrupto uino amphoram interire? Cæterum & ſi longum Ariſtoteles produxerit ſermonem ſecernens diſtinguenſque materiam à priuatione, tamen contemplans materiam quo ad potentiam illis uerbis forſitan uſus eſt, ſed quomodo oſtẽdat materiam eſſe expertem interitus atque ortus quo ad potentiam deinceps uidebimus.

Si enim fiat, ſubijci aliquid oportet primũ, ex quo inexiſtente fiat, hoc autem, eſt ipſius natura. quare, erit antequam fiat. Dico enim materiam, primũ ſubiectũ vniuſcuiuſque, ex quo fit aliquid, cum inſit non ſecundum accidens, & ſi corrumpitur aliquid, in hoc abibit vltimum. quare, corrupta erit, antequam corrumpatur.

Quatuor plane & euidenter dignitates in uirtute cum aſſumat duabus indicat materiam eſſe ingenitam, cæteria uero duabus oſtendit eſſe incorruptibilem. Duæ primæ ſunt, ut quod fit ex aliquo ſubiecto, primo fiat, & quod interea fit Com. 80.

nondum ſit factum reliqua uero duo his ſimilia ſunt, ſcilicet omne quod corrumpitur in aliquod corrumpitur ex quo primo fit, & id quod dum corrumpitur nondum ſit illud quod corruptum eſt. Præterea diffinitionem materiæ pro dignitate aſſumit ex aliquibus ergo oſtendit, primo materiam eſſe ingenitam hoc modo ſi fit materia, & omne quod fit ex ſubiecto quodam primo per ſe inexiſtente oritur & tale ex quo primo inexiſtente per ſe aliquid fit, eſt materia, ſi ergo materia facta eſt igitur ex materia quæ prius ineſt fit, ergo materia prius eſt quam fiat. Vnde ſi hoc iure optimo cẽſetur fieri non poſſe, ſcilicet ut quod fit prius ſit quam fiat, profecto & antecedens eſt impoſſibile ſcilicet materiam fieri, & hæc concluduntur ex præhabitis dignitatibus ac poſtulatis atque ex diffinitione materiæ. Dixit autem in diffinitione materiæ { ex quo fit aliquid cum inſit non ſecundum accidens } ad differentiam & diſcrimen priuationis. Nam etſi diceretur ex eadem fieri id quod gignitur, tamen ex ea ceu quoſdam inexiſtẽte ac per ſe non fieret, ſed per accidens. Nam eo quod ipſa abeſt id quod fit dicitur naſci ac fieri. Vel inquit Alexander adiectum eſt { non ſecundum accidens } quoniam inſunt facto ac genito etiam accidentia quæ inſunt ſubiecto ceu ineſt ſtatuæ color ille qui erat accidens æri, ſed non per ſe ineſt, ſed per accidens, ideo color non eſt materia ſtatuæ neque confert ad eſſentiam ſtatuæ, ut ipſa ſit. Deinde cum oſtendiſſet materiam non fieri, oſtendit etiam ipſam non interire. Nam oẽ quod corrumpitur non dicitur reſolui ac prorſus redigi in nihilum, ſed in eo ex quo prima inexiſtente fiebat non ſm accidens hæc autem eſt materia, ſi ergo interiret materiam profecto in tale reſolueretur quod eſt ipſa & erit materia corrupta exiſtens, ſed materia eſt ante corruptionem, quare corrupta erit antequam corrumpatur quare ſi ſit, oportet ſubijci in generatione ipſius talem naturam, quod ſi eſt ipſa materia. erit ergo antequam fiat, ſimiliter ſi corrumpitur, oportet in hoc ipſam corrumpi quod eſt ipſa. & ita erit corrupta anteq̃ corrumpatur. Sed materiam eſſe incorruptibilem à Platone & Pythagoreis Ariſto. accepit. Nimirum Timæus Platonis dicit. Tertium genus locus eſt qui nunquam interit, ſed omnibus quæ gignuntur, ſedem exhibet, hic ſine ſenſu tangentia tangitur, adulterina quadam ratione uix opinabili. Sed omnis demonſtratio Ariſto. pendet & trahitur ex naturali dignitate quæ dicit nihil fieri ſimpliciter ex non ente, neque corrumpi in ſimpliciter non ens, quam dignitatem a principio fere conſtituit ac notauit oſtendens quod ſit ex contrario fieri, corrumpi in contrarium, atque oportere aliquod eſſe ſubiectum contrarijs, quod partim eſt ens, & partim non eſt ens, ex quo inexiſtente per ſe fiunt ea quæ gignũtur. Veruntamen (ut dictum eſt prius) alio modo Plato oſtendit quę fiunt ex aliquo ſubiecto prodire & oriri. Nam cum ſimulachrum entis ſit id quod fit, & omne ſimulachrum aſſimilatur exemplari, & omne quod aſſimilatur participatione aſſimilationis aſſimilatur ipſi exemplari, atque aliud ſit quod participat, & aliud qđ participatur atque participatio qua ſimulachrum aſſimilatur igitur participans eſt hoc in quo & ex quo fit ſimulachrum, quod quidem eſt illud quod fit. Porro Plato in Timęo dicit. Tria in præſenti genera ſumenda ſunt. Vnum quod gignitur. Aliud in quo gignitur. aliud a quo ſimilitudinem trahit quod naſcitur. Et ſi quidem ea uera ſunt quæ prius dixi, id primum profecto eſt ab ente mutatio uiciſſitudinaria & permutatio atque in ipſum non ens ſubductio quam entis participatio comprehendens firma & quod uiribus efficit ſimulachrum eſſe illius quod eſt, & cum in non ens permutatio tandem illud deduceret obtinuit profecto participatio entis ut in ens redigatur. Sed quomodo materia ſit ingenita & incorruptibilis num ſuapte cõmunitatẽ? Sed hoc etiam competit formis. Nam nullius formę communitas prorſus corrumpitur, immo homo etiam ſemper eſt & equus, album uirtus & unaquaque ſpecies, quoniam manet communitas uniuſcuiuſque. Sed nunquid materia ſuapte natura indiuidualis ſit ingenita & incorruptibilis, ut materia non qua materia. Nam hoc modo eſt communis materia iuxta communitatem ſuam ſed nunquid quatenus materia mea & hęc materia ingenita & incorruptibilis ſit. At hæc mea remanet, quomodo hęc non fruſtra eſt, corrupta mea forma? Nam alterius formæ non erit materia, quatenus mei eſt. Item quomodo non erit materia reuera melior atque magis ſubſtantia quam forma, ſiquidem indiuiduus forma corrupta materia indiuidualis ſignataue manet. Niſi ergo dicatur materia indiuidualis non eſſe per ſe ſed ab indiuiduis formis fit indiuidua, quemadmodum etiam formatur ab eiſdem. Nam indiuiduo numero differentia diuiſione multiplicantur & differentijs accidentium. At nec diuiſio, nec numerus, nec accidentia ſunt propria materiæ, ſed formis. Hæc igitur ab ente communis permutatio & uiciſſitudo quæ quoniam eſt materia ingenerabilis & incorruptibilis eſt ſed talis permutatio & uiciſſitudo ac talis materia comprehenſa deinde ab ipſa forma formatur & corrumpitur quẽadmodum etiam forma indiuidua perit. Nam & ſi aliquis diceret primum corpus eſſe materiam, & illud etiam ſecundũ communitatem incorruptibile. Nam aquę corpus cum qualitatibus it aeris corpus, & in eiuſdem qualitates mutatur, tamen non quatenus corpus. Et enim hoc non mutatur, ſed tale corpus quatenus tale mutetur in tale. Nam qua materia hoc commune habeat ſolum quatenus materia, hac ratione proinde ingenerabile & incorruptibile eſſe conuenit. Et demonſtratio Ariſto. qua oſtendit materiam eſſe igenerabilem, & incorruptibilem eſſe inconcuſſa manet. Nam aliqua materia fit ex aliqua & illa materia aeris fit ex illa aquę, & non eſt materia aeris priuſquam fiat. Nam prius illa erat aquę, ſimiliter etiam corrumpitur materia aeris in illam aquę, & non corrumpitur materia aeris priuſquam corrumpatur. Non enim erat materia aquę priuſquam fieret aqua, quoniam autẽ hoc aliq̃ materia habet ꝑ formã, idcirco indeterminate Ariſt. dixit materiam eſſe ingenitam & incorruptibile, ſed ſi ingenita & incorruptibilis, aiunt quidam, materia eſt, quomodo ergo ipſa prima non eſt, aliquod principium, ceu etiam deus. Nam ſi ex deo proficiſceretur & produceretur, non eſſet ingenita. Sed quod Ariſto. dicat non ingenitum eſſe, eo quod nõ pendet à cauſa, ſed aliquo temporis initio non eſt factum indicat is motus quem in extremis dictis huius operis oſtendit ingenitum & incorruptibilem eſſe quãuis dixerit omne quod mouetur ab aliquo moueri. Item eodem modo dixit ingenitas eſſe communitates formarum, ut multa ſtatuat eſſe principia prima. Veruntamen ipſe clamat non eſſe bonum ut multi dominentur. Sed Ariſto. materiam prorſus ut elementare principium ponit quod non erit contrarium efficienti nec finali cauſæ, ſiquidem appetat etiam illinc ornamentum & pulchritudinem, ut fœmina marem, & turpe pulchrum. Alij autem diuerſę opinionis materiam dicentes eſſe malum & ipſam contrarium principium bono ponentes uelut principium efficiens opoſitum illi bono ponunt. Proinde generationes ab eadem eſſe tradunt, & nugantur conſilia & triumphos de ipſo bono in ipſo militiæ & huius belli imperio, quo uicit contrarium. Verũenimuero Plato in Timęo cauſas propriæ & concauſas ſubſiſtentiæ mundi afferens materiam inter concauſas numerat & ordinat, eãque incorruptilem dicit quemadmodum & totum mundum. Quod uero ipſam non uelut primum principium cenſuit dicendam eſſe. Hermodorus Platonis ſocius indicauit in lib. de Plato. ubi ſcripſit ea quæ cum de alijs, tum etiam de materia Platoni uidebantur eſſe dicenda, ut Dercyllides narrauit. Sed ipſe concluſionem dictorum apponam afferamque. quare inquietum informe, indeterminatum & non ens tale dici per negationem entis. Tali autem non conuenit eſſe principium neque ſubſtantia. ſed in quadam confuſione ferri ac dici. Nam indicat ut aliquomodo cauſa proprie & differens modo efficiens eſt, ita etiam principium. Materia autem non eſt principium, quod etiam dicebatur ab imitationibus Platonis unũ qm eẽt principiũ.

Tex. 83. De principio autem ſecundum ſpeciem, utrũ vnum an plura, & quod, aut quæ ſunt, cum diligẽtia, primæ philoſophię opus eſt determinare. quapropter, in illud tempus reponatur. De Phyſicis autem, & corruptibilibus ſpeciebus, in poſterius demonſtrandis dicemus.

Com. 81. Cum dixerit de materiali principio, quoniam neceſſe eſt aliquod eſſe primum ſubiectum ex quo cum inſit per ſe & non per accidens ſingula fiunt, atque dixerit materiam aliam eſſe a priuatione, hancque ingenitam & incorruptibilem aſſeruerit eſſe, cæterum debuit agere de formali principio. Nam conſequens & decorum erat illi qui tria dicit eſſe principia rerum naturalium, materiam ſcilicet priuationem & formam, & de duobus diſſeruerit, ut tertium modo perſequeretur. Sed materia hoc in loco primam ſuimet ſubſtantiam habet & eſt uniuerſę generationis elementum, forma autem eſt primum, & reuera principale principium quod quidem mentem bonam & primam cauſam efficientem, & finalem alias appellat quæ genera cauſarum in ipſo eadem eſſe & multa alia dicit. Nam poſt unam mentem oportet ſubſiſtere multitudinem, per quę etiam corpora quæ in orbem duci apta ſunt, cientur, ſed quædam forma etiã eſt naturalis & corruptibilis quæ elementum eſt eorum quæ fiunt. & intereunt ac proxima cauſa eſt. Et ſane conſtat illud proprie eſſe principium formale quod primũ & ſeparabile eſt a qua hę formæ prodeunt, quocirca de principio proprio formali ſeparato & intellectuali atque immobili, ſiue unum, ſiue plura, uel quod quidem uerius eſt unũ & plura, & quodnam ſit, uel quæ ſint, quoniam ĩmaterialia, & ĩtellectualia, ac oĩno perfecti ſubſtantia actus ſunt, erit munus primę phiæ, quod dictu eſt facultatis ſupra nãles q̃ ipſe poſtphyſica appellat, diligenteer & accurate determinare. At de naturalibus & corruptibilibus, atq; de his formis. quæ prorſus in motu & mutatione uerſantur & conſiderantur, quæ ſunt elementaria principia & proximæ cauſæ formales nãlium rerũ, inquit poſterius dicemus. Nã hęc forma eſt illa q̃ ineſt nãlibus ut elementũ, cui etiã priuatio opponitur, ex qua & mã cuncta nãlia pſtant, in qbus ẽt cõpoſitum diſſoluitur, ſcilicet in materia q̃ permanet, & in forma nõ permanente. Dicit aũt de hac forma mox in lib. ſequenti dupl'r cõtẽplatur ſm nãm, quatenus uelut pimam cãm tradit, ideo ſeruat ſermonẽ ibi habendum de ipſa, atq; ob alias cãs ibi dicẽdas. Eandẽ ẽt ſpectat in 2. lib. quatenus eſt ſeparata a mã, ſed hęc duo de forma conſiderata redigit in unũ, q̃tenus eſt forma nãlium rerũ eſtare principium, qd' quidẽ ppoſita nobis tractatio & facultas inquirit. Fortaſſis aũt dici põt Ariſto. impñſentia dixiſſe de formali principio non ſeparato, ſed eſtari. Etenim eſnta rerum nãlium diligenter & accurate tradere nõ eſt nãlis, ſed primi Phi munus tñ de nãlibus formis, nõ ut formis ſimpl'r, ſed ut obnoxijs ortui & interitui nãlis eſt dicere. Et certe de his dicet ẽt in lib. de generatione & corruptione, quas poſterius demõſtrandas eẽ inquit. pinde ac ordinate ſint poſt hoc opus de phyſica auſcultatione. Sed pulchrior ac melior eſt prior expoſitio, qm̃ Ariſt. ſciuit ac uoluit eẽ cãm effectricẽ cœli. Verũ qa nõnulli putant Ariſto. negaſſe cãm effectricẽ uniuerſi, ſed ſolã finalẽ dediſſe, qd' ẽt Alex. arridere ac placere admodũ exiſtimãt, mihi operępretium eẽ uidet ac neceſſariũ, ut illi audiãt & intelligãt hoc in loco ea q̃ ab Alex. inter alios Ariſt. interptes legitimo & famoſiſſimo dicunt, q̃ ſic ſe hñt. Prima aũt forma ut efficiẽs erit cã, nã dicit in cõmentarijs metaph. qd' id qd' mouet ab eodẽ eſt quintum corpus. qd' ẽt alia mouet q̃ ſunt ortui & interitui obnoxia, quo igitur mõ erit efficiens cauſa, ſed q̃tenus omnia huius primæ cauſæ affectu & deſiderio ppriam perfectionẽ aſſequuntur, ceu pauloante dictum eſt, & q̃tenus ipſe dixit denuo in cõmentarijs metaphyſices, eadẽ prima cã mouet cæteraque ut affectatũ & deſideratũ, quo ſane mõ erit finis & cã q̃ appellatur cuius gratia, nã tale eſt appetibile. Ecce plane qd' Alexander etiam tradidit ac ſtatuit mentem, partim eſſe cauſam ut effectricem, partimque ut finalem cauſam.

Quod igitur ſint principia, &, q̃ & quot numero, determinatum ſic a nobis ſit. Rurſus autem, aliud principium capientes, dicamus.

Nam eſſe principia rerum naturalium tanquam manifeſtũ uiſus eſt accepiſſe ſeruans limites quos egredi naturali non licet, & cum determinaſſet quæ quotq; eſſent principia, etiam illa eſſe ſuppeditaſſe adieciſſeq; uiſus eſt, ad hæc uſque primum librum abſoluens & concludens. Com. 82.

SIMPLICII COMMENTARIVM

IN SECVNDVM LIBRVM ARISTOTELIS

DE PHYSICA AVSCVLTATIONE.

CVM propoſuerit in hoc opere principia & cauſas eorum quæ natura conſtant, afferre, quoniam principiorum alia ſunt elementaria, alia efficientia, alia finalia, principia ſane elementaria nobis imprimis occurrunt. Quocirca id quod cognoſcẽdum eſt eum qui hæc callere uult, ex propria ſuaque natura & conſtitutione ad indaginem inquiſitionemque cauſarum ſuarum excitat, quam ea elementa, quæ eidem inſunt, conſtituunt. ob id in primo libro poſteaquam opiniones Philoſophorum narrauit diligenter accurateque examinauit, principia elementaria inuenit oſtendens rerum ortus ex contrarijs fieri, quorum communiſſima ſunt forma & priuatio atque ex ſubiecto quod contrarijs uiciſſim ſubijcitur. Item iam de materia pateſecit eam eſſe & ſtatuit eandem eſſe ſubiectum contrariorum atque compoſito ineſſe. Adde modum cognitionis quo a naturali comprehenſa ſit, & quo pacto a priuatione differat. Præterea tradidit ipſam eſſe unigenitam, & incorruptibilem atque pleraque alia quæcunque decorum & non ſupra uires erat naturali de ipſa agere. Eodem etiam fere modo de priuatione dixiſſe oſtendens ipſam eſſe atque abſentiam eſſe formæ in ſubiecto quod aptum eſt eam recipere. Item eandem aſſentit eſſe per ſe non ens, & per accidens ens atque non eſſe cauſam tanquam inexiſtentem compoſito, ſed per accidens uenire in compoſitionem. Nam eo quod abeſt

compoſitum è forma & materia conſtat. Inſuper eam demonſtrauit eſſe obnoxiam ortui & interitui. Hæc igitur omnia cum demonſtrauerit, deinceps debet ea dicere de formali principio elementari quæ naturalem contemplationem non excedant, & hoc modo deſcendere ad cauſam effectricem & finalem. Et cum forma ut elementum inſit compoſito, & ut cauſa effectrix ſecundum naturam & rationem conſideretur, merito cum etiam diſſerere debeat de formali & effectrice cauſa, principio huius libri de natura diſputet, quam ut formam atque ut effectricem cauſam eſſe demonſtrabit. Secundo autem, quoniam alij formam, alij uero materiam dixerunt eſſe naturam, & magis proprie hi dicunt qui aiunt eam eſſe formã, neceſſario contemplationem naturæ facit ad diſtinguendum formam a materia. Tertio materia cum ſit artificialibus ac naturalibus ſubiecta, iure in eandem contemplationem incidit, & cum forma artificialis extrinſecus omne principium motus habeat, & naturalis intrinſecus, non ab re eum oportet qui de natura dicturus eſt, imprimis ſeparare ac diſtinguere ea quæ natura ſunt, ab his quæ natura non conſtant, perinde erit in his peculiaris, & proprius ſermo de natura. Nam in primo libro omnia communia principia mutationis inueſtigabat, ideo & exempla, cæterum hic cum ſeiunxerit ea quæ natura ſunt ab his quæ a natura ſunt aliena de naturalibus diſſerit omittens artificialia. Neceſſario itaque de natura & his quæ natura ſunt, atque de his quæ ſecundum naturam conſtant, agit ſeparans ipſa imprimis ab his quæ natura non ſunt. Etenim in calce primi libri pollicitus eſt deinceps agere de naturalibus ac corruptibilibus formis. Et prorſus tractanti de rebus naturalibus neceſſaria eſt cognitio naturæ atque illius quod eſt natura, & ſecundum naturam ac quod habet naturam, quid ſit unumquodque ipſorum & quonam pacto differant inter ſe. Hæc autem omnia naturæ cognitio præcedit, idcirco de ipſa prius tractat, quæ num ſit ob euidentem manifeſtamque eius ſubſiſtentiam non cenſuit inquirendum eſſe, ceu ipſe poſt ipſum quid eſt natura reſpondebit plura de hoc dicens. Quid itaque ſit natura oſtendit, & una cum hoc oſtendit ſi eſt, & quoniam mathematicus & medicus attingunt ea quæ a natura diſponuntur & aguntur, idcirco & hoc modo is qui naturalis uocatur adhibet adfertque diſcrimen horum inter ſe explicans interea quædam atque diſtinguens quædam de cauſis ſcilicet quot modis dicãtur, & adijciet iuxta unumquodque ſignificatum exempla. Et cum nonnulli tradant fortunam & caſum eſſe cauſas, ceu hi qui contendunt ex fortuna & caſu aliqua fieri, ac dicunt quæ ſequatur id quod ex ipſis aſſerunt fieri, & ſi non conſentiant & conueniant in eis quæ ſequitur id quod fit, ceu hi qui aiunt duo ſuprema principia. Nam ſi deum & materiam dicunt eſſe principia quomodo concurrunt inuicem id quod facit, atque materia quæ patitur, cum non ſit alia cauſa concurſus, itaque ex fortuna & caſu talem concurſum & coitionem dicunt, atque nihil horum aſſerunt rem ex his quæ conſequuntur, ſed ex his quæ præexiſtunt. Alij quoque extitere qui cum dicerent bonum & malum eſſe duo principia, aſſererent etiam eorum diſtantiam, aut diuiſionem in contraria & diſtributionem quæ ipſis fit a fortuna & caſu ortum traxiſſe, ob id igitur de fortuna & caſu etiam determinat, ubi eleganter refellit eos qui eum præceſſerunt
cum illi fortunam & caſum ut cauſas complexi ſint,
& nihil de ipſis dixerint. Poſtremo hoc in li-
bro apertiorem docendi modum uti-
tur, quippe qui iuxta ordinem
problematum quæſtionum-
ue, ac ſecundum uerba
recta ſemper con
tinuatione ſua proſequatur ſententiam.

EOrum quæ ſunt, alia quidem ſunt natura, alia uero, propter alias cauſas. Natura quidem ſunt, & animalia, & partes ipſorum, & plantæ, & ſimplicia corpora, vt terra, & ignis, & aer, & aqua. hæc enim, & huiuſmodi, natura eſſe dicimus. Tex. 1.

ANTE omnia alia quid ſit natura inquirit & oſtendit, nam nec id quod eſt natura, nec id quod dicitur ſecundum naturam, nec quippiam aliud naturale poteſt cognoſci natura non perſpecta & cognita. Quid uero ſit natura inuenit diſcrimine eorum quæ ſunt natura ab his quæ natura non ſunt. Dicit autem ea eſſe natura quæ per naturam ſubſiſtunt, ea uero quę non ſunt natura per alias cauſas ſubſiſtere inquit. Et quia aliæ permultæ eorum quæ fiunt cauſæ ſint. Eteni mens & rõ tractandi ac efficiẽdi quippiam, quæ cum appetitione prę electio ac uoluntas ſit, ea quidem quæ potiſſimum ad bonum & malum attinent, tradit, ceu iuſtam uel iniuſtam actionem, quæ præterea mens ſine appetitu uel appetitione, ea facit quę arte confici dicuntur, ceu lecticam, domum, aulam, tibiam. Fiunt etiam nonnulla per fortunam, ceu aliqui fodiendo aliquando incidunt in theſaurum, quædam etiam a caſu prodeunt, ut monſtri portentiue generatio, aut lapidis deorſum delano qua commodus poſitioneque aptus fit ut ſupra eum ſedeatur, iure ergo ceu manifeſtum accipiens, quædam fieri etiam ob alias cauſas, deinceps infert quæ ſunt natura aſſerens eſſe natura animalia, plantas, horum partes atque ſimplicia corpora. Nam horũ cauſa nec eſt pręelectio, ſiquidem pręelectio ſit libera ac indeterminata, & horum generatio econtra ſit definita & certa. Item eadem nec a fortuna nec a caſu fiunt, quippe quæ ac talia raro euenire ſoleant, at ea quæ duce natura fiunt, ceu plurimum ac ſæpenumero prodeunt. Poſtremo nec ab arte aguntur, quoniam quæ arte magiſtra efficiuntur, extrinſecus ſane mouentur, at ea quæ a natura ſunt interiore motu fiunt & abſoluuntur. Perſpicuum quoque eſt hæc omnia ſimiliter eodemque modo natura eſſe dici quatenus ſcilicet habent aliquid commune, igitur nec per ſenſum dicuntur eſſe natura, quoniam is eſt proprius duntaxat animãtibus, nec eo dicuntur eſſe natura quod nutriantur augeantur, & ſimilia procreant, ſed ita appellantur ſecundum eos motus quos proprie peculiariterque naturales uocamus ſcilicet motus locales, alterationes, generationes quaſdam, & corruptiones, diminutiones ac auctiones, quæ nullo animæ impetu, uel nulla inclinatione uique fiunt, ſed cum dixerit { & animalia } adiecit etiam { & horum partes, } ea de cauſa, inquit Alexander quoniam eorum quę ſunt natura etiam partes eorum natura ſunt, quod aliter euenit artificialibus, quippe eorum omnes partes non ſint artificiales. Nam cum domus arte condita ſit, eius tamen partes aliæ ſunt per artem, aliæ uero per naturam, nam lateres, ianuæ hoſtiaque per artem confecta ſunt, lapides uero & ligna naturalia ſunt. At rerum naturalium partes etiam ipſæ per naturam ſunt. Et hoc merito, nam artibus ſubijciuntur naturalia corpora, ideo & hęc ſunt partes eorum quæ per artem efficiuntur, ſed his quæ natura fiunt naturalia etiam ſubijciuntur, idcirco & horum partes omnes ſunt naturales. Sed nunquam dictis credendum eſt. etenim ſi eo modo dicimus partes quæ proprie ſunt certe artificialium partes erunt etiam artificialia quædam, etenim ſtatuæ caput & pedes artificiales partes ſunt, partes etiam domus, ceu loca ubi uiri uerſantur & ea in quibus mulieres morantur, atque porticus ſunt artificiales, quod ſi partes & elementa appellamus, ea ædium qualia ſunt ligna lapides & huiuſmodi alia quæ non ſunt artificialia, profecto nec in Com. 1.

naturalibus prima elementa ſunt naturalia, nam nec materia per ſe naturalis eſt cum ſit immobilis. Sed fortaſſe eſt aliqua etiam differentia inter hæc. etenim in artificialibus etiam proxima elementa naturalia ſunt & non artificialia, ceu in ſtatua æs, in domo ligna & lapides, ſed in naturalibus, & ſi ultimum ſubiectum non ſit naturale ceu materia, tamen proxima naturalia ſunt ceu quatuor elementa, unde erit etiam quo ad hoc quoddam diſcrimen inter ea quæ natura ſunt, & ea quę natura non ſunt. Cæterum quomodo dicit animalia & plantas naturæ & per naturam eſſe cum hæc ſint animata. & per animam ſint aliqua entia. Etenim cum definimus animal, dicimus ipſum eſſe ſubſtantiam animatam ſenſilem. Item plantam aſſerimus ab anima uegetatiua accipere uitam, quæ efficit ut planta nutriatur, augeatur, & ſimilia procreat. Sed illud mirum quoque eſt. quoniam igitur Ariſto. paulopoſt inquit ea quæ mouentur motu auctionis defectioniſque uel diminutionis, hæc pati ut naturalia, quæ uidelicet nutriri, augeri, & diminui, competere animæ uegetatiuæ in libro de anima dixit. Prętera proceſſu huius libri inquit ligna quæ inferuntur per naturam ſuam germinare pullulareque, quanquam germen, uel germinatio, & omnis generatio per animam ſit. Item definitio animę aſſignata quæ dicit animam eſſe internam perfectionem corporis naturalis organici & potentia uitam habentis cōpetit plantis & animalibus, & minime ſimplicibus coprporibus, ceu terræ, igni, & reliquis, quippe quæ non ſint organica, itaque quomodo hic uolens nanciſci inuenireque diſcrimē eorum quę natura conſtant ab his quę natura non ſunt, perinde ac ſi eadem natura, accipit plantas & animalia eſſe uelut natura exiſtentia, quāuis per animam ſint talia entia deſignata ſuoque charactere a cæteris & inter ſe diſtincta. Nunquam igitur ſola ſimplicia corpora naturalia ſunt ſed etiam plantæ & animalia habent naturā quæ hic inquiritur, ac habetur a corporibus ſimplicibus, quanquam animalia & plantæ habeant animam, alia uegetatiuam, alia uero animam appetendi. Etenim perfectiora corpora quæ habent perfectiores uitas etiam habent inferiores & deteriores, ceu homo, qui ratiocinandi animam utmque appetendi et uegetandi, ac naturam ꝗ hic inquirit, irrationale aūt animal ꝑter aīam & uitam rationalem reliquas poſſidet, ſimiliter planta habet uitam uegetandi & naturam. Simplicia autem corpora & compoſita ex his quoniam corpora ſola ſunt cōpoſita, ceu lapides, ligna, oſſa, & uniuerſaliter quæ ſunt uitę expertia habent ſolam naturam, quatenus eſt natura tantum, & hoc neceſſerario, ſiquidem anima adueniat corpori naturali cum ſit corporis naturalis organici interna perfectio, ceu ipſe in libro de anima definiuit. Item ſi natura ineſt ſimplicibus corporibus non ut organica inſtrumentaria ue, ſed quatenus conſtant materia & forma, cum hæc etiam inſint plantis & animalibus, ſiquidem hæc etiam ex quatuor componantur elementis, profecto etiam corpora plantarum & animalium antequam ſint plantæ & animalia, prorſus erunt naturalia. Et ob id fortaſſis adiecit, {. & partes ipſorum } nam os, lignumque, appetionem, uel animam uegetandi non habent, & tamen naturam retinent. Diſcrimen igitur horū cum his ꝗ artificiaila ſunt demōſtrauit, & accepit ipſa quatenus naturalia ſunt. Et cum dixit auctionem ineſſe naturalibus, uel quia nōdum determinauit, quorum eſſet propria, uel quia quibuſdam proprie naturalibus, ceu igni a non nullis concedebatur ineſſe, nunc accipit eam ut naturales, de quo animalia & plantę non qua ſunt animalia & plantæ hic acceperit Ariſtoteles tanquam ſint natura, ſed quatenus ipſa entia ſunt naturalia indicat Eudemus qui libro primo naturalium hæc ſcribit. Q uoniam autem dicimus plura eſſe natura, etenim hominem, equum, & omne animal ac horum partes. Inſuper oliuam & omnem plantam horumque partes. Itē herbam & prorſus ea quæ naſcuntur, rurſus terram, ignem, & plura inanimata, aliquid his omnibus ineſt. Nam ſenſus prorius eſt animalibus, & plura alia, auctio autem propria eſt uiuentibus. at omnia ut ita dixerim mouentur. Etenim lignum æs, ignis, & uniuerſaliter omne corpus mouetur, ſed non ęque omnes motus haber, ceu lapis & quæcunque habent grauitatem, quę ad ſupremum locum, uel in obliquum ab altero mouentur, deorſum autem a ſeipſis, ignis quoque deorſum cietur ab altero, ſurſum autem per ſe, lignum quoque mouetur deorſum per ſe, ſimiliter lectica lignea mouetur deorſum, ſed non quatenus lectica. Nam ſi uolatilis fieret, non moueretur deorſum, ſi ergo artificialia non mouentur per ſe, ſed mouentur quatenus ex corporibus conſtant naturalibus, & hæc quibuſdam motibus cientur ab altero, quibuſdam per ſeipſam, atque alios in eſſe eiſdem præter naturam, & alios ſecundum naturam dicimus profecto inerit eis motio per naturam non ab aliqua cauſa externa, ſed ab ea quæ ineſt eis. Nonne igitur tale principium motus dicendum eſt eſſe natura, quandoquidem natura cum inſit omnibus quæ per naturam ſunt omnes motus aſſequetur. quod ſi ita ſe habet res, natura eſt principium motus in ipſis per ſe.

Omnia autem quæ dicta ſunt, uidentur differentia ab his, quæ non natura exiſtunt, quæ enim natura ſunt omnia, uidentur habere in ſeipſis principium motus, & ſtatus. hæc quidem, ſecundum locum: illa uero, ſecundum augmentum & decrementum. quædam autem, ſecundum alterationem.

Cum propoſuerit inuenire quid ſit natura, & inuenerit optima regula inueniendi diſcrimen eorum quæ conſtant natura ab his quæ non natura, ſed ob aliquas alias cauſas ſunt idem diſcrimen eſſe naturam ſyllogiſmo oſtendit. Differunt ea quæ natura conſtant ab his quæ non natura conſtant non alia de cauſa, quam eo quod ea quę natura conſtant principiū motus & ſtatus habent ex ſeipſis. Dicit autem principium uelut cauſam effectricem, ceu naturalia quæ intrinſecus ex ſe ipſis moueri uidentur, quorum alia mouentur ſecundum locum, ceu terra deorſum, & ignis ſurſum, alia uero ſecundum auctionem & diminutionem, ut idem ignis, & quædam petrę narrantur ſecundum totam molem augeri uel minui. Nam hoc eſt auctio & diminutio, alia denique cientur ſecundum alterationem, ceu cum aqua ſit ſubtilis euaporatur atque calefit, quæ etiam habent intrinſecus ſtatum reſpondentem motui, nam extrinſecus non habent eum, nec in infinitum motus uel ſtatus ſit, ſed cum attigerit metrum & ſtatum ſuæ formæ ſpecieiue ceſſat & ſtat. Aanimaduertit Alexander Ariſtotelē hic dixiſſe eorum unumquodque habere principium & ſtatus in ſeipſo, quæ prius dixit, ideſt animalia, plantas & ſimplicia corpora, ſed non omnia naturalia. Etenim orbiculare corpus eſt etiam ipſum naturale, quod quidem habet in ſeipſo principium motus, ſed non ſtatus, cum moueatur perenni motu ulla intercedente quiete. Niſi fortaſſis etiam cœleſtia corpora, quanquam non tranſmutentur ex motu in quietem ſtatumue, tamen etiam ipſa habent ſtatum per centrum, & axem atque cardines ſecundum ſuam uniuerſitatem, quod ſi quidem erit eorum motus naturalis, ſtatus etiam erit talis. Sed obijceretur merito non omnem ſtatum quietem eſſe, ſed illum qui eſt poſt motum. Porro Porphyrius rectius annotat, cum nunquam moueatur & quieſcat, ceu ab aliquo principio & cauſa hæc ſortiatur, illud { & } pro uel / acceptum eſt, quoniam eorum quæ natura conſtant, aliqua ſunt quæ ſemper cientur, & nunquam quieſcunt. & inquit Porphyrius non dico corpus diuinum, quippe hoc a corruptibilibus ſecernatur & ſeparetur, ſed ignis nunquam quieſcit, quoniam uel ſurſum, uel deorſum, uel in gyrum & orbem ducitur. Alia tamen ſunt quæ utriuſque ſcilicet ſtatus & motus naturam habent, naturalia ergo habent intrinſecus cauſam in ſeipſis motus & ſtatus, & non extrinſecus, quemadmodum artificialia, & ea quæ ob alias cauſas fiunt. Cæterum cum Alexander diceret ſimplicia

Com. 2.


corpora

corpora habere principium forte in ſeipſis ſolius motus ad lŏcum, & animalia omnium motuum habere initium, ac plantas aliorum præter motum ſecundum locum putabimus merito ipſum accepiſſe complexumque fuiſſe hic motum animalium neque animalia ſunt, nec plantarum quo plantę ſunt, ſed motum eorum ut naturalia corpora ſunt, uel prorſus ab his quæ mox ſubiungit, excipiuntur & differunt.


Tex. 2. Lectus autem, & indumentum, & ſi quid huiuſmodi aliud genus eſt, ſecundum quod quidem ſortitum eſt prædicationem vnamquãque, & quatenus eſt ab arte, ne vnum quidem habet impetum mutationis innatum. quatenus autem accidit ipſis, lapidea, aut terrea eſſe, aut miſta ex his, eatenus habent. Tanquam natura ſit principium aliquod & cauſa mouendi, & quieſcendi ei, in quo eſt primum, per ſe, & non ſecundum accidens. Dico autem, non ſecundum accidens, quoniam fiet vtique ſibiipſi aliquis cauſa ſanitatis, cum ſit medicus. attamen non quatenus ſanatur, medicinam habet, ſed accidit eundem, medicum eſſe & ſanari. quapropter & ſeparantur aliquando abinuicem. Similiter autem, & aliorum quæ fiunt, vnumquodque. nullum enim ipſorum habet in ſeipſo factionis principium, ſed alia quidem in aliis & ab exteriori, vt domus, & aliorum manufactorum vnumquodque. alia autem in ſeipſis quidem, ſed non ſecundum ſeipſa, quęcunque ſecundum accidens cauſæ fieri poſſunt ipſis. Eſt igitur natura, quod dictum eſt.

Com. 3. Cum ſubdemonſtrauerit ex his quæ liquido conſtant ſcilicet ex adiectione eorum quæ non natura ſunt, naturalia habere initium motus & ſtatus in ſeipſis, oſtendit hoc etiam proprium eſſe his quæ conſtant natura, quandoquidem ea quæ non natura ſunt, quatenus dicuntur per artem fieri. nam hoc competit illis quatenus aſſecuta ſunt, appellationem talem, nullum initium inſitum ſibiipſis habeant quo mutentur uocauit hic momentum & impetum naturalem propriè principium internum motus. Verumtamen quidam ſcribunt pro momento impetuue naturali principium. Nam naturalia cauſam motus in ſeipſis habent, artificialia autem extrinſecus, quippe non habeant in ſeipſis artificem nec artemẽ. Etenĩ bolus glebulaue terrea ciet deorſum nõ extrinſecus. At lectica extrinſecus figuratur, ſimiliter etiã ſe habet ſtatio in his & quies. Nã cum bolus occupauerit attigeritque ſummet uniuerſitatem intrinſecus quieſcet, ſed lectica cum fuerit perfecta & figurata quietem accipiet extrinſecus ab artifice. Vnde in his, quæ natura ſunt atque in his quæ arte elaborantur, unde oritur trahiturque motus, ibi etiam ſtatus. Etenim quæ motu ad locum atque motu ad actionem, diminutionem, & ad alterationem cientur cum alia in proprium ſeceſſerint locum, alia uero in peculiarem magnitudinem, alia denique in propriam formam deuenerint, ibi naturaliter quieſcunt, nec in infinitum tranſmutantur, nec extrinſecus ipſis accidit quietis ſtatuſue cauſa, ſed cum habeant a ſeipſis. Verumtamen lectica ueſtis, & uniuerſaliter artificialia quatenus artificialia extrinſecus habent principium motus & ſtatus, ſed quatenus unicuique horum ſubiicitur aliquod corpus naturale, aut lignum, aut lana uel aliquod aliud corpus ſimplex uel miſtum, eatenus hæc etiam habent initium motus & ſtatus in ſeipſis. Si ergo naturalia omnia in ſeipſis habent hoc & artificialia quatenus artificialia non habent, quæ tamen ut naturalia idem etiam habent, profecto hoc erit proprium naturalium quo naturalia ſunt ſcilicet habere in ſeipſis principium motus, quare ex his conſtat naturam nil aliud eſſe, quam principium motus & quietis in quo eſt primo, per ſe & non per accidens. Et ſane uidetur in prima figura hoc concludi per ſyllogiſmum hoc modo. Natura eſt id quo differunt ea quæ ſunt natura ab his quæ non ſunt natura, quæ uero ſunt natura diſcrepant ab his quæ non ſunt natura eo quod habent in ſeipſis principium motus, & ſtatus primo per ſe & non per accidens, igitur natura eſt principium motus & ſtatus in quo eſt primo per ſe, & non per accidens, poteſt etiam in tertia figura colligi, hoc modo. Ea quæ ſunt natura differunt ab his quæ non ſunt natura eo quod habent naturam quæ uero natura ſunt ab his quæ non ſunt natura differunt eo quod principium motus & ſtatus in ſeipſis habent non per accidens, ergo ea quæ habent naturam habent principium motus & ſtatus & cætera, igitur natura eſt principium motus & ſtatus per ſe & non per accidens, & is ſyllogiſmus eſt ſimilis huic, omne riſibile eſt homo, omne riſibile eſt animal rationale mortale. concluditur ergo omnem hominem eſſe animal rationale mortale. qui ſyllogiſmus habet concluſionem uniuerſalem propter materiam, & ſi figura tertia ſit ea quæ colligitur ex particularibus concluſionibus. Nam propoſitiones cum habent propria ac definitiones loco prædicati, uniuerſales, & affirmatiue conuertuntur ob proprietatem materiæ uniuerſaliter, quapropter & ſi in tertia figura habeant concludere concluſionem particularem, tamen propter materiam uniuerſalis concluſio uera erit, ceu dixit in analyticis ideſt in libro de priori reſolutione. Cæterum ea propoſitio quæ dicit, quæ natura ſunt ab his differunt quæ natura non ſunt eo quod habent principium cauſamque motus & ſtatus, patet per illa uerba cõtextus ſuperioris omnia autem quæ dicta ſunt ab hiſce quæ non natura conſtant differre uidentur, & cætera. Poteſt etiam ut inquit Alexander ratio deduci confici que forma ſyllogiſmi hypothetici qui quidem ſit ex conſtitutione antecedentis ad conſequens hoc modo, ſi ea quæ natura conſtant, ac naturam habent ab his differunt quæ non natura ſunt eo quod ea quæ natura ſunt, principium motus & ſtatus in ſeipſis habent primo per ſe & non per accidens, natura ſane erit principium motus & quietis in his in quibus eſt per ſe & non per accidens, ſi ergo antecedens & primum eſt uerum, ergo ſecundum & conſequens erit uerum. Quod uero hoc ratione differant ea quæ habent naturam ab his quæ non habent fidem, fecit inductione cum adiiciat { artificialia. } Cæterum ad uerba adiunxit opportuniſſime hæc ſcilicet { in quo primo eſt per ſe & non per accidens. } Etenim lectica etiam habet, principium motus & quietis in ſeipſa, porro ſi dimittatur deorſum fertur, & tamen non dicitur eſſe aliqua res naturalis nec habere naturam ut lectica eſt, quoniam principium motus prorſus non ineſt lecticæ, ſed ligno, per quod etiam ineſt lecticæ, igitur neceſſaria eſt illa adiectio huius { primo } quod uero per ſe & non per accidens neceſſario aſſumptum ſit ipſe Ariſtoteles explicauit. Nam oportet ſi naturale ens debet eſſe quatenus naturale, ut in ſeipſo habeat principium

motus, ceu terra qua terra eſt cum habet principium motus deorſum, dicitur habere naturam, tamen ſi quis medicus ægrotaret, ac ſe ab eo morbo curaret ſanaretque, profecto ex ſeipſo ſanatum fuiſſe diceretur, quippe qui principium motus in ſeipſo teneat, non per ſe tamen, ſed per accidens, non enim qua medicus a ſeipſo ſanatur medicus, ſed qua morbo laborat. Nam curat reſtituitque priſtinam ſalutem qua medicus, curatur autem ac reſtituitur eidem qua tenus infirmus eſt ac ægrotat. Porro aliud eſt medicum eſſe, & aliud aliquo morbi genere laborare, quocirca etiam unum ab altero ſeiungitur, quoniam nec omnis medicus male ſe habet, nec omnis ægrotus corpore medicus eſt, quare cũ a ſeipſo medicus curatur ac ſanatur, non quatenus ægrotat ſeipſum ſanat, ſed qua medicus habet principium motus ex ſeipſo. Nam ſi qua aduerſa ualetudine laborat, ſeipſum curaret, profecto omnis infirmus ſeipſum ſanaret, nam qua infirmus ſanatur. Vnde motus & ſanandi principium habet medicus ſeipſo non quatenus ægrotat. Præterea pulchre illud { per accidens } explicauit per hæc cum dicit. Quapropter, interdum unum ab altero etiam ſeparatur, nam illud quod ineſt alicui per ſe eidem inſeparabile eſt, quod autem ſeparatur non per ſe ineſt, ſed per accidens. Differt autem primo a per ſe Nam omne per ſe non eſt id quod primo, neque quod primo eſt per ſe. Etenim quando aliquid per ſe inerit alicui, & illud iterum alicui, alij per ſe inerit, atque primum tertio inerit per ſe, ſed non ineſt primo, ceu triangulo ineſt per ſe habere tres angulos æquales duobus rectis, quatenus triangulus eſt, & triangulus per ſe ineſt triangulo iſoſceli ſcilicet æquarum tibiarum, quocirca etiam iſoſceli ineſt per ſe habere tres angulos æquales duobus rectis. Etenim qua iſoſceles triangulus eſt, & qua triangulus ha-



bet tres æquales duobus rectis, quæ etiam inſeparabilia ſunt ab iſoſcele, ſcilicet triangulum eſſe & habere tres æquales duobus, tamen non primo iſoſceli ineſt habere tres duobus æquos, ſed per medium quod eſt triangulus. Rurſus album ineſt primo ſuperficiei, & uirtus animæ, quippe hæc ipſis inſint non per aliud quoddam medium, tamen hæc non per ſe inſunt. Nam hæc non ſunt ea quæ poſſunt perficere ſubſtantiam ſubiectarum, neque in definitione complectuntur, immo album aptum eſt



Recti utrinque

ſeiungi & ſeparari a ſuperficie, & uirtus ab anima. Verum ambo in idem concurrunt aliquando, tum maxime, quando poſſunt perficere ſubſtantiam, cui etiam immediate ineſſent, ceu rationale homini per ſe & primo homini ineſſe. at duobus tres æquales habere ipſi triangulo, & iſoſceli triangulum diceretur. Vnde ſi nauis dicitur habere in ſe ipſam gubernatorem qui eam mouet, tamen non per ſe, quippe gubernator non perficeret naturam nauis atque expleret, alioquin omne nauigium omniſque nauis quamprimum eſſet nauis condita & abſoluta, non egeret extrinſecus mouere, neque ſepararetur ab ea gubernator. Nam nihil eorum quæ per ſe inſunt alicui ſeruato illo ſeparatur ab eodem. Item ſi gubernator dum ciet nauem ſeipſum quoque moueret, tamen nec per ſe, nec primo moueret. Porro non eſt concedendum aſſentiendumque Alexandro dicenti ita ſeipſam mouere animam dum mouet corpus in quo eſt ceu gubernator mouet ſe dum nauem impellit cietue. Nam aliquis fortaſſis concederet hoc modo motum animæ ad locum fieri, ſed conſilia diſcurſus ratiociniaue atque opiniones & omnes appetitus inclinationes uireſque eſſe ipſius animæ quæ ſeipſam primo mouet, quippe hęc non inſint animæ per quoddam aliud ſed per ſe, nam ſubſtantia ipſius eſt ſeipſam mouere. Sed eidem quoque dicenti illa, quoniam ſcilicet notandũ eſt. Ariſtotelis etiam animam complexum fuiſſe in definitione nunc non eſt aſſentiendum, ſiquidem anima ſit per ſe interna perfectio corporis naturalis organici. At natura proprie primo & per ſe ineſt corporibus ſimplicibus & non organicis inſtrumentariisue. Equidem anima eſt interna perfectio corporis naturalis organici, natura autem non erit corporis organici & aliorum ac aliorum principium motuum. Item ſi natura eſt in corpore, ut in ſubiecto, ceu uult Ariſtoteles. Nã dictum eſt in quo eſt natura primo in eodem eſſe ut in ſubiecto, anima autem omnis non eſt in ſubiecto, quippe tenens ſit ſeparabilis, ut ipſe dixit in libro de anima, quamuis Alexander non de ipſa in animæ ſed de diuina uelit intelligendum eſſe Ariſtotelẽ qui temere ſine perſuaſione illa uerba ſuæ opinioni de anima contendit adaptare. Sed quod anima etiam ſit principium motus & magis proprie principium motus, & non ſolum principium, ſed etiam fons etiam nos aſſerimus, quæ tamen in ipſo quod mouetur non eſt uelut in ſubiecto ſed in ſubiecto eſſe uult conuenire naturæ dicens, ſubiectum enim quoddam eſt, & in ſubiecto ſemper natura eſt. Conſtat etiam hoc quoniam anima habet actiones ſeparabiles a corpore ut etiam Ariſtoteles in libro de anima uſus eſt cum ibi oſtenderit ipſam & ſubſtantiam eius eſſe ſeparabilem a corpore. Poſtremo dixit Ariſtoteles in contextu quæ efficiuntur, pro his quæ arte fiunt, propterea quod ars eſt quidam habitus qui põt efficere aliquid cum uera ratione, ut definiuit Ariſtoteles in libris de moribus, & in 7. libro metaphy. dicit Equidem fieri dicuntur proprie ea quæ duce natura fiunt, cæteras alias factiones actioneſue appellare debemus. Cuncta igitur quæ arte fiunt & facta ſunt, motorem extrinſecum habent, uel ſi in ſeipſis habent motorem, tamen per accidens illum habent. Adnotat magnus Syrianus quod hæc tradita definitio naturæ omnibus pene conueniat ſignificatis naturæ peculiariter in unoquoque ſumpta. Nam ceu nomen naturę æquiuoce prædicatur de materia & forma, atque de ea quæ uelut productio naturalis & generatio eſt cuius nomen de ea quæ eſt ut cauſa corporum naturalium proprie ordinatur ſic etiam definitio hic intelligitur de ea natura q̃ proprie dicit natura, ſed per comparationem etiã de alijs principijs, nam principia motuum & aliæ naturæ ſunt, ſed non eodem modo.

Naturam autem habent, quęcunq; huiuſmodi Tex. 4.
habent principium, & ſunt hęc omnia, ſubſtãtia.
Subiectum enim quoddam, & in ſubiecto eſt, na Tex. 5.
tura ſemper. Secũdum autem naturam ſunt, &
hęc, & quæcunq; his inſunt ſecundum ſe. vt igni,

Tex. 6.

ferri ſurſum. hoc enim, natura quidem non eſt, neque habet naturam, ſed a natura, & ſecundum naturam eſt. Quid igitur eſt natura, dictum eſt, & quid, quod a natura & ſecundum naturam.

Com. 14.

Cum definiuerit naturam & ea quæ in definitione occulta erant aperuerit ac diſtinxerit, infert quod ea habent naturam quæcunque tale principium habent. Atqui cum oſtenderit ea quæ habent naturam ex actione, ex quibus poſtea concluſit ac deduxit quid ſit natura quomodo igitur rurſus uelut aliquid tale conſequens naturam infert, hoc ſcilicet ea habent naturam quæcunque tale principium habent. Niſi hoc non uelut demonſtrationem ſubiunxerit, ſed uelut manifeſtum uult hoc aſſumptum eſſe, cum reaſſumendi illud nunc opportunitas ſit. Vel repetit ad diſtinguendum & ſecernendum id quod habet naturam ab eo quod eſt ſecundum naturam quod ſane deinceps facit ad concludendum omne corpus naturale eſſe ſubſtantiam compoſitam quæ habet aliquod ſubiectum in quo eſt natura, ſiquidem natura principium & cauſa eſt eius in quo eſt per ſe, cum igitur ſubſtantia compoſita habeat aliquid in ſubiecto ſcilicet naturam ipſam, ideo ut conſequens inducit cum ſit compoſitum naturale nonnullos dixiſſe naturam eſſe ſubiectum, ex quo inexiſtente fiunt quæcunque producuntur, & nonnullos formã. ubi rationibus utrinque adductis ipſe dabit ſententiã et iudicabit uelut huius litis arbiter. Cęterũ diſtinguit id qđ habet naturam ab eo quod eſt ſecundum naturam dicens id habere naturam quod compoſita ſubſtantia eſt ex ſubiecto habente, & ex natura quæ eſt in ipſo ſubiecto habente eam. Nam habens naturam ſubiectum eſt, & natura eſt in ſubiecto. Et ſubdit hæc omnia ſcilicet quæ habent naturam ſunt ſubſtantiæ. Etenim ſubiecto aliquo modo materia & ſubiectum eſt, ut diximus in primo libro, ſubſtantia etiam dicitur id quod eſt in ſubiecto, quod ſane forma eſt, ſed compoſitum magis proprie ſubſtantia appellatur igitur ſubiectum aliquod eſſe, & id quod eſt in ſubiecto oſtendunt ea quæ habent naturam ſubſtantias eſſe, utrunque ſane ſubſtantia eſt, & magis eſt ſubſtantia id quod utriſque conſtitutum eſt. Vel cum dicit { atque hæc omnia ſubſtantia ſunt } intelligendum eſt quod habens naturam id eſt ſubiectum ſubſtantia eſt, & natura ſubſtantia etiam eſt, & multo magis & ſane ſubſtantia ipſum compoſitum ex utriſque. Nam compoſitum utrunque in ſe habet, quoniam eſt aliquod ſubiectum, atque id quod eſt in ſubiecto. Vel cum dicit { hæc omnia ſunt ſubſtantia } id eſt ſubiectum & id quod eſt in ſubiecto, quod oſtendit per medium quod eſt natura dicens quod natura eſt aliquod ſubiectum & ſemper in ſubiecto; ſi ergo natura eſt ſubſtantia, & ſubiectum eſt natura, ac id quod eſt in ſubiecto eſt natura id eſt materia & forma, ſint ergo omnia hæc ſubſtantia. Vnde hac ratione uidetur huic ſententiæ conſonare & conſentire id quod paulopoſt inquiritur ſcilicet num materia & ſubiectum ſit natura, uel forma, & id quod eſt in ſubiecto, ſed melior eſt prior expoſitio etiam, propterea quæ deinceps inducuntur. Sed quoniam non ſubiectum & id quod in ſubiecto eſt duo ſunt, quæ omnia appellat Ariſtoteles qui tamen in libro de coelo hæc ſcripſit. Nam duo ambo quidem dicimus & duo utraque, ſed hæc ambo omnia eſſe non dicimus, ſed hanc appellationem protribuimus primo ipſis tribus. Idcirco & reliquas expoſitiones Alexandri quæ in eandem ſententiam tendunt prætermitto. Omnia ergo quæ habent naturam ſunt ſubſtantia, quoniam habent aliquod ſubiectum, & eſt in ſubiecto id eſt natura quod ſane dictu eſt idem, materia & forma quæ eſt proprie ſubſtantia. Annotat Alexander quod quamuis Ariſtoteles uelit formam & naturam ſubſtantias eſſe, tamen dicit eas eſſe in ſubiecto, cui ſententiæ refragatur in prædicamentis, ubi ait nullam ſubſtantiam in ſubiecto eſſe, & roborat inſtantiam dicens, uel dixit Ariſtoteles nullam ſubſtantiam earum quæ ibi dixit eſſe in ſubiecto. Non enim ibi fecit ſermonem de forma ſubſtantiali, ſed de compoſita & ea quæ utriſque conſtat, cui etiam tulit nil eſſe contrarium, uel non proprie dicit appellatque nunc id quod eſt in ſubiecto, de quo in prędicamentis fecit mentionem, ſed uſus eſt ſibique accommodauit nunc id quod eſt in ſubiecto pro eo quod facit ad eſſentiam alicuius ſubiecti, ceu etiam pleriſque in locis dicere ſolet eſſe accidens de ſubiecto. Cum ergo talia dicat habere naturam deinceps ſubiungit quæ ſint illa quæ ſunt ſecundum naturam, quod ſane ſecundum naturam latius communiuſque eſt eo quod habet naturam. Etenim quæ habent naturam, ſunt etiam ſm naturam, perinde ac ſint deſignata & naturam talem ſortita per naturam quam in ſeipſis habent, immo neque hæc ſolum dicuntur eſſe ſecundum naturam, ſed etiam quæcunque his inſunt per ſe. Etenim ignis habet naturam in ſeipſo cum habeat principium motus ſurſum in ſeipſo, ſecundum naturam autem & natura competit igni latio ſurſum, quæ amplius non habet naturam, nec eſt natura. Nam neque latio ſurſum ſubſtantia eſt, ſed poteſtas & actio quæ ineſt igni ſecundum rationem naturę, q̃ pacto etiam dicitur ſecundum naturam & natura. Nam ob ſuam naturam atque ſuam aptitudinem, habet talem potentiam & actum. Et quamuis igni competat ſurſum ferri ſecundum naturam & natura, tamen non ſunt idem id quod eſt naturę, & id quod eſt ſecundum naturam, ſed latius eſt id quod eſt natura quam id quod eſt ſecundum naturam. Etenim dicimus eſſe ſecundum naturam ea quæ habent propriam perfectionem. Sunt nanque aliqua natura quæ perinde fiunt, ac ſi fierent per actionem naturæ, quæ tamen ſecundum naturam non ſunt, ceu ſunt cęcitates ab ortu natiuitateque, ac ea omnia quæ omnino in priuatione conſiſtunt. Etenim hæc eo quod ſunt ea quibus aliqua ſunt apta fieri, talia ſunt, ob id priuatio eſt abſentia in ſubiecto apto. Item id quod eſt natura diceretur de omni conſequente ſubſtantiam naturalem, & de omni eo quod accidit ſubſtantiæ naturali, quatenus talis, ceu coloratio corpori & ęgritudo, ſed id quod eſt ſecundum naturam dicitur de ſolo quod accidit conſulto & propoſito naturæ, idcirco ſecundum naturam dicimus ſanari quempiam, ſed ægrotare naturæ accidere cum ſit præter naturam. Cum igitur dicat Ariſtoteles { ſed natura & ſecundum naturam } non dicit profecto ut hæc ſint idem, ſed dicit ignem ſurſum ferri natura & ſecundum naturam, & lationi tali utrunque competere.

Quod autem ſit natura, tentare demonſtrare, ridiculum eſt. Manifeſtum enim eſt, quod huiuſmodi entia ſunt multa. Demonſtrare autem manifeſta per immanifeſta, non potentis iudicare eſt quod per ſeipſum, & non per ſeipſum notum eſt. Quod autem contingat hoc pati, non immanifeſtum eſt. ſyllogizare enim quis poſſit de coloribus, cum a natiuitate ſit cæcus. Quare neceſſe eſt talibus, de nominibus eſſe ſermonem, nihil autem intelligere.

Com. 5.

Cum ante problema & quæſtionem quid eſt, inueſtigandum ſit num prorſus ſit id de quo eſt quæſtio, ceu in. 2. libro de poſteriori reſolutione Ariſto. docet. Nam ſi prorſus nõ fuerit id de quo eſt quæſtio, profecto futilis ac ſuperuacanei otij diſputationiſue erit inquirere quid illud ſit, quippe

non entis non ſit definitio, cum igitur hæc ita ſe habeant ipſe demonſtrauit naturam eſſe, ſed tradidit definitionem euſdẽ. Quod autem conſentaneę ac non ſine ratione pręteriniſerit ſi eſt natura, nunc docet, nam quæ habent manifeſtam ſubſiſtentiam, non egent demonſtratione qua probentur eſſe, ut etiam hoc ipſe in. 2. libro de poſteriori reſolutione, ſi quid memoriter teneo, definiuit ac determinauit. Cum itaque perſpicuum ſit (ut inquit) ex actione aliqua eſſe quæ habent in ſeipſis principium motus, quomodo quidem eſt natura, profecto enim naturam eſſe oſtendere ridiculum eſt. Nam qui uult oſtendere manifeſtum, is ſane urgebitur ad faciendam fidem de eo quod oſtendendum eſt, accipere aliquid ignotius atque occultius, quo fit primo ut is, modus oſtendendi ſit hominis ignari, quoniam omnis doctrina & omnis diſciplina fit ex pręexiſtenti cognitione id ipſe Ariſtoteles docet. Deinde is modus oſtenſionis eſt eius qui nequit id quod eſt per ſe notum ab eo quod non eſt per ſe notum diſcernere, cum is ſtudens per alia oſtendere natura quę eſt per ſe nota, perinde atque non ſit per ſe nota. Et quod longe deterius eſt per ignotiora nitetur eam demonſtrare, quod quidem accidit fieri in his quæ ſunt manifeſtiſſima. Item demit prorſus demonſtrationem cum uelit in omnibus uti demonſtratione. Nam ſi oportet principium demonſtrationis eſſe manifeſtum, qui ergo exiſtimaret manifeſta egere demonſtratione, is non amplius concedet aliquod eſſe manifeſtum, immo nec principium demonſtrationis relinquit, quare nec demonſtrationem. Quod uero enim oſtendere manifeſta per immanifeſta accidat his qui corrupti ſunt iudicio rerum manifeſtarum, & ea parte mutilati cui iudicandi uis tribuitur, facit teſtem cęcum ipſum qui de coloribus ratiocinatur. Nam cum ſint colores per ſe manifeſti, & de ſeipſis fidem faciant his qui intueri ac ſpectare queũt ſi quis uidendi uim amiſerit quę perſpicuo colores iudicat, deinde ratiocinaretur de coloribus, is ſane utetur ignotioribus ad faciendum fidem ac perſuadendum ea quę manifeſta ſunt & ignorat, atque rationem facit de nominibus nihil intelligens. Nam ratiocinaretur ex his quę audit ſed non, ex his quę conſentit ac percipit, ſiquidem amiſit iam cognatam ſenſuum cognitionem ſine qua mens ratione nihil de coloribus intelligere poterit. Hoc igitur modo etiam qui tentat manifeſta oſtendere, ignorat naturam eorum quæ ſunt per ſe nota, eo quod non habet uim qua hęc diſcernuntur & iudicantur. Hęc autem uis mens eſt, nam mens eſt, inquit, qua terminos propoſitionum cognoſcimus cum fuerint propoſitiones per ſe dignę fide, manifeſtę, & ſimplices. Fortaſſis etiam definitiones debent eſſe manifeſte per ſe credendę & ſine ſyllogiſmo notæ tanquam ex manifeſta diuiſione acceptę. Mens autem eſt id quod cognoſcit, & problemata quę per ſe ipſa manifeſta ſunt, ac quæcunque huiuſmodi ſunt, ceu quidam termini non egent aliquo alio per quod demonſtrabuntur, ceu propoſitiones ambiguę. Poſtremo cum dicit. Ratiocinaretur enim de coloribus quiſpiam ortus cęcus ſcilicet de his quos audit, ſed non de his quos ſimul ſentit, ceu ſi dixeris fuſcum eſt oculis aſpectuique commenſuratum atque congruens atque fuſcum componitur ex diſgregante albo, & congregante nigro, & tale eſt oculis proportionatum. Equidem is non ſentit ſimul id quod diſgregat, neque quod congregare poteſt, nec aliquid aliud quod ſe habet ad ſenſum oculumque commenſurate, ſed ſolum nomina profert. Animaduertere oportet ex dictis quod cum merito prętermiſit quæſtionem ſi eſt, tum etiam cauſam prætermiſſionis iure non a principio dixit, ſed nunc illam aperuit quando quid eſt cum ipſam eſſe perſpicuum ſit, demonſtrauit. Etenim omnia corpora apta ſunt ut moueantur.

Tex. 7. Videtur autem nonnullis, natura & ſubſtan-
tia eorum quæ natura ſunt, eſſe quod primum
ſubiectum eſt vnicuique, non formatum per ſe-
ipſum. vt lecti natura, lignum, ſtatuæ autem,
æs. ſignum autem dicit Antiphon, quoniam ſi
aliquis defoderit lectum & accipiat potẽtiam pu-
tredo vt ſit germen, non vtique fieri lectum ſed
lignum, tanquam quod ſecundum accidens eſt,
eſſe diſpoſitionem ſecundum legem & artem.
ſubſtantiam autem, eſſe illam, quæ etiam per-
manet, hæc patiens continue. Si autem & ho- Tex. 8.
rum vnumquodque ad aliud aliquid idem hoc
patitur (vt æs quidem & aurum, ad aquam, oſ-
ſa autem & ligna, ad terram, ſimiliter autem &
aliorum quodlibet) illa naturam eſſe & ſubſtan-
tiam ipſorum. Quocirca ſane, hi quidem terram, Tex. 9.
alij vero ignem, alij aerem dicunt: quidam au-
tem aquam, quidam vero quædam horum, qui-
dam autem omnia hæc, naturã eſſe eorum quæ
ſunt. Quod enim aliquis ipſorum exiſtimauit
huiuſmodi, ſiue vnum, ſiue plura, hoc & tot di-
cit eſſe omnem ſubſtantiam. alia autem omnia,
paſſiones iſtorum, & abitus, & diſpoſitiones. Et Tex. 10.
horum quidem, quodlibet eſſe perpetuum. Non
enim eſſe mutationem ipſis ex ſeipſis, alia autem
fieri & corrumpi infinities.

Com. 6.

Cum prius dixerit ea quæ habent naturam, eſſe ſubſtantias, quocirca habens eſt ſubiectum aliquod, atque eſt ea in ſubiecto natura quæ habetur, uel quia natura ſubiectum quoddam eſt & in ſubiecto, ut intellexit Alexander, ſecundum aliam interpretationem, merito opiniones appoſuit ſcilicet eorum qui dicunt eam eſſe ſubiectum, & eorum qui illam tradunt eſſe in ſubiecto, & probationes proprię ſcientiæ utrorumque proponit, & ita iudicium & ſententiam de iiſdem facit. ſimulque ſignificata naturæ, quæ multipliciter dicitur tradit, ceu & ipſe in calce ſermonis compertum fecit dicens {cum autem determinatum ſit quot modis dicitur natura} ubi ego ſingula ſignificata annotabo. ſed ad præſentem contextum ueniamus, cum dicit. {Videtur autem natura} intulit {& ſubſtantia eorum quæ natura ſunt} quoniam eorum quę ſunt natura, eſſentia & ſubſtantia ſecundum naturam eſt. Et primo dicit de his qui putant materiam eſſe uniuſcuiuſque naturam, quę quidem eſt primum informe per ſe in unoquoque, ceu lecticę natura eſt lignum, & ſtatuę ęs. Dixit autem primum informe, quoniam in uno quoque compoſito plura ſępe ſunt quæ rationem ſubiecti habent, ceu in corporibus animalium. Equidem quę proximę ſpeciei & formę ſubijciuntur ſunt partes inſtrumentarię, poſt illas uero ſunt ſimilaria, & poſt hęc ſunt quatuor quę elementa uocantur, quibus ultimo ſuccedit prima materia, quę quidem eſt primum informe per ſe. Nam alia ſunt informia comparata ad aliquid quę etiam habent proprias formas, ceu organica, uel ſimilaria, uel elementa. Nam hęc informia ſunt reſpectu formę recipiendæ in illis. At materia prima per ſe informis eſt. Nam ſtatuæ ęs & lecticę lignum ſunt formata, ſed ad aliquid comparata ſunt informia, communis autem materia per ſe informis eſt. Item æs & lignum habent proportionem & relationem ad primam materiam, nam ut hęc ſe habẽt ad ſtatuã & lecticã, ita prima mã ſe hꝫ ad oĩa

formata. Hoc igitur primum per ſe quod unicuique per ſe ineſt informe aſſerunt eſſe primam & cõmunẽ naturã, ceu proximũ ſubiectum primã naturã eſſe dicũt, ceu ſtatuę ęs, & lecticę lignũ. Signũ aũt qđ ſubiectum eſſet natura, & nõ forma Antiphon Sophiſta faciebat, q naturã eẽ productionẽ, ſiue pullulationem deductionem ad motum atque ſimilis procreationem dicebat. Signum ergo afferebat in artificiatis rebus dicens, ſi quis lecticam humi obruerit, & putredo acceperit eum ut germen producat, non lectica, ſed lignum inde emerget atque pullulabit. Hoc autem accidit, quia forma lege, modoque ideſt ſecundum artes eſt ſtatuta & digeſta ac ducta contra id quod fit ſecundum naturam perinde atque confecta ſit, iuxta fœdus & congruentiam artis, quæ per accidens cum inſit fit & corrumpitur, materia autem permanet, quia ipſa eſt ſubſtantia & natura rei. Nam proprium ſubſtantiæ eſt manere, ſed rerum naturalium, ac eorum quæ ſunt ſecundum naturam eſt ſubſtantia, quare rediges hæc ad formam ſyllogiſmi hoc modo. Materia & ſubiectum eſt permanens, & producens in naturalibus, & tale eſt ſubſtantia rerum naturalium, & ſubſtantia naturalium eſt natura, igitur materia eſt natura in rebus naturalibus, quare etiam natura erit materia. Nam definitiones in ſeipſis retro uertuntur aut conuertuntur, ſed cum proximorum ſubiectorum unaquæque forma habet aliquod ſubiectum, merito adiecit. Qđ ſi cuilibet etiam iſtorum aliud quippiam hoc idem accidit, ut ſcilicet forma eorum mutetur & ſubiectum maneat, ut æri quidem auroque ad aquam accidit oſſibus quoque ac lignis ad terram, & cæterorum cuius ad ſubiectum in eodem, profecto ſubiectum erit natura & ſubſtantia ipſorum. Et ob id quod quidem unuſquiſque ſtatuit primum ſubiectum, ſiue unum, ſiue plura, hoc ipſum putauit eſſe naturam & ſubſtãtiam horum. Quare Antiphon communiter uſus eſt dicere ſubiectum eſſe naturam ſed aliorum unuſquiſque quod quidem dixit eſſe primum ſubiectum, hoc etiam naturam eorum quæ ſunt, appellauit, ſiue unum eſſet hoc, ceu Thales aquam dixit. Anaximenes autem aerem, Heraclitus uero ignem ſiue plura, ceu Parmenides ignem & terram, ſiue quatuor, ut Empedocles, terram autem ſolam eſſe naturam nemo poſuit, ſed eandem concurſu aliorum poſuit Ariſtoteles. cætera uero quæ circa ſubiectum eſſent, ceu generationes corruptiones & alterationes non amplius naturas appellarunt. Neque enim ſubiecta ſunt, ſed accidentia & affectiones ſubſtantiæ quarum eas quę facile abijci poſſunt diſpoſitiones appellarunt. eas uero quæ immobiles ſtabileſque ſunt, habitus cognominarunt, & ſubiectum quod quidem aliquis eſſe ſtatuit, ſempiternum eſſe dixerunt. Nam ſi corruptio eſt mutatio quę ex aliquo in aliquid fit circa ſubiectum, profecto non mutabitur ſubiectum ex ſuapte natura, quare non fert ſui interitum, ſed ſempiternum eſt. Etiam ſi corrumpitur & ea corrumpuntur quæ poſſunt mutari, hæc autem ſunt affectiones quæ circa ſubſtantiam tranſmutantur quæ ſane amplius non appellantur naturæ, & hoc poteſt etiam probare mãm eẽ oãm, ſiquidẽ eandẽ ſempiternam & immutabilem omnes ſtatuunt, nam conuenit ut natura & ſubſtantia omnium ſit ſtabilis atque immobilis. Hæc igitur eſt uniuerſa dictorum ſententia. Cæterum quidam pro ea particula/diſpoſitio, quę lege arteque conficitur ſcribunt formitate & arte cõficiatur, & hoc eſt notius, quippe qua rhythmus quædam forma eſſe dicatur.

Vno igitur modo, natura ſic dicitur, prima vnicuique ſubiecta materia habentium in ſeipſis motus principium & mutationis.

Com. 7. Cum dicat uno modo dici naturam ipſam materiam ſubiectam quę eſt prima in unoquoque adiecit eorum quæ motus mutationiſque principium habent in ſeipſis, nam etiam eſt in artificialibus qua artificialia ſunt, quædam prima ſubiecta manens, ceu ſtatuę ęs, et domui, lapides, & ligna, ſed hæc qua ſubijciuntur artificialibus, & ita non erit natura, quoniam neque corpus eſt rationale ſed artificiale id quod conficitur. At naturam oportet eſſe in naturalibus, quare in naturalibus materia ſubiecta erit uno modo natura iuxta eos qui ſic ſtatuunt naturam, ſed uniuerſaliter artificialibus non ſubijcitur prima materia quam eſſe naturam uolunt, quare neque in naturalibus quæuis materia eſt natura, ſed prima ſubiecta, quam etiam extremum ſubiectum appellant quod omnibus ſubijcitur, & ipſum nullum habet ſubiectum. Etenim in animalibus ſubijciuntur partes organicę & ſimilaria ac elementa, ſed nihil horum eſt propriè natura, quoniam nihil horum eſt primum ſubiectum. Cęterum in artificialibus eſt etiam primum ſubiectum materia, non quatenus artificialibus ipſa ſubijcitur, ſed quatenus naturalibus, idcirco pulchre dicitur natura eſſe prima ſubiecta materia, in unoquoque quod habet in ſeipſo principium motus, ideſt in unoquoque quod eſt naturale. Etenim in ſyllogiſmis propoſitiones ſubijciuntur ut materia quæ tamen non ſunt naturę, quoniam neque totus ſyllogiſmus eſt naturalis. Nam omnia naturalia ſunt corporalia, ſed neque in ſyllabis primum ſubiectum, id eſt elementa natura eſt, quare ne quoduis ſubiectum eſt natura, ſed primum neque in quouis, ſed in re naturali.

Alio autem modo, forma & ſpecies. quæ ſecundum rationem. Vt enim ars dicitur, quod ſecundum artem, & artificiale, ſic & natura, quod ſecundum naturam dicitur, & quod naturale. Neque autem illud adhuc dicimus habere ſecundum artem aliquid, ſi potentia tantum eſt lectus, nondum autem habet ſpeciem lecti. neque eſſe ſecundum artem, neque in his quæ natura ſubſiſtunt. Potentia enim caro aut os, neque habet adhuc ſuipſius naturam, priuſquam accipiat ſpeciem quæ ſecundum rationem, quam diffinientes dicimus quid eſt caro, aut os. neque natura eſt. Quare, alio modo natura vtique erit habentium in ſeipſis motus principium, forma & ſpecies non ſeparabilis exiſtens, niſi ſecundum rationem. Tex. 11. Tex. 12.

Com. 8. Cum compleuerit ſuppoſitionem, eorum qui dicunt naturam eſſe ſubiectum, & eandem dimiſerit, proficiſcitur modo ad eam quę dicit formam eſſe naturam, cum præſertim natura habeat hoc commune cum arte ut utraque formet & efficiat formam, licet differat quatenus natura efficit formam iuxta materiam artis, ceu lignum lecticę, & ſtatuę ęs. Sed hi qui uolunt materiam eſſe naturam ab hac differentia argumentum ſumunt dicentes lecticam ſi humi obruatur uideri & apparere naturam ſecundum lignum, & non ſecundum formam, alij uero qui formam naturam eſſe aſtruunt, eo quod natura & ars conueniunt hac ratione, quia utraque formant atque efficiunt formam & ſpeciem, ab hac ergo conuenientia propriam argumentationis opem & defenſionem auxiliumque fecere hoc modo, ut in his quæ fiunt arte dicitur id ars atque artificiale quod fit ſecundum artem. Nam ſolemus dicere miram artem eſſe ſtatuæ formam eiuſdem, ſic etiam in his quę natura & per naturam conſtant, id erit natura, ac naturale quod ſecundum naturam fit. Nam mirabilem dicimus, uerbi gratia, ligni naturam ſecundum formam eius, nam id propoſitione efficitur, quoniam ut ars ſe habet ad ea quæ per artem fiunt, ita ſe habet natura

ad ea quæ fiunt per naturam, & econtra uiciſſimque aiunt geometrarum pueri, nam ut id quod eſt ſecundum artem eſt ars, ita id quod eſt ſecundum naturam eſt natura, ſed in artificialibus nondum ea dicuntur eſſe ſecundum artem ſi non ſuſcepta forma erit, ſed adhuc ſolum erit, in potentia ideo neque eſt in ipſo ars, nam ars eſt in ſpecie & forma, quippe quia æs non eſt ars ſtatuæ, ſed forma, igitur ſic in his quæ fiunt natura quod eſt in potentia ſolum non eſt iam ſecundum naturam, neque habet naturam. Nam neque idem eſt potentia caro, neque potentia os habet carnis uel oſſis naturam antequam receperit formam, ſi ergo eo quod recipit formam habet naturam ipſorum, forma profecto erit nam & ad formam ſyllogiſmi hoc modo rediges hæc. Id cuius præſentia ea quæ ſunt natura eſſe natura dicuntur, eſt natura, ſed formæ præſentia quæ ſunt natura eſſe natura dicuntur, igitur forma eſt natura. Et cum duplex ſit forma, altera quidem ſecundum formam quæ ſolum format, & altera quæ eſt ſecundum rationem per quam definimus quid ſit unumquodque. Equidem ſecundum formam ſolam quæ a formatione dumtaxat dicitur ſuperficiei figuram, colorem, & magnitudinem aſſignamus, ſed ſecundum rationem illa tradimus quæ eſt ſecundum unum formandi typum ſuæ definitionis, quæ etiam concurrit cum definitione quemadmodum & nomen. Hæc autem continet etiam formam quæ ſolum a formatione dicitur, hanc igitur formam ſecundum rationem, ſiue eandem formam dicit eſſe naturam, idcirco addidit ſpeciei formam, dicens. Alio uero modo forma & ſpecies { & rurſus in calce contextus dicit, } forma & ſpecies quæ non eſt ſeparabilis. Item in arte alio modo forma & ſpecies ſunt idem, quoniam ſecundum formam in artificialibus ſumitur eiuſdem ratio definitioue. Et per hoc etiam naturam formam eſſe oſtendere poſſumus. nam ſi natura eſt eſſentia uniuſcuiuſque cuius eſt natura, & eſſentia uniuſcuiuſque eſt forma quæ dicitur eſſe ſecundum rationem, ideo conuertuntur definitiones cum definitis, igitur natura erit forma, quare iuxta ſuperiores rationes materia erit natura ipſis naturalibus. At iuxta ea quæ nunc dicta ſunt, forma erit natura, quæ quidem inſeparabilis eſt a ſubiecto a quo ſola ratione ſeparari poteſt. Separabilia inquam ea dici ſolent, quæcunque ſeparata ab his, a quibus ſeparari dicuntur, manent ſuam retinentia naturam, ea uero quorum ſeparatio eſt corruptio non erunt ſeparabilia, huiuſmodi ſe habet forma materialis. Nam ut eſt in materia eſt eſſentia rerum naturalium, ſed non, quatenus eſt forma ſeparabilis.

Tex. 13. Quod autem eſt ex his, natura quidem non eſt, ſed a natura, vt homo. Et magis natura hæc eſt, quam materia. Vnumquodque enim tunc dicitur, cum entelechia ſit, magis quam cum potentia. Amplius, fit ex homine homo, ſed non lectus ex lecto. Quapropter etiam dicunt figuram non eſſe naturam, ſed lignum. quoniam fiet, vtique ſi germinabit, non lectus, ſed lignum. ſi ergo hoc eſt ars, & forma eſt natura. fit enim, ex homine homo.

Com. 9. Cum dixerit aliquo modo materiam eſſe naturam, & alio modo formam, deinceps infert de compoſito, quod id quod conſtat materia & forma non eſt natura. Nam natura eſt materia & forma, compoſitum autẽ eſt natura duce. Nam id quod eſt potentia aliquid, quando actu factum eſſet ſecundum naturam, id profecto naturam, tum habet atque natura duce eſt. Nullus enim hactenus tulit compoſitum eſſe naturam. nam id quod habet formam quæ erat natura id dicitur ſecundum naturã & eſſe natura duce ceu homo ex materia & forma, quippe qui non ſit natura, ſed extſtat natura. Sed cum hæc inter ea de compoſito dixerit, cætera ſubiungit de forma, quibus uult materiam eſſe naturam & formam, ſed formam magis naturam. Et cauſas adducit, quibus magis formam naturam eſſe, uult quam materiam, quod quidem multis modis oſtendit. Verumtamen Porphyrius illud. { Hæc eſt magis natura quam materia } intelligit de compoſito reſpectu materiæ, quod quamuis non ſit propria natura, ſed natura duce ſit, attamen magis eſt natura quam materia, propterea quod forma quam habet in ſeipſo, eſt magis natura. Eſt autem primum argumentum tale natura eſt cauſa unicuique rei nãli ut ſit illud quod eẽ dicitur eſt cauſa ut aliquid ſit illud quod dicitur eſt cauſa ut ſit in actu perfecto, ſeu in perfectione interiore & non ſolum in potentia, & cauſa ut hoc ſit in actu, quod quidem dicitur eſſe, ipſa forma eſt igitur natura eſt forma. Alexander autem ſic concluſit rationem. Vnumquodque eorum quæ ſunt, tunc eſt quod eſt quando erit actus uel perfectio interna, ſed omne eſt actus atque interna perfectio quando habuerit formam ſed id cuius præſentia hæ quæ ſunt natura ſunt natura eſt forma, & præſentia formæ ea quæ ſunt natura ſunt natura, igitur forma eſt natura. Sed cum adiecit { magis } ſignificauit quod etiam ea quæ poteſtate ſunt, & ſi non ſimiliter ſunt ut ea quæ actu ſunt, attamen dicuntur & ipſa eſſe, quare etiam materia eſt natura, & ſi minus ſit quam forma. Cæterum hoc nomen { entelechia } fertur eſſe peculiare ipſius Ariſtotelis inuẽntoris illius, ſignificat autem formam quæ eſt actu ens, quatenus ſecundum hanc eſt unius finis acceptio, uel receptio unius eſſentiæ perfectę, uel interni finis continuatio, ideſt habitus iuxta abſolutum finem. Item inquit. qui aiunt materiam & non formam eſſe naturam ob id dicunt, quoniam lectica ſi deſodiatur humi, ſi fieret germen, certe lectica non pullularet ac eo germine prodiret, ſed lignum ex ligno. Cum ergo & homo ex homine ſit, & homo eſt homo per formam, erit ergo forma natura. Et ſi non fieret igitur lectica ex lectica, tamen homo ex homine oritur, ceu lignum ex ligno, & uniuerſaliter unum artificiale non fit ex altero, ſed naturalia hoc modo fiunt. Vnde ſi hæc uera ſunt, eum qui de rebus naturalibus regulas & canones tradit oportet fateri formam eſſe naturam, ex canone rerum naturalium, & non rebus naturalibus decernere, atque ſtatuere. Nam ars non efficit formas quæ ſint inſtar probæ ſimiles ceu natura. Etenim lignum quãuis ſit materia lecticæ, tamen naturalis forma eſt, & ob id lignum habet generare ſimile, ſed id quod uelut concluſio antea prolatum eſt, ſcilicet ſit homo ex homine, rationem eſſe occultam fecit. At concurſus rationis talis eſt, ſit homo ex homine naturalis ſcilicet forma ex naturali, non tamen artificialis ex artificiali ad quam illi reſpicientes tradunt formam non eſſe naturam, atqui eos oportebat magis reſpicere ad oaturalia quæ ſimilia ſuæ formæ generant. quod ſi hæc eſt proprium naturæ, debebant certe formam eſſe naturam fateri, nam ſi eo quod materia permanet in generatione ligni ex ligno, materia ipſis uidetur eſſe natura, etiam quia forma permanet, uideatur ens natura eſſe forma. Animaduertere dignum eſt, quia quando homo ex homioe fieret, quod ſi forma ex forma ſit, tamen compoſitum & conſtitutum ex utriſque ex compoſito non fit. unde propter hoc dixit. { Quod ſi hæc figura eſt ars, & ipſa forma profecto eſt natura } perinde atque forma fiat in compoſito.

Amplius autem, natura dicta vt generatio, via eſt ad naturam. Non enim vt medicatio dicitur non ad medicinam via, ſed ad ſanitatem (neceſſe enim eſt, a medicina non ad Tex. 14.

medicinam

medicinam, eſſe medicationem) ſic natura ſe habet ad naturam. ſed quod naſcitur, ex quodam in quiddam venit, quatenus naſcitur. Ad quod igitur naſcitur? non ad id ex
Tex. 15. quo, ſed ad quod. Forma itaque, natura eſt.

Com. 10. Tertium hoc ponit argumentum quo demonſtrari poteſt forma eſſe natura, quod ualde congruenter ac magna diligentia eſt deducendum. Nam natura ceu productio naturalis, & generatio natura dicitur, eſt uia procedens in naturam illius quod producitur & in eadem definit, ceu itaque in artificialibus omne quod fit dicitur fieri, quia id ad quod peruenit uia, fit & non id a quo. Nam cum ex ligno architectua ædificatorque faceret gradum aut fundamentum, certe non diceretur fieri lignum, ſed gradus ab ædificatore, ſimiliter etiam in naturalibus. Nam quando aqua in aerem mutaretur, certe non dicimus aquam fieri ſed aerem, ſic igitur & id quod naſcitur, quoniam in naturam proficiſcitur, dicitur naſci, ſed non quia a natura emergit, aut proficiſcitur, ſed proficiſcitur ad formam, igitur forma eſt natura. Et deductio rationis talis eſt, natura eſt ad quod id quod naſcitur & fit petit, ſed in formam tale properat petitue & non in materiam, ergo natura eſt formę; ſed cum nonnulla ſint eorum quæ fiunt, quæ non denominantur ab his ad quæ concedũt & petunt, ſed ab his quæ formam ingerunt ac intro pariunt, ad quam formam tendit id quod fit. ceu medicatio. nam hæc ſimiliter dicitur ſecundum figuram dicitur ſecundum figuram dictionis cum natura ut cum generatione, non tamen ut natura in naturam uia eſt, ita & medicatio in medicinam, ſed in ſanitatem cuius effectrix eſt medicatio. Nam id quod curatue ſanatur, idcirco diuiſit talia oſtendens cum natura ſit ad naturam uelut uia eſt ad eum ut finis, non ita ſe habere in medicatio ad ſanitatem. Cauſa autem huius differentiæ nominum eſt, quia id quod fit in plurimis eſt ęquiuocum agenti. Nam calidum facit & uia intermedia, ipſa ſcilicet calefactio. In quibuſdam uero quod fit eſt diuerſum nomine ab agente, ut medicina ſanitatem efficit. Niſi fortaſſis quis acciperet pro medicatione ſanitatem, & in his ſimiliter ſe habebit. Nam ut natura accepta ut generatio uia eſt in naturam quæ eſt ut finis, quippe natura fit id in quod deſinit id quod fit & naſcitur, ſit & ſanatio in ſanitatem, & eſt id quod oritur ſubeſtque ortui eſt materia, quod uero fit & naſcitur, & id ad quod peruenit, & non ex quo eſt forma. ſi ergo id quod ſubeſt ortui acciperet formam, & rurſus quod eſt ortui naturam acciperet, igitur forma eſt natura quæ deductio facta eſt in tertia figura, & non ab re particulariter. Nam eſt aliqua forma quæ non eſt naturalis. Verumtamen Ariſto. cum dicit quod naſcitur non ex quo eſt, ſed id in quod omittens deducere quod illud in quo eſt forma & natura, quoniã manifeſta hæc ſunt, induxit concluſionem, ergo forma eſt natura. Cæterum cum dicit, ex quo id quod proficiſcitur adiecit, qua naſcitur, oſtendens quod æquale eſt, hoc ſcilicet ex quo in aliquod proficiſcitur hinc ex aliquo in aliquid naſcitur. Nam id ad quod proficiſcitur quod naſcitur ſane eſt, ſed non ex quo, neque hoc, ex quo, ſi ſignificauerit ſubiectum, aut oppoſitum, nam hæc ambo appellantur ex quo.

Sed forma & natura dupliciter dicitur. Etenim priuatio, ſpecies quodammodo eſt. ſi autem eſt priuatio & contrarium aliquod circa ſimplicem generationem, aut non eſt, poſterius conſiderandum eſt.

Cõm. 11. Cum dixerit eſſe naturam ut uia quæ in naturam & formam peruenit & finitur, quoniam duplex eſt uia, altera a priuatione in formam, altera uero a forma in priuationem, duplex quoque talis natura ſecundum uiam erit, quare duplices etiam fines habebunt, alius erit forma, alius autem priuatio. Sed ſi finis & natura eſt forma, quo igitur pacto erit priuatio quæ opponitur formæ, finis. Item poſuit in generatione elementa eſſe materiam & oppoſita, cum igitur alterum oppoſitorum nunc eſſe naturam poſuit, in promptu erat dubitare, quomodo ambę eſſent cauſæ, & alterum eſſet natura, idcirco & priuationi quantum formę licet participare natura, tantundem etiam priuationi impertiuit, cum dicat. {Etenim priuatio forma quodammodo eſt, eſt autem forma quodammodo,} uel ut diſtinguitur & diuiditur contra ſubiectum, quocirca & ipſa cum ineſt ſubiecto, ceu ipſa forma, fit quædam forma & ſpecies ſubiecti. Nam accidentia ſunt formæ aliquo modo his quibus accidunt, quoniam non ſimpliciter priuatio eſt abſentia, ſed in ſubiecto apto ad recipiendum formam. Porro negatio formæ eſt ante eam aptitudo ac indoles quędam ſubiecti, quocirca etiam afficit aliquo modo ſubiectum quod quidem eſt proprium formæ. Vel diceretur priuatio, licet non omnis aliquo modo forma, ſi ea ſpectetur quatenus id quod eſt contrariorum deterius dici ſolet priuatio. Nam forma hęc deterior ſub priuatione collocatur, ut oſtendit in libro de generatione, quo pacto accepta priuatio eſt forma. Equidem in eo libro iam dicunt ſi utrũuis contrariorum ſumeretur alterius eſſe priuationem alterius. ſi ergo priuatio eſt aliquo modo forma, certe etiam natura eſt. quę alia ſit, a ſubiecto & materia, & ſi in illa eſſe habeat. Item dicerentur eſſe natura ea quæ ſunt in priuatione, non tamen ſecundum naturam, quoniam ſubiectum appetit finem, & id cuius gratia quod eſt ſecundum naturam, appetit autem formam, quo circa etiam latius communius eſt id quod eſt natura eo quod eſt ſecundum naturam propter priuationem. Sed quomodo uia in priuationem diceretur natura cum non ſit productio naturalis. Nam ea uia eſt corruptio & non generatio. Niſi eo quod priuatio eſt aliquo modo forma, etiam dicitur eſſe natura, ideo uia quæ ducit ad ipſam eſt natura. Sed ſi priuatio forma eſt aliquo modo, profecto ex forma forma fieret & ita non erit amplius maxima ac ſuprema contrarietas inter formam & priuationem, ut dicebatur in primo libro. At qui & ſi forma fieret ex forma, non tamen ut ex forma, ſed uelut ex priuatione atque ex non tali quod aptum tamen eſt fieri tale, ut ante compertum fuit, & in primo libro definitum & determinatum eſt. Præterea ſi priuatio eſt aliquo modo forma, non amplius uelut priuatio opponetur formæ, ſed etiam ut contrarium. Nam oppoſitio eſt formarum quę ſimul eſſe in eodem ſubiecto nequeunt, quarum una alteri uelut contraria eſt, & non erit oppoſitio uelut habitus & priuationis, quod ſi hoc admittitur, certe omnia generatio non ſolum ex non tali erit, ſed etiam ex contrariis formis, quod ſi etiam hoc admittitur, uel non erit generatio ſubſtantiæ, & erit omnis ſubſtantia ingenerabilis & incorruptibilis. At ſecundum ipſum ſubſtantia proprie quæ individua eſt, in naturalibus fit & corrumpitur, atque proprie generatio eſt ſecundum ſubſtantiam tranſmutatio, uel ſi fieret ſubſtantia profecto & ipſam fieri ex aliquo contrario neceſſe eſt. At uidetur Ariſtoteles nihil eſſe contrarium ſubſtantiæ. Hanc igitur quæſtionem ſcilicet ſi priuatio aliquo modo diceretur forma, utrũ eſſet priuatio circa ſimplicem generationem modo ſit aliqua forma contraria, nec ne, in utranque partem agitatam dubiis impręſentia prorogat & differt alias tractandam. Etenim ſi quidem non eſt, quoniam omnis generatio ex contrario eſt, tolleretur de medio ſubſtantiæ generatio quæ ſane ſola apud ipſum eſt proprie generatio, alioquin ſi eſt ſubſtantiæ generatio, erit etiam in ſubſtantia aliquid contrarium, quod quidem in pręſentia negauit. Verum ſoluit has dubitationes alias dicens eſſe ſubſtantiam, cuius generatio uidetur eſſe quatenus ipſa eſt aliquod compoſitum ex materia & forma conſtitutum, quam etiam dicit non ſimpliciter fieri, ſed ſecundũ quid, nam ſecundum ſubiectum eſt ingenerabilis ſubſtantia

compoſita, quippe materia nec fiat nec intereat, ut demonſtrauit in calce primi libri, fit autem ſubſtantia ſecundum compoſitum & aggregatum id eſt fit ſubſtantia formalis quę eſt in ſubiecto quod eſt materia, ut ergo ſe habet in generatione ſubſtantia atque ut fit, ita eidem eſt aliquid contrarium uerum non ei quatenus eſt ſubiectum, ſed quatenus eſt forma in ſubiecto, ſecundum hoc igitur aliquid contrarium ei ſcilicet non ſecundum ſubiectum, ſed ſecundum id quod eſt in ſubiecto. Nam igni quo eſt conſtitutum & compoſitum atque ſubſtantia talis nihil eſt contrarium, ſed ſecundum formam, nam ſecundum caliditatem ſiccitatem, & lationem ad locum ſupremum, quo ad hęc habet contraria, & generatio in eſt ei ſecundum hæc. Cum igitur dicat in prædicamentis { ſubſtantiæ nihil eſſe contrarium } ſic intelligendum eſt quod ſubſtantiæ compoſitæ non ſit contrarium. Nam ibi mentionem fecit de hac ſola ſubſtantia, & ea quæ diuiditur in generibus & ſpeciebus, quocirca ſubſtantiæ ſimpliciter quo ſubſtantia eſt nihil eſt contrarium, neque fit ſubſtantia quo ſubſtantia. Nam fieret ex non ſubſtantia & ſimpliciter non ente, ſed quatenus hæc eſt reliqua ſubſtantia & quatenus differentiæ ſunt ſubſtantiæ, ſecundum hoc eſt etiam contrarietas in ipſis. Etenim generatio fit ſecundum hoc, differentiæ autem in ſubſtantijs ſunt formæ, ergo in his eſt contrarietas. Vel inquit Alexander nec ſubſtantiæ formali aliquid eſt contrarium, nam priuatio non eſt proprie contrarium, ex qua generatio formæ fiat, uel ſi alterū contrariorum eſt priuatio, etiam priuatio erit contrarium. Hæc igitur Alexander. Sed fortaſſis nec ex tali priuatione quæ eſt forma & dicitur contrarium, quatenus deterius contrariorum dici ſolet priuatio, fit generatio. Nam & ſi ex contraria forma habetur generatio, non tamen quatenus forma ſed quatenus coexiſtit, ac ſimul adeſt illi contrariæ formæ priuatio, cum priuatio ſit abſentia in ſubiecto apto ad recipiendum formam, ſubiectum autem eſt aptum recipere utrunque contrariorum, nam ut genus commune præſtat contraria, ita ſubiectum commune recipit ipſa contraria. Alio igitur modo nunquam eſt ſubſtantiæ formali contrarium, ſcilicet quatenus contraria ſpectantur in oppoſitione differentiarum qua inter ſe opponuntur. Equidem forma non eſt differentia, ſed comprehenſio collectioque differentiarum cum genere. Item contraria ſunt qualitates, forma uero eſt ſubſtantia. Si igitur nihil eſt formæ contrarium, quomodo igitur fit forma, uel ergo non fit, ſed una cum materia eſt ingenerabilis, & ita conſtitutum ex utriſque erit ingenerabile, ac omnia erunt ingenerabilia, uel omnia fient ex contrarijs. Nunquam igitur forma per ſe fit, nec corrumpitur. Nam ignis non modo ſecundum compoſitum & materiam ut dictum eſt prius ingenitum eſt ſed etiam ſecundum formam, fit autē ſecundum differentias conſtituentes eum, in quibus etiam ſpectatur contrarietas. Nam caliditas, ſiccitas, atque ſurſum latio, per ſe aliquid horum forma ignis non eſt, ſed hæc ſunt differentiæ, hæc nanque ſimul concurrentia ignem efficiunt, quo ad generationem igitur horum & corruptionem in contrariū ignis fit & corrumpitur. Hoc etiam modo in alijs formis uniuſcuiuſque generatio & corruptio non per ſe formæ eſt ſed eſt ſecundum differentias formę, nam corruptis illis inter ſe, una ſcilicet ab altera ſimul etiam forma perit & concidit, quemadmodum etiam cum ſimul concurrunt, forma etiam fit & aduenit.

Tex. 16.

Quoniam autem determinatum eſt quot modis natura dicitur: poſt hoc ſpeculandum eſt, quo differt mathematicus a Phyſico. etenim, plana, & ſolida, habent phyſica corpora, & longitudines, & puncta de quibus conſiderat mathematicus. Amplius autem ſi aſtrologia,

Tex. 17.

alia eſt, an pars Phyſicæ. ſi enim Phyſici eſt quid ſit ſol, aut luna ſcire; accidentium autem per ſe nullum: inconueniens eſt. & præſertim cum videantur dicere qui circa naturam verſantur: & de figura ſolis & lunæ. & vtrum ſphærica ſit terra, & mundus, an non. De his igitur nego- Tex. 18.
tiatur & mathematicus, ſed non quatenus phyſici corporis terminus eſt vnumquodque. neque accidentia ſpeculatur: quatenus talibus exiſtentibus accidunt. Quapropter, & abſtrahit. abſtracta enim ſunt intellectu a motu, & nihil refert. Neque ſit mendacium abſtrahentium.

Quod ad hoc ordinata ſit uniuerſa ſermonis intentio ſci- Com. 15.
licet ad diſtinguendum ſignificata naturæ, quoniam cum ipſa multipliciter dicatur, alius atque alius ueterum iuxta aliquod aliud ſignificatorum accipiebat naturam, ipſe manifeſtum fecit hunc in modum ſermonem concludens. Cum autem determinatum ſit quot modis dicitur natura. Illud autem quot modis dicitur de differentibus rebus in ſubiecto intelligitur & ordinatur, ſed quoniam alia ſignificata plane tradidit, & propriiſſimum ſimul occultauit. Porro pulchre ſe habebit ſi omnia breuiter percurramus, tantum prius dicentes, quod cum naturale corpus habeat materiam & formam & utrunque ex his conſtitutum, atque ſit generabile, & ob id habet motum in generationem, & cauſam motus ante omnia. Nam cum ſit motus omnino neceſſe eſt aliquod mouens eſſe, quinque modis dicitur natura. Vno quidem modo materia quæ eſt in unoquoque corpore naturali, ipſa nanque eſt id quod primo ineſt unicuique naturali rei, non formæ, ceu in artificialibus, ut in ſtatua æs, in naue lignum. Porro in unoquoque naturali corpore prima materia eſt, ut dicunt moderni, uel ultimum ſubiectum eſt ut hi qui ueteribus trahunt hoc nomen appellantes materiam ſubiectum. Vnde uidetur ipſa natura eſſe, quia oportet naturam uniuſcuiuſque in diuerſis uarijſque mutationibus ſuis permanentem uideri, natura igitur hominis eſt quæ homine accubante uigilante, moto, ſtante, & ſubeunte alios modos prorſus uidetur & ſpectatur permanere, hoc igitur modo etiam in omni naturali corpore quod permanet in diuerſis tranſmutationibus ipſius, hoc ipſum ſane erit natura, permanet remanetque materia. Quocirca Antiphon conatus eſt permanentiam materiæ a germinatione & pullulatione ſui ſimilis oſtendere, quanquam germinatio magis indicet formam ex forma fieri quam materiam ex materia. Nam homo ex homine, & lignum ex ligno fit, forma autem & lignum, quamuis comparatione ad lecticam habeat rationem materiæ. Secundo autem ſignificato naturę appellauit natura, ipſa forma quæ fit circa materiam. Nam ut æs nondum dicitur ſecundum nomen artis ſtatua, niſi acceperit formam ſecundum artem, ita & materia nondum dicitur uox ea naturale nomen, niſi acceperit formam, nam materia potentia ſolum eſt illud cuius eſt materia, ceu ſemen genitale eſt potentia animal, unumquodque autem deſignatur & tale naturam ac appellationem habet, quatenus eſt in actu, hoc autem eſt forma, merito igitur forma magis materiam ſignat & talem ſuo proprio charactere in formam facit, quam econtra. Tertio autem ſignificato natura dicitur compoſitum ex materia & forma, ceu homo. Nam ut ſubſtantia tripliciter dicitur materia, forma, & conſtitutum ex utriſque, ita & natura trifariam diceretur. Verumtamen Ariſtoteles dicit id quod ex utriſque conſtat non eſſe naturam, ſed eſſe natura duce. Nam ſi utrunque componentium ipſum eſt natura, & aliud eſt præter utrunque compoſitum per illa ſubſiſtens, non erit igitur natura proprie, ſed natura duce eſt, & ſi natura magis dicitur de natura compoſiti quam de materia, ut intellexit Porphyrius, tamen conſtat compoſitum non eſſe proprie naturam, nam nec ullum ſimplicium eſt

proprie natura, tamen unumquodque eorum eſt magis natura quam materia, quia habet in ſeipſo formam quæ magis eſt natura quam materia. Et ſecundum determinationem Antiphontis quoniam homo fit ex homine & compoſitum ex compoſito, erit etiam compoſitum natura, ſed hęc tria ſunt ſignificata naturæ ſcilicet compoſitum & elementa compoſiti, materia ſcilicet & forma. Quarto autem ſignificato natura dicitur, ceu naturalis productio, generatio & motio per quam quod oritur ab eo quod producit naſcitur, nam ut in ueſte textor eſt is qui texit, id quod texitur eſt ueſtis, & tertium eſt ipſa textura quæ, eſt quidam motus ab efficiente in eo quod agitur, ſic etiam in re naturali, aliud eſt quod naturam accipit & aliud quod naturam producit, & intermedium eſt ipſa natura talis, ut motus naturæ efficientis, ceu medicatio medicinæ artis. Quinto autem ſignificato & propriiſſimo natura eſt cauſa, ut naturalia moueantur, ceu ars eſt cauſa effectrix artificialium, & huius motus. Hæc autem natura incipit a natura quæ materia dicitur, & deſinit in naturam quæ eſt forma tradens naturam compoſiti & efficiens. Vnde hac ratione effectrix natura conuenit cum arte, differt autem ab ipſa, eo quod ars cum ſit principium externum incipit a proprijs contemplationibus theorematibusue, & deſinit ac finitur in aliquid aliud effectum quod eſt præter ipſam. Nam ſic medicina in ſanitatem deſinit. Atqui natura cum inſit ei quod producitur, ceu per naturalem productionem in naturam effecti deſinit ſcilicet natura in naturam, per naturam, niſi igitur & ars per artificialem motum in artificiale ſimile ſpecie deſinens ſeruet ſecundum hoc ſimilitudinem cum natura, et quatenus natura ineſt ac principium internus eſt naturæ differat ab arte. Cum igitur ſint plura ſignificata naturæ nomen magis proprium naturæ conuenit uelut motui & naturali productioni, nam medicationi & texturæ ac uniuerſaliter motui reſpondet, & cum his habet proportionem, ſed conceptio & ſignificatio nominis magis proprie conuenit ei naturæ quæ accipitur ut effectrix cauſa eſt rerum naturalium. Veruntamen definitio omnibus ſignificatis proprie competet, in utraque accepta. Etenim proprie natura eſt principium & cauſa motus & quietis porro natura ut motus eſt uelut cauſa inſtrumentalia. Nam per hanc natura effectrix in naturalibus motum, & quietem efficit, ceu medicus per medicationem efficit ſanitatem. Materia autem & forma, quæ ſunt principia ſubſtantiæ quæ eſt in actu ſecundum naturam, ſunt uelut naturæ elementares. Et dicit Eudemus, quod etiam materia & forma recipiunt definitionem naturæ, nam materia uidetur eſſe principium motus & id cuius gratia, nam ut plumbum deorſum petat, cauſam dicimus eſſe materiam ſubiectum, nam quod ex tali eſt materia fertur deorſum, & habet iam principium motus in ſeipſo per ſeipſum, nam quatenus plumbum deſcendit. Item forma erit principium ut finis, nam cum natura reſpicit in eſſe omnia tractat & efficit & operatur quæ ſunt in rebus naturalibus. Sed quomodo compoſitum erit principium, & cauſa cum ſit duntaxat effectus. Niſi & hoc uelut finis ſit principium. nam ſiue forma in materia ſit compoſitum, ſiue id quod conſtat materia & forma, huius certe effectrix eſt natura, & non uelut forma per ſe exiſtat. Niſi fortaſſis etiam compoſitum ſit uelut efficiens cauſa ac principium motus & quietis, quandoquidem actiones quæ motus ſunt ac actionum ceſſationes & fines quieteſue per compoſitionem aſſignentur & habentur, nam ignis ſubſtantia principium erit & cauſa calefactionis ac lationis furſum. Sed hæc ita tractata ſint. Cæterum quod mihi inquiſitione dignum eſſe uidetur id eſt quonam pacto Ariſtoteles in numeratione ſignificatorum naturæ propriiſſimum ſignificatorum naturæ omiſerit, quoniam dicimus eſſe effectricem cauſam naturalium, dicens naturam & formam appellari naturam & ſiquidem opus eſt, etiam compoſitum, atque naturalem productionem & motum quo in formam peruenitur, ubi nihil meminit naturæ ut effectricis cauſæ. Et dicendum eſt ad hoc exiſtimo, quo mox initio ſermonis de natura tradidit naturam proprie quæ eſt cauſa effectrix, et eandem definiuit. Iccirco & explicans per accidens accepit exempli cauſa medicum ſeipſum curantem, perinde atque per ſe cauſam effectricem indagaret, quæ habet proportionem & ſimilitudinem cum efficiente domum & alia quæ manu extruuntur, ibi ergo proprie naturam cum aſſignauerit, hic deinde alia ſignificata nominis naturæ perſequutus eſt ac tradidit. Niſi fortaſſis materiam proprie nec hoc in loco prætermiſerit, immo demonſtrauit indicauitque cum dicat a medicina medicationem non eſſe uiam in medicinam, ſed in ſanitatem, naturam autem uelut motum a natura in naturam. At natura quæ habet ſimilitudinem cum medicina eſt illa quæ effectrix eſt, & nulla alia iuxta quatuor ſignificata antedicta naturæ. Dicet autem exiſtimo & paulo poſt de natura effectrice, quando cauſas diſtinguet & determinabit. Sed quoniam de natura dicta uidentur iam finem habere, pulchre faciemus ſi rationem definitionemue illius repetamus & quæramus, quæ ſit natura apud Ariſtotelem & quomodo uim habeat in naturalibus. Nam pulchre a differentia eorum quæ non ſunt natura, & eorum quæ conſtant natura inuentionem eius fecit. Etenim Plato etiam hoc modo animam inuenit ſcilicet a diſcrimine eorum quæ ſunt inanimata, & eorum quæ ſunt animata, ubi inquit in Phædro. Omne enim corpus cui motus extrinſecus incidit, minime eſt. cui uero intus ex ſeipſo is ineſt, id animatum eſt, tanquam hæc naturæ animæ ſit. Item in dialogis de legibus inquit quod interiore cietur motu, id uiuere dicimus, quo etiam animatum differt ab inanimato, quod quidem & Ariſtoteles in .2. libro de anima idem eiſdem nominibus pene tulit, cum dicet. Sumentes igitur exordium conſiderationis dicimus animatum ab inanimato diſtingui uita, ſed ea quæ natura non ſunt (ut eo unde egreſſa referat ſe oratio) duplicia ſane ſunt, alia quidem ſupra naturam, ceu immaterialia, incorporea, ac ſeparabilia a corporibus, quæ in puris ſpeciebus ſunt collocata, alia uero ſunt quæ naturalibus ſunt deteriora, ceu illa quæ humana arte extruuntur agunturue, ceu lectica, ueſtis, & id genus quę ſunt materialia corporea, commune autem his quæ ſunt ſupra naturam, atque his quæ ſunt poſt naturam, eſt immobile ex ſeipſis eſſe atque immutabile, quamuis alijs hoc inſit deterius, alijs uero melius. Cum itaque naturalia media ſint inter utraque, quoniam ſubſternuntur omni ſubſtantiæ immateriali atque incorporeæ materialia & corporea ſunt, quoniam uero non prodeunt ex humana arte, ſed uelut a ſeipſis oriri & germinari, quamuis non appareat ſenſu eorum cauſa effectrix & opifex naturalia dicuntur. Et ad utriuſque rerum antedictę naturæ diſcrimen, habent in ſeipſis principium motus & mutationis. merito igitur hunc characterem & diſtinctionem naturę ac ſubſtantię ipſius Ariſtoteles tradidit, cum dicat eam eſſe principium motus & mutationis ac quietis terminantis talem mutationem. Sed cum ſit apud Ariſtotelem & Platonem anima principium motus & mutationis in corporibus animatis, quę igitur erit differentia. Nam quod ultima anima quæ uegetatiua appellatur, alia ſit a natura etiam ſecundum Ariſtotelem quanquam prius diximus, tamen etiam nunc dicatur. Et ſi ſæpe appellent animam uegetatiuam naturam tanquam prope naturam ſit eique uicina. Equidem quod omnis anima ſit ultima perfectio interna corporis naturalis organici ab ipſo dictum eſt, quare corpori habenti naturam ineſt anima uegetatiua, quæ profectio alia eſt a natura, ſed nec ſola corpora organica habent naturam, ſed etiam ſimilaria & quatuor elementa. Item dicimus animata quę habeant cauſam in ſeipſis nutriendi, augendi, & procreandi ſimilia. At naturalia plura ſunt quæ huiuſmodi non ſe habent ceu lapides, & alia metalla, atque corpora mortua & ſimplicia. Item omne corpus naturam ha-

bet. Etenim artificialium quædam, ceu ſtatuæ ſunt naturalia, ceu lecticæ lignum eſt naturale, non tamen omne corpus eſt animatum, quare anima non erit natura. Perſpicuum inquam eſt naturam eſſe inferiorem ac deteriorem anima uegetatiua. Atqui ut formæ materiæ talis anima aduenit corpori naturali, quomodo igitur Ariſtoteles tradidit differentiam inter naturam & animam? Ego quidem exiſtimo, quod etiam ſufficere puto quod ad hoc, quoniam deinceps apertius eſt dicendum, naturam eſſe in ſubiecto. At omnis anima cum habeat propriam uim ciendi, ſecernitur & ſeparatur ab eo quod mouetur. Si autem hoc non ſuppetit his qui putant etiam animam uegetalem & irrationalem in ſubſtantijs corporibus eſſe, illud ſaltem ſufficiet propriiſſimum quod ad perceptionem ſubſiſtentiæ naturæ & quo ad definitionem eiuſdem qua ſecernitur ac diſtinguitur ab anima. Nam principium motus corporibus naturam non ita Ariſtoteles dicit, ut ipſe & Plato dicunt eſſe animam, nam apud utrunque anima eſt motrix corporum. At natura eſt principium motus non quatenus mouet, ſed quatenus mouetur, ac quietis non quatenus quieſcere facit, ſed quatenus quieſcit & recipit quietem, quocirca naturalia neque a ſeipſis moueri dicuntur. Alioquin poſſent, ut inquit Ariſtoteles etiam ſeipſa firmare ſiquidem poſſent etiam ſeipſa mouere, ſed quędam idoneitas uidetur eſſe qua moueri & affici diſponique aliquid poteſt, ceu ea quæ deorſum petunt ſurſum orta, & quadam inſita natura ac ſuapte diſpoſitiuę cauſæ ſunt, nam ſi foret principium motus ut quippiam mouens, certe ſecundum hoc non differet ab anima, & a cauſa primo motrice. Sed quoniam corpora longe diſtant ab illa impartibili & indiuidua experteque dimenſionis ſubſtantia atque iuxta eſſentiam uitæ quæ antea inerat mortua fiunt & per ſe ſpiritum exhalant, & ad omnem uitam euadunt inepta, obtinent aliquam extremam & ultimam formam uitæ in ſeipſis ſecundum potentiam & aptitudinem, quam etiam naturam appellamus, per quam etiam corpora mortua poſſunt moueri & tranſmutari, atque hoc ipſum naſci, & aliquo modo agere in ea, quorum unum ab altero uiciſſim patitur. Nam ſincere pureque horum actiones non ſunt, ſed paſſiones, idcirco omnia naturalia quæ mouentur mouent, quod autem eſt proprie immobile, id ſane mouet, ut inquit Ariſtoteles. Quod autem ob id Ariſtoteles definiuerit naturam eo quod eſt principium ut moueatur, & non ut moueat, hic quidem conſtat dicens. Perinde atque natura ſit principium quoddam & cauſa, ut id moueatur & quiſcat. Item dicit quod natura eſt in ſubiecto, ſed illud quod eſt in ſubiecto non erit proprie principium mouendi ſubiectum. Porro in ultimo libro huiuſce operis dicens de quatuor elementis ſic tulit. Quod quidem igitur nihil horum ſeipſum moueat perſpicuum eſt, ſed principium motus habet non agendi & mouendi, ſed ut moueatur, ideo etiam quærit a quo moueantur elementa, cum a ſeipſis non moueantur, nam hoc uult eſſe proprium animalibus quæ animam habent, quam principium mouendi definit eſſe, & ante hunc contextum inquit. Mobile autem eodem modo natura quod eſt potentia quale, uel quantum, uel ubi, quando habuerit tale principium in ſeipſo naturam ſcilicet. Item 2. libro de coelo hæc ſcribit. nam in nullo inanimatorum uidemus unde principium motus, nam quædam ſunt quæ prorſus non mouentur, quædam uero quæ mouentur, ſed non undique ſimiliter, ceu ignis duntaxat ſurſum, & terra ad medium. Si ergo quatuor elementa ſunt naturalia, & non habent in ſeipſis unde motus principium id eſt cauſam motricem, profecto natura non hoc modo dicetur, principium motus ut ſit principium mouendi, ſed ut ſit principium ut moueatur. Sed ſi talis eſt natura ut ſi quædam potentia & aptitudo qua quippiam moueatur, quomodo ergo ſæpe ac pluribus in locis dicimus ipſam naturam eſſe cauſam effectricem, & ipſe Ariſtoteles dicit in hoc libro ipſam habere proportionem ſimilitudinemue cum arte & ad calcem libri oſtendit naturam efficere gratia finis, atque concludens illam rationem inquit. Quod quidem igitur natura ſit cauſa hoc modo uelut gratia cuius perſpicuum eſt. Item in primo libro operis de coelo plane efficientiam naturæ cum efficientia diuina ſimul ordinat dicens. Deus & natura nihil temere incaſſumque efficiunt. Sed ad hoc exiſtimo dicendum eſſe quod omne quod fit ex aliquo ſubiecto fiat quod ſane potentia ſit illud quod quidem fieri debet, atque ab aliquo actu efficiente. Vnde opus eſt utriſque ad efficiendum effectum ſit, quæ & ob id natura quatinus ſit aptitudo ſubiecti dictue eſt cere tanquam confereus ad effectum. Et cum dicet ipſam agere alicuius gratia profecto dicet tanquam ipſa natura ſit id quod ducit generationem in certum & definitum finem, & perinde ac natura non ſit dux eorum quæ fiunt a fortuna, uel a caſu, ſed eorum quæ ſunt ſic apta fieri ut fiunt. Porro dicit in hoc libro, quod in quibus aliquis finis eſt, huius gratia agitur alterum & cętera. Proinde ut agitur ita eſt aptum fieri & econtra ut natum eſt unumquodque fieri, ita agitur & fit, niſi quis impediuerit. Vides ergo quod id quod aptum eſt hoc dicit eſſe naturale. Et quãuis dixerit. Deum & naturam nihil fruſtra agere, ſic dicit, perinde atque hæc natura ſcilicet deorſum præbeat exhibeatque aptitudinem quæ ad finem & bonum reſpicit. & alter ſcilicet deus deſuper lucens & illuſtrans tale actu producant. Ariſtoteles itaque hoc modo ex differentia eorum quæ natura conſtant ab his quæ natura non conſtant inuenit ſubſiſtentiam ſubſtantiamque naturæ. Veteres autem uidentur etiam ipſi talem quandam naturæ ſententiam, & conceptionem obtinuiſſe, perinde ac illa ſpectata & conſiderata ſit per aptitudinem qua unumquodque ad ſuum motum recipit & ſubit, per quam etiam res naturales deſignantur, & proprium characterem habent, ſed cum omnia naturalia habeant materiã & formam, alij materiæ talem potentiam aſſignarunt aſcripſeruntque naturam dicentes eſſe qua naturalia ſunt apta moueri, qui item uiderunt ea quæ traſmutantur ſecundum materiam maxime mutari, ceu lectica ſecundum lignum mutatur. Alij uero dicentes naturam eſſe per quam naturalia habent eſſe eſſentiamque, quoniam forma eſt uniuſcuiuſque character per quem unumquodque ſubſiſtit & dicitur eſſe, hoc quod quidem eſt, ob id formam eſſe naturam dixerunt. Nam per eandem conceptionem naturæ per quam conceptionem unumquodque ſuum characterem ſuamque peculiarem deſignationem habere intelligitur, in omnibus utimur nomine naturæ non cunctantes dicere animæ naturam mentis, immo dei. Ariſtoteles autem materiam per ſe non putauit eſſe appellandam naturam, nam materia per ſe eſt ſubiectum imbecille tenue, ineptumque, nec formam, nam forma eſt quoddam naturale, & non natura, ſed uoluit naturam eſſe aptitudinem materiæ ad proprium motum & peculiarem quando ex hac forma in hanc mutaretur. Etenim formæ receptio participatione in materia fit ſecundum naturalem aptitudinem, forma quoque ſecundum ſuam naturam fit ex oppoſito, & facta ſeruatur, quæ etiam agendo & patiendo mouetur, & magis patiendo agit, quare materia & forma potius naturalia ſunt, ſed neutra eſt natura. Similiter neque compoſitum eſt natura, uerum ſi natura hæc appellari debent, magis forma erit natura quam materia, quia præbet characterem & deſignationem peculiarem unicuique ac potentiam, ſimiliter compoſitum erit magis natura quam materia propter formam, quoniam naturale prorſus ſit hoc uel hoc, quando receperit formam. Nam materia per ſe indefinita eſt. Cum ergo aptitudo ad ſubſtantiam formæ recipiendam ſit natura, merito prior eſt aliquo modo quam forma cum potentia ſit in materia, & prius in ſeipſa oſtendit formam, cuius eſt natura, & eſt, ceu ipſa naturalis pro-

ductio, & germinatio a materia. Idcirco & hi qui dicunt extremam uitam eſſe naturam pulchre aiunt. Nam ut prima uis & prima uita quæ ſubſiſtit ſecundum primum entis motum, a primo ente, ceu remotio quædam ac ſecretio in ſeparationem formalis ſubſtantiæ, & ab eſſe eſſentiaque in actione abſtractio eſt, ſic etiam a prima materia naturalis productio formæ & motus in eandem, ſecundum potentiam formæ conſiderata eſt extrema ultimaque uita atque potentia & ob id ſupernum ens eſt ſupra uitam, & infima materia eſt poſt uitam, quoniam reliquæ ſuperiores cauſæ ſæpe præueniunt his quæ ſunt deteriores, cum igitur uita ſit natura formæ, non ſolum naturalis productio eſt ipſius, ſed etiam facti eſt iam copulatio, & conſtantia coexiſtentia ad agendum & patiendum ea quæ apta eſt pati. { Poſt hæc contemplandum eſt quo mathematicus a naturali philoſopho differt. } Vult merito diſcrimen inter mathematicum & philoſophum naturalem afferre quoniam uidentur circa eadem uerſari. Etenim naturalis circa naturalia corpora uerſatur, hæc autem habent plana, ſolida, longitudines & puncta, de quibus etiã mathematicus conſiderat, unde mathematica erit pars philo ſophiæ, cum etiam ipſa ſit ſpectatiua rerum naturalium. Similiter diſcrimen tradit inter naturalem & aſtrologiam, quippe quæ uideatur etiam ipſa conuenire cum naturali, & maxime quia etiam aſtrologus uerſatur circa ea quæ mouentur, quemadmodum etiam naturalis, & non circa immobilia, ut geometra, quo circa de eiſdem unum dicere naturalis & aſtrologus. Nam & ſi naturalis de ſubſtantia aſtrorum diſſereret, & mathematicus de accidẽtibus, ceu de motu, ipſorum magnitudine, & figura, atque de diſtantia eorum inter ſe, tamen & naturalis de his differit. Nam abſurdum ei eſt hæc ignorare qui uidetur conſiderare naturam eorum quæ ſunt. Item uidentur hi qui de natura tractant, etiam de figura ſolis & lunæ dicere atque oſtendere terram eſſe orbicularem & uniuerſam, quod quidem ipſe fecit in libris de cœlo, & Plato in Timæo, cum de his demonſtrarit has affectiones utentes naturalibus demonſtrationibus. Si ergo naturalis, & de ſubiecto aſtrorum, & de accidentibus eorundem conſiderat, & Aſtrologus de ſolis accidentibus pars naturalis ſcientiæ uidebitur eſſe aſtrologia, quo igitur pacto affines atque cognatę eiuſdemque generis & uicinę cum naturali ſcientia mathematica & aſtrologia erunt, & propter hoc differentiam ipſarum opus eſt tradere. Differt autem mathematicus a naturali, primum quidem quoniam naturalis non ſolum de accidentibus quæ inſunt naturalibus dicit, ſed etiam de materia, cum mathematicus nihil de materia anxie inueſtigat multaque dedita opera tractat. Deinde & de accidentibus de quibus utrique dicunt non eodem modo dicunt, ſed naturalis quidem dicit de planis & lineis ac punctis tanquam de terminis corporis naturalis & mobilis. Mathematicus autem motum inſitum ſibi non uendicat uſurpatue, nec ea complectitur aſſumitque uelut terminos naturalis corporis, nam nec ipſi ſubijcitur naturale ſolidum, ſed illud ſolidum quod duntaxat eſt trifariam dimenſum triplici ſcilicet dimenſione conſtans, perinde hæc quæ conſiderat mathematicus ſint per ſeipſa nullius rei copulata ſed abſtracta. Nam hæc uerſantur circa ea quæ ſunt mente intellectioneque ſeparabilia. idcirco etiam mathematici ſeparant ipſa & nihil ob id falſi ſequitur, nam cum ſeparet ipſa mente & intelligentia a corporibus naturalibus, atque ab omni motu, ſic accidentia ita ſubiectis accidere conſiderat, quare ſi neque uelut de naturalibus dicit, neque de his quæ uelut naturalibus inſunt profecto, nec naturalis erit mathematicus, neque mathematica erit pars naturalis ſcientiæ. Item nec aſtrologia. Etenim ipſa etiam conſiderat accidentia rerum naturalium, ſed non qua naturalibus accidunt, ſed conſiderat quali figura ſint corpora figurata, & mota, quare & Aſtrologus quanquam dixerit de his quæ per ſe inſunt naturalibus corporibus, tamen non quatenus talia inſunt naturalibus quærit, neque demonſtrat quod tali naturæ tales figuræ, & magnitudines ac motus competat, ceu de cœleſti corpore quod orbiculare ſit naturalis oſtendit eo quod ipſum ſolum eſt primum ſimplex, perfectum, & unius ſpeciei inter ſolidas figuras. Nam rectilineæ figuræ compoſitæ ſunt ex pluribus, & poſteriora ſunt & ob id hæc primo corpori non competunt, ut Ariſtoteles demonſtrat. Aſtrologus autem oſtendit cœleſte corpus eſſe orbiculare eo quod ſphæra inter figuras ſolidas iſoperimetrices. ideſt æquales undique menſura ſphæra eſt capacior maioriſue ambitus. Hoc igitur pacto Ariſtoteles breuibus oſtendit diſcrimen inter naturalem diſciplinam & mathematicam atque aſtrologiam. Alexander autem quædam uerba Gemini diligenter & accurate in medium adducit ex compendio epitomeque expoſitionis Poſſidonij in meteorologicis, quæ ſane uerba accipiunt occaſionem, ex dictis Ariſtotelis ſic itaque ſe habent, naturalis quidem contemplationis eſt conſiderare de ſubſtantia cœli, aſtrorum, ui, qualitate, generatione & corruptione, & per hæc de magnitudine, figura, & ordine demonſtrare poteſt. At aſtrologia de tali quidem nullo nititur dicere, demonſtrat inquam ordinem cœlorom, quæ mundum re uera ſtatuit, ac enunciat aſſeritque cœlum eſſe, & dicit de figuris, magnitudine, interuallis, diſtantijſque terræ, lunæ & ſolis, de deliquijs & coitu congreſſibuſque aſtrorum, & de qualitate & quantitate motuum lationumue eorundem. Vnde / quoniam aſtrologia tangit contemplationem circa quantum, & quantumuis, & quale ſecundum figuram, merito indiguit arithmetica & geometria. Vnde de his quorum rationem duntaxat ſe traditurum pollicitus eſt, per arithmeticem & geometriam, eam roborare & affirmare contendit. Sæpe igitur ac pluribus in locis demonſtrans, & Aſtrologus & naturalis proponent idem caput uidelicet quod ſol magnus ſit, quod terra ſit orbicularis, qui tamen non eadem uia incedunt, & petunt. Nam alter a ſubſtantia, uel ui, uel ſic ſe habendi melius & præſtantius, uel a generatione, & tranſmutatione ſingula demonſtrabit, alter autem ab accidentibus figurarum, uel magnitudinum, uel a quantitate motus, & a tempore quod conuenit & æquatur eidem, ſingula explicabit. Equidem naturalis cauſas ſæpe numero ſpeculabitur reſpiciens ad uim effectricem. Aſtrologus autem quando ab extrinſecis accidentibus demonſtrauerit, non eſt ſufficiens ſpeculator ſubſtantiæ, ceu quando terram eſſe orbicularem, & aſtra trahit, neque alicubi auet appetitque cauſam accipere, ceu cum diſſerat de deliquio defectu eclipſique ſolis & lunæ, aliquando autem per ſuppoſitionem inuenit quoſdam modos tradens, quibus exiſtentibus ſeruabuntur ea quam apparent, ceu ſi dixerimus, cur ſol & luna & planetæ difformiter, & non æquo inceſſu & ordine circunferuntur, reſpondebit Aſtronomus, quia ſi ſupponamus eccentricos circulos ipſarum planetarum, uel aſtra polaria ſcilicet polos & cardines eſſe eorum ſecundum epicicluum, ſeruabitur ſane eorum in motum difformitas, atque irregularitas quæ uidetur & apparet. Porro oportebit percurrere, ac narrare quot modis hæc quæ apparent perfici queant, quare eo modo quo fieri poteſt, tractatio de aſtris errantibus contrahit ſermonem de cauſis. Proinde quidam (inquit) Heraclitus Ponticus olim dixit terram aliquo modo motam, & ſolem manentem aliquo modo, poteſt ſeruari ea difformitas & uarietas, quæ apparet circa ſolem. Verum proſus Aſtro-

logi non intereſt cognoſcere quid ſit quieſcens natura, & quæ moueantur, ſed ſuppoſitiones & poſtulata introducens, uidelicet eorum quæ ſunt alia ſtare, alia uero moueri, conſiderat quæ uidentur in cœlo, nonnullis prius ſtatutis poſtulatis. Sed ipſi ſumendum eſt, principia a naturali ſimplicia eſſe regulariaque, ac ordinatos recteque digeſtos eſſe motus aſtrorum, quibus demonſtrabit, choream circularem eſſe omnium, quæ cum æqualiter diſtant, tum etiam quæ obliquis circulis euoluuntur circumque rotantur. Hæc igitur Geminus, ſiue Poſidonius qui hæc a Gemino accipiens Geminius, qui occaſione ex dictis Ariſtotelis accepta diſcrimen inter naturalem diſciplinam & aſtrologiam tradidit. Cæterum ad uerba contextus, ubi inquit. { & nullum eorum accidentium quæ per ſe competunt naturalibus ad eundem ſcire attineat } quibuſdam profecto eſt, quæ quidem dicit merito, quoniam neceſſe eſt, ſcientem aliquid iuxta ſuum peculiarem modum, etiam ſcire propria euſdem ac proximas differentias. Nam ſi hæc ignoraret, neque ſi quæ ſunt eiuſdem ſimiliſque generis. hæc ipſa differant ſciet, quod ſi ignorauerit, certe opinabitur omnia eſſe ſimilis generis inter ſe, quare ſi hoc contigerit, etiam contraria accident. Si ergo figuræ, magnitudines, & tales motus aſtrorum ſunt propria corporis diuini, neceſſe eſt naturalem hæc etiam callere. Poſtremo hic uſum nominum quibus nunc utitur Ariſtoteles perpendere explicareque dignum eſt, quoniam nunc uidetur mathematicum appellare geometram. Nam is eſt qui plana, ſolida longitudines, & puncta habet, quamuis proprie mathematice contineat arithmeticem, aſtrologiam, ſiue ſphæricam harmonicem, uel regulatricem. Sic etiam nomen aſtrologiæ, quæ nondum perfecta & abſoluta ad Græcos uenit, ut uidetur, de ea facultate dicitur quæ nunc eſt aſtronomia appellata. Iuniores autem diuidentes nomen, eam quæ conſiderat motus cœleſtium appellant aſtronomiam, illam uero quæ uerſatur circa ea quæ efficiuntur ex eis aſtrologiam proprie cognominarunt.

Tex. 19. Latent autem qui hoc faciunt, & qui ideas dicunt. Phyſica enim abſtrahunt, cum minus ſint abſtracta mathematicis. Fiet autem hoc manifeſtum, ſi aliquis vtrorunque tentauerit dicere terminos, & ipſorum & accidentium. impar enim erit & par, & rectum & curuum, adhuc autem & numerus, & linea, & figura, ſine motu: caro autem, & os, & homo, non amplius. ſed hæc, ſicut naris ſima, ſed non ſicut curuum, dicuntur.

Tex. 20. Demonſtrant autem, & quæ ex mathematicis magis phyſica ſunt, vt Perſpectiua, & Harmonica, & Aſtrologia e contrario enim, quodammodo ſe habent ad geometriam. Geometria enim, de phyſica linea conſiderat, ſed non quatenus eſt phyſica. Perſpectiua autem mathematicam quidem lineam, ſed non quatenus mathematica, ſed quatenus phyſica eſt.

Cum dixerit mathematicos ea quæ ſunt a ſubſtantia ſubſiſtentiaque inſeparabilia per conceptionem ſeparantes hoc modo de eiſdem uerba facere, quoniam tres dimenſiones a naturali corpore ſecernunt, & ab ipſis tribus, duo ſcilicet planum accipientes per ſe, atque ſeorſum & a duabus unam quando lineam ſtudioſe tractant uſuique ſemper accommodant ſuo. Item inquit, latere illos qui aiunt ideas eſſe, immo quoddam abſurdius agere uidentur, nam mathematici lineas & plana atque talia ſeparant a naturalibus corporibus, quæ quidem & ſi ſubſiſtentia ſint inſeparabilia, tamen intelligentia conceptioneque ſeparata eſſe nullum impoſſibile ſequitur. At hi naturales formas ſpecieſque ſeparare nituntur, ceu hominem, carnem, & huiuſcemodi alia, quæ certe minus ſunt ſeparabilia quam mathematica. Illud autem { minus } uidetur Philoſophus dicere propter cautionem, cum naturalia nullo pacto eſſe ſeparabilia, nec conceptione uelit, & tradit regulam eorum quæ poſſunt ſeparari, & eorum quæ minime abiungi queunt. Etenim quando hæc, quæ ſecernimus & ſeparamus definientes non complectimur in definitione illa a quibus ipſa ſecreuimus, neque intelligentia ſimul ea concipimus, ſed hæc per ſe definimus, & intelligimus, ceu indefinientes corpus mathematicum dicimus eſſe, id quod habet tres dimenſiones, nequaquam in hac diffinitione modum uel motum naturalis corporis ſimul proferentes, atque dicimus planũ eſſe qđ longitudinẽ & latitudinẽ ſolum habet, & in numeris ſimiliter, tunc hæc ipſa dicimus eſſe ratione & cogitatione ſeparabilia, cum autem uolentibus nobis definire ea quæ ſeparantur, prorſus una apparerent illa a quibus ſeiunguntur, & nequirent ſine illis, intelligi animoque concipi, tunc talia aſſerimus intelligentia & cogitatione inſeparabilia eſſe. Hæc autem caro, os, & homo ſunt, nam non modo unumquodque horum naturale & materiale ac aggregatum eſt, ſed etiam ut compoſitum cogitatur & percipitur. Quibus addit etiam, diſcrimen de figura, quæ aliquando poteſt per ſe intelligi, ceu quando per ſe diceretur, ceu gibboſa conuexaque figura, aut concaua, aliquando autem non poteſt, ceu naſi cauitas. Etenim ſimitudo eſt cauitas, ſed non quæuis, ſed illa quæ in naribus eſt cauitas, ideo ſimitatem ſine naſo intelligi animoque uolui non poteſt. Porro definitionem aſſignantes dicimus ſimitatem eſſe cauitatem in naribus, ſi ergo & hominem definientes animal rationale mortale, dicimuſue exemplare hominis ſecundum ideam definitum eſſe quippiam aliud ens homo dicitur, & homo ſic non erit conueniens & communicans naturali homine ſecundum ſubſtantiam neque exemplare eius, uel ſiquidem & ipſe animal rationale mortale eſt, & ab ipſo exemplari hac ſimilitudine ad ipſum talis homo eſt talis qualem definimus eſſe, certe neceſſe eſt ut etiam illud exemplar hominis cum motu & corpore intelligamus. Nam animal eſt ſubſtantia, animata ſenſitiua, & ſecundum locum motiua, quomodo igitur ſit ibi

Com. 11.

animal,

animal,uel quomodo mortale,difficile eſt etiã fingere,uel quomodo omnino naturalia materialia & in motu ſunt, ceu caro, os,homo,& aliorum unũquodq;. Quod uero nequeãt omnia à naturalibus ſeparari,oſtẽdit ex hoc,quoniam quãuis mathematicæ diſciplinæ aptę ſint queantq; ſeparare, tamen hæ quæ ſunt magis naturales & motum ipſiſmet accõmodant, quales ſunt perſpectiua,muſica,aſtrologia, cũ iam ſenſibus utãtur & ſubſtantias quę mouentur,nequeũt hæc ſeparare à materia & à natura. Etenim pſpectiua lineas,ceu geometer accipit,& muſica proportiones numerales ſeſquioctauam, ſeſquitertiam,duplam,ut etiam arithmetica. Item aſtrologia ſphæras & circulos,ut ſcientia de ſphæris,quæ tamen nequeunt à naturalibus, motis,atq; materialibus ſeparari, quemadmodum illę ſeparãt hæc,& eadem per ſeipſa definiunt, quibuſque uelut ſeparatis utitur,quãuis principia pſpectiuus à geometra accipiat,& muſicus ab arithmetico, & aſtrologus à ſphærico ſcilicet artifice qui de ſphæris tractat, & hi artifices ſunt ſub illis, ceu medius ſub naturali. Quod ãt neq; pſpectiuus,nec muſicus,nec aſtrologus queant ſeparare à naturalibus ea quæ ſubijciuntur ipſiſmet naturalibus perſpicuum fiet,cum unuſquiſq; duceretur in uſum ceu is qui opere,& agendo laborandoue cõtemplatur. Nam tum ſi habent econtrario quodãmodo & aborſum atq; ſe habent principaliores,nam geometria de linea naturali conſiderat,quę eſt ut terminus,ſed non qua naturalis. Perſpectiua autem accipit lineam mathematicam, nam ut longitudinẽ ſolum ſine latitudine illam cõſiderat, ſed non qua mathematicã, ſed qua naturalẽ. Quod uero perſpectiua accipiat lineam mathematicam,indicio ſunt ipſa interualla,ipſeque deſcriptiones, ac protractus pſpectiui. Si ergo lineas numeros,circulos quę quãuis rationes ſecerni apta ſint ſeparari ſemper non eſt poſſibile,quanto magis naturalia ipſa & compoſita,quorũ etiam definitiones uelut compoſitorum & naturalium aſſignantur. Hæc pulchre itaq; Ariſto. aduerſum ſententias & intelligẽtias uulgares & plebeias de ideia obiecit, quæ nullam idearum ibi eſſe conſentiunt,quæ etiam materiales formas abſolute perfectęq; à materia non expoliantes,eas imaginãtur p̃eſſe in mẽte opificis,quas omnium ſimplr eorum quę hic ſunt,& eorum q̃ cum materia ſpectãtur,ac eorum quæ cum modo ſubſiſtẽtiæ hac ratione accipiuntur,ideas eſſe putant. Intelligunt tamen ſimilitudinem,non uelut ſimulachrorum fictorumque,ceu eſſe exemplaria ſunt eorum quæ hac ratione ſe habent ad illa,ſed uelut idẽtitatẽ. Etenim ſi homo reuera materialis is eſt qui ſenſu motu utitur & corporeus eſt,ac habet mortalem ſuimet cõſtitutionem,certe non erit ibi homo. Si autem ea quæ ſunt hic generabilia ſunt,& omne quod gignitur à cauſa neceſſe eſt generari,& non ſolum à cauſa communi. ſed definita & ab hac ſubſiſtente,oportet prorſus præineſſe in mente opificia cauſa ſeparans eorum quæ ſecundum formam fiunt, ceu liquet in ædificatore,in quo alia eſt prarietes ædificandi ratio, & alia tecti. Quod ſi nomina transferentes ab his hinc ad illa ibi,ſiquidem ea uelut cauſas definitas,& uelut hanc rationem ibi habẽtes,quam hic habent ea quæ & efficiuntur,eiſdem nominibus appellabimus,nullum opinor ſequetur abſurdum. Etenim ipſe etiam Ariſto. duplicem aſſerit eſſe ordinem,alium in mundo,alium uero in cauſa mundi,ceu alium dicimus eẽ ordinem in acie exercituque & alium in duce Imperatoreq; belli ac exercitus. Atqui ſi quis ordinem hic,uelut hic eſt,definiuerit,certe mundus non cohęreret congrueretque ordini qui eſt in mẽte,quare neq; nomen. Etenim ſi quædam definitio una eſt Socratis ſit ut fictus formatuſque eſt, hæc certe non congrueret adaptarique poſſet exemplari ſuo. Verũtamen ſi iſte complecteretur in definitione ſimilitudinem effigiati ad ſuum exemplar,ceu ſimum, caluum, & oculis priuatum omittens ſubiectam mãm,certe nec tunc definitio Socrati competet, tamẽ ſimilis erit definitioni eius. Non enim ſimitas eſt in ſimulachro effigieq; Socratis,ſed ſimilis & ſimulachrum illius eſt, ſed q̃d ſint cauſæ naturalium,& rationes præexiſtẽtes, ex quibus hęc emergunt,neq; hi qui uenerantur & laudant Ariſt. dicta ambigunt. Qui autem ideas ponunt, non modo ferunt ipſas eſſe cauſas, cauſas horum quę ſunt hic,ſed etiam exemplaria,cum ea quæ hic ſunt ſecundum illorum ſimilitudinem conſiſtant, ideo nominibus eiſdem utũtur in utriſque. Quod ſane rõnem non haberet,niſi etiam naturalis ſpecies intelligentia & conſideratione ſepararentur. Sed ſcire dignum eſt, q etiam Ariſt. nouit aliud eſſe compoſitum ex materia & forma,& aliud eſſe ipſam formã & ſpeciem. Et porro aliam diffinitionẽ materiæ, & aliam formæ,atq; aliam compoſiti aſſignandam eſſe ubiq; inquit,ſed in his contempletur formam per ſe, quãdoquidem dicat ſpeciem & formam eſſe naturã. Non enim dicit compoſitum tunc,cur igitur naſcitur fitq; non ex quo,ſed in quod,igitur forma eſt natura. Et patet quod cuius formæ diffinitio non ſecũdum compoſitum aſſignatur,neq; materiam aſſumit,ſed eſt ex ablatione ea quæ à compoſito eſt. Et nullum abſurdum eſt in his diſſoluere compoſiti rationem in rationes ſimplicũ, ut etiam ipſe alias inquit,quare non ſolum mathematicas ſpecies intelligentia poſſibile eſt ſeparare,ſed etiam naturales,ſiquidem & proprias diffinitiones ſine materia ſunt aſſignandę. Equidem non eſt hoc exemplar quod ſecundũ intelligentiam eſt ſeparatũ, ſed cum ſit ratio ſeparata ſm formã, poteſt aliq mõ cõpetere exẽplari,ſi quis ipſam uelut ęquiuocã et nõ uelut ipſam acciperet et uelut ipm ſimulachrũ atq; effigie cõſtructũ ad exemplar aſſimilatum,nam exemplar Plato uocat etiã animal,cum dicat in Timæo,cuius igiẽ mẽtis ideæ cum inſit huic quod eſt animal. Et patet quod illud animal non eſt naturale, ſed intellectuale naturalis animalia exemplum,ut etiam Socrates non pictus Socrates,ſed picti exemplum & proprie Socrates eſt,cum ſimilitudo ſit non ſecundum materiam ad ſimulachrum,ſed ſecundum formam quæ intelligentia & conſideratione ſeparatur. Quod uero earum formarum & ſpecierũ cauſæ diffinitę,& ſint ipſarum exempla, puto demonſtrari poſſe, ſi prępoſitionibus Ariſtotelis utamur. Nam naturalia dicimus eſſe ex materia & participatione formæ cum materia participet forma ſm participationem in ſeipſa,omnis autem participatio media eſt inter participantem & id quod participat immiſſã atq; ingeſta eſt ipſo participanti ab ipſo quod particeps eſt. Et eſt participatio ſimilis ſpeciei cum participato, & etiam caliditas & accenſio ignitioue ab igne in corpore calido ſimilis ſpecici eſt cum calefaciente. Nam unumquodque quod habet hoc cõmunicat participãtibus,quare forma & hic,quia eſt participatio formæ ſeparatæ,ſimilis eſt formæ ſeparatę,ſed q ſimile eſt formæ ſeparatę, & ad ipſum factum atque ſimulachrum eius eſt,formam ſeparatam habet exemplar. Appellat autem Ariſtoteles etiam cauſas formas,et ſi quidem participationes illarum ſunt ea quæ ſunt hic,erunt profecto ipſis pꝛſus ſimiles ſpecie. Et forte nihil abſurdi eſt,& eandem denominationem aſſequi. Verum aliquis forſitan nõ concedet ſpecies et formas quæ ſunt hic eſſe participationes,ſed principalem ſubſiſtentiam. Nam neq; ibi eſſe hominem uel equum aſſentiret, ſed cauſas horũ in alijs ſpẽbus & formis ſubſiſtentes, & harũ motrices tanquã ex deo fit homo,& ex imobili mobile non ſimile ſpecie. Porro eos qui ſic dicunt interrogãdum eſt,ſi ibi nihil pulchri,nihil boni,nec ſubſtãtiam,nec uitam, uel cognitionem,uel actionem, uel numerum, uel aliquid ſic præſtãtia & fructu prædictum ponunt. Et quod quidem Ariſto. hæc eſſe etiam ibi concedat indicat dicendo plane illud eẽ quod omnibus expetendum eſt,& mentem eſſe in ſua ſubſtantia actionẽ, atq; ſubſtãtiam uitã,mentẽ in idem ducens atq; bonũ ipſis tribuendo,& totidem eſſe cãs imobiles cum ipſis corporibus cœleſtibus. Sed perſpicuus manifeſtuſq; eſt Ariſto. has intelligentias idearum atq; ſentẽtias grauiter ferẽs quæcunq; cum nominibus hic & diffinitiones trahũt eas quæ cõphendũt naturalem cauſam eorũ quę ſunt hic, ideo quędam nomina ęgre fert, & quædam non reſpueret etiam afferre his quæ ſunt puriora, ceu bonum,ſubſtãtiam,uitam,mentẽ,actum,actionẽue. Si ergo aliquis diceret hæc ibi eſſe, ſed non eiuſmodi qualia ſunt ea quæ ſunt, hic etiam nos fatebimur hoc, cenſebimuſque

merito & ipſum eadem dicere de homine, equo, & cæteris id genus. Neq; enim nos exiſtimamus ibi hominem corporeum eſſe, ſiquidem neq; is eſt talis qui in ratione naturali eſt, ſed eſſe quandam ſimilitudinem corporei hominis ad incorporalem, ceu corporei boni ad incorporeum bonum. Et prorſus ſi generabilia ſunt ea quæ hic ſunt, & omne quod fit ab aliqua cauſa fieri neceſſe eſt quæ prius ſumat rationem eius quod fit, ne fiat temere & ſine ratione, atq; in infinitũ abeat, atq; quod fit aſſimiletur rationi, talis profecto cauſa erit eorum quæ fiunt exẽplum. Item ſi ante ea quæ ſempiterno cientẽ motu oportet eſſe immobile cauſam motus indeficientis, & non ſolum cõmunẽ, ſed etiam unicuiq; ſeorſum determinatam, ut ipſe Ariſto. oſtẽdit hic & in tractatione de cœlo, & unaquæq; ſpecies quæ eſt hic ſempiternam habet mutationem ſecundũ indiuidua, patet quod erit uniuſcuiuſq; cauſa determinata immobilis, ut homo ſtans, ut etiam mutatus habeat indeficiẽtem mutationẽ. Item pluribus in locis Ariſto. naturam arti aſſimilat, ut etiam paulo ante in quibus dixit. { ut enim ars dicitur id ſm artem, & artificiale, ſic natura dicitur id ſm naturã et naturale. } Si ergo ars ſm rationes efficit aſſimilans artificiarijs rõnibus ea quę fiunt, ꝓfecto etiam natura ſic facit, ideo nec fruſtra facit. Si ergo nõ prima cauſa eſt natura, ſed quippiam aliud eſt prima omnium cauſa ut natura naturalium, patet quod etiam illa quæ fiunt rationes & cauſas præaccepit, & illis rationibus aſſimilat quæ fiunt. Hæc igitur & plura alia dici poſſunt quæ ſm ſuppoſitiões Ariſt. oſtendent eorum quæ fiunt prȩeſſe cauſam exemplarẽ. Quædam autem aliæ plures rationes ſunt oſtendentes quod omnis forma ſpecieſq; ſeparatam habens ſubſiſtentiã eſt q̃dam principium ingenitum & immobile. At neq; ea quæ eſt in materia primo cum ſit participatio & affectio materię, neq; ea quæ eſt in natura in ſubiecto, & hæc ſubſiſtens eſt, neq; ea quæ eſt in anima. Nam & ſi ſeparabilis eſt, tamen cum ſit ſeipſa mobilis quandam duplicitatem habet & nihil magis mouet quam mouetur, neq; eſt magis principium quam ex pricipio, oportet igitur eſſe principium immobile & ingenitum & effectiuum tantum, ſed minime & factum. Tales autem ſunt ſpecies & formę in mente primo ſeparatę & immobiles atq; ingenitę & principaliter entia, quandoquidem etiam dicuntur cãæ eorum quæ fiunt ad quas ſimilia fiunt ea quæ fiunt. Si ergo q̃dam ſunt nomina quæ non ſint ſpecierum quę ſunt hic, ſed cõpoſitorum, non opus eſt horum ſimilitudinem ad illa transferre, quia proprietates deſuper uſq; ad extrema ꝓcedunt ſm remiſſionem. Modi autem ſubſiſtentiarum, ceu immobilem eſſe, & ſeipſa mobilem, uel materialẽ, in proprijs locis manent non alijs cõmunicatę. Si ergo fuerit aliquod exẽplum ſpeciei & formæ quæ ſit cum materia, non oportet huius exẽplum quęrere. Nam ſpecierum & non materiæ ſunt exempla, nam ſimitas ſimul inferens naſum, quia & naſus q̃dam ſpecies & forma eſt, non mirum eſt ſi habet aliquod exẽplum eorum quæ ſunt ſm naturam, licet non ſit ſm paſſionem ſimi cauſa. Si autẽ aliqua forma cum materia accipietur, & ſimul nomen & intelligẽtia conceptuſq; ſm nomẽ inferret mãm cum forma, non oportet huius exemplum quærere, cui maxime uidetur Ariſt. repugnare, quare & animalis ſpeciem formamq; ſi ipſam per ſe intelligere poterit ſeparans proprietatem participem naturę nihil abſurdi, puto etiam ſm Ariſto. rationem eius præſupponi quę ꝓbeat ſimilitudinẽ eius ipſi materiæ. Et in homine ſi eſt aliqua ſpecies formaq; homo à materia participata, nihil prohibet ſimilitudinẽ eius eo reducere, ſi uero hoc nomen & res cum materiam dũtaxat ſubſiſtit, ut ſimitas, qui tentauerit idem eo reducere, ſuſtineat Ariſtotelis rationes.

Tex. 21. Cum autem natura duplex ſit, & ſpẽs & materia, vt ſi de ſimitate quid ſit cõſideremus, ſic contẽplandum eſt. Quare neq; ſine materia, neq; ſecũdum materiam, quæ huiuſmodi ſunt.

Com. 14. Cum dixerit quod mathematicarum ſcientiarum aliæ quidem ſeparantes terminos & accidentia materia ſic ipſa conſiderant, ut geometria de naturali linea quęrit, ſed qua naturalis eſt, aliæ uero ſeparatus à mã utuntur, ut mathematica linea, ſed non quatenus mathematica, ſed q̃tenus naturali, ut ꝑſpectiua, memo, ſubiũgit, quomodo naturalis cognoſcit naturalia, & inquit, q̃d uelut cõpoſita ipſa ex materia & forma cognoſcit, ſed non ſm materiam, ſed ſm formã, ut qui cognoſcit ſimum cognoſcit quidem cum naſo, ſed ſecũdum cauitatem, & hoc merito. nam naturalis eſt contemplator naturæ, ſed dupliciter ſm materiam & formã dicitur & principalius ſm formã, merito igitur qui cognoſcit aggregatũ ex ambabus ſm formã, & ſiquidem mã ſit cognoſcibilis ꝓportione, & forma ſm affirmationem, merito cognitio compoſiti nãciſcitur & ꝑficiſcitur.

Etenim iã & de hoc dupliciter dubitabit quis,
cum duę naturę ſint, de vtra eſt Phyſici, an de eo
quod eſt ex vtriſq;? ſed ſi de eo quod eſt ex vtriſ-
que, & vtraque. Vtrum igitur, eiuſdem aut alte- Tex. 22.
rius, vtrãque cognoſcere? Ad antiquos enim a-
ſpicienti, videbitur vtique eſſe materię. ad exiguã
enim partem quandam, Empedocles & Demo-
critus ſpeciem & quod quid erat eſſe, tetigerunt.
ſi autem ars imitatur naturam, eiuſdẽ autem eſt
ſcientiæ cognoſcere ſpeciem & materiam vſque
ad aliquid (vt medici ſanitatem, & choleram, &
phlegma, in quibus eſt ſanitas. ſimiliter autem &
ędificatoris, ſpeciem domus, & materiam, lateres
ſcilicet & ligna. ſimiliter autem, & in alijs) & Phy
ſicæ vtiq; erit cognoſcere vtraſque naturas. In- Tex. 23.
ſuper eiuſdem eſt, id cuius gratia & finẽ, & quæ-
cũque ſunt horum gratia. natura autem, finis eſt,
& id cuius cauſa. quorũ enim continuo motu exi
ſtente, eſt aliquis finis ipſius motus: hic vltimum
eſt, & id cuius cauſa. Quocirca & Poeta, deriſo-
rie adductus eſt vt diceret. Habet finẽ, cuius qui-
dem cauſa factus eſt. Vult enim, non omne vlti-
mum eſſe finem, ſed optimum.

Cum dixerit quod dupliciter natura, & quod de ambabus Com. 15. phyſici naturaliſue eſt dicere, tamen de principaliori principaliter, & hæc enunciarit ſine demõſtratione tanquam audiendi ſuperficietenus ſic uideretur, quia & ipſe inſinuarit demõſtrationem. Si enim dupliciter natura, & altera eſt principalior altera, atq; notior de ambabus erit naturalis dicere ſecundũ principaliorem. Verũtamen uelut hoc ſine demonſtratione dictũ dignum eſſe dubitatione inquit. ſiquidem hæ duæ naturæ elementares ſint, de utra erit naturalis dicere. Et ex diuiſione aliq̃ modo producunt quæſtionem. Vel enim de altera, uel de utraque, uel de eo quod eſt ex ambabus, & ſi de hoc q̃d ambabus conſtat, profecto & de utraq; dicere ad eum attinebit, nam fieri nequit ut compoſitum aliquis cognoſcat, ſi ignorarit ſimplicia. Quod ſi de utraq; uidelicet materia & forma, igitur eiuſdẽ eſt cognoſcere utrãq; uel alterius & alterius, uerum in tali diuiſione ſectionem utriuſq; per ſe omiſit, tanquam aſſignaturus idem cum ipſo aggregato ex utraq;. Sic igitur quæſtionem diuidens, oſtendit quod ueteres naturales circa alterius quæſtionem uerſati ſunt ſcilicet eius ſecundum materiam, cum Empedocles parum & Democritus naturã formæ attigerint. Equidem Empedocles litem & amicitiam tanquã cauſas in ſpecie quippiã ponentes faciẽteſq; inter principia ſtatuit. Democritus autem figurã & poſitionem, atq; ordinẽ exiſtimo, formã ſm rationem determinat qua unũquodq; faciebat. Etenim & quadam ratione facit carnes oſſa, & unumquodq; aliorum, proinde dicit in primo naturalium.

Terra

Terra amabilis in gignendis optime formis,
Duæ partium octo ſortitę ſunt ieiunum ſplendorem,
Quatuor autem uulcani, oſſa autem alba facta fuerunt,
Harmoniæ diuinitus coherentia conglutinatione.

Ideſt à diuinis cauſis, & maxime ab amicitia uel harmonia, nam eius glutine cohęrent coaptaturq́. Sed de Anaxagora mē tionem non fecit. inquit Alexan. quãquam ipſe etiam mentem inter principia poſuerit, forſitã inquit. quia non utitur ipſa in generatione, ſed quod utatur, patet, ſiquidem generationem nihil aliud eſſe dixit quam figurationem, & ſegregationē fieri à motu, & motus cauſam eſſe mentem. Nam ſic dicit Anaxagoras, cum cœpiſſet mens mouere ab uniuerſo moto ſeparata eſt, & quatenus mouit mens uniuerſum hoc ab ea ſecretum atq; ſe ū ctum eſt, eorum autem quæ mouentur & ſeparantur ſeceſſio multo magis faciebat ſegregari. Sed ob id nõ fecit mentionē Anaxagoræ, quia mentem Anaxagoras non dixit formã materialem, ut erat nunc quæſitum, ſed ſegregatrix & ornatrix cauſa ſeparata ab his quæ mouentur & aliæ ſubſiſtentię ab ea qua mota ſubſiſtunt, nam mens inquit eſt infinita ſuopte imperio & nulli rei mixta, ſed ſola ipſa in ſeipſa eſt, & cauſam huius addit. Niſi forte & propter hoc non fecit mentionē de Anaxago. quia apud ipſum mens non facere, ſed ſeparare ſpecies exiſtentes uidetur. Patet autē quod ſegregatio ab unita ſubſiſtentia ſecundum quam ſimul omnes res erãt, intellectualis factio erat. Hæc igitur cum dixerit, deinceps inducit demonſtratiuas rationes huius ſcilicet quod oportet phyſicũ ambas cognoſcere naturas ſcilicet materiam & formam, et non ſolum materiã ut plures naturales exiſtimabãt. Et eſt prima ratio ab inductione artium, nam ſi ars imitatur naturã, & eſt ipſius artis formã cognoſcere & materiam, etiam naturalis erit cognoſcere ambas naturas, et quod quidem ars imitetur naturam tanquã manifeſtũ accepit. Quod uero ipſius artis ſit cognoſcere materiã & formam ex medicina & arte ędificandi fidem fecit. Secũdo autem argumento tali utitur, ſi eiuſdem ſciẽtiæ eſt finem & id cuius gratia cognoſcere, & ea quæ ſunt ad finem, ut ędificandi artis tectum, & parietes, & natura et forma eſt finis, & id cuius gratia, patet quod erit naturalis nõ ſolum materiam cognoſcere, ut ueteres naturales dicunt, ſed etiam formam, uel non ſolũ formam q̃ eſt principaliter natura, ſed etiam materiam. Nam ſic Alexan. intelligit, uerum utroque modo poteſt intelligi, ſed demonſtratio alia quæ eſt huius quod ad naturalē ſpectet cognoſcere formam recte ſe habet, tanquam ad naturales dicta, & alia de materia tanquam ad ea quæ deinceps dicenda ſunt, ſed tota intentio dictorum uidetur tendere ad hoc ſcilicet naturalem facultatem eſſe cognoſcitricē materiæ & formæ. Quod uero forma & natura ſecundum ipſam ſit finis materiæ, ſic uirtute oſtendit materia, & naturalis motus materiæ continuus eſt, ſed continui motus eſt aliquis finis & formæ, cuius gratia motus fit, & in quem procedens ceſſat, igitur materia & naturalis huius motus finem habet ipſam formam. Etenim materia gratia formæ nata eſt & non forma gratia materiæ, nam perficiẽ ſubiectum, & eſt proprie poſtquam formam acceperit. Quod uero motus continuus in aliquem finem reſpiciat, patet ex quibus motus ſine ſcopo & in non finē determinatum reſpiciens non eſt continuus, ſed interceptus & inordinatus, quoniam autem non omnis terminus & ultimum alicuius eſt id cuius gratia, ſed ſolum optimum. Etenim motus ſine intentione & eorũ quæ fiunt ſm imbecillitatem naturę eſt aliquis finis ut ultimũ. ſed non iam hoc eſt id cuius gratia, merito & hoc determinat. Et ridiculum eſſe inquit poetam dicẽrem, & habet terminum cuius gratia fiebat. Etenim libri ultimum extremum quidem eſt, & terminus, non tamen finis eſt uelut cuius gratia. Non.n. generatio, auctioq; mortis gratia fiebant, ſed formæ & perfectionis eius qui augetur, ob quam auctum mouetur continue & factum in ſeipſa ceſſat ne alterius procedat. Atqui ſi natura reſpexit in ipſam mortem uelut in finem ſimul dum animal compleretur corruptum eſſet, ſed nunc poſtquam accepit propriam magnitudinem ſæpe ſeruatur. Niſi ergo propoſitus ſit dicere quod non ſolum plaſmationis, ſed etiam naturalis uitæ finis eſt mors p̃terq; mors finis, & ultimũ non uelut ſcopus, ſed uelut neceſſarius caſus, atq; opportunũ euentum talis ſubſtantię. Sed Alexã. inquit melius eſſe ſcriptum. { Nam quorum »
motus exiſtentis continui eſt aliquod ultimũ hoc finis & cuius »
gratia eſt } quia non oẽ ultimum eſt finis, atqui & ipſe Ariſto. »
fatetur, non omne ultimum eſſe finem. Niſi forte igitur non neceſſe eſt tranſcribere uerba, nam quorum inquit continui exiſtentis motus. ideſt ordinati & in ſcopum reſpicientis, eſt aliq̃ finis, ut terminus & ultimũ, hoc ultimũ finis eſt, uelut id cuius gratia & non ſimplr ultimũ, ut erit etiã indeterminati motus.

Tex. 24.

Quoniam & faciũt artes materiã, alię quidem ſimpliciter, aliæ vero operi accõmodam.

Com. 26.

Hæc uidentur afferre opem huic & prius dicta demonſtratiua eſſe huius, & naturalem facultatem materiæ cognoſcitricē eſſe debere. Ni forſitan omnia dicta, uelut etiã prius dixi in hoc tẽdãt, q̃ ſit theorema mãæ & formæ, atq; aggregati ex utraq; pertinens ad nãlem facultatem. Vt enim conceſſum habẽs q̃d de forma, ſic nunc quod etiam de materia dicere, naturalis eſt dicere, rurſus à ſimilitudine artis oſtendit faciens argumẽtum ab ipſo magis, ſi enim artes imitantes naturam non ſolum cognoſcunt materiam, ſed etiam p̃parant, aliæ quidem facientes ipſam ſimpliciter uelut ars ædificãdi lateres & medicina pharmaca, & ars formandi uaſa cretam lutumq; & pingendi peritia mixtos colores, & aliæ faciẽtes ſunt aliquid q̃d bene apteq; effici queat, ceu ars figuli mollens ceram, & ſtatuaria æs bene apteq; tractabile efficiens, & ędificatrix lateres priua formans, multo magis igitur naturalem oportet eſſe cõtemplatorē materiæ quæ ſubijcitur naturalibus, ſiquidem artes imitantes naturam, ſic cognoſcunt materiam q̃d p̃parant ipſam, uel in artibus effectiuis ars faciens formam & mãm facit, & in ſpeculatius ſcientia cõtemplatrix. Forſitan etiam argumentũ eſt à magis, ſi diceremus q̃ ſi natura magis materiam facit, ſiq̃dem ars facit, magis debet naturalis cognoſcere mãm q̃ artifex, igitur proponens oſtendere eo q̃d cognitionis finis, & eorum quæ ſunt ad finem inter ſe depẽdent, q̃ etiam formæ & materię naturalis cõtemplãs eſt, quia finis uelut id cuius gratia eſt forma demonſtrauit, q̃a continuus motus naturæ finit ceſſatq; in formã. Quod uero ad formã uelut ad finē, materia ſit paulopoſt ad memoriam reuocat, nunc uero quod etiam materię ſit contemplator ex argumẽto à magis demonſtrauit, ut dictum eſt, non contentus teſtimonio antiquorum.

Et vtimur, tãquam propter nos, omnibus quæ ſunt. ſumus enim, quodãmodo & nos, finis. dupliciter enim eſt, id cuius cauſa. dictum eſt autem, in eo qui de philoſophia.

Com. 27.

Quia inuicem dependent finis & ea quæ ad finem, oſtendit ex hoc, quia etiam nos cum ſumus fines utimur illis quæ aſſumuntur gratia noſtrum, & patet hoc dictum etiam in artibus, & in finibus ſm intenſionem oſtendit propoſitum. Nam facere aliquid & uti cognitione eius ſolum non æquantur, ſed aliquo modo nos fines, & aliquo mõ utimur omnibus. Vel quia dupliciter finis, alter quidē ut id cuius gratia eſt appetitus, quē ſcopum iuniores appellant, ceu ſanitas quam medicus intẽdit, alter eſt in quo hoc eſt, & cui aduenit, ceu ſanus, nam hic eſt finis, uelut is cui, qui etiam nos ſumus, nã finis medici eſt is qui ſanandus eſt, non uelut is quem intendit, ceu ſanitas eſt, ſed uelut id cui uult ipſam acquirere. Facta eſt autem diuiſio ab ipſo in libris de moribus ad Nichomacũ. Vnde quæ de p̃hia uocat p̃hiam, ſeparare magis uocans omnem moralem facultatē & tractationem. Cum igitur duplr dicatur finis, alter cuius, & alter cui cum oñderit de priore, cognitionē materiæ eſſe cõiunctum cũ finis cognitiõe, nũc demõſtrauit, & de altero fine hoc cui, & hoc ſic ſe hẽt. Nos.n. cũ ſimus ſic fines nõ ſolũ ſumus ea

quæ ſunt gratia nr̃m, ſed etiã utimur eis, oĩa autem gratia nr̃m eſſe dicit, non entia oĩa, ſed oĩs ad noſtram cõſeruationẽ qualia ſunt effecta artium. Nam his utimur, & ſumus fines nos eorũ quæ fiunt ſm artes tãquã ea q̃ inſunt nobis, & hñt relationem ad nos, & hæc cõiunguntur finibus, & non ſolum ſumus hæc, ſed etiam utimur ipſis, quod quidẽ in plus eſt, & uſr cuius ſinẽ eſt cognoſcere, huius etiã eſt cognoſcere ea q̃ ſunt gratia finis, quare ſi nãlis eſt formã ut finem cognoſcere, eiuſdẽ erit etiam cognoſcere id q̃d eſt gratia formæ q̃d eſt materia. Si enim materia & forma ſunt de his quę ſunt ad aliquid ut ipſa dicit, & eorum quæ ſunt ad aliquid ſimul cognitio eſt, profecto & horũ alterum qui ſciuerit, etiam alterum ſciet.

Tex. 25. Duæ igitur ſunt artes quæ dominantur ipſi materiæ, & quæ ſunt cognoſcentes, ea quæ vtitur, & factiuę quæ architectonica eſt. quapropter & quæ vtitur, architectonica quodammodo eſt. differt autem quatenus hæc quidem quæ ſpeciem cognoſcit, architectonica eſt: alia autem, vt effectrix materiæ. Gubernator enim qualis ſit ſpecies aliqua temonis cognoſcit, & præcipit: alius autem, ex quo ligno, & quibus ex motibus eſt. In his igitur quæ ſunt ſecundum artem: nos facimus materiam, propter opus. ſed in phyſicis, eſt.

Com. 18. Cum dixerit q̃ nõnullę artes etiam materiã faciunt, & non ſolum cognoſcunt, nunc oñdit q̃ etiã principales artes architectonicæq; cum maxime uideãtur ad formã perſpicere, neq; ipſe materiã ignorãt. Duas aũt inquit eſſe architectonicas aliam utentem, ut ars gubernandi nauẽ, q̃ cognoſcit qualẽ oporteat eſſe formã remi iubens atq; ordinans figuram & magnitudinẽ atq; materiã definiẽs, quod & aliqd' lignũ eſſe oportet, neq; ad noſtrum durũ aſperũq;, neq; ualde inflexibile, altera eſt architectonica artium particularĩ efficientium formas & mãs diffiniens, qualis cõmuniter dicta eſt nauis fabricatiua cum plures artes circa nauem uerſent, ipſa ad uniuerſi uſum relata formam ligni, ex qua fieri debet remus definit, q̃a ex cuprſſo ſi cõtingerit tales ac tales motus ſuſtinente, ut definiuit nauis gubernator, ſed ſi gubernator q̃lem formã remi cognoſcit & iubet, q̃uo imperare & materiæ dicitur. Alexãder igitur inquit, q̃ neceſſarium eſt huic uteñ ipſa naue cognoſcere materiã non ſimpliciter à forma exñte, ſed cũ materia tali. Niſi forte forma et materia remi materia ſit utentis, ideo formam remi cognoſcẽtem & iubentẽ eundem, inquit materię imperare, ſed poſsibile eſt etiam q̃ etſi ꝓximam neſciuit, q̃ oportet eſſe remum ex cupſſo, ſed cõiorem ſciuit. ſ. q̃ oportet eſſe lignum remi q̃d facile flecti queat, ſed neq; nimis durum, neq; ualde inflexibile. Qui ergo cognoſcit, & hoc iubet merito, & ipſe imperare mãę dicitur. & inquit q̃uo oportet eſſe architectonicam utentem, quatenus & ipſa iubet qualem oporteat eſſe remum. Nam ordinans architectonica eſt ipſi efficienti, & utens igitur nõ ſolum uſum ſciuit cum ſit finis, ſed etiam & quæ ſunt ad uſum, qualis eſt materia. & q̃lis finis ideſt forma, & hic attẽõus cognoſcit ea q̃ ſunt ad finem, dicens aũt q̃ q̃dam artes etiam faciẽt materiam bene ſciuit notauitq; q̃ ut in his ſm artem materia ab arte ſit, ſic etiã in quibus nõ fit, ſed eſt, ut in nãlibus eſt gr̃a formę. Niſi forſitan & nõ hoc dicit q̃ in his ſm artem ars materiã facit, ſed in nãlibus nõ facit. Nam magis natura materiã facit q̃ ars, ſed q̃ naturalis non facit materiam, ſed exiſtentem cõſiderans reducitur, & ipſe ad formam, ut etiam facientes ipſam.

Tex. 26. Amplius, eorum quæ ad aliquid, materia eſt, ad aliam ſpeciem, alia materia.

Com. 19. Et ex hoc quia materia eſt ad aliqd, ut ad formã, oñdit quod eiuſdem eſt formã et mãm cognoſcere. Et q̃ materia ſit ad aliquid oñdit, quia alia eſt alterius formæ materia accepta ſm ꝓprietatem quã habet ad formã, quare hæc mã huius formę erit materia, & hæc forma huius m[illegible]æ, ſi uero hoc, neceſſarium eſt ſciẽti alterum & alterũ ſcire, ſed q̃uo alia mã alteri formæ, ſiq̃dem una eſt cõis oĩum materia. Vel patet q̃ proxima mã ſic eſt, ut aũt unaquęq; harũ habet ſe ꝑ ſe ad formã, ſic & cõis oĩum ad ſimplr formã, formam igit̃ nãlem qui ſciuerit et cognouerit, et materiã ſciet ſubiectam tali formæ naturali ſubiectam. Eſt igitur & circa materiam & formam naturalis, immo et circa priuationem, nam eiuſdem ſic oppoſita.

Quouſq; ergo, Phyſicum oportet cognoſcere ſpeciem, & ipſum quid eſt? an queadmodum medicum, neruũ, aut fabrum, æs, vſq; ad aliqd? Alicuius enim gratia, vnumquodq;. & circa ea quæ ſunt ſeparabilia quidẽ ſpecie: in materia autem. homo enim. hominem generat, et ſol. Quomodo autem ſe habeat hæc ſeparabilis, & quid ſit: Philoſophiæ primę eſt officium determinare.

Cum oñderit q̃ naturalis eſt formã & mãʒ cognoſcere, merito ꝓaccepit dicere uſquequo utrãq; harum oportebat phyſicum q̃rere, ſed de materia iam uidet determinaſſe q̃ eo phyſicus ꝯſiderat. ut referat contẽplationẽ ipſius ad formã, ideo reliquum q̃rit uſquequo formã, et q̃d eſt oportet ſcire. Vnde cum dicat naturali ſermonẽ principalẽ de forma fore, licet non ſine materia, merito nũc dubitat, ad tm̃ uſq; naturali ut naturali formę cognitio. ſ. naturalis cognitio ꝯuenit, et dicit q̃ naturalis de naturali forma ut naturalis eo uſq; dicit quo & ærarius de ipſo ære, & medicus de neruo. Vterq; aũt horum dicit in tm̃ quãtũ unũq̃dq; eſt utile ſuę arti prims principia nerui & æris neuter ipſorum alienis pluribuſq; ſeſe implicat, & naturalis de natura ſi forma dicit, uſq; ad aliqd, hoc aũt eſt quid hoc ẽ. Etenim eſt unũquodq; q̃ ſit natura alicuius gratia, & ſit, & eſt q̃ quidem eſt finis rei. & hoc inueniẽs ad finem uenit contẽplationis eius de naturalibus formis, circa hæc ꝯſiderationem faciens, q̃ ſunt rõne formæ ſeparabiles, ſed materiales, q̃re & de materiali forma. ſed nõ de omni forma, et uſq; ad hoc. ſ. cuius gratia eſt hoc uel ſit, naturalis cõſiderat, & mihi uidenẽ uerba cõtextus mutua. ſi & in hoc, uſq; ad aliquid graui accentu legerimus illud {aliquid.} Nam idem eſt cum hoc in tm̃ uſq;, & in hoc, nam {alicuius gratia unũquodq;} graui accẽtu prius inculimus illud alicuius, nam ſignificat illud uſq; ad finem, & uſq; ad id cuius gratia. ſi uero & ſcriberet uſq; ad aliquid gratia alicuius, nã alicuius gratia eſt unumquodq;. dicit enim & hanc ſcripturam Alexander, illud primum {alicuius} graui accentu legamus, ſed ſecundum acuamus. Dicens autem q̃ circa materiales formas naturalis habebit conſiderare, & hoc uſq; ad finem ꝓcedet q̃ materiales naturales formę ſunt, oñdit ex hoc etiam cãs ipſorum ꝓximas & excedentes & ipſas materiales eſſe. Etenĩ proxime generans hoĩem homo eſt cum ſit & ipſe materialis, & ea quæ excedit has efficiẽs oĩum quæ fiunt ſm naturam eſt cauſa. Apparens quoq; ſol & ipſe materialis cauſa eſt. Vniuerſale autem inquit Alexan. q̃ ſit natura uidet ipſi ab eodem fieri, aut ſpecie, aut genere, uel uniuerſaliter ab actione, à ſole igit̃ ſic facta fiunt, & uelut ab actione, nam quæ caleſiunt & frigida fiunt ab actione illius fiunt, & patet quidem q̃ facta ſm artem ab actione fiunt, ſed non naturali. Niſi forte autem ut homo ex homine ab eodem ſpecie/ſpecie fit, & à ſole ab eodẽ genere, ut materialis à materiali. Notat autem Alexan. & ex his dictis q̃ ſm Ariſto. generatio eorum quæ ſunt hic coniuncta eſt diuino corpori, & non eſt ſeparata ab ipſo. Sed q̃rens quomodo oportet intantum uſq; naturalem ſcire formam & quid eſt, uſq; ad id aliquid ut medicum oportet ſcire neruum & ærarium æs. nam æs ut materia ſubijcitur ærario, & neruis medico, nam his inducentibus formas ab arte, & ærarius in ære formam amphoræ q̃ contigerit, medicus autem formam ſanitatis in neruo, quo modo igit̃ uſq; quãtum de mã artifices quæ-

runt,

ſunt ea intantum de forma inquit naturalem quærere. Proinde Alexan. cum intellexiſſet hanc inſtantiã, & aliam expõnem inducit ſic ſcribendo, uel dicendo primum uſquequo nãlia dicit de materia, ut etiã artifices. Etenim { hi uſq; ad aliquid } .ſ. de ſubiecta materia ipſa conſiderant, deinceps rurſus de forma dicit, uſq; quãtum, & de quali forma nãlis contẽplat. Nam alicuius gratia unũquodq; eorum q̃ fiũt productiua q̃d eſt nãlis forma & eorum fiunt natura perfectio conſiderat. De tali igit forma cuius gratia unũquodq; eorum q̃ fiunt à natura fit, & de his forma quę ſunt ſeparabiles, rõne à materia, tñ ſubſiſtentia ipſarum eſt in materia, nõ amplius cognitionẽ extendẽs ad immateriales & ſeparabiles formas, etiã bene ſe habuit expoſitio uſquequo de materia nãlis conſiderat, ꝓponens dicere induxit uſq; quãtum ęrarius de ęre & medicus de neruis dicit. Nũc autem dicens uſq;.ſ. quãtũ oportet nãlem ſcire formã, et quid eſt, induxit, uel quẽadmodũ medicum neruũ, uel ęrariũ æs. & aliã autem expõnem ad talem inſtantiã occurrentẽ adducit tãquã congruam ſcripturæ dicenti, uel medicum neruũ, uel ærariũ ęs uſq; alicuius gratia. Nam eſſet / inquit / dictũ, q; medicus et ęrarius uſq; tñ de forma dicũt, & de hoc cuius gratia eſt materia, circa quã uerſant, nã de forma hac dicũt cuius gratia, alter circa neruũ & carnes uerſatur, & alter circa ęs, nam facta forma in his, ſed nõ de quadã alia, ſic oportet & nãlem de tali forma dicere cuius eſt materia / materia & cuius grã eſt, hęc autẽ eſt materialis & circa has q̃ ſunt ſeꝑabiles formæ, licet in materia ideſt de talibus formis tractat, & tales ꝯſiderabit. Videtur aũt mihi in his non aſſignate uſquequo artifices de forma dicũt cuius gratia eſt materia, circa quã uerſant, niſi ergo uelit dicere, uſq; ad hoc q̃d ſunt materiales. Nam hoc aptius de nãli dixit. Et uidetur etiã Themiſtius ſic intelligere, in ſua paraphraſe.n. hunc locum breuibus explicans inquit, de ipſa aũt forma uſq; ad aliquid, uel q̃tenus ipſa non ſeparat à materia, ſed uelut medicus neruũ indagat, ſic naturalis hoiem. Niſi forte igit non cõſonet huic illud quod deinceps inducit, nam illud cuius gratia unũquodq; non.n. tendit hoc in cognitionẽ materialis formæ, ſed de forma quidem eſt q̃ſtio quouſq; oportet ſcire nãlẽ, circa qd' uerſat. Dicit aũt q; uſquequo ęrarius ſciuit ęs, & medicus neruum, non uelut materiam harũ artium hoc apponens, ſed uelut formas circa quas uerſantur artes, ut naturalis circa nãlẽ formam. Verſantur aũt artes practice & actiue, ſed nãlis circa proprium ſubiectũ comꝑhenſiue, ut igit artes ſubiecta ſua circa quæ agunt uſq; ad uſum quẽ ꝓbent effectibus ꝓpter quos aſſumuntur, ſic etiam nãlis uſq; ad illud cognoſci formam naturalem.ſ. uſq; ad uſum, cuius gratia fit & eſt. Etenĩ oĩs cognitio ex cauſis peculiariſſima eſt ad ſciam, hęc autem ex cauſa finali oĩum eſt principaliſſima. Et uidetur Socratem in Phædone Ariſto. ſequens iubere naturali, uſq; ad finalem cãm ꝓducere q̃ſtionem cãæ. Nam dicit in illis Socrates. Si ergo aliquis uoluerit cauſam inuenire de unoquoq; qualr fit & diſſoluitur, uel eſt hoc oportet de ipſo inuenire qualr optimũ ipſi eſt, uel eſſe, uel aliud q̃dcunq; pati uel facere, hoc autem eſt id cuius gratia fit uel eſt unũquodq;. Sed dicẽs quod nãlis circa ea q̃ ſunt ſeparabilia rõne, ſed ſubſiſtẽtia materialia uerſatur, merito inducit q; forma ſeparabilis ſubſiſtentia qũo ſe habet ad materialem formam & per ſe, & quod philoſophiæ primæ opus eſt determinare quam aſſignat in tractatione metaphyſices.

Tex. 27. Determinatis autem his, conſiderandũ eſt de cauſis, & quę & quot numero ſunt. Cum enim ſciendi gratia hoc negotium ſit, ſcire aũt non prius opinamur vnũquodq;, quam vtiq; ceperimus ꝓpter quid circa vnumquodq;, hoc autem eſt accipere primam cauſam: manifeſtum quod & nobis hoc faciendum eſt, & de generatione & corruptione, & de omni phyſica mutatione. vt ſcientes ipſorũ principia, reducere ad ipſa, tentemus quæſitorum vnumquodque.

Cum ſit tractatio hæc de principijs & cauſis naturalibus, ꝓpterea quod initio dixit, tũc arbitramur unũquodq; cognoſcere, quando cognoſcemus cauſas primas, & principia prima, & uſque ad elementa, de principijs uelut elementis primo propoſuit conſiderare, & ueterum opiniones de his in medium propoſuit, & ea quæ ipſi uidentur adiecit oſtendens aliquo modo opiniones ueterum Philoſophorum conſentire ſibi, quia & illi contraria poſuere principia, ſic materiam et formam, priuationem principia ſtatuẽs naturalium rerũ, & quid eſt natura oſtẽdens, quod eſt principiũ, unde motus & quid naturale ens, & quid ſecundum naturã & determinans quot modis natura dicitur, & quod forma & materia natura, & q̃d de ambabus ꝓponitur naturali quęrere, & uſquequo, quia uſq; ad naturalem cauſam & complens totum de cauſis ſermonem, ſiquidem & de his uelut elementis dixit de materia & forma, & de efficiente quæ eſt natura, ac de finali, quia plura inter coordinationem cauſarum adinuicem dicta ſunt, repetens ſermonem, deinceps ipſas enumerat conuenientes unicuiq; inducẽs diffinitiones, & poſtea per ſe cauſas & per accidens ob oculos ducens. Hic autem rurſus opportunitatẽ ſermonis de principijs nobis in memoriam reuocat, ratiocinans & nunc ſic uirtute. Naturalis tractatio ſpeculatiua eſt et nõ practica uelut moralis, ſpeculatiua autem habet finem ipſum ſcire, & finẽ habens ipſum ſcire cognitionem cauſarum aſſumit ad quas ſingula referens habebit cognitionem ipſorũ, quare naturali tractationi proprius ſermo eſt de cauſis, ut etiam de generatione corruptione, & omni alia mutatione naturali ſecundũ locum, & alterationẽ, forſitan autem ſm auctionem de quibus naturali ꝓponitur conſiderare cauſas aſſignare poterimus, nam ꝓpter quid unũquodq; horũ per ſe q̃ſitorum hunc modum habet, ſoluimus reducentes cauſas ipſorum & principia. Vel enim ꝓpter quid ex tali, uel propter quid tale, uel propter quid à tali, uel ꝓpter quid ſic melius demonſtrantes aſſignare cauſas uidebimur. Com. 21.

Vno igitur modo cauſa dicitur, ex quo fit aliquid cum inſit. vt æs ſtatuæ, & argentum phialæ, & horum genera. Tex. 28.

Cum quatuor modos cauſarũ aſſignaſſet omnes dico, primum aſſignat illud ex quo fit aliquid inexiſtente, hoc autẽ eſt materiale & ſubiectum, q̃d quidem ſm hoc ex ipſo fieri aliq̃d uidetur cõmunicare cum priuatione, ſed ſm hoc.ſ. eo inexiſtẽte differt. Nam ex illa & poſt illam & uelut manente illa fit q̃d fit, ſed ex materia uelut inexiſtente & tranſmutata ex alia diſpoſitione in aliam, perinde ac ęquiuocum ſit illud ex quo, ſed materia à forma differt cum et ipſa inſit, quia non ex forma fit, q̃d fit, neque enim ipſa manente, neque mutata, ſed ſecundum formam, primam autem ipſam nominauit inter cauſas, quia omnium, ut ita dicam antiquiores cauſas in materiam referentes aſſignarunt. Nam deorſum dixerunt cubum ferri, quia ęreum eſt atq; diuturnioris temporis eſſe lebetem quã uas, quia alter eſt æreus, & alterum eſt teſteum, & propter hoc primam nominauit, quia deorſum in ab ipſo ſupremo loco progreſſum faciebat, non ſolum autem proxima materia cauſa eſt eius quod fit, ſed etiam eius genera. Non enim ſolũ hoc æs eſt ſtatuę cauſa, & hoc argentum phiale, ſed etiam ęs ſimpliciter & argentũ, & ſi aqua hæc eſt, & aqua atq; ſuperius corpus. Com. 22.

Alio autem modo, ſpecies & exemplum. hæc autem, eſt ratio ipſius quod quid erat eſſe.

Secundam cauſam ſm formã aſſignat, nam ſanitas eſt cauſa inexiſtens ipſi ſanari, & cõmenſuratio eſt forma eſſendi cõmenſuratum, forma aũt non ſolũ ſm ſuperficialem formã, ſed etiã ſm rõnem. Vocat aũt exẽplum formã non uelut ideas dicentes ſupponens ipſam per ſe formalẽ ſubãm per ſe ad quam quæ ſunt his aſſimilãtur. Neq; enim q̃ agit natura, inqt Alexã. primum intelligit ea quæ facit ſic facit, ne quis dicat conceptũ & intelligẽtiam eſſe exemplum eorum quæ fiunt ſm ipſam, ut Com. 23.

in artibus ſe habet, ſed quæ fit in materia forma, hanc appellat exemplum, quia natura facit omnia appetitu huius quæ facit, patet autem ex hoc, quia cum hæc facta eſt ceſſat factio atque actio tanquã ſit forma quoddam definitum & uelut ꝓpoſitus ſcopus in quem ordinata eſt natura, & ob id eſt exemplum dictum. Non ſimiliter autem inquit Alexan. in cũctis facientibus gratia alicuius ſe habet finis & exemplum, ſed quæcunq; ſecũdum præelectionem, artem & rationem faciunt in his finis cuius gratia alia fiunt, neceſſe eſt primum intellectum ab hoc faciente hæc ponere ſcopum & exẽplum eorũ quæ futura ſunt, ſed in his quæ fiunt natura non ſimiliter. Non enim ſecundum electionem natura operatur, neq; ſecundum rationem in ipſa, nam irrationalis inquit potẽtia eſt natura, ſed principio iniecto primo receptiuo in materia & principio atq; his quæ in ipſa & ex ipſa futura ſunt, hoc primũ iniectum idipſum fecit cuius exiſtentis determinati eſt effectiuum, ſed factum ex hoc aliud, nã unumquodq; ipſorum eſt eius quod eſt poſt ſeipſum effectiuũ & motiuum ſi nihil impediat, & hoc uſq; ad aliquem finem & formam naturalem cuius principium primum erat in materia iniectum. Nam ut principium motus interni artificialis primo in ipſis imaginibus neruis quibuſdam tactis, hoc eius poſt ipſum, & illud huius deinceps motiuum fit, quouſq; per omnia motus peruentus ſit, niſi aliquid impediat non ſecundum rationẽ aliquam & præelectionem quæ eſt in ipſius mouẽtis arte, & ſe, & poſt ſe, ſic autem & natura iniecta inſperſaque ſemini genitali & potentia in propria materia facta cum ſit huius motrix mouet, quemadmodum nata eſt mouere & illud moueri, potentia autem adueniens, & primo motu alium rurſus motũ ingerit & poteſt quouſq; cuius ſimile faceret ei à quo iniectum eſt, & idem, uel ſpecie, uel genere, ut in his animalibus quæ fiunt ex diſſimilibus, quales ſunt mulæ. Nam genere eadẽ ſunt cum agentibus, & ipſa ſucceſſio ſecũdum quoſdam numeros & ordinem fit uſque perficiatur quod fit ſecundum formã niſi aliquod fieret impediens, hoc autem non ſecundum rationem & præelectionem eam quæ eſt in mouentibus & facientibus, ut prædictum eſt, ſed non, quia non hoc, ob id iam ſecundum artem facit & non gratia alicuius, nam illud gratia alicuius nõ rationalis & generationis quę poſſit eligi eſt nomen, ſed omne quod fit ſecundum aliquem ordinẽ & alterius gratia huius gratia fit, & hoc ſimiliter, ſiue ſecundum præelectionem & rationem, ſiue etiam ſine ratione, ut in natura nos dicimus. Nam & ſi quædam ſequerentur ſecundum materiales neceſſitates naturalia non habentia relationem ad aliquid, ceu dicuntur tricæ piliſq; ſub ſinu brachiorum, ſiquidem ipſe, neque aliquam opportunitatem & uſum præbent, non oportet per hęc oſtendere naturam non agere alicuius gratia, forma igitur exemplum eſt, quia ad hanc annuit natura non pręelectione, ſed magis uelut imagines quibuſdam neruis motę. Erit autem /inquit/ exemplum in his quæ fiunt, natura etiam forma agentis cum ſit eadem ſpecie, uel genere cum eo quod fit, & uniuerſaliter quia ad exemplum facientes ad definitum aliquid faciunt, & eſt ꝓprium facti ad exemplum fieri ad definitum & ſimile illi, & ſi quid ad definitum fit & ſimile illi ad exemplũ erit factum, ſic autem fiunt quæ natura fiunt, ad exempla igitur, hæc Alexandro dicente quod formam appellet Ariſt. non ſecundum ideã perſpicuum eſt, nam materialem formam ut cauſam accipit ſecundam quam quid erat eſſe habet compoſitum, indicat autẽ in ſequentibus materiam & formam hanc in elementis numerans, quomodo itaque cum ipſe dicat de forma elementari, & hanc uocet exemplũ, nunc poteſt intelligi facientis forma exẽplum, nam & ſi aliquo modo idem eſt ei quod fit, quia homo ex homine, tamen factum nunc uocat exemplũ, & non faciẽs, nam facta eſt elementaris forma ſecundum quam quod quid erat eſſe habet compoſitum, ad aliquod aũt definitum, & ſimile fit naturale, nam ſi ad faciens erit faciens exemplum, ſed primum quidem quod quidem dixi non illud exemplum Ariſtoteles uocauit, ſed quod fit. Deinde quo modo eſt poſſibile dicere quod naturalia non fiunt ad exemplum, ſiquidem concedimus exemplum eſſe faciens facti tanquam facti ad illud definitum & ſimile exiſtens ei quod fit, ſi autem ob id dicitur forma exemplũ, quia natura efficit omnia appetitu huius finis erit propter hoc & non exemplum. Item ea quæ dicuntur de generatione naturaliũ mihi uidentur digna annotatione & ſcitu. Nã ſi primum iniectum ipſum fecit hoc cuius eſt ipſum effectiuũ, & ex hoc factum aliud, & unumquodq; eius quod eſt poſt ſe eſt effectiuum & motiuum uſque ad finem, & formam naturalem, cuius erat principiũ primum in materia iniectum, ſi ergo ſic generatio perficitur, primum quidem triticum herbam facit, & herba ſtipulam, & ſtipula ſpicam, deinde aliquam totius cauſam nõ habemus dicere, nam cum ſit una forma oportebat, & unam cauſam eſſe ante particulares. Vniuerſaliter autem ſi alteratis prioribus fiunt cætera materialia magis erunt priora & non effectiua. Nunquam enim efficiens cauſa alterata fit effectus. Item ſi non quodlibet ex quouis fit, ſed ex potenti, patet etiam quod herba eſt potẽtia ſtipula, & omne quod eſt in potentia eſt materiale, ſed non effectiuum, quare materia ſtipulæ merito diceretur herba, ſed nullo pacto cauſa effectrix. Deinde omne quod fit ex potentia in actu ab eo quod eſt actu producitur in id q̃d eſt actu, ſi ergo herba actu ſtipula non eſt, non efficeret ſtipulam actu, uniuerſaliter autẽ ſi uniuſcuiuſque natura principium cum ſic & cauſa motus effectrix eſt ſubiecti ſui & non alterius, patet quod ſpermatis natura faciet ſperma, & illa hominis hominem, & quomodo faceret proprie hominem natura in ſpermate, niſi foret natura hominis priuſquã homo fiat. Vel ut dictum eſt prius ſimul cum ipſo, facit etiam ipſa fieri, quia eſt aptior ad productionem, & quia eſt uita quędam exiens & exurgens in ſpermam, ob maris & fœminæ ſemen genitale, & naturam habet ſpermatis tranſmutationem, & apta eſt perfici & peruenire ad animal, proximã autem efficiens & propriã cauſam in animalibus eſt materna natura & paterna, ſed in plantis natura ignis & terræ præexiſtẽtis formę actus in patre & matre, & in rationibus terræ ſtantibus ſecundum actum ſecundum quas quæ ſunt potentia in actu ducuntur, & ſic facti natura, ſi effectrix diceretur, ſic erit effectrix, ut etiam ea quæ fit, ſed proprie effectrix tali actu eſt. Nam ſimilis eſt natura generatrix & omnia intermedia gratia illius præaccipit, etiam ſi alteretur in intermedio natura pfecta & facta ſimul & faciens, tamen etiam unam ſeriem conſeruat, uſq; ad finem, in quem etiam cum peruenerit ceſſat ab actione. Dicit autem & Ariſto. quod natura ſunt quæcunq; ab aliquo principio in ipſis continue mota perueniunt in aliquem finem in quo & ceſſat à motu, quare in homine facti ratio prius accepta eſt, & ſecũdum illum fit id quod fit patre dante principium & motum per ſperma uſque ad finem, ut in imaginibus neruis quibuſdam motis artifex immittit principium motus & impetum uſq; ad finem ſecundum eam rationem quæ præexiſtit in ſeipſo uniuerſi ordinati motus, cum ſit mater natura & attẽtius cõgruentiuſq; formans. Quomõ ergo naturam irrationalem potentiam dicit cũ ipſa efficiat gratia alicuius finis & ordinate ꝓcedit ſecundum numeros & menſuras determinatas. Niſi duplex ſit ratio effectrix altera faciẽs per cognitionem, quam etiã ſolam rationem expoſitor putat, alia autem ſine cognitione & reuerſione in ſeipſam, ordinata autem & definita, & gratia alicuius finis principalis. Et quemadmodum non cognoſcens irrationale eſt, uelut ad rationem quæ poteſt cognoſcere, ſic etiã faciens temere & inordinate irrationale eſt, tanquam ad agens ordinate & definite, & gratia alicuius, ut igitur ſm rõnem talẽ fiunt q̃ nã fiunt, ſic etiam ſecũdum exempla non ut cognoſcibile propoſitum facienti, ſed uelut facientis ipſum eẽ & non ꝑeligere ad ſeipſum aſſimilantis factum, ut anulus palam. Et ipſe Ariſtoteles in ſecundo tractationis de generatione inuectus in Empedoclem naturam eſſe rationalẽ concedit, ſed quo modo ſine cognitione faciẽtis eſt ordo et diffinitum in actione. nõ enim naturalia talem habent conſtitutionem, ut & ſine cognitione ſui eſſe ſeruent ordinem & ſeriem in generatione, et in definitum finẽ occurrere deueniréq;, ut ſe habet motus imaginũ

quæ

quæ non nõnullis neruis mouebantur, ſed ſi non ex caſu naturalia ſunt. Nam abſurdum eſt hoc, uel ſeipſa talia conſtituerũt, uel ex alio quodam conſtitura ſunt, ſed quouis modo ſe habet, prorſus conſtitutio & ſubſiſtẽtia cognita facta eſt. Nam id q̃d cõmenſurat potẽtiam ad ea quæ fiunt, ambo cognoſcens hoc faciebat, ideo bene habet dicere magis concauſam naturam, cauſæ autem proxima eorum quę in generatione & corruptione ſunt motus cœleſtiũ ſunt quibus uertuntur ea quæ ſunt hic, ſuperiores autem cauſæ motuum animales ratiões ſunt, & ad huc harum ſuperiores intellectuales ſpecies, ex quibus primis formarum illuſtratio & decor ingeritur oĩbus ſecundum aptitudinem recipiẽtium, exemplum autem materialem formam uocat Ariſto. forſitan etiam ut intentionẽ naturę in quam non per cognitionem, ſed ſubſtantialiter extenſa cuncta efficit, forſitan autem uelut & exemplum artis factum, ſiquidem naturalia non uult ad exempla fieri, ſed inquit artificialia agere exẽplo, & plura prædicens de ipſa imitatione artis ad naturã, merito nunc meminit, quod naturalis forma eſt exemplum artis. Patet autem quod ſi quidem mens eſt proprie efficiẽs cauſa ſecundum ſpecies in ſeipſa aſſimilans ad ea quæ fiunt, erunt ꝓpria exẽpla quę ſunt ſupra ſpẽs, ſed de his ſatis. Rationem quid erat eẽ dixit, diffinitio autẽ formę ſpeciei[q] eſt indicatiua.

Et huius genera: vt ipſius diapaſon: duo ad vnũ & oĩno numerus, & partes quæ in rõne.

Com. 24. Vt in materiali cauſa dixit cauſam non eſſe ſolam proximã materiam, ſed etiam eius genera, ſic etiã de formali dicit. Nam conſonantiæ diapaſon cum ſit dupla ratio proportio[q] eſt forma quædam dupli ipſo conſonãtia diapaſo, cuius conſequens eſt duplũ & huius genus eſt numerus. Et hęc igitur inquit formales erunt cauſæ, tanquam ſimul cum ſpecie & forma illatę. Similiter autem & in definitione formę ſpeciei[q] aſſumptæ partes, & ipſę erunt formales cauſæ tanquã completiuę formę, nã ſi animal ratiõale mortale eſt cauſa hominis ut forma, & unaquæ[q] pars in diffinitione erit cõcauſa ſecũdum eundem modum cauſæ quo & totum id eſt formalis, merito autem partes quæ in ratione dixit, & non quæ in forma, quoniam unaquę[q] pars in ratione per totam ſpeciem & formam tendit.

Tex. 19. Amplius, vnde principium mutationis primũ, aut quietis. vt conſultor cã, & pater filij, & oĩno faciens facti, & tranſmutans tranſmutati.

Com. 25. Tertiam in cauſis aſſignat efficientem, quia nobis quidem primum occurrit factum & huius elementa, et generabile ipſi inuenientes, quærimus effectricẽ cauſam, & tunc cauſam cuius gratia facit agens, & fit factum. Vocat autem faciens unde primum principiũ mutationis & quietis fit uolens proprie effectricem cauſam ſeparatam eſſe & ſegregatam ab eo quod factum eſt. Nam cauſa inexiſtens ut forma & natura copulatur & oĩcina eſt cum principio ſecũdum formam. Et oportet meminiſſe quod hic Alexan. fatetur non eſſe proprie effectricem cauſam naturam, ſed magis formalẽ, quia non eſt prima io efficientibus, & inſtrumenta motus uidentur cauſæ fieri, ſed ne[q] hęc proprie effectrices ſunt, quia non primo, ſed mota mouẽt, & de hoc mentionem facere oportet, quia concedit Alexan. inſtrumentum etiam aliquo modo eſſe cauſam, & ſi nõ proprie effectricem, tamen effectricem inſtrumentalem. Quia autem eorum quæ fiunt alia mota fiunt, & alia manentia & mouens mota & ſtabiliens ea quæ ſtant erit efficiens cauſa, alia motus, alia uero ſtationis, ideo dicẽs { unde principium mutationis } adiecit { uel quietis primũ } quare cõſultans aliquod bonum uel malum, erit efficiẽs cauſa principalior agentis, nam primũ principium eſt à conſultante. Et hic generales cauſas addit ut in materiali & formali cauſa, nam pater & filius ſub ipſo agente & facto, & hæc ſub tranſmutante & tranſmutato reducuntur. Etenim factio ſubſtantialis uidetur, mutatio autem etiam de alijs à motu dicitur.

Præterea, vt finis. hic autem eſt: id cuius gratia, vt ambulandi, ſanitas. propter quid enim ambulat? dicimus, vt ſanus ſit: & ita locuti, opinamur aſſignaſſe cauſam. Et quæcunque iam mouente alio, intermedia fiunt ipſius finis. vt ſanitatis, macies, aut purgatio, aut medicamenta, aut organa. omnia nãque hæc, finis gratia ſunt: differunt tamen abinuicem, quia alia quidem, ſunt opera: alia vero organa.

Quartam cauſam addit finalem, hęc autem eſt qua reſpondemus interrogati cuius gratia fit id quod fit. Nam interrogati cur ambulat? dicimus, ut ſanus ſit, & hoc dicentes ſufficienter opinamur cauſam aſſignaſſe, nam cauſa deambulandi eſt ſanitas, uel bibendi pharmacum, ſecundum nullum autem modum priorum dictarum cauſarum, ſed quia gratia ſanitatis ambulat uel pharmacum accipit. Quoniam autẽ de quodam uno mentionem fecit de ipſo, uidelicet ambulare, cuius cauſa ut finis eſt ſanari, notauit quod & omnia intermedia inter effectricem & finalem cauſam, ut inter medicum & ſanitatẽ, hæc autem ſunt pharmacum & pharmaci potio, purgatio & macies, in finẽ referuntur & gratia illius fiunt & cauſa ut ipſa fiãt, finis eſt. Differunt aũt hęc inter ſe quod alia ipſorum opera, ſunt & alia organa inſtrumenta[q] ut pharmaca & culter, quorũ omnium ſanitas eſt finalis cauſa, hæc autem ſanitatis ut Alexan. inquit. effectrices cauſæ ſunt. Niſi forte inſtrumentales & has melius ſit dicere. Etenim ipſe etiam fatetur res quæ non ſunt primæ cauſæ motus inſtrumentales cauſas eſſe, ſed non ꝓprie effectrices, hic autem primam motus ſecũdum ſanitatem cauſa eſt medicus, ſed intermedia non prima. Eſt igit̃ ſanitatis cauſa medicina & intermediæ, alia quidẽ ut efficiens, aliæ uero inſtrumentales, ſed medicinæ & intermediorum finalis cauſa eſt ſanitas. Poteſt autẽ exiſtimo & materiales cauſas ſanitatis hęc dici. Alexander autem exiſtimo, dixit efficientes reſpiciẽs ad ea quæ paulopoſt ab Ariſtotele dicuntur, in quibus laborare effectiuum bonę habitudinis inquit, & dicuntur hæc ſana habẽtia ordinem inter ſe, per quæ inquit Alexander inſinuauit nobis Ariſto. æquiuocationem eorum q̃ dicũtur ſana quibus omnibus ut hęc ſint ſanitas eſt cauſa ut finis.

Cauſæ igitur, fere tot modis dicuntur.

Fere } adiecit, uel quia proprie cauſæ totidem modis dicũtur cum plures ſint per accidens cauſæ ut dicet, uel ob reuerentiam Platonis dictum eſt qui exemplarẽ cauſam inter cauſas proprie cõnumerauit. ſ. inter finalem & effectricem, illam autem organicam cõnumerauit cum ipſis cõcauſis ſcilicet materiali & formali, ſi autẽ tantus eſt ordo in cauſis, ut aliæ ſint prima materia, uidelicet efficiens & finis & propriæ cauſæ, & alię concauſæ magis ut materia & forma, merito cauſæ ſunt de numero eorum quæ dicuntur multipliciter, ſed non eorum quæ ſunt diuiſa ſub uno genere. Quod uero totidem ſint modi cauſarum, & ne[q] plures, ne[q] pauciores, forſitan quis ex diuiſione ratiocinaretur tantum prædicãdo quod cauſæ illę ſunt quibus eſt ens, ut eſt, & fit quod fit, & quoties interrogaõ ipſum propter quid aſſignamus, ipſa igitur naturalia cõpoſita cum ſint ex materia & forma ſunt quę uere ſunt, & fiunt quæ uere fiũt, uel ob ipſa complentia, uel ob ipſa quæ extrinſecus qualitercũque cõmunicant cum ipſis. Complent autem ipſa materia & forma, & propter hæc ſunt materiales & naturales & interrogari, cur hæc quæ ſunt hic ſunt diuiſibilia & dimenſa, cur intellectualia ſint indiuiſibilia & ſine dimenſione, dicimus propterea quod materiales ſunt hæc, propter quid autem cœlum eſt facile ſic mobile, quia cum ſit orbiculare in paruiſſimo pede pgit ſecundum Platonem. & ſunt has cauſarum aſſignationes à materia & à forma in quas omnia reducũtur quę complent compoſitum ſub ratione elementi, quia autem omnia naturalia facta ſunt, & ſecundũ Ariſto. omne quod fit habet cauſam

Com. 26.

Com. 27.

generationis oportet eſſe faciẽs & effectricem cauſam eorum quæ fiũt, unde primum principiũ motus. nam duplex eſt principium motus aliud quidem per ſe mobile, aliud uero immobile, nam id quod ab altero eſt mobile perſpicuo non erit principium motus nobis accipiẽtibus, aliud ante aliud mobile ab altero, ſed mobile ſeipſo principium erit motus tanquam in ſeipſo mouens habens, ſed modo proprie principium, quia & ipſum motum eſt, principium autem proprie motus eſſe mouẽs, ſed non motum eſſe uult, quare principaliſſima eorum quæ fiunt cauſa efficiens immobilis erit, & æterna, & ſemper ſecundum eadem & eodem modo ſe habens, talis autẽ eſt mens ipſa admodum uenerãda, & poſt illam anima. Et ſi enim moueretur ipſa, tamen in ſeipſa habet mouens, ideo & immobilem ipſam magis Ariſto. appellandam eſſe cenſeret exiſtimans ſola mota corporaliter mutari, cum autem ea quæ fiunt, & corrumpunẽ naturalia, pꝛime à corporibus circularibus et ſempiternis fiũt. Nam homo hominem generat & ſol, patet quod proprie efficiens non immediate proximus his quæ fiunt, & corrumpunẽ facit, ſed per media ſempiterna, & ſic nobis patefit cauſa inſtrumentalis, & quæ eſt moto ab alio, & mouens alterum, & plane uidetur in artificiali actione, nam ſecuris concauſa eſt, quia mota mouet, talis autem & natura uniuerſalis & particularis, ut etiam Alexan. fatetur bene ſciens quod proprie efficiẽtem cauſam ſeparabilem eſſe oportet & ſciunctam, rurſus autem quia naturalis & generabilis forma participatio formę eſt in materia, omnis autem participatio ſimilitudo participati eſt à qua etiam participatum & ad quam participans aſſimilatur, oportet omnino eſſe & exemplarem cauſam materialium, efficiens autem uel temere, & ut ſors tulit, facit, uel in aliquam intentionem reſpicit, & finem ponit actionis, cuius gratia & faciens facit, & factum fit. ſed ſi primo & proprie efficiens temere, & ut ſors tulit facit, quid erit efficientium gratia boni efficiens? oportet igitur primum faciens alicuius gratia facere, & finem habere id cuius gratia, & ſic nobis etiam finalis cauſa ex primo agente, & alijs cauſis effectiuis, uelut appetibili conſtituto patefit, & quod hæ ſint cauſæ eorum q̃ fiunt, patet. Quod uero & ſole hæ ex diuiſione inſpiciendũm eſt. Etenim factum quod naturale & compoſitum dicimus ſubiectũ aliquod eſt, & in ſubiecto, & præter hæc nihil, & uel per ſe ſubſiſtens, uel ab altero eẽ habet. ſi ergo per ſe ſubſiſtens eſſe impoſſibile eſt quod ſit in particulari tempore & corporeum, & diuiſibile, habet aliquam aliam cauſam præter ſeipſam, & uel motam hãc, uel immobilem, & ſi motam, uel in ſeipſam, uel in alia, ſed partim ab alio non primo mouens, & partim à ſeipſa, uel aliud quidem mouet, & aliud mouetur, uel ſecundũ totum ſeipſum mouet & mouetur, ut anima ſecũdum Platonem, hoc autem motus eſt principium & generationis uerum non indeficiẽtem p̃bet quatenus mouetur, neq; principale perfectionis eſt, quatenus duplicitatem quandam mouentis & moti habet, primum igitur immobile effectiuum proprie & motiuum æternum exiſtens, aliud aliquando factum & motum ab æterno & immobili fieri & moueri proxime impoſſibile eſt, nam ſempiternũ eſt illud efficiens & motiuum, & illud ab illo ſempiterno motum ſecũdum differentes ſuipſius diſpoſitiones eorum quę aliquando fiunt & mouenẽ eſt cauſa ut inſtrumentalis, quia mota mouet, & ſi materialis forma, uel prima eſt, uel à prima, et ante primam, prima autem nulla eſt participatio materialium, eſt igitur aliqua prima ad quam aſſimilaẽ, & ſi proprie efficiens, uel temere & ut ſors tulit, facit, uel in definitam intentionem reſpiciens, ſed impoſſibile eſt agens temere, neceſſe etiam aliquem finem, & id cuius gratia ſemper eſſe.

Tex. 30. Accidit autem cum multipliciter dicãtur cauſæ & multas eiuſdem cauſas eſſe, non ſecundum accidens. ut ſtatuæ & ars ſtatuaria & æs, non ſecũdum alterũ quid, ſed quatenus eſt ſtatua. ſed non eodem modo, ſed hoc quidem, vt materia; illud autem, vt vnde eſt motus. Sunt autem quædam, & adinuicem cauſæ. vt laborare, cauſa eſt bonæ habitudinis, & hæc laborandi, ſed non eodẽ modo. ſed hoc quidem, vt finis: illud autem, vt principium motus. Amplius autem, eadẽ cauſa contrariorum eſt. Quod enim præſens, cauſa huius eſt: hoc & abſens facimus aliquando, cãm contrarij. vt abſentiam gubernatoris, nauis ſubuerſionis: cuius erat pręſentia cauſa ſalutis.

Com. 28. Aſſignans plures differẽtias cauſarũ ne quis exiſtimet alias eſſe aliorum cauſas ut materialem alterius, & formalẽ uel effectricem alterius, bene annotauit quod ex dictis accidit eiuſdẽ plures eſſe cauſas. Dicens autem accidit hoc, ne aliquando quidem ſic, aliquando autem aliter ſe habere ſuſpicemur, induxit non ſecundum accidens, ſed quatenus tale eſt id quod fit, nam quatenus naturale uel artificiale eſt & materiam habet, & formam & effectricem cauſam & materialem. Cæterum illud {non ſecũdum alterum quid, ſed quatenus eſt ſtatua} dictũ eſt pro hoc non ſecundũ accidens, ſed per ſe. nam ſi per ſe, patet quod non ſecundum accidens, quia neceſſe eſt alterum horum ineſſe. Addit autem & quod non ſolum facti cauſæ ſunt hæc, ſed etiam inuicem cauſæ ſimiliter, efficiẽs & finis. Etenim laborare eſt cauſa bonę habitudinis ut effectrix, & bona habitudo laborandi cauſa eſt ut finis, quoniam huius gratia eſt laborare. Niſi forte & effectrix cauſa laborandi eſt bona habitudo, nam bene affectus habitudine poteſt laborare & agere. Itẽ dicens quod omnes eiuſdem & inuicẽ ſunt cauſæ, addit quod etiam eadem eſt cauſa contrariorum, ſed non eodem modo ſe habens, ſed contrario diſpoſita. Nam quod præſens ſalutis eſt cauſa al cuius ut gubernator nauis, hic abſens eſt ſubuerſiõis, & patet quod præſens quidem per ſe eſt cauſa, abſens autem per accidens. ſic autem dixit in primo formam ſui abſentia & præſentia eſſe cauſam generationis & corruptionis.

Tex. 31. Omnes autem nunc dictæ cauſæ, in quatuor cadunt modos manifeſtiſſimos. Elementa enim ſyllabarum, & materia factibilium, & ignis & huiuſmodi corporum, & partes totius, & ſuppoſitiones concluſionis: vt id ex quo, cauſę ſunt. Harum autem, aliæ quidem ſunt vt ſubiectum, vt partes. aliæ autem, vt quod quid erat eſſe, & totum & compoſitio & ſpecies.

Com. 29. In aſſignatiõe cauſarum etiam genera cauſarum ut cauſas aſſignans & intermedias inter agentem & factum uel finem merito redigens in capita eas inquit, cauſarũ quatuor eſſe modos ad quos omnia dicta reducuntur, & proponens hæc breuiter numerare, & primo materialem in medium producens, & per exemplum ipſam manifeſtare uolens. & differẽtias eius exponere gratia multæ manifeſtationis, & illa quorum eſt ſubiectum aſſumpſit dicens elementa ſyllabarum & materia factibilium, & cætera, in quibus ſubijciuntur elementa et materia artificialium ut ligna, uel cera, uel oleum pharmaci, et ignis, & terra, & reliqua, & partes, & ſuppoſitiones, formæ autẽ ſyllabæ, & ſcabellum, uel pharmacum, & animal, & totũ, & concluſio, coordinãs igitur formas ſubiectis merito induxit. Harũ autem aliæ quidem cauſæ ſunt, ut ſubiectum, ut partes, alię autem ut forma, & ſic effectricem & adiecit & finalem. Differentias autem ſubiecti tradit quatenus aliter quidem propria materia his quæ ex ipſa ſunt, ſubijcitur & fiunt ex ipſo quæ fiunt, & aliter elemẽta ſyllabis, & partes toti, & aliter propoſitiones quas ſuppoſitiones uocauit concluſionis. Nam materia ut Alexander inquit formam recipit, ſed elementa & partes ſecundũ compoſitionẽ, ſyllaba enim uelut ex partibus ex elementis fit, tamen corpora ſimplicia, & prima quæ elementa appellantur

compoſitorum corporum, ut terra/aqua/aer/ignis/& ſecundũ compoſitionem, & ſecundum alterationem perficiunt ea corpora quæ ex ipſis conſtant, ſed hæc quidem omnia illi quod ex his eſt cauſæ ſiunt intrinſece, ſed propoſitiones non inſunt cõcluſioni, ſed huius effectrices magis ſunt, & i omni ſyllogiſmo inſunt, & in ipſo materiæ rationem habent, & concluſio rationem formæ. Niſi forte autem & in concluſione aliquo modo ſint propoſitiones & unum eſt. Vnus quidem modus cauſarũ hic eſt uarius ut oſtenſum eſt. Alius autem eſt uelut quid erat eſſe & forma, talia autem quęcũq; cum materialibus cauſis apponit totum ſcilicet nõ hoc cum partibus, ſed hoc in partibus adueniens, tale autem eſt compoſitio. Etenim ipſa cum ſit alia præter compoſita illis aduenit ut forma ut in elementis orationis ſyllabæ, & corporibus ſecundum compoſitionẽ forma ut hominis uel ſici & patet quod omnibus his cõgruit appellatio formæ. Proprius autem in habentibus materiam proprie ſubiectam. Oportet autem meminiſſe quod Alexander inquit materiam ſecundum alterationem accipere formam, ideo ex materia & forma compoſitum Peripatetici dicunt, tanquam ſimul alteratis inuicem ſimplicibus in gñatione compoſiti. Platonici autem dicunt materiam immutabile ſequentes dicta in Timæo in quibus inquit. Eadem inquam ratio, et de natura recipiente omnia corpora, idem ſemper eſt dicẽda ipſa. Nam ex ipſius potentia, prorſus hoc non immutatur, & patet quod neque alteratur. Niſi forte igitur Platonici de prima materia dicẽtes experte qualitatia ipſam non cõcedunt alterari, nam alteratur id quod habet qualitatem, tanquam aliam qualitatem abijciens, aliam uero aſſumens, ſed illud expers qualitatis quomodo alteraretur, ob id igiẽ non ex materia & forma inquiunt eẽ compoſitum tanquam non ſimul alteratis inuicem, ſed forma in materia, ſed Peripatetici proximam accipientes materiam uelut elementa quatuor, uel ſperma, & foetum merito & alterari hanc dicunt, & ex materia & forma dicunt cõpoſitum materia in formam mutata, & forma facta materiali.

Semen autem, & medicus, & conſultor, & omnino ipſum faciẽs: omnia ſunt, vnde principium mutationis, aut ſtatus, aut motus.

Com. 30. Tertiam rurſus enumerat effectricem cauſam, exempla & hic apponens proprie ut exiſtimo & differẽtias effectricis cauſæ, ut differentias materialis & formalis primus inſinuauit, nã aliter conſultans facit & aliter medicus, & aliter ſperma. Nam conſultans principium actionis ingerit ipſe non attingẽs opus, ſed medicus ipſe operãdo facit, & ſperma medium aliquo modo eſt effectricis & materialis ſiquidem ſuipſius mutatione & factum ſimul facit, ſed proprium efficiens debet ſeiungi ab eo quod fit ut Alexan. fatetur. Cæterũ illud { omnia } non oportet cõſtruere cum hoc { faciens } ſed abſolute legendo de tribus modis effectricis cauſæ ſuſcipiendum eſt.

Aliæ autem, vt finis, & bonum aliorum. Id enim cuius gratia, optimum & finis aliorum vult eſſe. Differat autem nihil, idem dicere bonum,
Tex. 32. vel apparens bonum. Cauſæ igitur, tales, & tot ſunt ſpecie.

Com. 31. Quartam & ultimam aliorum cauſam finalem inducit dicens hoc uelut finis & bonum aliorum, & inquit Alexãder cõſequens eſſe ſecundũ uerba, hoc autem ut finis aliorum, & bonum aliorum uidelicet quorum eſt finis. Niſi forte autem communiter ſecundum cõmunem de cõmuni fine & bono illud aliorum inductum ſit. Nam finalis cauſa ut ſanitas, ut eſt finis aliorum acceptorum gratia eiuſdem ut deambulationis & potionis pharmaci & talium, ſic & bonũ illorum eſt, ꝓpter quid autem huic { finis & bonum illud cuius gratia } adiecit, nam hoc { cuius gratia optimum } dicẽs, uel quia cuius gratia, hoc eſt quod appetẽtes alia facimus, appetibile autem bonum eſt, & magis finis, & magis bonum & optimũ aliorum, dicens autem finem et id cuius gratia bonum eſſe, quia ut principio dixit libri de moribus ad Nicomachum, omnis ars & omnis uia recte dicendi, ſimiliter & omnis præelectio bonum aliquod appetere uidetur, ſed nõ omnino & uere bonum eſt id cuius gratia facimus ea quæ facimus. ſed omnino apparens bonum, apparens autẽ dico id quod uidetur, ſiue ſit, ſiue non. propter hoc adiecit. { Differt autem nihil dicere ipſum bonũ, uel apparens bonum } nam ſic bonum id cuius gratia dictum eſt ut apparens bonũ, nam mouẽt nos nõ bona ipſa, ò utinã, ſed quæ uidentur bona, ideo & uoluptas appetibilis & finis uidetur non quia bonum. nõ enim erat nociuum, ſed quia uidetur bonum. Cum igitur totidem ſine cauſa dicit Eudemus, quod ſubiectũ & mouens primo omnes fecerunt cauſas, ſed formam plures. ſed id cuius gratia pauciores & parum, ſed nobis uidetur hæc cauſa plurium. Nam uideẽ fuſa & uaga. Etenim noſtræ actiones pene omnes alicuius gratia fiunt & boni. Nam ſi aliquãdo medicus ꝑparat febrem atq; efficit cum ſit ipſa ſimpliciter malum, tamen quando pręparat ut bonum facit. Similiter autem & is qui eligit ob cautionem de maioribus malis minus bonũ comparat & quæris, ut eligens mortem pro diuerſis malis, nã talia quidam cauillãtur, ſoluere autem ipſa, melius forte & facilius eſt.

Modi autem cauſarum, numero quidem ſunt multi: in capita vero contracti, & hi pauciores. dicunt enim cauſæ multipliciter: & ipſarum quæ ſimilium ſpecierũ ſunt, prior ac poſterior alia, alia. vt ſanitate, medicus & artifex, & ipſo diapaſon, duplum & numerus. & ſemper quæ cõtinent, ad ſingulares. Amplius autem vt accidens, & horũ genera, vt ſtatuæ, aliter Polycletus, & aliter ſtatuarius. quoniam accidit ſtatuario, Polycletum eſſe. & continentes etiam accidẽs: vt ſi homo cauſa ſit ſtatuæ, aut omnino animal. Sunt autem accidentium alia alijs remotius & propinquius: vt ſi albus & muſicus, cauſa dicantur ſtatuæ. Tex. 33

Com. 32. Priua quidem quando dixit, uno igitur modo cauſa dicitur aliquid ex quo fit aliquid inexiſtente modos dixit ipſas differentias primarum cauſarũ, ut differentias ſolius materiæ & ſolius formæ & aliarum cauſarum, nunc autem modos differentias particularium cauſarum inquit. quæ ſimilium ſpecierum ſunt, & dicit quod etiam modi ſecundum unãquãq; cauſam numero ſunt multi, in capita uero contracti & hi in ſex differẽtias ſecundum unãquãq; cauſam ſunt. Etenim ſecundum unãquãq; ſpeciem cauſarum, ut ſecũdum naturã, uel ſecundum formã, uel per ſe dicimus cauſam, uel per accidens. Amplius prior & poſterior alia/alia accipitur cauſa, et m cauſãm effectricem. Nam eſt eiuſdẽ ut ſanitatis priores & poſteriores accipere effectrices cauſas accipientis omnia per ſe ut medicum & artificẽ, & ſecundum formalem conſonantiæ diapaſon duplum & numerum, & ſimpliciter continentia et contenta, uel cõmunia & ſingula ubiq;, cum ſint priores proximiores & poſteriores remotiores. Proximiores autẽ ſunt ubiq; ſingulares, quia nõ amplius cõmunes hæ ut continentes ipſę, & de materiali cauſa, ꝓximior quidẽ eſt hoc æs, ſed remotius eſt æs, uel aqua, uel corpus, & de finali ꝓxima quidem eſt ſanitas, remotior autem & cõmunior ſanitate eſt habitus & qualitas, & dicta eſt prius talis differentia quando dixit { & horũ genera. } Cum ergo conſideraſſet in dictis cauſis per ſe duas has differẽtias ſingularia & generis, eaſdem differentias etiam in cauſis dictis per accidens aſſignat docens primo quæ ſint cauſæ per accidens, nam ſtatuæ per ſe cauſa eſt ſtatuarius, ſed per accidens Polycletus, quia accidit ſtatuario ut ſit Polycletus. quare accidentia his quæ ſunt per ſe, per accidens ſunt cauſæ, & genera per ſe inexiſtentia accidenti, quatenus cauſæ per accidẽs inſunt, &

ipſa per accidens cauſæ fiunt, ut Polycletus accidens cauſa eſt ſtatuę, ſed Polycleto per ſe ineſt homo, & animal, igitur et homo per accidens cauſa ſtatuæ eſt, ſimiliter aũt & animal, cum igitur oſtenderit quæ ſint cauſæ per accidens has inquit. diuidi in proximiorē & remotiorem, ut etiam ipſe per ſe diuiſe oſtendebantur. Etenim ſi per accidens cauſa ſtatuæ eſt Polycletus & albus & muſicus, ſed proximior cauſa eſt Polycletus & remotior albus & muſicus, propter quod hæc acciderunt Polycleto. Scire autem exiſtimo oportet quod remotius & proximius accepit de per ſe ſm continentes & contentas cauſas, ut conſequẽtia & ſpẽs, ſed de ipſo per accñs, accepit etiam hoc dicens. Eſt autem uelut accidens & horũ genera, ſed hæc coordinauit cum accidẽte, & alia accipit proximius & remotius in his per accidens & inexiſtẽtibus ipſi accidenti. Nam albus uel muſicus per accñs cauſa ſtatuæ remotior, quia accideret Polycleto album eſſe per accidens remotiori. Cum igitur ſint duæ differentiæ harum dualitatũ, altera in cauſis per ſe, & altera in his per accidens, aliam tertiam addit poſt pauca ipſe dicendo quædam intermedia. Eſt autem hæc ſecũdum quam per ſe & per accidens cãæ uelut abſolute inter ſe dicuntur, quando dixero efficientem ſtatuæ aliquãdo ſtatuificum, & aliquãdo Polycletum, uel ut complicite, quando dixero ſtatuę non ſolũ Polycletum efficientem, neq; ſolum ſtatuarium, ſed Polycletũ ſtatuarium, & q̃d hæc tertia duas cõnectat cũ duabus prioribus ipſe Ariſt. indicauit tres deinceps ponens poſt pauca.

Tex. 34. Præter omnes autem & ꝓprie dictas & ſecundum accidens: alię quidem vt potentes dicuntur, aliæ vero vt operantes. veluti ædificandę domus, ædificator: aut ædificans ædificator.

Com. 33. Cõmunem quandam differentiam inducit omnibus dictis cauſis per ſe & per accidens, abſolutis quoq; et coniunctis hãc quod aliæ potentia cauſæ & aliæ actu, quare cum ſex ſint differentiæ & duplicatę per potentiam et actum omnes duodecim fiunt, & ipſe plane enumerat, in quibus inquit, tamen hæ omnes multitudine ſunt ſex, dictæ autem dupliciter. Et quales ſex ſint inducit. Aut enim ut ſingulare ꝑ ſe, uidelicet aut ut genus eius. Et rurſus uelut accidens ſingulare, uidelicet uel ut genus accidentis, & uel ut cõnexæ hæ, aut ut ſimpliciter, dictę, omnes autem hæ dupliciter dicuntur, aut ut ſecundum actum exiſtẽtes, aut ſecundum potentiam, nam ędificandi domum efficiẽs cauſa eſt, potentia quidem ędificator & ſi non ędificet, actu autem ędificans ędificator.

Tex. 35. Perinde autem dicetur & in his quorũ cauſæ ſunt ipſæ cauſæ, atq; in his quæ dicta ſunt. vt huius ſtatuæ: aut etiam omnino imaginis, & ęris huius, aut ęris, aut omnino materiæ, & in accidentibus ſimiliter.

Tex. 36. Amplius autem, cõnexæ & hæ & illę dicẽtur. vt non Polycletus neq; ſtatuarius, ſed Polycletus ſtatuarius. attamen oẽs hæ, ſunt multitudine quidem ſex: dictę autẽ dupliciter. Aut. n. vt ſingulare, aut vt genus, aut vt quod ſecundum accidens, aut vt accidentis genus, aut vt connexę hę, aut vt ſimpliciter dictę, omnes autem aut actu exiſtentes, aut ſecundum potentiam.

Com. 34. Illud deinceps uerborum { perinde autẽ dicitur, & in his quo- » rum cauſæ ſunt ipſæ cauſæ } ideſt in effectibus. nam horum » cauſæ ſunt cauſæ, & in his igitur eoſdem differẽtias eſſe inquit. quæ etiam in cauſis ſunt, nam ſunt ipſorum proximiores effectus, & alij remotiores, & alij per ſe, & alij per accidens ut effectus ſtatuæ eſt hic proxime, ſed remotior ſtatua ſimpliciter, & adhuc hac remotior ſimulachrum, & æs uelut materialem cauſam aſſumens, ſed uelut effectum metalli & ipſum eſt proximum effectum, ut hoc æs, & aliud remotius, ut æs ſimpliciter, uel corpus, uel materia, ſimiliter inquit, ſe habet & in his quæ accidunt effectis, nam quæ accident affectis, & ipſa per accñs effectus ſunt. Similiter autem & in his alia ſunt proximiora autem remotiora, proximiora ideſt ſingularibus, remotiora autē horum genera & ſpecies, nam hoc rubeum ſiquidem factum æs talem habet colorem, proximius effectum per accidẽs eſt, ſed remotius rubeum & prorſus color. Et effecta ut cauſæ nõ ſolum abſoluta & ſeparata, ſed etiam connexa dicenť, nam dicens differentias cauſarum & effectuum induxit. { Amplius » autẽ connexæ & hæ & illæ dicẽtur } ideſt effecta, & cauſę, ſed » ego quidem ſex cauſarum differentias dicens, ſic etiam æquales cum ſint effectuũ differẽtias ſubiũxit ordine dicto ab Ariſtotele in ſequentibus, ipſe autem poſt differentiam per ſe, per accidens & potẽtia & actu cauſarum eaſdem differentias cũ in effectus conſiderans differentias ſecũdum connexionem & ſeparationē cõmuniter induxit effectis & cauſis, & ſic enumerationem ſex modorum faciẽs in cauſis & effectis omnes potentia & actu diuidit, in ipſo autem cõnectere poſſibile eſt, uel propria proprijs connectere, uel accidentia accidẽtibus, uel uiciſſim, & horum uel proxima proximis, uel remotiora remotioribus, uel uiciſſim, ipſe tamen uidetur ſolam connexionē accipere propriarum ad accidentia, ut dictus eſt ſtatuarius Polycletus. Nam connectitur cauſa per ſe ſtatuarius cauſæ per accidens. ſ. Polycleto. Polycletus autẽ is ẽ ſtatuarius, de quo etiã Galenus meminit, qui ſtatuã miro artificio ſtruxit hñtem oĩm cõmenſurationem mẽbrorum per ſe & adinuicem, & ꝓpter hoc Polycletus regulam appellari uoluit.

Differunt autem tantum, quod actu quidem exiſtentes & ſingulares, & ea quorũ ſunt cauſæ, ſimul ſunt & non ſunt. vt hic medens cum hoc qui ſanatur: & hic ædificator cum hoc quod ædificatur. Quæ autem ſunt ſecundum potentiam, non ſemper. corrumpitur enim nõ ſimul, domus, & ædificator. Tex. 37.

Cum dixerit ſex modos bifariam diuidi potentia ſcilicet & actu, differentiam eorum in potentia & actu aſſignat dicẽs, q̃d quæ ſunt actu & cauſæ ſimul ſunt, & non ſunt. Dicens autem { actu exiſtentes } adiecit { & ſingulares } nõ uelut alias præter exiſtentes actu dicens, ſed quia exñtes actu ſingulares ſunt, nam hæ agunt patiuntur & faciunt, ſed non horum ſpecies & genera. Neq; enim aliquid ſic cõmuniũ ſubſiſtit per ſe, ſed ſingulares exiſtente actu, etiam inter ſe ſimul ſubſiſtent, ut hic ędificans dum ędificat ſimul eſt cum re ędificata, ſed cauſæ ſecũdum potentiam non ſunt ſimul ſemper, & huius exemplũ manifeſtum appoſuit, quia, nõ ſimul corrumpitur domus & ędificator. Nam diuturniora eſt plerũque domus quam ędificator, ſed cum fuerit aliquis ędificans, prorſus erit aliquid ędificat & non exiſtente ędificante non ędificatur & cum fuerit ędificati. aliquod prorſus aliquid ędificat, & ſi non fuerit ędificat neque ędificat, ut ſimul ſint & non ſint. Dicit autẽ nunc potentia non de eo quod fieri poteſt, nam nõ amplius fieri poſſunt quæ iam facta ſunt, talis autem eſt ędificator ędificans & domus ędificata, ſed ſimplr oppoſita agentibus, hę autẽ ſunt non agẽtes, non agunt autẽ ea quæ poſſunt agere & ceſſant ab actione. Com. 35.

Oportet aũt ſemper cauſam vniuſcuiuſq; ſummam quærere, vt & in alijs, vt homo ędificat, q̃m ædificator eſt. ędificator autem eſt ſecundũ ędificandi artem. hęc igitur prior cauſa eſt, & ſic in omnibus. Amplius, alię quidem genera ſunt generum: alię autẽ, ſingularia ſingulariũ. vt ſtatuarius quidem ſtatuæ: hic autem, huiuſce. Et potentię q̃dem, poſſibilium: actu autẽ exiſtẽtes, ad actu exiſtentia. Tex. 38.

Quot igitur cauſę, & quomõ cauſę ſunt, Tex. 39.

ſint nobís determinata ſufficienter.

Com. 36. Summam dicit cauſam quæ eſt propriiſſima dicta quam alij nominant ſynecticam, ſed occultum ipſum per exemplum fecit. Nam cur homo ædificat interrogantes audimus quod ædificator, cur autem ædificator, quia ſecūdum ædificandi artem & in his ceſſat, propter quid quæſbo, ideo & ſummā hanc uocat, quoniam uſque ad hæc aſcendentes ſtamus, nam propriiſſima cauſa ædificationis eſt ars ædificādi, oportet autem ut in alijs omnibus propriè ſecundum nomen dictum intelligimus, ſic etiam in cauſis. Etenim drachmam proprie drachmā intelligimus non adulterinam & hominē proprie & non mortuum ſic etiam cauſa proprie cauſa ſumēda eſt. Porro ſic dicēs non naturam proprie effectricem cauſam corporum ſubiecerit, nam & ſi ipſa moueret corpora mota & ipſa mouet. Eſt igitur aliquid hoc, & hanc mouet, & ſi quidem motū & illius motiuum quæremus, quia omne motum à mouente mouetur, ut ipſe in octauo huius tractationis demonſtrauit. Si autem imobile, hæc erit extrema & proprie motus cauſa. Adiecit autem quod & genera generum cauſarum dici oportet, & hęc inuicē opponuntur, & ſingulares ſingularium, ut ſtatuarius ſtatuę, & hic huius. ſimiliter autem hæ ſecundum potentiam ad eas potentia, & ipſe ſecundum actum ad eas actu. Animaduertit Alexan. in his φ ſi aſſignaretur potentia ad id quod potentia, ſimul etiam ſcientia ſcibilis erit propter ſenſus ſenſibilis, & ea q ſunt ad aliquid, ſiquidem diceretur id quod eſt potentia de eo quod poteſt fieri, & non ſimpliciter de non agente ut utebatur pauloante ipſo dicens ædificatorem potentia ædificantem & non amplius ædificantem, & ſic in prædicamentis dubitatio ſoluetur ea de recto in profundo, ſi id quod eſt potentia diceretur de eo quod poteſt fieri.

SECTIO SECVNDA.

De Fortuna & Caſu.

DICITVR autem & fortuna, & caſus, de numero cauſarū eſſe & multa, & eſſe & fieri, propter fortunam & caſum. Quo igitur modo in his cauſis eſt fortuna & caſus, & vtrum idem ſint fortuna & caſus, aut diuerſum, & omnino quid ſit fortuna & caſus, conſiderādum eſt.

Tex. 40. Quidam enim, et ſi ſint an non, dubitant. nihil enim fieri a fortuna dicunt, ſed omnium eſſe aliquam cauſam determinatam, quæcunq; dicimus a caſu fieri, aut a fortuna. vt veniēdi a fortuna in forum, et reperiendi quem volebat quidem, non autem putabat, cauſa eſt, velle cum venerit emere. ſimiliter autem & in alijs quæ a fortuna, dicuntur, ſemper aliquā eſſe accipere cauſam, ſed non

Tex. 41. fortunam. Quoniam ſi aliquid eſſet fortuna, inconueniens vtique per quam vere videbitur. & dubitabit vtique aliquis propter quid nullus antiquorum ſapientum cauſas de generatione & corruptione dicens, de fortuna quicquam determinauit. ſed (vt videtur) nihil opinabantur illi eſſe a fortuna.

Com. 37. Cum diceret quæ quotq; cauſæ & quinam modi & differentiæ ſigillatim conſiderantur, dicitur etiam fortuna & caſus cauſa atq; multa ſunt & ſiunt ob fortunā & caſum, conſequēs erat quærere ſi eſt, & quid eſt, & ſub qua dictarum cauſarum reducuntur hæ. Sed non fruſtra dixit Ariſto. dici hæc. Etenim plures putāt fortunam & caſum eſſe ipſam cauſam multorū, ſed nāles & ſi non dixerint aliquid de, ipſa tamē uelut exiſtē & utuntur & nominant. Etenim Empedocles in quibus inquit. Sæpe alias aliter ſed tunc forte ſic cucurrit.

Et rurſus cum dixit qualiter omnia concurrerunt uidetur efficere cauſam fortunam. Et hi dēum uel materiam principia dicentes uel bonum & malum contentionem ipſam, & partitionem laborum dolorumq; & talia uelut à fortuna uel à caſu dicere coguntur. Item Democritus in quibus inquit oportere ab uniuerſo uariarum formarum ſeparari, quomodo autem & à qua cauſa cum non dicat, uidetur à caſu & à fortuna hæc generare. Et Anaxagoras mentem dimittens ut inquit Eudemus à caſu ſtatuens multa conſtituit. Et poetarum nonnulli cuncta fere infortunam ducūt perinde ac artis ipſam familiarem efficiant dicentes. Ars fortunam amauit & fortuna artem. Dicūt item bene fortunatum prudenter agere. Præterea uidemus q̃dam eorum quæ fiunt, ab arte etiam à fortuna fieri. Etenim ſanitas etiam à fortuna uidetur fieri, ut etiam ab arte. Nam ſitiēs & bibens aliquis aquam frigidam ſanus euaſit, ſed forſitan nō inquit, Democritus fortunā cauſam eſſe, ſed ipſum bibere. Itē plures tradunt omnia fortunam cauſam eſſe & optant precanturq; bonam fortunam dijs, ſi ergo dicūtur & cauſæ eum qui uult uideri perfecte de cauſis aſſignaſſe oportet quærere cum qua dictarum quatuor cauſarum fortuna & caſus ſimul ordinabuntur, & ſecundum quem modum uniuſcuiuſq; aſſignatorum & ante hęc prius fortuna & caſus eadem ſunt uel diuerſa, & ſi diuerſa aliquo differunt inter ſe. Hoc autem pręcedit quid eſt utrūq; ipſorum. Non enim oſtēſa utriuſq; natura neq; differentia manifeſta erit, ſed & ipſum quid eſt utrūque præcedit ſi eſt uniuerſaliter. Non enim horum ſubſiſtētia eſt expers dubitationis, ſic igitur in ordine ponens problemata reſolutorie ab extremo ſecundum reſolutionem inuenti problematis, hoc autem erat ſi ſit prorſus fortuna & caſus ab hoc incipit demonſtrationem, & primo ponit argumenta ad utranque partem præordinans duo argumenta eorum quæ non putant fortunam & caſum in cauſis ordinanda eſſe cum non ſint cauſa alicuius, quorum primum demonſtratiuum eſt, & ſecundum ꝓbabile, & eſt primum tale, omnium quæ fiunt & quæcunque dicimus à fortuna uel ex caſu fieri cauſa determinata ſunt, ſed nullius, quorum eſt cauſa definita cauſa erit fortuna uel caſus, propterea quod etſi hæc cauſa dixerint, tamē fatentur prorſus ipſas eſſe indefinitas, igitur nullius definitorum cauſa erit fortuna uel caſus ſic quidem in prima figura ſecundum ipſum ſecūdum demōſtrandi modum eſt concludere. Eſt autem & in ſecunda figura concludere ſic omnium eorum quæ fiunt cauſæ definitę ſunt, fortuna & caſus nullius eſt cauſa definita, igitur nullius eorum quæ fiunt fortuna eſt cauſa neq; caſus & quod quidem omnium eorum quæ fiunt & quæcunq; dicimus à caſu fieri uel fortuna eſt aliqua cauſa definita demonſtrauit per exemplum. Nam procedens aliquis in forum ut quæ fori ſunt agat, ideſt ut uerſetur in foro, uel etiam emat & dep̃hendit ibi debitorem quem uolebat dep̃hendere, licet nō putauerit ſe deprehenſurum, & accepit argentum, hoc omnes ſecundum fortunam uel à caſu fieri dicimus, & tamē eſt huius effectrix cauſa definita ſcilicet ueniēdo in forum uelle in ea tractare ea quæ ad forum attinent. Nam & ob id comprehendit debitorem & recipit argētum. Similiter autem & in alijs à fortuna eſt aliquā accipere ſemper cauſam definitam & nō fortunam. Quod uera & ſi quidem erat cauſa fortuna indefinita erat neq; cenſuit demonſtrandum eſſe. Nam talem cōceptionem apud omnes habēt fortuna, & caſus. Sed ſecūda ratio talis erit ſi eſt eorum quæ fiunt cauſa fortuna & caſus, abſurdum aliquid & dubitabile ſequetur, cur olim ſapientes cauſas generationis & corruptionis dicentes, non mentionem de his fecerūt, ſed cui accidit abſurdum, hoc etiam abſurdum erit, quare abſurdum uidebitur hoc ut ſit fortuna & caſus unius eorum q̃ fiunt cauſa. Sed poſſibile eſt & ſic concludere ſi neq; ueterum ſapientum aliquia fortunam & caſum exiſtimarunt neq; ipſa eſſe cauſa uериſſimi

ſe eſt, atqui antecedens, igitur & ſequens. Quod uero nullus ueterum exiſtimauit ſic oſtendit, ſi exiſtimabant dicentes cauſas de generatione & corruptione cauſam eſſe fortunã & caſum determinaſſent de ipſis, ſed non determinarũt. Accuſauit Alexander contextum uerborum tanquam non congruum cum dicat propter quid nullus antiquorũ ſapientũ de fortuna quicquam determinauit. Nam oportebat utique inferre de fortuna quid determinauit, propter quod proponitur negatiuũ in hac nullus, & patet nullo magis ſi accuſaſſet Platonem dicentem nullus ad nihil dignus fieret nullus, ſed & admirari magis oportebat locũ & plane & diligenter & accurrate exponẽdum.

Tex.42. Sed & hoc mirabile. multa enim & fiũt & ſunt
a fortuna & caſu, quæ non ignorantes quod licet
referre ad aliquam cauſam vnumquodque eorũ
quæ fiunt, vt antiquis ſermo dixit deſtruens fortunam, horum tamen alia quidem eſſe dicunt o-
Tex.43. mnes a fortuna, alia vero non a fortuna. Quocirca & quodam modo erat facienda ipſis mentio.
at vero neque illorum quidem aliquid opinabãtur eſſe fortunã, vt amicitiam, aut litem, aut ignẽ, aut intellectum, aut aliquid aliud talium. Inconueniens eſt igitur, ſiue non putauerunt eſſe, ſiue putantes reliquerunt, præſertim aliquando vtentes. vt Empedocles, non ſemper aerem ſegregari ſuperius dicit, ſed vt accidit. dicit enim in Coſmopœia, id eſt mundi fabrica. Sæpe alias aliter, ſed tunc ſic forte cucurrit. Et partes animalium a for
Tex.44. tuna fieri plurimas, ait. Sunt aũt qdã qui & cœli
huius, & mundanorum omnium cauſam eſſe ponunt caſum. a caſu enim fieri dicunt reuolutionem, & motum qui diſcreuit & conſtituit in hũc
Tex.45. ordinem, vniuerſum. Et valde hoc ipſum admiratione dignum eſt, quod dicãt ipſa quidem animalia ac plantas a fortuna nec eſſe nec fieri, ſed aut naturam aut intellectum aut quippiam tale aliud eſſe cauſam. non enim quoduis, ex ſemine vnoquoque fit, ſed ex tali quidem, olea, ex tali autem, homo. Cœlum autem, & diuiniora ſenſibilium, a caſu fieri. talem autem cauſam nullam eſ-
Tex.46. ſe, qualem animalium & plãtarum. Atqui ſi ſic
ſe habeat hoc ipſum, dignum eſt conſideratione. & bene ſeſe habet, dici aliquid de hoc ipſo. Nam prẽter quam quod & alioqui abſurdum eſt quod dicitur, adhuc abſurdius eſt dicere hæc, cum videant in cœlo nihil a caſu factum. in his autẽ quę non a fortuna, multa cõtingere a fortuna. attamẽ par erat, contrarium fieri.

Com. 38. Ad duas rationes oſtendentes non eſſe fortunam & caſum contradicit & prius ad primã quæ deſtruit fortunam quia determinate ſunt oĩum cauſæ & fortuna eſt indefinita. Contradicit autem contrarium quam uult oſtendendo talem rationẽ concludendo. Nam uult deſtruere fortunam, ſed ignorat cum magis fortificet ipſam. Nam ſi habent omnia quę fiunt ad definitas, cauſas reducere & hoc non ignoramus tamen non omnia in eaſdem reducimus, ſed etiam uidẽtur nobis à fortuna fieri & quædam dici à caſu, patet quod cauſa aliqua eſt fortuna & caſus præter definitam cauſam. Nam ſi nũquam indigemus definito principio, cauſam autem in aliquibus non definitam & perſpicuum principium facimus ſed fortunam, patet quod alterum pręter illa exiſtere cauſam facimus. Nam cum Achilles ex prælectione dicitur deſtruxiſſe interfeciſſeque Hectorem, Adraſtus autem à fortuna filium Chriſidæ. Atque & hic ſi non prius elegiſſet haſtam dimittere non interfectus fuiſſet filius, Chriſidis ſed prius elegit dimittere haſtam, prælegit autem non ob filium Chriſidę, ſed ob feram, itaque diuiſionis & iaciendi haſtam dicendum eſt eſſe cauſam prælectionem, ſed homicidij nequaquam. Nam aliquo modo prælegit quod ſi prouidiſſet quid euenturum non præmiſiſſet ieciſſetque telum haſtamque, quare pene dicitur à fortuna & non à prouidentia tale homicidum, ideo & ueniã in talibus aſſequitur tanquam eorum quę fiunt à nobis partim quædam à fortuna ſint, quædam à prælectione, & oportebat propter hoc una ſit fortuna aliquam mentionem de ipſa aſſequi, ſed non uidẽtur mentionem feciſſe. Nã neque fortunam eſſe uidentur exiſtimaſſe neque aliquid nominatorum ab ipſis idem fortunæ uidẽt ut amicitia, uel odium, uel mens, uel ignis, uel aliud quid talium. Nam hæc determinata ſunt cauſæ ideo quarum diuiſim, alia mentis autẽ ſemper principatus erat. Deinde & ad ſecũdam rationem occurrit. Vt antiquus ſermo deſtruens fortunam ad Democritum uidetur dictum eſſe. Nam ille etſi uidebatur dum de mundi fabrica diſſereret fortuna uti tñ in particularioribus nullus inquit fortunã eſſe cauſam referens in alias cauſas ceu inueniendi theſaurum eſt cauſa ipſum fodere, uel oleę plantatio, frangendi autem cranium calui cauſa eſt aquilæ projiciendo teſtudinem ut tegumentum teſtudinis frangeretur. Nam ſic Eudemus narrat, ad ſecundam autem rationem dicentem aliquid abſurdi & indubitabile accidere ponentibus fortunam illud cum priores naturales nihil de ipſa dicerent. Ad hanc igitur occurrens abſurdum inquit non ex dicentibus cauſam fortunam ſequi, ſed ex olim naturalibus. Nam ſiue non opinabantur cauſam eſſe fortunã ſic manifeſte exiſtentem abſurdũ eſt quod ſapientes exiſtimantes & de uniuerſis potentes conſiderare hoc latuit & quod non ſuſpicantes, tamẽ incredibile erat hominibus quod nomẽ uanum proferant, ſiue ſuſpicantes eſſe, reliquerũt docere quid eſt & quam habet potentiam fortuna & hoc abſurdum cum enunciarent ſententiam de cauſis de hac omittere. Quod uero habuerint aliquem conceptum & intelligentiam de his quę ſecundum fortunam accidunt patet quia aliquñ uſi ſunt hoc nomine ut Empedocles non ſemper aerem ad ſupremum ſeparari, inquit, ſed ut contingit. Dicit porro in ipſa mũdi fabrica. Sępe alias aliter ſic tunc forte cucurrit. Et in alijs ubi omnia concurrerunt. Et partes animalium plurimas fieri à fortuna inquit ut quando diceret.

Terra hiſce ęqualis maxime concurrit. Et rurſus.

Flamma ſuauis animauit terra breui manentem.

Et in alijs.

In manibus ueneris nactũm talem formationem.

Et aliquis inueniret ex naturalibus Empedoclis plura huiuſmodi poni poſſe, ut etiam hoc.

Hoc robore fortunæ omnia intellexit. Et paulo poſt.

Et quatenus tenuiſſima cadentia cõcurrerunt, ſed his cum uiſus ſit in paucis fortuna uti, erit minoris annotationis dicemus, quid eſt furtuna non aſſignans. Sed Democritus uidetur pati aliquod abſurdum dupliciter primum quidem quod & cœli huius, cur dico huius cœli, quia etiam mundorũ omnium plurium, uel etiam infinitorum exiſtentium ſecundũ ipſos qui cauſam efficiunt ipſum caſum. Nam à caſu tradunt reuolutionem & motum ſeparantem & conſtituentem in ordinem ipſum omne, tamen non dicunt quid eſt caſus, ſecundo eſt dignum ipſos admirari quomodo animalia & plantas profiteatur neque eſſe neque fieri à fortuna, ſed uel naturam uel mẽtem, ſed uel aliquam alteram eẽ cauſam ipſorum definitum & nec inordinatam neque irrationalem. Nam perſpicuum hoc erat, ſi quidem non quoduis eo quouis fit, ſed ex ſemine humano homo, & ex olea, olea & nullus inquit à fortuna equum ex equo ortum eẽ atque ordinatum. Non enim à fortuna ordinatum & ſemper uel ut in pluribus ſimiliter ſe habẽs, ſed maxime diuiniſſima cœ-

lum

lum & aſtrorum chorus in quibus nihil indeterminatum & in
ordinatum eſt. Hæc in caſum & fortunam reducunt ſtatuen-
tes nullam cauſam talem ipſis eſſe qualem animaliũ, uel plan
tarum dixerunt eſſe definitum & ſecundum ordinem & ſecun
dum rationes facientem, & tamen nihil de fortuna uel caſu di-
cunt. Atqui & ſi dixerũt quid hoc ipſorum dignum erat anno-
tatione ſi talia oportebat caſui & fortunæ cõmittere, & bñ ſe
hẽt dici aliqd de ipſo. Nam cũ abſurdũ ſit hoc ſcilicet diuiniſſi
ma eorum quæ ſunt in mundo ab optimis cauſis nõ guberna-
ri, adhuc abſurdius eſt dictum, ſi ſecundum comparationẽ ali-
quis ipſa conſideret uidens in cœlo omnia ordinata & nihil in
definite uel à fortuna uel à caſu factum, ſed in his ſub lunam q̃
dicunt hi non à fortuna fieri cum plura eueniunt à fortuna, at-
qui ſecundum horum ſuppoſitionem & contrariũ par erat cœ
lum inordinate moueri, & quę ſunt in generatione ordinatam
ſuam naturam habent, & cœleſtia eſſent breuiora duratione,
nec talia ſunt à fortuna, & ea quæ generãtur diuturniora. Vi
deamus autem quod multo plus ordine & tempore cœleſtia
differũt ab his quę ſunt hic q̃ magnitudine. Reſpondet autem
Eudemus pro relinquentibus in cauſis fortunam dicens. Ratio
nabiliter autem ipſam omittens per accidens exiſtẽtem. Nam
talia neq; eſſe uidentur, ſed ea q̃ ſunt per ſe, proinde in his om-
nibus locis Ariſtoteles planam & ordinatam faciebat aſſigna
tionem. Cõmentaria autem Alexandri & magis in defectu ali
quo modo in his & ſub confuſa mihi uidenẽ, forte tranſcriben
tis ordinem dictorum confundentis. Cenſeo autem obijciẽtes
Ariſtoteli uelut dicenti non cauſam effectricem cœli intellige
re hic dicta æque. Nam ſi accuſat dicentes cœlum & diuiniſſi
ma apparentium à caſu fieri, talem autẽ cauſam nulla eſſe qua
lem animalium & plantarum uidelicet fieri & ipſa uult ſi &
non in particulari tempore & ab effectrice cauſa omnino hac
definita & ordinata ſiquidem accuſat dicentes à caſu fieri, etſi
quidem omne factum ab efficiente ſit, & erit efficiẽs mens uel
aliqd mẽte melius, ſiquidẽ & aialium & plantarũ uel nãm uel
mentem uel aliquam talem alteram eſſe cauſam concedit.

Tex. 47. Sunt autem quidem, quibus fortuna videtur
quidem eẽ cauſa, immanifeſta aũt humano intel
lectui, tanquã diuinum quiddã exiſtẽs et felicius.
Quare conſiderandum eſt, & quid ſit vtrũq;. & ſi
idem an aliud & caſus & fortuna, & quomodo in
determinatas cauſas incidunt.

Cõm. 39. Quidam enĩ, non plane dicunt eſſe fortunam, ſed ex quibus
dicunt coguntur ſubſiſtentiam eius cõcedere, quidam autem
& per ſe fatentur eſſe fortunam & cauſam eſſe ipſam dicunt,
ſed quid eſt non habẽt dicere immanifeſtam ipſam humanos
intellectus exiſtimantes tanquam diuinam quidam exiſtẽs &
felix ob id excedens humanam cognitionem ut Stoici uidẽtur
dicere, & quod plures huius opinionis extiterũt, patet ex eo q᷑
adorant ipſam fortunam ut deum & templa ædificant ipſi &
hymnos canũt in eius cultum. Videtur autem alia opinio eſſe
de fortuna uti de aliquo diuino apud Græcos & non a primis
exiſtimari Stoicis ut quidam putant. Etenim Plato in legibus,
ut deus omnia & poſt deum, inquit, fortuna & tempus cũcta
humana gubernant. Illud autem & quaſdam fortunas ciuita-
tum uenerari & templa ædificare poſterius uidetur ſtatutum
eſſe & exiſtimatum. Non enim habemus apud ueteres fortu-
næ ciuitatum templa narrata uel feſta ſcriptis prodita. Atqui
fortunæ rationem ſcimus, quod etiam apud ueteres fuit uene-
ratum in Delphis etiam quoad interrogationes primas habuit
ò fortuna Apolloq; ſic alicui uaticinaris. Item apud Orpheum
mentio de illa habita eſt, ſi ergo nõnulli aſſignãtes diuinorum
corporum in uniuerſo cauſam attingere fortunam, quãquam
non ſubiunxerint eam perinde aliquid ſit, nonne uero mentio-
nem nominis fecerunt, etſi de ipſa ſermonem non fecerint, alij
item ipſam exiſtimarũt quippiam diuinum eſſe, his quidem o-
mnibus compertum fuit quod ipſa eſt, proinde etiam quærẽ
dum eſt, quid ſit fortuna & caſus, nũ ſi hęc inter ſe diuerſa ſint,
quõq; inter diffinitas cãs incidant, ideſt nũquid ſit de numero
cauſarũ mãlium formalium, an magis efficientiũ uel finaliũ, &
nunquid collocetur inter cauſas per ſe uel per accidens.

Primum igitur cum videamus alia quidẽ ſem Tex. 48.
per ſimiliter fieri, alia autem frequenter, manife
ſtum eſt quod neutri horum, cauſa fortuna dici-
tur. Id enim quod a fortuna, neque eius eſt quod
ex neceſſitate & ſemper, neque eius quod eſt fre
quenter. ſed quoniam quædam fiunt & præter
hæc, & omnes hæc dicunt eſſe a fortuna, manife-
ſtum qđ aliquid eſt, fortuna & caſus. Talia enim
a fortuna, & quæ a fortuna, talia eſſe ſcimus. Eo Tex. 49.
rum autem quæ fiunt, alia quidẽ propter aliquid
fiunt, alia vero non. Horum autem, alia quidem
ſecundum propoſitum, alia vero non ſecundum
propoſitum. ambo autem, ſunt in his quæ ꝓpter
aliquid. Quare manifeſtum eſt, & in his quę ſunt
præter neceſſarium & quod frequẽter, ſunt quæ
dam circa quę contingit eſſe id quod eſt propter
aliquid. Sunt autem propter aliquid, & quęcunq;
ab intellectu vtique aguntur, & quæcunque a na
tura. Huiuſcemodi igitur, cum ſecundum acci- Tex. 50.
dens fiunt, a fortuna dicimus eſſe. vt enim & qđ
eſt, aliud quidem per ſeipſum eſt, aliud autem ſe
cundum accidens, ſic & cauſam contingit eſſe. vt
ipſius domus, per ſe quidẽ cauſa eſt ædificatiuũ,
ſecũdum accidens autem, album aut muſicum.
Itaque per ſe cauſa, definita eſt, quæ vero ſecun-
dum accidens, indefinita. infinita enim, vni acci
dent. Sicut igitur dictum eſt, cum in his quę pro-
pter aliquid fiunt, hoc fiat, tunc dicitur a caſu & a
fortuna. Ipſa autem, ad inuicem horum differẽ Tex. 51.
tia, poſterius determinãda eſt. nunc vero hoc ſit
manifeſtum, quod vtraque ſunt in his quæ pro-
pter aliquid ſunt. Vt cauſa recipiendi argentum,
veniſſet reportaturus pecuniam, ſi ſciuiſſet. venit
autem, non huius gratia, ſed accidit veniſſe, & fe-
ciſſe hoc reportandi gratia. hoc autem, neq; fre-
quenter venientem ad locum, neq; ex neceſſita-
te. Eſt autem finis, reportatio, non cauſarum quę
in ipſo, ſed eligibilium, & ab intellectu. & dicitur
tunc a fortuna quidem veniſſe. Si autem propo-
nens, & huius gratia, aut ſemper veniens, aut fre-
quenter reportans, non a fortuna. Manifeſtum Tex. 52.
itaque, quod fortuna cauſa eſt ſecundum acci-
dens, in ijs quæ ſecundum propoſitum eorũ quæ
propter aliquid ſunt. Quapropter, circa idem, &
intellectus & fortuna eſt. propoſitum enim non
ſine intellectu eſt.

De fortuna & caſu cum ꝓpoſuerit dicere. Et primũ, an ſit, Cõm. 40.
necne q̃rendi hoc ꝓblema ꝓduxerit, & oñderit ipſam eſſe cõi
olum teſtimonio & eorũ nõ ſolũ q̃ tradũt ipſam eẽ diuinã fau
ſtam atq; felicẽ cãm, & q de ipſa ueluti de cã mẽtionẽ fecerũt,
quãquã quicquã de ipſa non dearticularunt. uerum etiam eo-
rum qui periclitati ſunt eam de medio tollere, etenim hi quoq;
ſtabilire magis fortunam uiſi ſunt, ꝓfectus eſt ad cætera pro-

blemata, quid ſit utrũque, & quo hæc duo inter ſe differant & quomodo ad definitas cauſas reducantur. Sed primum utitur argumento ſimul quidem rurſus oſtẽdens fortunam eſſe non modo à cõmuni teſtimonio, uerũetiam ab ipſis rebus. Proinde concludens hãc rationem inquit quod fortuna & caſus eſt & una præbens initium demonſtrandi de ipſo quid eſt. Sed talis ſit, exiſtimo, ab ipſo rõ, porro cum accipiat ꝓceſſum iam factum, ſcilicet cuiuſuis effectus prorſus etiam eius cauſam effectricem eſſe, oſtendit, res quæ raro fiunt & ſunt in rerum natura, a fortuna & a caſu fieri. ſi ergo quæ ſiunt raro & in minus facta, in natura conſiſtunt, & fortuna caſuque proueniunt, compertum eſt quod fortuna caſuſque eſt. Et quod ea ſint quæ raro fiunt, oſtendit diuiſione eorum quæ fiunt. nam in rebus ingenitis non erit id quod in minus raroq; euenit. Nam eorum q̃ facta ſunt alia ſemper eodem modo fiunt, uelut ſolem oriri & occidere, alia uero nõ ſemper eodem modo. Horum uero alia fiunt ut plerũq;, ut ea quæ reperiuntur ſecundum naturam in his que fiunt ſub luna, ceu hominem ex homine, & equum ex equo fieri, aut hũc gratia huius ad forum proficiſci, illum inueniendi cauſa, cuius gratia exiuit, alia uero non ut plerũque, ſed uel æqualiter, uel in minus raroq;. Et illud æqualiter comparatione eorum quæ ſemper uel ut plerunq; ſunt, ipſum in minus raroque eſt. Et ob id puto quod Ariſto. ipſum æqualiter & ipſum raro cõmuniter contra ipſum ut plerunq; uſus fuerit dicens. Quod autem ea quæ fiunt præter ipſum plerũq; fortuna caſuq; fiant, eo patet quod cuncti non modo tradunt, ſed etiã cognoſcunt q̃d talia à fortuna fiunt, & non hoc ſolum, ſed etiã conuertens uidelicet quod ea quę fortuna & caſu eueniunt huiuſmodi ſunt. Nam neq; in ipſis ingenitis quę reuera ita ſint, fortuna collocatur, quippe nemo mẽtem uel uniuerſaliter immobiles cauſas à fortuna eſſe ait, neq; in ipſis gignendis quæ ſemper eodem modo fiunt, neq; in his que ut plerũq; eueniunt, ſed in his ſtatuit, quę raro fiunt idcirco cũ oſtendat hæc entia eſſe collegit concluſitq; fortuna eſſe, eamq; in his morari atq; eſſe. Etenim fortuna cũ in artificialiũ tum naturalũ defectibus eſt, uelut in medicina, qua non pertranſit ars, illuc fortuna ingreditur, ideo apud artifices ignaros multum inuenitur illud a fortuna, ſed apud optimos rariſſime. At fortuna in his maxime artibus inuenitur, quæ ſunt diligentia admodum exquiſitę ac traditę, ſed contra euenit in naturalibus quãdoquidem fortuna lõge à primis & honore pręſtãtiſſimis rebus abſit. Nam hæ ſemper ſecũdum naturam & eodẽ modo ſe habent, ſed in his quæ fiunt & intereunt quatenus natura deficit, & qua parte deficit ipſa fortuna reperitur. Conſtat autem quod nondum fortunã & caſum ſeparans fortunam ſolam nominat, & de utriſq; ſermonem facit. Sed uidetur hic etiam teſtimonio multorum probare rationem dicens. { Et hęc omnes aiunt eſſe à fortuna. } Verum hoc dixit nunc ut compertum, idcirco & ſubiũxit. Eorum quæ fiunt alia quidem huius gratia fiunt, alia autem non, & eo quod ea quæ raro eueniunt, conſiſtunt, & eo quod circa hæc fortuna & caſus uerſantur oſtendens quod hæc ſunt, deinceps reliquum modum addẽs, quo fortuna horum cauſa atq; caſus dicuntur, quia uelut in his quæ fiunt ſecundum ꝓelectionem & naturam propemodum ſubſiſtit fortuna per accidẽs, ſic cauſa eſt, ex hoc & ipſum quid eſt oſtendit. Nam ad oſtendendum ipſum ſi eſt id ſatis erat .ſ. effectus eẽ, ſed ad cõmõſtrãdum quæ cauſæ ſint, opus eſt modo ſubſiſtentiæ effectuum. Proinde diuidens rurſus omnia quæ fiunt ſecundum ſubdiuiſionẽ in ea quæ huius gratia fiunt & in ea quæ haud huiuſmodi fiunt. Nam pleraq; temere et abſq; finis ꝓmeditatione fiunt, uelut nõnulli praua conſuetudine ducti trichas capilloſue euellunt, uel ſuos ungues nedum auctos dentibus amputãt, aut nares fricant, & ea geſta quæ relationem non habent ad aliquid. Et dicens quæ ſunt alicuius gratia, quia hæc ſunt ſecundum præelectionem qualia ſunt ea ſecundum artem & ſecundum naturam. Etenim praelectio huius gratia facit, & natura, ut procedendo pluribus demonſtrabit. Et non eſt præelectio, ob artem, uelut in topicis & moralibus dictũ eſt, bene ſubiungit quod ea huius gratia ſunt, quæcũq; ex intellectu, cogitationeue acta ſunt, & quæcũq; à natura, etſi nõ ſic geſta ſint, tamẽ ita fieri poterant, ut in forum proficiſci & recipere debitum huius gratia potuit eſſe, etſi non huius gratia forte in forum abijt, tamen receptio debiti fertur eſſe in his quæ ſunt huius gratia. Cum ergo huiuſmodi ſint ea quæ ſunt huius gratia, ambo fortuna & caſus in his quæ ſunt huius gratia uerſantur. Si ergo & prius oſtenſum eſt q̃d fortuna et caſus conſiſtit in his quę raro eueniunt, cõcluditur in tertia figura hoc, ꝙ quædam quæ raro fiunt, huius gratia fiũt, quod quidem ipſe ſignificauit per hoc. quare manifeſtum eſt ꝙ & in his præter neceſſarium & id ut frequenter quædam ſunt circa quæ cõtingit ineſſe id huius gratia. Et illud, quare manifeſtum, cõcluſiuum dicendo intulit q̃d tales effectus in his quæ raro huius gratia fiunt quando per accidens fierent a fortuna eos dicimus eſſe. Et quod accepit ea q̃ huius gratia fiũt, non prorſus quæ huius gratia facimus, ſed ea quæ gratia huius à nobis geri fieriq; poſſunt, compertum fecit paulopoſt ipſe dicendo. Nunc autem ſit manifeſtum ꝙ ambo ſunt in his gratia huius, ut ſi gratia recipiendi argentum uenit, reportaturus pecuniam etſi ſciuiſſet. Venit autẽ non huius gratia, ſed accidit uenire & hoc facere gratia reportandi. Hoc autem inquit Alexãder non ſimpliciter euentus à fortuna, ſed bonæ fortunæ eſt exẽplum. Quod uero illud prius dictum, ſcilicet ambo autem in his gratia huius, non de his quæ fiunt ſecundum præelectionem dictum ſit, ut quidam rati ſunt, ſed de fortuna & caſu indicat contextu proxime expoſito per eadem colligens deductum & concluſum. At inquit. Nunc ſit manifeſtũ quod ambo ſint in his huius gratia, eo uidelicet de quibus erat ſermo, erat autem de fortuna et caſu, quorũ differẽtiam poſtea determinare pollicitus eſt. At etiam ſiquis hoc non intellexerit de his quæ ſunt ſ'm præelectionem, non ſequeretur deducta illataq; concluſio. Non enim eo quod quædam à fortuna ſunt in his quæ ſunt huius gratia, ſequitur dicta concluſio, quandoquidem ſermo continuationẽ haud habebit, merito cenſuit dignum demõſtratione eſſe hoc, ſcilicet id quod eſt gratia huius eſſe in quibuſdam eorum quæ raro fiunt, propterea quod quibuſdam nonnulla quæ raro eueniunt, uidebantur eſſe temere abſq; ſcopo geſta, & hoc non demonſtrato, non concludebat quod quæ a fortuna in his quę raro eueniũt huius gratia ſunt. Eudemus autẽ ſic demonſtrat quod fortuna ſit in his quæ gratia huius ſunt, in quibus, inquit, eſt aduerſa proſperaq; fortuna uti, in his eſt fortuna, hæc autem ſunt ea in quibus boni cõparatio & amiſſio, & ipſum gratia huius. Nam quicunq; agit huius gratia bonum appetit. Sed ratio hæc fortunã ſolam in his quæ ſunt huius gratia poſuit, ſed non poſuit caſum, quãdo autẽ aliqua facta huius gratia & hæc ſunt, cum ab intellectu, tum etiã à natura in his quæ raro fiunt per accidens fierent alicuius gratia, tunc facta à fortuna & caſu fieri dicimus. Illud autem grã huius ſpectatur animo, non q̃d gratia huius fiebat iter ambulatioue ut uerſandi in forũ ſicut Porphyrius inq̃t. ſed q̃d & huius finis gratia fiebat. Nam uenit ĩquit, reportaturus pecuniam ſi ſciuiſſet, uerum tum per accidens ea q̃ ſunt ab intellectu & natura fiunt cauſa, quãdo hęc non fierent eorum gratia quorum fiunt, ſed quædã alia fierent, ut prodeo quidem in forũ conuerſandi gratia, & inueniens debitorem recepi debitum. Item defertur lapis, ut capiat ꝓpriam uniuerſitatẽ, & in caput alicuius decidens uulnerauit, aut taliter cadens ſcãnum ſedeſq; cuaſit. Dicẽs porro ea q̃ ab ĩtellẽu & nã ut iter uel caſus, qñ per accñs fierent cãę alicuius, tum ea q̃ facta ſunt a fortuna caſuq; fieri diceřẽtur, ꝓp q̃d non fiebãt iuxta illius rõnem, merito deinceps oñdit ꝙ ſunt q̃dã prorſus cãæ per accñs. Quod q̃dẽ prius etiã dixit, nunc etiã meminit exẽplo domus cuius p ſe cã eſt ars ędificãdi & per ipſam artifex, per accidẽs autem albus aut muſicus. Vt enim inquit ens aliud per ſe aliud uero per accidens, dicit autem ens per ſe ſubſtantiam, per accidens uero dicit accidentia ſubſtantiæ, ſic etiã cauſa alia eſt per ſe alia uero per accidens, ut inquit Alexander. Ni forte intelligendum ſit ſincerius ſimpliciuſue ipſum ens, omne effectum perinde dicat. Vt effe-

ctum aliud per ſe, aliud uero per accidẽs ſic & cauſa. Etenim præter ſubſtantiam cætera prędicamenta ſunt accidentia uelut ſemper in ſubſtantia, non per accidens ſemper inſunt. Cæterum differt fortuna ab alijs cauſis per accidens, quia unaquęque illorum cauſa per accidẽs dicitur quia accidit cauſę per ſe, ceu album dicitur cauſa per accidens domus quia accidit ædificatori qui eſt per ſe cauſa domus, eſſe albus, ſed in ipſa fortuna una actio alterius eſt cauſa per ſe, alterius uero per accidẽs. Nam fodere eſt cauſa per ſe plantandi, ſed inueniẽdi theſaurũ eſt cauſa per accidens, ideo ibi hæc eſt differentia in cauſis, nã alia per ſe, alia uero per accidens, ſed hic eadem cauſa eſt, ſed fines diuerſi quorũ alius per ſe ſequitur, alius uero per accidens. Nã forſitan & ſi eadẽ cauſa uideatur eſſe, ut fodere, tamen plãtandi eſt per ſe cauſa, ut inueniẽdi theſaurum per accñs. Verũ illud per accidens hic non de cauſa effectrice ſola conſiderat, ut in alijs, ſed etiam de fine. Vt enim fodere plantationis cauſa forte per accidẽs eſt cauſa inueniendi theſaurum, ſic etiam inuenire theſaurum eſt finis per accidens fodiendi ob plantationem & finis per accidens a fortuna dicitur, & cauſa per accñs effectrix dicitur fortuna, nihil minus tamen fortuna habet inde terminationem etſi non magis diceretur cauſa per accidens q̃ aliæ per accidens. Nam inuenire theſaurum pluribus propeq; infinitis cauſis accidit quæ fiunt alicuius gratia. Etenim aliquis fodit & plantandi gratia & fundamentum iaciẽdi, inueniẽdiq; aquam, uel ut inde fluxus emergant, aut foueam ſubterraneã, uel ſepulchrum efficiendi et aliorum prope infinitorum gratia. Quod ſi quidem id quod fit non indeterminatum, ſed ordinatum fuerit non amplius, hoc à fortuna erit, neq; fortuna erit efficiens. Verum uidetur etiam Democritus quãuis nonnihil diſcrepet ſententijs de fortuna acquieſcere. Inquit enim theſaurum inuenire non a fortuna, ſed quia fodit plantandi uel aquã inueniendi aut aliquid eiuſmodi quorum cauſa inuẽtus eſt theſaurus, & horum eodem modo cauſa erit & fieret, quorum eẽt cauſa. Cum igitur plures ſint ſecundum Democritum, indefinita erit cauſa & ſic, & non per ſe, ſed per accidẽs. Nam eſt defectus caſuſq; quorũdam aliorum, quorũ gratia eſt foſſio cauatioue, ſi ergo quippiam indeterminatũ eſt id à fortuna, et fortuna indeterminata eſt, ꝓfecto neq; in ipſis ingenitis erit, quippe quæ habent cauſam per ſe, imobilem atq; intranſmutabilẽ ſemper eodẽ modo, neq; in ipſis genitis mõ neceſſario genita ſint, imo neq; in his quæ ut plerũq; fiunt. Etenim hæc quoque magis determinata ſunt, ſed in his collocãda eſt fortuna q̃ raro eueniunt. Quod ſi etiam eſt quoddam ſequens aliquẽ principem motum, & omnis motus in his q̃ ut plerũq; fiunt uel ab intellectu, uel à natura eſt. Equidem horum utrũq; huius gratia fit, merito prorſus ordinata eſt inter ea quæ fiunt gratia alicuius, & non in his quæ per ſe, ſed in his quæ per accñs fiunt, ſi quidem indeterminatę ſint. Vt enim cauſę per ſe determinatę, ſic per accidens cauſæ indeterminatæ. Nam ędificator determinate eſt cauſa domus, ſed per accidẽs non magis albus q̃ muſicus. Quare ſiquis exiſtimet ſolũ eſſe cauſas per ſe, nihil nimirum fieret à fortuna, ꝙ ſi admittat etiam cauſas per accñs, etiã quippiam fieret à fortuna. Verum quale hoc, exemplo pateſcit. Nam quod aſſecutus eſt aliquam actionem quæ acta fuerat etiam propter id quod ſequutum eſt, licet non facta ſit tum propter illud, à fortuna eſſe dicimus. Etenim quis prodiens recipiendi debitũ, qui ſi ob id exiens acciperet, nõ fortuna accepit, ſed cum alterius gratia ꝓdiens inueniret debitorẽ reportãtẽ pecuniã & acciperet argentum. Hoc aũt exẽplum non eſt ſimpliciter fortunæ, ſed bonæ fortunæ. Nam quãdo occurreret talis finis actioni quæ fit ſm præelectionem, propter quod etſi principaliter facta eſt actio, patet id quod uolumus & eligimus occurriſſe. Interdum quoq; occurrit malum aliquod & inuolũtarium, cum nõ agimus huius gratia uel producimus. Et hoc eſt a fortuna nihil minus q̃ illud, & fortuna eſt cauſa, licet mala. Nam finis nõ eligibilis eſt, imo fugiẽdus. Et erit inquit Alexã. fortunę deſcriptio id q̃d occurrit agẽti ſm pręelectionẽ et gratia huius q; occurrẽs eſt aliud ab illo cuius gr̃a factũ eſt principaliter ſm pręelectionẽ. Sed hoc non eſt fortuna ſed à fortuna. Equidem fortuna eſt ut definit Ariſt. cauſa per accidẽs in his ſm pręelectionẽ. Et patet quod fortuna eſt cauſa effectrix ut dicetur, ſed per accñs effectrix, ut etiã à fortuna finis per accidẽs. Oportet autem, inquit, hãc per accidẽs cãm eſſe eius qd' eſt à fortuna, ut proficiſci ad forum qd' neq; eſt de numero eorum quæ uel ex neceſſitate fiunt, uel ut plerũq;. Nam prodeũti quotidie ad forum neceſſario uel ut plerũq; aliquando obuiã ire debitorẽ non à fortuna eſt. Nam oportebat aliqñ & ipſum obuiã ire & erat cõſentaneũ, ſed ſi raro, & ſemel alicubi ob aliquid aliud proficiſci occurrerit, tunc a fortuna. Et merito hoc adiecit definitionis collectioni, quoniam in his quæ raro eueniunt pene poſita erat fortuna, finis autem, inquit, qui eſt a fortuna, ut reportatio argenti non cauſarum quæ in ipſo, ſed elegibilium & ab intellectu. Non enim in numero talium finalium cauſarum eorum quæ ſunt, fortuna eſt, quales ſunt fines eorum quæ fiunt natura, quorum gratia fiũt ea quæ ſunt in re eadem quæ fit ſecundum naturam, ſed eſt extra ea quæ adueniunt adnaſcũturq;. Nam talia ſunt quę fiũt fortuna & p̃electione. Nouit aũt Alexan. etiã hanc ſcripturam. ſ. Sed intelligibiliũ & non ab intellm. Et ſi ita ſcriptum eſſet, inquit, tũ diceret finẽ eſſe à fortuna qñ nihil p̃eligeremus neq; intelligeremus de ipſo, neq; eius gr̃a occurrerẽt ea, q̃ ante ip̃m fecimus. Qd' uero qd' fit à fortuna inter ea incidat q̃ ſub electione & intellectu cadũt pauloante dixit. Videtur autem & huic ſcripturæ etiam qd' cõcluditur conſonare, hoc. ſ. Si autem huius p̃electi gratia. Nã uidetur eſſe cõcluſum adductũ, ob ip̃m ſcilicet intelligibile, hoc ſi p̃eligens. Sed prior ſcriptura finem à fortuna ſeiungit à fine naturali, nam fines naturales non ſunt p̃eligibiles, neq; extrinſecus ſunt, ſed ſunt in habentibus naturam. Nam et in his q̃ fiunt natura cũ motus naturales fiunt alterius gratia eſt ip̃m nõ cuius gr̃a, ſed qdã alius finis occurrit, ceu ſextus digitus in hoĩe, uel cũ eſt ſed βούπρωρος, hęc nõ ſunt à fortuna. dicimus. n. à fortuna id q̃d occurrit in his ſm p̃electionem & extrinſecus aduenit cum nihil noſtri fuerit. Nam debitum reportare nõ natura ineſt reportanti, neq; enim p̃eligere & uenire in hunc locũ natura eſt. Etenim natura p̃electiuus eſt homo, non tñ ipſum pręeligere eſt aliquid nãle. Verum poteſt & ſic intelligi dictũ, q̃d finis qui eſt reportatio nõ eſt effectus nec finis cauſarũ in ipſo. Equidem cauſa in ipſo eſt natura. Nam natura eſt initium motus in quo primo ineſt, quare id q̃d fit a fortuna non habet effectricem cãm ipſam naturam, ſed intellectum & p̃electionem, ideo circa idem intellectus & fortuna uerſant̃. Nam circa electionem & actionem fortuna eſt, ut demonſtrabitur, ſed pręelectio non ſine intellectu eſt.

Indefinitas igitur cauſas, neceſſe eſt eſſe, a quibus fiat quod eſt a fortuna. Vnde videt̃ fortuna, indefiniti eſſe, & immanifeſta homini. Tex. 51.

Cum dixiſſet q̃d eſt fortuna, et per diffinitionem tradidiſſet ipſam quam ex exemplis concluſit quod eſt fortuna cauſa, q̃d quidem ut genus aſſumpſit & cauſa eſt per accidens in his ſecundum præelectionem eorum gratia quæ ſunt gratia huius, & ſi eſt per accidẽs, etiam raro eſt. Cum igitur hæc dixerit, deinceps exiſtimo, uult ſecundum ſuam conſuetudinem eos qui ſunt eiuſdem ſententiæ cum illo oſtendere atque dicentes quomodocunq; de fortuna. Verum hoc facit indicans traditam intelligentiam de fortuna competere dictis circa ipſam. Etenim ab aliquibus dicitur cauſa, ſed fortuna eſt cauſa indeterminati, & ab aliquibus nec prorſus cauſa eſſe eorum quæ fiunt, dicitur, & ab aliquibus eẽ cauſa quidem dicitur, ſed humano intellectui immanifeſta. Item dicitur fortuna apud quoſdam temeraria abſque ratione faciens. Hæc omnia, inquit, recte dicũtur & conſonant dictis noſtris. Nam cum ipſa ſit cauſa per accidens, & per accidens cauſæ ſunt indeterminatæ indefinitæq;, & hac rõne differunt à cauſis per ſe, quatenus in illis aſſignare poſſunt, definiẽtes hãc huius eſſe cãm, ſed in illis per accñs nequaquã. Nã reportandi argentũ cum uenit is qui nõ huius gr̃a Com. 41.

uenit quod quidem a fortuna eſſe dicimus, infinitæ cauſæ eſſe poſſunt. Etenim uidere quædam cupiens uenit, & proſequendo & fugiendo, & aſpiciens ſpectaculum quoddam & infinitæ cauſæ quæcunque fieri poſſunt cauſæ huius ſcilicet ueniẽdi ad hunc locum, quæ quidem oĩa per accidens fiunt cauſæ reportandi argentũ & nulla eſt magis quã altera. Nam ſola cauſa per ſe ut ueniens ad forum reportet argentum eſt ipſum uenire huius gratia. Ni forſitan inquit Alexan. cõuenientius prædictus ſit dicere propter hoc q̃d fit alicuius gratia per accidens eſſe cauſam huius alicubi, cuius gratia non fiebat, quia unum quidem eſt id cuius gratia ſit, ſed infinita eidem poſſunt occurrere & accidere ea quorũ gratia non fiunt, inter quæ etiam eſt ipſum reportare argentum. Conuenientius autem hoc inquit, quia dictum eſt quod fortuna eſt cauſa indeterminata. Et manifeſtum eſt quod talis adiectio indeterminatam cauſam accipit, ut finem qui quidem eſt id quod a fortuna prouenit. Verũ Ariſto. indefinitas cauſas non finales fortunæ inquit, ſed ea q̃ uelut efficientes ſunt. Nam hæ ſunt a quibus fierent, ea q̃ a fortuna fierent, & ad hoc deinceps exempla ſubiungit dicens. Infinitæ ſunt multitudine cauſæ per accidens huius ſcilicet reportandi argentum cum uenit ad forum, ſi igitur indefinitæ cauſæ ſunt, inquit, eius qđ fit a fortuna, merito fortuna cum ſit indefinita ſiquidem ſpectatur ſm indefinitas cauſas indefiniti incertiq; finis eſt & dicitur cauſa. Quod ſi etiam id quod fit a fortuna indefinitũ eſt, & fortuna indefinita, merito immanifeſte eſt humano intellectui. Nam indefinita cogitatione rõcinatione comphendi nequeunt. Sed ſcitu dignũ eſt quod prius dixit nõnullis uideri fortunã eſſe humano intellectui imanifeſtam nõ eo quod indefinita ſit, ſed quia uidetur eſſe quoddam diuinum ac felix, ſed forſitan & hoc illi intellexerunt, quia non poterãt aliquam certam definitamue & perſpicuam cauſam aſſignare eorum quæ ſic fiunt.

Et eſt, vt nihil a fortuna videatur vtique fieri, omnia enim hæc, recte dicuntur, quoniam rationabiliter. eſt enim, vt fiat a fortuna. ſecundum accidens enim, fit. Et eſt cauſa, vt accidens, fortuna. Tex. 54. **vt autem ſimpliciter, nullius. vt domus ædificator quidem cauſa eſt: ſcdm accidẽs autem, tibicen, & vt veniens referat argẽtum, non huius cã veniẽs, infinitæ ſunt multitudine. Etenim videre aliquẽ volens, & perſequẽs, & viſurus, & fugiens.**

Com. 42. Hoc tertium addit, quod etiam dicẽtes nihil fieri a fortuna, dicerent aliquo modo recte. Nam ſi quis proprie dictas & per ſe cauſas diceret ſolas eſſe, non amplius eas quæ ſunt per accidens, fortuna non uidebitur cauſa eſſe alicuius. Nam ipſa eſt inter cauſas per accidẽs dictas. Omnia igitur inquit dicta de fortuna, quod homini imanifeſta, quodq; nullius eſt cauſa, q̃d ptẽ indefinitorum eſt cauſa, recte dicuntur propterea quod habẽt conſentaneam rõnem habent & conſonant aſſignatæ diffinitioni de fortuna. Et patet quod omnium conſenſus etiam ipſe nõnihil momenti ponderiſq; habeat ad confirmandum fortunam eſſe, deinceps exemplum adducit quod demõſtrat fortunam eſſe cauſam per accidens, ſed uelut per ſe nullo pacto itẽ quod fortunã eſſe cauſam indefinitã, ſiquidem huius uidelicet quod ueniens cum non huius gratia uenerit reportet argentũ, infinitæ multitudine cauſæ eſſe poſſunt. Verum cũ dixerit fortunam eſſe cauſam per accidens, ſed ſimpliciter nullius, exemplum adducit cauſæ cum per ſe, tum uero per accidens dictæ. { Vt domus ędificator quidem cauſa eſt } ſecundum ſe uidelicet ꝓprie principaliterue, ſed per accidẽs tibicen. Et tunc exẽplum eius quod fit a fortuna per accidens adducit hoc ſcilicet, { ut ueniens referat argentum non huius cauſa ueniens. } Sed ſcitu dignum eſt ꝙ non omnis cauſa per accidens, etſi prę electiua fuerit atq; raro & gratia alicuius fecerit, fortuna eſt, ſicut neq; omne effectũ per accidẽs eſt a fortuna, ſed a fortuna eſt quod a cauſa ꝓelectiua per ſe, ſed nõ per ſe fit, fortuna ipſa per ſe cauſa eſt, ſed non ut per ſe accepta. Nam ꝓelectio prodeundi gratia ſalutandi amplectendiq; amicum, per accidẽs cauſa huius ſcilicet accipiendi argentum cum fit, fortuna eſt, & recipere a fortuna euenit. At cauſæ per ſe aliqua per accidens alia ab ipſa ut tibicen ædificatori eſt, qua ratione non eſt fortuna, neq; id quod eſt ab hoc a fortuna dicĩ eſſe, neq; aliud quippiam elegit ędificator & aliud ſecutus eſt, quod quidẽ oportet uidere in his quæ fortuna proueniunt.

Et dicere eſſe aliquid præter rationem fortunam, recte eſt. ratio enim eſt, aut eorum quæ ſemper ſunt, aut eorum quæ frequenter. fortuna autem, eſt in his quæ fiunt pręter hæc. Quare cum indefinitæ ſint quæ ſic ſunt cauſæ, & fortuna indefinita eſt. Tex. 55.

Com. 43. Et dici fortunam eſſe ꝓter rõnem temerariamue recte dici aſſerit. nam ratio definitorum eſt, quare & indefinita erunt ꝓter rationem. Si ergo fortuna eſt indefinita, & indefinitũ eſt ꝓter rationem, fortuna merito dicitur expers rationis. Quod autem fortuna indefinita ſit mentione huius, uidelicet quod fortuna eſt in his quę raro eueniunt, cõprobat. Nam ſi fortuna inter cauſas quæ raro ita ſunt, collocatur, & quæ ſunt raro indefinita ſunt, fortuna igitur indefinita eſt.

Attamen etiam in quibuſdam dubitabit vtique aliquis, nunquid quæuis ſint fortunæ vt ſanitatis, aut ſpiritus, aut calor, ſed non detonderi: ſunt enim aliæ aliis proximiores, earũ quæ ſecundum accidens cauſarum.

Com. 44. Cum dixerit fortunam eſſe cauſam indefinitam, inquit dubitatione dignum eſſe. nunquid quæuis cauſę ſint ſimiliter fortunæ, id eſt illius quod prouenit a fortuna & non aliæ aliorum ſint cauſæ magis, ut etiam in aliis cauſis per accidens. Etenim ſtatuę proximior cauſa eſt Polycletus, ſiquidem homo ut etiã in cauſis per ſe proximior erit & cauſa rei artificiariæ ſtatuarius. Nam quando aliquis ægrotaret & detondẽretur per amputationem capillorum, adueniret ei uel uẽtus ſpiritusue aliũ ſubducẽs, aut calor, id eſt calor ſolis. Iam ſolaris calefactio eſt calor, unde etiam dicitur ſolari calefactione calefieri, & ſequi ſanitas, igitur ſanitatis ſecundum fortunam æqualiter eſt cauſa uentus ſpiritusue, aut ſolaris calor, ſed non ipſum detonſum eſſe, ſiquidem ſunt etiam cauſarum per accidens aliæ aliis ꝓximiores. Si enim hoc non ſimpliciter eſt cauſa fortuna neq; ſimpliciter fortuna eſt aliquid indeterminatum. nam cauſa ꝓximior eſt determinata. Dubitatio igitur talis eſt, ut exiſtimo, ſolutionem nobis inquirendi prouinciam reliquit, quæ erit & ipſa talis. Equidem quando accipiẽtes cauſas per accidens cõparamus, tunc non quaſuis cauſas eorum quę fiunt ſimiliter a fortuna, ſed magis proximiores, ſed quando ſimpliciter quærimus quæ cauſa ſit eorum quæ a fortuna fiunt, tum nõ eſt definire hanc, cum infinitæ atque indeterminatę ſumi queant. Quærit autem Alexander ſi fortuna eſt cauſa per accidens, & cauſa per accidens eſt ea quæ accidit ei quæ eſt per ſe, erit enĩ igitur aliquid quod erit per ſe cauſa eius quod prouenit a fortuna, cui erit fortuna ut accidens. Et dicit quod uenire eſt cauſa per ſe huius quod propter uenit, ſed per accidens eſt cauſa huius quod occurrerit alicui quod eſt a fortuna, & tum uenire ut cauſa eſt fortuna, quando non per ſe ſimpliciter, ſed per accidens cauſa ſumpta fuerit.

Fortuna autem, bona quidẽ dicitur, cum bonum aliquid euenit. Mala autem, cum malum aliquid. Proſperitas vero fortunæ & infortuniũ, cũ magnitudinem habent hęc. Quocirca, & cum parum abeſt vt quis malum aut bonum capiat ma- Tex. 56.

gnum

gnum, eſt vel infortunatum eſſe vel bene fortunatum. quoniã tanquã exiſteret, dicit intellectus. Quod enim parum abeſt, tanquam nihil diſtare videtur. Amplius autem, incerta eſt proſpera fortuna rõnabiliter. fortuna enim, incerta eſt. neque enim ſemper, neq; frequenter, poſsibile eſt eſſe, eorum quæ ſunt a fortuna quicquam.

Com. 45. Diuiſio bonæ & malæ fortunæ atq; ꝓſperitatis fortunæ & » infortunij patet Etenim ubiq; illud aduerbium, { bene } amplitudinem & decens addit, ut dicere ſolemus inclytũ non quẽuis celebrẽ uirum ſed qualde celebris eſt & ſimiliter dicimus admodum doctum peritumue. Item & alia particula græce » { dys } ſimiliter magnitudinem ſignificat oppoſitam prædictę. Quod uero fortunæ proſperitas cõſiſtat in rerum cum copia tum magnitudine oſtendit, opinor, ſic uirtute ſyllogiſmum efficiens. Fortunę proſperitas atq; infortunium ſi parum abeſt ut quidam habeãt maximum bonum & malum, cum proſperitas fortunæ, tum etiam infortunium ſunt, & ſi parum abeſt quin habuerĩt aliquod maius malum uel bonum nihil minus ſunt id quod dicuntur. Hęc autem ſunt in magnitudine, ꝓpter quod in magnitudinibus illud parum abeſt non uideť abeſſe a toto, igitur fortunæ proſperitas & infortunium tanquam habentes magnitudinem habentes ſic dicuntur. Et magis Porphyrius huic argumento adhęſit. Et Alexãder ſecundum primam expoſitionem ipſius, parum abeſt, hic non uult quod intellectũ ſit, parũ abeſt de eo qui cum uenit parũ abfuit qa aſſequeretur niſi impeditum eſſet, ſed de hoc toto parum abeſt ut quia malum & bonum capiat, propter quod eum admodum fortunatum appellamus qui parum abeſt quin maximum bonum caperet perinde ac uniuerſam magnitudinẽ acceperit ipſius boni. Item dicimus infortunatum admodum qui parũ abfuit, quin in ſummũ occurrerit malum, perinde nihil ſit & ſi nõ occurrerit. Et aliter poſſumus itelligere quod diximus. Nam ſi ipſum parum abfuit de magnitudine dici conſueuit. Equidẽ dicimus eos admodum infortunatos eſſe quicunque parum abfuit quin aliquod magnum acceperit, & admodum eos felices, quicunque parum abfuit quin magnum bonum acceperint, profecto admodum fortunatum eſſe & infortunatum in magnitudine ſunt. Vnde & Lacedęmones eos admittunt deos propemodum appellari ut ſeruatores, quoniam cũ periculum ſubituri eſſent parumq; abfuit quin in periculum inciderint, tum illi ſeruarunt eos. Et huic expoſitioni magis aſſentit Alexan. Cæterum illud illatum deductumq; ſcilicet. quoniam tanquã exiſteret, { dicit intellectus } Nam hoc quod pa» rum abeſt, tanquã nihil diſtare uidetur, magis conſonat priori expoſitioni. Nam quomodo dicit intellectus tãquam exiſteret, illud eſſe quod parum abfuit quin fuerit? Si autem dicat ceu cũ eſſe admodũ infortunatũ qui parũ abeſt qn inciderit in magnũ malum, ſiquidem ipſum parum cum ſit defectus in nulla rõne ſit, quomodo hoc dicere poteſt? Item ſi admodum fortunatũ dicimus eum qui parum abeſt quin accipiat magnũ bonum, & iſortunatum admodum illum dicimus quod magno bono priuatus eſt quod eſt magnũ malum. Et uniuerſaliter talis magnitudo in qua tale ſcilicet parum abeſt ꝯſideratur, non ut magna dicitur magnitudo, ſed magnum & parum cõſiderãtur ut in eo quod ſit & factum eſt. Niſi forte igitur nõ ob ipſum parum dicit fortuna proſpera admodum uel admodum aduerſa uti in magnitudine eſſe, ſed ob hoc uenientes parum abeſt, q̃n incidant in magnum malum, aut magnum bonum, tanquam parum appropinquentur. Vnde qui propinqui fiunt magno malo uel magno bono & non accipiunt hos admodum fortunatos & admodum infortunatos uocamus, ut eos etiam qui impediuntur ne aſſequantur. Et quod ita ſit ut dixit indicat di» cens. { Quocirca & parum abeſt, ut quis malum aut bonum » capiat magnum, eſt uel infortunatum eſſe, uel fortunatũ, quo» niam tãquã exiſteret dicit intellectus. } Et aſſignauit huic parum abeſt ut quia capiat malum, hoc fortunatũ eſſe, & illi magnum bonum infortunatum eſſe. Nam cum oſtendiſſet prius ab ipſis habẽtibus hæc, etiam ab his qui parum abeſt quin hęc abijciant amittant idem oſtendit. Et proſperitatem fortunæ incertam dici tradit conſonare aſſignatis de fortuna conceptionibus. Nam ſi fortuna incerta, patet etiam ꝙ proſperitas fortunę incerta iſtabiliſq; ſit. Quod uero fortuna incerta ſit eo patet ipſum a fortuna ꝙ non collocatur neq; eſt in his rebus quæ ſemper ſunt, neq; his quæ plerũq; & frequenter fiũt, ſed in his quæ raro eueniunt. Omnia igitur dicta de fortuna afferunt atq; præſtant quod talis erat apud hoĩes de fortuna intelligentia qualẽ aſſignata ratio ab Ariſtotele determinauit.

Sunt igitur ambo, cauſæ (quemadmodum dictum eſt) ſecundum accidens & fortuna et caſus, in his quæ poſſunt fieri non ſimpliciter neq; frequenter, & horum, quæcũque vtique fient in his quæ propter aliquid. Tex. 57.

Com. 46. Poſt ſermonem de fortuna ꝯſequens erat deinceps de caſu diſſerere qd ſit & quo differat a fortuna. Primum aũt cõuenientiam ipſorũ tradit ꝙ ſint ambo per accñs cãæ in his q̃ raro & contingẽter fiunt, ſed nõ ĩ his quę ſimplr̃ ideſt neceſſario fiunt neq; in his q̃ plerũq; eueniunt, ꝑterea eſt in his raro q̃ alicuius gratia fiunt. Quia uero ꝯtingens ꝑdicať de neceſſario & de eo qď ſit ut plerũq. nam ęquiuocũ eſt, cum ergo dicit fortunã eẽ in cõtingentibus determinãs, illud qũo in ꝯtingẽtibus adiecit, illud non ſimpliciter, neq; ut frequenter ne intelligamus nunc contingens ut in paucioribus & raro.

Differunt autem, quoniã caſus in plus eſt. qď enim eſt a fortuna, eſt & a caſu. hoc autem nõ omne, a fortuna eſt. Fortuna enim, & quod a fortuna eſt: his ineſt, quibus et fortunatos eſſe, inerit, & omnino actio. Quocirca & neceſſe ẽ, circa agẽda eſſe fortunam. ſignum autem eſt, quoniam videtur vel idem eſſe cum felicitate proſpera fortuna, aut ꝓpe. felicitas autem, actio quędam eſt. eſt enim bona actio. Quare quibuſcũq; non contingit, agere, his neq; a fortuna aliquid facere continget. Tex. 58. Ob idque, neq; inanimatum quippiam, neque beſtia, neq; puerulus, quicquã facit a fortuna: quoniam non habent propoſitum. neque ꝓſpera fortuna, neq; infortunium, his ineſt, niſi ſecundum ſimilitudinem. vt dixit Protarchus, fortunatos eſſe lapides ex quibus ſunt arę, quod honorentur: copulati autem cum his, conculcentur. Pati autem a fortuna, ineſt quodammodo & his: cum agens aliquid circa hæc, agat a fortuna aliter autem, non eſt. Tex. 59.

Com. 47. Cum dixerit cõionem cõuenientiam fortunæ & caſus deinceps tradit drĩam ipſorum aſſerens in plus cõioremq; eſſe caſum ipſa fortuna, ꝓpter q̃d oẽ a fortuna, eſt etiã a caſu, ſed non oẽ a caſu eſt a fortuna. Nam fortuna dũtaxat locať in actiuis rebus quæ ſm ꝑelectionẽ fiũt, ut in moralibus docuimus iccirco, & dixit fortunã in his q̃ ſunt ab intellu & a ꝑelectiõe. At caſus eſt in his atq; in alijs quęcũq; gratia alicuius fiũt quatenus fruſtra quippiã in illis factũ eſt & quẽdã alium finẽ obtinet ꝑ̃ter ꝑcedẽtia, ſiue in nãlibus, ſiue in irrationalibus, ſiue in ꝑelectiuis hoc acciderit. Qm̃ uero fortuna uerſatur in ꝑelectione et actione, oñdit his eſſe fortunã, in quibus etiã eſt ꝓſperitas fortunæ, & proſperitatẽ fortunæ in actiuis & circa actionẽ accipi cõuenit. Et hoc rurſus oñdit eo quod ꝓſperitas fortunæ pergit penitusq; in idem aut ꝓpe cũ felicitate, & felicitas eſt q̃dam actio et q̃dam felix bonaq; actio, ſi ergo fortuna in his eſt in q̃bus etiã

proſperitas fortunæ eſt, & ipſa fortunę proſperitas eſt in his in quibus eſt felicitas, quia aliquo modo eandem eſt cum felicitate, & felicitas eſt in actione quia eſt quædã bona actio, igitur & fortuna eſt in actione. Verum non bene opinantur qui putant proſperitatem fortunę eſſe felicitatem, tamen eſt de numero eorum quæ requiruntur ad felicitatem non tamẽ idem neque ſimile ſiquidem proſperitas fortunæ incerta inſtabiliſque ſit, & felicitas ſtabiliſſima. at de his determinatum eſt in moralibus. Quod uero fortuna ſit in actione & prælectione, oſtẽdit ex oppoſito etiam, nam ſi in quibus actio non eſt, in his neque ea quæ fortuna eueniunt profecto in quibus ſunt ea quæ à fortuna. in his etiam actio & circa actionem & prælectionem uerſabitur fortuna. Quod autem in quibus actio non eſt neq; ea quæ à fortuna ſunt, cõmonefacit ex inanimatis beluis ac pueris. Nam hæc nec agere dicuntur quia non habent prælectionem, neq; à fortuna quicquam agere dicuntur, neq; proſperitas fortunæ neq; aduerſitas ineſt eis niſi ſecundum ſimilitudinem quandam & proportionem, ideo etiam dicit Protarchus fortunatos eſſe lapides ex quibus areæ altariaque extruuntur, quia uenerantur, ſed copulati cum his conculcantur, ſic intelligendum eſt dictum tanquam ſecũdum ſimilitudinem eam ad proſperitatem fortunæ. Nam ſimile habent nihil, neq; ipſi conferuntur ut ex eis altaria extruantur, ut neq; illud conſulit principaliter in finem quod non præeligentibus ipſis dicimus ſecũdum fortunam occurriſſe, cur igitur nullo pacto eſt in his à fortuna. Niſi quia nec nequeunt eſſe effectrices cauſæ eorum quæ à fortuna, quia fortuna prælectioni & actioni aſſiſtit, pari tamen hæc poſſunt à fortuna quãdo agens ſequitur id quod eſt à fortuna aget quippiam à fortuna, ut prouidentia percutiens tyrãnum occidendi cauſa, pertundens autem tuber & ſanatus eſt. Nam gladius bene fortunatus ſic diceretur, & forſitan et ã ueneraretur ab eo qui medetur. Item dum pictor pingit equũ & inuitus proijcit ſpongiam, ſpumam ore depicti equi ſecundum fortunam effingeretur. Item ſi quis lapidem poliendo ue quicquam aliud efficiat, conderet altare fortuna area altareq; factum eſſet fortuna. Niſi forte hæc non ſint inanimatorũ, ſed efficientium circa ipſa. Nam pictori & ei qui polit lapides faciẽtibus quippiam aliud accideret & his forte ſecundum ſimilitudinem, quia cum fierent, ob aliud occurrit aliud.

Tex. 60. Sed caſus, et alijs animalibus, & inanimatorũ
multis. vt equus caſu, dicimus, venit, quoniam ſal
uatus quidem eſt veniens, non ſalutis autem gra
tia venit. Et tripes caſu cecidit, ſtetit enim ſeden
Tex. 61. di cauſa, ſed non ſedendi cauſa cecidit. Quare
manifeſtum eſt, quod in his quæ ſimpliciter pro
pter aliquid fiunt, cum non eius quod euenit gra
tia fiunt, cuius extra eſt cauſa: tũc a caſu dicimus.
A fortuna autem, horum quæcunq; a caſu fiunt,
eligibilium in habentibus propoſitum.

Com. 48. Alexander etiam ſcribit & irrationalibus animalibus & inanimatis cum nihil differẽs ſignificet ſcriptura. Sed demõſtratio hæc eſt quod caſus in plus ſit quam id a fortuna ſiquidẽ caſus non modo in hominibus, ſed etiam in alijs animalibus eſt æque in ipſis inanimatis. fidem uero facit huius per exempla. nam captus equus ab hoſtibus deinde ſitiens ueniẽſq; ad priora loca à domino, capiatur, dicimus eum caſu ueniſſe, ideſt caſu ſaluus factus eſt equus quando quidẽ non uenerit huius gratia ut ſaluaretur. Item tripes cadens & ſic ſtans ut ſedile fiat, dicitur caſu ſic cecidiſſe quia cadẽdo euaſit ſedile ſedeſq;, ſed non huius gratia cecidit ut euaderet ſcãnum ſedileq;, ſed occupãdi proprium locum. Et uniuerſaliter cum in his quæ alicuius gratia fiunt ea quæ non alicuius euentus gratia cuius cauſa extra, & hic fieret alicuius gratia, ſed cum quicquam aliud ab eo eueniret cuius gratia fiebat, nunc communiter à caſu dicimus fieri. Vnde recte dicit oportere ut finis extrinſecus occurrat & non ex natura rei ſi à caſu fiat. Nam ſi lapis cadens habeat cubicam figuram nõ caſu diceretur cadere ſic idonea aptaue ad ſedendũ. Nam ita erat in natura prorſus ſi caderet hunc in modum eius caſum fore, ꝓpter hoc neq; ignis à caſu ſurſum mouetur. nam ipſa natura ignis ſic intus mouens, propter hoc autem dicet quod neq; ea quæ ſunt præter naturam caſu fiunt quia non extra ipſa eſt cauſa uel effectrix uel finalis, uel forte & ambæ ut eſt in his quæ caſu proueniunt. Item oportet eſſe efficiẽtem cauſam & finem extra & occultam uelut cauſa percutiendi lapidem & ipſum percutere extra quod quidem eſt finis. Non enim ineſt lapidi cauſa effectrix percuſſionis, ideo hoc fieri caſu dicimus. Et hæc cõmuniter à caſu fieri dicuntur, ſed horum ea fortuna euenire, inquit, quæcunq; á caſu fiunt eligibilium in habentibus propoſitum. Et pulchre adiecit hoc, In habẽtibus propoſitum. Nam propter hoc ſeiunxit ea quæ fiunt caſu ab his quæ fiunt fortuna. Etenim caſus eſt in eligibilibus & ſi non prælectionem propoſitumq; habeant hęc quibus accidit. Nã illud equum uenire erat præeligibile domino, non tamen ſecũdum prælectionem equus uenit. Item tripes ſic ſecundum ꝓpoſitum ab aliquo poſitus, non tamen ſecundum propoſitum ſic cecidit. Dicit autem & ipſe Ariſto. de lapide percutiente caſu quod cecidit ab aliquo & non gratia ꝑcutiendi quãdo hunc quis prælectione iecerit. Ob id igitur & hoc pręeligibile & in his eſt quę ſunt gratia, alicuius quare horum gratia huius & caſu alia ſimpliciter eligibilia, alia uero ſecundum propoſitum quæ quidem ſunt à fortuna. Et ſecundum propoſitum, non quod illud quod euenit pręelegerit, alioqui non eſſet à fortuna, ſed quia prælectioni ꝓpoſite ad aliquid aliud euenit. Verum inquit Alexander non prorſus in quibus præter prælectionem aliquid aliud occurrit, ſtatim fortuna hoc eſt & à fortuna, ſed ſi tale fuerit ut non neceſſario neq; ut plerunq; ſequatur id quod fit gratia alterius. Nam ſi quis ualetudinis bonæ aut roboris gratia exercitium plus debito ſumat & labore febricitet equidem febre laborare non erat ei propoſitum. non erit à fortuna hoc. Nam ſolitum eſt in plurimis exercitijs quæ citra menſuram ſumuntur aduenire laborem atq; moleſtiã & ob eam febris. Itẽ naufragiũ hyeme tẽpeſtatibuſq; euenire plerũq; ſolet non ſecundum propoſitum quidem quod non eſt à fortuna.

Signum autem eſt, ipſum fruſtra. quoniam di Tex. 62.
citur, cum non fiat quod propter aliud eſt, illius
gratia eſt. vt ambulare, ſi purgationis gratia eſt.
ſi vero non facta fuit ambulanti, fruſtra dicimus
ambulaſſe, & qđ ambulatio fruſtra fuit. tanquam
hoc ſit fruſtra, quod natum eſt alterius gratia, cũ
non perficiat illud cuius gratia erat natumque
erat. quoniam ſi aliquis ſe lotum dicat fruſtra,
quia non defecit ſol, ridiculus vtique erit, non e Tex. 63.
nim erat hoc, illius gratia. Sic igitur caſus iuxta
nomen eſt, cum ipſum fruſtra fit. decidit enim,
non percutiendi gratia, lapis. a caſu igitur deci
dit lapis, quoniam cecidiſſe potuit vtiq; a quodã,
& percutiendi gratia.

Cum autem dixerit aliqđ cõiter fieri caſu dicimus quãdo aliquid cum ſit alicuius gratia non id cuius gratia fiebat eueniret, ſed quicquam aliud præter hoc cuius principium non erat intrinſecum, ſignũ huius ſcilicet quod ita ſe habeat, facit, & hoc eſt quia illud quod ſit fruſtra ob aliquid caſu eſſe dicimus. Etenim fruſtra aliquid fieri dicitur, quando aliquid factum alterius gratia non illum finem obtineret cuius gratia factum eſt, ut ſi quis inambularet ob uentris laxationem, ſi hoc non eueniret ambulanti, fruſtra dicimus ambulaſſe & inambulatio fruſtra. Nam illud fruſtra eſt, quod aptum eſt alicuius gratia eſſe quando illud nõ attingeret finem cuius gratia erat, aut idoneũ habebatur. Porro ſi quis diceret fruſtra lotum eẽ quia nõdum Com. 49.

defecit

defecit ſol, ridiculus erit, non enim gratia huius ut ſol occumberet occidereteq́ lauabatur. Vnde duplex eſt quineuã triplex ipſum fruſtra, aut enim nihil aliud euenit ei quod fruſtra factũ eſt, ſed ſolum à proprio fine aberrauit, ut ambulatio ob uẽtris purgationem, quoties aut alter finis eueniret ab illo cuius gratia fiebat illud quod prius erat factum, uel etiam illud ſequitur id cuius gratia & aliud ab illo. Nam cecidit lapis non percutiẽdi cauſa, ſed ut peculiarem locũ obtineret, equidem uelut fruſtra ad percutiendum cecidit & uulnus caſu factum eſt, quod ſi cecidiſſet ab aliquo iactus gratia percutiendi & propter hoc eſt in his quæ ſunt alicuius gratia, tamẽ non ob id tum cecidit. Item alia ſcriptura principio contextus habetur talis. Signum uero eſt ipſum fruſtra quoniam dicitur cum non fiat quod ꝓpter aliud eſt, ſed id quod prius fiebat propter illud prius factũ ſequetur cauſam per accidens. Nam percutere quando non fieret gratia alicuius qui per ſe iacit lapidem, ex caſu dicerent fieri, quia ſequebat̃ ipſum fruſtra factum ad percutiẽdum, & hoc erat ipſa ad proprium locũ delatio q̃ non fiebat gratia percutiendi. Sed dictis hic Alexandri opinor immorãdum eſſe. Nam inquit Ariſto. non ait idem eſſe caſum & ipſum fruſtra ut quidam putauerunt, ſed quo differt fortuna ab eo quod eſt à fortuna, eodem differt & ipſum fruſtra ab ipſo caſu. Nam fortuna erat efficiens cauſa per accidẽs, ſed id quod eſt à fortuna eſt id quod ſequitur talem cauſam & finalis cauſa eſt efficientis cauſæ talis, ſic igitur & ipſum fruſtra efficiens erit cauſa per accidens facta aliquando ipſius caſus, et caſus eſt id quod ſequitur ipſum quod fruſtra fit. Differt quoq; ab eo quod euenit à fortuna quia nõ prorſus ipſe caſus ſequitur ipſum fruſtra, at ea q̃ fortuna eueniunt, ſequuntur ſemper fortunam, ſed quando ſequeretur tum eundem ordinem habent id à fortuna & caſus. Sed aliquos decepit perinde Ariſto. dixerit idem eſſe fruſtra & caſum, adductum exemplum non proprie dictum. Nam, inq̃t, cecidit lapis non percutiẽdi gratia, igitur caſu cecidit lapis, quoniam cecidiſſe ab aliquo potuit et percutiendi gratia. Exemplũ enim ſe habet non uiciſſim neq; modo hoc modoq; illo eſt intelligendum. Nam fruſtra diceretur cecidiſſe lapis ſi cuius gratia cecidit non fiebat. Nam hoc dixit eſſe fruſtra, caſu uero fiebat ipſum percuti aliquẽ ab ipſo ſi alterius gratia eſt delatus, hoc igitur nõ fecit, ſed quẽdam percuſſit, oportet igit̃ ſub intelligere cum hoc, cecidit igitur à caſu, illud & percuſſit. Nam caſu percuſſit, cecidit autẽ fruſtra. Quod enim hoc uoluit, ſignificauit per hoc quod infert dicens, quoniam cecidiſſe potuit ab aliquo & percutiendi gratia. Nam ut percutere ipſum dicit caſu factum, ſed non cadere. Hæc igitur cum Alexander ſuiſmet uerbis dicat. Illud primum quod nõ idem ſint fruſtra et caſus bene dici uidetur mihi. Etenim & illud fruſtra eſſe dicimus q̃d nihil conſequitur, ceu fruſtra ambulare dicimus eum qui gratia purgandi uentrem ambulat & non purgatur. Ac caſus eſt id quod prorſus aliquid ſequitur, ſed per accidens tanquam ipſum quod præceſſerit quãtum ad id quod poſtea ſequitur fruſtra prius factum ſit, & ob id caſus appellatur, tamen eodem differt caſus ab ipſo fruſtra quo differt fortuna ab eo quod prouenit à fortuna & id quod facit eſſe fruſtra à caſu, ſed illud q̃d dicit ſcilicet finem, & id quod ſequitur eſſe caſum haud recte dici mihi uidetur. Nam ipſi fortunę non ipſum fruſtra comparatur, ſed caſus, & ipſi quod à fortuna ipſum q̃d à caſu euenit. Et cauſam effectricem cum fortunam tum uero caſum eſſe inquit Ariſtoteles, ſed non ipſum fruſtra, finales uero ſunt ipſa à caſu et à fortuna, ſed non ipſe caſus. Etenim cum ſermonis initium fuiſſet inquit, Eſt autem fortuna & caſus inter cauſas Et paulopoſt, ſunt igitur ambo cauſæ ut dictum eſt caſus & fortuna, ſed de finibus inquit omne quod à fortuna euenit & à caſu. Et rurſus à fortuna eorum quæcunq; a caſu, ſed ipſum fruſtra neque idem caſui ſunt, ſed caſus denominationem trahit ab ipſo fruſtra, propter quod ipſum q̃d prius factum eſt prius factum eſt quantum ad conſequens neq; efficiens eſt ipſius caſus. ſed q̃tenus non factibile id q̃tenus in ſeipſo, catenus eguis ipſo quæ omnia dicta ſunt ad fidem faciendam de aſſignatione caſus cum ipſe talis ſit. Sed ipſum uniuerſaliter fruſtra quatenus fruſtra neq; eſt cauſa effectrix ut fortuna & caſus. Nam id ipſum fruſtra eſt cui non aduenit finis, quod neq; eſt efficiẽs per accidens, ſed cuius eſt efficiẽs cui aduenit id quod ex caſu ſequitur, quantum equidem ad id quod ſequitur fruſtra prius facto id quod præficit, per accidens facta tamen conſecutione, ſed neq; exemplum improprie incogniteq; dictum eſt de lapide. Nam ſicut dixit equum uenire, caſu ideſt ſeruari a domino, ita inquit caſum percutientem cadere caſu. Eſt igitur caſus per accidens cauſa percuſſionis, ſed a caſu eſt plaga, ſed ipſum fruſtra non quia lapis non amplius ſortitus eſt proprium finẽ, ſed quia uelut ad ipſum percutere hoc caſus fruſtra fiebat. Nõ enim percutiendi gratia, ſed proprium occupãdi locum. At ſi quidem cecidit ab aliquo iactus ut percuteret, tum percuſſio non eſſet a caſu. Illud uero bene Alexander nouit quod cum uoluerit id quod a caſu ꝓuenit in p̃eligendis & in his eſſe quæ alicuius gratia fiunt, oſtendere adiecit illud. Quoniam cecidiſſe potuit ab aliquo & percutiendi gratia. Nam quãdo id quod aduenit ipſi fruſtra tãquam prius facto comparatione eius ad id quod aduenit, tale erit perinde ac eius gratia ante quo quædam fiebant, cauſaliter factum eſt. Quod uero inquit Alexan. dicat Ariſt. cauſam factum eo patet quia ipſe & id quod à fortuna ordinantur ſub caſu & quia dicit in plus eſſe caſum atque cõmuniorem ipſo quod fit a fortuna. Nam quod a fortuna ꝓuenit dicitur id eſſe in fine & ſeruari equum talem. Et erit ordinans id quod a fortuna ſub caſu in quibus inquit. Differt autẽ quia caſus in plus eſt, ſed intelligendum erat deinceps quippe ſubiungat hoc. Nam omne a fortuna eſt a caſu, quare & prius eſt in plus eo quod eſt a fortuna quod quidem appellauit cauſam illud quod a caſu eſt, dixit. Nam hoc reſpõdet ei quod eſt a fortuna. Et equum caſu inquit uenire proprie dicendo, ſiquidem caſus eſt ipſum uenire, & a caſu eſt nemtentem ſeruari. Si uero aliquando & caſu utitur pro eo quod euenit a caſu mirũ non ſit. Etenim Homerus ſic utitur in quibus inquit.

Caſus autem uenit bonus uociferans Menelaus,

Item dicit,

Caſuales autem portæ crepuerunt coeli quaſi

Horæ tenent.

Quibus Homerus id quod ex cauſa pręcedente perſpicua effectum eſt dicit caſum quod quidem a caſu magis proprie diceretur comparando id ei q̃d eſt a fortuna. Nam ſi caſus eſt effectum erit profecto aliquid a caſu. Item id quod a fortuna euenit Ariſt. uocauit fortunam in quibus dixit. Attamen etiam in quibuſdam dubitaret utique aliquis, nam qui a quæuis ſint fortunę. Item Plato uocat id q̃d eſt fortuna ipſam fortunam cum in Phędone dicat, Fortuna quędam ipſi ò Echecrates accidit, ubi pro eo q́ eſt a fortuna eius quippiam ipſi accidit.

Maxime autem eſt ſeparatum quod a fortuna eſt, in his quæ natura fiunt. Nam cum fit aliquid præter naturam, tum non a fortuna, ſed magis a caſu factum eſſe dicimus. Eſt aũt & hoc, alterum. huius enim, extra eſt cã: illius vero, intra. Quid igitur ſit caſus, & quid fortuna, dictum eſt, & quo a ſeinuicem differant. Tex. 64. Tex. 65.

Cum diſcrimen dixerit eorum quæ a fortuna, & eorũ quæ a caſu quia quę a fortuna eueniunt caſu proueniunt, & non omnia quæ caſu eueniunt a fortuna proueniunt, quia ipſa differentia uelut totum quiddam & partẽ accipiẽs cum multa cõuenientia oſtenderat cauſatiuum eius a fortuna & eius a caſu. Atqui & quæcũque eorum quę a caſu fieri uidentur non a fortuna fieri apparent, ut ea quæ in animalibus rationis expertibus & in ipſis inanimatis quoniam ſi prædeligibilia fuerint fiebat etiam a fortuna. Etenim equus ſaluatus eſt & a fortuna. Equidem amiſſo a fortuna hoſte cum duceretur ab eodem ad bibendum aufugiens, tum profecto a domino ſeruatus eſt for Com. 50.

tuna, quippe qui prodibat alterius rei opportunitate adductus uidelicet ſiſtendæ aciei. Item tripes proiectus a fure dum eum quiſpiam inſequitur, fortuna decidit in cathedrā, quibus dictis nunc aliud diſcrimen inter ea quæ caſu & ea quę fortuna eueniunt, nititur afferre per ea quæ natura fiunt & ea quæ præter naturam. Nam ea quæ præter naturam fiunt a fortuna quidē non ſunt. Nam in his quæ ſunt ſecundum electionem haud inueniuntur, quinimo magiſue, inquit, caſu factū eſſe dicimus Et cauſam cur magis & nō ſimpliciter ipſe adiecit dicens. Eſt enim & hoc alterum Nam magis caſu fieri dicentur ea quæ ꝑter naturam quam a fortuna, tñ hæc a caſu non ſunt. Et huius cauſam rurſus addit, qui a i his quæ facta ſunt caſu, cauſa extra eſt quam cauſam uelut per accidens ſequitur illud caſu factū. Nam huius ſcilicet fieri tripedem cathedram caſu effectū, effectrix cauſa eſt, quia aliquādo erat quam quidem uocamus caſum & fortunam in his ſecūdum ꝑelectionem modo ſit extra naturam tripedis. Denique quod prius etiam dicebam ſi cubus eſſet id quod deuoluitur deferturque certe extra naturā eius non foret, fieri ſcilicet cathedram, & propter hoc neque caſu tunc diceretur fieri. Nam oportet quod caſu accidit non intrinſecam apertamque cauſam exiſtētem ſequi, alioqui non id caſu neque fortuna eueniſſet ſi perſpicua eſſet cauſa effectrix quam per ſe factum ſequebatur. Illud ergo, extra, ſi ſignificaret, id etiam, ſcilicet extra naturam rei, ſignificat etiam occultum atque incertum, ſed proprie magis ſi ambo ſignificet. Nam neque ineſſe oportet neque prorſus apertam cauſam huius uidelicet fieri tale quod factum eſt, ſicut eſt in his quę ſecundum naturam fiunt. Eſt enim aliquid quod per ſe cauſa eſt eius quod eſt pręter naturam, quippe eſſe queat talis cauſa aut cōſtrictio, uel intemperamentum, uel copia materiæ nimia, uel inopia, uel quædam alia cauſa talium per ſe q̄ pręter naturam fiunt. Ni cauſa extra in his quæ caſu eueniunt diceretur ut finis, ut etiam prius dixit, hanc non uelut effectricem. Nam percutiēdi cauſa aduenit extrinſecus, ſicut etiam ſaluandi equum, ſed in illis præter naturā finis eſt in ipſiſmet & non extrinſecus, quare hæc non erunt a caſu, ſit in his quæ natura ſunt & non ſecundum prælectionē quæ extrinſecus hñt cauſam effectricem & finalem, hæc erūt nō a fortuna ſed a caſu, quocirca cōmuniter ex caſu ea omnia ſunt quæcunque non præcedentes cauſas ſequuntur, & a fortuna ea quæ his ſecundum prælectionem adueniunt, ſed ſpecialiter, ut ita dicam, magis quæ a caſu prodeunt ſimul naturā cōſequuntur. Cæterum cum dicit naturā intelligenda eſt oīs uita irrationalis, poſtea uero his concludēs ea q̄ dicta ſunt inquit & quid ſit fortuna & caſus dictum eſt & quo differāt inter ſe.

At de modis cauſarū, in quibus eſt vnde principium motus, vtrūque ipſorum eſt. aut enim eorū quæ ſunt natura, aut ab intellectu, cā ſemper eſt. ſed horum multitudo, indeterminata eſt.

Com. 51. Cum oſtendiſſet quid fortuna quidque caſus & quo inter ſe differant, deinceps ſub qua cauſa earum quę numeratę ſunt reducantur, addit & dicit quod ſub modo cauſę effectricis utrūque ipſorum redigitur. Nam hæc eſt unde motus principium, ſic tamen ut per accidens cauſæ dicantur. Nam ob id adiecit, ſed harū multitudo indeterminata eſt ꝓ hoc, ſed hæc ꝑ accñs. Nam quorum multitudo indeterminata eſt hæc ꝑ accñs ſunt, quoniam & multitudo cauſarum non per accidens, ſed per ſe determinata eſt. Verum demōſtrationem huius ſcilicet quod hæc ſint effectrices cauſæ facit ex hoc, quia etiam cauſa per ſe quibus hę acciderunt inter cauſas effectrices collocantur. Vel enim eorum quæ natura, uel eorum quæ ab intellectu aliqua cauſarum ſemper eſt cum quibus fortuna & caſus una ſubſiſtunt. At natura & intellectus ſunt de numero cauſarum efficientium. Etenim ſi lapis ob grauitatem delatus ſit quempiam percuſſerit, tum natura erit per ſe cauſa efficiens illius delationis, ſed caſus erit cauſa percuſſionis. Item ſi fundamentum ꝗs fodiēdo inuenerit, intellectus quidem eſt per ſe cauſa effectrix & fortuna per accidens quandoquidem non foderit gratia inueniendi theſaurum, ſed iaciendi fundamentum uel quippiam aliud, quare ſi fortuna & caſus ſunt cauſæ per accidēs in his q̄ fiunt alicuius gratia & horum ſemper eſt aliqua cauſa per ſe uel eorum q̄ natura, uel intellectu fiunt, hę uero effectricæ ſunt cā, patet etiā illas eſſe effectrices q̄ una cum his ſubſiſtunt.

Quoniam autem caſus atque fortuna, cauſæ ſunt eorum quorum aut intellectus cauſa ſit, aut natura, cum ſecundum accidens cauſa aliqua ſit horum ipſorum, nihil autem ſecundum accidens eſt prius his quæ ꝑ ſe ſunt: manifeſtum eſt, quod neque cauſa per accidēs prior eſt, ea quæ eſt per ſe. Poſterior itaque caſus eſt, atque fortuna, & intellectu & natura. Quare ſi quam maxime cœli cauſa eſt, caſus, neceſſe eſt prius intellectum & naturam eſſe, & aliorum multorum, & huius vniuerſi cauſam. Tex. 66. Tex. 67.

Cum oſtendiſſet quod fortuna & caſus & ſi ſunt cauſæ per accidens ſunt cauſæ & horum eſt cauſa per accidēs, quorum per ſe mens & natura cauſæ ſunt ſiquidem oſtenſum eſt in his quæ fiunt alicuius gratia. Accipiens igitur quod nihil eorum ꝑ accidens prius eſt aliquo per ſe. Et propter hoc neque cauſa per accidens prior eſt cauſa per ſe. Etenim cauſa per accidens eſt unum aliquid eorum quæ ſunt per accidēs, ſed neque æqualē ordinem habēt cauſa per accidens & per ſe cauſa, quippe cauſa per accidens ei per ſe præcedenti adueniat. Ex his porro cōcludit quod mens & natura priora ſunt fortuna & caſu, & deductio rationis talis eſt. Mens & natura ſunt cauſæ per ſe, ſed cauſæ per ſe priores ſunt cauſis per acidēs, ſed quæ priora ſunt cauſis per accidens ſunt priora caſu & fortuna, itaque mens & natura ſunt priores caſu & fortuna, ſed quoniam cauſæ per accidens ſunt poſteriores his quæ ſunt per ſe, & illis præexiſtentibus hæ per accidēs adueniunt, ſcilicet in quibus ſunt cauſa ꝑ accidens, in his oportet præineſſe illas quæ ſunt per ſe, in quibus igitur fortuna & caſus per accidens in his prius eſſe mētem & naturam neceſſe eſt, quare quæcunque fortunam & caſum cauſas eſſe cœli huiuſque uniuerſi putant hæc ſequitur ex quibus tradunt cauſas priores his eſſe mētem & naturam, propter quod ut inquit Alexāder priores cauſæ ſunt priorum in his quę ſunt efficientes & prima entia a prioribus cauſis facta ſunt quę quidem ſunt mens & natura. Quod ſi prorſus ſunt aliquorū cauſæ mens & natura, horum ꝓfecto erit quibus præſertim quicquam mentis ineſt, quale coelum eſt & hoc uniuerſum. Ni forſitan ad fidem faciendam huius ſcilicet a mente naturaque fieri coelum haud opus eſt primas cauſas primorū in his quæ ſunt, efficientes eſſe. Nam hoc auxilium rurſus eget alia ope oſtendente quod rerum primum coelum ſit. At Ariſto. ratio ſuapte ope fulcitur, cum non ſimpliciter oſtendit ante fortunā & caſum eſſe mentem & naturam, ſed quia in quibus fortuna & caſus ſunt cauſæ in his mens & natura ante caſum & fortunam ſunt cauſa per ſe effecti per ſe, & per accidens, effectus per accidens. Nam eadem cauſa, ut exitus ob amicum, & cauſa amplectendi oſculandique amicum & inueniendi debitorem, ſed unius per ſe, alterius uero per accidēs proinde cum fortuna & caſus ſunt in naturalibus, huius rurſus per ſe effecti erit cauſa mens, aut prælectio & per accidens. Etenim ſi inueniret debitorem in foro & præaccipiens aliquis, & equus ex prouidentia ſeruatus eſt, quare & cœlū ſi a fortuna ſit & a caſu multo prius a mente & natura. Dicit & aliorum multorū & huius uniuerſi quia ſempiternorum cauſam eſſe maxime mentem tanquam ordinatorum & determinatorum uult. Eſt autem hoc uniuerſum ſempiternum ut demonſtrauit in libro de coelo & plura quæ ſunt in eo ut coeli, aſtra, & elementorum uniuerſitates, proinde in his Alexander, quod quidem inquit Plato in decimo de legibus uult oſtēdere ex multis idem oñdit, quod bre- Com. 52.

uibus Ariſto. hic demonſtrauit naturam fortunæ quid ſit diffiniens & oſtendens quod poſteriora ſunt. Nam q̄ fierent à mente intellectuq́; & natura, hęc à caſu & fortuna dicuntur quando aliqua cauſa per accidēs fieret. Sciendum autem q̄d Plato non demonſtrauit fortunam eſſe intellectu & natura poſteriorem, ſed fortunam & naturam eſſe poſteriores anima oſtendit recenſendo ueterum opiniones qui præſertim de cauſis materialibus diſſeruerunt quæ utpote primæ eſſent quæ in cognitionem uenirent, & de efficientibus nondum aliquem ſermonem fecere. Dicit autem Plato, ut dixi, quod fortuna non eſt poſterior mente & natura, ſed quod natura & fortuna priores ſunt anima & arte, ſic ſcribendo. Quod eſt planius dicam, ignem, aquam, terram, aerem omnia hæc non arte ſed natura & fortuna eſſe dicunt, corpora etiam quæ poſt hæc ſunt, terræ ſcilicet, ſolis, lunę ſtellarum omnium ex iſtis carentibus anima prorſus facta fuiſſe tradunt, fortunaq́; uirium lata ſingula caſu ſingulis cōueniſſe, atq́; ita frigida calidis, ſicca humidis, mollia duris, & omnino contraria contrarijs duce fortuna neceſſario contemperata eſſe. Hoc pacto cœlum totum et omnia quę ſunt in eo, animalia quoq́; & plantas & anni tempora fuiſſe producta nō per intellectum neq́; per deum aliquē, ſed natura, ut diximus, atque fortuna. Ex quibus artem poſteriorem mortalē à mortalibus factam poſteriores res nōnullas genuiſſe non penitus ueritatis participes. Vnde his cum oſtendat nobis prius animam factam quam corpus, corpus uero deinde & anima poſterius quæ imperet ei uti ſubdito ſecundum naturam ſubiungit. Meminiſſe oportet quæ ſuperioribus confeſſi ſumus, quod ſi anima corpore antiquior uideretur, etiam quæ ſpectant ad animā erunt antiquiora his quæ ad corpus attinent. Comperum igiť ex dictis eſt q̄d Platonis ſermo ueteres philoſophos damnans in his fortunā cum natura in unum coordinauit quibus utriſq́; animam priorem eſſe oſtendit & in hoc multas adhibet rōnes ut ipſam ſubſtantiam ſeipſa mobilem quæ eſt anima demonſtret omnis motus eſſe principium. fortunam autem uideť Plato in his appellare opificem conuenientiæ uirium naturalium inter ſe, ſine euidente cauſā. Nam hoc ſignificare exiſtimo hæc fortunaq́; uirium lata ſingula caſu ſingulis conueniſſe. At Eudemus naturam arte, & artem fortuna priorem oſtēdit. Sed dignum rurſus in dictis ab Ariſto. adnotare eos qui putant Ariſtotelem non dicere cauſam uniuerſi effectricem. Nam ſi neceſſe eſt prius mentem & naturam eſſe cauſam uniuerſi aliorumq́; plurium & huius uniuerſi, & ſicut dicebatur ab aliquibus caſus & fortuna erant. Hæc quidem ſunt in his unde principium, ideſt ordinata ſunt inter cauſas effectrices, patet quod mens & natura erunt uniuerſi effectrices cauſę. Et ignarus nō ſum quod contentioſus aliquis diceret rationem cōcludere ex ſuppoſitione uidelicet q̄d ſi fortuna & caſus ſunt cœli cauſæ, ante hęc erit mens & natura. Sed rememoranda ſunt quę Alexander dixit, quod priores cauſæ priorum effectuum effectrices ſunt, ſunt autem prius cauſæ mens & natura, ſunt enim primæ rerum, quare magis priores erunt his quæ qualitercunque fiunt, & ſi cœlum nec uniuerſum hoc tēporis initium habeat. Sed quoniā hactenus cum ſecutus ſim dicta Ariſtotelis de fortuna & caſu eius pro uiribus meis ſingula dicta explicaui. Vnde recte ſe habebit ſi quemadmodum expoſui breuiter ea quę uidentur ei de his, ita adiecero ea quæ à recentioribus philoſophis tradita declarataq́; ſunt & oſtendero nihil ea quæ dicunt, differre a ueteri aſſignatione. Cum igitur Ariſto. quæreret cauſas eorum quæ fiunt in naturalibus, quoniam inuenit quędam caſu & fortuna fieri, ſignificata horum ſecundum ſuperficialē intelligentiam proponit determinare atq́; explicare. Cum igiť cuiuſcunq́; quod fit cauſa effectrix eſt & omnē effectum præcedunt quædam quibus aduenit id quod fit & horum quædā prius agunt gratia eius quod fit, & factum ſequitur proprie id quod prius agit, ceu cum quis prodeat gratia colloquēdi cum amico obuiā tū ei uenerit amicus, aut cum lapis decidat deorſum proprium obtinendi locum et occupabit, cum uero id q̄d aduenit, nam id quod prius agit non ſequitur quatenus tale, neque id quod prius actum eſt ad ſuum non peruenit finem cuius gratia prius factum, ſed in quippiam aliud incideret & non ſecundum præcedentem actionis intentionem, ceu ꝓdire gratia amplectendi amicum, quando hoc non eueniret, ſed debitū reciperet, tum aliquem alium finem accidētem nactus eſt, & non illum cuius gratia prodibat. Item lapis deiectus aut delatus in terra, ut proprium occupet locum, quando ſedile fieret, tum obtinuit alium quēdam finem ſequētem caſum cuius gratia non fiebat caſus. Omnia autē talia in quibus alius finis euenit his qui gratia alterius prius egerūt ex caſu dicimus fieri, qa fit ex prius agente, ſed non fiebat gratia illius pręcedētis. Nam ſi non prodiſſet fori non inueniſſet debitorem, & ſi lapis nō cecidiſſet haud ſedile euaſiſſet & ob id caſu fiebat, ſed gratia eius quod ſecutum eſt non, fiebat. Et ob id rurſus idem quantum ad ipſum quod ſecutū eſt fruſtra fiebat, merito à caſu tale nominatum eſt, tanquam idem fruſtra prius factum ſit ad talem finem. Cauſa autem dicitur cur ſi non pręceſſiſſet non fiebat. Et quoniam aliam cauſam non uidemus naturaliter conſiderātes cauſa tamen non per ſe eſt talis finis ſed per accidens. Vnde eorum quæ ex caſu alia quidem adueniunt actionibus ſecūdum prælectionem q̄ a fortuna fieri dicunt & fortunam una cum pręlectione & actionem ſecundum prælectionem ſubſiſtentem cauſam ferunt ut in egreſſu qui fit ob amicum quādo ille finis non ſequeretur cuius gratia fiebat, ſed quicquam aliud præter ipſum, reliqua autem quæ eueniūt actionibus irrationalibus & naturalibus talia cōmuni nomine a caſu rurſus appellant, & cauſam præcedentem quam non per ſe finis, ſed per accidens ſequitur, caſum uocant. Hæc igiť huiuſmodi ſunt Ariſtotelis cōſuetudinem nominum dearticulare magno ſtudio contendētis quatenus conueniunt doctrinę naturali de cauſis. Sed primum cenſeo animaduertendum eſſe, nunquid ueteres non modo ea a fortuna dixere quæ adueniūt motibus pręelectiuis, ſed etiam ea quę ſequuntur naturales inclinationes. Nam ut omittam plures de hoc uſus quorū nonnullos ex Empedocle prius appoſui, ſat ſit qui & ab Ariſt. appoſitus eſt. Nā de aere dicit Empedocles, ut cōcurrerunt ſępe uolitans aliter atq́; aliter aer. Et Plato narrans opiniones ueterū philoſophorum de his quę a fortuna prodeunt in elemētis & mixtionibus elementorum fortunā eſſe cauſam dixere in quibus dicit ignē & aquam & terram & aerem natura omnia & fortuna aiunt. Et in ſequentibus horum quę pauloante deſcripſi, ſæpe etiam quas pręlectionibus adueniunt, uocant caſualia & a caſu ueteres. Nam tale apud Homerum, Caſu autem uenit uociferans bonus Menelaus. Nam cum uocatus eſſet, ab Agamēnone cōuentus optimatum pręlectione, aduentus Menelai euenit. Si ergo in eiſdem indifferenter fortunam & caſum ordinant fortunam non ſecundum intelligentiā fortunæ, ſed ſecundum cōceptionem eius qua ut forte accipiunt cum nō poſſint cauſam aſſignare. At caſus ponentes per ſe non cauſam. Nam in quibus nulla eſt determinata cauſa in his ut ſors tulit & caſum dicere conſueuimus. Et illud, concurrunt, eſt huius intelligentiæ. Et eſt ipſa intelligentia fortuna ab ipſo ſecundare fortunareue deducta, ſed fortunare non ſecundum rationem, neq́; ſecundū præcedentem intentionem, ſed temere & utcūq́;. Nam hoc ſignificat illud, ut ſors tulit. Hæc igiť de nominū diſcrimine deſſinio. & ſi fortuna eſt ſolum in his quæ agunt ſecundum ꝓelectionem quærendum eſt, an in ſolis quæ fiunt raro. Nam ſi fortunam aſſequi & a fortuna dicimus ꝓſus, dicimus aūt & optimum ſagittantem aſſequi ſcopum & optimum ſcriptorem nactum eſſe intentum & prauum non aſſequi non raro, ſed plerūq́;. Et Eudemus inquit effectum ſecundum artem bona fortuna dicitur quoties adeptus eſt, ſin uero, infortunium, ſed propoſitum quoduis agere quando propoſitum ageret aſſequi ꝓprium finem dicimus, ut etiam quando peccaret non aſſequi, quare neq́; per accidens adeptio quando, aſſequereť etiam ꝓponens. Si ergo quemadmodum aliorum omnium idiomatū ut pulchritudinis, ſanitatis, uictoriæ diuinas quaſdam cauſas ꝑ eſſe exiſtimamus a quibus participationes largiuntur partici-

pantibus & cauſas appellare audemus nominibus eorum bonorum quæ impartiuntur, quoniam & fortunatũ eſſe eſt quicquam magnum aduĕientis boni & diuinitus datum fuiſſe par eſt, quomodo non eſt neceſſarium cauſam, ut fortunatus ſit, facere ipſam bonitatem diuinam, hãcq; fortunam dicere? Et recte uidebatur quibuſdam fortuna eſſe cauſa quæ eſſet humano itellectui incertã perinde ac ſit quoddam diuinũ & felicius, ſi uero in illis maxime fortunam dicimus eē cauſam in quibus nullam aliam cauſam per ſe uiia cognitam uidemus, ob id nõ opus eſt exiſtimare per ſe cauſam alicuius, ſed quando fieret alterius cauſa per accidens tunc fortuna eſt appellanda cauſa, & effectum a fortuna, ſed cauſa per ſe exiſtimanda eſt illius cauſa, quod etiam fit, ut prodire in forum amici gratia eſt cauſa ut ſit in foro, ſed inueniendi debitorem conceſſa eſt præelectio & exitus, ſed principaliſſima cauſa eſt fortuna quę & ob id egredientem fecit, fortuna aſſequi quod aſſecutus eſt operante tũc una & præelectione, ſed non ob id ꝓcedentis fortuna ſola cauſa uidetur, & tunc cooperante præelectione ſecundum ipſum prodire prorſus, cũ non ob id prodiret aliquis quod aſſecutus eſt, opus fuit quadam cauſa quę dirigeret eum ad id. Attamen Ariſto. ut ſæpe dixi faciens naturalem tractationem, occultam cauſam reliquit theologis aſſerendam eſſe, ſed cauſam cognitam quãdo aliquem alium finem aſſecuta ſit ab eo quem propoſuit. hanc fortunam uocat & finem à fortuna. In quibus autem ſit fortunæ imperium qrentes inueniemus in omnes eſſe, qui egent ipſa fortuna & ſecundis rebus potiri. Egent autẽ quę cunque aliquo participare egent, participant autem ea quę iter ſe diſtinctione & diuiſione gaudẽt, quare & in diſtinctione ſpecierum intellectualium opus eſt fortuna, ut ea q̃ diſtincta ſunt aſſequantur participationem inter ſe. Quod ſi diſtinctio partitioue illa eſt indiſtincta, & participatio eſt nõ participatio, ſed magis conſubſiſtentia, patet q; & fortunæ proprietas nunquã in illis eſt euidens, ſed in corporeo mundo in quo perfecta eſt diſtinctio ac dudum aliquomodo facta rerum ſeparatio, i hoc & participatio & adeptio euidens & fortuna in eo ſuamum euidentiorem oſtendit. Etenim ob fortunam ſol & unumquodq; aſtrum errans aſſecutum eſt locum in Zodiaco, & ſortita ſunt figurationes erratica aſtra inter ſe. Et luna lumẽ ſuum, & omnia aſtra in cœlo ſortita ſunt iaculatiões radiorũ in alijs, ſed in cœlo ob neceſſitatẽ ordinis nõ ſic, rurſus eſt uis fortunę manifeſta, proinde in mundo ſublunari in quo multum periculi eſt non potiundi rebus proſperis ob concurſum plurium & indefinitarum cauſarum, hic maxime fortuna ſuũ imperiũ pandit colligens omnes cauſas & conducens ut non quicquã cõmutant, ſed ut unaquæq; pro æquitate q̃d agreſſę ſunt, aſſequuntur quod idẽ dictũ eſt pro meritis ſuis obtineant. Etenim ſanitas in his maxime perſpicua eſt, in quibus etiam ingredi, q̃ unt morbi, & adhuc magis in q̃bus particulariores cãę non adſunt, & diſtributionis illius pro meritis cauſam dicimus eſſe iuſtitiam & deam iudiciorum, ſed potiundi rebus proſperis pro meritis cauſam aſſerimus eſſe fortunam, et tum maxime apparet quando neq; intellectus, neq; quędam alia cauſa manifeſta uidetur. Sunt enim pleraq; alia in quibus & alia cauſa agũt, ſed potiundi rebus fortuna eſt cauſa, ſed in quibus nulla alia cauſa cognita eſt, in his maxime uidet. Et eſt aliquid à fortuna uelut à deo factum. At ex caſu factum aliquid eſt tum, quando non apparet particularis quædam cauſa eius igitur fortuna non ſolum eſt in his quę raro, quandoquidem diuitum liberi plerũq; diuites & bene fortunati fiant, neque ſm accidens cauſa. Nam principaliſſima eſt cauſa eorum quæ adipiſcendis rebus incũbunt, & utuntur pro obſequio aut ſeruitute cũctis mortalibus cauſis per ſe & per accidens. Quod ſi dixerint in ipſis inordinatis et his quę raro eueniunt locari fortunam aliquo modo id ipſis non admittimus. Non enim prorſus ſunt inordinata ea q̃ ſunt hic, ſed quendam ordinem uiciſſitudine ſortiuntur, neque in ſolis quæ raro eueniunt ut dictum eſt collocatur, aliquo etiã modo eos aſſeremus benedicere. Etenim fortuna, imperiũ uniuerſi ſub luna mixtionem digerit & ornat, apud quod eſt natura cõtingentis, quæ cum ſit inordinata per ſe fortuna cum alijs principalibus cauſis dirigit, ordinat & gubernat, ideo & clauũ fortunæ tribuunt ut gubernet nauigantem in pelago generationis. Et clauum temonemue collocant in ſphæra tanquã alii, quod inſtabile dirigendæ generationis. Et in altera manu cornu capræ plenum fructuum perinde ac ſit cauſa aſſequendi omnes fructus diuinos, ob id aũt & ciuitatibus, ædibus, & unoquoq; fortunæ ſimulachra ueneramur, quod cum longe diſtemus à diuina unitate periclitamur ne fruſtremur participatione oblata & adepta, & uota fortunę deo uelut effundimus & his quæ habent proprietatem ad reddendas generationes meliores ut ſucceſſus meliores eueniant. Et eſt inquam omnis fortuna bona. Etenim omnis adeptio alicuius boni eſt neq; quicquam mali à deo proficiſceretur. Verum bonorum alia ſunt principalia, alia uero quæ puniunt uel ulciſcũtur quæ quidem mala dicere cõſueuimus & ob id fortunæ aliam bonam nominamus quæ cauſa eſt aſſequendi principalia bona, aliam uero malam quæ ad penam aut ultionem ſubeundum nos præparat. Hanc etiam Plato dialogis de legibus tradit ſimul eſſe ordinatricem cum opifice, quãdo inquit. Vt deus quidem cuncta & una cum deo fortuna & tẽpus humana gubernãt. Sed reliquum eſt ut ad ea q̃ ſequũtur Ariſt. proficiſcamur.

Quod autem ſint cauſæ, & quod tot numero Tex. 68.
quot dicimus, manifeſtum eſt. tot enim numero, ipſum propter quid comprehendit. aut enim ad ipſum quid eſt reducitur ipſum propter quid vltimum in immobilibus vt in mathematicis. ad definitionem enim recti, aut cõmẽſurabilis, aut alius cuiuſpiam, reducitur vltimum. Aut ad mouens Tex. 69.
primum. vt, propter quid certauerunt? quoniam furati ſunt. aut cuius gratia? vt dominẽtur. aut in ijs quę fiũt, materia. Quod igitur cauſæ hæ, & tot ſint, manifeſtum eſt.

Cum quærat id quod liquido propoſuit à principio de cauſis quæ ſcilicet & quot ſint numero & oſtendent quod omnes in quatuor modos incidunt manifeſtiſſimos, & quod fortuna & caſus ſub una harum ſcilicet ſub cauſa effectrice quæ unde principium motus eſt, quoniã ingens prouincia eſt tãtam multitudinem particularium cauſarum in genera adeo pauciſſima colligere: merito cenſet faciendum eſſe denuo ſermonem ſolatij confirmationiſq; gratia. Et quod totidem numero ſecũdum genus ſint cauſæ, uirtute hunc in modum oſtendit. Cauſę ſunt quibus interrogati propter quid aſſignamus. Equidem interrogati propter quid, quatuor aſſignamus, aut effectricem, aut finem aut formam, aut materiam, igitur cauſæ quatuor ſunt & affert collectionem reductionemq; in unaquaq; harum exemplo. Vel enim in ultimam formam reducitur ꝓpter quid, ut in mathematicis. Nam hæc immobilia uocat ad diſtinctionem, contra naturalia, quorum eſſe uerſatur in motu. Nam propter quid hæc recta, quia eſt minima earum quę habent terminos, & propter quid latus exagoni cõmenſurabile eſt diametro, quia eodem metiuntur cum exeat per cẽtrum. Item interrogati cur illę quæ ex centro egrediuntur in circulo æquales ſunt, reſpondemus quod circulus eſt figura plana una linea cõtenta in qua ab uno puncto poſitorum intra figuram omnes incidentes ad circũferentiam rectę æquales ſunt inter ſe. Nam ſi hanc diximus cauſam, nullam aliã amplius aliquis rogabit. Item interrogati cur Thebani bellũ geſſere cum Phocenſibus, dicemus quia Phocenſes templum ſpoliarunt ſic effectricẽ cauſam aſſignantes. At in materialibus uocat ea quæ quidem fiunt. Nam fiunt plantæ, animalia, & horum partes quæ quidẽ omnia materialia ſunt, in his ergo propter quid ſæpe reducimus ad materiam. Nam propter quid putrefactum ſcãnum? quia ligneũ erat, aut ꝓpter quid homo quatuor eſt ortus digitis? dicimus

Com. 58.

quia deficit materia, ꝓpter quid homo eſt id q̃d genitum eſt, quia ex ſpermate humano & foetu, & de eodẽ poſſunt omnes cauſæ reduci. Nam propter quid homo e uita excedit, quia animal rationale mortale, & q̃a eius effectrix cauſa adeſt & abeſt, & quod eſt ex materia corruptibili, & q̃a melius eſt ei mori. Dicit aũt Porphyrius quod ipſum propter quid poteſt quadrupliciter aſſignari. Illud nãq; cuius gratia ſolũ de fine interrogatur. Nam cuius gratia certarunt, ut inciperent. Verum obſeruans id quod Alexander dixit uidelicet mathematica nõ habere finalẽ cauſam, & id quod hoc in loco dicit Ariſtote. quod ipſum propter quid in aliquod extremum reducitur in immobilibus ut in mathematicis, ipſe exponit, quoniã inquit non eſt in mathematicis id cuius gratia aliud a forma. Nam illa erit in ipſis finalis & extrema cauſa, ideo ultimum in eis eſt forma & diffinitio. Sed quod ſit mathematicarũ rerum finis cum prius dixi, tum etiam nunc dicam. Etenim inuenta ſunt mathematica ut anima per ea trajciatur a ſenſilibus ad intellectualia, uerũtamen mathematicis ut mathematicis nõ eſt notum talis ipſorum finis, ſicut neq; naturalibus perſpicua eſt utilitas tractationis naturalis ad contemplatiuam philoſophiam, unde merito hi propter quid reducunt ad ultimum quod eſt diffinitio. Et enim diffinitionẽ habent pro principio, extra uero principium non poteſt exire. Quoniam ergo quod fit aliquid ob aliquam ſui cauſam habet eẽ, aliud ob materiam, aliud uero ob formã, aliud uero ob efficiens, et aliud ob finem, merito interrogari ꝓpter quid ad propriã reducimus cauſam. Sępe item eius differentes cauſas aſſignamus. Nam propter quid ſedeo? quia meũ corpus multum terrę & ignis habet, ideo iacet & ſtetit corpus ob materiam. Item quia taliter meæ tibię cruraue ſimul flectũtur curuanturq; ob formam. Item quia ſic anima mea p̃eligit, ob efficiens. Item quia ſic putaui melius eſſe ob finẽ. Item aliquis interrogatus ꝓpter quid ſimitas eſt ſimulachrum Socratis, certe nõ reduceret in aliam cauſam quam in exemplarem. Nã haud in mãm exiſtimo, redigeret, nec in formã, nec in aliam quãdã quatuor cauſarũ, ſed quia ſimus erat Socrates, quare ſi etiam ꝓpter quid reducimus in exemplarem cauſam, erit eũ cauſa exemplum. Ideo cur unus ſit mundus Plato cauſam reduxit in exemplarem dicendo. Nunquid ergo recte unum coelum aſſeruimus, an plures & infinitos oportet dicere. Vel rectius unum aſſerendum eſt quandoquidẽ conditum ſit ab opifice ſecũdum unum exemplar. Et prorſus ſi materiales formæ ſpecieſue ſunt participatione ſpecierum formarumue principalium, profecto ſimulachra illis aſſimilabuntur, omne igitur ſimulachrum refertur ad exemplar. Sed neceſſitatem cur tot taleſq; ſint cauſæ, ex diuiſione prius inuenire periclitatus ſum, q̃circa ſuperuacaneum eſt rurſus repetere eadem. Sed tantũ in p̃ſentia addicia quod omnis res naturalis ex materia & forma conſtat, & omne quod fit aliqua cauſa ꝓpter aliquod bonum fit, cuncta igitur quæcunq; habent tale uel ob materiam
» uel ob formam habent, uel ob efficiens, uel ob finem. Sed quo
» niam Alexãder ſcribit illud cõtextus, { aut in his quę fiunt materia } & huius p̃ticulæ audienda eſt expoſitio. Vel enim inq̃t, ad diuiſionem & diſtinctionem contra ingenita dixit hæc, perinde ac non ſit in his materia, uel quia in his quæ propne fiunt eſt inuenire materiã. Hæ autem ſunt ſubſtãtiæ. Nam eorum q̃ fiunt per accñs & ſunt non eſt materia per ſe. ſed ſm relationẽ quam habet materia in his ad ſubſtantiam.

Tex. 70. Cum autem cãæ quatuor ſint, de omnibus eſt Phyſici cognoſcere. & ad omnes reducens ipſum propter quid, aſſignabit phyſice materiam, ſpeciem, ipſum mouens, & id cuius gratia. Veniunt autem tres, in vnam plerũque. Ipſum enim quid eſt, & id cuius gratia, vna ẽ. Ipſum vero vnde motus primum, ſpecie, eadẽ eſt his. homo enim, hominem generat.
Tex. 71. Atque omnino, quæcunq; mota mouent. quæcũque autem nõ, non amplius Phyſicæ ſunt. non enim in ſeipſis habẽtia motum, aut principium motus, mouent: ſed immobilia ſunt. Quãobrem tria ſunt negotia. hoc quidem, circa mobile. illud vero, circa mobile quidẽ, ſed incorruptibile. aliud autem, circa corruptibilia.

Cum dixerit quatuor eẽ. cauſas rerum naturalium, quoniã cauſæ ſunt quibus reſpõdemus iterrogat ꝓpter quid deinceps ſubiungit, quod naturalis ad quatuor reducens aſſignabit naturaliter ꝓpter quid aſſignãdo. Nam eſt etiam phyſici aliquid non naturaliter aſſignare, ceu geometrę non geometricę, quoties non ex proprijs principijs aſſignat. Quoniam igitur naturale corpus habet materiam, & forma potitur, habet item effectricem cauſam, ſiquidem genitum ſit, & obtinet id cuius gratia cum agẽs gratia alicuius efficiat, patet naturalem cum ſciat omnes cauſas naturalis corporis oportere ꝓpter quid ad unãquãq; reducere. Verum, inquit, tres cauſę plerũq; in unam ueniunt, hæ uidelicet, forma, finis, & unde motus principium. Et eſt hæc peculiaris conſideratio dicenti de multitudine cauſarum quod quatuor tres in idem ueniunt, & naturali reducenti ad quatuor cauſas utile eſt cognoſcere ut tentãdo ꝓpter quid in formam uel in finem reducere non quippiam aliud & aliud primo quærat in quod reducat formam quia ſæpe eadem forma eſt finis. Nam cuncta quę prius geſſit natura gratia formę mollita eſt, & hæ cauſæ ſunt duæ numero, ſed unum ſubiecto & duæ ratione. Nam ſi fructuũ maturatio eſt, ipſum poſſe ſemina in inuolucrum perficere, tale alterũ forma illico & finis eſt, principium aũt unde motus & quando idem fuerit h a non ſecũdum ſubiectum, neq; numero erit, ſed ſpecie ſolum. Nam homo generat hominem, & eſt cauſa pater ipſius geniti cui eſt idem ſecundum ſpeciem, & prorſus inquit quæcũq; mota mouent, ideſt quæcunq; cum ſint & principium habent in ſeipſis agunt. Nam de tali effectrice cauſa eſt ſermo. Hæc igitur ſi fuerint eadem genitis, ſpecie nanq; eadem ſunt. At quęcunq; non mota mouent, hæc conſiderare prorſus non ſpectat ad naturalem tractationem, ſed ad theologum attinet, quippe quæ non habent in ſeipſis principium motus, ſiquidem non mouentur, quare non ſunt naturales cauſæ cum ſint immobiles, ſed neq; motus principiũ eſt ut natura. Nam ipſa mota mouent, quare neq; naturalis eſt minus de his dicere. Niſi forſitã per hoc, atq; omnino quęcũq; mota mouent, procul ineſt contra eos qui putant ideas eſſe cauſas ſimiles ſpecie eorum q̃ hic ſunt cum ſint immobiles. Nam ſimile ſpecie eſt uniuocum, ſed hæc ſunt æquiuoca uel de numero eorũ quæ ſunt analoga. Sic enim q̃s interpretari poſſet. Si cunctæ cauſę effectrices cum formatione ſpecie exiſtimarentur eadem, ſi motę mouerentur. Equidem ſol etiam motus mouet & agit, qui haud tamen idem eſt his quæ fiunt, neq; enim omnia quę fiunt ab eodem ſunt inter ſe ſpecie ſimilia, niſi ergo quatenus materialis forma & agẽs, & ea quæ fiunt cõmunicent materia quæ dicitur ſubiectum. Nam etſi in coelo ſecundum Ariſtotelem non ſit materia quæ inuicem nõ tranſmutantur, tamẽ ſubiectum in illis corporibus coeleſtibus eſt, ideo mobilia ſunt ſecundum locum uelut in primo metaphyſices inquit. Niſi uero & agens ſecũdum rationes quę ſunt in ſeipſo, agat ſimilia rationibus. Poteſt item hæc particula. At qui omnino quæcunque mota mouent, intelligi de ꝓxima cauſa effectrice naturaliter, ut eſt natura. Nam hæc multum communionis conuenientięq; habent cum forma, ut etiam ſuperioribus dictum eſt. Nam ſol eſt proxima cauſa & ſi motus moueat. Et huic forte ea quæ ſubiungit conſonant. Nam quia mouentes & efficientes cauſę triplices ſunt, aliæ quidem immobiles, aliæ uero mobiles & horum aliæ proximę, & aliæ remotiores, oſtendit ex hoc tres facultates de rebus tripliciter diuidi. Etenim alia eſt de cauſa mouente imobili tamen, qualis eſt metaphyſices, alia uero de cauſis quæ mouentur, ſed ſunt incorruptibiles, qualis eſt tractatio de coelo, alia uero de his quę mouentur & uerſantur in generatione & corruptione, q̃ item ſunt proxima cauſa. Talis autẽ eſt tractatio de generatione & cor-

Com. 54.

rupcione ac de his quæ uidétur in ſublimi grece meteoron,& tractatio de animalibus plantiſq; quæ facultates quærunt talea cauſas. Patet uero quod præſens tractatio principia naturalium quærens de cauſis motus cõmuniter facit inquiſitionem. Sed ſcitu dignum quomodo dixit cauſam unde primum motus, ideſt effectricem eãdem eſſe cum forma, ſed non ſubiecto & numero, ut finalis & formalis inter ſe ſunt. Etenim natura cũ ſit cauſa efficiens & formalis eſſe oſtendebatur prius. Sed forſitan in natura ineſt unum numero eſſe cum forma, ſed omnibus ſimpliciter effectiuis cauſis ꝓximis eſſe idem ſpecie ineſt. Et ex his rurſus conſpici poſſe reor, quod Ariſto. nouit imobilem & primam cauſam non ſolum finalem, ſed etiam effectricem. Nam unde motus primum ideſt cauſam efficientem diuidit in cauſam imobilem & mobilem, quippe qui dicat quęcũque mota mouent, naturalis tractationis ſunt quæcunq; uero immobilia mouent, non amplius ad naturalẽ ſpectant, ubi mouere pro facere accepit. Et Alexãder in his inquit naturalis cõtemplationis eſt & de cauſa effectrice dicere, attamen non de omni, ſed de his ſolis quæcunq; mota ipſa motiua & effectiua ſunt aliquorum, perinde ac dixerit. Atq; omnino quęcũq; mota efficientium, tanquã perſpicuum ſit quod ſint cauſæ effectrices immobiles ſecundum ſuam ſententiam.

Tex.72. Quare ipſum propter quid, et ad materiam reducenti, redditur, & ad ipſum quid eſt, & primũ mouens, de generatione enim maxime hoc modo cauſas conſiderant. quid poſt quid fiat, & quid primum fecit, aut quid paſſum eſt, & ſic ſemper quod deinceps eſt.

Com. 55. Si finalis & formalis cauſa in unum ueniunt, merito ipſum propter quid in materiam reducenti aſſignatur, aliquando uero in formam, quæ etiam ipſa finis eſt aliquando item in efficientem. Nam huius uidetur illud indicatiuum ſcilicet pretermittere in enumeratione finalem cauſam. Simul aũt uidetur mihi indicaſſe cauſam remotiorem propter quam naturales omiſerunt finalem cauſam. Nam cum ueniant in idem finalis cauſa & formalis, ob id contenti ſunt de formali dixiſſe, quocirca & ſtatim ſubiunxit, quomodo cauſas generationis conſiderantes in eaſdem cauſas reduxerũt. Nam cum quęrũt quid poſt aliq̃d fit, formalem cauſam quęrũt. Nam hoc eſt id quod fit, ſed quãdo quid primum fecit, proprie efficiens inueſtigatu, quemadmodum cum quæſiuerit patiens materialem cauſam admodũ curioſe & accurate tractant. Nam materia eſt patiẽs ab agente, et forma eſt affectio adueniens. Poteſt etiam hoc indicatiuũ eſſe huius ſcilicet naturalem maxime ad has cauſas referre cũ quærit qui prius quidque poſterius agit, & quid patiens eſt, q̃a materia & quid fit. Nam hæc cum circa naturalia ſint naturali diſputatori intereſt de his agere, ſed primi philoſophi eſt cauſam immobilem contemplari & ſubſtantiam immaterialem atque expertem paſſionis & ſeparatam ab ortu quæ quidem ſunt oppoſita prædictis. Poteſt autem inquit Alexander contextus hunc in modum dicens. De generatione enim maxime, ſequi prędicta ſuperius, in quibus dixit. Quoniam autem cauſę quatuor de quibus ſcire naturalis eſt munus & cum redigent ad omnes ipſum propter quid aſſignabit formam, materiam, mouentem, & cuius gratia. Nam generationis cauſas maxime hoc modo, quærunt interiecta etiam ad determinationem idẽtitatis cauſarum, ipſa differentia cauſæ effectricis ſiquidem alia ſit immobilis alia uero mobilis, & huius quidem alia incorruptibilis, alia uero corruptibilis. Poſtremo illud cõtextus. Et ſic ſemper quod deinceps eſt, poteſt dicere quando primum herba à tritico & deinceps ſtipula & poſt hanc ſpica. Verum poteſt, ut intelligit Alexander, hoc ſubiũctum eſſe quia poſt primum efficiens, perueniunt uſq; ad proximum efficiens, & poſt primam materiam in proximam ſecundum ſimilitudinem, nõ in aliam quãdam ſpeciẽ cauſæ cuius gratia pertranſeuntes, ſed magis de unaquaq; cauſa quærunt deinceps.

Duplicia aũt ſunt principia mouentia phyſice, quorũ alterũ nõ phyſicũ eſt. non.n.habet, motus principiũ in ſeipſo. Tale autẽ eſt, ſi aliquid mouet quod non mouetur, vt id quod penitus eſt immobile, & quod omniũ primũ eſt. Et ipſum quid eſt, & forma. finis enim eſt, & cuius gratia. Tex.73. Tex.74.

Com. 56. Dudum quidem fecit diuiſionẽ cauſę effectricis dicẽdo, q̃d aliæ motæ mouent, & aliæ immotę & nunc eandem facit dicens duplicia ſunt principia mouentia naturaliter. Et addens illud (naturaliter phyſiceue) facit hoc ad diſtinctionem cõtra ea quæ fiunt ſecundum præelectionem & artem. Ni forſitan ꝓpter hoc rurſus eiuſdem effectricis cauſę diuiſionem repetierit, ut determinet adamuſſim primum mouens eorum quæ mouent arte & pręelectione. Nam primo diſtinxit hęc adinuicem quæcunq; mota mouent, & quęcũq; ſunt imobilia, & accepit primam cauſam mouentem ſine ſui motione. Nunc uero, quia ars & præelectio exiſtens immobilis mouet motibus naturalibus, neq; enim augetur, neq; alteratur, neq; ſecundum locum mutatur, primo diſtinguit artes & pręelectione à natura & prima cauſa, eo quod hęc naturaliter mouent quod dictu idẽ eſt, intus mouent, & ille mouent extrinſecus, & ita primũ mouens à natura diſtinguit, uel ab his quę mouent ſecundũ naturam. Nõ enim per ſe natura mouet, ſed cum corpore in quo eſt, ab his igitur diſtinguit eo quod hæc habent in ſeipſis principium motus, ille uero non habẽt. Non enim eſt naturale principium illud, ſed naturalium, quod ſi haberet in ſeipſa principium motus, naturale principium eſſet, item diſtinguit primum principium ab his quę ſecundum artem & præelectionem mouent, eo quod illa et ſi per ſe motionibus naturalibus fuerint immobiles, tamen ſm accidẽs mouentur in nãlibus. Nã tales ſunt alię actiones mutatę ſm locũ & ab alijs in alia trãſmutatę dũ ꝑficiunt & artificia condunt. At oĩum primũ mouẽs ꝓrſus imobile eſt ꝑ ſe & per accñs, & quatenus eſt oĩum primũ mouẽtiũ, differt ab his quæ mouent ſecundum artẽ & ꝑelectionem. Et illa cõtextus { ut id quod penitus eſt immobile & quod oĩum primũ eſt } nõ ponũtur ut geminata uocabula idem ſignificãtia; ſed q̃d utriſq; diſcrimẽ pateat eorum q̃ mouent imobiliter manentia. Deinceps uero illud q̃d eſt ſm oẽs modos primum paulopoſt docebit. Si ergo recte dicimus dicta intẽtionẽ hanc habere, nõ temere rurſus facta eſt diuiſio effectricis cãę. Et ſiquidem eſt effectricis cãę diuiſio/ut etiã Alexan. fatetur/patet q̃d etiam efficiẽs primũ Ariſto. eſſe putat. Quod ſi motiui ſolũ eſt diuiſio cum primũ q̃at mouere ut finis, dicẽdo ꝓinde imobile eſſe primũ, ſignificat q̃d forma imobilis eſt qñ ut finis accipietur & id cuius gratia. Nam finẽ oportet eẽ imobilẽ & determinatũ. Nam motũ alicuius gratia mouet. Quod ſi moueret, neq; agẽs dũ tẽderet ad ipm̃ ſtabit. Verũ forma ſnõ, utcũq; accepta ẽ finis, ſed qñ ſic accipet q̃d ſit id q̃d melius eſt. Nã hac rõne/ingt Alexã. differt forma mathematica ab ea q̃ eſt in nãlibus, q̃a hęc q̃dẽ ut finis et id cuius gr̃a accipit, q̃a melius eſt ſic. Nã melius erat talis forma ut erectũ et nõ flexũ curuũq;. At in mathematicis eiuſmodi nihil q̃rit. Nã nugę vñr, ſi q̃s niteretur oñdere, q̃d circulo melius eẽt hr̃e lineas ex cẽtro ę̃q̃les. & q̃dratio ꝑtinẽtes ipm̃. Niſi forſitã ſiq̃s diffinitionẽ circuli & q̃drati ſic accepit, ut ẽt, illã hoĩs accipimus non ſm formã, ſ; ſm potẽtiã, inueniet & formã tali diffõni ꝓpriã ut i hoĩe erectũ ꝓcerita/ſue.

Quare cum natura propter aliquid ſit, & hãc cognoſcere oportet, & penitus reddẽdum eſt ipſum ꝓpter quid. vt quod ex hoc, neceſſe eſt hoc fieri: hoc autẽ ex hoc aut ſimpliciter, aut frequenter & ſi debet hoc fieri, vt ex propoſitionibus cõcluſio. & qui hoc erat, quod quid erat eſſe. & quia melius eſt ſic, non ſimpliciter, ſed ad vniuſcuiuſque ſubſtantiam.

Quoniam

Com. 57. Quoniam naturalis forma finis eſt & id cuius gratia. Equidem patet qđ naura effectrix formæ cuncta efficit gratia formæ, ſi ergo natura alicuius gratia & non fruſtra facit, oportet naturalem cum fuerit naturalis ſcire naturam & cauſas proprias aſſignare eorum quæ fiunt. Hoc igiť modo ſi ad eam particulam contextus, propter aliquid comma appoſuerimus & hunc prorſus addenda eſt coniunctio hæc/&. quod ſi non additur, ut in quibuſdam exemplaribus fertur, tamen ad hanc ſequentem particulam/Et hanc cognoſcere oportet/cōma punctumue ſubſcribendum eſt, ut dicat, cauſam aſſignandi propter quid eſt quia oportet ſcire naturam alicuius gratia uel ꝓꝑ quid facientem, & cauſaa aſſignare uidelicet effectricem. Nam » ſignificat hãc per hoc quod dicit ſcilicet { quod ex hoc neceſ- » ſe eſt hoc fieri, hoc autẽ ex hoc aut ſimpliciter aut frequẽter } Etenim in ſempiternis & diuinis efficiẽs ſimpliciter efficit. Nã talis lunæ figuratio, talem prorſus efficit illuminationem eiua ſed in his quæ generãtur ut frequenter. Nam ſomnus ut plerũque frequenterue concoctionem nutritionemq́ efficit tum natura otiante. Ceterum per illud/Et ſi debet hoc fieri, ut ex propoſit onibus concluſio/mentionem facit de materiali cauſa, q̃ quidem & neceſſarium cum contineat rõnem eorum ſine quibus nihil eueniret. Nam ſi oportet talem concluſionẽ ſequi, oportet tales propoſit ones prius colligi quæ habent in ſyllogiſmo materiæ rõnem. Siquia igitur interrogaret, ꝓꝑ quid tal a concluſio in materiam reducentes propter quid aſſ gnabimus Nam ꝓpter quid tales ꝓpoſitiones. Et in naturalibus ſi debet fieri forma a natura, oportet materiã priua ſterni, ceu ſi nauia extruẽda ſit, oportet prius ex tali l gno aſſumi ut idonea ſit ad » nauigandũ & coapte hærẽat partes eius, Item per illud, { Et » quia hoc erat quod quid erat eſſe } indicat cauſam formalem » Et per illud. { Et quia melius eſt ſic } inuentionẽ facit de cauſa finali/Etenim Plato & Ariſto. inquiũt naturali cõpetere duplicem cãm aſſignare, aliam neceſſarij, aliam uero eius bene, & ẽ illa neceſſarij ſm materiam & oĩno corporeũ, ut qa oportet & calidis, ſiccis, humidia frigidiſq́ corpus conſtare. Et illa ipſius bene qua oñditur ſic melius quam ſecus ſe habere. Verũ illud melius, non ſimplr ſumendũ eſt, ſed uelut ꝓprium ad uniuſcuiuſq́ naturã. Nam ſimplr & oĩum optimum non põt ineſſe mortali naturæ, ſed ſiquidem ineſt maxime inerit ſempiternæ & diuinę. Deinde foret ẽt unus cũctorũ finis qui ſit unũ, » optimum. Deniq́ illud. { Sed ad uniuſcuiuſq́ naturã } quia aereis neceſſariæ ſunt alæ & utiles, & talibus ſimilr talia ceu, pedeſtribus pedes & ſerpẽtibus uenter, ut piſcibus branchia. Et tal a tractatio eſt ab Ariſt. tradita de ꝑtib° aĩliũ, ubi duplicẽ modũ nãliter differẽdo. ſ. ſm neceſſarium & ipſum bñ affert.

Tex. 75. Dicendum igitur, primum quidem, quod natura earum cauſarum eſt, quæ ſunt propter aliquid, poſtea de neceſſario, quomodo ſe habet in phyſicis. Ad hanc enim cauſam reducũt omnes: quia cum calidum tale natura ſit, & frigidum, & vnumquodq́ talium: hæc autem ex neceſſitate ſunt, & fiunt, & apta natura ſunt. Etenim etiam ſi aliam cauſam dicant, ſolum tangentes valere ſinũt. hic qdẽ, litẽ & amicitiã, ille vero, intellectũ.

Com. 58. In his duo problemata ꝓponit, unum qdem eſt quo oñdit naturam eẽ de numero cauſarum efficientium alicuius gratia, quocirca ſæpe uſus eſt hoc hñte ꝓportionem. Secundũ uero ẽ de neceſſario quo pacto ſe habeat in naturalibus, qa oẽs naturales cauſaa ad neceſſarium reducunt cãa dicentes neceſſario hoc taliter fieri reducunt autem ad materialẽ perinde eadẽ fit cum neceſſitate dicentes ex tali ſubiectorum qualitate tale fieri ex neceſſitate, ut qa calidum leua eſt & ſurſum fertur, & qa frigidũ graue, ẽt deorſum denotat, ob id mũdus hunc in modũ cõſtitutus eſt ex terra deorſum locata, & cœlo ſurſum quanq̃ aliã cãm dixerint, ut Empedocles q ſtatuit litẽ & amicitiã effectrices cãs. Et Anaxago. mentem, tñ quãtum ipſas attingere potuerunt de ipſis ſolum dixere non utentes eis in aſſignationibus cãrum. Hoc autẽ & Socra. in Phędone Anaxa. obijcere uidetur, ob id igiť determinandũ eſt de ipſo neceſſario ſm materiam q̃uo ſa habeat in ipſis naturalib°, id eſt qs modus ſit talis cauſæ. Nõne per hãc fit id qđ fit? Vel non ſine hac non tñ ob hanc ſimpliciter, & ob id neceſſaria & reuera neceſſaria. Nam hęc paulopoſt nos de ipa docebit. Sed oñdere qđ nã alicui° grã facit, utile ẽ multiplr ad ꝑfectionẽ ſermonis de cãis. Nã ſi ea de cã neceſſariũ ẽ ſcire cãs ut i eaſdẽ reducẽtes ꝓꝑ qd aſſignemus hoc inq́ utile ẽ, ꝓpterea qđ ſupponiẽ nãm alicui grã agere & nõ temere et utrũq́ oportebat hãc ſuppoſitionẽ oñdere. Itẽ ſi forma eſt finalis cauſa, & cuius gratia poſita eſt quaſi natura quæcunq́ agit alicuius gratia agat, demonſtrãdum eſt hoc quod natura alicuius gratia agat. Item ueterũ philoſophorum alij ſtatuere veluti effectrices omniũ quæ fiunt cauſas ipſam fortunã & caſum, imo cauſas eorũ quæ fiunt poſuere fortunã & caſum ſine ſuperioribus cauſis. Alij uero cõtẽti fuere materiali neceſſitate. Cum igitur oſtẽdent quod fortuna & caſus ſunt cãę per accidens & oportet eẽ ante cãm per accidens & ipſum fruſtra quãñ ad effectũ quod aduenit eſſe aliquã cãm effectricem per ſe, opus erat oſtẽdere quid hæc ſit. quinetiam cũ oſtendiſſet ex proceſſu cãrum quod eſt efficiens cã naturalium & hanc aſſeruiſſet eſſe naturã quæ differt a fortuna & caſu, eo quod principaliter & alicuius gratia agit, deinceps opus erat hoc oſtẽdere uidelicet quod natura gratia alicuius agat & de materiæ neceſſitate diſſerere. Itẽ cũ in toto libro diſputaſſet de cã & hæc ꝓpria cauſis addit. ſ. efficientem cãm quæ eſt natura nõ temere & utcunq́, ſed alicuius gratia agit, & ipſum cuius gratia eſt forma. Demum illud neceſſarium qđ de materia dicitur nõ ſic dicitur, ut ꝓpter ipſam fiat. Nã hoc cõpetit fini, ſed dicitur qđ ſine ipſa nõ fit, qđ quidẽ eſt ꝓpriũ neceſſariũ quo ad neceſſitatem, ſed nõ principaliter præaſſumptũ.

Habet autem dubitationem, quid prohibeat naturam nõ propter aliquid facere, neque quod melius eſt, ſed ſicut pluit Iupiter, non vt frumentum augeat, ſed ex neceſſitate. Quod eni ſurſum latum eſt, frigefieri oportet: & quod frigefactum eſt aquam factum, deorſum venire. augeri autem, cum hoc fiat, accidit frumentum. Similiter autem & ſi cuipiam perit frumentum in area, non huius gratia pluit vt pereat, ſed hoc accidit. Quare quid prohibet, ſic & partes ſe habere in natura? vt dentes ex neceſſitate oriri anteriores quidem acutos, aptos ad diuidendum. maxillares autem, latos & vtiles ad terendum cibum: cum non propter hoc facti ſint, ſed acciderit. Similiter autem eſt & de alijs partibus, in quibus videtur ineſſe ipſum propter aliquid. Vbi igitur omnia acciderint, perinde atque ſi propter aliquid facta forent, ea quidem ſeruata ſunt, a caſu conſiſtentia apte. Quæcunque vero non ſic, periere, pereuntque. quemadmodum Empedocles dicit ea quæ prima hominem referunt, & taurum parte ſecunda. Ratio igitur qua dubitauerit aliquis, hæc eſt, & ſi qua talis alia eſt. Tex. 76.

Cũ præpoſuerit Ariſt. oſtẽdere qđ natura alicuius grã agit, primũ ut ꝯſueuit & eius magiſter Plato ꝯfirmat, ꝯtrariã rõnẽ ei quod dixit adducens eo mõ quo maiores cõfeſſo & conſenſu attulerunt. Et hoc utile eſt ad hoc ut inſtandi nullus locus relinquatur his qui aliquando & ingenioſius inſtare queunt. Proinde nunc opem fert primo his qui tradunt naturam non agere alicuius gratia, neq́ quia melius ſic. At qui uolunt natu- Com. 59.

ram, alicuius gratia agere, hoc perſuadent ex uſu & opportuni
tate præſertim partium in animalibus. Nam ſi dentes anterio-
res ex neceſſitate ad diuidēdum cibum fiunt & maxillares ad
terendum, patet qđ non temere nec utcunq; fiunt ſed agens
reſpicit ad melius & utile. Hæc igitur cum illi dicant, alij uolē
tes naturam nullius gratia agere aſſerunt quæ fiunt ex neceſſi-
tate naturali uel materiali fieri & utilia atq; ea quæ iuuant per
accidens euenire quandoquidem nã non efficiat quicquã ali-
cuius gratia, ſed quemadmodum Iupiter plueret & in æſtate
non ut frumētum in area pereat, ſed pluente accidit perire fru
mentum, quo pacto itaq; quid uetat dici, non pluere, ut frumē
tum augeatur Imo facta pluuia accidere tum ut augeatur fru-
mentum, & pluuiam fieri cum natura tum etiam neceſſitate
materiali. Nam exhalatio ſurſum euecta poſtq̃ frigefit & aqua
facta eſt ob grauitatem deſcendit, & hæc pluuia eſt. Item dice
rent melius nunquã gratia peioris fit neq; a mente neq; a na-
tura, quare neq; ſolis circuitus motuſue qui uiuens eſt & areæ
imbrium, & talium eſt cauſa, fit gratia fructuũ ſed accidit &
horum nutrimentum ut pleraq; alia, perinde atque horũ gra-
tia diligentiſſimus intellectus atq; certiſſimus agat. Sic ergo
quid uetat partes animalium & plantarum ex neceſſitate mate
riali fieri, etſi natura non coniectet ſcopumq; dirigat ad ipſum
bene & utile, neq; alicuius gratia agat. Etenim anteriores den
tes acuo facti ſunt, & maxillares lato nō ob uſum ſed ob neceſ
ſitatem naturalem. Nam diceret quiſpiã circuitus & periphe
ria præſepe idest ſuperioris & in fine partis denſior facta eſt
circa ſuos terminos propter curuitatem. Nam curua denſantē
ſecundum cauam uel conuexam ſuperficiem. extenſa partim
partimq; conſtricta ſecundum illud quo pręſertim fit periphe
ria, & quæ penetrant trãſeuntq; per denſius acuuntur, & acu
tiora magis pertranſeunt, & penetrant quę cum ita fiant ob ne
ceſſitatem materiæ, accidit ut ad utilitatem animaliũ ipſa fiãt
ac ſi facta ſint alicuius gratia. Nam propter quid alia pereunt
ob proprias partes, ut aquilæ ob roſtrum incuruatum fame
pereunt, & alia conſeruantur, niſi caſu hæc ſic cōcurriſſent, &
ubi quidem ſic cuncta accidit concurrereturt, adeo concurrũt
perinde atq; facta ſint alicuius gratia. Hæc nempe etſi ex caſu
conſtituta ſint, quoniam apta conſtituta ſunt, conſeruantur.
At quæcunque non ſic conſtituta ſunt, pereunt & intereunt,
ut Empedocles inquit, principio amicitiæ fieri ut ſors tulit par
tes priores animaliũ ut caput manus, pedes, deinde coire hęc
ſcilicet homini prora & bouigena uidelicet partes priores &
poſteriores, & econtrario orin uidelicet uirigena & bouipro
ra, idest ex boue & homine & quæcunque ſic inuicem con-
ſtant ut queant aſſequi ſalutem & conſeruationem, fiebant
animalia & manebant, eo quod inuicem conuenientia uſum
& opportunitatem adimplebant ut dentes diuidentes & teren
tes cibum faciunt, quem uenter cōcoquit, & hepar in ſangui-
nem conuertit. Item hominis caput conueniens cum humano
corpore facit ut totum ſeruetur, ſed cum illi parti bouis non
cohæret diſſoluitur ac funditus perit. Nam quæcunque non
conuenere ſecundum propriam proportionem interierunt.
Eodem quoq; modo & cuncta hodie nuncq; accidunt. Huius
ergo opinionis ueterum naturalium extitere quicunque ferunt
neceſſitatem materialem eſſe cauſam eorum quæ fiũt, poſtea
ſucceſſere Epicurij, qui longe errarunt ut inquit Alex. & erro
ris eorum cauſa fuit quod putarunt omnia quæ fiunt alicuius
gratia ſecundum præelectionem fieri & meditationem intel-
lectumq;, & ea quæ fiunt natura ſic fieri non uiderũt. Sed hęc
non ita ſe habent, ut iam prædiximus, inquit, quando dixit qđ
natura alicuius gratia agit, & non ſecundum rationem. Ni for
ſitan ſic intelligenda ſit eorum ſententia quod ſi natura eſſet
principaliſſima cauſa, ei opus eſſet prouidēdo ſic alicuius gra
tia agere. At cum adminiſtret efficienti proprie alicuius gratia
ipſa etiã agit alicuius gratia, non tñ mente aīoq; prius diſcurrē
do quandoquidem & ſecuris alicuius gratia ſcindat, & non
animo prius diſcurrendo ratiocinandoq; ſed adminiſtrando
artifici qui prius a ratiocinando meditandoque egit.

Sed impoſſibile eſt, iſta hoc ſe habere modo. Tex. 77.
Hæc enim, & omnia quæ natura ſunt, aut ſemper
ſic fiunt, aut frequēter. ſed eorum quæ fiunt a for
tuna & caſu, nihil. Neq; enim a fortuna, neq; a ca
ſu uidetur pluere ſæpe hyeme, ſed ſi ſub cane. ne
que caumata ſub cane, ſed ſi hyeme. Si igitur aut
a caſu videntur aut propter aliquid eſſe, ſi non
poſſibile eſt eſſe hæc aut a fortuna aut a caſu, pro
pter aliquid vtique erunt. At uero, natura ſunt
huiuſmodi omnia. quemadmodum & ipſi dixe-
runt, qui hæc dicunt. Eſt itaq; ipſum propter ali-
quid, in his quæ natura fiunt & ſunt.

Cum ſuppetias ſubſidiumq; tuliſſet ſermoni dicenti q᷑ utili- Com.
tas & iuuamen per accidens ſequuntur ea quæ fiunt natura
cum ipſa non efficiat quicquã alicuius gratia, nunc oñdit fieri
non poſſe ut id ſic ſe habeat accipiendo id qđ eſt manifeſtum
quod etiam poſterius adducit, qđ quæ fiunt uel ſm prædefini
tam intentionem & gr̄a alicuius aut caſu aut fortuna fiunt, &
quod ea quæ ſunt partes aīalium & prorſus oīa quæ natura,
uel ſemper ut in ſempiternis, aut plerunq; fiunt, ſed q̃ fortuna
aut caſu eueniunt, demonſtratum eſt fieri raro. Et ſyllogiſmũ
formans hunc in modum deinceps ſic dicit. Quę fiunt nã uel
ſemper eodem modo fiunt, aut plerunq; frequenterue. Nam
homo ex hoīe & equus ex equo, & natura dentium atq; aliarũ
partium ut plurimum eodē mō fiunt, ſed quæ fiunt caſu uel
fortuna aut prorſus per accñs neq; ſemꝑ neq; plerunq; fiunt,
Nã oñſum eſt raro hæc euenire igitur q̃ natura fiunt, non for
tuna, caſu, aut ꝓrſus per accñs fiunt. Et ē ſyllᵐus in ſecunda fi-
gura concluſus, cuius ꝓpoſitiones poſuit Ariſto. & concluſio
nem non intulit tanq; manifeſtam. Et maiorē ꝓpoſitionem dī
centem quæ fortuna aut caſu fiunt nec ſemper nec plerunque
fiunt, demonſtrauit ex oppoſito. Nã quę plerunq; eueniunt, ue
pluere hyeme uel ſucceſſionē fieri ſub cane neq; fortuna neq;
caſo fieri dicimus, ſed qñ ſub cane plueret, ſæpe, aut hyeme ę-
ſtus ingentes orirentur & ꝓrſus raro talia emergũt. Pōt quo-
que ſyllᵐum ſic in prima figura colligi. Quę natura fiũt ut ple
runq; fiunt ſed nihil eorũ quę ſunt per accñs ut plerũq; euenit,
nihil igitur eorum q̃ natura oriuntur per accñs euenit. Cũ igiē
oñderit qđ neq; ea q̃ iuuant nec utilia in his q̃ natura fiũt, ꝑ ac
cidens fiũt, ſiquidē eueniunt ut frequēter, reliquum oñdit qđ
gr̄a alicuius hęc fiũt & ſunt. Et diuiſiuũ qđ aſſumit, ē tale. Quę
fiunt, aut per accñs & caſu fiũt, aut alicuius gr̄a, ſed hæc non
a caſu ut oñſum eſt, igiē alicuius gr̄a. Illud uero diuiſiuũ neceſ
ſarium eē uidet ꝓpterea q̃d ēt illi dixere ipſum a caſu ueluti de-
ſtructiuum eius q᷑ alicuius gr̄a fit. Nã cũ debeat ꝓrſus qđ fit,
uel illo mō uel hoc mō fieri, eo qđ demōſtrarũt qđ fit ꝑ acci
dēs fieri, rati ſunt ſuſtuliſſe id qđ fit alicuius gr̄a, q̃ fit, ut ſiquis
principio aſſumat q̃ nã ꝓficiſcunē aut ſemꝑ aut uelut plerũq;
fieri, cōcludit per aſſumptã & diuiſiuũ ſyllᵐum q᷑ ea q̃ fiũt na-
tura gr̄a alicuius fiunt in ſecũda & tertia figura. Verũ ipſe de
partib⁹ aīalium & talib⁹ p̄ſertim rōnē colligēs qđ liquido ut
plerũq; fiũt, & oñdens qđ partiũ illę uel utiliſſimę ſunt, qa nō
per accñs alicuius gr̄a fiunt & oñdens qđ natura ſunt oīa eiuſ
modi, ꝑinde atq; illi hæc dicere cogãtur q talia dicũt. Nã ope
ra naturæ ſunt aīalia, plãtę, & horũ ꝑtes in quib⁹ nihil ſuperua
caneũ, neq; deficiēs ē, & ſubiectum faciēs ꝑtes aīaliũ & id genus
et p̄dicatũ ſtatuēs (alicuius gr̄a & nã) ꝑticularē ꝯcluſionē ꝯclu
dit in tertia figura. ſ. qđ aliq̃ alicuius gr̄a ſunt natura. Proinde
Alex. bene nouit qđ nō in prima figura ſed in tertia magis fit
deductio cōcluſionē ꝑticularē cōcludēs dicentē qđ eorũ quæ
fiunt alicuius gr̄a q̃dã ſunt natura. Etenim deductio in prima
figura cōcludit qđ oīa alicuius gr̄a ſint natura, qđ haud uerũ
eſt. Nã cuncta q̃ ſunt natura alicuius gratia ſunt. Sed non quę
cunque alicuius gratia ſunt nã. Quippe ea etiam quæ ſecun-
dum præelectionem & artem fiunt ſint de numero eorum
quæ

quæ fiunt alicuius gratia, ꝓinde ſic cõcludit. Quia aĩalia, plãtæ & horum partes atq; uilia ad modum ipſorũ ut plurimũ ſic fiunt, & quæ ut plurimum fiunt alicuius grã fiunt, ſi aſſum pſerimus aliã ꝓpoſitionem dicentẽ aĩalia & plantas & horũ partes eẽ natura qđ quidẽ etiã illi fatentur, cõcludeť hoc qđ aliqua eorum q̃ fiunt alicuius grã, nã fieri, qđ ſane ipſe etiã in ſinuauit per hoc. Eſt igitur ipſum ꝓpter aliquid in his quæ natura fiunt & ſunt. Etenĩ ſi eſt ip̃ſum alicuius grã in his quæ fiũt natura, quæ ſane ꝓrius natura ſunt alicuius gratia ſunt. & nõ omnia quæ alicuius gratia ſunt nã exiſtunt ut quia eſt nutritio & auctio in aĩalibus. Equidẽ aĩalia nutriuntur & augentur, tamen non omne quod alitur & adoleſcit augumentaturue animal eſt. Niſi forte breuiter propoſitum ſimul ſyllogiſmo concluſerit & ſummatim uniuerſaliterq; dicendo quod omnia natura uel ſemper, uel ut plerũq; fiunt, & aſſumendo quod quæ fortuna fiunt, non ſemper fiunt, concludit in ſecũda & prima figura ut dictum eſt prius. Et tamen ꝓferens ſermonẽ de partibus ob euidentiam in tertia figura concluſit particularem cõcluſionem. Si ergo frumentum ob pluuiam augetur ſecundũ naturam ut frequenter, patet ꝙ non per accidens frumentum augetur a pluuia, quare & alicuius gratia fit pluuia ſcilicet grã augendi frumentum, ut etiã aliorum plurium gratia fit pluuia quæ non per accidens ſequuntur pluuiam. Nam ipſa multorũ gratia fit ſcilicet cum exiguorum tum etiã eorum q̃ ingentia magnaue ſunt. At nonne fit pluuia etiam gratia huius ut putrefiat frumentum & marceſcat? Atqui hoc non eſt inter ea quę ut plerunq; ſequuntur pluuiam, ſed inter ea quæ raro ſequuntẽ ideo etſi natura fieret, tamen fieret quatenus natura a ſuo ſcopo fruſtratur, ut ẽt produci ſolent mõſtra. Verum ſi ẽt pluuia fit ut putreſcat frumentũ, tamen non fit a natura alicuius gratia ſed ab ipſo deo opifice qui cum utitur natura, tum etiam cuncta pro iure & æquitate dirigit.

Tex.78. Amplius in quibuſcunque finis aliquis eſt, huius gratia agitur quod prius, quodque conſequens eſt. ergo, vt agitur, ſic aptum natura eſt. & vt aptum natura eſt, ſic agitur vnumquodque niſi quid impediat. agitur autem, propter aliquid. Et aptum itaque natura eſt, huius gratia. vt ſi domus, eorum quæ natura fiunt eſſet, ſic vtique facta eſſet, vt nunc ab arte. Si autem quæ natura, non ſolum natura, ſed & arte fierent: ſimiliter vtique fierent, vt apta natura ſunt. propter ergo alterum, alterum.

Com.61. Hoc eſt ſecundum argumentum, Alex. aũt ſic locum exponit, & inquit cum oñdent quod quæ ſunt nã, ſunt alicuius grã quippe in ipſis eſt finis qui eſt alicuius gratia aſſumit hoc ut cõſequens: in q̃bus finis eſt & gratia alicuius, huius ſane gratia aguntur ea quæ ante ipſum fiunt, quam propoſitionem ſequitur illa. Et in his quæ fiunt natura, finis gratia fiunt ea quæ ante finẽ fiunt. Sed ipſe uideor nõ intelligere dictũ. Nam mihi nil aliud dicere uidetur, quã accipiendo ipſe q̃ natura ſunt grã alicuius, cõcludit ea q̃ natura alicuius grã eſſe. Illud enim in his quæ natura fiunt, finis gratia fiant ea quæ ſunt ante finem, qd aliud eſt? Rurſus cum accipit dicens, in quibus finis eſt quæ ante finem geruntur gratia finis fiunt, ut conceſſum ſumit, cũ
» quo aſſumit hoc { Vt agitur ſic aptum eſt etiam agi, & ut ap-
» tum eſt ſic agitur } ex quibus concludit non ſolum gratia alicuius eſſe in his quæ fiunt natura, ſed hoc etiam ſcilicet apta eẽ illa ut gratia alicuius fiant. Hoc uero ſimul demõſtrauit ne q̃s dicat in his quæ fiunt natura eẽ ipſum alicuius gratia, haud tñ naturam huius gratia hæc agere. Atqui q̃uo ſe habet ratio, cũ non agens ꝓpter quod eſt ꝓpter hoc non efficiat. Sed omnino ſi prius aſſumptum eſt ut conceſſum in quibus finis aliquis eſt, huius gratia ẽt fieri ea q̃ ante finem ſunt, ꝑaſſumptũ ẽt eſt hoc, huius gratia fieri ea ab agente. Niſi forte igitur prima demõſtratio talis fit. In q̃bus eorũ q̃ fiũt aliq̃s finis ẽ ut terminus in quẽ terminatẽ motus & ꝓcedens continue deſinit, in his oĩa quæ ſunt ante finem grã finis fiunt, ſed in his quæ fiunt natura eſt aliquis finis. Nam cõtinue mouet & ꝓcedit indeficiẽter uſquequo uniuerſum finem attigerit. Etenĩ herba, ſtipula, ſpica, & id genus plurium formarum procedunt uſq; ad tritici, qđ cum attigerint, tum quies & ſtatio fit. Has ergo duas ꝓpoſitiones poſitas ſequitur concluſio hæc in his quæ natura fiunt, grã finis ſemp̃ qđ eſt ante illũ & ip̃ſum deinceps agitur, qđ q̃dem eſt facere naturã grã alicuius. Hoc aũt erat ꝓpoſitum. Sed de duab9 ꝓpoſitionib9 ſolã primã, q̃ diximus, poſuit dicẽdo in quibus aliq̃s finis eſt, huius grã agit id qđ prius & deinceps fit, ſed ſecundã ꝓpoſitionẽ & cõcluſionẽ omiſit uti manifeſtã. Quod uere ſint illę duæ ꝓpoſitiones cõſtat. Nã ubi eſt aliq̃s finis atq; cõtinua & ordinata in ip̃ſum uia, ꝑſpicuũ eſt ꝙ huius grã oĩa q̃ ante fiunt, gerãtur ut in artificialib9 eſt finis ſanitas, huius ſane gratia cuncta quæ agit ante medicus, facit. Et q̃a in rebus naturalibus finis eſt forma & huius gratia unumquodque naturale agit quod ſe formandi & recipiendi formam appetit, proinde cum attigerit hanc formam ceſſat naturæ functio. His autem poſitis erit uerum hoc cuncta ſcilicet in naturalibus pręcedentia finem gratia finis agere. Vnde ſi ita ſe habet, non accidit finis his quæ ſunt ante finem. ſed eius gratia apta ſunt fieri, & ut agitur ſic aptum eſt agi, & ut aptum eſt ſic agitur unũquodque, niſi quis impediat, quare & agitur gratia finis, & aptum eſt gratia huius eſſe. Niſi forte illud, { ergo ut agitur ſic aptum natura eſt & cætera } non eſt indicatiuum huius ſcilicet non accidere finem. Nam ſi ipſum agere alicuius gratia ut conceſſum accipiens tanquam conſequens hoc inducit illud & aptum natura eſt alicuius gratia, ſed illud quod agitur alicuius gratia non habet illud cuius gratia agitur uelut aduenię atque accidens, patet quod nihil plus habet ipſum tranſmutare alicuius gratia factum in ipſum aptum eſſe gratia alicuius. Alexander autem (ut dictum eſt) ipſum aptum eſſe ſic oſtenſum eſſe inquit ne quis dicat ipſum alicuius gratia in his quæ fiunt natura, uelut de dentibus dicebatur ubi oſtendebatur nõ huius gratia naturam agere hæc ſed accidere uſum & opportunitatem ſic. Item inquit ut etiam procedendo commemorabit, in his quæ fiunt fortuna eſt etiam id cuius gratia & alicuius gratia, ſed non ſunt finis gratia ea quæ ſunt in finem, cum igitur oſtendiſſet quod ea quæ ſunt natura alicuius gratia ſunt nunc commonſtrauit quod non ita gratia alicuius ut in his ſecundum fortunam ſed quia ſic aptum eſt. Niſi forſitan neque ad diſtinctionem contra id ſecundum fortunam adiecit ipſum aptum eſſe. Nam quod agitur in his ſecundum fortunam quatenus fine fruſtratur, agitur. At nunc accipiens agere gratia finis ut conceſſum ex hoc ipſum aptum eſſe probauit. Quare neque prima Alexandri expoſitio uidebitur habere rationem. Nam ſi conceſſum aſſumptum fuerit id quod ſit in naturalibus gratia finis agi, nullus quidem dixit in naturalibus eſſe id gratia alicuius, neq; naturam agere finis gratia. Sed forſan dictum eſt illud ad diſtinctionem contra hoc ſecundum fortunam. Nam in his factum gratia finis agitur, non tamen ſecundum naturam agitur. Cum igitur oſtẽdiſſet cõmuniter qđ in q̃b9 eſt aliq̃s finis huius grã fit id qđ ꝑcedit finẽ & alia ante finẽ qđ q̃dẽ ẽt in artificialibus & in his ſm ꝑelectionẽ ꝓuenit, nũc oñdit ꝙ in nãlibus ſm nãm eſt hoc & nã eſt faciẽs grã alicuius. Nã hoc. ſ. aptũ eẽ ſic ſignãt. Qđ uero hãc intelligentiã habeat ex eo qđ ſubdit cõiectio, vꝫ. { Vt ſi domus eorũ q̃ nã fiunt, eẽt & cæ. } ꝑ q̃ uerba nil aliud oñdit, q̃ ut in his q̃ fiũt ſecundũ artẽ qđ fit artificialr̃, alicuius grã fit. i. cũ ars facit uel artifex ſm artẽ agit, ita ẽt i his q̃ fiũt nã qđ fit ab ea grã finis fit. Nã ſi domus eẽt e nũero eorũ q̃ fiũt nã ſic grã finis id qđ prius & deinceps fit in ipſa a nã fieret, ut nũc ab arte fit & nõ alr̃. Itẽ neq; ſi ars aĩal faceret, haud alr̃ efficeret atq; nã agit, ipſa inquã agit grã finis ea q̃ ſunt ante finẽ. Nã illud ꝓtextus. ſ. { pp̃ ergo »
alterũ alterũ } hoc idicat qđ q̃dem adiecit oñdens cõuerſum »
uidelicet qđ ſi aliquid eorum quæ natura fiũt etiã ſm artẽ fie-

ret. & cætera. Et bene adiecit exemplum de domo quæ natura extruitur ab irrationalibus & arte ab hominibus. Si ergo & ſecundum ſimiliter fieret, ut etiam ſecundum naturam. Et in his quæ fiunt arte, perſpicuo fiunt alicuius gratia quæ ante finem ſunt, ſimiliter ſe habet etiam in his ſecundum naturam. Sed quando diceret in quibus aliquis finis eſt, huius gratia agitur prius & id conſequens finem dicit non ſimpliciter illud cuius gratia. Nam hoc erat quæſitum an alicuius gratia natura agat ſed quod quidem prius & deinceps ſimpliciter concluditur proceſſum in ordine conterminãtque & id quod ſiſtit motum cum ſit continuus poſtremo aduenit & terminat ipſum. Atqui Alexander inquit, finem dicit Ariſt. non id qđ ſimpliciter poſterius aduenit, quandoquidem etiam in his quæ fiunt caſu aliqd poſterius occurrat, ſed uelut id cuius gratia. Et in dicte quod cum hoc uoluiſſet etiam nunc inſinuare, adiecit hoc. Amplius in quibuſcunque finis aliquis eſt id cuius gratia. Non enim ſat erat ſimpliciter dicere finem, ſed adiecit hoc alicuius gratia oſtendens qualem finem eſſe uelit. Et hæc annotatu digna mihi eſſe uidentur, primo quod non ita ſe habet ſcriptura omnium exemplarium quæ ad meam uenerunt notitiam, ſed hunc in modum ſe habet. Amplius in quibus finis eſt, huius gratia agitur prius. Deinde quia ipſum alicuius gratia non eſt finis, ſed ipſum cuius gratia eſt finis. Volens ergo ſic conſtruere, quod in quibus gratia alicuius aliquis finis eſt, inuenio non procedere conſtructionem ob ſingularem articulum adiunctum huic gratia alicuius. Vnde prorſus qđ dicebã hoc erat quæſitum ſi natura alicuius gratia facit, quod quidem oſtenditur ꝑ hoc, & cõſequẽs, & uia fit ſeriatim cũ ad terminũ tendit, talis inquã terminus ẽ id cuius grã, & nã ẽ id qđ ſic ꝓcedit ad finẽ ut etiã prius dixi, & deinceps declarabit dicẽs. Natura enĩ ſunt quæcunque ab aliquo principio in ſeipſis continue mota perueniunt ad finem.

Tex.79. Et omnino ars, alia quidem perficit quæ natura non poteſt efficere, alia vero imitatur. ſi ergo quæ ſecundum artem ſunt, propter aliquid fiant manifeſtum quod & quę ſecundum naturam. Similiter enim ſe habent inter ſeſe, in ijs quæ ſecũdum artem atque in ijs quæ ſecundum naturam poſteriora ad priora.

Com.62. Ab arte, ut etiã apud illos pro confeſſo erat, gratia alicuius faciente, cum oſtendiſſet quod etiam natura alicuius gratia agit, quia propria utebatur demonſtratione fidem facit oſtendendo ſimilitudinem artis ad naturam & communionem ad ipſam, quarum communionem conuenientiamue indicat eo quod ars cooperatur naturæ ſuppeditando ea quæ ſuis uiribus haud natura aſſequi efficereque poteſt. ceu medicina ſanitatem & carnis reſtaurationem exhibet, quando ad hæc agenda natura imbecilla eſt. Equidem ars imitatur naturam pingendo formandoque multiplicium diuerſorumque animalium effigies. Nimirum quidam dudum ex ouis ſine auibus pullos gignunt utentes arte quæ imitatrix eorum eſt. Si ergo ars eſt cooperans naturæ eiuſque æmula, & ea quæ arte extruũtur ſunt alicuius gratia, patet quod etiam quæ fiunt natura alicuius gratia fiant. Nam ſimiliter ſe habent finis & ea quæ ſunt ad finem in his quæ ſunt ſecundum artem & ſecundum naturam, ſiquidem ars imitetur naturam & regula eius ſit. ſi ergo in his quæ arte fiunt priora fiunt gratia poſteriorum, & in his ſecundum naturam ſimiliter ſe habebunt. Attamen Porphyrius inquit hoc in loco fieri argumentum ex ipſo magis & minus. Nam ars cum ſit infirmior natura quemadmodum & ſimulacrum exemplari & ea quæ ſunt ante finem gratia finis facit ars, igitur multo magis natura ſic aget cum ſit longe melior arte. Sed quomodo dicit artem eſſe deteriorem natura ſiquidem illa inqt artem perficere, q̃ natura operari agereque nequit. Niſi ergo hoc ita dixerit, qa ars ſupplet defectui naturæ hoc aũt & priorẽ facere põt, uel etiã tãq̃ æmula imitatrixque.

Maxime autem manifeſtum eſt, in cęteris animalibus, quę neque arte, neque inquirendo, neque deliberando, faciunt. Quapropter dubitant quidã, vtrum intellectu, aut quodam alio operentur, & aranei, & formicæ, & huiuſmodi. paulatim autẽ ſic procedenti, & in plantis apparent cõferentia quædam fieri ad finem, vt folia propter fructus cooperimentum. Quare ſi & natura, & propter aliquid, hirundo nidum facit, & araneus telam, & plantæ folia gratia fructuum, & radices non ſurſum ſed deorſum, gratia nutrimenti, manifeſtum quod eſt cauſa talis in ijs quæ natura fiunt, & ſunt. Tex.80.

Quod ea quæ ſunt ſecundum naturam fiunt alicuius gratia, ſimiliter cum his quæ fiunt arte præelectione & mente, oſtendit etiam ex animalibus irrationalibus admodum perite arguendo. Nam aranei & formicæ neque arte neque præelectione ſed expertes rationis ſecundum naturã agentes plane adeo agunt alicuius gratia, ut merito indubium uocetur nunquid mente, aut arte, aut rationis diſcurſu operentur. Nimirum ita cuncta commodi ſui & utilitatis gratia agunt, ſicut ea quæ mente & rationis quodam diſcurſu utuntur, aranei inquam ut muſcas uenentur capiantue retia ſecura firmaque admodum expandunt. At formicæ alimentum uelut aurum recondunt miriſque technis uijſque utuntur ut attrahant maiora pondera, & ſæpe alimentum humectatũ reducunt ſub ſole, & exiccant, & ſeruant ordinem dum incedunt. Amplius illud admirabilius eſt his quod ſua latibula quæ luſtra latebraſque uocamus, tripliciter diuidũt, in una quidẽ parte ueſcũtur degũtque, in altera cibos deponunt, in tertia uero ſepeliunt mortuos. Item hirundo & luſc inia nidum ſibi condunt extruuntque lutum eligentes quod ad cõficiendum nidum aptum idoneumque ſit, quemadmodum medici etiam eo utuntur pro ſiccioribus pharmacis, & cum feſtucis ſtipuliſque colligunt lutum quo, ad figuram capaciſſimum ambitus & tutiſſimũ. Item apis gaudet ſtructura compoſitioneque alueorum ſuorum quę ſunt exagona laterum ſex uidelicet. Item domum nidumue alcedinis alcyoniſue ĩ aqua cõditũ minime aqua euertit. Et pleraque alia aliquis in medium afferre poſſet indicans artificium operum ipſorum animalium irrationalium. Vnde ſi uidentur alicui irrationalia animalia quadam ratione facere, uideat etiam quomodo agunt alicuius gratia, deinde procedendo per rationalia & irrationalia in plantis idem perſpiciat, in quibus nulla relinquitur dubitatio an mente agunt, uel arte, in quib⁹ ꝑterea nãm agere alicuius gratia cõpertum habebit. Nã folia & inuolucra fructuum fiunt gratia fructuũ. Et radices gratia nutrimenti. Cur enim non ſupra radices collocantur & rami deorſum. Item cur ſic ſecure utroque ſemina circummuniunt niſi curam prouidentiamque ingentem reciprocandæ generationis inuicem haberent. Et erit deductio rationis talis. Quæ in animalibus irrationalibus & maxime in plantis ſm naturã fiũt ſimiliter fiunt cum his quæ arte & mente fiunt, ſed quæ arte, & mente fiunt alicuius gratia fiunt, igitur natura alicuius gratia agit. Proinde in his rurſus inſtandum eſſe cenſeo, quia Ariſto. accipit irrationalia animalia & plantas ut nãlia quanquã ſint animata & ab anima gubernata, cum animalia rationis expertia phantaſia, ſenſu, & appetitu, utantur in proprijs functionibus. Quod ſi uolebat in his quę propria natura ſunt & ſolum natura ipſum alicuius gratia intueri, accepiſſet motum elementorum qui fit gratia propriam uniuerſitatem occupandi, accepiſſet item contrariarum qualitatum pugnam contrarietatẽ q̃ fit grã cõſeruationis in ſubto, cũ horũ multorũ generatiõis uniuſcuiuſque in generatiõe ſemꝑ prior fiat grã poſterioris. Nã ab aq̃ ignis fit, per mediam euaporationem aeris. Niſi ergo Ariſto. uocet naturam etiam omne id animæ quod uer-

ſatur

Com.63.

ſtitur circa corpus, quocirca etiam tractationem de anima cum multa tractet de huiuſmodi anima opinantur eam eſſe naturalis contemplationis.

Tex. 31. Et quoniam natura duplex eſt, alia quidem vt materia, alia vero vt forma, finis autem eſt hæc, propter finem autem cætera: hæc vtique erit cauſa cuius gratia.

Com. 64. Cum oſtendiſſet quod ea quæ fiunt natura & alicuius gratia fiunt, uult oſtendere quid ſit hoc quod cuius gratia eſt. Cũ ergo compoſita ex materia & forma ſint naturalia & utraque harum dicatur natura ut oſtenſum, eſt prius, & forma magis eſt natura quam materia, & eſt ipſa finis eius quod fit, & omnia quæ fiunt ante finem gratia finis fiunt, forma igitur erit id cuius gratia alia fiunt quod quidem prius demonſtrauit quando formam & finem in idem duxit. Sed Alexander inquit, mihi uidetur per hæc indicaſſe præſtantiorem cauſam eſſe formam & non materiam, ut priſci dicere uidebantur, qui cuncta ad materialem cauſam reducebãt. Nam ſi materia gratia formæ eſt, pſtantior erit cauſa ipſa forma quam materia.

Tex. 32. Peccatum autem fit, & in his quæ fiunt ſecundum artem. ſcripſit enim non recte grammaticus, & propinauit non recte medicus medicamẽtum. quare manifeſtum eſt quod contingit & in his quæ ſecundum naturam fiunt. Si igitur ſunt quædam ſecundum artem, in quibus quod recte fit propter aliquid fit, in his autem quæ peccantur, alicuius quidem gratia aggreditur, ſed fruſtratur. ſimiliter vtique ſe habet & in phyſicis, & monſtra peccata ſunt illius quod propter aliquid agit. Et in his quæ a principio vtique compoſitionibus bouigena. ſi non ad quendam terminum ac finem poterant venire, corrupto vtique principio aliquo (vt nunc ſemine) fiebant.

Tex. 33. Amplius neceſſe eſt ſemen fieri primum, ſed non ſtatim animalia. Et ipſa maſſa quidem mollis, prius ſemen erat.

Com. 65. Contra dicẽtes naturam alicuius gr̃a agere, inſtantia erat a monſtris. Nam gratia cuius fierent bouigena & uiriprora ſm Empedoclẽ. Soluit igitur & hãc inſtãtiam nunc dicẽdo, quod non oĩa quæ fiunt alicuius gr̃a ex neceſſitate iuxta ſcopũ ſine errore fiunt, ſed etiã peccãr nõnulla ſæpe in his. Etenĩ in his quæ fiunt ſm artem alicuius gr̃a, ut oẽs fatẽtur quædã oberrant, quãuis ars non errandi gratia agat ſed gr̃a illius quo fruſtratur & circa ipm̃ errat. Sic ẽt nã facit alicui⁹ gr̃a, peccat ſæpe tñ circa id cuius gr̃a & euenit qppiam aliud ab eo quod eſt cuius gratia. Vt igitur illud pharmacũ etſi nõ ſucceſſerit recte pſpereq; quo ad id cuius gr̃a datum eſt a medico, tñ gr̃a eius prorſus datũ fuit. Item ſi grãmaticus non recte ſcripſerit, tñ gratia recte ſcribendi ſcripſit. Sic aũt & nã & ſi non hoĩem efficeret, tamẽ ut pduceret hoĩem huius gr̃a agebat. Verũ fruſtrata eſt fine, ut etiã fieri ſolet in artibus, igit̃ & monſtra ſunt peccata illius qđ cuius gratia eſt, ideo neq; admodũ aberrat ſummoueturq; ab ipſo cuius gr̃a, ſed maxime ex humano ſemine homo prodit. Sin uero, ſaltem aĩal nunquã aũt ficus uel platanus. Eiuſmodi ẽt ſunt Empedoclis bouigena, uiriprora.

Com. 66. Verum quando Ariſto. dicit {Et in phyſicis monſtra peccata} inquit eſſe peccata faciẽtis gratia alicuius. Dicens pterea quod ſiĩr fit in peccatis artium, adnotat quod etiam bouigena uiriprora uel uiriprora bouigena Empedoclis ſi talia fierẽt, ſm peccatum principiorum fierent, ex qbus ſcilicet efficientibus & materialibus generatio fit, ut etiam nunc accidunt ob ſpermatis peccatum ipſa monſtra cum ſemen genitale debile fit & corrumpitur principium. At neque ſufficiunt huiuſmodi exempla ad oſtendendum quod haud alicuius gratia agat. Sed cum conceſſiſſet primum Empedocli dicẽti a principio animalia monſtruoſa fieri ſcilicet bouigena & uiriprora, & hoc dato ſoluens inſtantiam ex hoc quod illa fiunt corrupto principio, deinceps etiam cauſam talis inſtantiæ ex monſtris Empedoclis deſtruit oſtendendo generationem animalium quæ monſtra ſunt, haud conſtare poſſe, perinde atque dixerit. Si etiam fierent animalia quę monſtra ſunt a principio ob id non tolleretur, quin natura alicuius gratia ageret. Nam cum natura alicuius gratia agat peccatum quoddam uel ob efficiẽs, uel ob materiã factum quippiam aliud accidere fecit, & non illud cuius gratia agens agebat. Deinde neq; uera eſt inſtantiæ ſuppoſitio. Non enim poſſe erat animalia ex neceſſitate fieri, ſed ſemen genitale ante animalia, ſiquidem, etiam neceſſe ſit omne animal qđ recte producitur & mõſtruoſum ex proprio ſemine fieri, ſed non illico ex dimidiatis animalibus, dimidiatis copulatis conglutinatiſq;. Quod ſi neceſſarium eſt ex ſemine genitali proprio accipere principium uniuſcuiuſq; generationis accipere, patet quod ordo eſt in generatione & primum eſt gratia ſecundi. Quinetiã in his id quod cuius gr̃a uocatur prorſus conſideratur, quippe Empedocles dicit in ſecundo de naturalibus, ante dearticulationem diſtinctionemq; uirilium muliebriumque corporum hæc carmina.

Nunc uero age qũo uirorum multi ſcientium & mulierum
Nocturnos ignis abiunctus ſuſtulit ramos.
Hæc haud, fabula nec enim a ſcopo abeſt, nec imperita.
Maſſam qdem ſeminis exoriens primo terra formauit.
Habentem partem amborum aquę uidelicet & formæ,
Aliam ſurſum emiſit, ignis ad ſimile uenire.
Neque mẽbrorum adhuc amabilem indicãtem formam,
Neque clamorẽ neq; patrium hominibus dicẽdi morem.

Hæc igitur cum Empedocles dicat, inſtat quod etiam ipſe, ut uidetur, inquit ſemen genitale ante animalia genitum fuiſſe. Nam ipſe dicebat ſperma ſemenue genitale eſſe maſſam ſeminis Græce οὐλοφυὴς, quod nondum indicabat amabilem membrorum formam, quocirca aqua erat actu humida, ſed potentia forma hominis. N ſi forte haud animalia ante ſemen genitale, neq; ſemẽ genitale ante animalia ſubſiſtere poterat. Vt enim omne animal & planta ex proprio ſemine fit, ſic etiã omne ſemen genitale ex proprio fit animali & planta. Inſtat igitur Ariſto. qđ nõ ſemp ante aĩal ſemẽ genitale ſubſiſtere Empedocles inqt. Et patet qđ ẽt ante ſemẽ genitale aĩal eſt, & determinãs inſtantiã ſubiũxit. Et ipſa maſſa qdẽ molis pri⁹ ſemẽ erat pinde ac ipſe Empedocles id ipm̃ prius uiderit, qđ oportebat prius eẽ ſemẽ genitale ante generationẽ aĩaliũ. Qđ ſi ſemẽ erat, mirum mihi uidetur ipſi maſſam mollem conuenire. Equidẽ maſſa mollis eſt, pprie illud qđ ſm id qđ ẽ ipm̃met oẽ eſt qđ eſt nõdũ in ipſo facta diſtinctione. Nã oĩs pars ſeminis eſt omnes partes corporis, & nulla corporis pars eſt alia pars corporis cũ fuerit facta diuiſio in ipſis & diſperſa ipſa maſſa univerſorum ſeminum.

Amplius & in plantis ineſt ipm̃ pꝑter aliquid, minus aũt diſtinctũ eſt. Vtrũ igitur & in plãtis fiebant vt bouigena viriprora, ſic vitigena oleoprora, an nõ? Inconueniẽs enĩ eſt. ſed tamẽ oportebat ſi quidem & in animalibus. Amplius, oportebat & in ſeminibus fieri, ut accidit. Tex. 34.

Com. 66. Et hoc contra inſtantiam motam ab Empedocle dictum eſt. Nã qa & in plãtis perſpicuũ eſt ipm̃ gr̃a alicuius, ut prius dicebatur. Equidẽ folia ſunt gr̃a fructuũ, & radices deorſum collocanť, ut alimentum trahant, igitur & in his quemadmodum etiam in animalibus ſunt monſtra ex uite & olea, quæ uitigena oliuiprora dicuntur, quare etiam ex his inſtandum erat contra hoc quod natura faciat gratia alicuius, uel non.

Nam ſi eſt gratia alicuius in his, abſurdo ipſa Empedocles prætermiſit, ſi uero non eſt, quomodo in animalibus eſt, ſed in plantis non eſt. Verũ Alexander inquit, uidetur mihi huic particulæ { Amplius & in plantis ineſt ipſum propter quid ſeu ipſum gratia alicuius } additum eſſe illud ſequens ſcilicet, minus autem, ut indicat quoddam argumentum tale a magis & minus. Si in quibus natura genitis minus finis apparet & tamen eſt, hæc non ut accidit temereque fiunt ſed in ipſis eſt ipſum alicuius gratia, neque in quibus magis talia ut accidit, fiunt, ſed in plantis in quibus minus dearticulatus eſt finis quę fiunt non fortuna fiunt, quod neque fiunt uitigenea oliuigena, igitur neque in animalibus in quibus magis euidens dearoculatumque ipſum gratia cuius eſt aliquid fit a fortuna, quare neque bouigena uiriprora conſiſtunt. Item inquit, Amplius oportebat & in ſeminibus fieri ipſum utcunque accidit, ſiquidem ea quę conſtant natura caſu & fortuna fiebant, ut ex hoc ſemine oportebat aliquando indifferenter æquum, aliquando etiam hominem naſci, & aliquando aliquod aliud animal. Nunc uero determinatum ſit ut prorſus ex ſemine ſit generatio. Nam ex humano homo prodit, & ex equino equus, igitur non ſecundum fortunam, neque ut ſors accidit, ſed ſecundum ordinem & conſecutionem & gratia illius quod deinceps ſit prius factum eſt.

Omnino autem deſtruit ſic dicens, tam quæ natura ſunt quam naturam. Natura enim ſunt, quæcunque ab aliquo in ſeipſis principio continue mota perueniunt ad aliquem finem. Ab vnoquoque autem non idem quibuſque, neque quiuis, ſemper tamen ad eundem, niſi aliquid impedierit.

Com. 67. Vt prius dixit quod qui motum demunt, haud naturales ſunt cum naturam tollant, ſiquidem motus initium & quietis natura ſtatuta ſit, ita etiam nunc oſtendit quod qui autumant naturam agere gratia alicuius & ipſam naturam euertunt & ea quæ natura conſtant. Sed qui dicunt utcunque accidit fieri ea quę fiunt nõ ſeruant ea quæ diximus. Et id ipſum oſtendit ex intelligentia quam habemus de his quæ natura conſtant & de natura. Nam ſi natura eſt principium motus & quietis in quo eſt, & quæcunque natura ſunt, hæc ab aliquo principio in ipſis mouentur continue in aliquem finem neque idem ab quouis principio emergit. Non enim ex principio hominis ut humano ſpermate motus in canem ceſſat, in quem ceſſat is motus qui fit a ſemine canis, tamen ſemper in unoquoque principio & motu occurrit proprius finis, niſi aliquid impedierit. Nam principio hominis occurrit homo & principio equi equus, quare neque idem ab omnibus & differentibus nequod quiuis a quouis finis ſuccedit. Si ergo talia ſunt, uidelicet quod ea quæ mouentur continue perueniant in aliquem determinatum finem hoc modo, ut ſemper ſecundus ſequatur priorem, patet quod in talibus ſemper prius fit gratia ſecũdi. Si ergo q̃ nã ꝯſtant, grã alicuius ſunt, & q̃ non grã alicuius ſunt nec nã ꝯſtãt. Et ꝓrius ſi nõ talẽ intelligentiã habemus eorum quæ natura ſunt quod gratia alicuius fiant, neque ea quæ ſunt natura intelligimus. Nam tollitur natura ſublato motu in finem determinatum. Nam motus talis eſt principium & non cuiuſuis. Et ſyllogiſmo demonſtrationem ſic Alexander exponit. Quæ natura ſunt ab aliquo principio in ipſis exiſtente continue mota perueniunt ad aliquem finem determinatum, igitur quæ non ſunt alicuius gratia non ſunt natura, quare qui tradunt ea quæ natura fiunt non alicuius gratia ſed ut ſors tulit, fieri hi naturam & ea quæ natura conſtant, plane dirimunt.

Tex. 85. Id autem cuius gratia, & quod huius gratia, fient vtique a fortuna. ſicuti dicimus quod a fortuna venit hoſpes, lotuſque abiuit, cum tanquam gratia huius veniens egerit, non autem gratia huius venerit. & hoc, ſecundum accidens. fortuna enim, eſt earum quæ ſunt ſecundum accidens cauſarum, quemadmodum & prius diximus. ſed cum hoc ſemper, aut frequenter, fiat, non ſecundum accidens, neque a fortuna eſt. In phyſicis autem ſemper ſic, niſi quid impedierit.

Quoniam etiam in his quæ ſunt a fortuna uidetur eſſe id cuius gratia & alicuius gratia, quando dicimus fortuna hoſpitem ueniſſe qui ubi redemit captiuum, ut apud Menandri tyrannidem Demea, abijcit uel diſceſſit. Nam utroque modo ſcribitur, ut etiam pro redemit, lotus ſcribitur. Et ſubdit, cum tanquam gratia alicuius ueniens egerit etſi non ob id gratiaq; huius ueneri. Nam hæc eſt cauſa per accidens & ob id a fortuna dicitur & prorſus in hac conſideratur ipſum gratia alicuius, & ipſum cuius gratia. Sed eſt aliqua differentia huius, & illius principaliter talis quod naturæ competit. Nam illud ſemper uel ut plerunque non per accidens neque a fortuna eſt, quippe hoc raro eueniat, ſed in naturalibus ſemper ſic, niſi quippiam impedimento fuerit, quare differunt id quod eſt cuius gratia, gratiaque alicuius & ea quæ ſunt in his a fortuna, & ea quæ ſunt in his a natura quod ea quæ ſunt in his quę fortuna eueniunt per accidens raroque accedunt, ſed quę ſunt in naturalibus ut plerunque. Sed quomodo prorſus in his eſt id cuius gratia, & ipſum alicuius gratia, ſiquidem non uenerit gratia redimendi. Quod quidem ipſum cuius gratia fiat a fortuna, quia finis ut utile ſequutus eſt ipſum iter redimendi id eſt finis proſper aduenit proficiſcenti & ſi non huius gratia profectus ſit. Et eſt hoc non proprie id cuius gratia, ſed uelut cuius gratia, & ipſum gratia alicuius eſt uelut hoſpitẽ uenire perinde gratia alicuius, & ſi non gratia eius uenerit ſcilicet liberandi redimendiue. Sic igitur Ariſtoteles. Accipit autem hoſpitem non huius gratia uenire ſed fortunam adornare aduentum huius gratia, & hunc finem aduentui acceſſuique præbere. Ideo Ariſtoteles conceſſit in his eſſe id cuius gratia, & illud gratia alicuius, & ſi non præelectionem hic finis ſequatur, tamen differentiam ipſorum adiecit ſecundum id quod ut plerunque & ut raro. Com. 68.

Inconueniens autem eſt, non opinari propter aliquid fieri, niſi videant ipſum mouens deliberaſſe. Attamen etiam ars non deliberat. nanque ſi eſſet in ligno, nauis faciendæ ars, haud ſecus atque natura, faceret. Quare ſi in arte ineſt ipſum propter aliquid, & in natura ineſt. maxime autem manifeſtum eſt, cum quis medetur ipſe ſibijpſi. huic enim, ſimilis eſt natura. Quod igitur cauſa ſit natura, atque ita vt propter aliquid, manifeſtum eſt. Tex. 86.

Cum multis modis propoſitum oſtendiſſet, & nunc determinat ſententiam qua confiſi nolunt naturam alicuius gratia agere. Nam putant ea quæ agunt alicuius gratia prius deliberare & prius definire decernereque finem & ſic agendo in illum animum dirimere atque intendere accepta ſententia ex ipſis quæ fiunt arte. Occurrit igitur ex ipſis artibus, ex quibus ſententiam haud probe acceperunt. Nam, inquit, nec ars deliberat. Non enim artificibus opus eſt conſilio ad agendum quidpiam ſecundum artem. Nam unumquodque eorum quę fiunt, certum definitumque eſt, quando ſecundum artem ageretur. Nam cur grammaticus eget conſilio, ut ſic ſcribat Dionis nomen cum ſcribit. At conſilium deliberatione duntaxat Com. 69.

taxat

tanat in coniecturis locum habet. Et erit deductio rationis et hæc. Si ars alicuius gratia agit, non prius deliberando multo magis nec naturæ opus eſt facere prius deliberando aut conſultando, ſed primum datur, ergo & ſecundum. Vnde rurſus ſimilitudinē naturæ ad artem indicat per hoc contextus. Nanque ſi eſſet in ligno nauis faciendæ ars, haud ſecus atq; natura faceret nauem, perinde atque ob nil aliud inter ſe diſcrepent ea quæ fiunt natura & ea quæ fiunt arte, niſi quod ea quæ natura fiunt intrinſecus fiunt, ſed quæ arte fiunt extrinſecus. Ideo trāſfert ſe ad aliud quoddam exemplum proximius & cognatius dicens. Maxime autem manifeſtum eſt, ſcilicet manifeſta eſt ſimilitudo artis ad naturam, quando cum quis medetur ſibi. Nam per hoc uidetur tanquam natura habere aliquam intrinſecus cauſam. Sed ab ipſo dicta eſt differentia huius cum natura prius, quia in his per accidens eſt motus principium. Non enim qua medicus ſibi medetur ſed quatenus accideret ipſum egrotare. At in his quæ fiunt natura per ſe eſt cauſa intrinſeca motus. Nam quatenus natura conſiſtunt, eis ineſt principium motus. Verumtamen in his huiuſmodi maxime eſt ſimilitudo artium ad naturam, in quibus motus intrinſecus quomodocunque uidetur.

Tex. 87. Quod autem ex neceſſitate eſt, vtrum ex ſuppoſitione ſit, an & ſimpliciter? Nunc enim opinantur, quod ex neceſſitate eſt, eſſe in generatione. quemadmodum ſi aliquis murum ex neceſſitate exiſtimaret eſſe factum, quoniā grauia quidem deorſum ferri apta natura ſunt, leuia autem ſuperne. quapropter lapides quidem deorſum ac fundamenta, terra autem, ſurſum propter leuitatem. ſupra autem maxime, ligna.

Tex. 88. leuiſſima enim ſunt. Attamen non ſine his quidem factus eſt, non tamen propter hæc, niſi vt proter materiam, ſed cauſa abſcondendi quædam & ſaluandi. Similiter vero & in alijs omnibus, in quibuſcunque ipſum propter aliquid eſt, non ſunt quidem ſine his quæ neceſſariam habent naturam. non tamen ſunt propter hæc, niſi ut materia ſunt, ſed propter aliquid. vt propter quid, ſerra eſt talis? vt hoc, & huius gratia ſit. hoc tamen cuius gratia, non poteſt fieri, ſi non ferrea ſit. neceſſe eſt igitur ferream eſſe, ſi ſerra erit & opus ipſius. ex ſuppoſitione igitur, neceſſarium eſt. Sed non vt finis. Nam in materia, neceſſarium eſt. Id autem cuius gratia ſit, in ratione.


Com. 70. Poſtquam compleuit tractationem de cauſis duas quæſtiones ſermoni de cauſis propoſuit. Nam determinat ea quæ à nonnullis de materiali & effectrice cauſa ſubintellecta confuſe fuerunt. Et primum ꝙ natura eſt inter eas cās, quæ agunt alicuius gratia & non inter eas que temere, atque vtcunque agent, quod quidem aliquibus videtur. Secunda vero quæſtio eſt qñō illud quod dicitur ex neceſſitate ob mām ineſt nālibus, nūquid ob mām ex neceſſitate ſequantur ea q̄ deinceps fiunt, & ob hāc finis adueniat ſm vtilitatē, ut quidā videbātur putare exiſtimantes principem omniū atq; ſolam cauſam eſſe materiam, tanquam iudicet nunquid aſſignandæ ſint omnes cauſæ ſecundum materiam, itaque eſt quæſtio nunquid materia naturalibus ipſum ex neceſſitate tribuat, quod quidē ſimpliciter appellat, an magis ex ſuppoſitione. ſuppoſito ſcilicet fini aduenire ſuccederēq; neceſſarium ex materia, vt ſi domus extruenda ſit idest quædam ſecuritas habitantium, neceſſe ſit fieri tectum, parietes, & fundamentum iacere, non tamen ſi ſic apta eſt materia, vt grauia deorſum deferri, & leuia ſuperne iam ob id fiat domus. Cum igitur hæc quæſita ſint, ſimpliciter neceſſarium reprobat, vt videntur dicere qui cauſas aſſignant ſecundum materiam, quippe calidum ſurſum fertur & leue, frigidum vero graue & deorſum fertur, ob id ſic conſtitutus eſt mundus & facta eſt deorſum terra, & ſurſum ignis. Niſi terra potiatur medio ob reuolutionem. Etenim illo modo Empedocles & Anaxagoras dixerunt, non tamen bene & ipſum cuius gratia cauſam fecere, ſed ſolam materiam exiſtimantes hanc ſequi neceſſario finem & vtile. Sic autem & quis parietem ex neceſſitate fieri putaret quia grauia deorſum ferri ſunt apta, & leuia ſurſum. Hoc igitur neceſſarium ex materia dictum reprobat. Verum illud ſtatuit neceſſarium ex ſuppoſitione oſtendens per id, quod non ſine materia fiūt ea quæ fiunt, non tamen ob materiam velut ob quandam principaliter cauſam ſed velut propter materiam ſolam & materialem cauſam. Nam quæ ex ſuppoſitione ſunt, vt poſteriora propoſitorum, & minus cauſæ ſunt. At proprie cauſa eſt finis & id cuius gratia. Nam domus vel parietis proprie cauſa non ſunt grauia aut ſuperne collocata, ſed ipſum abſcondere & ſeruare habitantes, vel ſuſtinere tectum. At materia neceſſarium habet ex ſuppoſitione. Nam ſuppoſito fine et eo cuius gratia ſequitur neceſſarium materię, quare eſt id neceſſarium ſine quo effectum fieri nequit, ut ſi domus erit opus eſt lapidibus & lignis neceſſario, non tamen econtra, ſi hæc ſint iam domum eſſe neceſſarium eſt. Sic quoque in naturalibus hoc modo neceſſarium non eſt ponendum in ipſo fine ſed in materia non quia gratia materiæ, nec quia ex neceſſitate hanc ſequatur utile, ſed quia non ſine hac. Non enim lapides ſecundum eos nec lateres & ligna mota ut apta ſunt conſtituunt habitationē ſed talis compoſitio & talis forma & ars cum finis gratia omnia facit, hæc haud efficit ſine materia. Etenim materia eſt de numero earum quæ ſunt cauſæ per ſe ut dictum eſt, ſed eſt principalior forma, ratio & quod quid erat eſſe & hæc non ſequitur illius motus ex neceſſitate, ſed illa magis huic præſuppoſite nata eſt adaptari. Non enim quod ferrea eſt, ob id ex neceſſitate ſecuris, ſed præſuppoſita ad condendum ſecuri, oportet ex neceſſitate aſſumit ferrum, quare materia ſic neceſſitatem habet quæ non ſint ob ſeipſam ſed ob formam. Nam materiam nihil ex neceſſitate ſequitur, ſed ipſa ex neceſſitate debet prius ſubijci & ſupponi formæ, finis igitur non ex neceſſitate materiali ſequitur ea quæ ſunt ante ſe, ſed ſupponentibus hoc propter ſuppoſitionem hanc ſequitur neceſſitatem materiæ neceſſitas finis ſecundum quam neceſſe eſt ut finis ſequatur ea quæ præexiſtunt niſi aliquid impedierit, propter ipſum finem eſt. Equidem cuius gratia & ea huiuſmod antecedentia ſecundum talem ordinem aſſumuntur quare materia eſt neceſſarium propter finem, ſed non finis ob materiā. Nam gratia finis fiunt ea quæ fiunt, tamen non ſine materia præter id tamen quia non propter materiam ueluti tanquam principaliſſimam cauſam, ſed propter eam ueluti ſine qua nō. Illud uero contextus, ut hoc & huius gratia ſignificat formā & finem ſerræ, quare qui materiam ſolam cauſam eſſe ponunt, & tradunt ea quæ fiunt ſequi naturales motus illius, ſimpliciter ex neceſſitate fieri ea quæ fiunt, dicerent. Sed quia demonſtratum eſt a nobis aliam eſſe præter materiam principaliorem cauſam formam, & huius gratia materiam adeſſe, & non materiam introducere formam, ideo neque materia ſimpliciter diceretur neceſſarium ſed ex ſuppoſitiōe. Nā ſupponentibus formam ſic inuenitur materiæ neceſſarium. Eſt igitur in materia neceſſarium, & ipſum gratia cuius neceſſarium eſt in forma. Vbi nanque finis eſt etiam principaliter cā eſt. Etenim ſi hic fieret nobis cætera alia relinqueremus & hoc habito actiones finem faciunt, cui quidem principium eſſe & cauſa maxime conuenit. Et uniuerſaliter propoſitum eſt principium, & talis eſt finis. Quare concedit & ipſe Ariſto. neceſſarium materiæ ſed non hoc modo ut ex neceſſitate ſequatur forma, ſed eſt inter ea neceſſaria ipſa materia quæ ſunt &

dicuntur non ſine quibus. Non enim finis ex neceſſitate, ſed propter finem illud ex neceſſitate. Et in hoc capite Ariſtoteles uidetur inuolutus eſſe dictis Platonis. Quippe Plato in Timæo dicit, hæc ſane omnia tunc ſuæ naturæ ex neceſſitate apta, ipſe pulcherrimus optimusq; opifex in his quæ fiebant, aſſumpſit, quando deum ſe ipſo ſufficientem & perfectiſſimum generabat, utendo quidem cauſis ad hæc miniſtris, & ipſum bene in ſingulis quæ fiebant ipſe fabricando. Quocirca ſane duæ cauſæ iam determinandæ ſtatuendæue ſunt. Vna quidẽ neceſſaria, altera uero diuina. Ac diuina in cunctis quęrenda eſt gratia potiundi felici uita quoad naturæ noſtræ uires. Neceſſaria quoque cauſa illorum gratia indaganda eſt, tanquam ſine his ea ipſa intelligi nequeant quibus incumbimus, neque capi, nec aliquomodo aliter obtineri. Eadem quoq; de his duabus cauſis in Phędone plane determinata ſunt in quibus inquit. Nã haud diſcernere poteſt quod alia ſit uera rei alicuius cauſa & aliud illud ſine quo cauſa eſſe nequit cauſa. Quod quidem multi mihi uidentur quaſi in tenebris attrectantes alieno appellare nomine dum cauſam appellant. Quapropter & quidam uertiginem circumponens terræ ſub cœlo ipſam ſtabilẽ eſſe faciunt. Alter uero tanquam latum piſtoris alueum terræ aerem baſis loco circundat. At potentiam ipſam qua optime diſponi poterant ipſa, ut modo iacent neq; perquirunt, neque uim quandam felicitatis habere putant. Sed ante hos contextus alia quoque Socrates breuioribus concluſit. Cum ergo dicit Ariſto. quod etiam in cunctis aliis, ipſum gratia alicuius eſt in quibus eſt etiam natura neceſſaria, non tamen propter ipſam ſunt. Verum quia ipſum propter quid eſt indicatiuum cauſæ, & materia quoque cauſa eſt cui competit & ſecundũ hoc & propter hanc merito adiecit. Niſi pręterue ut materiã. Hæc cauſa eſt, ſed non proprium eius eſſe ſimpliciter eſt cauſa ſed magis finis eſt proprie cauſa. At qui ipſe dubito quomodo Alexander ſimpliciter neceſſarium dicit eſſe deſtructiuum ipſius gratia alicuius. Nam ſimpliciter neceſſarium eſt inquit, in quibus ex neceſſitate finis ſequitur ea quæ ſunt ante ipſum, ſed in ſempiternis finis ſequitur ea quæ ſunt ante finem ceu ſolis ortum ſequitur eiuſdem occaſus, & hyemem uer, & hunc æſtas, & ſimiliter unumquodque horum eſt gratia alicuius. Etenim hyems præcedit gratia ueris, & ortus gratia occaſus. At forſitan Alexander intelligendo neceſſarium de ſola cauſa materiali, & conſecutione ſecundum materiam merito dixit quod neceſſarium tollit ipſum gratia alicuius. Nam ſi ob materiam ſolum fit id quod fit, patet quod non eſt aliquid ipſum alicuius gratia, quare neque erit ipſum gratia alicuius quia & in naturalibus ipſum ſemper ſic exiſtens neceſſarium niſi quid prohibeat, non tollit ipſum gratia alicuius.

Tex. 89. Eſt autem neceſſarium, & in diſciplinis & in his quæ ſecundum naturam fiunt, quodammodo ſimiliter. Cum enim rectum hoc ſit, neceſſe eſt triangulum duobus rectis æquales habere. ſed non, ſi hoc eſt, illud eſt. ſed ſi hoc non eſt, neque illud rectum eſt. In his autem quæ propter aliquid fiunt, econtrario. ſi finis erit, aut eſt, & id quod eſt ante, erit aut eſt. ſi vero non, ſicut ibi ſi non ſit concluſio, principium non erit, ſic & hic finis & id gratia cuius. principium enim & hoc eſt, non actionis, ſed cogitationis. ibi autem cogitationis. actiones enim
Tex. 90. non ſunt. Quare ſi erit domus, hæc neceſſe eſt fieri, aut exiſtere, aut eſſe, aut omnino materiam quæ propter aliquid eſt. vt lateres, & lapides, ſi domus. non tamen propter hæc, eſt finis, niſi vt materiam. neque erit propter hæc omnino tamen ſi non ſint, neque domus, neque ſerra erit, illa quidem, ſi non ſint lapides. hæc vero, ſi non ſit ferrum. neque enim ibi principia ſunt, ſi non triangulum duobus rectis.

Quale ſit neceſſarium ex ſuppoſitione etiam per conſecutionem illationemue in mathematicis explicat. Eſt enim in mathematicis neceſſarium ex ſuppoſitione, niſi quia haud ſimiliter in his & in illis quæ fiunt natura, idem adiecit quomodo conſimiliter ſit. Nam in mathematicis ſi fuerint ſuppoſitiones eſt etiam ex his deducta concluſio, ut quia hoc rectum eſt, inquit, ideſt quia rectilineum eſt hoc ceu triangulus, neceſſe eſt ut habeat triangulus tres angulos æquales duobus rectis, ſi uero non habet, neque hoc eſt rectilineum, tamen ſi tres duobus rectis æquales habet non neceſſe eſt hoc rectilineum eſſe. Nam fieri poteſt ut quadrilateri tres anguli æquales ſint duobus rectis & non ſolum anguli trianguli. Sed in numeris uidere euidentius poſſumus. Nam ſi quinque & quinque decem fiunt, tamen decem non prorſus quinque & quinque. Etenim decem eſt nouem & unum, octo & duo, ſeptem & tria, ſex & quatuor, tamen ualet ſi non decem, nec quinque & quinque. Nam prorſus in talibus illationibus antecedentis poſitionem ſequitur poſitio conſequentis ſed poſitionem conſequentis nõ ſequitur poſitio antecedentis, ſed ablationem conſequentis ſequitur ablatio antecedẽtis. Non enim oſtenduntur ex poſterioribus priora, uerum ex ipſis tolluntur. Et in his naturalibus ſi eſt uel erit domus neceſſe eſt talem materiam eſſe, etſi non eſt materia talis, non erit domus, non tamen ſi eſt materia talis, neceſſe eſt domum eſſe, & ſecundum hanc figuram uidetur neceſſarium ex ſuppoſitione in mathematicis eſſe & in his naturalibus quæ fiunt. Differt tamen, quia in mathematicis deductum coniunctum eſt hoc ſi priora & poſteriora. Nã priores ſunt ꝓpõnes & ſuppõnes ipſa ꝯcluſione, etſi non poſteriora neq; priora. Sed in his quæ fiunt nãlibus eſt conuerſo, ſi enim eſt finis, ex neceſſitate etiam ſunt ea quæ ante finem erunt haud tamen ſi ſunt ea quæ pręcedunt finem, iam & finis eſt. Nam ſi domus etiam lapis eſt non tamen ſi lapides ſunt, etiam domus eſt. Verum haberet illatio & conſecutio ſimilitudinem ſiquis finem ueluti primum natura eſſe cẽſeret, quia etiam huius gratia eſt materia. Hoc uero rurſus confirmabit artium argumẽto. Nam ſiquis illico a principio animo menteque meditatur uſum domus, & utilitatem, & prius figuram exemplarque deſcribens ſic etiam materiam apponit, & eſt cõceptio meditatioque finis principium contemplationis ſed non actionis. Nam duplex principium aliud contemplationis aliud uero actionis. Et fit contemplationis initium finis intelligentia & meditatio. Nam quia opus eſt cooperimento ideo faciendum eſt tectum, igitur extruendi ſunt parietes, itaque iacienda ſunt fundamenta, itaq; fodiendum eſt, finis uero contẽplationis eſt principiũ actionis. Sed in mathematicis in quibꝰ actio non eſt, unum eſt principium ſecundum contemplationem quod haud finis eſt neque id cuius gratia, ſed indicatiua ſunt concluſionis. Sed cognatus adhuc protulit ſimilitudinẽ eorum quæ conſtant natura ad ea quæ ſunt in mathematicis. Vt enim in mathematicis ſuppoſito fine, id eſt concluſione quæ erat in propoſitionibus ex neceſſitate poſitis propopoſitiones quæ fuerunt principia in illis non fuerunt ex neceſſitate, quod poteſt eadem etiam per alia demonſtrari, ſic neque in naturalibus materiæ neceſſarium non conſequuntur principia ſecundum rationem. Non enim materiam ſequitur finis itaque in ambobus ſuppoſitum neceſſarium haud ſequuntur principia ſecundum rationem ſunt autem in mathematicis, propoſitiones principia ſecundum rationem ſed in naturalibus finis, quibus poſitis ſequuntur ea quæ ſunt poſt hæc uidelicet materia in his quę fiunt, ſed in mathematicis concluſio. quia autem obſcure dictum eſt exemplum trianguli, cum oſtendat ſolum eius demonſtrationem, ſciendum quod oſtenſum eſt omnis rectilinei omnes octo angulos æquales eſſe

quatuor rectis,& quod omnes anguli trianguli intra & extra ſunt æquales ſex rectis quia ergo triangulus eſt rectilineus quem dixit ipſe dum dixit,rectum hoc, huius autem anguli intus & extra ſunt æquale ſex rectis, quorum anguli extra ſunt æquales ipſis quatuor & reliqui, intus ſunt æquales duobus rectis,ſi uero non hoc, neque anguli extra æquales ſunt ipſis, quatuor, ſiquidem omnes ſint æquales ipſis ſex, quare neq; eſt rectilineum hoc. At ſi duobus rectis æq̃les tres intus ſunt non protſus triangulus eſt.



Tex. 91. Manifeſtum eſt igitur, quod neceſſarium eſt in phyſicis quod vt materia dicitur,& motiones eius. Et vtręque quidem, phyſico dicendæ ſunt cauſæ, magis autem, ea cuius gratia. cauſa enim hæc, materiæ eſt. ſed non hæc, ipſius finis. Et finis is cuius gratia, & qui principium eſt, a diffinitione & ratione petitur, ſicuti in his quæ ſecundum artem. quoniam ſi domus eſt tale,hæc oportet fieri & eſſe ex neceſſitate. & quoniam ſanitas, hoc eſt, hæc oportet fieri ex neceſſitate & eſſe. ſic, & ſi homo eſt hoc, hæc. ſi vero hæc, hæc.

Com. 72. Cum oſtendiſſet neceſſarium in naturalibus eſſe in materia ut etiam his qui de natura diſſeruere, uidebatur in eius mutationibus & alterationibus,licet non ſimpliciter, ut materiam forma, & prorſus finis ex neceſſitate ſequatur ſed ex ſuppoſitione ut dictum eſt,quod concludens ſubiungit deinceps quod ambę cauſæ dicendæ ſunt a naturali,ſed magis ea quæ ſecundum finem eſt.Nam ipſe principalior eſt cauſa ſiquidem ſit & materiæ cauſa.Nam illud eſt cauſa eius quo poſito ex neceſſitate reliquum ſequitur. Si ergo materia poſita non ex neceſſitate ſequitur finis, ſed fine poſito ex neceſſitate ſequitur materia,igitur finis erit cauſa materiæ. Quin etiam finis ē cauſa formæ,ubi forma diſtincta eſt a fine.Si ergo finis eſt cauſa ut materia ſit merito naturalis de cauſis ſermonem faciens,de fine magis quam de materia faciet. Verum cum dicit materiam non eſſe cauſam finis qui ſit is finis indicat adijciendo is cuius gratia eſt ei quod eſt ante ipſum. Nam hic eſt cauſa & principium, ſed non ut ultimum. Sed quia in plurimis ipſum cuius gratia,eſt forma hoc indicans ſubiunxit quod ipſum cuius gratia,eſt & quod talis finis eſt principium quod a diffinitione & ratiōe eſt acceptum,quod quidem forma eſt, Etenim ipſa eſt cauſa materiæ ut in his quæ ſecundum artem ſunt.Nam diffinientes formam domus quod eſt tegumentū ut protegat habitantes a uento, ibre, & æſtu ad faciendam hanc diffinitionem pręparamus materiam,ſic autem & in his quæ ſunt ſecundum naturam.Nam ſi erit homo opus eſt ſeminis hominis,ſœtus,& matricis aliique gerentis ſœtū coitu & congreſſu,eodem modo ſi aliquod aliud animal,aut planta fuerit,opus eſt ad illud aptam idoneāue materiā adornare ꝑparareq;,Nā hoc ſignificat illud. { Si uero hæc,hæc } Rurſus hic etiam Ariſto. aſſecutus ſententias ut ita dixerim ſcientiales ſuapte induſtria in idem cōcurrit cum ſuo magiſtro.Nā ille dicit in Timæo horum duplicium principiorum uidelicet materialis & eius quod comprehenditur ſecundum intellectualem prouidentiam & contemplationem aſſignans differentias.Hactenus quę ob mentem condita ſunt dictis quibuſdam paucis exceptis narrata,demonſtrata ſunt. Verum oportet ea etiam quæ propter neceſſitatem facta fuere rationi adiūgere.Nā huius mundi generatio conſtat ex neceſſitate & mente.Nam cum mens neceſſitati imperet quod eam perſuadendo eorum quæ fiunt plurima ad optimum exitum perduxit & ipſa eodem modo ob neceſſitatem cedentem a prudenti mente perſuaſa eſt,hunc in modum iuxta ſua principia conſtitutum eſt hoc uniuerſum.Si quis ergo hæc qua ratione condita ſint uere explicare uoluerit,erraticę quoque cauſę forma quatenus ſuapte natura apta eſt ferre miſcenda eſt.

Fortaſſis autem,& in ratione,eſt neceſſarium determinanti enim opus ſerrę, quod diuiſio huiuſmodi eſt.hæc aūt non erit, niſi habeat dentes tales.hi vero non,niſi ferrea ſit. Sunt enim & in ratione,quędam partes,vt materia rationis. Tex. 92.

Com. 73. Cum dixerit diffinitionem & rationem eſſe principium & cauſam materiæ,quæ erat neceſſitas in cauſis,quia & in multis diffinitionibus complectitur materia,interdum quidem potentia in diffinitione formæ,ut ipſe addit aliquando uero actu uelut in compoſito,& tū patet ꝙ diffinitio non amplius principium & cauſam materiæ erit continens ipſam in ſeipſo,propter hoc adiecit quod fortaſſis & in ratione eſt neceſſarium. Nam tamen finis & forma erit principium & cauſa materiæ. Sed talis diffinitio eſt indicatiua aggregans ex utraq;,quare recte dictum eſt quod de utriſq; cauſis naturalis ſermonem faciet,ſed magis de fine.Hic autem eſt in naturalibus forma & diffinitio quare de forma & diffinitiōne plurima uerba faciet, tamen aliquando dum diffinit de ambabus cauſis dicet,in quibus diffinitionibus & rationibus materia comprehēſa eſt. Vt enim ipſe alias dicit.Naturalium diffinitiones perfecte fiunt ſecundum formam,continent tamen & materiam.Nam forma naturalis eſt cum ſubiecto & materia,& ob id aliquando diffinitiones ſumuntur a materia,ceu cū dixerimus iram eſſe feruorem ſanguinis circa cor, aliquando autem a forma,ceu cū dixerimus iram eſſe appetentiam ultionis, aliquando autem ab utraq; ſimul,ut quando dixerimus iram eſſe feruorem ſanguinis circa cor ob appetitum ultionis. Et ſcire oportet quod a diffinitione & aſſignatione ſubſtantiæ, & materia accepit neceſſitatem ſui proceſſus. Et cum in artibus ab intellectualib⁹ artificijs quæ iam ſecundum diffinitionem formæ ſubeunt intelligentiā producēdæ formæ ſic etiam materia ſubſiſtit. Ideo & ipſi eligunt ipſam ex intelligentia ſecundum formam idonei talem ipſius iudicantes.Nam domus ut diffinitionem primo accipit,quod eſt integumentum ob commodum hominū eget lignis & lapidibus ad conſtructionem & ſic procedit ad materiam,quare materia eſt propter formam, & poſterius ē uelut materia. Et ſi aliquis definiret ſecurim & diceret ſecuria eſt inſtrumentū diuiſiuum aliter lignorum aut lapidum quibuſdam dentibus præparatū, ſimul apparet ꝙ ex ferro oportet dentes eſſe,& medicus ſtatuens finem qui eſt ſanitas quæ eſt cōmēſuratio calidorū,humidorū,frigidorū & ſiccorū eligit materiam ad hoc. Similiter etiā in naturalibus. Et uidetur etiā ob id oſtendere quod forma aut finis eſt cauſa materiæ,ſiquidem per diffinitionem formæ & materiæ intelligentia apparet. Et ſi plane dicitur,materia erit in diffinitione, & tunc pars illius ut materia diffinitionis eſt,ſed non ut propria cauſa. Et hactenus ſic concludantur diſputationes in ſecundo naturalis auſcultationis diuini Ariſtotelis.

SIMPLICII COMMENTARIVM IN TERTIVM LIBRVM ARISTOTELIS DE AVDITIONE NATVRALI.

SVPERIORE libro cũ de cauſis diſſeruiſſet, & dixiſſet naturam eſſe cauſam effectricem, & definiuiſſet ipſam eſſe motus principium, merito deinceps de motu docet. Nam ſi natura ſubſiſtit quod motus eſt principium, oportet prorſus eum qui cogniturus eſt quid ſit natura etiam motum cognoſcere, quippe qui in diffinitione naturæ cõplectitur. Item ſi cognitio eorum quæ ſunt ad aliquid ſimul eſt, equidem principium & id cuius eſt principium ſunt ad aliquid, natura inquam eſt principium motus, igitur fieri nequit, vt qui motum ignorat, naturam calleat. Si ergo neceſſarium ẽ diſſerenti de natura ſcire quidnam ſit natura, profecto neceſſarium eſt etiam ei qui cogniturus eſt naturam, motum noſcere. Proinde neceſſarius eſt illico poſt diſputationem de natura ſermo de motu, qui, ut dixi, in diffinitione naturæ complectitur. Deinde ob ipſam conſecutione quia motus in continuo eſt, & quoddam continuum eſt motus, & in diffinitione motus complexus eſt continuum, neceſſarium quoque eſt diſſerere de cõtinuo. Equidem haud cognoſci poteſt diffinibile, niſi percipiatẽ unũquodq; aſſumptum in diffinitiõe eiuſdem. Rurſus quia cõtinuum diffinientes utimur infinito dicentes continuum eſſe id quod eſt diuiſile in infinitum, neceſſe etiam eſt de infinito diſſerere ei præſertim qui cogniturus eſt motum & naturã eſſe principium motus. Quia autem omne naturale eſt corporeum, & omne corporeũ atq; corporeus motus de quo ſermo fit, in loco & tẽpore fit, neceſſarius etiam eſt ſermo de loco & tempore naturali ſc enti motum & naturam. Sed apud quoſdam cœleſtis motus tẽpus eſſe uidetur, licet alijs uidetur eẽ quædã imago ſempiternitatis mobilis, quare prorſus tẽpus eſt cognatum motui. Item cum nõnulli opinati ſint locum eſſe uacuũ & motum in uacuo omnino fieri tradiderint ut Democritus, neceſſarium eſt etiam de uacuo quærere, an ſit prorſus, an non? atq; ſi ea quæ mouentur in uacuo ueluti in loco cieantur? Et ob hæc igitur de motu, cõtinuo, loco, tempore, infinito, & uacuo neceſſe eſt naturali quærere. Atqui cum hæc etiam ſint cunctis naturalibus communia & vl'r omnibus inſunt, & operæpretium eſt, ut p̃cedat tractatio q̃ affert ea q̃ cõiter cunctis inſunt, q̃lis eſt nũc tractatio ex ꝯſideratione aliorũ q̃ docẽt q̃cũq; inſunt unicuiq; ſeorſum & ſigillatim cõpetunt. Etenim oẽ corpus nãle hẽt motum, & uel finitum, uel infinitũ eſt, & in loco mouet, uel ſm totum uel ſm partẽ, ut ſphæra inerrabilis, & a tempore metit motus, igit̃ hæc cõia ſunt. Cõmunis item eſt ſermo de uacuo qa nõnulli locum uacuũ eẽ opinant̃, & uacuũ eẽ locũ corpore priuatũ. Hæc igit̃ Ariſto. tradidit. Illico autem ſumpto principio tertij libri docet in eodẽ motũ & infinitũ, & in q̃rto locum uacuũ, tẽpus. Etenĩ nũc p̃termiſit cõtinuũ, qa ſine continuo neceſſarius eſt ſermo de ĩfinito pħo, ꝓpea qđ naturalia corpora & nãles mot⁹ neceſſe ẽ uel infinita uel finita eẽ. Verũ poſtea diſputabit ẽt de ꝯtinuo. Sciẽdũ ãt ẽ ꝙ multis ĩ locis hui⁹ li. ꝯtextus uari⁹ ferẽ, ſ; iã ꝓficiſcẽdũ ẽ ad ſingula ꝯtext⁹ v̓ba.

QVoniam autem natura quidem eſt principium motus & mutationis, ſcientia autem nobis de natura eſt: non latere nos oportet quid ſit motus. neceſſarium enim eſt, ignorato ipſo, ignorari & naturam. Cum autem determinauerimus de motu, tentandum erit eodem aggredi modo de his quæ conſequenter ſunt. Videtur autem motus, continuorum eſſe: infinitum autem, apparet primum in continuo: Quapropter & diffinientibus continuum, accidit vti ſæpenumero ratione infiniti, cum in infinitum diuiſibile, continuum ſit. Adhæc autem, ſine loco, & vacuo, & tempore, impoſſibile eſt motum eſſe. Manifeſtum igitur eſt, quod propter hæc, & propterea quod cunctis ſunt communia & vniuerſalia hæc omnibus, conſiderandum erit cum propoſuerimus, de vnoquoque iſtorum. poſterior enim eſt, de proprijs ſpeculatio, ea quæ de communibus eſt. Primum autem, ſicuti diximus, de motu. Tex. 1. Tex. 2.

Com. 1.

MOtum quidẽ & mutationẽ nunc poſuit ęque ſignificantia idem qđ nõdum diſtinctũ eſt quid interſit inter motũ & mutationẽ, & qđ cõmunior ſit ipſa mutatio, & ſpecialior motus quod quidẽ principio quinti libri cõpertũ facit. Ni forſitã motum, & mutationem ꝓprijs in locis diſtinguenda poſterius ꝓduxerit. Nam dicet mutationem eſſe ſm ſubam & non motũ ſed motiones ad quantitatem, qualitatẽ, & locum uocat motus eẽ. Dixit igitur quod principaliter natura eſt principiũ motus & mutationis quia ẽ mutationis ſecundũ ſubam & aliorum eſt cã. Annotat Alexãder quod cũ Ariſto. dicit motũ eſſe continuum, ipſum ponit penitus in quantitate. Nã quãti cõtinuum eſt ſpecies & diſcretum, tñ in p̃dicamentis non ponit ipſum in quantitate. Item hic paulopoſt reducet ipſum ad aliquid. Reſpondet igit̃ Alexã. dicẽs uel pp hoc dixit, { Vr̃ aũt motus eẽ cõtinuorũ } tanquam ſibi nõ placeat, uel magis motus aliquo cõtinuus eſt & quãtus, & aliquomodo ad aliquid alio atq; alio modo acceptus. Nam ipſe motus eſt quantus ſed illud quod eſt in motu eſt ad aliquid, quandoquidem ſit in quadã habitudine admouens. Illud uero uidetur, inquit ſignum eſt ipſum cœpiſſe ab apparentibus & euidentibus. Item dicendo infinitum primũ apparere in cõtinuis, indicat p hoc, primũ, qđ ꝓpria & p ſe nõ p aliud mediũ infinitũ apparet in ꝯtinuo. Nã p ſe hæc inſunt quęcũq; in definitione aliquorũ aſſumũtur & q̃cũq; illorũ diffinitionẽ cõplẽt. Itẽ ea ſunt p ſe ubi ſm cõparationẽ ad ea quæ ſunt eiuſdẽ generis aliqd ꝓpriũ diuidit̃ ab his q̃ oĩ generi inſunt & hoc p ſe ineſt unicuiq; horũ. Et eſt alius modus iſte ab ipſo

per ſe. Sic igni per ſe, cũ efficiẽs ineſt, q̃a oĩ corpori naturali facere uel pati ineſt. Præterea adiecit illud ſæpe q̃a nõ ſemp̃ hoc mõ cõtiuuũ diffinimus dicẽtes ↄtinuum diuiſile in infinitũ, ſed & eſt quædã alia diffinitio quã ipſe ponit in p̃dicamentis dicẽs continuũ ẽ, cuius partes copulantẽ ad unũ terminũ cõem, Alexander uero inq̃t minime diffiniẽtes q̃titatem diſcretã utimur infinito q̃re & conſentaneũ eſt eum dixiſſe primo apparere in continuo. Vel ſic dixit, q̃a infinitũ in diſcreto habet ortũ a continuo. Nam ſectio continui in infinitum, p̃bet auctionẽ diſcretæ quãtitati in ĩfinitũ, ſed haud econuerſo cõtinuum hẽt ex diſcreto infinitum, q̃ppe haud eſt diſcretum infinitum, q̃a ex infinitis cõponatur, q̃a neq̧ ſunt infinita actu diſcreta ſed ſemper additionem infinitum hñt, ſed ſemper additio fit ex ipſa ſectione cõtinui nunq̃ deficiente, neq̧ enim cõtinuum actu infinitũ habet, ſed diuiſione in infinitum ſed nullum infinitũ actu eſt, ſed in infinitum, p̱p̱ q̃d igitur diſcretum hẽt infinitũ ex ↄtinuo & non continuũ ex diſcreto? Vel q̃a diuiſum in infinitum põt p̃ſtare diſcreto auctionẽ in infinitum, ſed auctũ in infinitũ in diſcreto non amplius ipſi cõtinuo impertit ip̃um infinitũ. Cæterum q̃n dicit. Præterea ſine tẽpore, uacuo, & loco motus eẽ nequit, hoc dicit nõ q̃a ipſi ſic uideatur, ſed uelut placitũ eorum Ph̃orũ p̃ſertim Democriti q̃ ante ip̃um extitere, q̃nquidẽ Democritus motũ fieri p̱ uacuũ, & uacuũ eẽ locũ priuatũ corpore aſſeruit, q̃re & in ſermone de loco neceſſarius eſt ſermo de uacuo, igitur cũ illis qui aiunt eſſe uacuũ, tum illis qui negant eẽ neceſſarius eſt ſermo de illo. Merito aũt primo de motu diſputat quia poſt nĩm ſuccedit ſermo de motu cõplexus in diffinitione nãæ, & p̱p̱ motum ſuſcipiẽ diſputatio de loco & tempore. Nam oportet eẽ tẽpus, quia motũ aliq̃ mouet, ẽt oportet eẽ locum, quia motũ aliquo tẽdit, nõ tñ neceſſe eſt motum eſſe, quia tẽpus eſt uel locus. Item demonſtrabiẽ haud penitus uacuum eẽ ens. Item qđ infinitũ totum ſimul nõ ſubſiſtit, ſed dum fit ſubſiſtit, & qđ ipſum hẽt eſſe circa motum. Itẽ ſermo de motu dignus attentione & ſtudio eſt, quia a ueteribus neglectus fuit licet Plato pauca de ipſo tractarit. Item oĩa entia aut motus ſunt ut generatio & alteratio, aut principia motua ut deus, aĩa, nã, aut mota, ut corpora ſimplicia, & cõpoſita, aut in q̃bus ſunt mobilia, ut tẽpus & locus. Sed ſcitu dignũ eſt qđ haud neceſſe ẽ motu exiſtẽte tẽpus eẽ, ſic tẽpore exiſtẽte motũ eẽ, ſiquidẽ tẽpus ẽ nũerus motus, ſed nõ p̱p̱ tẽpus ẽ motus, ſed tẽpus p̱p̱ motũ ẽ. Et nũc quidẽ ſubãm motus q̃ ſit, deſcribit. Sed quæcunq̧ theoremata ſermoni de motu complicita cum plura ſint & uaria quatuor ulõmis uoluminibus cõcludet.

Tex. 5. **Eſt igitur eorũ quę ſunt, aliud quidem actu ſolum, aliud vero potentia. Et eorũ quę ſunt actu: hoc quidẽ hoc aliquid, illud vero tantũ, aliud aũt tale. & in alijs entis prædicamentis, ſimiliter.**

Cõm. 2. Oſtenſurus quid ſit motus & diffinitionẽ eius q̃ad fieri põt collecturus, & 1 q̃ ſit q̃a 1 mobili, & tertiũ qđ motus ẽ de nũero eorũ, q̃ dñr multipl̃r, & quartũ q̃d unaquęq̧ motus ſp̃ẽs in oppoſitas ſp̃ẽs diuidiẽ ut 1 gñationẽ et corruptionẽ ſm ſubãm & ſm colorẽ in albedinẽ & nigredinẽ & ↄrſus ſm qualitatẽ 1 oppoſitas inter ſe q̃litates & in quãtitatẽ, ut in auctione & diminutione & in eam ſm locũ, ut in aſcẽſum & deſcẽſum & reliqua. Cũ igiẽ hæc de motu docturus ſit, ut ẽt aliorũ q̃ ad ſermonem de ip̃o q̃d eſt cõferunt, & ut p̱ ſe ſufficiẽter ad uniuerſalẽ integrãq̧ de ipſo cognitionẽ q̃tuor dignitates aſſumit, q̃rũ unaquęq̧ ad unũqđq̧ dictorũ ſeruari ↄfert. Et prima ẽ ex diuiſione ſumpta huiuſmõi. Rerũ aliæ ſunt ſolũ actu, aliæ uero potentia, & actu. Et aliud hoc aliq̃d, aliud tale, & aliud tãtũdẽ & cæterorũ aliorũ p̃dicamẽtorũ entis. Ipſum igiẽ ens ſolũ actu in ſubãs ingenitas ẽ & ſubãles ipſarũ actiones. Illud uero q̃d eſt partim potẽtia & p̱tim actu ẽ in oĩbus gñabilibus ſm oĩa p̃dicamenta. Itẽ quẽ ſunt ſimpl̃r actu tantũ ſunt imateriales & primę ſp̃ẽs formę.p. Nã nulla fieri al̃r põt atq̧ fuit a principio. Quæ uero ſunt p̱tim potẽtia, p̱tiq̧ actu ſunt cõpoſita ex mã & forma actu inq̃ ſunt q̃tenus hñt quãdã formã & affectionẽ actu, ut æs, potentia uero q̃a & aliã poteſt recipere ſcilicet formam ſtatuæ. At æthereũ corpus ſm ſubãm ſolũ actu, eſt q̃nquidẽ nunq̃ tranſmutabiẽ ſm ſubãm, p̱ticipat autẽ aliq̃o potentia quo ad motum ſuũ localẽ, & ſm mutationes ſuas differentes inter ſe ſm ipſum motum. Non.n. ubiq̧ ſimul totus adeſt neq̧ ſemper æqualis eſt ad oĩa cõparatio ut indicio ſunt ea quæ ex differẽtibus figurationibus differẽter effecta ſunt, & diuiſio eſt inexplicabilis. Nam perfecta erat. Qđ rerũ aliæ ſunt ſolũ actu, aliæ ſolũ potẽtia, aliæ uero p̱tim potẽtia p̱timq̧ actu ſed nihil ſubſiſtit qđ eſt potẽtia ſolũ. Nã oẽ qđ eſt potẽtia aliquod ens, hẽt potẽtiã in ſeipſo imperfectã qua põt aliq̃d aliud p̃ter ſe aſſumere, ut corpus actu exiſtens potentia album, potẽtia album eſt, tanq̃ nondum exiſtens album, ſed aptum natũ mutari in album, & ob id potentia dicitur albũ. Et ſi ſubſiſtẽtia unũ tale eſt, tñ ratione aliud quidem eſt ſubiectum qđ dicimus poſſe & aptum eſſe, ceu corpus, & aliud eſt potentia imperfecta in ſeipſo quod eſt ipſum potentia, ut uiſile eſſe, qđ partim eſt quale, partim ad aliquid. Sic aũt & aliud eſt eſſe ſerræ, & aliud eſſe ſectibilis. Nam ſi hæc idem eẽnt, eẽt quoq̧ ſerræ eſſe, ipſum eſſe ſectibilis. ſed quęcũq̧ ſunt eidem eadem inuicem ſunt eadem, quare & ſectiui eſſe idem erit ipſi eſſe ſectibile, quare ſecaſſe ipſi ſectum eſſe idem erit. Vt enim ea q̃ ſunt potentia, ita ea quæ ſunt actu. Et Plotinus principio libri quẽ de potentia & actu inſcripſit idem oſtendit dicens. Oportet igitur aliquod ens potentia aliud poſt ipſum poſſe, uel cũ illo ſolum facere illud, uel ſeipſum præbens illi quod poteſt, corruptum ipſum potentia dicitur. Nam aliter æs eſt potẽtia ſtatua & aliter aqua eſt potentia æris & aer igni. Et uniuerſal̃r ipſe inquit oportet ipſum potentia nõ ſimpl̃r dici quãdoquidem nõ nullius ens potentia eſt ut æs potentia ſtatuæ. Nam ſi nihil ex ipſo, neq̧ in ipſo, neq̧ quieq̃ futurum eſt poſt quod erat, neq̧ contingeret aliquid fieri. Eſſet nũquã quod erat ſolum, quod autẽ erat iam aderat & non futurum erat aliquid, igitur potentia aliud poſt ipſum præſens aliquid igitur erat ſolum potentia. Sed cum hæc dicat Plotinus in calce libri inquit materiam ſolum eſſe potentia cum nullum ens ſit eorum quæ ſunt actu. Niſi forte primum ens formam eſſe uolẽs ens uoluerit uſq̧ ad formas peruenire ideo materiam a formis cum decidat hiſceq̧ priuetur ab ente deflect. deficereq̧ uidetur, et ob id cũ non ſit ens ſolum potentia eſt id quod eſt, quanquã & id quod potentia eſt, ſit non ens nondum perfecte penituſq̧ ab ente deceſſerit. Sed omnino ſi ſic potentia eſt ut tranſmutari queat in actu ens, ut aqua in aere, corrumperetur materia quod quidem nõ uult, ſi uero ut manens recipit id quod actu eſt, ut æs recipit, figuram ſtatuę cum ſit quippiam aliud actu natum eſt recipere formas quod ſi nihil exiſtens reciperet id quod eſt actu idẽ enim eſſet id quod eſt potentia & id quod eſt actu quod quidẽ nõ uult. Et.n. neq̧ materia eſt potẽtia forma ſed manẽs qđ eſt, actu nata eſt recipere formas. Sed Porphyrius non admittit. Alexandrum ſic punctum facientem ut contra id quod eſt ſolum potentia diuidatur id quod eſt potentia & actu. Nam inquit, dicendo quod alia ſunt actu, alia uero potentia, reſumẽs q̃ ſunt actu inquit & qđ eſt actu aliud hoc aliquid, & aliud tantum & cætera. Illud uero potentia non diuiditur in prædicamenta. Equidem ipſum potentia non dicitur decem modis, ſed uno modo, quippe materia eſt ſupreme id quod eſt potentia quę quidem una eſt. At ſi accipit ip̃m actu ſiue ſit id compoſitum, ut ſtatua, ſiue id quod eſt ſimplex ut forma, utrunque decem modis dicitur. Et inquit niſi forte etiam ipſum potentia decem modis dicatur. Nam ↄcedens Ariſto. ipſe ſic dixit. { Diuiſo autem ſecundum unumquodque genus hoc quidem eſſe actu, aliud autem potentia, } Hæc igitur dicit Porphyrius uolens ab Ariſto. ipſum potentia oppoſitionem poni ipſi quod eſt actu ſed non ipſum quod eſt ſimul potentia & actu. Et forſitan ex hoc contextu dicente Diuiſo autem ſecundum unumquodque genus hoc quidem eſſe actu, aliud autem potentia, ſic ſuſpicatus eſt. Sed ſi quidem ut plura exem-

plaria adducuntur, ſic ſe habet antiqua ſcriptura. Eſt autem aliquid actu ſolum, aliud uero potentia & actu, hoc uero hoc aliquid, aliud autem tantum, & cætera. ubi plane hoc ſolum additum indicat diuiſionem ipſius actu fieri ſoliimodo contra id quod eſt ſimul actu & potentia, ut Alexander & Themiſtius admiſerunt. Nam ſi ei quod eſt actu opponitur id quod eſt potentia ſolum nequaquã aſſumens utrunq; ſimul, cur addidit ſolum ipſi quod eſt actu? Qñ aũt interpretatio eẽt mutua cũ diſtantia dicens, hoc quidem hoc aliquid illud uero tantũ? Attamen ut quidam libri ſcripti ſunt, ſic ſe habet cõtextus. Eſt ſane aliquid hoc actu, illud uero potentia & actu, hoc quidẽ hoc aliquid, aliud uero tantum. põt qu dem & ſic punctum fieri ut Porphyrius admiſit. Sed cur ipm actu ſolum in decem pdicamenta diuidit, cum & ipſum potentia in cunctis conſideretur, ut Porphyrius confeſſus eſt & Ariſto. uerba adducens dicentia. Diuiſio autem ſm unũquodq; genus hoc quidem eſſe actu illud uero potentia. Niſi forte igitur diuiſio a principio facta ſit in eo qd' eſt actu ſolum, & in id quod eſt ſimul actu & potentia, & hoc diuidi inquit in decem prædicamenta. Nam eo qd' ipſum ſolum actu quod eſt imaterialis & intellectualis forma nec ubi neq; quando, neq; poni ei competit, ſed ipſum ſimul actu & potentia eſt ſm unũquodq; genus conſideratum, ut in qualitate aliquando quidem actu calidum uel album eſt quã do iam accepit formam, aliquando uero potentia, qñ præſertim nondum eſt ſed põt eſſe. Hoc igitur ſic ſe habente merito dixit. Diuiſo autem ſecundũ unumquodq; genus hoc quidem potẽtia, illud uero actu. Nam hoc in principio diuiſionis ipſum actu & potentia ſimul dixit conſiderari in oĩbus pdicamentis ipſum uero ſolũ actu non dixit diuidi in decẽ pdicamenta neq; ipſum accepit nunc niſi grã pfectę diuiſionis. Sciẽdũ autẽ qd' ens non diuidit ut genus in ipſum potẽtia ſolũ, & in ipſum qd' eſt ſimul potentia & actu ſed uelut uocẽ ęquiuocã, & qa aliud eſt ipſum potẽtia, & ipſa potẽtia, eo qd' ipſi qd' eſt potẽtia opponitur ipſum qd' eſt actu ſed potentiæ opponit actus. Et potẽtia qdem eſt pparatio perfecta ſubiæ & idoneitas qdam nõ pphibita delatiua actus ad agendum. Ac ipſum quod eſt potẽtia ẽ aptitudo qdam imperfecta ad id ad qd' dicit eẽ in potẽtia recipiens id qd' eſt actu ab alio & non a ſeipſa recipiẽs. Ipſum uero actu eſt id qd' agere iam põt ſm illud ſm qd' dicitur. Nã actu hõ eſt, qui iam ſecũdum humanã formã agit. Actus autẽ eſt, oppoſitus potẽtiæ & a potẽtia pductus actiuus motus, & operans eſt in opere & opus ſiue factio eſt ẽt actio. Et a potẽtia intus manẽte & nõ apparẽte ipſum potẽtiæ nomẽ deriuatũ eſt qd' in ſola idoneitate aptitud neue ſubiæ conſideraĩ ſubiæ exiſtẽs uelut diſpoſitio. Sed ab actu ipm actu ſm ſubãm rurſus uelut cooperantem conſideratam. Velle autem eſt in hoc aſſumptum ut dixi ſcilicet diuidere entia in ea quæ ſunt actu et in ea quæ ſunt potentia & actu ad aſſignationem diffinitionis de motu, ut proceſſu operis percipiemus.

Eorum autem quæ ſunt ad aliquid, aliud quidem ſecundum ſuperabundantiam & defectum dicitur, aliud autem ſecundum actiuum & paſſiuum, atq; omnino motiuum & mobile. Motiuum enim, motiuum mobilis eſt: & mobile, a motiuo eſt mobile.

Com. 3. Hoc ſecũdum aſſumptum aſſumit cum ſit ipſi utile ad oſtẽdendum in quibus ſit motus, quia in mobilibus. Sed diuiſionẽ, in ipſo aſſumpto facit eorum quę ſunt ad aliquid non diuidendo oẽs ſpecies eorum quæ ſunt ad aliquid ſed de his ſolis mentionem facit ſcilicet de ea quæ ſecundũ exceſſum & defectum dicitur ac de illa quæ eſt actiui & paſſiui, quia ipſe putat eſſe motum in actiuo & paſſiuo, ſed alij collocant eum in exceſſu & defectu quos conabitur procedẽdo obiurgare ac refellere. Etenim motus eſt in ipſo ad aliquid. Sed Plato quidem poſuit ipſum in exceſſu & defectu dicens ipſum eſſe inæqualitatem & diſſimilitudinem atque diuerſitatem uel alteritatem mouentis ad motum quę ſunt cauſę motus. At Ariſtoteles nõ in hac ſpecie ſed in effectiuo & paſſiuo & uniuerſaliter in motiuo & mobili. Nam in pluribus mouentis actio cum ſit factio eſt paſſio in quo actio collocatur, ut uerberantis actio quæ eſt ſecundum ipſum uerberare in uerberato eſt paſſio eo quod uerberatur, & effectiuum ad paſſiuum & motiuum ad mobile reſpicit. Hæc autem potentia accepit io quibus eſt motus, quia horum actus eſt motus ut oſtendetur. Cæterum cum oppoſitum effectiuo aſſignet paſſiuum iuxta nominum conſuetudinem quia ſecundum figuram dictionis ipſi effectiuo factile opponitur, & paſſiuo paſſibile equidem non nomẽ traxit paſſiuum ab ipſo ingerente paſſionem ſed ab ipſo paſſibili, ad apertiora & propoſitis conuenientiora deſcendit cum ad motiuum mobilis deuenit, in quibus plane eſt aliud actiuum & paſſiuum aliud etiam ſecundũ dictionem. Quod uero ipſa ſecundum exceſſum & defectum ſit ad aliquid indicant magnum & paruum. Sunt quoq; pleręq; aliæ ſpecies ipſius ad aliquid. Nam aliæ ſunt in ęqualitate, aliæ uero in ſimilitudine aliæ autẽ ſecũdum iudicium & coprehenſionem ut uiſiuum & uiſile, & ſcientia & ſcibile. At ipſe hes dũtaxat ſpecies ipſius ad aliquid accepit tanquã utiles ſibi ad tractandum de motu, ex quibus oſtendit quod motus non uerſatur in exceſſu & defectu, ut quibuſdã uidebatur, ſed in motiuo & mobili, ſiue effectiuo & paſſiuo, & uniuerſaliter in his quæ tranſmutãtur ab ente actu ex potentia in actum. Quod uero motiuũ & mobile ſint ad aliquid oſtendit per conuerſionem dicens. Nã motiuum mobilis motiuum & mobile a motiuo eſt mobile.

Non eſt autem motus, præter res. Mutatur enim ſemper id quod mutatur, aut ſecundum ſubſtantiam, aut ſecundum quantum, aut ſecundum quale, aut ſecundum locum. commune vero in his nihil eſt accipere, ſicuti diximus, quod neque hoc, neque quantum, neque quale, neque aliorum prædicamentorum vllum ſit. Quare neq; motus, neq; mutatio, vllius erit præter ea quæ dicta ſunt, cum nihil ſit præter ea quæ dicta ſunt. Tex. 4.

Hoc tertium aſſumptũ ſumit quod non eſt aliquis motus Com. 4. pręter res motas per quod cõſtituit etiam prędictũ. ſ. quod in mobilibus & motiuis eſt motus. Nã ſi motus nõ eſt pręter eas res, in motis, certe uel mouẽtibus eſt motus, & non erit motus per ſe, neq; ut idea motus idipſum exiſtens motus tanq; nullus ſit motus ut uidet Plato in ſophiſta & Parmenide dicere, neq; ſubſtantia quędã eſt ipſe motus ſicut Plato diffinit aĩam motum per ſe mobilẽ dicendo. Nã ſi motus collocatur in motis uel mouentibus rebus, motus ẽ aliquod accidẽs & nõ ſubã per ſe conſiderata. Equidẽ oſtẽdet quod eſt in motis. Hęc igit per dictum aſſumptũ conſtituit. Et adhuc exploratius & ſpecialius quia motus eſt uox ęquiuoca & nõ eſt cõe genus præter ſingularia. Vel hoc ipſum quod eſt generalis motus ſiquidem in ipſis ſolis rebus eſt motus quadrupliciter ſubſiſtens ſcilicet ſecundum ſubſtantiam ſecundum qualitatem, ſecundum quantitatem, ſecundum locum, quibus nullum eſt commune genus ſiquidem hæc cenſeantur prima genera eſſe. Et ob id reuocat ad memoriam (ut diximus) oſtendendo ens non eſſe commune genus decem prædicamentis. Nam ſi eſſet aliquod commune genus illorum in quibus eſt motus, eſſet etiam motus primo in illo communi, & ipſe eſſet genus motuum ſub eo, & non amplius eſſet de numero eorum quę multipliciter dicuntur. Nam ſic ſe habet motus ut ea in quibus eſt, quia non eſt extra res. Quod uero non ſit præter res motus neque ſine illis contempletur, oſtendit inductione. Nam, inquit, quod mutatur aut ſecundum ſubſtantiam, aut ſecundum quantitatem, aut ſecundum qualitatem,

aut

aut ſecundum ubi mutatur, & nullum mutari intelligi poteſt quin ſecũdum aliquod horum mutetur. Sed quod Ariſtoteles nunc haud ad diffinitionem animæ inſtet quæ dicit ipſam eſſe motum per ſe mobilẽ, neq; ad ideam motus patet animaduertenti quia motum ut genus deſtruens oſtendit ipſum eſſe de numero eorum quæ multipliciter dicuntur. Item neque idea motuum neq; anima eſt genus motus ſecundum Peripateticũ ſignificatum generis ſiquidem genera ſint complexiua ſpecierum, & ſiquidem æqualiter ipſis ineſt. Niſi forte inſtet contra quoſdam qui tum motum cõnumerarunt in prædicamentis, ut fuit poſtea Plotinus & ob id dicit motũ non eſſe genus. Verum ſi omnis motus eſt ſub ipſo ad aliquid in motiuo & mobili cõſideratus quonã pacto ſub uno gñre motus exiſtẽtes, non uniuoci ſunt, ſed æquiuoci. Aut nil uetat (inquit Alexander) aliqua exiſtentia ſub uno quodam genere inter ſe æquiuoca eſſe. Proinde Alexandrei animalia, et homines ſub ſubſtantia ſunt, tamen æquiuoca ſunt inter ſe. Item æquale quod eſt in prædicamento ad aliquid æquiuocum eſt æquali in continuo & in diſcreto, ſic autẽ & motus eſt ſub ipſo ad aliqd eo quod unuſquiſque ipſorum eſt ad aliud, tamen motus ſunt æquiuoci eo quod ea in quibus ſunt, non habent commune genus, ſed ſunt differentia genera. Nam ſubſtantia aliud genus eſt, in qua generatio & corruptio ſunt, & aliud qualitas in qua eſt alteratio, & aliud quantitas in qua auctio & diminutio, & aliud ubi prædicamentum in quo eſt mutatio ad locum, quare & motuum qui ſunt in ipſo differentes fient rationes. Hæc igitur Alexander qui pulchre annotat quandoquidem non faciat uniuocum genus eſſe ſub ipſo, ſed ſpeciem illam ſub ipſo à cõmuni nomine ſignificatam. Huius gratia & Ariſto. adiecit hoc (ſed quorũ ſecundum nomen ratio) in prædicamentis, ideo homo homini eſt uniuocus. Motus autem in ſubſtantia cum motu in qualitate non eſt uniuocus, Sed opinor inſtandum eſſe quia ſi ob id æquiuoci ſunt motus, quia ea in quibus ſunt non habent cõmune genus, profecto patet quod in quibus idem ineſt ordinatis ſub uno genere, etſi in alio genere fuerit nihil ꝓhibet ea uniuoca eſſe ſecundum illud. Ipſum igitur æquale in continuo & in diſcreto conſideratum quæ quidem ambo conſiderata ſunt ſub quantitate quid prohibet uniuocũ eſſe eiſdem, aliquo modo autẽ motus quia in pluribus eſt generibus, æquiuocus eſt. Nam ſic & ipſum ad aliquid, quoniam in ſubſtantia, quantitate, qualitate, conſideratur, uox erit æquiuoca & non genus. Dicens autem quod differentium motuum cõmune nullum accipi poteſt, quale ſit illud cõmune quod negat, ſignificauit in prędicamentis in quibus motus ſermonem transferens dicendo, quod neq; hoc aliquid eſt neq; quantitas, neque qualitas. Tale autem eſt cõmune genus & ſpecies. Non enim quod conuenit omnia ſub ipſis hæc dicuntur cõmunia, ſed quod nullum particulare ſunt, apparet tamen cunctis particularibus competere, ut ars non eo quod contemplatrix, actiua, & factiua eſt, hac ratione eſt genus particularium artium, ſed eo quod nulla particularis eſt, tamen in pticularibus omnibus apparet. At ſi motus æquiuocus eſt, quomodo diffinit ipſum. Nam æquiuocorũ non ſunt diffinitiones. Niſi & diffinitio ſit æquiuoca ęquiuocorum. Etenim principium cum ſit æquiuocum, etiam diffinitio æquiuoca erit quę dicit principium eſſe uniuſcuiuſq; primum, igitur & actus mobilis qua mobile, erit hæc diffinitio æquiuoca, per æquiuoca igitur æquiuocum aſſignaretur. Neceſſario igitur & hoc aſſumptum ſumpſit, ne quis audiendo diffinitionem motus putaret quod uelud genus ipſius diffinitio aſſignaretur, ſed quatenus perfecte uox æquiuoca eſt per æquiuoca aſſignatio fit. Quia autem philoſophus eſt ex Liceo hoc unũ & ſolum diſſidens dogma de motu à dógmate Platonis tradidit, licet alter dicat quod motus nõ eſt præter res, & tollat motum eſſe genus, alter uero aſſerat motum eſſe unum genus entis uelut ſubſtantia, partim idem partimq; diuerſum. At optimum erit ſi poteſt concordia conciliatioq; horum demonſtrari in diſſenſione apparente. Et promptum eſt dicere quod Plato genera quæ ab ipſo dicuntur entis conſiderans in mundo intellectuali uelut primas cauſas diſtinctas ab entibus, merito motum ſtationem, identitatem, & alteritatem diuerſitatẽue & alia uelut in ſeipſa exiſtentia pandit. Nam ut unitas ineffabilis eſt in illis, ſic etiam eſt puritas incõmixta. At Ariſt. de naturali & materiali natura quærens, merito in motis talem motum contemplatur. Non enim eſt hic motus per ſe, ideo etiam inducit. Mutatur enim id quod mutatur aut ſecundum ſubſtãtiam, aut ſecundum quantum, aut ſecundum quale, aut ſecundum locum. Quod uero in generabilibus mutationes & prædicamenta propriæ ſint plane oſtenſum eſt in his quæ diligenter tractata fuerũt de ipſis. Et ex his compertum eſt, ſiquidem motum in his quæ ſunt potentia collocet. Sed adhuc attentius & propoſitis cõuenientius dici poſſe exiſtimo, quia Ariſto. admodum admirabiliter & ſecũdum ipſum proprietatem motus intuitus eſt atq; ſpectauit. Nam cum ipſum poſuit in actione paſſioneque uerſari, merito dixit motũ non eſſe præter res, ideſt præter genera entis, ideo ſubiungit. Mutatur enim ſemper quod mutatur, aut ſecundum ſubſtantiam, aut ſecundum quantum, & cętera. Nam quõ poſſunt ipſa actio & paſſio per ſe cõſiderari ſine agente & patiẽte? Nouit tñ Plato talem differentiam in his quæ ſunt ſecundum quam aliqua ſunt per ſe, alia uero cum aliis & in aliis conſiderantur. Et tertio etiam dicitur quod propoſitum eſt oſtendere non eſſe motum genus, ut neque putet eius eſſe genus, quia non omnibus entibus ſimiliter, æque competit. Quod quidem & amici Platonis fatentur dicentes ens competere entibus ut analogum, ut etiam Ariſt. Ideo & aliud eſt hoc generis ſignificatũ quod diuiſum in ſpecies ipſę æqualiter participant genere quod quidem negat motui Ariſto. quia plures motus gradu motus diſtinguitur inter ſe, & aliud eſt generis ſignificatum ſecundum quod genera entis Plato appellat quæ per omnia tranſeunt, etſi non ęqualiter neq; ſecundum eandem proprietatem omnibus inſit quæ deinceps ſunt. Nihil igitur mirum eſt ſi Plato motum genus uocet ſecundum hoc ſignificatum generis, & Ariſto. tollens eſſe genus ſecundum alterum ſignificatum uult motum non eſſe genus pręſertim cum genera nolit per ſe eſſe, neq; ſine ſpeciebus ſubſiſtere, neq; ſpecies ſine indiuiduis quando ipſa ut ſpecies & genera quod eſt dictu idem uelut elementa indiuiduorum conſideret, ſed non uelut cauſas ſeparatas. Nam tum prius ineſſe uult proprietatem participantium in ipſis, quarto notandum eſſe exiſtimo modum philoſophorum quia alius eſt motus quem Plato uelut unum genus entis ponit ipſum ſecundum aliud ſignificatum conſiderans, & alius eſt atque aliam intelligentiam habet, de quo nunc Ariſtote. docet. Etenim ille motus primam ab ente productionem exitumq; in potentias & actus uitales & intellectuales ſignificat prorſus exiſtentem immutabilem, ut indicant dicta in Sophiſta ex quibus motus emergere uidetur. Sic inquit. Quid uero dic per Iouem reuera motum uitam, animam, ſapientiam facile perſuadebimus enti prorſus non adeſſe, neque uiuere ipſum neque ſapere, ſed uenerandam & ſanctam mentem habere atque immobile ſtabileque eſſe? Theętetus, Abſurdum nimis id Hoſpes ſi ſermonem conceſſerimus. Hoſpes. nunquid mentem habere, uitam uero minime dicemus? Theætetus, & quomodo? Hoſp. an hęc utraque illi ineſſe dicemus, non tamen ab eo in anima contineri? Theætetus. At quonam modo alio contineret? Hoſpes. utrum mentem, uitam, animam habere dicendum, immobile tamen cum ſit prorſus animatum ſtare. Theætetus. Hæc omnia mihi ridicula eſſe uidentur. Hoſpes, motum igitur & motionem tanquam exiſtentia cõcedendum eſt adeſſe, Theętetus quid obſtat? Hoſp. ex hoc ò Theętete accidit igitur mentem nulli rerum mobilium uſquam de nullo eſſe. Ecce quod & ipſe motus quem Plato inuenit adnumerat cum aliis quibus tanquam in rebus ipſum conſideratus ſit ſecũdum uitam & ſapientiam ipſius omnino entis manifeſtus. Quia autem ibi omnia quod quidem dixi, cum immixta unitate & inſegregabilẽ & perfectam hñt ſeparationẽ propter hoc et per ſe motũ accidebat ei ꝯſiderare & ipſm uelut genus entis ponere. At hic tra-

ditus motus eſt mutatio ſemper fluens & actus eius quod eſt in potentia dum manet in potentia ideo & tempore menſurat, ut ille apud Platonẽ menſuratur ſempiternitate & uiget in motus non habens per ſe ſubſiſtentiam. Cauſam autẽ op nor differentiæ talis intelligentiæ hanc, ꝙ Plato cum cenſeat exemplaria eſſe cauſas eorum quæ ſunt hic eiſdem nominibus appellauit. At Ariſt. talẽ nominis cognationẽ cauere uoluit tãquã ſm- oomẽ & intelligentiã ſimilẽ nobis ꝓpoſitam eſſe uoluerit. Sed de his alias, iaus nunc. cæterũ ad reliqua eundum eſt.

Tex. 5. Vnumquodq; autẽ, dupliciter ineſt omnibus, vt hoc. aliud enim ẽ forma ipſius, aliud vero priuatio. Et ſecundum quale. hoc enim eſt album, illud autem nigrum. Et ſecundum quantum. aliud enim perfectum eſt, aliud vero imperfectum. Similiter autem, & ſecũdũ lationem. hoc enim ſurſum, illud vero deorſum, aut aliud quidem leue,

Tex. 6. aliud vero graue. Quare motus et mutatiõis ſpecies, tot ſunt, quot entis.

Com. 5. Quartam dignitatem ſumit, ꝙ unumquodq; dictorũ in quibus eſt motus id eſt uel ſubſtantia, & quãtum, & quale, & ubi dupliciter ineſt omnibus exiſtentibus. Etenim id quod ſubſtãtia participat uel ut formam iam habens, uel ut priuatũ forma participat, & id quod participat quali ſecundũ alterum uniuſcuiuſq; oppoſitionis in qualitate participat. Etenim ſm colorẽ aut albo aut nigro participat ſecundum ſapores, aut dulce aut amaro. Item ſecũdum tactiles qualitates, frigido & calido. Itẽ in quãtitate & ubi eadem ratio eſt, ſimiliter de omnibus intermedijs quæ habent ordinem contrarij ad contrarium. Nam fuſcum ad nigrum album eſt, ſed ad album nigrũ. Verum expoſitores formam & priuationem non de ſubſtantia ſolum dicta admittunt, ſed etiam de quanto, quali & ubi, quia cũctis quod deterius eſt cõtrariorum uidetur eſſe priuatio. Vt enim in ſubſtantia forma quidem ſtatua, & priuatio eſt informitas ęris, ſic in quali forma eſt album, priuatio uero nigrum. Item forma eſt uirtus, & priuatio malitia, & item in quantitate perfectum & imperfectum. Item in loco ſurſum & leue forma eſt, deorſum & graue, priuatio. ideo & priora ſunt quæ ſunt naturæ tendentis & grauis deorſum, & ſenectus flectiẽ, & morbus ingraueſcit. Et diuina ſurſum, & mortalia deorſum. Item uirtus dicitur ab ipſo eleuari ſupra, & malitia ab ipſo frangi flectiue, & fractio & fractum incuruatumque deorſum. Hæc igitur Porphyrius uerborum amicus narrat. Niſi forte Ariſtoteles principalius formam & priuationem poſuit in ſubſtantia, & in alijs contraria appoſuit. Etenim imperfectum et ut minus oppoſuit ipſi perfecto, & ut maius ipſi cõmenſurato & medіocri ambo dicendo eſſe ſecundum quantitatem & ſm quale, & ſecũdum lationem propria accipiens. Attamen ſiquis dixerit in unaquaque oppoſitione decentiua eſſe ut melius tribuatur formæ, & prius priuationi non immerito dicet, et ſpecies & forma maxime ſubſtãtiæ competat undiq; patet. Cum igitur duplicitas ſit ſecundum unumquodque genus eorum in quibus eſt motus, duplex quoque erit in unoquoque horum motus & mutatio quæ fit ab utroque oppoſitorum in oppoſitum. Etenim motus ſecundum ſubſtantiam alius eſt generatio, alius uero corruptio. Et motus ſecundum quantitatem alius eſt auctio, alter uero diminutio. Et motus ſecundum quale alius dealbatio, alter uero denigratio, ſimiliter in alijs mutationibus ſecũdũ qualitatem à qualitatibus motus denominabuntur. Item ſecundũ locum motus alter ſurſum aſcenſus, alter uero deorſum deſcẽſus. Vbiq; autem ille motus qui eſt uia ad melius oppoſitorũ habet rationem formæ & formæ ipſum comparabit, ſed motus ad peius & priuatiuũ aſſimilabiẽ priuationi. Vnde Alexã. inquit oſtendens ꝙ unumquodq; eorum in quibus eſt motus dupliciter ineſt oĩbus merito intulit. Quare motus & mutatiõis ſpecies tot ſunt quot entis. Nam ſi non eſt motus pter res, meriso ſimul diuideretur motus cum rebus in quibus eſt, magis quoq; ſi actus quidam motus eſt ab utroq; eorum in unoquoque genere ad alterũ, patet quod duplex erit etiam ipſe. Erat autem inquit conuenientior hic contextus præpoſitus ſcilicet, Vnumquodq; autẽ dupliciter ineſt, coordinatus cum ſuperiore ſcilicet. Non eſt autem motus præter res. Niſi forte ſuum ꝓpoſitum ſit nũc aſſumere duplicitatem motus bene prius oſtẽderit in generibus entis in quibus eſt motus duplicitatem eſſe & ſecundum hanc duplicando genera tunc intulit. Quare & motus & mutationis ſpecies totidem ſunt quot entis, id eſt entã & ipſi motus duplicati erunt. Nam quia in ſubſtãtia forma & priuatio ſunt, etiam motus duplices in ipſa ſunt, quorum alter in formam generatio, alter uero in priuationem corruptio et in alijs eodem modo. At ſi ut Alexander putauit, oportet ut contextum prius ordinari quam hunc qui dicit. Vnumquodq; autem dupliciter ineſt quid opus erit in contextu ſubiuncto. Species autem dicit nunc motus & mutationis nõ uelut ex uno genere diuiſas, ſed uelut differentes proprietates. Item bene dixit non ſolum motus, ſed etiam mutationis, quia de motu ſecundum ſubſtantiam qui eſt generatio et corruptio poſtea quęrit, qui etiam forte non eſt motus, ſed mutatio. Si ergo aliquis dubitet, quomodo motus et mutationis ſpecies totidem eſſe quot entis dixit, ſiquidem demonſtrabit in quatuor ſolis pręædicamẽtis eſſe motum uidelicet in ſubſtantia, quantitate qualitate, & ubi, is ſciat quod dicendo unumquodq; generum uel ſpecierũ in quibus motus eſt dupliciter ineſt omnibus ſecundum oppoſitionem in unoquoq;, quoniam totidẽ modis etiam motus dicitur, merito ſubiunxit. Quare motus & mutationis ſpecies totidem ſunt quot entis non omne ens accipiẽs, ſed illud eius q̃d eſt ad motum æque reſpõdens, quod erat id in quo eſt motus, & hoc erat in quatuor generibus entis. Sed dignum quæſtione eſt cur cum id q̃d eſt potentia & quod eſt actu in cũctis generibus entis eſt, & motus cum ſit actus eius quod ẽ in potentia quæ tale eſt, in quatuor ſolis generibus entis ſcilicet ſubſtãtia, qualitate, quãtitate, & ubi motus eſt, ut etiam in pręædicamẽtis oſtenſum eſt, & in quinto huius tractationis oſtendere diligenter ſtudebit, & in alijs minime eſt. Quod uero in cũctis ſit actus eius q̃d eſt in potentia mouẽtis in potẽtia liquet. Etenim mutatio dextri cum aptum ſit ſiniſtrũ fieri, eſt in ſiniſtrum quæ quidem eſt actus eius ꝙ eſt in potentia dum eſt in potentia dũ mutatur. Et qui ſedet cum ſit aptus recũbere & mutatus ab altero in alterum manente ipſo in potẽtia in trãſmutationem cadit ſub diffinitione motus ſm talem mutationem. Et in alijs pdicamentis non dubitabimus factas mutationes ſecundũ differentes ſpẽs ſub genere cadere ſub diffinitiõe motus. At Ariſt. in quinto huius tractationis cauſas dicit cur motus ſubſiſtit in quatuor ſolis uel tribus pdicamentis. Et expoſitores Ariſto. ad illum uſq; locum huius dubitatiõis ſolutionem differũt. At nec in pſentia malum eſſet forſitan breuibus ibi dictas cauſas conſiderare ob eos qui non facile admittunt differri ſolutiones dubitationũ ad aliam ſoluendi occaſionem. Cur igiẽ Ariſt. cenſeat motus & mutationes ex contrarijs fieri in cõtraria, uel ex medijs hñtibus rationem contrariorũ, ob id inquit ſm ſubſtãtiam non eſt motus quia nil eſt ſubſtãtiæ contrarium. Item neque in hia ad aliqd. Nam fieri poteſt ut alterũ mutetur, & uerũ ꝙ alterum nõ muteẽ, ceu qui prius ſtetit à dextris mutato ſiniſtro in dextrũ, erit etiam ipſe ſiniſter quãq; non ſit mutatus q̃re per accidens eſt talis motus proinde neq; in agente & patiẽte neq; omni moto & mouente eſt quod nõ eſt motus motus, neq; mutationis mutatio prorſus Ariſto. igitur horum prædicamentorum cum ſic aſſignaſſet conſiderationes poni & habere, & ipſum quando prædicamentum pteрmiſit. Etſi in ſubſtantia non eſt motus quia nõ eſt cõtrarietas, tamẽ mutatio eſt quod ipſe plane fateẽ, dicens etiam ſpecies mutationis eſſe generationẽ & corruptionẽ. Sed in ipſis ad aliquid cur nõ ſit motus cũ ſit ꝯtrarietas, ut etiam ipſe Ariſt. fatetur dicẽdo in pdicamentis. Ineſt autem & contrarietas in ipſis ad aliquid ut uirtus & uitium contraria cum ſit utrũq; ad aliquid, & ſcientia eſt

contraria

contrariæ ignorantiæ. Nam etſi dextro moto ꝙ prius extitit ſiniſter non motus ipſe fieret dexter tamẽ primum dexter prius ſtans & motus non ſm accidens, ſed per ſe mutauit cum loco & dextri habitudinem cum ſit factua ſiniſter, & non motus autem quia habitudo nõ in uno eſt ſed in utriſq; habitudinem in ipſo non per accidens, ſed per ſe ſimul motã retinuit cum mutatione tranſmutati, ut ſiquis uirgæ alteram extremitatẽ deorſum impellat, & alteram ſurſum moueri faciat non per accñs ſed per ſe erit motus, quia unus motus eſt ambarum extremitatum. Quod uero hæc etiam Alexan. placeãt, audias uelim q̃ ille poſt pauca inquit exponendo uerba hæc. Ideo motus eſt actus mobilis qua mobile. Nam dicit, Vel etiam in ipſo ad aliquid ipſum potẽtia duplum nõ motum eſt, tñ ſi potentia dimidium moueat̃ ut ipſum duplum fiat. Non erat aũt alia potentia ea quæ eſt dupli potentia & ea quæ eſt dimidij, quare ſecundum actum potentię & in illis motus unius potentię exiſtẽtis ſm ſubiectum, & facit differentes habitudines eorum ad aliquid. Quod ſi facere & pati ſunt motus, et propter hoc non eſt in his p̃dicamentis motus quia haud eẽ poteſt motus motus ne in infinitum abeamus, primum quidem etiam facere & pati ſuſcipiunt contrarietatem ut dictum eſt in prædicamentis Nam inquit frigefacere eſt contrariũ calefacere, & frigefieri calefieri, & lætari triſtari, et eſt mutari ab altero in alterum contrariorum. Nam qui oblectatur cibo dum ueſcitur, ſi nimiũ impleatur & in oppilationem incurrat, ꝓfecto triſtabit̃. Item calidus frigeſit. Item aer calidus prius in frigidum tranſmutatur. Si ergo hæc ita ſe habent, cur non erit motus ſm agere & pati mutatio non procedentibus nobis in infinitum, ſiquidem in ſpecies & ex ſpeciebus ſint mutationes? Nam haud in infinitũ calefimus uel frigefimus. Item ſi corrumperetur & fieret ambulatio progreſſuſq;, quomodo nõ eſſet mutationis mutatio. Etenim ambulatio eſt quædam mutatio & ipſa generatio & corruptio quædam mutationes ſunt. Vel ſi hoc, quia & ipſe mutationes nõ prius exiſtentes aliquando fiunt & intereunt, rurſus erunt, & harum mutatiões & hoc in infinitum. Et ſiquidẽ hoc abſurdum eſt. Niſi forte non ſoluitur non eſſe mutationis mutationem dicẽdo. Nam hoc adhuc abſurdius eſt, ſiquidẽ plane appareat ædificare, ambulare & calefieri in eſſe mihi heri etſi forte non extiterint, tamen hodie ſunt quod quidem non ſine mutatione accidit. Nam licet ipſe ſim qui tranſmutatus ſum, tamen & ipſe formæ cum ſint quædam entia & quemadmodum ſubiecta ex non eſſe ad eſſe mutantur & ab eſſe ad non eſſe, attamen non amplius harum mutationes ut ſubiecta ſumpta ſunt. Item dici poteſt quod neque motus ſimpliciter eſt ipſe motus quatenus motus. Nam agens quatenus agit non mouetur, patiens uero ſi moueretur ex alia paſſione in alia quatenus talis motus, ſed non quatenus ſimpliciter motus mutatur. Et ſi quid dicit ratio hæc in ipſo agere & pati cõtrarietas eſt & motus uel mutatio à diuerſis in diuerſa, non amplius tamen in horum mutatione eſt mutatio quia non ſunt tales mutationes ut ſubiecto, ſed ſolum mutationes neq; motus ſunt motus, ſed uelut talis motus. Sed hoc amplius latius ponderãdum diſcernendumq; eſt. At in prædicamento quando cur non erit motus uel mutatio. Vt enim mutor ex albo in nigrum et à loco in locum, ſic etiam ex anno præterito ad annum præſentẽ & ad nuper, quomodo nãque differt hoc à motu ex Liceo in Academiam. Etenim ſi partes temporis corrumpãtur nihil eſt ob id. Nam neque ſi Liceum corrumperetur dum uadit aliquis in Academiam iam ob id non eſſet motus ad locum. Etenim album etiam corrumpitur quando ab albo in nigrum mutatur. Quod ſi aliquis dicat quod motus ſecundum locum latio eſt quædam per locum & ſucceſſio, ſed per tempus nihil fertur, ſed tempus una cum ijs quæ feruntur mutatur & pertranſit. Nam ſenectus iuuentus & talia omnia ſunt alteratiões & paſſiones corporum circa ſeipſa & in ſeipſis, ſed tempus aliter ſimul abit & pertranſit. Si quis igitur hæc dicit, uidetur his mihi nimio ſenſu uti & ob id non ſimul intelligere effectiuum temporis atq; curſum, ſed mutationem, ſecundum locum, quando quidem loco cadente ſub ſenſu fatetur etiam temporis definitionem tanquã non uideatur tempus, uerũ intelligere oportebat quod ſemper aliquid in nos tempus agit, & quemadmodum ex albo in nigrum mutamur, ſic à pręteriti anni paſſionẽ in hodiernam & præſentem non quatenus à paſſione in paſſionem mutatio fit ceu à iuuentute in ſenectutem ſecundum diuerſam corporis diſpoſitionem, ſed ſecundum temporalem coapparentiã præteriti & pręſentis anni. Huic ſermoni Eudemus qui inter amicos Ariſtotelis familiariſsimus ei fuit, teſtimonium affert dicens in ſecundo de naturalibus poſtquam dixit alios quatuor motus. Etenim quando poſſibilibus quatenus poteſt accidit motus. Nam omnia in tempore mouẽtur. Nã ſi quis dicat motum eſſe in tempore, ſed non ſecundum tẽpus: Signum autem quidam inquiunt quod nullus motus ſit proprieſm tempus eſſe quia nulla quies eſt ſm tempus. Nullum enim tẽpus eſt idem tẽpori, ſed ſemper aduenıẽs diuerſum eſt, quare nõ erit ꝑmanẽs in eodem tp̃e, ſed idẽ eſt in eodẽ loco & in eadem qualitate. At conſiderandum eſt nunquid hoc ſignũ ſit contrarij potius. Nam ſi nullum tempus nulli idem, ſed ſemper adueniens alterum, patet quod tempus eſt dum fit & interit, quomodo igitur in heſterno tempore, quando in hodierno fieret, non diceretur ſecundum tempus mutari cum ſit heſternum tempus corruptum. Item ſecundum ipſum prædicamentum poni erit motus, ſiquidem differentiæ poſitionis ſint ſupinum & apex ſummitaſue, & hęc contraria ſunt inter ſe, cur nõ diceretur itaq; ſecundum poſitionem mutari id quod mutatũ eſt ex ſupino demiſſoq; ad ſummum & ſuperſtans cum alia ſit in ipſo ſecundum locum continentem mutatio, & alia ſecundum poſitionem & figuram poſitio. Similiter etiã ille qui mutatur ex ipſo armorum habitu et ſpoliatur armis & inermis fit, cur non diceretur ſecundum ipſum habere mutari. Equidem in quibus prædicamentis eſt cõtrarietas, cur non & moueri diceretur ſubiectum ſecundum illa, in quibus autem non eſt priuationes tum uelut contrarietates circa ſubiectũ ſubſiſtũt, ceu inerme nudumue eſt oppoſitioni ipſi armato. Deinde ſi nõ eſſet oppoſitio, tamen ſufficeret ipſum eſſe aut non eſſe ſecundũ prędicamentum ubi eſt. Etenim in ſubſtantia eſt mutatio, quãuis non ſit contrarietas. Nam ſi eſt cõmunis omnium generũ contrarietas ſecundum formam, & priuationẽ, ſic etiam prius armatus ſi nudaretur is mutaretur ex ipſo habitu armorum ad non habitum aliquando etiam poteſt mutari ex grauiore armatura in leuiorem. Sed communiter ſciendum eſt, quod cuncta prædicamenta in generatione conſiderata cum ſubſiſtant in ſingularibus ſuſtinent mutationem. Vt enim hic ſubſtantia generabilis & corruptibilis eſt, ſic etiam qualitates quantitates, & alia prædicamenta ſunt. Quemadmodum igitur ſubſtantia & ſi moueri non diceretur, quia non eſt ex ſubiecto in ſubiectum mutatio cum requiratur prorſus aliquod eſſe ſubiectum in motu, tamen etiam ſubſtãtia conceditur mutari per ſe & non per accidens, ſic etiam unumquodque aliorum pręd icamentorum per ſe mutari concederetur tanquam factum & corruptum ut albedo, tricubitum, & dexteritas, & ſubiectũ his, participans proprie ſecundum hæc diceretur mutari, ſiquidem illo permanente fiunt & corrumpuntur hæc circa ipſum quod quidem eſſe proprium eorum quæ mouentur, Ariſtote. dixit. Vnde ſi in cunctis prædicamentis eſt ipſum potentia, & oſtenditur quod motus eſt actus mobilis qua tale eſt, quomodo non erit motus in cunctis. Equidem prorſus quia mutatur ex dextro factus læuus ſeu ad læuam ex inimico amicus. Adhuc autẽ ex ipſo calefacere in ipſum frigefacere, & ex ipſo calefieri, ad frigefieri qui mutat non ſecundum qualitates ſolum, ſed etiam ſecundum ſub contrarias & differentes paſſiones patiendi is mutetur cuique compertum eſt. Item qui mutatur ex anno præterito in præſentem procedens, & ex ſummo aut erecto in ſupinum, & ex armato in nudum is nempe mutatur. Quoniam igitur unaquęque mutatio ſecundum aliqua entia fit, & entia una diuiduntur cum prædicamentis aliquis dicat quomodo fieri poteſt ut nõ unaquæq; mutatio ſit

ſecundum proprium prædicamentum, ſed ſecundum aliud? Equidem noui quod uidetur eſſe proteruũ & temerariũ emittere uocem contrariam Ariſtoteli. Sed donec poterimus cognoſcere diligenter cauſam talis eius conſtitutionis & ſententiæ contẽti ſumus patrocinio Eudemi ad corroborationẽ noſtram quod dictum eſt de ipſo prædicamento quando, immo patrocinio Theophraſti qui plane motum & mutationem cõſiderauit in omnibus prędicamentis. Dicit proinde in ſecundo de motu. Conuenientius autem quod quidem dicimus & eſt, motum eſſe actum eius quod eſt in potentia mobilis qua mobile ſecundum unumquodq; genus prædicamẽtorum, ut ſubſtantiæ, quanti qualis lacibilis & aliorum. Sic enim alteratio, auctio, latio, generatio, & contraria his. Sed in tertio hæc apertius ſcripſit. In diffinitione motus totidem eius ſpecies eſſe dicimus quot prædicamenta. Nam motus eſt actus eius quod eſt in potentia qua tale. Et hoc in eodem libro quoque inquit, ipſius ad aliquid motus eius ſecundum rationem non eſt, ſed ſecundum potentiam eſt. Nam & motus eſt actus per ſe. Sed hæc quidem etiam latius quærenda ſunt nobis ad ſententiam Ariſto. annuentibus.

Diuiſo autem ſecundum vnumquodque genus, hoc quidem eſſe actu, aliud autem potentia, eius quod potentia exiſtit actus, quatenus huiuſmodi, motus eſt.

Com. 6. Cum præaccepiſſet aſſumpta utilia ad contemplationẽ de motu, primo aſſumpto mox ad diffinitionẽ motus ſimul uſus eſt, immo magis illius quadam parte. Nam diuiſio erat quod aliud eſt actu ſolum, aliud uero potẽtia & actu, quod quidem ſecundum unumquodque prædicamentum dictum eſt. de eo igitur quod eſt potentia & actu eius quod eſt potentia quatenus tale motum actum eſſe dico. Etenim in ſubſtãtia eſt aliud quidem potentia homo, ut ſemen genitale, aliud uero actu, ut Socrates. Et in quanto aliquod eſt in potẽtia bicubitũ, & actu. Item in quali potentia album & actu. Similiter quoque in reliquis generibus. Quod uero admirabiliter diffiniuerit motum, hinc diſcere poſſumus. Nam quod eſt actu ens quod quidem dicitur donec ita ſe habet non diceretur ſecundum hoc moueri, ut homo quouſq; homo erit, non moueretur ſecundum humanam formam, immo neq; ſi fuerit actu albus, donec albus fuerit, mouebitur ſecundum albedinem. At ſi homo actu exiſtens albus in potentia fuerit ad nigrum ut poſſit niger fieri, cũ exitus eius ab albedine fieret in nigredinem quatenus aptus eſt idest. quatenus fieri niger poteſt, tunc dicitur moueri ad nigredinem. Et rurſus quãdo diceretur niger, tunc ſtat in ipſo, & nõ amplius mouetur ſecũdum nigrum, ſed eſt actu niger. Sic igitur quatenus actu eſt nihil mouetur. Atqui neq; quatenus potentia ſolum potentia & in ſola aptitudine exiſtens diceretẽ moueri, ſed cum ex potentia moueretur in actum manente in ipſo potentia tunc dicitur moueri. Merito igitur adiecit, quatenus huiuſmodi eſt, ut actus gradatim adueniat manente potentia. Nam ceſſante potẽtia nõ amplius eſt motus. Nam id ubi actũ attigerit quatenus actum attingit in ſtatione & manſione eſt, haud uero in motu. Attamen non ſiquid ſolum eſt potentia hoc iam mouetur, porro ædificabile quod eſt poſſibile ædificari donec nõ elaboratur etſi ædificabile ſit, immobile eſt, ſed cum quatenus ędificatile eſt ſecundum hoc ageretur & tractaretur adhuc ædificatile in ſeipſo habens ipſum agi poſſe & tractari, tunc mouetur, ideſt quando ædificaretur, & dum ædificatio exiſtens actus ædificatilis motus eſt. Nam uſquequo ędificatur, ædificatile eſt & ſecundum ipſum potentia agitur & mouetur. Sed ſciendum eſt quod Ariſto. diffiniens motum in principio dixit eſſe actu mobilis quatenus huiuſmodi Alexander autem Porphyrius, Themiſtius aliiq; exponentes diffinitionem audientes poſt pauca Ariſtotelem appellantem ipſum actum. Entelechiamq; in quibuſdam exemplaribus ſic inuenientes ſcripturã, potentia entis q̃tenus tale eſt motus ẽ actus, loco entelechiæ energiam in diffinitione motus aſſumunt, tanquam idem ſit apud Ariſto. Niſi forte Ariſto. entelechiam de perfectione intelligat, & ſi aliquando pro energia ponit ipſam, uno loco cuiuſuis energiæ ponit, ſed perfecte quatenus habet perfectum, quia tunc unumquodq; in ſuamet perfectione continetur, quando ſuas actiones ſecundum naturam reddit. Ideo & animam diffiniunt eſſe entelechiã corporis naturalis inſtrumentariiq; aut organici habentis uitam in potentia, non quia anima ſit energia, ſed quia ſecundum ipſam aduenit perfectio corpori. At motum cum ſit imperfectus nõ temere illico energiam & non entelechiã appellauit. Nam hac ratione bene nouit atq; notauit Alexander, quod ſi ab Ariſtotele motus diceretur entelechia, profecto ſecundum hoc dicitẽ entelechia, quatenus eſt perfectio & actus per ſe eius qued eſt in potentia. Vt in habitibus perfectio habitus eſt actus & actio per ipſum, ſed in habitibus actio non tollit habitum, immo perfectiorem ipſum efficit. At actus eius qđ eſt in potentia qua in potentia eſt tendens deſinenſq; in eo quod eſt actu, tollit id quod eſt potentia, igitur non erit proprie entelechia eius quod eſt potentia. Vt enim dixi nomẽ entelechiæ indicat perfectionis continentiam & quando de energia proprie diceretur non de quauis, ſed de illa qua reddit perfectum & ſtans ſecundum actum & entelechiam ens. Duplex igitur eſt entelechia proprie altera quidem ut forma quieſcens pfecta, ut anima dicitur entelechia, alia uero quæ ſecundum hæc eſt energia, quod ſi aliquando ſimpliciter energia diceretur entelechia & ipſa quatenus unumquodq; agens ſecundum ſuam naturam actiones efficit, ſiue natura pfecta ſit ſiue imperfecta diceretur. Verum Porphyrius tradit motum eẽ entelechiam imperfectam, ſed energiam perfectã. Atqui ſi eius quod eſt in potẽtia eſt energia, & id quod eſt potẽtia eſt imperfectum, quomodo imperfecti energia pfecta, erit energia. Vniuerſaliter enim ſi eſt imperfecta energia, erit etiã imperfecti energia. Et ipſe Ariſto. poſt pauca inquit, motus q̃dam energia eſſe uidetur, ſed imperfecta. Sed aduertẽdum eſt ꝙ nunc nomen energiæ cõmuniter poſuit Ariſto. de agente & patiente. Nam cõmuniter in ambobus proceſſus ex potẽtia in actu motus eſt. Et exẽplum igitur poſuit de ædificanli, ſed etiã de ædificatiuo erit uerum dicere quod motus eſt actus eius ꝙ eſt potentia. Nam ædificator dum uerſatur in agendo in potẽtia exiſtens quando ageret tunc mouetur quatenus tum ædificatiuus eſt. Et ędificatio motus eſt cum ſit actus ędificatoris, & domus paſſio. Sed ambo cõmuni nomine Ariſtoteles energiam appellauit quatenus ipſum potentia utrinq; excitatur ad id quod eſt actu. Niſi forte autem etiam agens cum ex potẽtia in actu mutaretur, uelut patiens mouetur, & non uelut efficiens, & ob id exempla omnia de patinntibus Ariſto. appoſuit. Nam agẽtis ut agentis actus & actio perfecta eſt.

Vt alterabilis quidem, quatenus alterabile, eſt alteratio. Augmẽtabilis autem, & appoſiti decreſcibilis (nullum enim eſt, cõmune nomen in vtriſque) augmentum & decrementum. Cenerabilis autẽ & corruptibilis, generatio & corruptio. eius vero quod fertur, latio.

Quod nõ uniuoce motus prædicetur de pluribus motibus, Com. 7. ſed ſit de numero eorum quæ multipliciter dicuntur, prius diximus. Vnde cum huiuſmodi ſit oportet etiam diffinitionẽ eius æquiuoce ſumi. Hoc igitur Ariſto. indicans unumquodq; motum appoſuit dicendo alterationem eſſe alterabilis quatenus alterabile eſt & cætera. Sæpe inquam deficientibus nominibus annotat bene Ariſto. quia in qualitate eſt cõmune nomen poſitum illud alterationis. Nam etſi ab albo in nigrum, & ecõtra à nigro in album, etſi à calido in frigidum, etſi econtra ex frigido in calidum aliquid mutatur & in mutatione omnium aliarum qualitatum nomẽ ponitur cõmune alterationis. Similiter quoq; in mutatione ſm locum cõe nomen ponitẽ latio. Sed in quãto et ſubã haud ponitẽ cõe nomẽ ſicut mutationibus q̃ ſunt

in utriſq;

in utriſq; e contrariis, ſed in quanto mutatio ex minore in maius incrementum dicitur, & contrariam diminutionem, uel ut ipſe nominat decreſcibilitatē non idem ſignificans cum corruptione quę deducit ad non ens, ſed diminutionem indicans. In ſubſtantia uero mutatio ex non ente ad ens generatio ſimpliciter dicitur. & contraria corruptio.

Tex. 7. Quod autem hoc ſit motus, hinc manifeſtum. Cum enim ædificabile, quatenus tale ipſum dicimus eſſe, actu fuerit, ædificatur. & hoc, eſt ędificatio. Similiter aūt & meditatio, & volutatio, & ſaltatio, & adoleſcentia, & ſeneſcentia.

Com. 8. Diffinitionem motus cum adaptauerit motibus multipliciter dictis, deinceps quod diffinitio bene tradita ſit, oſtendit ſyllogiſmo habēte manifeſta aſſumpta quæ ſola deductione per exempla egent. Et eſt ſyllogiſmus talis actus ædificabilis quo ædificabile eſt, ædificatio eſt, ſed ędificatio motus eſt, igitur ędificabilis quatenus ædificabile eſt motus eſt actus. Nam dicitur ædificabile & q̄d iam ædificandū eſt, ſed eius actus & id actu eſt forma perfecta & actus ſecundum ſe, & non amplius tale ædificatur, ſed ſolum ſecundū relationem. Dicitur proprie ędificabile quod adhuc potentia exiſtens eſt & donec fuerit in potentia. Hoc igitur quando ageretur ſecūdum quod eſt in potētia q̄d quidem eſt actu eē ędificabile. Nam id q̄d agit agiturue ſecundum aliquid, actu dicitur ſm illud, tunc etiam actus ipſe qui eſt ædificatio diciẗ motus. Similiter & in aliis quæ ſunt potentia. Et uniuerſaliter igitur uerum eſt dicere quod actus eius qđ eſt potētia quatenus potētia motus eſt. Sed durius uidetur ipſum q̄d eſt potentia actum dicere quando ageret ſm id quo eſt in potētia, ſed quoniam uniuerſaliter operans ſubiicitur, & operans actu dicitur propter hoc & ipſum potentia actum dicit. At Alexander inquit poteſt quis ex dictis mutando dicere motum eſſe primam eius ꝙ eſt in potentia mutationē uel primam entelechiam. Nam ultima eſt in perfectionē mutatio ſm quam actu factum eſt id quod erat in potentia & deinceps gesit ſecundum eam, prima autem uia quæ eſt ab illo eſt motus. Hæc igitur cum Alexan. in contextum ipſm dicat admirādum eſt ſi non dicit motum eſſe primam mutationē ipſius imperfectæ potentiæ & poſteriorem ea quæ eſt ad formam, ſed ipſius potentis & apti nati. Nam hoc per motū ex imperfecto ad perfectum mutatur & agit ſm talem mutationem imperfectum exiſtentē actum donec imperfectus manet. Etenim motus dicebatur non potentiæ uel aptitudinis, ſed apti nati quatenus tale. Quærendum tamen eſt cum ſermo ſit de motu ſimpliciter inquit ipſum eſſe primā mutationem. Nam ſi idem eſt motus et mutatio aſſignatus erit per ſeipſm perinde atq; ſi quis quærens quid ſit motus aſſignaret dicendo motus eſt primus motus, ꝙ ſi uelut generis rationem habens mutatio & cōmunior motu eſt, ob id generatio & corruptio mutationes ſunt, haud uero motus, primum quidem nondum diuiſum eſt hoc, ſed in eodem generationem & corruptionem cōſiderat, ſed in quinto libro diuidet. Deinde motus qui nunc quæriẗ cōmunis eſt motum & mutationem cōtinens. Nam illius motus principium eſt natura, ſed quærit hunc modo cuius eſt natura principium, ſi ergo pars uel ſpecies talis motus mutatio eſt, totum itaq; per partem aſſignabitur, ut ſi quis quęrens q̄d eſt animal, dicat homo. Item uniuerſaliter dicens primam mutationē entis in potentia eſſe motum, & ultimam imperfectionem mutationem, quia omne quod mutatur ab aliquo in aliquid mutaẗ, igitur hæc prima mutatio ab aliquo in aliquid eſt. Nam ab ipſo imperfecto ad perfectum nō eſt. Nam erat ipſe ultima mutatio, quod ſi ab ipſo non moueri in moueri mutatur, erit ante ſimpliciter motum motus, quod ſane abſurdum eſt. Sed num prima mutatio motus ſit & ultima in perfectionem non ſit motus, cum ipſa ſit etiam mutatio? At qui omnis mutatio motus eſt iuxta motum qui impræſentia quæritur, & ex imperfectione ad perfectionem mutatio per motum fit. Sed ſcitu dignum quod poſita exempla ſunt de ſpeciebus motus, diſciplina quidem, & medicatio eſt alteratio quædam, alia uero circa aiam, alia uero circa corpus. Volutatio autem et ſaltatio, atque latio, alia eſt à ſeipſis in quibus eſt, alia uero extrinſecus. Adoleſcentia autem eſt ſecundum quantitatem mutatio, & ſeneſcentia ſecundum ſubſtantiam, quarum alia eſt auctio, alia uero corruptio quarum & oppoſita dedit intelligere. Poteſt etiam ædificatio eſſe mutatio ſubſtantiæ, & adoleſcentia & ſeneſcentia quantitatis.

Quoniam autem quædam eadem potentia & actu ſunt, aut nō ſimul, aut non ſecūdū idem, ſed vt calidum quidem potentia, frigidū autem actu: multa iam agēt & patientur a ſeinuicem. Omne enim, erit ſimul actiuum & paſſiuum. Quare & mouēs phyſice, mobile eſt. omne enim huiuſmodi, mouet, cum & ipſum mouetur. Tex. 8.

Cum dixerit quod motus eſt actus eius quod eſt in potentia qua tale eſt, bene addit cōſequens diffinitionem. Nam quia naturalia partim potentia partimq; actu ſunt. etſi non ſecundum idem, tamen ſecūdum aliud & aliud. Equidem forte potentia frigidum eſt actu calidum, uel etiam ſecundum idem actu & potentia ut ſecundum ambo calidum, ſed non ſimul, ſed modo potētia, modo uero actu & uiciſſim. Quia igitur ſic ſe habent naturalia propter hoc non mouentur ſolum ut materia, neq; ſolum mouent, ut incorporea, ſed mouētur quatenus potentia & mouent quatenus actu ſunt. Habent igitur ut dixi ea quæ dicta ſunt opportunitatē & uſum quę dicunt non modo cauſam cur moueantur, ſed etiam cur moueant naturalia. Et dubitationem quandam illatam cōtra diffinitionem motus ſoluit bene. Et dubitatio talem habet interrogationē in prima figura. Quædam mota & ipſa mouent, omnia quæ mouent actu ſunt & non potentia, igitur quædam mota actu ſunt & non potentia, quare non omnis motus eſt actus eius quod eſt in potentia qua tale. Soluitur igitur & hæc dubitatio quia omne motum mouetur & patitur qua in potentia eſt, ſed mouere & facere q̄tenus actu. Nam aliud eſt ipſi eſſe potentia, & aliud eſt eſſe actu, ideo & aliud ſecundum utrūque actus, ſiquidem non ſolum agere, ſed etiam pati actu diciẗ. Etenim in eo quod mouetur uolēs eſſe motum, actum dixit eſſe mobilis qua mobile eſt. Quod uero patiatur & moueatur id quod eſt in potentia qua in potentia eſt, & agat, atque moueat actu quatenus actu, ea hoc patet quod non ad idem eſt actus utriuſque, ſed illius potentia non in quod eſt, ſed ad quod aptum eſt. Nam frigidum caleſit, quia nō eſt calidū, ſed frigidū, aptum tn̄ caleſieri, ſed calidū calefacit, q̄tenus eſt actu, ſed nō q̄tenus nōdū eſt, aptū tn̄ fieri ut patiens. Nam quatenus factū eſt frigefacit, ſed non calefacit, quare quæcunq; mota mouent, eo quod potentia ſunt, mouentur, quod uero actu mouent. Nam frigidum caleſit ut eſt in potentia, contra uero frigeſit ut actu. Et ſi quidem non eſſet potentia, ſed actu ſolum, profecto non moueretẗ, neque tranſmutaretur in aliud, ſed permaneret in quo erat. Non enim aptum eſt, ut ad aliud tendat, ſed ſolum agit & facit quatenus erat, & minime patiebatur, quod ſi ſolum potētia fuerit aliquid & non habuerit aliquid actu, non aget aliquid neque faciet, neque mouebit. Non enim aget id quo aget, immo neq; prorſus eſſet. Nam unumquodque quod eſt, actu eſt. Ideo quidam putant materiam non eſſe, quia ſolum pati uidetur, ſed non facere neque agere. Id uero quod non agit, neque aliquid actu eſt, ſed quatenus eſt neceſſe eſt agere. Habet igitur etiam tales utilitates textus propoſitus, quem dicebam. Ni forſitan uelit addere diffinitioni motus. Nam quia aſſignata eſt diffinitio motus qua traditur eſſe actus entis in potentia, ne quis putet quod ſolum potentia ſit tale, paulopoſt addet idem partim eſſe quippiam aliud potentia, & partim actu quando id quod eſt potentia uel idem ageret, uel ab alio fieret tum eius actus eſt motus. Merito igitur aſſumit, quod naturalia in qui- Com. 9.

bus eſt motus cum ſunt potentia & actu, patiuntur & agunt. Vnde pulchre dixit quędam eſſe eadem potẽtia & actu. Non enim omnia talia ſunt. Nam intellectualia & diuina nihil potẽtiæ habent, quia eorum ſubſtãtia eſt actio, ut ipſe inquit, tamẽ corpora cœleſtia quãquam corporata ſint, expertia ſunt potẽtiæ, quippe etiam ſunt interitus & ortus expertia, ſed ſecũdum motum localem, non eo quod ex immutatione ad motum mutentur, ſed quod nequeunt ſimul uniuerſę partes eius ubiq; eẽ, ſed alia atq; alia alibi & alibi eſt, etiam ipſa habent id quod eſt potentia, fortaſſe etiam ſecundum differentes inter ſe habitudines & comparationes aliquam alterationem ferunt, et patiuntur ſecundum aliquid quo eſt in eis in potentia. Nam alia diſpoſitio eis ex coitu ſimul, & alia ex triangulari, exagona, uel quadrata ſtatione euenit, & alia ex ipſa diſtantia abſque figuratione ut ſignificant diuerſi harum differentium effectus. At ſi hęc etiam mota à primis cauſis mouent ea quæ ſub luna collocãtur, tamen ab eiſdem, quæ mouent haud contra mouentur, & hac parte differũt ab eis quæ ſub luna ſita ſunt. Nam dum hęc mouent, contraq; mouentur ab his quæ ab eis mouẽtur, ob id eiſdem conſtant elementis & materia æque apta ad ſuſcipienda contraria, proinde unũquodq; patitur ſecũdum materiam, qua eſt in potentia, agit uero ſecundum formã, qua id actu eſt quod eſt. Nam quæ calefaciunt econtra frigefiunt, & quę infrigidant, econtra calefiunt. Hoc forte cœleſtia etiam inter ſe ferunt, cum inter ſe agant & patiantur. Verum Alexãder tradit mobile cõmunius de cœleſtibus dici quapropter proprie mobile eſt quod poteſt moueri, & non moueri. Cum igitur dicat. Quare & mouens naturaliter, non de omni mouente naturaliter inquit. Nam mouẽs cœleſtia etiam eſt, ſed neq; contra mouetur ab eo, quod mouet, neq; hũc in modum mobile eſt. Niſi fortaſſe & hoc ad ambo cognata ſe habeat. Nam quod uiciſſim patitur & mouetur, ſecũdum aliam atq; aliam paſſionem, aliumq; & alium in motum, patet quod etiã mobile eſt, haud tamen uelut id quod poteſt moueri & non moueri, ſed id uelut quod aptum eſt ſecũdum quædam moueri, quibus patitur. Nã luna cum ipſa coit cum ſole, nondum eo afficitur affectu quo ſolet affici cum diſtat diametro à ſole, quãquam ſubitura ſit talem affectum & mouens ſecundum talem affectionem, quare & mobilis eſt ſecundum hanc.

Videtur igitur quibuſdam, omne quod mouet, moueri. ſed de his quidem: ex alijs erit manifeſtum, quomodo ſe habẽt, eſt enim quoddã mouens, & immobile.

Com. 10. Cum dixerit quod quædam ſunt partim potentia partimq; actu, & ob id quæ mouent ob id quod eſt potentia mouentur, & ob id quod eſt actu mouent, attamen non omnia quæ ſunt huiuſmodi ſe habent, ſed quædã dũtaxat actu ſunt & non potentia, quæ quidem ſolum mouent, ſed non mouentur, merito ſubiunxit, quod quibuſdam uidetur non eſſe aliquod mouens immobile, ſed omne quod mouet etiam moueri, cui contrariũ ipſe in calce huius tractationis demonſtrabit, ad quẽ etiam locum diſtulit huius quæſtionem. Et patet huius opinionis fuiſſe ueteres qui de natura diſſeruerunt & corporatum principium unum, uel plura ſtatuerũt. Et iuniorum Stoicos. Nam ſecundũ principiorum aut ſegregationem, aut congregationem, uel alterationem dixerunt ueteres fieri ea quæ fiunt. Sed Alexander inquit hanc opinionem fuiſſe Platonis. Sed quod unum, bonũ, & prorſus primam cauſam mouẽtem ad ſe omnia uelut id q̃d appetitur Plato dixerit immobilem eſſe, ſignificant dicta Parmenidis plane ſecundum primã ſuppoſitionem. Nam poſteaquam unumquęq; motum ipſi ademit, ſubiungit. Igitur omni motu ipſum unũ imobile eſt. Item fatetur Alexan. Platonem dicere ideas immobiles eſſe, quocirca confuſionem quandam uerborum Platonis putat oſtendere. Nam ſi apud Platonicos intelligere eſt moueri, intelligi mouere erit, ſi ergo ideæ intelliguntur mouent, quod ſi omne quod mouet, etiam mouetur, ideæ profecto mouebuntur, ſed ipſe ſtatuit eas immobiles eſſe. Sed q̃d intelligere ſm nullã ſpẽm nãlium motuũ dicatur ipm moueri eẽ, ſed ſm ipm agere, q̃d quidem etiam ipſe Ariſto. teſtatur de mente, cuiq; compertum eſt, cum aſſerat actionem eãdem eſſe cum ſubſtantia eius. Etenim Plato in Timæo uniuerſum ens ſemper & ſecundum eadem eodemq; modo ſe habere inquit, ſed nihil eorum quæ mouentur ſecundum ſubſtantiã, uel qualitatem, uel quãtitatem, uel locum, ſemper & ſecũdum eadem, et eodem modo, ſe habere poteſt, quare cum etiam dicat in legibus, ſecũdum eadem eodemq; modo & circa eadem, & ad eadem & unam rationem & cordinem unum moueri mentem ambobus uidelicet motu ſphæræ & ea reuolutione quæ aſſimilatur lationibus rei tornatilis non motum mutandi mẽti aſcribit neq; ſecundum totum neq; ſecundũ partem, ſed agendi, equidem motus uniuerſaliter dictus eſt ab eo, qui eſt exitus uitalis ab ipſo eſſe ad agere, quare immobilem eſſe mentẽ motibus naturalibus dicit Ariſt. diſcens à Platone. Sed ſi ergo ſermo tẽdit in Platonem uidetur reſpicere ad opinionem eius de anima. Nam Plato exiſtimans corpora uarijs motibus agitari, ut etiam Ariſtoteles ab ipſa anima per ſe mobili tradit ipſa ꝓxime moueri. Et quod uero ab anima ꝓxime omnia cœleſtia, etiam ipſe Ariſto. fatetur, qui plane aſſerit animata ipſa in ſecũdo libro tractationis de cœlo eẽ, in quibus cum dubitauerit nõ nulla de aſtris, profunde dubitationẽ adempturus, inquit, Nos uelut de corporibus ipſis unitatibusq; ordinẽ habẽtibus ꝗlicet inanimatis mente diſcurrimus, uerum de his ita intelligimus, perinde ac participẽt uita & actione. Vnde dicit ipſa una cum cœlo circũduci quæ ſunt in ipſo ſita ipſique coniuncta. Vnde Ariſto. cum nouiſſet uitam poſt animationẽ aduenire, caluit etiam animalia uiuentia eſſe. At Ariſto. animam dixit immobilem eſſe cui negat omnes motus naturales. Sed Plato oſtendit ipſam eſſe ſeipſa mobilem utpote qui à ſeipſa mouetur, & ſuis motibus corpora mouentẽ, qui haud naturales ſunt, ſed actiones animę mutantes, ideo & motæ ſunt. Quod uero Plato nõ dicat animam moueri motibus naturalibus, audi eius dicta in decimo de legib⁹. Ducit porro anima oĩa cœleſtia ſuiſmet motibus quibus nomina ſunt cõſulere, prouidere, cõſiderare, uelle, opinari recte uel falſe, quare & anima immobilis eſt eo motu, quo mouet. Et Ariſto. Platonem ſequẽs primo mouens inquit immobile eẽ, perinde ac anima ſit immobilis eo quo ciet motu, ſed mens eſſe immutabilis, ſecundum actiones ab eo dicitur. Nam quia oportet ante id quod diuerſis cietur motibus eſſe cauſam eiuſdem proximam per ſe mobilem, & ante qualitercũq; motum id quod non eſt à ſeipſo neq; ab alio eſt imobilis cauſa illius quod ſeipſo mobile eſt & mouetur, ꝓpter q̃d immobile duplicitatem habens & ipſum facere cum pati indicans, non eſt ſufficiens ad ſubeundum rationem principij, ſiue proinde anima primo mouens ſit, oſtenditur etiam ipſa omni motu qua mouet immobilia eſſe, ſiue mẽs ſit immobilis omni motu mutandi. Vnde nihil eſt in his quo Plato & Ariſto. diſſideant præter nomen huius uidelicet, ſeipſo mobile, quia Plato uocat animam ſeipſa mobile, & Ariſto. animal ſic dicit quod quidem mouet ſecundum animam, quæ immobilis eſt eo motu quo mouet, ſed mota ſecũdum corpus. Et hoc conſentaneũ eſt Ariſtoteli qui putat haud alium motum nominari poſſe niſi naturales, quo circa neq; actiones motrices animę motiones motuſue dicendas eſſe cẽſet, licet Plato dicat eſſe primam ſpeciem motus, ut infra dicet errantem incompoſitam eſſe atq; in ordinatam ſecundum priorem emphaſim ſpecierum excitantiæ generationis, ſecundam uero eſſe ſpeciem motuum naturalium, & tertiam ſpeciem actionum animæ mutatiuũ, quartam uero ſpecies mentis, quę licet imutabilis ſit, tamen ab ipſo eſſe excitatur ad actionem.

Eius autem quod potentia exiſtit actus, cum actu exiſtens agit, aut idẽ, aut aliud quatenus mobile, motus eſt.

Per ea quæ prædicta ſunt cum ſoluiſſet inſtãtiam adductã Com. 11.

contra

contra primam aſsignationem motus, & rememoraſſet, quod naturalia non modo potentia ſunt, ſed etiam actu, perfectiorẽ aſsignat diffinitionem, addens q̃d illud potentia cuius eſt actu motus, non ſolum eſt potentia, ſed eſt partim etiam actu, quãdoquidem eſt quædam natura inter entia definita, motus autẽ eſt actus eius, non quatenus ea actu eſt. Nam ſecundũ hoc ge ſcit, & mouet magis, ſed non mouetur uel mutatur. Sed dupliciter fertur horum uerborum ſcriptura. Equidem ſm Aſpaſium & Themiſtium & plura exemplaria ſic ſe habet. Eius autem quod potentia, quando actus fuerit, aget non quatenus ipſum ſed quatenus mobile motus eſt. At ſecundum Alexãdrũ & Porphyrium, ſic iacet ſcriptura. Eius autem quod potentia quãdo actu fuerit aliquid agens ſiue idem, ſiue aliud quatenus mobile motus eſt. Verum Alexander non ignorauit ſcripturã Aſpaſij, ſed magis huic addictus eſt, quod etiam addit quãdam differẽtiam motus. Nam illud additum, uel idem, uel aliud eſt indicatiuum huius ſcilicet quẽdam motum ex ſeipſo eſſe actũ ſecundum id quod eſt potentia, uelut auctio & diminutio eſt cum intrinſecus ſit, & latio naturalis ſecundum locum & mutatio animalium ſecũdum appetitum inclinationem'q;. Sed ab alio agitantur ea quæ ui mouentur & ſecundum artem omnia fiunt & ſane aliud agit, et aliud ſit, ſed commune ambobus eſt actus ſecundum id quod eſt potentia, quæ non minus eſt paſſio quam actio. Sed ſcitu dignum eſt quod forte motus uiolentus & artificiarius non eſt motus naturalis, ſed nunc ſermo eſt de motu naturali, cuius principium eſt natura. Etenim motus uiolentus ceu motus glebæ terrę ſurſum non ſecundum id q̃d eſt potentia, et id quod eſt aptum ſit, aliter non eſſet uiolentus. Niſi forte ſit aliq̃d in potẽtia ad uiolentiã & ad eam aptum naturaq;. Nam neq; quoduis in quouis, poteſt uim facere ſeu uiolentiam. Ni forſitan ea quæ ex ſeipſis mouetur, non ſint ſolum mota, ſed cum duplicia ſint, aliud mouens in ſeipſis habet, & aliud motum ut in motu animalium mutatiuo ſecundũ appetitum plane uideẽ ubi mouet anima & immobilis eſt, ſed corpus mouetur, ſic etiam id quod augetur, & ſecũdũ locum mutatur, habet aliud quod auget & trãſfert, ſiue naturam auctricem & ſecundum locum motricẽ, ſiue & aliud quid quod naturam augeat & transferat, ſiquidem & ipſa mouetur non à ſe ipſa. Et ſi hæc præualent, prorſus quod mouetur ex alio mouetur & non ex ſeipſo & maxime ſecundum illos qui nolunt ipſum ſeipſo mobile in uno & eodem conſiderare, ſed diuidunt idem in mouens & motum. Et forte ſecurior eſt Aſpaſij ſcriptura. Verum ſi habet quãdam rationẽ illa adiectio ſecũdum Alexandrum, illud ex ſeipſo non uelut in uno audiendum eſt, ſed uelut illud quod in ſeipſo intrinſecus cauſam habet mouẽtem, quę etiam aliud præter motum eſt, ut anima & natura. Et hoc diuiditur contra illud quod mouetur ex alio atq; extrinſecus manifeſte ut uidetur in his quæ ui & artificio mouẽtur. Ni forte & illud ex alio familiarius conuenientius ſit in his quę extrinſecus mouentur, ſed naturaliter, ut quando ex aqua ignita aer fieret & ignis. Item in his quæ alterantur ſimiliter, ignoro tamen cur putat Alexander magis huic ſcripturæ cõſonare ea quæ deinceps dicentur, quam alteri. Nequaquã exiſtimo illud ex eodem in exemplis apparere quæ ſunt in arte, ſi etiam habeat morbus uel ſanitas aliquid naturale.

Dico autem quatenus ſic. eſt enim æs, potentia ſtatua: attamen æris actus quatenus ęs, motus non eſt. Non enim idem eſt æri eſſe, & potentia quadam mobili. quoniam ſi idem eſſet ſimpliciter, & ſecundum rationem, eſſet vtique æris quatenus æs actus, motus. non eſt autem idem, quem-
Tex. 10. admodum dictum eſt. Manifeſtum eſt autem & in contrarijs, poſſe enim valere ac poſſe ægrotare, alterum eſt. nãque ægrotare quidem & valere, idem eſſet. ſubiectum autem & id quod valet atq; ægrotat, ſiue humiditas, ſiue ſanguis, vnũ & idem eſt. Quoniam aũt non eſt idẽ (queadmodum neq; color idem, & viſibile) poſsibilis quatenus poſsibile actus: manifeſtũ quod motus eſt.

Etiam quod motum ſecundum id quod eſt potentia in ipſo moueatur, & quod eſt aliquid etiam actu in ipſo moto & non Com. 12.
ſecundum illud mouetur motum, plane oſtendit per exempla una oſtendens quod & ſi ſubiecto idem fuerit id quod eſt partim actu, partimq; potentia & ſecundum aliud, tamen hęc rõne diuerſa & non eadem ſunt. Et dixit. Quoniam ſi idem eſſet ſimpliciter, pro hoc omni modo, ut non ſolum ſubiecto idem ſit, ſed etiam ratione. Si ergo ita ſe habet, inquit, aliquod abſurdum manifeſte ſequitur acciditq; illi qui dicit ipſum motũ eſſe actum ſecundum id quod eſt potentia eius quod eſt actu, ſiquidem erat idem ratione id quod eſt potẽtia, & id quod eſt actu, ſed hoc abſurdum quia id quod eſt actu quatenus actu eſt, ꝓprias functiones habẽt immutabiles. Etenim æs ſi quicquam efficit ut ęs efficit, ſed non quatenus aliud quid potentia eſt expers mutationis & motus eſt. Vnde uidetur antecedẽte ſublato conſequens tollere ob id. Non eſt autem idem quemadmodum dictum eſt. Attamen haud ita concluſit, ſed uelut conſequens ex hoc. Eſſet utique æris quatenus æs actus motus. Q̃d uero non idem ratione ſint id quod eſt actu, & id quod potentia, oſtendit ſic in contrarijs potentijs, actu ens etiam potentijs contrarijs eſt ſubiectum, ut corpus idem eſt quod poteſt recte ualere & aduerſa ualetudine laborare, & non aliud, potentiæ uero ſcilicet ut potentia ſanandi et potentia ægrotandi non eędem, ſed diuerſæ ſunt, igitur actu ens nõ idem eſt cum ſuis potentijs, ſed diuerſum. Nam omnia uel eadem uel diuerſa ſunt, unde in ſecunda figura eſt perſuaſio. Illud uero, non eſt autem idem quemadmodum dictum eſt reuocat ad memoriam ea q̃ ſunt prius dicta de hoc. Dixit autem, Quoniam autem quædã eadem & potentia & actu ſunt, at non ſimul, aut non ſecundũ idem, & propter hoc ſequitur hoc. Non enim idem eſt æri eſſe & potentia quadam mobili. Oſtendit autem quod diuerſæ ſunt potentiæ laborandi morbo & ſanandi, quia diuerſæ ſunt actiones. Nam aſſumendo id quod eſt potentia, quia ut ſe habent oppoſita actu circa idẽtitatem, & diuerſitatem, ita ſe habent ea quæ ſunt potẽtia. Syllogiſmum ſic ergo hypotheticũ in ſecundo modo facit conuertendo cum cõtrapoſitione. Si ea quæ ſunt potentia non diuerſa ſunt, ſed eadem, etiam ea quæ ſunt actu eadem erunt, quod quidem abſurdum eſt. Nam ea quæ ſunt actu perſpicuo diuerſa ſunt, quare & ea quæ ſunt potentia. Et patet quod ea quę ſunt potẽtia ſint cauſa uelut prius apta eſſe, poſt uero ſic agere, ſed euidentiora ſunt ea quæ ſunt actu illis quæ ſunt potentia, idcirco ex illis demonſtrauit hæc dicens. Nãq; ęgrotare quidem & ualere idem eſſet. Nam ſi idẽ eſt id quod poteſt, etiam idem id quod eſt actu, quod quidem perſpicuo abſurdum uidetur. Si ergo potentiæ ſunt diuerſe, & ſubiectum eſt idem potentijs, non erit idẽ ipſum actu cum potentijs, quod quidem ꝓponebat oſtendere. Illud uero, ſiue humiditas, ſiue ſanguis ſubiectum q̃d quidem eſt ſanũ uel ęgrotans, dixit, quia nunc non propoſitum eſt quærere hoc in quo primo ualetudo bona uel morbus collocetur, ut nõnulli quærebant, nũquid in humiditate & humoribus ſimpliciter, uel in ſanguine, qui etiam alios humores habeat, uel in ſpiritu, ut multi ueteres medici tradunt, uel in ſolidis, uel in cõmenſuratione æquaue primarum qualitatũ proportione conſiſtat. Nam multę de hoc extiterunt opiniones. Quidam enim ſanitatẽ in ꝓximioribus uelut in primis collocauere, quidam uero in medijs, quidam deniq; ad maxime prima aſcẽderunt, ut Hippocrates & eius imitatores qui ad primas qualitates primorum elemẽtorum recurrerunt. Eſt igitur ſyllogiſmus quo utitur oſtendẽs quod aliud eſt ſubiectum, & aliud eſt id quod eſt potentia, categoricus in ſecunda figura talis cum ipſe perſpicuo in contrarijs ratiocinetur. Subiectum contrarijs potentia unum eſt, & non diuerſum. Quæ poſſunt, inter ſe diuerſa ſunt, ſiquidẽ & ea

quæ ſunt actu ſunt diuerſa, igitur ſubiectum & actu ens non eſt idem his, quæ poteſt, ſi uero non idem, igitur diuerſum. Non omne quod idem non eſt, diuerſum erit. Et hypothetice ſic eſt concludere. Si utrũque eorum contrariorum quæ ſunt in uno ſubiecto potentia, ſubiecto idem eſt, & inter ſe contraria erunt eadem. Nam quæ ſunt eidem eadem, ſunt etiam eadē inter ſe, quod ſi abſurdum eſt contraria eadem eſſe, & hoc antecedens abſurdum erit, quod utrũq; contrariorum ſubiecto idem ſit. Quod uero non idem ſint ratione ipſum quod eſt potentia, & ipſum quod poteſt, & ſi ſubiecto idem ſint, oſtendit exemplo coloris & uiſibilis. Nam horum unum eſt ſubiectũ, ſed rationes differētes. Nam aliud eſt color qui eſt actu in ipſo & aliud quod eſt potentia uiſile. Et eſt color motiuus actu diaphani tranſparentis ſcilicet quo uidentur colores, aut color eſt terminus perſpicui qua perſpicuum eſt, ut ipſe diffiniuit. Nam uiſus tranſeundo diaphanum colorem comprehendit. Equidē uiſile eſt quod uideri poteſt, & eſt hoc colori accidens, ſed accidens non eſt idem illi cui accidit, ideo diffinientes colorem ꝓprium ſenſile uiſus ab accidente diffiniunt. Non enim eſt ipſa ſubſtãtia coloris, ſed uiſilis quod accidit colori, quod uero ſubſtãtiæ horum ſcilicet uiſilis & coloris eadem haud ſint, ex hoc maxime patet, quia uiſile, etſi color eſt, tamē non qua color accipitur, ſed quatenus uideri poteſt. At color non eſt color ſecũdum ipſum quod eſt potentia. Nam illud nõdum eſt color, ſed ſecundum id q̃d actu, neq; quatenus uidetur, color actu eſt. Similiter album eſt album ſuapte natura, ſed uiſile minime ſecũdum ſuam naturã. Item uiſile ad aliquid eſt. Nam ad illud relationem habet, quod uidere poteſt, ſed color non eſt ad aliq̃d, ſed per ſe, igitur color nõ qua color uiſilis eſt, ſed eius propriũ eſt uiſile, non tamen diffinitio. Similiter autem peccant qui definiunt uocem eſſe ꝓprium ſenſile auditus. Nam audibilis eſt hæc diffinitio, quod accidit uoci. Nam neq; ipſa ſola eſt audibilis, ſiquidem ſtrepitus cum aliq̃d ſit aliud à uoce audibilis eſt. Item qui uocem aſſignant aerem percuſſum ut Diogenes Babilonicus peccant. Nam uox ſic corpus erit ſi quidem eſt in ipſo aere: Verum aerem paſſum ideſt aerem percuſſum tradunt pro affectione ipſa quæ eſt percuſſio. Atqui uox erit ſecundũ percuſſionem, ſed non ſecundũ percuſſum. Et eſt uox ut Alexander inquit, percuſſio eius per electionē qui aerem expirat per inſtrumenta quibus prodit uox. Niſi forte haud ſit percuſſio, ſed ictus ſonuſue ex percuſſione. Si ergo hæc uera fuerint, non idem ſunt ars & id quod eſt potentia ſtatua, licet ſubiectũ idem ſit, tamen differunt ratione, quare bene aſſignata eſt diffinitio motus ut ſit actus eius q̃d moueri poteſt qua poteſt moueri, & inſtantia ob talem aſſignationem nos haud turbabit, deinceps ſi dicatur motus eſſe actus eorum, quæ mouētur etſi aliqua etiam mouere uideantur. Nam oſtenſum eſt idem eſſe ſubiecto id quod eſt potentia & id quod eſt actu, ſed ſecundum id quod eſt potentia fieri motum quare non ab re additur illud quatenus.

Tex. 11. Quod igitur eſt hic, & quod accidit tunc moueri cum actus iſte eſt, & neq; prius neque poſterius, clarum eſt. contingit enim, vnumquodque quandoque quidem operari, quandoque autem non. vt ædificabile quatenus ædificabile. & ædificabilis actus quatenus eſt ædificabile, ędificatio eſt. aut enim huius ędificatio, aut domus: actus eſt ædificabilis. ſed cum domus eſt: non amplius ædificabile eſt. ædificator autē, ædificabile. neceſſe eſt ergo: ædificationem actũ eſſe. ædificatio autē, motus quidam eſt. At vero, eadem cõueniet ratio & in alijs motibus.

Com. 13. Cum dixerit motum eſſe actum eius quod eſt potētia. quia uidetur id quod eſt potentia in quadam ſola idoneitate aptitudine ue conſiderari, & actus eſt inter ea quę perfectiones ſunt, proponit oſtendere uelut in ipſo ædificabili quod eſt potentia quod eius actus eſt motus et quod alius non eſt niſi ędificatio, quæ eſt motus. Sed antequam abſoluat declaretque has demonſtrationes. rurſus dubitãdum eſt, quia actus eius quod eſt potentia magis paſſio affectioq; eſt quam actio ſeu actus. Dicit uero ipſum actũ eſſe, quia per illum efficitur ab efficiēte & mouetur à mouēte, & quia eſt uia ad id quod eſt actu, & quia id quod priua uacat & in ſola aptitudine cõſiſtit, rurſus cietur ad id quod eſt actu. Forte autem & cum motus naturales intrinſecus ſint, aliquomodo idem ſunt mouens & motũ, & propter id talis affectio uidet̃ aliquomodo actiua. Nam prima natura cũ patit̃ diſponit corpus. Et q̃d quidē ſit huiuſmodi actus in eo quod eſt potentia per hoc oſtendit. Contingit enim unũquodque aliquando quidem operari, aliquando autem non, ut ædificabile. Et quod dicat unumquodq; mobile, & ille in quibus eſt ipſum potentia perſpicuum eſt. Nam in his quæ ſemp mouentur, non eſt ipſum interdum agere uel moueri, & interdum minime, Nam ſemper mouentur quãquã alio & alio motu. Quod uero neceſſarium ſit ipſum potētia, ne fruſtra ſit, mutari in id quod eſt actu aliquãdo, & hoc perſpicuum eſt. Et cũ ſic neceſſarium ſit, cur igitur cõtingere dixit? Ni plura ſint quæ antequam motum ſubeant dum mouentur ad actum, ſunt in potentia, & ſecũdum hoc ipſum agere uel effici corrumpitur. Nam plures antequam dentes producant, aut geniti ſunt interiere, qui tum dentes habuerunt potentia, ſed non operari ſunt ſecundum id quod eſt potētia. Forte autem quia ea quæ proprie ſunt in potentia, in generatione & corruptione uerſantur, & quando aget & ſecundum id quod eſt potentia contingenter agit, & non neceſſario. Sat tamen eſt ad rationem diffinitionemq; & ſi non omnia, ſed quædam potentia tranſmutata fuerint ad actum. Nam in his apparebit motus. Sic igitur & ædificabile quod eſt potentia aliquando ageret uelut ædificabile quando ædificaretur, & aliquando non, ut ſi uterentur ſimpliciter lapides & cœnum nondum mota ab ipſo ædificatore. Sed quis ſit actus in ædificabile dicit, quod actus ædificabilis qua ædificabile eſt, ædificatio eſt. Et quod ipſa ſit, oſtēdit diuiſione. Vel enim ipſum potētia eſt actus antequã tranſmutatur, ut lapides, & cœnum ſecũdum potentiam ſuã actus, quod quidem abſurdum eſt. Nam illa erant et ante hoc actus. Et prorſus alia ſunt potentia, & alia ſunt ea quæ ſunt actus ipſorum, uel ipſum actu eſt actus ſui, ut domus, ſed hoc etiam fieri nequit. Oſtendit autem hoc ſic uirtute, actus ædificabilis eſt manente ædificabile, igitur actus ædificabilis non eſt actus domus, ſi ergo neq; ante ædificari eſt actus ædificabilis, neq; poſt ipſum ædificari. Aedificatur autem ædificabile dum eſt medium inter potentiam & actum, patet quod actus ædificabilis eſt dum ædificatur, & actus ædificabilis eſt dum ædificatur, ipſa ædificatio. Quod uero ædificatio ſit motus, ut ambulatio, & diſcurſus perſpicuũ eſt, quare unumquodq; aſſumptum oſtenſum eſt & recte concluſum eſt de ędificabili, quod actus ædificabilis eſt qua ædificabile motus eſt, quãquam concluſionem prætermiſerit Ariſt. uelut manifeſtam. Verum cũ oſtendiſſet in uno ædificabile, & una ædificatione motum eſſe actum eius quod eſt in potentia dum manet in potentia, merito intulit. At uero eadem ratio & in alijs motibus quandoquidem nullum ſit diſcrimen inter ędificabile ædificationemq;, & alia quæ ſunt potentia & actus ipſorum, quare motus omnis actus erit mobilis qua mobile eſt. Inſtat autem Alexander, quia in quibuſdam exemplaribus, non inuenitur hic cõtextus. Reſpondendo inquit quod quidam recuſarunt ipſum ob eius euidentiam, & quia quæ iam dicta ſunt, eodem hoc contextu dici uidentur. Sed quod non ita manifeſte oſtenſa ſint ea quæ in diffinitione motus comprehēſa ſunt, perſpicuum eſt. Quod uero ſi ſolum ea quæ ſunt immanifeſta & captu difficilia conſcriberemus, plura profecto eorum quæ dixit Ariſto. conſcriberentur, manifeſtum eſt. Sciendum tamen quod Themiſtius & Porphyrius hunc librum exponētes et hunc contextum in-

terpretati ſunt. Item ſciendum eſt, quod Plato omnem actum eſſe motum fatetur ſecundum exitum ex ſubſtantia in operationem contemplando agẽtis actionem. Ariſto. autem & eius amici dicunt motum eſſe actum, ſed non omnem actum eſſe motum, quandoquidem non dicat actum actionemue perfectam eſſe motum. Nam eſt iter imperfectos qua imperfectus eſt, quare motus eſt eorum q̃ ſunt in potentia & nondum ſunt ſed erũt. Et patet quod ſolũ nomine diſſident qui putant actũ ſolum mutandi appellãdum eſſe motum, & qui extendũt motum ad omnẽm actum ex ſubſtantia exeuntem.

Tex. 12. Quod autem bene dictum ſit: manifeſtum & ex his quæ alij de ipſo dicunt, & ex eo quod non facile eſt definire aliter ipſum. neque enim motũ atque mutationem ponere in alio genere poterit vtique aliquis, neque qui aliter dixerunt de ipſo, recte faciunt. Manifeſtum autem eſt conſiderantibus, quod ponunt nonnulli ipſum, alteritatem, inæqualitatemque, & quod non eſt dicentes eſſe motum. quorum nullũ neceſſarium eſt moueri, ſiue altera ſint, ſiue inęqualia, ſiue non exiſtentia.

Tex. 13. Sed neque mutatio, aut ad hæc, aut ex his magis eſt, quam ex oppoſitis. Cauſa autem cur in his ponant, illi, eſt, quoniam indeterminatum quiddam videtur eſſe motus. Alterius autem coordinationis principia: ex eo quia ſunt priuatiua, indeterminata ſunt. neque enim hoc, neque tale, vllum ipſorum eſt: quoniam neque aliorum quic-

Tex. 14. quam prædicamentorum. Cur autem videatur indeterminatus eſſe motus: cauſa eſt, quod neq; in potentiam eorum quæ ſunt, neque in actum, licet ponere ipſum ſimpliciter, neque enim id qđ poteſt eſſe quantum mouetur ex neceſſitate, ne-

Tex. 15. que id quod actu quantum eſt. Et motus, actus quidem aliquis eſſe videtur, imperfectus tamen. cauſa autem eſt, quoniam imperfectũ eſt, ipſum poſſibile cuius eſt actus, motus. Et ob hoc iam difficile eſt accipere, quid ipſum ſit. Aut enim in priuationem neceſſe eſt ponere, aut in potentiã, aut in actum ſimplicem. horum autem nullum videtur eſſe poſſe. Relinquitur igitur dictus modus, actum quidem quendam eſſe. talem autem actũ, qualem diximus: difficilem quidem cognitu, ſed qui eſſe poſſit.

Com. 14. Cum dixiſſet ſuam opinionem etiã ad opiniones ueterũ de motu ſeſe tranſtulit conſiderando illas. Et Alexander, ut alia, neſcio quomodo interpretatur nũc dicta. Vnde inquit ex hoc in principio dicto. Quod autem bene dictum ſit manifeſtũ & ex his quæ de ipſo dicunt, atq; ex eo quod dicit, neq; poteſt motus in alio genere poni, patet quid uelit. Nam inquit Ariſto. ſidem facit ex opinione ueterũ qui cum poſuerint motum extra huiuſmodi actum, nihil integrũ rectumq; de ipſo tradiderunt. Ni forte congruentium ſit intelligendum quod uniuerſam penitus traditionem ſententiarũ quas de motu ueteres promulgarunt, confutet, indicat itaq; ex eorum ſententia & intellectione ſe recte motum diffiniuiſſe. Etenim illi motum collocarunt in ipſam inæqualitatem, diuerſitatem uel alteritatem atque non ens, quia motus quoddam indefinitum eſſe uidetur. Cum igiť apud Pythagoreos duo ſint ordines mutuo è regione reſpondentes, in quorum altero collocatur motus qui habet principia priuatiua & indefinita, inter quæ ueniunt diuerſitas inæqualitas, & non ens. Nam decem oppoſitiones ueluti principia ſumpta ab ipſis fuere, merito indefinitum quoddam motus uidetť illis atq; nobis, niſi quia illis uidetur collocandus eſſe in ordine priuatiuo & indefinito, quia eſt oppoſitus quieti ſtationiue quę eſt certa ac definita, nobis autem uidetur indefinitus etiam eſt, quod non poteſt poni in ipſo quod eſt potentia neq; ipſo quod eſt actu. Etenim quod eſt ſolum potentia nõdum mouetur, & illud quod eſt actu nõ amplius mouetur, ſi ergo non eſt id q̃d potentia, neq; id quod eſt actu, neq; eſt actus qui eſſe maxime uidetur. Nam motus eſt actus imperfectus quia quod eſt imperfectum potẽtia eſt cuius actus eſt motus, merito indefinitus uidetur eſſe motus. Priuatiua autem alterius ordinis contrariorũ dixit principia quæ uidelicet decem deſcribunt, quia ſecũdum ipſum principia contrariorũ ſunt forma & priuatio, & ea principia quæ in meliori ordine decẽ ſunt, ſub forma erunt, & quæ in deteriore ſub priuatione erunt, forſitã autem ante ipſum & illi principium formale, & priuatiuum dixerunt. At decem ordines mutuo reſpondentes ſic in alijs Ariſto. narrat.

1	bonum	malum
2	terminus	infinitum
3	impar	par
4	unum	multitudo
5	dextrum	ſiniſtrum
6	lumen	tenebrę
7	maſculus	fœmina
8	quieſcens	motum
9	rectum	curuum
10	quadratum	altera parte longum

Et dicuntur priuatiua non quãdo ut formę conſiderantur, ſed quando excidũt, ideo neq; hoc neq; tale. Nam priuationes & ſi in eiſdem prædicamentis fuerint, tamẽ uelut ea quæ una ſubſiſtũt. Et ego exiſtimo ad illud aſſignari hęc ſcilicet cum dicit. Quod autem bene dictum ſit manifeſtũ eſt ex his quæ alij de ipſo dicunt. Sed Alexãder tradit nihil aſſignari quod hoc ſequatur, ſed ſecundo dicto ſcilicet. Et ex eò quod non eſt facile definire aliter ipſum inquit ſubiunctũ eſſe hoc. Neq; enim motum atq; mutationem ponere in alio genere poterit aliquis, & obſcuritatem atq; incongruitatem contextui obijcit quia proxime dicto non ſubiũgit hoc. Neq; quicquam dictum ab alijs de ipſo ſane recteq; dictum eſt. Nam hoc prędictum inquit ſequitur quod infert. Manifeſtum eſt autem conſiderantibus q̃ ponunt nõnulli ipſum alteritatem, uſq; ad hoc, difficilem quidem cognitu, ſed qui eſſe poſſit, & alio modo textum admittẽdo melius inquit illud. Neque enim motum atq; mutationem ponere in alio genere quis poterit, pro hoc, ſcilicet in alia natura intelligendum eſt. Et erit id quod hæret ei hoc. Manifeſtum eſt conſiderantibus quod ponunt nõnulli ipſum alteritatẽ. Sed in multis inquit hunc cõtextum adduci minime. Et ob id neq; memorat ipſum. Et ipſe autem, ut mihi uidetur, confuſe mẽtionem fecit, ſed multa obiecit pinde ac ſi Plato aſſeruerit motũ eſſe alteritatem quibus præſtantiora hæc eſſe exiſtimo, & forſitan omnia. Nam hæc circa eadem uerſantur. Vel enim iquit, Plato dicit motum alteritatem eſſe ad aliud, uel hunc in uno, uel alienationem & mutationem, ſed neq; ad alterum penitus mouetur, neq; eſt habens diuerſitatem in eodem ceu caliditatẽ & albedinem, quandoquidem neq; id quod eſt penitus potentia mouetur, neque omne operans, q̃ ſi dicunt alteritatem eſſe alienationem & mutationem, profecto nil aliud dicunt quam motum eſſe motum. Et Plato dicit in ſophiſta motum eſſe, nõ ens, ſed quod plane à Platone dictum eſt dimittens Alexãder nititur oſtendere ſyllogiſmo. Nam quia dixit entium alia moueri, alia uero quieſcere, accepit entis differentias eſſe motum & quietem, ſed differẽtias cum ſint entis, & genus non p̃dicať de ſuis differentijs, igitur neque ens prædicabitur de motu & quiete, quare ſi hoc uerum eſt, neq; erunt entia. Et patet quidẽ

quod etſi non ſit uelut de ſpēbus, tamen inſunt genera & diffe
rentijs. Nam animal eſt rōnale & otioſum, & ſi non uelut ani
malia hæc ſint, ſic igitur motus & ſtatio ſi fuerint differētiæ en
tis, tamen non erunt extra ens. Sed plane Plato dixit motum
non eſſe ens ubi inquit, eſt igitur ex neceſſitate non ens, de mo
tu dici & ſecūdum omnia genera. Verum dicit ipſum nō ens,
quia ſit nihil, quod etiam caret nomine proprie, ſed ſecundum
alteritatem & diuerſitatem quam habet ad ens, quod quidem
eſſe unum generum inquit intellectum ſecūdum definitam ꝓ
prietatem, ſed non ſecundum omnium rerum continentiā. Vt
ergo motum dicit non ens ſecundū diuerſitatem quam habet
ad tale ens, ſic etiam ipſum eſſe ens inquit ſecundum participa
tionem entis. Dicit autem ſic, Nonne igitur plane motus tum
ens uere, tum uero non ens, ens quidem quod ente participat.
Cæterum cum dicat huius opinionis dicentis motum eſſe non
ens fuiſſe Pythagoreos pro illis reſpōdet dicens, quod non pa
lam forte, neq; hoc modo proferebant tanquam dicerent per-
fectum de eo quod non eſt, ſed uelut de eo quod mouetur qđ
nondum eſt id actu ad quod tendit, ſed adhuc eſt imperfectū.
Hæc etiam Ariſtoteli placent de motu diſputata. Hæc autem
ſcilicet alteritatem, inæqualitatem, & non ens ſi uelut cauſas
motus dixerunt Plato & Pythagorei, ſic eſſe poſſunt, ſed non
ſat erant pro diffinitione motus. Non enim eadem eſt cauſa cū
effectu. Illi uero qui motū non ens dicunt, quāquam quicquā
ueri proferant, tamen aliquod accidens motui tradiderunt, nō
quod ſit motus. Et quod Plato dixerit inæqualitatē uelut cau-
ſam, paulopoſt perſpicuum erit quando uerba Platonis adiece
rimus. At impræſentia ſat ſcire eſt quod Eudemus ante Alexā
drum narrans opinionem Platonis de motu & contradicēs ei
hæc ſcribit. Plato autem magnum & paruū & non ens & diſ-
ſimile & quæcunq; cum his idem incidunt motū eſſe dicit. Ap
paret autem abſurdum ipſum idem dicere motum. Nam præ-
ſentia motus uidetur moueri id in quo eſt, dum eſt inęquale &
diſſimile, ſed cogi quod mouetur ridiculum eſt. Vnde melius
eſt dicere has eſſe cauſas, ut etiam Architas & paulopoſt inqt
Eudemus Pythagorei & Plato bene ad modū ad motum ip-
ſum indefinitum referunt. Equidem aliorum nullus dixit. Non
enim definitum eſt, & imperfectum atq; nō ens eſt, nam fit &
nondum factum eſt. Et Ariſto. ſermonem dicentium motum
eſſe inæqualitatem, & alteritatem corrigit. Nam oportebat, in-
quit, altera, uel inæqualia, uel non entia illico moueri. At nunc
minime apparet quod aliquid horum moueatur. Nam omnia
entia ſunt inter ſe diuerſa, & tamen non omnia mouentur. Sed
de non ente adhuc abſurdius eſt, ſi non ens mouetur. At ſiquis
dicat quod ad hæc quæ cientur, moueantur uel ex his, & ob id
quæ mouentur eſſe motus uidentur aſſumere talem inſtantiā
inquit nulla mutatio eſt ad hæc, neq; ex his magis eſt quam ex
oppoſitis & in oppoſita uidelicet ut ex idētitate, ęqlitate & en-
te, & in eadem. Poteſt autem, inquit Alexander, hoc, nihil ma-
gis ex alteritate & in alteritatem fieri motum quam ex identi-
tate & æqualitate dici, quia & ſi maxime quod mouetur ex ali
quo altero in alterum mouetur, tamen hęc mota ſunt, ut id qđ
albeſit & quod nigreſit eiuſdem generis ſunt inter ſe cum ſint
qualia & ſecundum hoc eadem ſunt. Similiter quoq; & quāta
ſecundum quæ auctio & diminutio fiunt, & in alijs. Sed dicen
do Alexander quod ob id motum exiſtimarunt eſſe indetermi
natū quia in nullo certo genere ipſum ponere potuerūt. Nam
entium & determinatorum alia ſunt potentia, & alia actu, ſed
in neutris horum motus eſt. Hæc igitur uix æquo animo dicen
do rurſus deſtruit hæc ſubiungens. Sed per hæc ſimul, ut dixi,
& quod non facile ſit alter atq; ipſe dixit de motu determina-
re, oſtendit, quāquam per hæc quod etiam dicentes indefinitū
intendere mentem ad motum indicat, & cauſam indetermi-
nati & difficultatis ſermonis de ipſo bene cōmonſtrat aliquā-
doquidem dicendo quod neq; eſt ipſum potentia, neq; ipſum
actu, neq; actus perfectus in quibus omnibus entia continenſ,
aliquando uero aſſerendo ipſum collocandum eſſe in priuatio
ne. quoniā non uidetur eſſe id quod eſt actu, ſed neq; priuatio-
nem ſimpliciter dicit eſſe. Nam priuatio eſt formæ. At cuiuſnā
formæ priuatio eſt motus. Nam ſi quietis priuatio eſt, cur non
magis quies eſt priuatio motus, neq; potentia eſt. Nam poten-
tia immobilis eſt & ipſum potentia ſecundum eadē. Attamen
motus neq; ſimplex & ꝑfectus actus eſt, ſed imperfectus quia
eſt imperfecti exiſtentis potētia & ob id difficile eſt uidere qā
perfectorum eſt cognitio, tamē pōt ſubſiſtere, ſi ergo huiuſmo
di actus motus eſt, bene Ariſto. non in generibus ipſum entis
poſuit, ut Plotinus. Nam genera ſunt perfectorum & determi-
natorum. At motus in cūctis conſideratur generibus ſecundū
mutationem ab eo quod eſt potentia ad id quod eſt actu. Sed
reliquum mihi occaſio eſt Platonis uerba adferre in medium
quæ ſic in Timæo ſcribuntur contra quæ Ariſto. & expoſito-
res obiecere. In ipſa leui ęqualiq; natura haud motus eſſe uult.
Nam quod mouendum eſt, ſine agitaturo, aut agitaturum ſine
agitando & mouēdo difficile eſt immo nequit reperiri. Motus
autem horum omnium minime eſt. Hæc uero leuia ęqualiaq;
eſſe nunquam poſſunt. Sic itaq; ſtatum in ęqualitate & leuita-
te collocamus motum uero in contraria ſemper natura pone-
mus. Inæqualitas porro huius naturæ irregularis cauſa eſt, q̄
leui æqualiq; cōtraria eſt. Sed inæqualitatis generationem iam
tractauimus. Sed quonam modo ſingula ſecundū genera non
diuiſa moueri inuicem ferriq; deſinunt, nequaquam diximus.
Itaq; cum dicat aliquo modo ob uniuerſi ad ſeipſum comple-
xum & congreſſum quæ ſunt ſubtiliora tenuioraue cum craſ-
ſiora adeunt illa quidem ſegregant, & ipſa uero cōgregantur.
Vnde concludens dicta infert. Sic utique & has ob cauſas na-
turæ leuitati contraria ſemper generatio conſeruata, horū mo
tum ſemper exiſtentem & futurum perpetuo præbet. Quibus
perſpicuum cuiq; eſt Platonem haud mentionem feciſſe de al-
teritate. Quod ſi Plato & Pythagorei dicunt de tribus exiſten-
tibus ipſa uidelicet alteritate conſiderata ſecūdum formam, &
altero, quatenus participat alteritate & alienatione dixerūt mo-
tum eſſe alienationem ut alterationem alienationemue et actū
accipientes. At Ariſtoteles alteritatē illam ut formam ſuſcepit,
cuius eſt particeps alterum, ideo & ad diſſentaneum inconue-
niens reduxit rationem dicens, quorum nullum neceſſariū eſt
moueri, neq; ſi altera fuerint, neq; ſi inęqualia, neq; ſi non entia;
Nam ſi eſſet alteritas motus, ea quę participant alteritate mox,
mouerentur, quandoquidem ſunt altera. Et non obijciendum
eſt Ariſto. quod non putauit accipiendum eſſe alteritatem ut
formam tanquam motum ſecundum illos, ſed alterum & ob
id adhuc rationem ad inconſentaneū redegit, ubi inquit. Quo-
rum nullum neceſſarium eſt moueri, ſiue altera ſint, ſiue inæq-
lia, ſiue non exiſtentia. Non enim ſubiunxit in ratione alterum
uelut motum, ſed uelut id quod alteritatis eſt particeps quæ ſi
motus erat, alterū ipſius particeps penitus moueri debet. Sed
Eudemus apertius expoſuit demonſtrationem Ariſtotelis in
his uerbis, quæ pauloante attulimus in his ſcilicet. Nam præſen
te motu uidetur moueri id in quo ipſe eſt, ſed inæquali exiſten
te, uel diſſimili cogi quod moueatur ridiculum eſt. Sed penitus
neq; inæqualitatem, neq; non ens, neq; ea quæ his participant
motum eſſe par eſt exiſtimare, ſed ut ita dicam inæquationem
& ſubſiſtentiam, uel inſubſiſtētiam. Nam hæ ſunt motus q̄ꝑ
pe quædam mutationes unicuiq; generi propriæ à potentia in
actu ſunt. Non enim alteritatem aiunt iam ſeparatam & ma-
nentē in forma, ſed inæqlitas & diſſimilitudo deterioris ad me
lius uel moti ad mouens, feſtinans ad perfectionem ducere im
perfectum, & ingerens ipſi quod eſt potentia ipſum actum a
meliore cauſam immittit primam motus. Item ab ipſa etiam
inæqualitate mouentis ad motū eſt diſcere intelligemus in ęq-
litatem, & diſſimilitudinem & alteritatem. Nam aliud eſt mo
uens & aliud motum, & hæc inæqualia & diſſimilia ſunt & ꝓ
pter hæc motus conſiſtit circa id quod mouetur ab ipſo mouē
te productus ſecundum ipſam diſſimilitudinem & inæqualita
tem non quod determinetur ſecundū diſſimilitudinem, & ęq-
litatem, ſed quod indefinite procedit ſecūdum ipſum magis in
ipſa irregularitate inæqualitateq;. Nam mixtio indefiniti & de

ſiniti motum ſtatuit. Nam principium motus ſit ipſa diſſimilitudo inæqualitaſq;, & differentia mota ad mouens, actu tameo ad potentiam, & principij ad media & finem omnibus his diſpoſitis differenter in motu. Etenim quouſq; idem aliquid maneret & unum, non aptum eſt moueri, quare merito altera, inæqualia, & non entia, quæ iam in hoc ſteterunt non mouẽtur, ſed quæ facta ſunt altera, aut inæqualia & ſubſtantiæ hæc ciẽtur feſtinantia ſemper ad differens & ad alterũ. Etſi in ipſa inæqualia igitur ex æqualibus fieret mutatio ſecũdum ipſum indefinitũ ob ęquale, etiã dum ſit in æquale & diſtat ab ęquali ſit mutatio, q̃a q̃tenus ſtetit ipſa q̃litas æq̃lia nõ mouẽ ab æquali uel in æquale. Deinde non ſecundum unum mutatio conſideratur ab aliquo in aliquid, ſed ſecundum utrũq; ſimul ſcilicet ab aliquo ſimul in aliquid, & ſecũdum alienationem actus duo complexus eſt, ſed extremorum comprehẽſio eſt diſſimilium & differẽtium complexus. Et quouſq; ipſa fuerit, neceſſe eſt moueri id quod eius eſt particeps. Si ergõ motum cum ſit indefinitus ponunt ueteres inter priuatiua. Eſt autẽ ſimilis diſſimile & æqualis inæquale, & eiuſdem, alterũ, & entis non ens priuatiua, quare merito io his motus conſideratur. Nam quatenus priuatur forma & appetit ipſam & contendit eam attingere, eatenus mota mouẽtur, merito igitur motum in priuatione collocant Pythagorei & indefinitũ ipſum dicunt, quia non eſt materia per ſe, neq; forma, neq; potentia, neq; actus, eſt tamen mixtum aliquid ex his & intermedium huiuſmodi eſt ut neutrum ſit, & ſic ipſi competit non ens quãdoquidem non ſit potentia neq; actus, ſed uia quædam qua aliquid ab altero in alterum tendit. Et imperfectum igitur ĩ tali actu circa ipſum huiuſmodi erit eãquam nondum formam & actũ habeat, & medium ĩ ſingulis ad eo obtinebit, ut nec forma nec priuatio, nec potentia, nec actus perfectus affirmari poſſit. Nam captu difficile eſt quiſnam actus ſit circa hæc omnia ſeparatus ab his omnibus & alio modo inexiſtens cum omnibus & in potentia præſens & quãdiu eſt potentia, tandiu maneat, & ceſſante potentia, & ipſe penitus abeat & intereat. At ſi neq; in potẽtia, neque in actu quomodo actus dicitur motus. Vel nõ ſimpliciter dicitur actus, ſed imperfectus nõ uelut mutatio impfecta, ſed actus imperfectus & forma imperfecta. Differt autẽ motus ab eo quod eſt actu & ab actu perfecto, quia his præſentibus corruptum eſt id quod eſt potentia, ſed manente eo quod eſt potentia motus, perficitur actus motus. Sed ad cætera proficiſcendum eſt.

Tex. 16. Mouetur autem & mouens (ſicut dictum eſt) omne: cum ſit potentia mobile, & cuius immobilitas quies eſt. cui enim motus ineſt: huic immobilitas, q̃es eſt. Nam ad hoc agere, quatenus huiuſmodi, idipſum mouere eſt. hoc autem facit, tactu. quare, ſimul & patiẽ. Iccirco motus, eſt actus mo-
Tex. 17. bilis, quatenus mobile exiſtit. Accidit autẽ hoc: tactu motiui. quare, ſimul & patitur.

Cõm. 25. Cum prius dixerit mouens naturaliter & ipſum mobile eẽ. Nam omne tale mouet motum, uult nunc ſimul afferre ſigna manifeſta quibus cognoſcitur ea q̃ dum mouent econtra moueantur ab his quę mouent. Simul autem (ut inquit Alexãder) uult ſeiungere diuinum corpus ab his quę dum mouent econtra mouentur & patiuntur. Sed uno ſigno & indicio uidetur ſeparare naturaliter mouens & id quod econtra mouetur in generatione ab eo quod immobiliter mouet uelut à prima & intellectuali ſubſtantia & ab eo quod ſemper eſt in motu, uelut à cœleſtibus. Etenim id quod phyſice mouet potentia mobile cum ſit, mouet, ideo & econtra mouetur & non mobile ſolum potentia eſt, ſed etiam motiuum. At prima ſubſtantia prorſus eſt, expers potentiæ qua mouetur & mouet. Et neque mobile eſt uniuerſaliter cum ſit nequaq; imobile, neque motrix potentia. Nam ab omni impfectione & omni quod eſt potentia libera eſt, igitur neq; motrix potentia erit, neq; interdum ſic, interdũ non, neq; quo ad aliqua ſic neq; quo ad aliqua non. Hac igitur ratione diſtinguitur naturaliter mouens à mouente immobili. Et quãquam ſit mouens naturale immobile & potentia mobile tamen haud ſimilis eſt illius & primæ ſubſtantię immobilitas, ſed in naturalibus uelut aliquando motis eſt immobilitas & propter hoc dicitur quies. Nam cui motus ineſt, huius immobilitas quies eſt, ſed in prima ſubſtãtia quæ eſt penitus immobilis, immobilitas non eſt quies, ſed idẽtitatis & immutabilitatis ſemper conſiſtentia. Item à cœleſtibus eiſdẽ argumentis ſeiungit ea quæ ſunt in generatione & corruptione. Nam haud illa dum mouent econtra mouẽtur. Etenim ſi mouerentẽ ipſa ab imobilibus cauſis, tñ non ecõtra mouerentẽ ab his q̃ mouent & neq; potẽtia ſunt mobilia cũ ſemp moueãtur niſi aliq̃s accipiat potentiã in eis q̃ ad aliũ atq; alium motũ, q̃a in alio & alio loco cientur. Sed neq; ipſa quieſcunt ſicut neque primæ ſubſtantiæ. Verum illę ideo non quieſcunt quia neque moueri aptę ſunt. Nam cui motus ĩeſt, huius immobilitas q̃es, hæc uero nõ quieſcunt, quoniam ſemper mobilia ſunt. Quod uero cui ineſt motus huius immobilitas quies ſit, & non immobilitas prorſus immobilium, oſtẽdit ex hoc quia agere eſt mouere eſſeq; motiuum immobilis quatenus mobile, id eſt quatenus aliquando anteq; agitur & ſit, ſolum eſt potentia immobile & quieſcens ſecundum eum motum quo moueri debet. Nã quieſcens ſic immobile eſt, ut etiam motum aliquando. Illud uero ſic ad hoc agens cum ſit naturale & corporeũ tactu mouet, quia in his corporibus ſunt actiuę & paſſiuę qualitates q̃ ſunt in corporibus ſubiectis agẽtes inſeparabiliter ab ipſis. Et cum unũquodq; hoc modo mouens naturale in ſeipſo habeat ipſum potentia, ſecundum id quod eſt actu agit, & ſecundum id quod eſt potentia patitur, ideo & econtra mouetur ſic mouens. Nam cum ſint eiuſdem materiæ & contrarietatis ſub ipſo proximo genere agens & patiens, etiam alterum contrariorum habet actu agens, & potentia utrunq;. Equidem calefacit actu calidum licet potentia ſit frigidũ. Item calefit ab hoc actu frigidum, potentia autem calidum exiſtens, ideo & ipſum quatenus actu frigidum & potentia calidum ipſum calefactum frigidum facit. Si ergo motus aſſignatus eſt actus entis potẽtia q̃tenus potentia, & quod patitur ab eo quod actu tangit, & ab eo quod aliq̃d habet & ipſum potentia, profecto agens, ſic etiã patitur et mouens econtra mouetur. Sed poteſt ſyllogiſmo, ſic etiam ratio produci. Id quod obnoxium naturæ & ortui, quia non ſemper actu eſt id q̃d eſt, potentia mobile eſt, & quia corpus eſt, tacto mouet. Sed potentia mobile & tactu mouens cõtra patitur et mouetur, ut ſubtilius ſeparando craſſius ab eodẽ congregatur, & craſſius econtrario. Sciẽdum autem eſt quod Aſpaſius ſic ſcribit contextum. Mouetur autem & mouens ut dictum eſt omne quod eſt potentia motiuum. Et cõſonat huic illud quod paulopoſt ſic ſubiungitur. Nam ad hoc agere quatenus tale eſt, ipſum mouere eſt, hoc autem facit tactu, quare ſimul & patitur. Nam cum ſit potentia motiuum & tactu mouens, quando moueret, & econtra moueretur, talia enim ſunt in generatione & corruptione. Verum Alexander nouit hanc ſcripturam, & exponit hanc apte atq; congrue tanquã ab alijs adductam. Sed primo ponit aliam dicentem. Mouetur autem motum, ut dictũ eſt, omne cum ſit potentia eſt mobile. Et hoc apertior eſt determinans qualia manentia ſint, quę ecõtra mouentur, quia non omnia. Neq; enim prorſus immobilia, neque actu ſemper mota, ſed quæcunq; mouent potentia et potentia mobilia ipſa ſunt, quę cum dicat rurſus cõcluſit diffinitionem motus per hoc. Icirco motus eſt actus mobilis quatenus mobile exiſtit. Et uidetur, inquit Alexan. nũc apertius dicere quid ſit motus q̃ cum dixit eſſe actum eius quod eſt potentia quatenus potentia eſt. Etenim ipſa potentia in cunctis prædicamẽtis eſt, ſed non omnis actus eius quod eſt potẽtia motus eſt, p inde ea quæ ſunt potentia, ſunt ad aliquid quatenus potentia actu fiunt, ut potẽtia duplum ſit actu, & non neceſſe eſt ipſum moueri id cuius duplũ ẽ, aduenit ipſi, et ſic ſit ex potẽtia actus, non tamen mouetur, tamen omne quod mouetur ex potentia

in actū procedit, & ſecundum hoc latius erit hoc ſcilicet actus eius quod eſt in potentia qua potentia eſt, ipſo motu. Sed cum hæc dicat Alexāder recte notat dicens, ea quę prius ipſe apponebam. Vel in ipſo ad aliquid potentia duplum non motū eſt tamen potētia dimidium etiam actu fiebat ut horum duplum fieret, ſed non erat alia potentia ipſius potentia dupli & illa potentia dimidij, quare ſecundum actum potentiæ & in illis motus eſt cum ſit una potentia ſecundū ſubiectum, quę facit differentes habitudines eorum quæ ad aliquid ſunt. Hæc igitur ſuis uerbis cum ſcribat Alexan. exiſtimo reuocanda eſſe ad memoriam ea qui prius dixi, cum ipſe fatebar motū fieri etiam ſecundum ipſa quæ ſunt ad aliquid, & non ſolum ſecūdum quatuor prædicamenta. Nam plane in his Alexan. fatetur ꝙ ſi alterum eorum quæ ſunt ad aliquid moueretur, etiam alterum moueri & ob id una eſt habitudo. At Themiſtius hoc quoq; loco putat non eſſe motum in his quę ſunt ad aliquid quia in illis actus non ſeruat id quod eſt potentia, ſed tota repente fit mutatio ex potentia in actum. Non enim gradatim ſenſimq; dextrum fit, ſed repēte oportet igitur, inquit, primum oſtendere actum imperfectum, & ſic diffinitionem confutare. Sed ſi illico mutatio fit ex eo quod eſt potentia ad id quod eſt actu quid incōmodi erit aſſerere etiam motum eſſe in ipſis ad aliquid ſubito, quod ſi ea quæ ſunt ortui ſubdita, in tēpore fiunt & tempus una tolleretur, non ob id motus periret. Vel igitur inquit ipſum potentia uelut in apertius mobile tranſtulit, uel ſi quis cogeret latius eſſe ipſum potentia cum ſit in omnibus prædicamentis nō abre uidebitur ad peculiarem, magis motus diffinitionem proficiſci dicendo motum eſſe actum mobilis qua mobile eſt. Item Alexander aliam opportunitatem tranſmutandi ens potentia in mobile. Nam quia uult oſtendere motum in eo quod mouetur, & mouens naturaliter cum ſit potentia motiuum actu, fit tale cum ageret in mobile, ſed non eſt id quod mouetur, neque in ipſo eſt motus, merito mobile accepit in quo eſt motus & non motiuum à quo motus in mobili fit, et ſic definitionem adæquauit diffinito transferens ipſum potentia in ipſum mobile. Sed quidam accuſant diffinitionem motus, quia ut aiunt cum ſit æque ignotum mobile cum motu, ipſo tamen utitur propter motum uelut noto. Reſpondet Alexander dicens quod, ſi motus eſt de numero eorum quæ ad aliquid ſunt. Nam mobilis eſt motus, cum ea quæ ſunt ad aliquid, ſint ea quæ aliquomodo ad aliquid ſe habent, merito diffiniēs motum aſſumpſit mobile ad quod relationem habet. Sed prorſus non pendet cognitio motus à mobili, ſed tantum præſtat motui mobile, ut uideatur motus eſſe actus eius quod eſt aptum natum qua aptū eſt, quod eſt eſſe aptum moueri, & nil aliud præſtat. Nam ędificabile quatenus aptum eſt, quando ageretur, dum manet ſua aptitudo ædificatur, ſic etiam omne mobile mouetur. Ni forte poſt multiformem diffinitionis explicationem ad euidētiorem oſtenſionem nullum abſurdum ſit eadem ſic producere ut loco eius quod eſt potentia ponatur mobile. Cęterum dicit actū hunc tactu motiui ad mobile fieri, & in his præſertim quę naturaliter & corporis ope mouentur inquit mouens & motum ſeſe mutuo tangere, ſed in motu alicuius incorporei cum mouens ſit incorporeum dicit tangere motum id quod mouetur inquiens cōmuniorem tactum de incorporeo, ut dicimus conuitium nos tangere, haud tamen corpus motum tangit mouētem. Neq; enim dicimus nos tangere conuitium et maledictū. Quod ſi mouens qua potentia eſt econtra mouetur, etiā patet firmius ꝙ motus eſt actus mobilis qua mobile.

Speciem aūt ſemper afferet aliquam, id quod mouet, aut hanc, aut talem, aut tantam, quæ principium atque cauſa motus erit, cum moueatur. vt actu homo, facit ex eo quod potentia exiſtit homo, hominem.

Com. 16. Cum oſtenderit quod mouetur dum mouetur retinere ſibi imperfectum, & ipſum potentia merito de ipſo mouente declarat, quod illud oportet eſſe perfectum & formam habere. Nam quæ ſecundum naturam proxime efficiunt & mouent, ſimilia eiſmet faciunt & ad propriam formam ducunt ea quæ mouent, ideo ſi ſecundum ſubſtantiā mouetur motum, oportet ſubſtantiam eſſe mouentis ipſum, ſi uero ſecundum qualitatem, quale erit mouens, ſi uero ſecundum quantitatem quantum erit, ut actu homo facit ex homine potentia hoīem. Nam cum ſit perfectum motiuū, principium & efficiens motus cauſa eſt. Sed quomodo de motiuo ſecundum locum. Non enim locus neq; in loco erit mouens ſecundum locum, ut ſubſtantia ſecundum ſubſtantiam eſt id quod fit, & quale eſt id ſecundum quale. Niſi neceſſe ſit in perfectione & in illis eſſe mouens non tamen & in loco, proinde anima mouet corpus motu locali cum non ſit in loco. Et ob id forſitan Ariſto. tutius id dicendo non tulit quod ſpeciem afferret mouens quale eſt motum, ſed quod hanc, aut talem, aut tantā. Niſi forte prorſus eandem eſſe ſpeciem ab agente poſitam in eo quod fit, ſed ſua ꝓprie in utroq; eſſe debet. Etenim ædificator ædificat ſecūdum artem ædificandæ domus peculiarem ſibi, & anima mouet quādam ſecundum locum non ſecūdum quāuis in ſeipſa cauſam, ſed ſecūdum eam cauſam quę ſpectat ad motum localem habentem ipſam ſpeciem ut in illa eſt.

Et dubitatum autem, manifeſtū eſt, quod motus eſt in ipſo mobili. actus enim eſt huius & ab ipſo motiuo. Motiui autem actus, non aliud eſt. oportet enim, eſſe actum utriuſque. Motiuum enim eſt, eo quod poteſt: mouens autem, eo quod agit. ſed eſt, actiuum ipſius mobilis. Quare ſimiliter vnus eſt amborum actus: ſicut enim idem ſpatium eſt vnum ad duo, & duo ad vnum, & accliue & decliue. Hæc enim, vnum quidem ſunt: ratio tamē non vna eſt. Similiter autem, & in mouente & in moto. Tex. 18.

Poſtquam aſſignauit motus diffinitionem, & fecit ipſius cōuenientem determinationem tranſit deinceps ad ſecundum ꝓblema de motu quærens & diuidēs in quo ſit motus, an in mouente, uel in mobili, uel à mouente in mobili, ut etiam ſe habet habitudo ad aliquid, ꝓpter hoc etiam ipſius ad aliquid habitudinem accepit. Nam quia motus eſt aliquod accidens, neceſſe eſt ut prorſus ſit in aliqua ſubſtantia, quia igitur & in ipſo mouentis nomine & motu apparet motus, dubitatione dignum eē uidetur utrum in mouente ſit, an in eo quod mouet, an in ambobus. Niſi quia mouens, & faciens aliquid, & id quod mouetur patiens. Nam diuiſo motu in actionem & paſſionē, actio eſt in agente, & paſſio in patiente. Dicit igitur quod etiam dubitatum in his ſolutum eſt ex diffinitione motus. Nam planum eſt quod in mobili eſt motus, ſiquidem actus ſit mobilis à motiuo. Verum uidetur aduerſari, inquit Eudemus, dicentibus in patiente & eo quod mouetur motum eſſe id quod ſenſibus accidit. Nā dicimus uiſus uidet, guſtus & reliq ſenſus. Hæc enim uidentur eſſe in cognatione agentis & mouentis. Sed inquit, decipimus autem ſequētes dictionem & non intelligentes quod ſentiens patitur. Sed cur non eſt actus etiam mouentis motus. Nam ſi prius exiſtens motiuū, hoc potentia mouēs eſt neceſſario eſt, quando mouens actu fieret, tunc mouere & agere quatenus mouet, cur ergo motus eſt actus mobilis, & non magis ipſius mouentis. Niſi quia non alius eſt motiui actus. Nam eſt motiuum actiuum mobilis. Vnus igitur eſt amborum actus, tanquam à mouente actus principalius dicatur, ſed uelut in eo ꝙ mouetur eſt paſſio magis quam actio. Actus autem forte & ipſe dicitur quatenus etſi extrinſecus haberet principium, tamen à natura in ſeipſo habet ut moueatur ſecūdum propriam aptitudinē. Vt igitur ſpatium ad duo, et duorum ad unū. Equidem aſcendentes & deſcendētes ſunt unum ſubiecto, ſed duo Com. 17.

ſecundum rationem. Item ab uno ad duo dimidium, & a duobus ad unum duplex, ſic ſe habet motus in mouente & eo qđ mouetur cum unus ſit ſubiecto motus, uerũ aliter eſt ut a mouente, & aliter conſideratur uelut in moto eſt. Item patet qđ motiuum qñ mutaretur ex potentia in id qđ eſt actu ab ipſo qđ eſt actu tum ipſi ineſt motus uelut motu a mouente cum ſit alius præter motum quo ipſe iam actu perfectum factum mouet id qđ mouetur ab eo. Vnum igitur ſunt ſubiecto actus & paſſio proficiſcens ab agente & inde formam deferens ingerensq; patienti & diſponẽs hoc ſecundum imiſſionem a forma agente tanq̃ ĩſpirationem in aliud ut neq; mutet agens, neque in illo ſit, ſed ex illo haud tñ in illo deciſum & ſi quidem ab agente & mouente initium facimus dicimus mouere & agere illum eſſe, ſi uero a patiente & moto dicitur eſſe pati & moueri. Sciendum autem eſt qđ in hoc loco plures ſic hũc cõtextum apertius ſcribunt. Nam actus eſt huius a motiuo. At Andronicus ſic. Actus enim eſt mobilis ẽt ab hoc & exponit qđ ſi extrinſecus eſſet mouens ex inexiſtẽte potẽtia ad motum deductũ, tum a ſeipſo qđ mouetur, uidereẽ moueri.

T.18. Habet autẽ, dubitationẽ rõnalẽ. neceſſe enĩ ẽ fortaſis, eẽ quendã actũ aliũ actiui atq; paſſiui. illud.n. actio ẽ: hoc uero paſſio. opus ãt & finis illius qdẽ, factũ: huius ãt, affectus. Cũ igiẽ utraq; ſint motus: ſi diuerſi qdẽ, in quo ſunt? Aut enĩ utraq; in patiente ac moto ſunt, aut actio qdem in agente, paſſio vero in patiente. ſi autẽ oportet & hanc actionem vocare, æquiuoca utiq; erit.

Cō.18. Cum prius dixerit ea quæ ſibi uidentur de motu qđ unus eſt a mouente in moto, deinceps dubitationem de hoc quę cõfundit eos qui non ita ſentiunt (ut ipſe dixit) determinat, quam logicam rõnalemue appellat, uel quia procedit ex probabilibus, uel quia habet in ſola ratione ueriſimile, & nõ a rebus eſt cõfirmata. Nam ſic rationes dicuntur Zenonis quæ ſuadẽdo demunt motum. Vel dicit rationalem quia communis eſt & non immediata neq; propria eſt ꝓpoſitio neq; ex ꝓprijs principijs. Nam argumentum ex proprijs non eſt logicum uelut illud qđ oſtendit animum eſſe imortalem qa ſemper mobilis eſt. Nam ex ſubſtantia animæ uult ꝓcedere, ut inquit Alexander ſed illud qđ oſtendit immortalem eſſe quia ex contrarijs contraria fiunt logicũ & ꝓbabile eſt, quãdoquidẽ nõ ex proprijs & ꝓximis animæ procedat ſed per communia qbus ẽt aliud oſtenderetur qđ ſic ſe haberet, & eſt eiuſdem generis cũ anima. Nam etſi opus eſt propoſitione uniuerſali in demonſtratione, tñ nõ eam ſic eſſe communem oportet cum ea quę proprie inſunt oſtendimus ut etiam congruat his quæ ſunt genere diſſimilia. Exempla igitur recte Alexander adaptauit. Sed illud adnoto ob eos qui ad uerum aſpiciunt, quia ratio in Phædone a contrarijs non pollicetur oſtendere immortalitatem aĩę per ſe ſed qđ anima ſolum prius exiſtit quã uita in his inferioribus & qđ permanet. Cæterum dubitationem Ariſt. exponit primo determinans qđ eſt aliquis actus mouẽtis & moti uel agentis & patientis, tanq̃ ſint duo actus qđ pauloante uelut manifeſtum accepit cum dixerit oportere actum eſſe duorum. Nunc autem ex diuerſitate nominum quæ habent actus dicit duos eſſe. Nã alter actio dicitur & alter paſſio qui duo ſunt, ſicut etiam ipſorum opera & finis, quæ ſic dicuntur ut alterũ actũ, & alterũ affectus, hæc aũt inter ſe differunt, ſed quorũ opera & fines diuerſi ſunt horũ & actus diuerſi ſunt in qbus fines. Determinãs igiẽ hæc, incipit igiẽ deinceps diuiſionẽ ſic repetens dubitationẽ ſi ambo motus ſunt ſcilicet actus mouẽtis & actus moti uel tandẽ diuerſi ſunt ipſi, uel nõ diuerſi, et ſi diuerſi, qa accñtia ſunt motus, oĩno in aliq̃ ſubia ſunt, in aliq̃ igitur duo erunt. Vel enim ambo in patiente & eo quod fit, uel in moto, uel actio in agente, & paſſio affectus in patiente. quod ſiquis affectum uoluerit appellare actionem, quia & ipſe actus dicið, nã actus mobilis ẽ, appelleẽ qdẽ, ſed ſciat qđ ęquiuoce dicitur hæc actio cum motu agentis manẽte diuerſitate, etſi nomine eadem fuerint. Tertium ſectũ diuiſionis dicens uel ambo in mouẽte ꝑtermiſit uelut plane abſurdũ, qa ei qđ mouetur accideret cũ ſit motum nõ moueri, cum nõ habeat in ſeipſo motũ ſed moues cũ habeat duos motus duplici mouebitur motu. Sed ẽt propter qđ hæc abſurda accidãt huic diuiſionis parti, ẽt cur illi ponẽti ambos motus in moto, & aliter procedẽdo demonſtrabit, quoniã ei uidetur abſurdũ alterum motuũ in mouẽte ponere qui uidetur ei ꝓprius qđ ſi hoc abſurdũ, multo abſurdius erit ambos in eodẽ ponere, ob hæc igitur ꝑtermiſit illud ſectum diuiſionis, ut in pluribus exẽplaribus ſcriptum eſt. Verũ in qbuſdã & illud additur, cum ſic ſe habeat ſcriptura. Vel enim ambo in patiente & eo qđ fit, uel in agente & diſponẽte, uel actio in agẽte & affectus in patiẽte. Sed ſuperflua eſt additio, ſiquidẽ illi poſitioni non cõtradicit Ariſto. Item quartũ eſt membrũ diuiſionis & ſectum qđ cõtrarium eſt ſecũdo dicens uel actio in patiente, & affectus in agente, quod uelut perſpicuo abſurdũ ſub ſilentio ꝑterijt. Verum Themiſtius hoc perſuaſus in cõtextu ſcilicet. Si aũt oportet, & hanc actionẽ uocare æquoce utiq; erit, qđ dictum eſſe ad demõſtrationẽ huius ſecti dictũ eẽ putat, perinde ac poſtq̃ dixit. Vel actio in agente, & affectus in patiente, ſubiunxerit. Nã ecõtra nõ cõtingit, ut actio ſit in patiẽte, & paſſio affectuſque in agente, niſi qs actũ patiẽtis ęquiuoce actionẽ nominare uelit. Atqui ſi huius gratia dictum eſt, neceſſe erit & affectũ eẽ in agẽte dici ęquoce qđ qdẽ nõ dictũ ẽ cũ ſit rude admodũ.

At vero ſi hoc eſt, motus in mouẽte erit. eadẽ enim eſt rõ, in mouente & in moto. Quare aut omne mouẽs, mouebitur, aut habens motum, nõ mouebitur. Si autẽ utraq; in moto ſunt & patiente, actio inq̃ & paſſio, & doctio & diciplina, q̃ duo ſunt, in ĩpo ſunt diſcẽte. Primũ quidẽ actus uniuſcuiuſq;, nõ in unoquoq; erit. Deinde in cõueniẽs ẽ, duob⁹ motib⁹ ſimul moueri. Quędã nãq; erũt alteratiões, duę unius, ẽt ad unã ſpẽm. At ĩpoſſe ẽ.

Contra proxime adductum ſectum dicens actio in agente & affectus in patiente primum occurrit, & accipiens qđ ſecũdum eandem ſuppoſitionem, ut in moto eſt motus proprius ſic etiam in mouente proprius. Nam eadem rõ in ambobus, ſubiungit qđ de duobus abſurdis alterum neceſſe eſt ſm eandem ſuppoſitionẽ fateri. Vel enim omne mouens etiam mouebitur, ſiquidem mouens habet motum, & habens motum mouetur, ſed abſurdum eſt omne mouens moueri, & neque ipſi uidetur ſiquidem putat primum mouens immobile eſſe, neque rebus conſonat. Nam plura mouentia immobilia manent, ceu color, pulchritudo, uenuſtas, aut aliquod habebit motum in ſeipſo & non mouebitur, quod quidem omnium eſt abſurdiſſimum, ſicut aliquod habens album & non album eſſe. Nam cui motus adeſt hoc prorſus mouetur, & id quod mouetur pręſentia motus mouetur, hoc autẽ cum oſtendiſſet abſurdum eſſe tranſtulit ſe ad alterũ ſectũ diuiſionis qđ eſt primũ, & abſurda deinde ſubiungit q̃ illis accidũt qui ſtatuunt ambo ſcilicet actionem & affectum in moto & patiente eſſe atq; doctrinam & diſciplinam in patiente. Et primum abſurdum eſt quod actus uniuſcuiuſq; non eẽt in agente, ſed in alio quodã ſiquidem actus facientis erit in eo quod mouetur. Secundum autem abſurdum eſt quod idem duobus motibus differentibus & contrarijs ſimul moueretur ſecundum unam formam. Nam ſi mouens uerbi gratia alteraretur, & quod mouetur alteratur, haud fieri poteſt ut id quod moueatur quatenus alteretur ſit alterans. Vnde ſi diſcrimen erit & differentia actus, diſſentient quoque & ipſi effectus, ut nequid quatenus alteratur ſimul augeri. Nam ab eo quod augmentũ efficit aliquid augetur & ab alterante alteratur. Itaque celeriter huic ſuppoſitioni dubium adiecit. Nam quædam alteratio-

nes erunt duæ & unius moti & ad unam formam delati. Adhuc autem abſurdius hoc ſcilicet duos motus quos uocauit alterationes tendere ad unam formam. Nam quia mouentis & moti actus in unam formam deſinit, quod ex hoc uel maxime patet quia cum mouens & id qđ mouetur qeſcerent ad unū aliquid id quod mouetur uidetur eſſe translatum, quare ſi hoc etiam mouebatur, fieri ergo nequit & hoc quod duo ſint in eo quod mouetur, cum motus factus fuerit ſecundum unam formam, uel caliditatem, uel albedinem, uel aliquid aliud huiuſmodi & hoc abſurdum erit quod duo contrarij ſint in eodem. Item cum ſint duo contrarij in unam formam deſinere. Nam poſito uno actu amborum in ſubiecto, nihil prohiberet hoc ut duo ſint ratipne & in unam formam deſinere. At duobus poſitis nequit admitti poſitio ſi una fuerit forma ſeu ſpecies. Et ſi aliquis poſitionem ſuppoſitionemue admitteret, ſequens haud fieri poteſt uidelicet in unam formam ceſſare & deficere. Sed inquit Alexander, poteſt etiam aliter legi ſi accentu acuto legerimus & non graui illud in contextu, Quædam. Nam ſi duo motus ſimul ſunt duę quædam erunt & contrarię alterationes unius & in unam formam quæ quidem fieri nequeunt, fieri quoque poteſt, inquit, ut pertranſeuntes ſic contextum planiorem efficiamus. Deinde abſurdum eſt ſimul duobus motibus moueri & in unam formam, & non ſolum abſurdum ſed etiam fieri nequit. Deinde in his, Quædam nãque erunt alterationes unius. Nam ob id fieri nõ poſſunt, quia haud accipi poſſunt quæ erunt alterationes unius. Item Alexander inquit utrique abſurdo proprium aliquid indicatiuum abſurdi ſubiunxit. Sunt autem abſurda duo aliquid duobus moueri motibus, & ad unam formam. Nam huic abſurdo quod idem duobus motibus moueretur uel duo motus mouerentur ſubiungit hoc, Quænam erunt? nam ob id abſurdum quia dubium eſt quænam erunt. Et illi abſurdo & duo ad unam formam ſub unxit hoc. At impoſſibile, ſeu fieri non poteſt. At fieri cur non poteſt? uel quia omnis mutatio eſt ex contrario in contrarium, ſed unum eſt uni contrarium, fieri igitur nequit ut duo ſint motus cum ſint duę mutationes & ex duobus uidelicet. Nam ex uno duo non poſſent in unum contrarium terminari. Item magis uidebitur fieri non poſſe ſi intellexerimus quod etiam duo motus mouentis & eius quod mouetur uel agentis & patientis ſimul in eodem ſint & inuicē aduerſarentur & illi ſoli in quod eſt mutatio. Equidē ne queūt duo contraria ſimul in eodem eſſe. Niſi forte Ariſto. putans ſatis eſſe ad extremum abſurdum poſitum hoc ſcilicet duos eſſe motus unius formę & de contrario non mentionem fecit, ideo duo abſurda ſubiunxit unum qđ duo ſint omnino unius formæ & cum duo ſint differentes ad unam tendere etiam ſi non extiterint contrarij. Verum intendit abſurdum contrarietas. Alexander tamen hic ingerit & duo uni contraria eſſe qđ in exceſſu & defectu ſolo fieri poteſt, hæc enim uidentur medio & inuicem contraria eſſe. Sed ſcitu dignum eſt quod medio ambo ſunt contraria ut unum, uelut in commenſurata ipſi mediocri & metro, & uelut in æqualia æquali, quare neq; regula dicens. Vnum eſt uni contrarium arcenda & turbanda eſt. Cum ergo Ariſto. dixerit abſurda quæ accidunt illis qui ſtatuunt ambos motus, in eo qđ mouetur & patitur, dedit intelligere qđ eadem accident his qui ponunt ambos in mouente & faciente. Item magis ſi motus erit in mouēte, ideo & prętermiſit hoc ſectū diuiſionis. Nā moueb:ē motū haud motū.

Sed vnus erit actus? At irrationabile eſt, duorum ſpecie diuerſorum vnum ac eundē eē actū. Atq; erit, ſi quidem diſciplina & doctio idē ſunt, paſſioq; & actio, & docere idem quod diſcere, & agere quod pati. Quare omnem docētem, diſcere neceſſe erit, & agentem pati.

Com. 20. Primū diuiſiuū erat, uel diuerſi motus, uel non, ſed unus uidelicet qđ quidem inſinuabat per hoc ſi diuerſi in aliquo, perinde ac ſubiungi & hoc debeat, ſi uero non diuerſi. Aſſignans ergo prius abſurda quæ accidunt dicentibus diuerſos motus in aliquo, reliquum profectus eſt ad eos qui ſtatuūt unum, & dicit. Et huic opinioni uidentur abſurda accidere, quę quidem ſoluet etiam paulopoſt dubitationē diffinitioni adducēs. Cur igitur abſurdum accidit his qui dicunt actionem & affectum aut doctrinam & diſciplinam eſſe unum motum. Illud quidē, inquit ſcilicet, Duorum ſpecie diuerſorum unum ac eundem eſſe actum. Et qđ quidem mouens & id qđ mouetur ſint ſpē diuerſa patet, ſi quidem agens actu eſt qđ eſt, & patiens potētia tale, ſit oppoſitum actu huic qđ poteſt. Nam quia mutationes ex cõtrarijs, quare non ſolum diuerſa ſed etiam contraria. Vt igitur abſurdum albi & nigri cum ſpecie differant, & aliud ſit uiſus diſgregans, & aliud cõgregans unū dicere actum eſſe ſic agentis & patientis cum ſint diuerſa ſpecie abſurdum eſt unum eſſe actum, quia oportet uniuſcuiuſq; ſpeciei unum eſſe actum, ſed huic cum perſpicuo ſit abſurdum accidit aliud abſurdius. Nam ſi doctrina & diſciplina actio & affectus ſunt unum & idem, erunt ēt diſcere & docere unum & idem. At euidentius abſurdo uidebitur ſi ipſum docentem tranſtuleris ut docet diſcet omnia quæcūq; docet, & agens patiaē quęcūq; agit. Nam cū hæc tria ſint doctrina, docere, & docens, doctrina quidem actus eſt & docere iodicat ſubſtantiam docentem quatenus agit & docens ſignificat ſubam cum actione, ideo uidetur ēt abſurdum in doctrina. Item magis in ipſo docere ob apparentiam ſimul ſubæ quā inſinuat habentē cõtrarietatem. Itē clarius eſt in ſuba. Nam ſublato per dictas rationes & hoc, duos eē ſimplr actus, & hoc unū eē ſimplr motū oñdetur q; aliqñ ē unus et aliqñ ē duo, ſubto qdē unus, ſed rõne duo.

An neq; alterius actum in altero eſſe, inconueniens eſt? eſt enim doctio, actus docentis, in quodam tamen & non deciſus, ſed huius in hoc. T. 20.

Dubitationes non oēs hinc inchoat ſoluere, ſed quæcūq; uidentur cõtra uerā opinionē inſtare ſcilicet eam q; dicit unū eē ſubto motum, ſed duo rõne, iccirco dubitationes q; ſunt cõtra hoc ſcilicet qđ unus ſit motus quas poſterius poſuit, oēs diſſoluit, ſed illas quæ adductæ fuerūt cõtra hoc qđ duo ſunt motus nõ oēs tollit. Nā hæ dubitationes maxime attigerūt motus diffinitionē q; dicit motū eē actum mobilis qua mobile eſt. Primam igiē ſoluit inſtantiā dicentē, ſi ambo actus ſunt in moto et patiēte actus uniuſcuiuſq; nõ in unoquoq; ſigillatim erit ſed in altero. Soluit aūt ipſam tãq; ferenda ſit ēt cõtra opinionē dicentem unū in eo qđ mouetur ſm ſubiū amborū actū. At ſolutio inductū uelut abſurdum ſuppoſitioni nititur oñdere non eē abſurdum. Nā neq; abſurdū eſt hoc alterius actum in alio eē Imo neceſſariū in mouēte & moto & uſr agente & patiēte. Nā ſi eſt ab agente in patiente, neq; in docente eſt, neq; per ſe abiunctus a diſcente, neq; ſic in diſcente eſt ut queat & ſine docente per ſe ſubſiſtere, ſed mouente præſente & agente aduenit ei qđ cietur. Vt enim actus fingendi in cera cum ſit actus fictilis in cera eſt ipſa formatio, qua fingit fictor, & aliud fingitur & duo actus ibidem accipiendi non ſunt, ſic etiam ſe habet in ipſa docendi actione quæ una eſt ſubiecto cum ipſa diſcendi actione. Verum non fugiet nos decipietue diſpoſitio q; a motu emanat, ut figura in cera, aut in anima cognitio, quippe hæc non ſunt motus, ſed effectus motuum. Nam aliud eſt fingi, diſcere & docere, & aliud eſt fictum eſſe aut edoctum fuiſſe. Et hoc quidem eſt effectus in ſubiecto, & ſine mouente ſubſiſtēs, & reſpondens habitui & rationi docentis, qui etiam ſeparabilis eſt ab eo qui docetur, tamen ipſum docere & diſcere ſunt ſubiecto unus actus etſi ratione ſit differens, qđ alter eſt ab agente, alter uero a patiente acceptus. Etenim cum ſit motus medius attingit agentem & patientem a quibus non ſeiunctus eſt, quod ſi huius ſolum uel in hoc ſolo exiſtens ſumptus ſit, non amplius medium retinebit, & ob id quãdo ipm ſeiunctū intuemur et abſolutū in moto illū cõtemplãtes, qa in illo ſubſiſtis dicimus eē actū mobilis qua mobile

Cõ. 21. eſt,

eſt, ſed quando ſecundum connexionem a mouente incipientes conſideramus, dicimus tum ipſum eſſe actum a motiuo in eo quod mouetur, ut diffiniebatur, in calce ſermonis de motu. Verum & hæc ſcriptura fertur. Eſt aliquando & non deciſus ſed huius in hoc, & hoc ad quod dicitur. Dicitur autem ad mathematicum ſed eum qui capax eſt diſciplinæ. Et admirabile mihi uidetur, quomodo non deciſe huius loco indefinite intellexit, quanquam prius pulchre illud in aliquo, & tamen non eſt deciſus expoſuit, indicans quod non ſit ſeparatus a diſcente, neque uelut in docente ſolo exiſtens, neque uelut per ſe. Nam & in hoc ſcriptura idem aduerbium ſignificaret.

Neque enim unum duobus, quicquam prohibet eundem eſſe non ut eſt idem ut ueſtis & indumentum, ſed ut eſt id quod potentia eſt, ad id quod eſt actu.

Com. 22. Cum contra eos qui dixerunt unum eſſe actum duorum abſurdum intulerit hoc quod unus idem actus erit duorum differentium ſpecie ſcilicet agentis & patientis. Dicit igitur neque hoc ita abſurdum eſſe ut uidetur. Nam nil uetat doctrinam & diſciplinam, & penitus actionem & affectum unum eſſe actum, cum unus ſit ſubiecto, differat uero ratione. Nam cum doctrinam dicit haud aliud quicquam dicit quam id quod fit ex ipſo docere & diſcere, quorum alterum fieri nequit ſine altero nec eſſe. Sed dicens diſciplinam idem rurſus dicit. Verum igitur ſubiectum, quanquam ratione differant, ut unum interuallum eſt duorum quatuorque, ſed rationes ſunt diuerſæ, quia quatuor ad duo duplex, & duo ad quatuor dimidium. At ipſe apertiore exemplo adhuc uſus eſt, cum dicat ſic eſſe unum ſubiecto, & ratione differentia ut id quod eſt potentia ad id quod eſt actu, dicit autem id actu quod perfecte exiſtens actu eſt. Nam hoc iam & agit. Nam ſi quod factum eſt actu hoc prius erat potentia & non aliud, & quod potentia erat hoc factum eſt actu, unum & idem ſubiecto ambo ſunt, ſed rationes differentes. Nam aliud potentia hoc eſt quod poteſt fieri, hoc quod dicitur potentia, & aliud eſt actu quod iam eſt hoc quod dicitur potentia.

Tex. 21. Neque neceſſe eſt docentem, diſcere. Neq; ſi pati & agere idem eſt, non tamen ut ratio ſit una quod quid erat eſſe dicens, ſicut tunicæ & indumento. ſed ut uia a Thebis ad Athenas, & ab Athenis ad Thebas. quemadmodum dictum eſt & prius. non enim eadem omnia his inſunt quæ quolibet modo eadem ſunt, ſed ſolum quibus eſſe idem eſt. Atuero neque ſi doctio & diſciplina ſint idem, & diſcere & docere idē erunt. ſicuti neque ſi ſpatium unum diſtantium ſit, & diſtare hinc illuc, & illinc huc unum & idem eſt.

Tex. 22. Omnino vero dicere eſt, quod neque doctio cum diſciplina, neq; actio cum paſſione idem proprie eſt. ſed cui inſunt hæc, motus. nam huius in hoc & huius ab hoc actum eſſe, ratione diuerſum eſt.

Com. 23. Secundum abſurdum intulit contra eos qui dicunt unum eſſe actum mouentis & eius quod mouetur, quod doctrina & diſciplina idem eſſent. Hoc autem poſito, ſequitur quod docere idem ſit ipſi diſcere. Et huic manifeſte abſurdũ accidere uidebatur ſcilicet docentem dum docet omnia diſcere quæ docet, & ipſum diſcipulum omnia quæ diſcit docere dum diſcit. Cum igitur huiuſmodi ſint quæ adducuntur, oſtendit omnes conſequentias nihil neceſſarij habere orſus ab ultima dicente, ſi facere & pati idem eſt, uel docere & diſcere, neceſſe eſt ut docens idem ſit cum diſcente atque dum docet diſcat. Soluit igitur hanc inſtantiam ex hoc, quia non omnia quæ ſunt idem eadem ſequuntur, ſed illa ſola quibus, rō eſt eadem. Et apponit exempla differentium nominum habentium eandem rationem, ut tunica & indumentum. Nam horum eadem eſt diffinitio ideo omnia quæ accidunt eis ſunt eadem, ſed alter fit in his quæ ſunt eadem ſubiecto & eandem rationem non habēt, ut uia ex Thebis ad Athenas, & ex Athenis ad Thebas, talis autem eſt etiam aſcenſus & deſcenſus. Nam in his cum ſit una diſtantia & poſitio eadem, alia tamen ſunt a quibus, & alia ad quæ, quare & tota ſpecies alia, ideo neque eadem ſequuntur. Nam alia eſt aſcendenti, & alia deſcendenti diſpoſitio, & alia quidem prima, & alia poſteriora occurrunt ei qui proficiſcitur ex Thebis ad Athenas, & ex Athenis ad Thebas ideo qui abit Athenas, non proficiſcitur ad Thebas neque eadem eueniunt his quæ ſunt ſolo ſubiecto eadem, ſed his quæ ſunt eadem ratione hiſque quorum eſſe eſt ſua diffinitio. Sic ergo etſi docere & diſcere idem ſint ſolum ſubiecto, ſed non & ratione non eſt neceſſe ut docens dum docet omnia diſcat quæ docet. Nam tunc hoc ſequeretur ſi docere & diſcere eſſent eadem et ratione, & docens & diſcens eſſent ijdem ratione, ſic enim neceſſe eſſet, ut doctor ſit diſcipulus cum una ſit, ratio docendi & diſcendi. Deinde conſequentiam dictam ante hanc in dubitatione confutat, perinde ac non ſit neceſſaria. Erat autem dicens, ſi doctrina eadem eſſet diſciplinæ, & docere idem ipſi diſcere, quia igitur non eſt neceſſe hoc ſic ſe habere oſtendit rurſus aliquomodo per idem exemplum accipiendo diſtantiam locorum uel numerorum proportionem habentem cum doctrina & diſciplina, & cum ipſo docere & diſcere, accipit ipſum diſtare habens proportionem quod diſtare dicat hinc illuc, & illinc huc. Vt enim docendi actio & diſcendi ſic diſtantia eſt. & ut docere & diſcere ſic etiam diſtare, uel ex Athenis ad Thebas, uel ex Thebis ad Athenas uel a quatuor ad duo, uel a duobus ad quatuor. Vt igitur in his una eſt diſtantia ſubiecto, & rationes differentes & ob id non neceſſe eſt ipſum diſtare idem eſſe ſic etiam in docendi actione & diſcendi quia ſubiecto eædem & non ratione, ob id etiam docere & diſcere ſubiecto eadem ſunt, ſed ratione nequeunt. Inquit autem Alexan. quod poteſt illud contextus. { Atuero neq; ſi doctio & diſciplina ſint idem &, } cætera ex abundantia dictum eſſe, perinde ac dixerit, quod ſi daretur etiam doctrinam eſſe eandem diſciplinæ non neceſſe eſt ut diſcere & docere idem ſint. Non enim quia eſt una diſtantia eorum quę diſtant iam & ipſum diſtare hinc illuc, uel illinc huc unum & idem eſt. Deinde ad primum conſequens recurrens a quo omnia pendebant, confutat etiam hoc. Erat autem illud ſi unus eſt amborum actus doctrina erit eadem diſciplinæ, proinde dicit quod prorſus neque principium habet neceſſitatum ſequentium, non enim ſi motus unus eſt, & ea eadem ſunt, quę motui inſunt, oportet doctrinam & diſciplinam, atque prorſus actionem & affectum eadem proprie eſſe, quia ſunt diuerſa ratione, ſiue ab effeciente ad id quod fit, habitudo ſit, ſiue ea quæ eſt ab eo quod fit ad agens, ſed quomodo motus unus & proprie ſit, patet, quippe dictum eſt ſæpe, quod ſubiecto unus, haud tamen ratione, uel unus motus non ſubiecto ſolum, ſed etiam ratione cum fuerit in ſubiecto a mouente, ideo & una ratio eſt eius, ut ſit actus, mobilis qua mobile, & neque eſt diuiſum in eodem illud ab hoc, & illud in hoc, ſed ambo complent motum, tamen actio & affectus diuiduntur alia eſt ob habitudinem ab agente, & alia ob eam quæ eſt a facto. Verum Alexander eodem modo ut prius expoſuit & hoc. Non enim, inquit, ſi unus amborum actus ſecundum ſubiectum, ſequitur iam ut doctrina cum diſciplina eadem ſit, ſed ſubiectum quod doctrinæ & diſciplinæ ſubijcitur idē eſt. Nam unum aliquid in ambobus ſit quod eſt diſcere attamen doctio eadem non eſt cum diſciplina. Et uidetur hoc ſcilicet huius in hoc, & hoc ab hoc de motu intelligere. Ego tamē cenſeo hoc etiam dictum eſſe de actione & affectu ſcilicet, &

diuerſum ratione, aliquomodo autem dicit unum ſubiecto eſſe doctrinam & diſciplinam, quia unum diſcere fit in ambobus. Nam fit & ipſum docere, & prorſus non quæcunque ſunt unius cauſæ ſunt unum ſubiecto, quia ſic etiam pater & mater, ſed hæc ſunt unum ſubiecto, quia una diſtantia, & ab agente in patiente idem ſit.

Tex. 23. Quid igitur motus ſit, & vniuerſaliter, & ſecundum partem dictum eſt. non enim immanifeſtum eſt, quomodo diffinietur ſpecierum vnaquæque ipſius. Alteratio enim, alterabilis quatenus eſt alterabile, actus eſt. Amplius autē, notius, eſt eius quod potentia actiui ac paſſiui, quatenus huiuſmodi & ſimpliciter, & rurſum ſecundum vnumquodq;, vt ædificatio, aut medicatio. eodem autem dicetur modo: & de aliorum motuum vnoquoque.

Com. 24. Concludens iam ſermones de motu reuocat ad memoriā deſcriptionem motus traditam, qua dicebatur tum actus eſſe eius quod eſt potentia qua potentia eſt, & cum dicebatur eſſe actus mobilis qua mobile. Et inquit non ſolum hanc aſſignationem motui uniuerſaliter competere, ſed etiam particularibus. Non enim immanifeſtum eſt quod prætextu huius diffinitionis & unaquæque eius ſpecies diffinietur, ſpecies autem dicit non uelut a genere motu diuiſo quia motus non eſt genus, ſed uelut differentes proprietates, ſed in una particulari ſpē ſcilicet alteratione ſubdemonſtrat quomodo oportet uniuerſalem rationem particularibus ſpeciebus congruere, ubi aliam tertiam diffinitionem motus addit cum etiam notiorem eſſe inquit uelut connectentem actiuum cum patiente. Motus enim eſt, inquit, actus potentia actiui & paſſiui qua tale. Nam quia oſtenſum eſt ex actu amborum ſcilicet mouentis & moti deciſum motum eſſe, non ab re diffinitioni eius, & actum motiui non modo mobilis accipit. Sed quomodo dixit actum actiui potentia. Nam potentia actiuum & motiuum nondum actu eſt motiuum, mouens autem actu eſt, uniuerſaliter quod eſt potentia quatenus potentia operans mouetur magis, & non mouet, ſi recte eſt aſſignata diffinitio motus. Ni forte igitur dixeris motiuum potentia indicans diffinitionē motus qui largitur a cauſis immobilibus contra naturalem & artificialem motum. Nam omnia mouentia quatenus actu ſunt, mouent, quanquam immobilia ſint ſecundum hoc, ſed proprie cauſa immobilis appellatur quæ eſt ſecundum omnia immobilis, quandoquidem ſecundum omnia ſit, cauſa & ſempiterno ſubſiſtens, ſed quæ mouent naturaliter & artificialiter, mouent quidem quatenus actu ſunt ſecundum habitum cum ſint perfecta ſecundum illum. Nam neceſſe eſt ut mouens ſit aliqua ſpecies, ut etiam hanc largiatur ei quod mouetur, ſed etiam ipſa mouentur, quatenus prius habitus quieſcens excitatur ad actu mouendum, ſecundum ipſum quod eſt potentia ad actum quod quidem in ſingulis eſſe debet quæ ſimul non uniuerſam aſſignatam & propriam actionem habent, quod quidem ſolis agentibus ſempiterno ineſt, ideo per totum tempus mouendi ambo ſunt in ipſis ſcilicet ipſum potentia & ipſum actu, & ſecundum interceptionem imperfecti procedentis mouentur, ſed ſecundum perfectionem habitus & actus mouent, ſed natura prius diſpoſita diſponit ſubiectū intrinſecus ſecundum unanquamque ſpeciem motus, ut etiā Andronicus dixit. Nam etſi calefieret ab aqua, tamen in aqua natura primo calefacta, ſic calefacit uel ſimul calefacit ſubiectum. Dixit igitur potentia motiuum, ut prius dixit potentia mobile dum manet potentia eſt motum ſic rurſus manente potentia mouens potentia eſt motiuum, & patet quod ſecundum hanc rationem quod mouentia uere dicat, & quod quatenus mouent non mouentur. Nam mouent quatenus perfecta, & quatenus perfecta manent, non mouentur, & econtra quatenus mouent & mouentur. Nam ſecundum eandem ſpeciem natura aucta auget, & ars ab habitu quieſcente procedit in ipſum agere. Aſſignans autem tertiam diffinitionem putat eādem etiam deſcribere particulares motus, quos non ſecundum unanquamque proprie appellauit. Nam de uno ſecundum numerum non dicit, ſed de differentibus ſpecie. Attamen Alexander notiorem aſſignationem putat eſſe traditionem de alteratione exiſtimans eſſe, ut inquit, haud uériſimiles diſcurſus, & priores diſputationes. Videtur autem & uelut tertiam diffinitionem motus accipiens etſi uelut ob deſcriptionem contextus poſitus confundi in libro uideatur. Verum alterationem, & medicationem ut alterationes deducens intulit quod etiam eodem modo dicetur & de aliis motibus. Nam pulchre Alexander annotauit, quod omnes fere artes & motus ſecūdum alterationem ſunt maxime. Cum igitur talia ſint uniuerſalia dicta de motu ab Ariſto. hic, ex his exiſtimo planum erit conſiderantibus quod non circa idem ſignificatum motus diſſenſerit a ſuo magiſtro, ſed alter motum conſiderat in naturali mutatione haud putans moueri ea quæ eodem modo ſe habent. Alter autem conſtituens motum eſſe quendam exitum ex ipſo eſſe in actum, non recuſat illum ſuis dictis adaptare, quamobrem uterque ſuam eſt ſecutus philoſophiam. Etenim Ariſto. ſemper plana & manifeſta accipit, ſed Plato talia utcunque ſunt.

Quoniam autem de natura ſcientia, eſt circa magnitudines, & motum, & tempus quorum vnumquodque neceſſe eſt, aut infinitum, aut finitum eſſe, & ſi non omne eſt, aut infinitum, aut finitum vt affectus, aut punctus (talium enī fortaſſe nullum neceſſe eſt in altero horum eſſe) conueniens vtique erit de natura pertractātem ſpeculari de infinito, ſi eſt, aut non, & ſi eſt quid eſt. Tex. 24.

Cum ſit præſens, tractatio de omnibus, quæ communiter inſunt & conſequantur res naturales, quia naturalia corpora ſunt & magnitudines quæ in tempore mouentur nunc profecto eſt, ut corpus motus, & tempus cum ſint magnitudines uel finita uel infinita eſſe. Nam prædicta ſunt continuum, & continua eſt infinitum, quia continuum eſt diuiſile in infinitū, merito qui circa naturam uerſatur & aliquid de infinito diſputabit. Et quod circa corpora uerſetur naturalis tractatio ex eo patet quod cuncta quæ natura conſtant, corpora ſunt. Quod item circa motum uerſetur uel illud maxime indicio eſt, quod corpora naturalia habent principium motus in ſeipſis. Idem indicat ipſe principio primi libri de cœlo ſic ſcribēs. Sciētia de natura plurima pene uidetur circa corpora & magnitudines cum ſit etiā circa horū affectus & motus. Quod uero etiam ſit de tempore patet quia omnis motus eſt in tempore, & tempus eſt menſura motus ut demonſtrabitur. Verū dicens. Quorum uniūquodq; neceſſario eſt aut finitum aut infinitum eſſe, merito notauit quod non eſt aliqua diuiſio contradictoria rerum, uel naturalium omnium diuidens in cunctis uerum & falſum, ſed oppoſitio finiti ad infinitum eſt uelut oppoſitio habitus & priuationis, quæ non tamen omnibus diuidit uerum & falſum, ſed in eis quæ ſunt apta recipere ipſam contradictionem, & quando apta eſt. Quod uero non in omnibus ex duobus fidem facit, ſcilicet ex affectu & puncto. Nam neque paſſiue ſic appellantur ab illo qualitates in prædicamentis, ut albedo, nigredo, caliditas, frigiditas & huiuſmodi aliæ ſunt finitæ, uel infinitæ per ſe, quod patet ex eo, quia finitum & infinitum de quantitatibus dicuntur, hæc autem non ſunt quāta. Item nec punctum ſubiacet finito uel infinito, quia infinitū non eſt, cum ſit indiuiſible, neq; finitum quia ipſū eſt terminus lineæ.

Com. 25.

lineæ. Forte etiam & unitas non eſt huiuſmodi, quippe quæ indiuiſibilis eſt, & numeri principium. Verum adiecit, hoc, fortaſſe, quia alterum horum non eſt neceſſe ut ſit in altero, ſcilicet uel in infinito, uel finito, quia paſſiones ut album & calidũ neque per ſe ipſa ſunt finita uel infinita quia neque hæc ſunt quanta per ſe. Nam finitum & infinitum de quantitatibus dicitur tamen per accidens ſunt quanta, quatenus ipſis ſubiecta ſunt quanta. Sed naturalis uerſatur circa affectus, quatenus affectus corporum ſunt. Iccirco principio de cœlo dixit. ſcientia de natura fere plurima uidetur circa corpora & magnitudines, cum ſit etiam circa horum affectus & motus, quare etiam naturalis conſiderat de affectibus atque de finito & infinito, etſi ſecundum accidens hæc inſint affectibus. Oportet igitur eum qui de natura agere ſibi negotium ſumpſit etiã de infinito contemplari, primum ſi eſt infinitum, an non, et ſi eſt, quidnam ſit. Nam hic ẽ ordo problematum & quæſtionum ut docendum eſt in reſolutorijs.

Tex. 25. Signum autem eſt, quod huius ſcientiæ, propria ſit conſideratio de ipſo. nam omnes qui videntur pro dignitate tetigiſſe talem philoſophiã fecerunt ſermonem de infinito. atque omnes, tanquam principium quoddam ponunt eorum quæ ſunt. Alij quidem, quemadmodum Pythagorei atque Plato, per ſe, non ſicuti accidens alicui alteri, ſed vt ſubſtantiam, ipſum eſſe infinitum. verum Pythagorei quidem, in ſenſibilibus. neque enim abſtractum faciunt numerum, eſſeq́ quod extra cœlum eſt infinitum Plato autem, extra quidem, nullum eſſe corpus, neq́ ideas. eo quod nuſquam ſunt ipſæ. tamen infinitum, & in ſenſibilibus, & in illis eſſe.

Com. 26. Quod peculiaris ſit ſcientiæ de natura contemplatio infiniti, cum a rebus fidem, tum etiam ab opinione clariſſimorũ Philoſophorum confirmat, ut conſueuit, oſtendens quod non utcunque Philoſophi, ſed qui digne naturalem diſputationem attigere de infinito quæſtiones mouerunt non fruſtra, ſed omnes prope ipſum infinitum uelut quoddam principium rerum ponunt. quare his qui de principijs naturalibus tractant, neceſſarium eſt etiam de infinito diſſerere, deinceps differentes opiniones quas habuerunt ueteres de infinito, exponit & conſenſum eorum. Et primam affert differentiam qua quidam ſubſtantiam quandam per ſe infinitum ſtatuunt & non accidens alteri, ut Pythagorei & Plato qui conſentiunt conueniuntque inter ſe quo ad hoc. At plurimi aliorum naturalium alicui accidens poſuerunt alij ſtatuentes aerem infinitum, ut Anaximenes, & Diogenes, alij uero aquam, ut Thales, alij quoque intermedium, ut Anaximander & hi quidem infinitum magnitudine poſuere. Sed Anaxagoras & Democritus, multitudine principiorum infinitum accidere tradunt, alter multitudinẽ ſimilarium partium, alter uero multitudine ipſarum atomorum. Verum hi etiam coguntur fateri infinitum magnitudine. At Plato & Pythagorei diſſentiunt, quatenus Pythagorei infinitum collocauere in ſenſilibus atque inſeparabile. Nam aſſerunt infinitum in numeris eſſe, & numerum atque omnino mathematica per ſe intelligi aiunt, ſed non ſubſiſtere per ſe, ſed in ſenſilibus eſſe inquit. Non enim illum laudantes dicunt ſic eſſe, de quo aiunt.

Audi me o inclyte numerus beatorum & uirorum pater,

Neque eum ſic ponunt, quem Hippaſus determinauit eſſe exemplar, Primum ſtructuræ mundi. Item, inquit, poſuerunt eſſe infinitum extra cœlum uidelicet non ſenſile, ſiquidem ipſe Timæus dicit nullum corpus extra mundum relictum eſſe. Viſi ſunt igitur duplicem etiam numerum dicere, & infinitum in numero quod dixerunt eſſe par, uerum aliud ſenſile, aliud intellectuale quod extra cœlum eſſe dixerunt. Attamen Plato extra cœlum nullum corpus eſſe ſtatuit cum dicat plane in Timæo de mundo. Quem extrinſecus cœlum continet, opifex ex uniuerſo igne, aqua, aere, & terra ipſum conſtituit nullam partem alicuius neque potentiam extrinſecus relinquens, immo neque ideas extra cœlum dicit eſſe quia non ſunt alicubi, neque omnino in loco, attamen infinitum in ſenſilibus & in ideis collocauit. Nam aiunt Platonem dicere ſenſilium principia eſſe unum, & infinitam dualitatem, ſed indefinitam dualitatem etiam in intellectualibus ponens infinitam eſſe dixit. Item magnum & paruum principia ponens infinita eſſe dixit in ſermonibus de bono, in quibus Ariſto. Heraclides, Eſtieus & alij ſocij Platonis cum incidant, dicta uelut ænigmatice dicta fuiſſe deſcripſerunt. At Porphyrius cum diſtincte ipſa proferat, hæc de ipſis ſcripſit in Philebo. Item magis & minus, uehemens & ſenſim infinitum naturę eſſe uult. Nam ubi hæc inſunt ſecundum intenſionem & remiſſionem procedentia non ſtat, neque terminatur id quod eis participat, ſed procedit in ipſam indefinitatem infinitudinis. Similiter quoque ſe habent magis & minus quæ ſic dicta ab eis a Platone dicunt magnum & paruum. Nam ſtatuatur quædam magnitudo finita, ceu cubitalis qua in duas partes diuiſa ſi alteram partem ſemicubitalem indiuiſilem relinquamus, & alteram dimidiam adhuc ſecantes quam ſecundum minorem partem addemus in diuiſili, tum duæ fierent partes cubitalis magnitudinis, alia procedens in minus, alia uero in maius ſine fine. Non enim in indiuiſilem partem ueniemus ſecantes partem. Nam ubi talis magnitudo continuo eſt, & continuum diuiditur ſemper in diuiſilia & hæc diuiſio indeficiens indicat quandam naturam infiniti concluſam & reconditam in cubitali magnitudine. Sed magis eſt quo ad multitudinem cuius alia eſt ad magnum, & alia ad paruum. In his autem & quędam dualitas indefinita uidetur compoſiti ex unitate in magnum & paruum. Et hæc inſunt continuis corporibus & numeris, numerus enim primus par eſt dualitas, ſed in natura paris duplum continetur & dimidium, ſed duplum in exceſſu & dimidium, in defectu. Exceſſus igitur & defectus in numero pari. Primus autem numerus par in numeris eſt dualitas, ſed per ſe eſt indefinita, definita autẽ eſt participatione unius. Nam definitur dualitas quatenus una quædã ſpecies eſt. Elementa igitur rerum ſunt unum & dualitas, aliud terminans & in ſpeciem redigens, alterum autem indefinitum in exceſſu & defectu. Hæc Porphyrius dixit ſuis prope uerbis, determinãs proferendo ea dicta ęnigmatice quæ habentur in colloquijs de bono. Et quia illa forte erant cõſona ſcriptis in Philebo. Et ipſe Alexãder ex ſermonibus de bono Platonis aſſerens ſe dicturum quos Ariſto. & alij Platonis ſodales narrarunt, hæc ſcripſit. Nã cum quærat Plato principia rerũ primus numerus uidebatur ipſi nã eſſe aliorum principium. Etenim lineæ terminos puncta & puncta eſſe unitates habentes poſitionem. Equidem ſine linea nec ſuperficies eſt nec ſolidum. At numerus & ſine his eſſe poteſt, parem igitur numerum cum primũ eſſe aliorum natura cenſuit etiam ipſum eſſe principium putauit, & principia primi numeri cuiuſcunq́ etiam numeri principia eſſe cenſuit, ſed primus numerus eſt dualitas cuius principia dixit eſſe unum magnum & paruum. Nam quatenus dualitas eſt multitudinem & paucitatem in ſe retinet, quatenus uero duplum eſt in ipſa multitudo eſt. Nam multitudo eſt exceſſus, & magnitudo aliquod duplum, & quatenus dimidum paucitas eſt, ideo exceſſum & defectum, magnum & paruum eſſe in ipſa ſecundum hæc poſuit, quatenus uero utraque pars eius eſt unitas, & ipſa dualitas una quædam forma cum participat unitate, ideo principia dualitatis dixit eſſe unum magnũ & paruum, uerum dicit dualitatem eſſe indefinitam quæ participat magno & paruo, uel maiore & minore cum habeat magis & minus. Nam ſecundum intenſionem & remiſſionem hæc procedentia non ſtant ſed procedunt in indefinitatem infinitudinis. Quia igitur primus numerus eſt dualitas & huius


principium eſt unum magnum & paruum, & omnis numeri eadē principia eſſe neceſſe eſt ſed numeri ſunt elmta oium quę ſunt, q̄re & oium principiū eſt unū & magnū atq; paruū, uel indeterminata dualitas. Etenim unuſquiſq; numerorum quatenus eſt unum aliquid & definitum, uno participat, ſed quatenus diuiditur etiam multitudo & indeterminatæ dualitatis. Plato autem dixit & ideas numeros, merito igitur principia numeri & idearum principia facit, ſed dualitatē naturam infiniti dixit eſſe quia magnum & paruum non ſunt determinata, uel magis & minus, ſed habent magis & minus quę in infinitum procedunt. Sic ergo cum dicat Ariſtoteles, in quibus Pythagorei, & in quibus Plato poſuere infinitum, deinceps narrat quid eſſe infinitum dixere Pythagorei & propter quid.

Tex. 16. Et hi quidem, infinitum eſſe par. hoc enim comprehenſum & ab impari terminatum, tribuit his quæ ſunt, infinitatem. ſignum autem huius, id eſſe quod contingit in numeris. circumpoſitis enim gnomonibus circa unum & ſeorſum, aliquando quidem aliam ſemper fieri ſpeciem, aliquando autem unam. Plato autem duo,

Tex. 17. infinita, magnum & paruum.

Com. 17. Cum dixerit in quibus Pythagorei & Plato poſuere infinitum, quod illi in ſenſibilibus & extra coelum, & Plato in ſenſibilibus & in ideis, nunc quid ſit infinitum illi dicāt, addit primo dicendo de Pythagoreis. Hi autem numerum infinitum parē dixere, quia omnis numerus par, ut aiunt interpretes, in æqualia diuiditur, ſed illud quod diuiditur in æqualia eſt infinitum ſecundum diuiſionem in duas partes. Nam & dimidia diuiſio in æqualia in infinitum procedit, ſed ubi impar additus fuerit concludet ac terminabit ipſum, quippe qui prohibet diuiſionem eius in infinitum. Sic igitur expoſitores numero pari infinitum tribuunt ſecundum diuiſionem in æqualia. Et patet qđ non in numeris, ſed in magnitudinibus accipiunt ſectionem in infinitum. Nam numeri & ipſi ſunt pares, neque omnes in æquala plerunque diuiduntur, ſed diuiſi occurrentes unitati ibi ſiſtunt ſectionem, ſed in magnitudinibus quid prohibet, quin derelictum ſemper diuidatur, etſi non in æqualia fieret diuiſio. Nam tertium ſi acciderit ut ſumatur, in duas partes diuidi poteſt. Sed neque Ariſto. omnino uidetur diuiſionem in æqualia facere cauſam īfiniti. Niſi forte igitur in cunctis ſectio par

par ſit cauſa omnis diuiſionis. Nam omnis ſectio cum ſit una in duo diuidit diuidendum quod diuidit uel in æqualia, uel in ipſa in æqualia, quia igitur ſectio in duo ſemper facta infinitum facit, & principium numeri dualitas ob id infinitū ſecundum numerum parem dixit, ſimiliter aūt par eſt cauſa additionis. Nā unū uni additur, ob id Ariſt. par ſimul acceptū & ab impari terminatū inquit prębere infinitudinē his quę ſunt. Etenim unūquodq; corpus eſt diuiſile in infinitum, quia unūquodq; habet par ſimul aſſumptū & quaſi congregatū in ſeipſo, Nam potentia & nō actu habet ſectiones in infinitū, ideo inquit par eſſe cōprehenſum & p̄bere his, q̄ ſunt infinitatem, inquãtum autē unūquodq; diuidendum cum aliquibus eſt, & hac ratione par eſt infinitum, & ipm unūquodq; quod eſt ab impari ſemper terminatur infinitas. Et in omni corporea ſpecie unūquodq; ſecūdum materiā & ſubiectum diuiſile eſt, & hac ratione par ēt eſt infinitum, ſed quatenus eſt hoc aliquid, determinatum eſt & indiuiſile & hac ratione impar eſt. Signū autē huius quod impar numerus ſpecificans & terminatiuus ſit, & numerus par malis & infinitus Pythagorei faciunt accidere in additione numerorū. Nā īpares deinceps additi numero quadrato ſeruant ipſum quadratū & æqualiter æqualē. At par additus ſemper quadrato mutat formā faciēdo altera parte longiorem alio atq; alio latere aucto. Statuantur itaq; ſtatuantē numeri deiceps ab unitate uſq; ad decē/ 1/2/3/4/5/6/7/8/9/10; Horum ꝑfecto unitas prima eſt & primus q̄dratus. Nā ſemel unū & unū, ſed poſitorū īpares q ſm unitatē hi ſunt/3/5/7/9/ pares aūt hi/2/4/6/8/10/ſi ergo adiecerimus unitati q̄ ē prim° tetragonus, īpm/3/fit/4/quadratū a latere duorū. Et rurſus/4/ tetragono, ſi addamus deinceps numerū īparē ſcilicet/5/fit/9/ et ipſe q̄dratus, ſi uero & huic īpm/7/addamus fit/16/quadratum, etſi huic deinde/9/fit/25/q ſunt deinceps quadrati numeri & ęqualr ęquales figura numerorū, ſi uero unitati quadrato adiecerimus/2/fit/3/nō amplius quadrat° etſi adiecerim° ipſi quadrato uel/4/uel/6/fit/8/unus quadratus & alter/10/ qui ſunt altera parte lōgi. Nā bis quatuor, uel bis qnq; latera ſunt & patet qđ eandē ſpēm ſeruare, & īpm æqualr ęquales facere eſt ultra terminū facere, ſed illud non eandē ſpem & altera parte longiorē facere, & aliā ſm aliā ſpēm augere ultra infinitatē ē. Vñ Pythagorei uocabāt gnomones numeros, īpares qa additi q̄drato eandē ſeruāt figurā, ut ēt gnomones in geometria. Nā duo ſupplemēta cū uno parallelogrāmorū. ſ. q̄ eorū q̄ eq̄ diſtāt gnomonē appellāt, q alteri parallelogrāmorū additi circa eandem diametrum ſimile totum illi facit, cui additus ē, gnomones





gnomones igitur & impares numeri appellantur, quia additi iam exiſtentibus quadratis faciunt ſemper quadratum. Circũpoſitis igitur circa unum numerum quadratum aliquando ſine gnomonibus ideſt unitatibus ſecundum imparitatem deinceps ſequentiumq; ſeriatim numerorum. Nam hi fuerunt gnomones, quando autem ſeorſum a paribus, quandoquidem ſi hi additi fuerint alia ſemper fit ſpecies ab ea quæ eſt a principio. At quando ſunt gnomones eandem ſpeciem ſeruant cum priore. Sed pulchre ſic aggreſſus eſt expoſitionem Alexãder, quia illud circumpoſitis gnomonibus indicat deſcriptionem figuræ ſecundum numeros impares ſed illud, ſeorſum, numeralem additionem indicat factam ſine appoſitione figuræ. Etenim mos eſt in paribus Pythagoreis figuram deſcribere & ſecundum circumpoſitiones numerorum ſic deſcribentes a/elementum addunt ipſi tria a/a/a/ gnomonice & fiunt quatuor ſic formata inſtar quadrati. Deinde rurſus his addentes quinque alpha pro quinque unitatibus more gnomonis faciunt maius quadratum tria latera habens, ſed circumpoſitio pariũ non facit figuram determinatam ideo non uult numeros pares circumponi uelut impares in deſcriptione, ſed numeraliter addi, quare & illud, ſeorſum, pro hoc & ſine circumpoſitione ſecundum additionem in paribus eſt, intelligendum. Ni forſitan ambo de ambobus intelligi poſſint. Et illud, circũpoſitis gnomonibus, & illud, ſeorſum, de imparibus & paribus ac ſi dicat, quod etiam in appoſitionibus quæ fiunt inſtar gnomonis & rurſus in compoſitionibus numerorum & parium & imparium, eſt uidere impares ſimilia ſeruantes, & pares diſſimilia facientes. Nam & ſi haud proprie pares numeri gnomones dicantur quia non ſeruant eãdem ſpeciem, tamẽ circumpoſiti ut gnomones & in deſcriptione figuræ diſſimile indicant. Dixit autem circa unum circumpoſitis gnomonibus, uel quia circa unitatem prima appoſitio fit, uel quia circa unum numerum fit, ſemper unitatum circumpoſitio. Cum uero dicat quod Pythagorei quid eſſet infinitum dixere, quia par, inducit quid etiam Plato dixit. quia ipſe dixit magnum & paruum, uel magis & minus. Nam in infinitum utrunque ipſorum procedit, non tamen utrunque ſeorſum accepit, ſed ſimul, magnum & paruum dicendo, quod & dualitatem indeterminatam uocabat ſiue materiam ſic appellãs, ſiue cognationem infiniti, ideo & in ideis Plato poſuit ut in numeris & his.

Qui autem de natura, omnes ſemper ſubijciunt alteram quandam naturam dictorum elementorum infinito. ut aquam, aut aerem, aut medium horum. Eorum uero qui finita faciunt elementa, nullus infinita facit. Quicunque autem infinita faciunt elementa, quemadmodum Anaxagoras & Democritus, ille quidem ex ijs quæ ſunt ſimilium partium, hic autem ex omni ſeminario figurarum, tactu continuum infinitũ eſſe dicunt.

Com. 18. Naturales appellare conſueuit Ariſto. illos qui circa hanc philoſophiæ partem uerſati ſunt quę eſt naturalis & horum illos preſertim qui materiali principio aut maxime, uel ſolo utuntur. Hi ergo naturales materiam ſubiectum ponentes his quę fiunt, & circa ipſam infinitum conſiderantes, merito non amplius uelut ſubſtantiam ſed uelut accidens dixerunt infinitum. Horum autem alij unum aliquod elementum ſupponentes hoc dixerunt eſſe infinitum magnitudine, ut Thales aquam, Anaximenis & Diogenes aerem, Anaximander autem intermedium. At alij infinita multitudine ponentes, ut Anaxagoras & Democritus ipſum multitudine infinitum introduxerũt, & adhuc infinitũ magnitudine. Nã infinita multitudine tactu cõtinuata ſed nõ unitate infinitũ magnitudine faciunt. Quicunq; autẽ multitudine plura uno faciũt dicũt elementa finita numero, ut Empedocles, hi neque ſecundum magnitudinem, infinitum introducunt, neque in uno, neque in pluribus, neque in eo quod eſt ex omnibus. Nam ſi & multitudine finita, & unumquodque magnitudine finitum eſt, unde ergo haberet infinitum. Sed dicta elementa quatuor inquit, ignem, aerem, aquam, & terram. Sed cum dicat aquã uel aerem, ea dicit tanquam ea elementa quæ ſunt uulgo magis uulgata ceu in ore omnium eſt, uel aliquid horum inter medium ſcilicet aquæ & aeris, quod quidem Anaximander poſuit. Niſi forte illud elementorum dictorum non de quatuor dictum ſit quæ nunc in conſuetudine ſunt ſed de his quæ a nãlibus ponunt ſiue aq̃, ſiue aer, ſiue aliquid intermedium horum quod elementum eorum que fiunt, poſuere. Et aliter autem hoc ſcilicet, dictorum, Alexander exponit qui dicit pro dictis & apparentibus ſolum elementis. ſed non exiſtentibus, quia hæc compoſita ſunt, & ex elementis eſt ſcilicet materia & forma. Dixit autem, Qui autem de natura omnes, non ſimpliciter, ſed illi qui dixerunt aliquod infinitum eſſe quia etiam hos facientes finita nouit appellandos eſſe naturales, ut Empedoclem. Ni forſitan ut prius proprio naturales putat eos qui tractant de materiali cauſa, cum quibus numerandum eſſe Empedoclem non putant quippe qui introducit cauſas effectrices litem & amicitiam. Forte autem neque Anaxagoram, qui dicit mentem ſegregare ſimilaritates. Niſi forte quatenus in aſſignationibus cauſarum ut uidetur & ipſe non ipſe mente utitur, ſed materialioribus cauſis. Quicunque autem, dicit, multitudine infinitum faciunt, ut Anaxagoras infinitas multitudine ſimilaritates ſtatuens, Democritus, uero infinitas atomos, hi pro certo infinitum multitudine tradunt, quod ſane Ariſto. indicauit dicens. Quicunque autem infinita faciunt, quod uero hi etiam ſecundum multitudinem faciant, oſtendit dicens. Tactu continuum infinitum eſſe dicunt, & non unitate, ut illi qui ferunt unum elementum infinitum. Quod uero tactu continuum infinitum, & ex his fit manifeſtum. Nam infinita multitudine cum magnitudinem habeant, & ſint ſpecie ſimilia ut inuicem ſeſe attingant, infinitam faciunt magnitudinem tactu continuam. Ideo & Eudemus ſecundo de naturalibus libro infinitum multitudine ſimile ſpecie undique nihil uetat, quin ſit infinitum magnitudine. Dixit autem Ariſto. omniſeminarium figurarum ſcilicet atomorum inſectiliumue Democriti quia infinitas poſuit atomorum ſecundum figuras differentias.

Atque ille quidem quamlibet partem, eſſe ſimiliter miſcellam toti. ex eo quia uidet quodlibet ex quolibet fieri. hinc enim dicere uidetur, & ſimul aliquando omnes res fuiſſe. ut hęc caro, & hoc os, & ſic quodlibet, & omnia itaque, & ſimul igitur. principium enim diſgregationis, non ſolum in unoquoque, ſed & omnium eſt. Cum enim omne quod fit, ex tali fiat corpore, omniũ autem ſit generatio, uerum non ſimul, etiam quoddam principium eſſe oportet generationis. hoc autem, eſt unum, quem ille uocat intellectum. intellectus autem, a principio quodam operatur cum intellexit. quare, neceſſe eſt ſimul omnia aliquando fuiſſe, & cœpiſſe aliquando moueri. Tex. 18.

Quia naturaliũ alij dixere unum elementum, alij uero plura ſed finita numero, alij numero infinita. Dicens quod illi qui unum tradidere, uelut acceſſit illi infinitum male dixere, alij uero finita cum multitudine, tum etiam magnitudine elementa ponẽtes, infinitum haud multitudine nec magnitudine aſſeruerunt. Deinceps narrat eos qui multitudine infinita ele- Com. 19.

menta fecere, quia non ſolum multitudine infinitum hi inuexere, ſed etiam magitudine. Nam infinita multitudine, cum fuerint actu magnitudine exiſtentia & tactu complexa, infinitam etiam magnitudinem producunt, ut pauloante diximus. Cum itaq; Anaxagoras ſimilaritates infinitas, Democritus uero iſectilia infinita, uterq; multitudine uelut principia ſtatuit infinita. Sed opinionem Anaxagoræ primum aggreditur & nos docet cauſam, qua ille tum in hanc inciderit opinionem. Et oſtendit non ſolum neceſſe eſſe ut totum mixtum aſſerat ille magnitudine infinitum, ſed etiam unamquãque ſimilaritatem, q̃ habeat omnia ſimiliter cum toto & uniuerſo mixto. Item neq; ſolum infinita ſint, ſed etiam infinities infinita. At in hanc ſeſe opinionem Anaxagoras inuexit ratus nihil fieri poſſe ex nihilo, & omnem rem ſuo ſimili ali atque nutriri. Cum igitur uideret ſingula ex ſingulis proficiſci, ſi nõ proxime immediateq; tamen ordine quodam. Etenim ex igne aer fit, ex aere aqua. ex qua tellus, ex tellure lapis, rurſus uiciſsim ex lapide ignis. Vnde adhibito nutrimento ipſo quaſi pane, plura etiam diſsimilia fiunt ut carnes, oſſa, ueuæ, nerui, capilli, ungues, alę, cornua, ſi hæc fieri contingat. Equidem augetur ſimile ſimili, ob hæc in nutritione eſſe opinatus eſt, & in aqua ſi ea nutrirentur arbores lignum, cortex, folia, fructus, ideo cuncta miſceri tulit & ortum rerum fieri eorum ſegregatione. Ad hoc forte deduxit & hoc manentibus quibuſdam fieri ab ipſis alia, ut ex lapide ignis, & ex aqua emittente bullas aer fit. Cum igitur nunc uideret in unoquoque ſeparato omnia congregata ut ex pane carnes, oſſa, & alia perinde ac ſimul omnia inſint ei & ſimul mixta ſint, ex his ſuſpicatus eſt cuncta ſimul exiſtentia mixta fuiſſe antequam ſegregatione prodirent. Iccirco & ſic opus conſcriptum auſpicatus eſt Anaxagoras ſuum. Si cunctæ ſimul res ut quodcũque ceu panis huius, carnis, & oſſis mixtũ ſimiliter ſe habet cum uniuerſo mixto. Nam ex mixtione uniuſcuiuſq; ad omnium mixtionem prouenit. Nam clariora & notiora ſenſui ſunt ſingularia ſingulęq; partes quam totum. Anaxagoras deinde ſimilitudinem ſingulorum ad ſingula cũ putaret animo, in mixtione, & ſegregatiõe a principio, quæ eſt cauſa exitus & in temporali ſegregatione. Vt igitur in unoquoque principium fit aliquando ſegregationis, ſic etiam in omni & uniuerſo, & quemadmodum in ſingulis apparet quædã generatio interdum genita, ſic etiam quia eſt omnium generatio a mixtione omnium, ortus quoque omnium ſeiunctus atque conceptus eſt animo etſi non ſimul exhauriat generatione ſingulorum illud mixtum atque deficiat. At cum ſint corpora qua diuerſo agitatu impelluntur, & qua ſunt eiuſdem ordinis mutuo, principio cauſaque meliore indigent, quam Anaxagoras mentem appellat. Equidem opus erat dum illa mens diſgregat & in ordine reducit ſegregationem a congregatione cũ & ſubſtantiam habeat coniunctam & connexam primo, ut in ipſa uideretur ſegregatio. Mens talis eſt, quam principio intellexit operatam eſſe, ubi inquit, Cœpiſſe mentem ſegregare. Hæc igitur ſententia, qua in hãc opinionem de principijs Anaxagoras uenit ſic explicita eſt. Sed ex dictis promptius eſt ſimul intelligere, quod ſi ſingula ex ſingulis ſegregantur, & ſingula in ſingulis ſunt, non ſolum uniuerſum, ſed etiam quodcũque non modo multitudine, uerumetiam magnitudine infinities infinitum erit. Quod uero Ariſto. narret id quod apparet in opinione Anaxagoræ liquido conſtat. Equidem Anaxagoras cum eſſet ſapiens duplicem uniuerſi ordinem inſinuauit, aliam unitam & intellectualem præexiſtentem. Non enim illa tempori ſubdita erat, ſed omnem ſubſtantiam & ui imperioque excellens eſt, & aliam ſeiunctam ab hac ſed huius ope a mente conditrice ſubſiſtentiam cœpit, de quibus dictum eſt etiam in ſcholijs primi libri, quibus fidem ex uerbis Anaxagoræ enitebar afferre. Merito autem ſenſilium unumquodque cunctis rebus participat & omnium capax eſt. Nam unus confluxus, conſpiratio una, omni conſenſu communique affectu gaudent ut Hippocrates tradit, quod fit ob unitatem primo genitam quæ in ipſis intellectualibus præcedit. Nam & hæc omnia ſeiuncta, non adeo ſe mouentur, ut auulſa penitus atque ſemota inter ſe ſint. Iccirco inquit Anaxagoras haud fieri poſſe, ut omnia ſeparata ſint. Non enim abſoluta omnino auulſio eſt ſegregatio, ideo nequeunt ambulatio, color, uel penitus affectus & habitus a ſubiecto ſeparari. Verum uidetur dicere principium ſeparationis eſſe in tempore, ſed conſuetudo erat apud ueteres Philoſophos & Theologos noſtram intelligentiam ſenſui ſimul ſubijcere. Haud enim ualemus una cum ſempiterna prorogatione & dilatione intelligentiam noſtram producere & prorogare, differreque ſed petimus aliquod principium quo deinceps contemplando alia perſequamur.

Democritus autem, nullum aliud ex alio fieri, primorum dicit, ſed tamen ipſum commune corpus, omnium eſſe principium, magnitudine ſecundum partes, figuraq; differẽs. Tex. 30. Quod igitur conueniens ſit Pyhſicis hęc ſpeculatio, manifeſtũ eſt ex his. Tex. 31.

Cum proxime dixerit quomodo accidebat Anaxagoræ ut Com. 30. fateretur infinitum magnitudine principium eſſe, quod aſſerebat eſſe infinitas multitudine ſimilaritates corporeas, oſtendit etiam Democritum idem facere quanquam ortum fieri haud ſegregatione, nec ſingula in ſingulis eſſe, ut Anaxago. dicat tamen ipſe etiam cum ſtatuat infinitas atomos eſſe principia multitudine, & uacuum haud ſecus, atque Anaxagoras, ipſe non modo multitudine, ſed etiam magnitudine infinitum eſſe principium tactu dixit, & ſecundum ipſum etiam fit continuũ infinitum. Nam infinita multitudine cum aliquam magnitudinem habeant, & ſint eiuſdem generis, ut inuicem ſeſe tangere ualeant, condunt infinitam quandam magnitudinem, ut ſępe diximus. Et quia apud Democritum atomi magnitudinem habent, oſtendit ex hoc ipſum fateri eaſdem atomos figura & magnitudine differre. Quonã pacto, aliquid magnitudine differre ab aliquo poſſet, ſi magnitudinis expers foret? Item quo modo figura cum alijs diſcreparet, niſi figuratum lineis planiſque eſſet? id quod clauditur & continetur lineis planiſque eſt magnitudo, & ea quæ ſunt multitudine infinita ſeſe tangunt, ut Anaxagoræ accidebat dicere per ſe, ſi quidem inquiat omnes figuras ſimul eſſe, & Democrito idem accidit quatenus commune corpus ex atomis unum eſſe tradidit, quorum differentiam magnitudine & figura ponit, ſed non ſecundum corpus ſubiectum. Huic quoque accidit fateri eas atomos eſſe ſimiles ſpecie, & hac ratione inuicem tãgi. Nam nil uetat, quin ſimilia ſpecie citra impedimentum in unum ſecedant, ſeſeque mutuo tangant. At uacuum neque intercipit tactum ſcinditq;. Nam hoc modo uacuum eſſet magis infinitum quam corpus infinitum ſiue cum ipſo, ſiue ſeorſum ibi non ibi intercipit, ſed nil eſt magis infinitum quam ipſum infinitum. Equidem uacuum penitus uim non habet ad intercipiendum & diſtrahendum dirimendumque quicquam. Si ergo cuncti prope naturales admiſerunt infinitum magnitudine idque loco principij. Nam principij locum occupat, patet eius intereſſe diſputationem de infinito, qui de naturæ principijs diligenter differit.

Rationabiliter autem, & principium, ipſum ponũt omnes. Neq; enim fruſtra, poſsibile ipſum eſſe, neque aliam ipſi ineſſe potẽtiam, niſi ut principium. Omnia enim, aut principium ſunt, aut ex principio. infiniti autem, nõ eſt principium. eſſet enim ipſius utique finis.

Cum dixerit ueteres Philoſophos qui infinitum inuexere, Com. 31. ut principium idipſum introduxiſſe, nunc haud oſtendit infinitum eſſe, ſed eos qui penitus ipſum poſuere non ab re, eidem rationem principij tribuiſſe. Et diuiſione oſtendit. Nam quod-

cunque erit uel per accidens eſt & fruſtra, ut ea quæ caſu proueniunt, uel per ſe, & ſi per ſe, aut principium, aut a principio. Si ergo neque fruſtra neque eſt id infinitum quod a principio proficiſcitur, patet quod principium eſt. Et quod non fruſtra, nec ex caſu patet, ſiquidem eiuſmodi quicquid eſt, raro ſit, ſed infinitum ubique res eſt, & omnia complectitur non raro erit. Item ſi ſempiternum eſt infinitum, ut demonſtrabitur, quod ingenitum eſt, non erit fruſtra, neque temere. Non enim aliquid huiuſmodi eſt æternum. Item oſtenditur non proficiſci ex principio, quandoquidem non ſit eius principium. Nam eſſet eius terminus, ut inquit, quare non erit infinitum. Verum hanc rationem putant paralogiſmum eſſe exiſtimantes Ariſto. dicere, quod ſi infinitum haberet principium, & principiū ſecundum magnitudinem eſt terminus & finis haberet itaque terminum, quare non erit infinitum, ſed finitum & fieri tradūt deductionem ob æquiuocationem principij. Vt enim in primo libro diuiſum eſt, principium ſignificat principium rei, ut nunc ſuſceperat. Item ſignificat & cauſam. Nam principium eſt materia & forma, & efficiens & finis. Cum igitur proponeret oſtendere infinitum non habere principium uelut cauſam, ſed ipſum eſſe principium, tranſtulit principium ut cauſam in principium rei, de quo uerum eſt quod ſi habet principium, etiam habet finem. Sed de principio ut cauſa haud uerum eſt hoc, ut ſi habet principium ut cauſam, debet finē habere ſecundum rem. Haud enim ſequitur hic terminus illud principium. Sed dicere quod ipſe perſuadendo nititur conſtituere confirmareq; opinionem eorum, uidetur mihi reuera hoc non eſſe uериſimile. Nam uidetur neceſſario ſequi dicens illud, ſi habet principium ipſum infinitum, habet etiam terminum. Illa igitˢ magis pulchre ab Alexādro dicūtur, quod quouis modo ſumpto principio ſi poneretur ipſum eſſe factū ex principio prorſus finem habebit & terminum ſecundum magnitudinem, quare non erit infinitum. Nam ſi fieret principio temporis non ſubſtantia eſſet, quod ipſa repente ſit, ſed ab aliquo principio ſecundum magnitudinem, ut animalia, plantæ, ut omnia artificialia uidentur fieri. Sed quod habet principium ſecundum magnitudinem, habet etiam terminum. Item ſi eſſet ex principio ut cauſa fieret ex illo, ut ex materia, quod ſi infinitū habet principium finitum in ſeipſo ut materiam, erit etiam ipſum finitum, quod ſi infinitum eſt profecto erit ē ipſum principiū infinitum. Similiter quoque ſi haberet infinitum ipſum principium formale. Nam ſi forma eſt principium compoſiti, ſi infinita eſt forma principium erit infinitum, ſi uero finita. ſecundum materiam eſſet infinitum incompoſito, equidem materia etiam principium eſt, igitur principium etiam infinitum eſt ſecundum hoc. Nam & compoſitum cuius principium forma nihil aliud eſt niſi forma & materia. Et ſi haberet principium effectiuum infinitum quod eſt corpus omnino, etiam principium rei habet, unde capit initium generationis quod etiam terminus erit. Item ſi fuerit factum, & terminum habebit in quem ceſſat generatio. Item ſi habet principium ut finem & id cuius gratia infinita magnitudo, primo nil prohibet, ut id qđ tale principium habet & ipſum eſſe principium. Nam principium ut finis eſt efficientis & elemētorum. Etenim Plato quærens finale principium mundi conditi inuenit eſſe bonitatem facientis & conditoris. In quibus inquit. Dicamus autem qua de cauſa ortum & uniuerſum opifex conſtituit. Nam bonus erat. Deinde quia infinita magnitudo eſt indefinita, quomodo reducetur ad aliquem finem determinatum. ſed ſi magnitudo habet aliquem finem determinatum, oportet ipſam & determinatam eſſe ut magnitudo eſt. Nam magnitudinis terminus eſt deſcriptio & figura. Quod uero & Ariſto. ut conſequens concludat eo eſſe infinitam magnitudinem, quia non habet principium non ſolum elementare ſed etiam nec effectiuum neque materiale, patet ex quibus inquit. Quicunque non faciunt præter infinitum alias cauſas, ut mentem, litem, uel amicitiam, uel aliquid huiuſmodi, quod idem dicit continere omnia & omnia gubernare, perinde ac infinitum non habeat cauſam effectricem uel finalem, igitur perſpicuum factum eſt id qđ dictū ē ut ſi qdē fuerit principiū infinitæ magnitudinis qualitercunq; erit etiam eius terminus & finis ut magnitudo eſt.

Amplius autem & ingenitum & incorruptibile, principium quoddam cum ſit. Quod enim fit, neceſſe eſt accipere finem. & finis, omnis eſt corrupptionis. Quare ſicuti dicimus, non huius, principium, ſed hoc aliorum uidetur eſſe, & continere omnia, & omnia gubernare: ut affirmant quicunq; non faciunt præter infinitum, alias cauſas ut intellectum, aut amicitiam. & hoc, eſſe diuinum, immortale enim eſt, perireq; nō poteſt. vt affirmant Anaximander & plurimi Phyſiologorum.

Cum dixerit quod ponentes infinitum non immerito ipſum dicunt eſſe principium. Aut enim fruſtra eſt, aut a principio, aut principium. At ſublatis reliquis, relinquitur illud eſſe principium. Addit etiam aliquid aliud ab his quæ dicta ſunt, quod aduenit ipſi infinito quodq; eſt congruum infinito ſcilicet quod infinitum dicatur ingenitus interituſq; expers, ſiquidem prorſus eſt. Hoc autem etiam eſt probaturum huius ſcilicet quod non ſit fruſtra, ſiquidem ingenitum atque expers corruptionis ſempiternū eſt, ſed id quod fruſtra eſt, haud ſempiternum eſt cum per accidens ſit, & raro. Et quod conueniat principio eſſe ingenitum & expers corruptionis Socrates plane in Phædone oſtendit. Nam ſi ex aliquo principium fieret, inquit, non ex principio fieret. Item principio abſumpto & corrupto neque ipſum aliquando ex alio, neque aliud ex illo fieret. Quod uero & ingenito competet eſſe principiū conſtet. Si enim haud eſſet principium a principio factum eſſet. Quod uero infinitum ſi eſt, ingenitum experſque interitus ſit hunc in modum oſtendit. Nam ſi factum eſt, neceſſe eſt ut eius ortus aliquando finem accipiat, aut non eſſet factum. Si ergo eius generatio eſt momentanea, patet quod eſt aliquod principium eius magnitudinis a quo incepit generari, & finis eius eſt in quem terminatur generatio, & qua completa non amplius ſit, ſed factum eſt. Et ſi corrumperetur aliquādo magnitudo, erit etiam aliquando corruptum, quare erit etiam aliquis terminus eius cuius extremo ultimoque corrupto corruptum erit totum, quare ſiquidem eſt infinitum, neceſſe eſt ut ipſum ingenitum ſit, & incorruptibile quod quidem propriū eſt principio ſed non illi quod ex principio proficiſcitur. Iccirco qui infinitum ſolum ponunt, haud quaſdā alias cauſas una enumerantes, ut Anaxagoras mentem, & Empedocles litem & amorem, contenti fuere natura infiniti ad rerum omnium generationem aſſignandam, & materiali principio hoc ſuppeditet indeficientem uiciſſitudinem ſempiternæ generationis & eorum omnium, quæ ab ipſo infinito gubernantur. Vt enim principium hoc ſolum poſitum eſt, præbet uſum & opportunitatem principij ipſis & non ſolum principij materialis, ſed etiam efficientis & finalis, quod Anaxagoras menti, & Empedocles amicitiæ & liti, atque neceſſitati tribuit. Diuinam autem cauſam & uelut principium ipſum eſſe dicunt atque uelut ingenitum & expers interitus. Nam tale Anaximander intermedium ignis & aeris infinitum principiū poſuit, & nullum abſurdum eſt, ſi diuinam appellabat cauſam, imo neceſſarium eſt. Nam ex hoc oſtendebatur deum ſupra ipſum eſſe. Nam diuinum dei eſt particeps. Sed ſermo ab eis fiebat de principijs naturalibus, ut Ariſto. facit in hac tractatione, ſed non de principijs ſupra naturam. Quod ſi preterea dixerunt ipſum gubernare & continere, nihil mirum eſt. Nam continere ineſt materiali cauſæ cum per omnia procedat, ſed gubernare ei congruit quod ſecūdum aptitudinem eius, omnia proueniunt ab ipſo.

Com. 32.

Tex. 31. Eſſe autem aliquid, infinitum, fides ex quinque maxime continget conſiderantibus. Ex tempore. hoc enim, infinitum. Et ex ea quæ eſt in magnitudinibus, diuiſione. vtuntur enim & Mathematici, infinito. Amplius ex eo, quia ſic ſolum non deficit generatio & corruptio, ſi infinitum ſit vnde auferatur id quod fit. Amplius ex eo, quia finitum, ſemper ad aliquid finitur. Quare neceſſe eſt nullum eſſe terminum ſi ſemper terminari ſit neceſſe alterum ad alterum. Maxime autem & propriiſſimum, quod

Tex. 32. communem facit dubitationem omnibus. ob id enim, quod illud quod in cogitatione eſt non deficit, & numerus videtur infinitus eſſe, & mathematicæ magnitudines, & quod eſt extra cœlum. Infinitum autem cum ſit quod extra eſt, & corpus infinitum eſſe videtur, & mundi. Cur enim magis, vacui hic quam ibi (quare ſi vno in loco, & ubique) neceſſe eſt eſſe molem? ſimul autem ſi & vacuum eſt, & locus infinitus, & corpus infinitum neceſſe eſt eſſe. Poſſe enim, ab ipſo eſſe nihil differt in perpetuis.

Com. 33. Cum oſtenderit eſſe neceſſarium naturali ſermonem de infinito, cum ab intelligentia ipſa infiniti, tum etiam ex opinione ueterum Philoſophorum deinceps deſcendit ad quæſtionem de ipſo ſeruando quæſtionum ordinem. Et primo quærit an infinitum ſit nec ne? Sed huic quæſtioni conferre admodum cenſuit prius intelligentias recenſere quibus nonnulli eo proueneruntut ponerent infinitum eſſe quod ea de cauſa fit. ut ſi uideantur de aliqua re recte adducta nos etiam fatebimur eas. At ſi deprehenſæ erunt uana conari & indeterminationem nūc imaginationis ſequentes hoc confutantes oſtendemus infinitū non ſubſiſtere. Vnde quinq; eſſe inquit ea quibus infinitum non modo magnitudine, ſed etiam ſecundum qualecūq; infinitum eſſe credimus. Nam dum ſumit initium recenſendi perſequendiq; intelligentias & conceptiones quibus infinitū ſtatuimus, omnes denudat non ſolum ſecundum magnitudinem corpoream, ſed etiam ſecundum omnem magnitudinem & ſecundum multitudinem infinitam fingentes aliquando quidē uera, & aliquando falſa. Sed primam conceptionem infinitatis ponit, aliam ex tempore quod reuera exiſtit infinitum. Nā ſi tempus haud infinitum eſt, interdum non eſſet tempus & ita erit, quando non erit, quare & quando non eſt tempus, eſt tēpus. Semper igit̃ eſt tēpus, igit̃ tēpus eſt infinitū. Secūda fides ut ſit infinitū, eſt ex diuiſione magnitudinis, uel ut Eudemus, inquit, ex continui diuiſione. Equidem mathematici utuntur ſectione magnitudinum aliquando eam uelut dignitatem accipientes. Nam omnem magnitudinem & omnem lineam quauis proportione diuidunt datum accipientes quantacunque fuerit, perinde ac ſectio magnitudinum ſit in infinitum, interdum etiam oſtendentes. Nam ſi ut aiunt, nunquam deſcripta in circulo recta ſit æqualis circumferentiæ patet, quod planum acceptum a recta linea & ambitu circunducta, peripheria, ſeu circumferentia in infinitum ſcinditur. Nam ubi ceſſauerit ſectio recta æquabitur circumferentiæ. Si autem & duo trianguli latera ſemper reliquo maiores ſunt ſi in triangulo rectorum angulorum, qui æquis lateribus conſtat, in quo baſis utriuſque eſt laterum maiorum, in ambobus lateribus æqualem auferentes baſi, per ea puncta quæ facta ſunt ducemus æquidiſtantem baſi lineam, quo facto faciemus triangulum minorem ſimilem tali ſcilicet conſtantem æquis lateribus & rectorum angulorum ubi neq; duo latera reliquo maiora inueniemus, quare quod in ambobus æqualem auferre baſi, & per puncta æquidiſtantem ducere, poſſumus. quod ſi hoc facere poſſumus in infinitum, profecto in infinitum planum, areaq; trianguli ſecabitur, quod ſi in infinitum eſt ſectio, infinitum igitur eſt in magnitudine. Haud enim infinitum eē, niſi in infinitum foret ſectio. Tertiam autem inquit eſſe eorum qui ſic ſolum ad infinitum deductum rerum uiciſſitudinem, ut nō deficiat unquam generatio, quandoquidem ſi infinitum eſt, id a quo ablatum aliquid ſemper in infinitum ea fiunt quæ fiunt. Etenim quoſdam naturales perſuaſit elementum ſtatuere infinitum. Quartam autem & captu difficilem ponit, ſcilicet quia omne finitum ſemper ad aliquid terminari apparet. Nam ſi omne finitum ad aliquid aliud extra ipſum terminatur, illud deinde extrinſecus quo terminabitur, uel ergo infinitum eſt uel finitum, & ſi infinitum, habemus id quo uolumus ſcilicet infinitum, eſſe ſi uero finitum fuerit ut tellus & ipſa alio terminabitur & redimita erit & hoc in infinitum, ſi autem in infinitum hoc fit, igitur infinitum eſt. Nam haud ultimum ſumendum erit aliquādo ſi quidem & illud acceptum alio claudendum ſit & terminandum. Huic rationi Epicurus, ut ait Alexāder, maximā fidem adhibens uniuerſum dixit eſſe infinitum, quia omne finitum aliquo cingi & terminari cum oporteat, quicquam extrinſecus habet. At Ariſto. mentionem facit de hac ratione ueluti de antiquiore opinione quam illa Epicuri. Quintam autem addit quam & maxime primariam eſſe inquit Ariſt. quæ etiam communem dubitationem omnibus mouet. Equidem uis intellectus numeri atque phantaſiæ ſemper aliquid potens addere & minuere, & nunquam inferior facta neque deficiēs. Nam ob id & numerus in infinitum augeri uidetur, quia omni addito numero poſſumus addere unitatem, uel numerum, & mathematicæ magnitudines in infinitum augeri atque diuidi queunt, quia ubi quodcunq; acceptum fuerit diuidi ſcindiq; denuo poteſt, & ſectum addere intelligentiæ & cogitationi. Non enim ſenſui addi poteſt, quia uero intellectio & cogitatio de rebus fieri, uidetur putamus res haud ſecus ſe habere, atque imaginamur & cogitamus. Idemque ſolemus de eo quod extra cœlum imaginamus, pati. Nam ſemper aliquo ſumpto aliquid extra intelligimus & imaginamur & ſic infinitum extra eſſe uidetur. Et ſi fuerit uacuum (ut uidebatur dicere Democritus) infinitum, & mundi infiniti. Nam cur hic magis quam alibi uacuum collocandum eſt, quare ſi in uno loco, ubiq; erit corporea moles, quare & ipſa erit infinita. Item ſi uacuum locus eſt, qui poteſt recipere corpus, & in perpetuis quoties aliquid fieri poteſt, penitus fit, perinde ac ſi non fieret, neque contingit fieri. Nam in corruptibilibus nil prohibet corruptum aliquid eſſe, priuſq; in opus uenire queat. At in ſempiternis haud fieri hoc poteſt, ideo in perpetuis & ſempiternis non eſt contingens ſed in in his ſolum quæ ſunt ſubdita ortui & interitui, quare ſi uacuum infinitum, & locus erit infinitus, & corpus infinitum, quod aptus eſt locus accipere. Archytas autem, ut inquit, Eudemus ſic interrogauit rationem faciens, uidelicet an in extremo cœli orbe exiſtens extenderem manum, uel uirgā ad extra uel non, quod nequeam extendere abſurdum eſt, ſi uero extendero, itaq; uel corpus, uel aliquid loci extra erit, nihil quidem intereſt, ſic uel illo modo dicere, modo ut diſcamus. Semper igitur incedit eodem modo ſi accipiatur terminus, & idem interrogabit, & ſi ſemper alterū erit ad quod uirga extenditur, patet quod erit infinitum, & ſi quidem corpus erit, oſtenſum eſt ꝓpoſitum, ſi uero locus idem ſequitur, quippe locus ſit in quo corpus eſt, uel poteſt eſſe ipſum autem potentia uelut ens oportet ponere in ſempiternis & ſic erit corpus infinitum & locus. Niſi forte eadem ratio & contra nos ꝓcedat inſtatq; acriter admodum dicentes nihil eſſe extra cœlum uel ut corpus mundanum, cuius terminus eſt cœlum uniuerſam regionem capiens, ſi ergo in humero, dorſoq; cœli exiſteret aliquis quonam extenderet manū? Nō enī in nihil qđ nullum ens eſt in eo qđ nō eſt, ſed neq; ꝓhibebitur extēdere. Nā a nullo pōt ꝓhiberi. Sic igit̃ Ariſt. ex quinq; magis patere

infinitum eē inquit. At Eudemus ſex cauſis inqt uideri infinitū eſſe quarū primā dicit eē diuiſionē cōtinui in infinitū, cui reſpondere ex ęquo inquit eē diuiſionē ꝯſideratā in numeris ſm additionem. Sed neq; hanc cām omiſit Ariſt. cū ponat ipſam inter infinita quę ſm imaginationem exiſtimanę cum dixit pręſertim, & numerus uidetur eē infinitus, & mathematicas magnitudines diuidi in infinitū patet. Sed forſitā aliquis dubitaret quō ſm imaginationem dicit additionē numeri in infinitū, & magnitudinis ablationē. Etenim ſic reuera eē uidetur. Nā q̄li numero non pōt fieri additio, & q̄ magnitudo nō pōt diuidi, ſi quidem non ex punctis cōſtat magnitudo. Niſi quod non in infinitum fieri, ſed infinitum ſm intelligentiam & imaginationem dicit qđ auctio & dīminutio in infinitum intelligitur fieri. Nā in infinitum in utraq; ēt in ſubſiſtētia eſt, ſed infinitū minime ut oñdetur. Neq; enī numerus ē infinitus neq; magnitudo.

T.34. Habet autem dubitationē, ipſa de infinito conſideratio. Etenim non eſſe ponētibus, multa impoſſibilia accidunt, & eſſe. Amplius autem vtro ſit modo, vtrum vt ſubſtantia, an vt accidens per ſe alicui naturę, an neutro mō, ſed nihilominus ſit infinitum, aut infinita multitudine?

Cō.34. Cum dixerit ex quibus & quot moti fuere illi qui ſtatuere infinitum, & oſtenſurus eſſet paulopoſt, quomodo non eſt, & quomodo eſt interponit dubitationem ad utranq; partem & utriq; dicit poſſe occurri, ſcilicet dicentium eſſe & negantium eſſe infinitum. Et ſi eſt quomodo inquiunt eſſe uel ut ſubſtantiam, uel ut accidens, uel neutrum horum. Sed nihil minus eē infinitum uel infinita multitudine dicunt. Hoc enim petit inde ſicienoam diuiſionis & maxime huic in infinitum conuenit. Quædam igitur oſtenduntur occurrentia abſurda his qui negant eſſe infinitum. Aut enim neceſſe eſt tolli ſectionem continuorum in infinitum, & hac ſublata tollitur geometria, & ex his tempus demitur, qđ quidem pluribus confutabitur. Item tollitur auctio numerorum in infinitum quę euidens eſt. Nam quis numerus inuenitur hominum cum præſentium tum futurorum cui addi nil poſſit. Tollitur autem in infinitum temporis proceſſus & cum hoc tollitur uniuerſi perpetuitas quę pluribus exactis rationibus & probatis a Platone & Ariſto. oſtēſa eſt. Econtra autem ſiquis dicat infinitum eē, demuntur differentiæ hæ ſcilicet ſurſum & deorſum, & medij, & circum, et naturalis corporum inclinatio & motus. quandoquidem non eſſet motus ad definita, quocirca neq; motus eſſent definiti. At ſi quis diceret aliqđ infinitum eſſe, ſiue ut ſubſtantiam ſiue ut accidens, quot & qualia accident quę haud fieri poſſunt, paulopoſt diſcemus, qđ ſi quis neutrum horum dixerit, tamen eē infinitum contendet, profecto abſurdum uidebitur eſſe aliqd qđ nec ſubſtantia, nec accidens eſt. Et aliter Alexander exponit ipſum neutrum, quia non cōtra omne accidens neutrum dicitur, ſed cōtra illud qđ ꝑ ſe alicui ineſt, ut ſi dixerit uel neq; ut ſuba, uel neq; ut accñs per ſe, ſed aliquō aliter accñs.

T.35. Maxime autem Phyſici eſt conſiderare, ſi eſt magnitudo ſenſibilis infinita.

Cō.35. Vbiq; dictorum conſtituens qđ peculiaris eſt nāli quæſtio de infinito argumento eorū quæ ſubijciuntur ipſi, ſi quidē magnitudines ſunt & mota ſm tempus, & eo indicio, qđ naturales Philoſophi de ipſo diſſeruerunt non fruſtra, imo ipm poſuere principium. Item dicens nihil minus eos qui dicunt ipm eē uel non eſſe, ſiue ſubam dixerint, uel accñs uel neutrum, incidere in grauia et multa abſurda, ob id igitur cū oñdiſſet peculiarem eē Pħo ſermonem de infinito, merito intulit ſermonem de talibus infinitis ꝓprium eſſe naturali, qm̄ non de aliquo intellectuali, ut mathematico uel de aliquo alio ſupra hoc eſt ſermo ſed de ſenſili. Nam ille ſciens eſt, qui facit peculiares ſermones conuenientes ſuis poſitionibus.

Primum igitur, determinandum eſt, quot modis dicitur infinitum. Vno igitur modo, quod impoſſibile eſt tranſire, ex eo quia non eſt aptum natura tranſiri, vt vox inuiſibilis. Aliter autem, tranſitū habens inconſummabilem. Aut quod uix, aut quod natura aptum eſt habere, nō tamē habet tranſitum, aut finem. Amplius, infinitum omne, aut eſt ſecundum appoſitionem, aut ſecūdum diuiſionem, aut vtroq; modo.

Cum dixerit de quali præſertim infinito ſpectet ad naturalem conſiderare, an ſit, q̄a de magnitudine infinita quā quidē non eſſe demonſtrabit, ſed q̄dam ſignificata infiniti affert, cū infinitum ſit de numero eorum quæ multipliciter dicūtur. Diuidit ergo primo eius ſignificata. Sic enim dicit ſecundum quæ ſignificata nequit eſſe infinitum, & ſecundū quæ poteſt. Communiter igitur infinitum eſſe uidetur, qđ pertranſiri non poteſt & uix terminus haberi poteſt, qđ non eſt ipſum tranſire. Hoc modo itaq; dicitur infinitum qđ non habet penitus naturam qua pertranſiri poſſit, quale erit punctum, & omnino id qđ non eſt quantum. Nam qđ nō eſt quantum prorſus nō habet tranſitum, quare neq; tranſitum ſine fine, ſic etiam uox inuiſilis dicitur ſecundum negationem, quia non eſt apta uideri, quia colorem non habet. Sed ſecundum plures modos & talis negatio dicitur, quæ eſt ſecundum ipſum non aptum eē. Nam aliter paries eſt ſine pede, & piſcis & auis quædam, auis enim ſic dicitur, quia non eſt in tali genere pedis ut aīalꝫ, piſcis uero quia telum differentiam habet ad ea quę ſunt eiuſdem generis. Nam aīalium uel aquatilium alia ſunt pedum experta quædam pedata (ut ita dicam) ſed auis quam dicimus tinnunculum dicitur ſine pede, quia exiguos pedes & debiles habet. At non ſecundum hoc ſignificatum ſcilicet ſm negationem quęrimus an ſit aliquod infinitum ſenſile. Secundum autem ſignificatum maxime infiniti exponit, qđ habet tranſitū qui haud attingi poteſt, quia quantum eſt ſed attingi nequit & eſt infinitum & impercurſibile. Et huius differentiæ ſunt. Vel enim per ędificium & præparationem eſt tale, aliqñdo quidem ꝓpter figuram, ut annulus qui non habet fundam, palamue eſt infinitus, quia & omnis circulus ſic eſt aliquando uero quia non ſat exitum, ut apud Lacedæmonas erat locus in quo malefici depellabantur iudicum decreto, uel infinitum dicitur ob magnitudinis amplitudinem & uaſtitatem in quo ſignificato plurima eſt infiniti intellgētia. Tertium ſignificatum eſt illius qđ uix habet tranſitum, uel ob magnitudinem, uel ob ędificium, ut labyrinthus, & poſtea locus malorū apud Lacedęmonas. Nā quod uix retineat ſignificauit, uulpis, quę interualli mediā partem pertranſiuit. Quartum autem ſignificatum infiniti, quod aptum eſt habere tranſitum, ſed impercurſibilis eſt. Talis autem eſt uia ubi uiget ingēs calor uel frigiditas, quæ cum tranſiri poſſit quod eius magnitudo definita eſt, prohibetur tamen ex aeris moleſtia immodica. In tali etiam labyrinthū Alexander poſuit ſic conſtructum, ut ſit inuium, & infinitum annulum quæ tranſiri poſſunt quod finita ſunt, ſed ob talem ſtructuram inuius & impertranſilis eſt. Niſi forte & labyrinthus ſi & uix, tamē habet tranſitum, ideo eſt collocādus in his quæ uix pertranſiri queunt. Annulus autem, ut circulus omnis, neq; aptus eſt prorſus habere terminum non ob magnitudinem, ſed ob figuram. Quintum infiniti ſignificatum ponit hoc ſecundum additionem quod quidem in numeris contemplatur. Nam omni addito numero eſt alium addere, & ſecundum diuiſionē, ſiquidē oē cōtinū in infinitum eſt diuiſile. Qm̄ autem in numeris ſm additionem duntaxat eſt infinitum. Nā diuiſio ad unitates ſtans non amplius in infinitum ꝓcedit, ſed in magnitudinibus ſm diuiſionem, quoties oē acceptum diuideretur, & ſm additionem, cum & ſcinderetur in infinitū, & ſecta adderentur, ob id dixit, uel ſm additionem, uel ſm diui- Com.36.

ſionem,uel utroq; modo,ſic etiã tempus futurum,& additione infinitum,& ablatione præteritum.Sed omne, adiecit non quia omne dicatur infinitum, ſed quia omne proprie dictum quod uere eſt non quia ſimul exiſtens ſit Infinitum. Oſtendetur autem nihil eſſe tale neque ſecundum multitudinem neq; ſecundum magnitudinem ſed in infinitum hoc,quod eſt dum ſit & habet eſſe, dum ſit.

Tex. 35. Separabile igitur eſſe a ſenſibilibus infinitum ipſum quid exiſtens infinitum,non eſt poſſibile. Si enim neq; magnitudo eſt,neq; multitudo,ſed ſubſtantia ipſum eſt infinitum & non accidẽs, indiuiſibile erit. diuiſibile enĩ,aut magnitudo erit, aut multitudo.ſi autem indiuiſibile,non infinitũ, niſi ſicut uox inuiſibilis eſt.At neq; ſic dicunt eſſe,affirmãtes eſſe infinitum,neq; nos quærimus, ſed vt intranſibile.

Com. 37. Priores quidem quæſtiones erant de infinito,num eſſet nec non,& ſic nunquid eſſet ſubſtantia nec ne.quæſitum fuit, proinde ipſe mox initio quæſtionis quærit utrum ſubſtãtia ſit uel accidens hoc ob breuitatem forte.Nam ſi oſtenſum fuerit qđ neque ſubſtantia,neque accidens natura aliqua,oſtenſum erit quod neque eſt prorſus uelut exiſtens infinitum . Nam omne quod eſt,uel ſubſtantia eſt uel accidens.Quod igitur infinitũ non ſit ſubſtantia ſic oſtendit,ſi ſubſtantia eſt,indiuiſile erit,ſi autem indiuiſile non infinitum erit,ſed & tamen ſtatutum poſitum que erat eſſe infinitum,igitur non eſt ſubſtantia,& quod quidem indiuiſile ſit ſubſtantia,ſic oſtendit,ſubſtantia non accidens,ſi non accidens non quantum,ſi non quantũ, nec magnitudo,ueque multitudo, ſi neque magnitudo, neque multitudo,ergo non diuiſile.Nam hæ ſunt diuiſiles,ſi uero indiuiſile non infinitum.Nam infinitum diuiſile ſed infinitum eſſe ſuppoſitum eſt,igitur non ſubſtantia,quod ſi diceretur ſubſtantia quæ eſt indiuiſilis,ſic autem diceretur uelut id quod non aptũ eſt ſecundum negationem ſolam, ut uox inuiſilis. Sed nunc haud eſt quæſitum infinitum ſic dictum, ſed impertranſile. Separabilem autem ſubſtantiam dicit tanquam per ſe ſubſiſtentem & non in aliam,uelut accidentia.

Tex. 36. Siuero ſecundum accidens eſt infinitum,non erit vtique elementum eorum quæ ſunt. ut infinitum.ſicut neque inuiſibile,locutionis,quamuis vox ſit inuiſibilis.

Com. 38. Secundum accidens expoſitores dicũt dictum eſſe pro hoc accidens,ut dicat,ſi non ſubſtantia ſed accidens erit infinitum infinitum non erit elementum rerum ut dixere etiam Pythagorei,& Plato,& adhuc magis naturales qui aquam uel aerẽ uel ignem, uel intermedium elementum dicentes. Erit enim elementum & principium illud cui accidet infinitum eſſe, ut in uoce ſit.Etenim principium uel elementum eſt dialecti, & accidit ei,ut ſit inuiſilis,& non ſi quis diceret hoc principium, uel elementum dialecti.Sic igitur,ut dixi,omnes fere expoſitores locum exponunt hunc.Niſi forte id per accidens non pro hoc,accidens,ſed proprie dixit Ariſto.ſic de ſubſtantia deſcendens ad quærendum an infinitum ſit accidens. Sed poſtquã demonſtrauit quod infinitum non eſt ſubſtantia per ſe,neque idem eſt eſſe infinitum & ſubſtantiam oſtendit quod neque per accidens ineſt infinito hoc ſcilicet ſubſtantiam, eſſe quod quidem ſiquis intellexit uidens in naturali ſubſtantia quantũ. Dicit igitur qđ ſi per accidens eſt infinitum ſubã,non erit infinitum elementum eorum quę ſunt,ſed ſubſtãtia ineſt infinito per accidens,ut ſe habet dialectus in uoce. Etenim quoniam uox ineſt inuiſili per accidens.Nam accidit aliquod inuiſile uocem eſſe,ſed non uocem inuiſilem eſſe accidit.Nam per ſe ipſi ineſt hoc, ſed non eſt inuiſile dialecti elementum ſed uox inuiſili per accidens inexiſtens. Nam etſi uox eſt inuiſilis, patet qđ cum alijs etiã uox,quare aliquid inuiſile eſt uox quare uox eſt quæ ineſt inuiſili per accidens ut ſubſtantia infinito. Nam quod inuiſile infinito proportione reſpondeat patet, & noui quidem ita exponi poſſe ut prius dictum eſt. Etenim procedẽdo accidens per accidens appellat.Inducit autem me ad hanc expoſitionem id & alia quædam ponere argumenta ad oſtendendum quod infinitum non ſit ſubſtantia, ſi uero accidens tranſtulit in quibus inquit,per accidens igitur ineſt infinitum, & ibidem deſtruit hoc eo quod eſt principium. Patet autem etiam ex hoc quia eodem utitur argumento aliquomodo, qđ non eſt hic ſuppoſitio accidenti.

Amplius,quomodo contingit aliquid eſſe ipſum infinitum,ſi non eſt & ſecũdum numerum & magnitudinem quorum eſt per ſe paſſio quædam,infinitum? adhuc enim minus eſſe neceſſe eſt,quam numerum,aut magnitudinem.

Alexander hoc etiam fatetur eſſe oſtenſiuum huius quod infinitum non eſt ipſum per ſe ſubſtantia.Et argumentum eſt ex ipſo magis & minus.Nam ſi numerus & magnitudo, quarum affectio eſt infinitum nequeunt per ſe eſſe idest ſubſtantiæ quia quanta & in ſubiecto ſunt,multo magis,igitur infinito hoc ineſt,igitur minus infinitum eſt ſubſtantia, ſi quidem magnitudo & numerus eſt. Nam ſi quidem erat, in ſubiecto collocabatur,ſed ſubiectum minus cogitur eſſe in alio,quam accidens in eodem, quoniam & magis ſubiectum alicui per ſe eſſe poteſt quam alicuius accidens per ſe,ſi autem non per ſe, neque ſubſtantia eſt. Cõ. 39.

Manifeſtum autem, & quod nõ contingit eſſe infinitum, ut actu exiſtẽs & ut ſubſtantiam ac principium.Erit enim quicquid ipſius accipiatur infinitum,ſi partibile eſt.Infinito enim eſſe, & infinitum,idem eſt,ſi ſubſtãtia infinitum ſit, & non de ſubiecto.Quare,aut indiuiſibile eſt, aut in infinita diuiſibile.multa autem infinita eſſe idem, impoſſibile eſt. At vero vt aeris,aer pars eſt, ſic & infinitum, infiniti, ſi quidem ſubſtantia eſt & principium.Impartibile. ergo & indiuiſibile eſt. At eſſe tale nequit,quod actu eſt infinitum.quãtum enim quid eſſe,neceſſe eſt. T. 37.

Et hoc argumentum deſtruit infinitum eſſe ſubſtantiam per ſe.Nam prius cum oſtenderit quod ſi infinitum eſt ſubſtãtia & non per accidens,impartile,& indiuiſile erit,& ob id nõ infinitum,quoniam omnis ſubſtantia,uel indiuiſilis eſt uel diuiſilis, & cum dicat ex hoc quod eſt indiuiſile ſequi non eſſe infinitum,ſubiungit abſurdum.modo ſtatuatur ſubſtantia diuiſilis eſſe.Erit enim & unaquæq; pars ipſius ĩfinita. Et argumentum totum,eſt tale ſi principium ponitur, & ſubſtantia actu infinitum,idem erit infinitum in ipſo & eſſe infiniti, quia eſſe eius eſt infinitum,erit igitur ſimplex undiq; ſimile, ſi uero hoc,uel erit indiuiſile & minime ſic infinitum uel ſi diuiſile omnino erit profecto diuidetur in infinita. Nam in ſimilia uelut in ea quæ ſunt ſimilaria diuidetur,igitur ipſum erit plura infinita,etſi non ipſum,tamen non poſſunt eſſe plura infinita corpora,ſi ergo neq; ut indiuiſilis ſubſtantia eſt,neq; ut diuiſa nõ eſt ſubſtantia. Verũ in his ipſum actu ens dixit, ſi ſic ut actu hoc aliquid exiſtens,ipſum per ſe ſubſiſtere potens, & non ſic ſe habens ut compoſita,aliud quidem ſecundum ſubiectum & aliud habens ſubiectum.Nam hęc non ſunt ſimplicia,neq; uelut accidentia corporibus. Neque enim hæc ſimplicia ſunt commixta complicitaue cum ſubiectis.Nam aliud album eſt & aliud albi eſſe ſed uelut ſimplex.Sic enim ens principiũ erit ut putant,uel,actu,dictum eſt ad diſtinctionem contra id qđ Cõ. 40.

eſt potentia,

eſt potentia, quoniam qd' eſt potentia infinitum oſtēdetur eſſe. Dixit igitur actu opponēs ipſum ad id quod eſt potentia, quod quidem nil ꝓhibet eſſe pro hoc in infinitum. Item actu ſubſiſtens infinitum opponitur ei īfinito quod ſolum intellectu eſt, forte corpus actu ſubſiſtens, infinitum etiam contra mām oppoſitum fecit, quæ infinita eſt, ſed non actu corpus eſt/ſed potentia. Vnde bis cum hoc ſcilicet, ſubſtātia utatur dum ſemel protulit dicendo, non contingit ſubām eſſe infinitum, ſecundo autem, qñ dicit ſunt ſubſtātia & principiū, primum quidem ꝓ hoc ſcilicet, naturam, dixit uelut actu ſic exñtem. Nam ſubſtātiæ nomen cōiter de omnibus ꝑdicamentis prædicatur, quatenus dicimus ſubām quanti, uel qualis & prorſus accidentis. Secundum autem dixit de ꝓprie ſubſtantia. Niſi forte melius ſit ambo intelligere de proprie ſubſtantia. Nam dicēs uelut actu ens, ſubiunxit & uelut ſubām, ut indicet quomodo ipſum actu dixit. Illud uero ſiquidem ſubſtātia īfinitū & de ſubiecto dixit, qñ quidem ſi aliquis numerus, uel aliqua magnitudo, uel prorſus de numero eorum eſt q̄ ſunt in ſubiecto dicit eſſe infinitū, non ſequetur ex hoc, & partes talis infiniti īfinitas facere. Nam ſupponunt infinito alteram eſſe nām & nil uetat partem huius numerum eſſe, ſed minime infinitū. Non idem eſt eſſe numeri & infiniti. Nam numerus eſt multitudo ex unitatibus collecta. At infinitum eſt quantū impertrāſibile, ſi uero infinitū ut ſubā & principium ſimplex eſt, & oium ſimpliciū idem hoc & hoc aliquid eſſe ſm formam, igitur ſic dicēs infinitum ut ſubam tāquam in ratione infiniti conſiſtat, ut partes ſubæ ſubſtantias dicit, ſic & partes infiniti infinitæ ſunt. Vt enim pars aeri eſt aer, & pars aquæ aqua, & omnis ſimplicis pars ſimilis eſt toti, ſic & infiniti pars infinita, forte autem & partes partis. Verum illud dixit eſſe plura infinita haud poſſe, non ꝓinde ac queat eē aliud & aliud infinitum, ſed tanquā hoc euidentius abſurdum. Abſurdum inquam non ſolum quia ipſum infinitum eſt plura, ſed etiam quia uidetur cum quippiam finitum ab omni infinito demitur non erit infinitum. Aliud aūt ponentibus ut ſubam & principium infinitum, Eudemus tradit accidere abſurdum. Nam/inquit/ſi eſt elemētum infinitum, & mouetur aliquid ex ipſo, erit in ipſo facto aliquid finitum. Non enim oīa quæ erunt facta, infinita erunt, igitur accidet infinitū eſſe in ipſo finito.

T.38. **Secundum ergo accidēs, eſt infinitum. Sed ſi ſic, dictum eſt quod non contingit ipſum, principium dicere, ſed illud cui accidit, vt aerē aut par. Quare abſurde enunciant dicentes, ſicuti Pythagorei dicunt. ſimul enim, ſubſtantiam faciunt infinitum, & partiuntur.**

Cõ.41. Cum oſtenderit infinitū non eſſe ſubām neq; indiuiſibiſe, neque diuiſibile, deinceps quod neq; accidens ſit, oſtendit eadē demonſtratione utens, qua uſus eſt prius, & ſubſtantiam per accidens uelut principium infinitum ſupponens. Nam rurſus dicit, quod ſi accidens non contingit ipſum dicere principium & elementū, ſed illud cui accidit, ſiue id aer ſit, ut Diogenes dixit, ſiue par ut Pythagorei, igitur nō infinitum eſt principium, ſed illud cui ineſt infinitum, ſiue igitur per accidēs ſubſtantia ineſt infinito, ſiue infinitum ſubſtantiæ accidat ſecūdum ambo horum ſubſtātia eſt principium & nō infinitū. Abſurdum igitur dicunt qui dicunt principium eſſe infinitum ut Pythagorei. Nā haud id quod eſt accidens poteſt eſſe principium, ut oſtenſum eſt nunc, & ſi ſubſtantiam ſuppoſuerint Pythagorei coguntur ipſam partilem ſupponere cum dicant infinitum eſſe par. At oſtenſum eſt fieri non poſſe ut infinitum ſit principium & ſubſtantia, quia neceſſe eſt in infinita diuid. Sed prorſus neq; ſubſtantia eſt infinitum, ſiquidem par. Nam numerus eſt par, ſed numerus eſt quantum aliquid' & non ſubſtantia. Item neq; in ſimilia diuiditur, quod quidem principio conuenit. Non enim pares omnino ſunt partes paris.

T.39. **Sed fortaſſis hæc quidem eſt vniuerſalis quæſtio magis, ſi contingit infinitum & in mathematicis eſſe, & in intelligibilibus, & in his quæ nullam habent magnitudinem. Nos autem conſideramus, de ſenſibilibus, ac de his quorū facimus ſcientiam, vtrum in illis eſt, an non eſt, corpus infinitum in augmentum.**

Cum mentionem feciſſet de Pythagoreis benigne & æque notauit, quod illi cōmunia principia poſuere rebus intellectualibus & ſenſibilibus, & inter media horum ſcilicet intellectualia & mathematica dixere terminum & infinitum uelut unitates & diuiſionis cauſas. Nos autem impſentia tractantes de ſenſibilibus conſideramus an in ipſis infinitum quoddam corpus ſit nec ne, & non an ſit diuiſibile in infinitum. Nam hoc etiam mathematicis eſt ꝓprium, ſed uelut in infinitum augendū qd' quidem in ſolis naturalibus ineſt, ſi quidē prorſus ineſt. Sed illud, Et in his quæ nullam habent magnitudinē, dixit de intelligibilibus per ipſum, nullam, ſignificans neq; naturale, neq; mathematicum. Dictum autem prius eſt, quod ſcientiæ proprium eſt facere rationes congruas & cōueniente propoſitus, Alexander autem uniuerſalem hanc q̄ſtionem inquit, quia poſſunt qui ea utuntur nō ſolum in naturalibus, ſed etiam in aliis q̄rere. Nam ſi eſt in ideis actu infinitum, uel ut ſubſtātia erit, uel ut accidēs. Sed ſciendum eſt quod nō conuenit ideis talis diuiſio cum plane Plato dicat ideas ſubſtantias eſſe & neq; eſſe hic accidētia, ut iuſtitiam, prudentiam, & ſciētiam concedat in alio eſſe ibi. Dicit proinde in Phędone quod anima ad intellectuale reducta iuſtitiam cōtemplatur, & deſpicit ſcientiam non quatenus generatio adeſt neq; eſt alia in alio exiſtens. Et prorſus uniuerſalem quæſtionem dixit non quod ſi infinitum ſit ſubſtātia uel accidens, ſed ſi cōtingit, idem etiam in mathematicis eſſe & in intellectualibus, ut dixere Pythagorei. Cõ.42.

Logice igitur ſpeculantibus, ex huiuſmodi videbitur vtiq; non eſſe. Si enim eſt corporis ratio, planitie terminatum: non vtiq; erit corpus vllum aut intelligibile, aut ſenſibile, infinitum. At vero, neq; numerus ſic, vt ſeparatus & infinitus. numerabile enim eſt, numerus, aut habēs numerū. ſi ergo numerabile poteſt numerari, & pertranſire vtique poſſibile erit, infinitum. Tex.40. Tex.41.

Cum oſtenderit neque infinitum eſſe ſubſtantiam. neque enim diuiſibilis neq; indiuiſibilis eſt, neq; eſſe accidens. Non enim eſſet principiū, & increpuerit Pythagoreos, quod etiam ſubſtātiam dicunt infinitum ſi quidem principium & diuiſibile dicunt ipſum, ſiquidem dicunt ipſum eſſe par, reliquū inſtat quod talis, quæſtio corrigens ſuppoſitiones Pythagoreorum de infinito dicentes par infinitum eſſe, & ſecundum diuiſibile, & indiuiſibile arguens. Et illud eſſe principium uel non, cōmune eſt & uniuerſale in mathematicis & in intelligibilibus poteſt adaptari. Etenim etiam in illis conuenit quod infinitum uel eſt ſubſtantia uel accidens etſi ſubſtantia uel diuiſibilis uel īdiuiſibilis, recolligens igitur ſermonē ad q̄ſtionem de ſenſibilibus & naturalibus, num in ipſis īfinitum ſit nec ne, primo quidem logice arguit id eſt perſuadēdo & probabiliter. Item aliquo modo cōmunius & diſputabilius. Nam Dialectica Ariſto. eſt cōmunis methodus ſeu uia dicendi de omni propoſito problemate ex probabilibus ratiocinans, ut ipſe initio Topicorum inquit. Nam logicum uelut cōmune conſueuit diſtinguere contra proprium & eam rem quę eſt ſecundum naturam & demonſtratiuū. Nam quia adhuc cōmunior aliquomō eſt & ipſa demōſtratio, ſignificauit per id q̄d dicit, quādoquidē dicat non erit corpus intellectuale, nec ſenſibile infinitū. Et uidetur naturalem à cōmuni quęſtione diſtinguēs hoc argumentum uelut exemplum cōmunis quæſtionis ponere. Deinceps autem facit quæſtionem competentem naturali, quando dicit, Phyſice autem magis ſpeculantibus. Etenim diuiſio in ſimplex & compoſitum eſt propria rebus naturalibus, poteſt autem hoc eſſe ſecūdū diuiſiuum oſtē- Cõ.43.

dens q; non eſt infinitum. Vt enim prius demonſtrauit q; ſi infinitum non eſt ſubſtantia neque accidens qđ prorſus nõ eſt, & paulopoſt oſtendet q; ſi non eſt ſimplex neq; compoſitum prorſus non eſt, ſimiliter ſi non fuerit magnitudo uel numerus quę quidem uidentur infinita, prorſus non eſt. Totus igitur ordo & continuatio prædictarum rationum talis eſſe mihi uidet. Cæterum quia in rationibus perſuadentibus infinitum eſſe, q̃dam erat quæ infinitum intellectione & phantaſia noſtra accipiebat, quia ipſa ſemper addit magnitudinibus, & numeris naturalibus ſiue mathematicis, vł ad illam rõnem quæ logice arguebat hanc afferre. Dicit enim q; neq; magnitudo neq; numerus ſunt infinita. Nam ſi ob id quia intelligimus ſemꝑ additionem magnitudinis & numeri, ob id infinita ſunt, q̃a omnis magnitudo dum intelligitur in planis finita intelligitur, & omnis numerus quem ſi acceperimus ut inexiſtẽtem numerabilis eſt & pertranſilis, patet quod magnitudo & numerus ſunt finita, & in corpore talis eſt concludens ratio ſi corporis diffinitio eſt determinatum eſſe & cõcluſum ſuperficiebus, & infinitum nõ terminatur planis ſuperficiebuſq;. Sed hanc prætermiſit uelut manifeſtã, igitur neq; corpus infinitum eſt. Et eſt cõmunis ratio in corporibus in mathematicis corporibus, & naturalibus. Nam quatenus corpus, id eſt quatenus trifariam dimenſum acceptum eſt, ſed nõ quatenus naturale. Et de numero ſyllogiſmus eſt cõmunis ſcilicet de numero ſenſili et mathematico ſic ſe habẽs, numerus numerabilis. Non enim eſt ſeparatus numerus ut quidam putant auferentes cõmunitatem in conceptionibus, ſed eſt in participantibus, ideo numerabilis eſt, ſed numerabile quod contingit numerari, poteſt percurri, & tale eſt finitũ, igitur numerus finitus eſt & non infinitus, ut uidebatur dicere phantaſia, igitur etſi poteſt ſemper acceptus numerus augeri, tamen acceptus ſemper finitus eſt. Nam & ſi numerabilem nõ aliquis diceret numerum, ſed id quod habet numerum eſt numerabile & finitum & ob numeri participationem eſt tale. Nã quando acciperetur aliquis numerus hic poteſt numerari, ut etiam metrum poteſt menſurari. Quod ſi infinitus eſſet, nõ eſſet quicquam participans ipſo quia eo quod participatur eſt finitum, ſed numerus uel eſt finitus, uel terminus forte & idem numerus numerabilis eſt & pertrãſibilis. Nam ternarius ex tribus conſtat unitatibus. Et ob id dixit. Nam numerus eſt numerabilis, uel id quod habet numerum, ubi utitur ipſa nota disiunctionis/uel. Et ipm̃ in infinitũ nihil ꝓhibet eſſe in numero eſſe ſm̃ additionem, & in magnitudine ſm̃ diuiſionẽ & additionẽ ſed per ſe ſubſiſtens & actu ens infinitum in neutro eſt.

Tex.42. Phyſice autem magis ſpeculantibus ex hiſce, manifeſtum erit. neque enim compoſitum poteſt eſſe, neq; ſimplex. Compoſitum igitur nõ erit infinitum, corpus, ſi finita multitudine elemẽta ſint. neceſſe eſt enim, plura eſſe & æquari ſemper cõtraria, & non eſſe vnũ eorum infinitum. etſi enim quomodocũque ſuperatur q̃ in vno corpore eſt potẽtia, ab altero (vt ſi ignis finitus ſit, aer autem infinitus. ſit autem æqualis ignis, ad aerem æqualem, potentia quantũlibet multiplicatus, ſolum autem numerum aliquem habens) tamen manifeſtum, eſt, quod infinitum excedet & corrũpet finitum,

Tex.43. Vnumquodq; autem infinitum eẽ, eſt impoſſibile. Corpus enim eſt quod omniquaque dimenſionem habet. infinitum autem, quod infinite extenſum eſt, Quare infinitum corpus, vndequaq; extenſum erit in infinitum.

Com. 44. Non logice & cõmuniter, ſed demonſtratiue magis & propoſitis propriie. Nam oſtendit propter quid ſubſtantiæ ipſorũ, ſi nequit eſſe ſimplex, neq; compoſitum ipſum infinitum, & per potentias, quas habent naturalia naturaliter mota, & per loca in quibus manere uel ad quæ apta ſunt moueri. Et demonſtratio ex ſubiecto eſt quod nequit corpus ſimplex neq; compoſitum infinitum eſſe. Nam ꝓprium naturali corpori eſt, uel eſſe ſimplex uel compoſitum. Dicit igitur, quod ſi eſt aliquod corpus naturale infinitum omnino, oportet ipſum uel compoſitũ eſſe, uel ſimplex, & ſi compoſitum ex pluribus omnino, ideo et ipſe adiecit, neceſſe eſt plura eſſe & ſpecie differentia. Neceſſe eſt autem plura hæc uel finita uel infinita numero eſſe. Neque enim hoc pretermiſit ſectum, ut putat Alexã. ut demonſtrauit & oſtenſurus eſt, ſed etiam ipſe confutabit in quibus inquit, ſi uero infinita & ſimplicia. Etenim quod non ſit unum elementum demonſtrauit, & prorſus perfectę demõſtrationis gratia, & ſimplex infinitum ſupponit, ſi ergo cõpoſitum ex finitis numero eſt, uel omnia magnitudine finita ſunt, uel oĩa ĩfinita, uel aliqua ſic, & alia illo mõ, ſed ſi oĩa magnitudiẽ finita, q̃a ẽ multitudine finita, & totũ erit magnitudine finitum & non infinitũ. Hoc autem uelut ſectũ manifeſtũ diuiſionis confutare recuſauit, quod ſi alia ſunt finita, & alia infinita, uel etiam unum ſolũ in ipſis ĩfinitum. Nam ſat eſt etiam nullum accipere ad demõſtrationem, tranſmutat inquam infinitum inſeipſum omnia, & non amplius erit aliquid plura elementa, ſed unum. Item neq; compoſitum infinitum ſed ſimplex, quod quidem paulopoſt confutabit. Nam oportet adequari & æque potentia elementa eſſe ſi ſeruanda ſunt, quod ſi aer forte infinitus fuerit, & ignis finitus, igni ſane præualebit aer & mutabit ignẽ in ſeipſum. Sed aliquis forſitan dicet q; ſi amplior aer eſt minore igne imbecillior quid uetat, ut ignis nõ ſupereẽ finitus ab aere infinito. Hãc igitur ſoluit inſtantiam dicendo, quod ſi æqualis ignis eſt fortior ęq̃li aere in aliq̃ numero & ꝓportiõe hẽt exceſſum potẽtię quẽuis ceu millecuple, ſi millecupla ꝓportione acceperimus aerem à principio, erit æque potens igni ſumpto ex principio, & ſi abſtulerimus ſic ſæpe ignis deficiet cum ſit poſitus finitus, ſed aer non deficiet, cum ſi poſitus infinitus, quare & potẽtia excedens corrũpet ignẽ, patet autẽ qđ ſi plura numero infinita fuerint magis adhuc à pluribus ſuperabũtur reliqua, ſi uero omnia infinita magnitudine elementa poſita fuerint, cũ ſint numero finita, quoniam corpus eſt ſimpliciter trifariam diuiſibile & omniquaq; extenſum, & infinitum corpus undequaq; quidem, ſed in infinitum extenſum, patet quod uno exiſtente corpore infinito, non erit aliquid aliud corpus preter ipſum. Nam terminatur ad illud, ſed multo magis ſequitur id quod fieri nequit, ſi omnino infinita ſtatuta fuerint finita numero, & magnitudine infinita, & ob id forte quis poteſt abſurdum hoc inferre ſuppoſitioni ante hanc quæ ponit unum uel plura, non omnia tamen magnitudine infinita, ſed illam quidem confutauit ob potentias, hanc autem ob diſtantias, tanquam magis abſurdũ ſequatur ex hac. Si uero quod quidem reliquum eſt diuiſionis ſunt infinita multitudine ſimplicia ex quibus ĩfinitum compoſitum ſuppoſitum aliquis diceret, iam quidem redarguta eſt ſuppoſitio in primo libro, ubi oſtẽſum eſt, ſi aliquid neq; unũ, neq; infinita elementa, ſed plura uno, finita autem multitudine, & non infinita. Verum confutabit ipſam paulopoſt, quãdo dicet. Si uero infinita & ſimplicia, quod ſeu potentiæ quibus ſpecificantur corpora naturalia & ſimplicia definita ſunt cum formis. Nam primis ſimplicium contrarietatibus ſpecificantur eſſe, q̃ duę ſunt, frigiditas et caliditas, ſiccitas et hũiditas. Quorum aũt ſpẽs multitudine determinatę ſunt, hæc neceſſe eſt habere differentiam determinatam ſm̃ multitudinem.

At vero, neq; vnum ac ſimplex eẽ cõtingit infinitum corpus, neq; ſicut dicũt quidam, id quod præter elementa eſt, ex quo hæc generant, neq; ſimpliciter. Sunt enim quidam qui hoc faciunt infinitum, ſed non aerem, aut aquã, ne cætera corrumpãtur ab infinito. Habent enim ad ſeinuicẽ, contrarietatem. vt aer quidem, frigidus eſt, aqua vero humida, ignis autem calidus. quorũ ſi vnum T.44.

eſſet

eſſet infinitum, corrupta iam fuiſſent alia. Nunc
T.45. autem dicunt aliud eſſe, id ex quo hæc ſunt. Im-
poſſibile autem eſt eſſe tale, non quia infinitũ (de
hoc enim cõmune aliquid dicẽdum eſt, de omni
ſimiliter & aere, & aqua, & quolibet) ſed quia nõ
eſt tale ſenſibile corpus, pręter vocata elementa.
omne nãque, ex quo eſt, etiam reſoluitur in hoc.
quare eſſet vtrique hic, præter aerem, & ignem, &
terram, & aquam, aliud quippiam. videt autem,
T.46. nullum. Neque igitur ignis, neque aliud elemen
torum quicquã, infinitum quid eẽ poteſt. Omni-
no enim, & præter id quod infinitum ſit, aliquid
ipſorum, impoſſibile eſt ipſum vniuerſum, & ſi fi
nitum ſit, aut eſſe aut fieri vnum quid ipſorum, ſi-
cuti Heraclitus dicit omnia fieri aliquando ignẽ.
T.47. Eadem autem eſt ratio, & in ipſo vno, quod fa-
ciunt præter elementa, Phyſici. Omnia nanque
mutantur ex contrario, in contrarium, vt ex ca-
lido, in frigidum.

Cõ.46. Cum oſtendiſſet nullum corpus naturale compoſitum ex
pluribus infinitum eſſe, deinceps oſtendit quod nec unum nec
ſimplex corpus infinitum eſſe poteſt, ſi enim eſſet aliquod ſim
plex, uel unum quatuor elementorum eſt, uel quippiam aliud
præter hæc, ut ait Anaximander. Sed illud pręter elementa ex
quo elementa generant, & quod nullum elementorum queat
eſſe infinitum, patet etiam ex illis quibus Anaximander uolens
infinitum eſſe elementum non aerem, non ignem, non aliquid
elementorum quatuor poſuit ipſum, quia hæc inuicem habent
cõtrarietatem. Et ſiquidem eſſet aliquid horum infinitum, cor-
rumperentur contraria ab ipſo. Quod uero ipſum infinitum di
ctum præter elementa ut principium non ſolum infinitum nõ
eſt, ſed ꝙ nec prorſus ſit, oſtendit aſſumens ꝙ omne quod fit
ex aliquo in idem etiam diſſolui uidetur. Si ergo ex illo genera-
tio eſſet, aliquid hic eſſet præter elemẽta quatuor, in quod diſſo
lutio fiebat. Sed hic nihil tale apparet, ſed forſitan aliquis dicet,
quod etiam ſecũdum ipſum eſt compoſitum ex materia & for
ma, quare diſſolutio fit in hæc, & tamen nunquam apparet in
his nuda materia, ſed neq; forma per ſe. Niſi huius cauſa ſit, q̃a
ſemper formam habet materia in ſeipſam & aliam atq; aliam,
& generatio eſt ex contrarijs formis & corruptio in contrarias
formas. Quia igitur materiale frigidũ ex materiali calido fit,
cum corrumperetur materiale frigidum in materiale calidum
corrumpitur & uidetur hoc. Et ſi ergo diceretur ex materia &
contraria forma fieri ea quę fiunt, ſed ex materia ut ſemper in-
exiſtente, & ex contraria forma uelut ex trãſmutato in contra-
rium fit. Sed uidetur etiam Eudemus dubitando eãdem dubi-
tationem ſic aliquomodo ſoluere. Nam dicendo ꝙ hic non ap
parẽt ea quę dicta ſunt ab Empedocle, & ea ex quibus nullum
eſt, ſubiungit dicentibus informe contingit. Nam informe eſt
ſubiectum his rebus. Cum oſtẽderit igitur ꝙ neq; quatuor ele
mentorum unum aliquid infinitũ eſt, neq; quod eſt præter ele
menta, oſtendit deinceps ſecũdum cõmunem demonſtratio-
nem, quod nullum corpus ſimplex, neq; elementum neq; pręter elementa aliquid eſt infinitum, ſed primo ex copia & abun
dantia oſtendit ꝙ nequit eſſe unum aliquod elementorum, ꝙ
ſi prorſus non eſt unum elementum, neq; erit finitum, neq; in
finitum. Nam dicit Heraclitus oĩa ex igne finito eſſe et in ipſum
omnia diſſolui. Sunt autem huius opinionis & Stoici. Nam ex
ignitione aliquid huiuſmodi inſinuant, et omne corpus finitum
eſſe aiunt. Sed nequit ſi quis diceret omne finitum eſſe, infinitũ
eſſe unum aliquid elementorum & unam quandam naturam
quia hæc ſola eſſet, uel ex eadem mutaretur in eandem, ut He-
raclitus dixit ex igne omnia et in ignem omnia conuerti. Quod
uero nec unum elementorũ quæ ſunt, eſſe poſſit, neq; illud p̄-
ter elementa, oſtendit reuocans ad memoriam demonſtratio-
nem in primo libro, qua demõſtrauit ꝙ omne quod tranſmu-
tatur ex contrario in contrariũ mutatur, quare illud pręter ele-
menta non erit cõtrarium, quia nulli contrariũ eſt, quare neq;
tranſmutaretur in aliquid, neq; fieret aliquid ex ipſo ſiue ſit ele
mentum, ſiue quidpiam aliud. Si ergo hoc, itaq; non erit elemẽ
tum, ſed ex quatuor elemẽtis non poteſt eſſe unum aliquid ele
mentum, quia ſi deberet aliquid ex ipſo fore oportet tranſmu-
tari in idem, et patet quod in contrarium debet fieri mutatio. Si
uero mutaretur & corrumperetur, ſi in illud in quod mutatur,
etiam fieret ex illo. Nam in quod corrumpitur etiam fit ex illo,
ſi autem hoc nõ amplius erit unum aliquid horum elemento-
rum. Nam cur magis hoc erit elementum eorum quæ fiunt ex
ipſo, quam illa ex quibus hoc fit, quare opus erit ut ſint contra-
ria principia & ſimul ſint. Si autem aliquis diceret, q̄d ſeruans
contrarietatem in qua eius eſſe eſt, mutatur in contrarium ſibi,
erit ſimul cum ambobus contrarijs quod q̃dem fieri non põt.
Nam erunt circa unum elementum contraria. Item ſi in con-
trarium mutatio & unum eſt elemẽtum omnium, oĩa erunt in
uno contraria, ut in eadem mutari poſſit, ſed unum uni cõtra-
rium ponitur. Item non erit generatio ſiquidem ſm̄ mutatio-
nem in contrarium eſt generatio. Non eſt aũt unum contrariũ
cum ſit unum & ſimplex elementum. Sed ſciendũ eſt ꝙ aliud
quid præter quatuor elementa hæc dicunt eſſe infinitum elẽtũ
eorum quæ ſunt, quod tanquã materiã poſuerunt non contem
plãntes in ipſo qualitates contrarias, ideo & quatuor elementa
ex illo dicunt fieri quod eſt ſpecificatum horum qualitatibus.
Et dicentes unum elementorum principium, non uelut muta-
tum illud eſſe dixerunt, ſed uelut id quod in cunctis conſidera
tur, uti materia, ideo Stoici ſtatuerũt principia ea quæ bene for
mabilia eſſent, patet autẽ quod compoſitum negabant de ſub
ſtantia eius elementi quæ ad omne exteoſa eſſet ſi eſſet infini-
ta cum eſſent potentiæ mutatiles, ſed illa in ſimplicis tradũt eẽ
ã potentijs naturalibus ex quibus contrarietas. Et hoc dignum
eſt annotatione ſecundum hęc contextus uerba, quia in exẽplis
elementorum. dixit aerem frigidum eſſe & aquam humidam,
quod quidem non conſueuit. Nam aerem humidum uocat q̄d
magis ꝓprietatẽ humidi habet, quę quidem ꝓprietas eſt hæc,
quia ꝓprio termino humidũ difficile terminari põt, ſed alieno
facile. Niſi forſitan & hic neglexit, tanqua propter ſolã contra-
rietatem utens exemplo. Vel error ſcripturæ accidit.

Oportet autem de omni & ex hiſce conſidera
re: ſi poteſt, aut non põt, eſſe corpus infinitum ſen
ſibile. Quod aũt omnino impoſſibile ſit eſſe cor- Tex.48.
pus infinitum ſenſibile, ex hiſce manifeſtum eſt.
aptũ eſt enim natura omne ſenſibile, alicubi eſſe.
atq; locus eſt aliquis, vniuſcuiuſq;. & idẽ eſt, par-
tis, & totius. vt totius terrę, & vnius glebę, & ignis
atq; ſcintillæ. Quare ſi ſit eiuſdem ſpeciei, aut im
mobile erit, aut ſemper mouebitur. Atqui impoſ-
ſibile ẽ. Cur enim, magis deorſum q̃ ſurſum, aut
quouis? dico autem, vt ſi gleba ſit, quonã hæc mo
uebit̃, aut vbi manebit? locus enim infinitus, erit
congenei ſibi corporis. Vtrum igit̃ occupabit to-
tum locum? & q̃uo? Quæ igit̃, & vbi quies & mo-
tus ipſius? an vbiq; manebit? non ergo mouebit̃.
an vbiq; mouebitur? nõ ergo ſtabit. Si uero diſſi- Tex.49.
mile ſit ipm̄ totum, diſſimilia & loca erunt. & pri-
mum quidem, nõ vnum corpus vniuerſi eſt, niſi
tangendo. Deinde, aut finita hæc erunt, aut infi-
nita ſpecie. Atque finita quidem nõ eſſe poſſunt.

Erunt enim alia quidẽ finita, alia vero non. ſi totum infinitũ eſt, vt ignis, aut aqua. Corruptio autem, tale contrarijs eſſet, ſicut dictum eſt prius. Et propter hoc nullus eorũ qui de natura diſſerunt, vnum & infinitum ignem fecit aut terrã, ſed aut aquam, aut aerem, aut eorum medium. quoniam locus vtriuſq;, manifeſtus erat, determinatuſq;. Hæc autem, vtroque participãt, eo qui ſurſum, & qui deorſum. Si autem infinita & ſimplicia ſunt, & loca infinita, & infinita elementa erunt. ſi vero hoc impoſſibile, & loca finita ſunt, & totũ finitũ eſſe, neceſſe eſt. impoſſibile enim eſt, non æquari locũ, & corpus. neq; enim locus omnis maior eſt, ꝗ quãtum contingit. corpus ſimul eſſe. ſimul autẽ neq; infinitũ erit corpus, neq; corpus maius, ꝗ locus. aut enim vacuũ erit aliquid, aut corpus quod nuſquam aptum natura eſt eſſe.

Com. 46. Cum dixerit & oſtẽderit interdum quod nequit corpus aliquid naturale infinitum eſſe, & interdum ꝗd ſimplex eſſe non poteſt infinitũ, nunc addit ſimpliciter de omni naturali ſub luna corpore ſiue compoſitum ſiue ſimplex demonſtrationẽ faciendo ſi poteſt uel nõ poteſt eſſe infinitum diuidẽdo in ipſum ſimilare, & diſſimilare, ut prius in ſimplex & compoſitum. Vt ergo prius à ſubſtantia & à potẽtijs naturalibus fecit argumẽta, ſic nunc à locis nãlibus faciet declarationem. Verum nunc rationem facit de corpore ortui & interitui obnoxio oſtendens tale non eſſe infinitum. Nam de diuino & circulato corpore in libro de cœlo oſtendet non eſſe infinitum. Aſſumit autẽ uelut quaſdam dignitates, quod omne corpus ſenſile cum ſit generabile & corruptibile. Nam de his ſermo nunc eſt, ut differentia pateat motuum à quibus ſumit argumenta, conueniens elemẽtis quæ ſunt ſub luna. Omne igitur tale corpus in loco eſt quouis modo locus ſumptus ſiue ſit ſpatium, ſiue ut Ariſt. uidetur terminus continentis. Nam ſi locus eſt ſpatium, & omne corpus naturale in loco eſt, ſi uero terminus continentis non omne eſt in loco, nõ enim ſphæra inerrabilis eſt in loco. Ob id igitur Ariſtoteles de eo corpore quod eſt ſub luna facit ſermonem, & hac dignitate utitur ſcilicet ꝙ omne corpus ſenſile in loco eſt. Secũda uero dignitas eſt ꝙ unumquodq; naturalium corporum habet aliquem proprium locum. Tertia uero dignitas ꝙ in ſimilaribus eadem ratio eſt uniuerſi & partium, ut uniuerſæ terræ & glebæ unius, & ignis & ſcintillæ. Eadem autem eſt ratio ſpecie & non quanto. Nam ad quem locum petit gleba terræ, ad eundem & uniuerſa terra defertur, & quia omne corpus naturale eſt uel ſimilare diſſimilare aliam diuiſionem hanc diuidẽtem ſcilicet in compoſitum & ſimplex addit. Nam poteſt eẽ etiam compoſitum aliquod ens ſimilare, ut caro, os, & id genus. Et aliter non eſſet dignum Ariſt. rurſus uti eadem diuiſione. Et dicta nõ uelut de ſimplici & cõpoſito dicta ſunt, ſed uelut de ſimilari & diſſimilari quæ quidem ſimilare & diſſimilare nominat. Nam & ſi ſimplex alicubi uocat in quibus, dicit { Si uero infinita & ſimplicia } uelut magis cõueniens ſimplex ipſi ſimilari ponit per comparationem ad corpora q̃ ſunt inſtrumentaria & organica. Alexã. igitur hic recuſabimus qui tradit Ariſt. ponere ſimplex & ſimilare idẽ eſſe ſimiliter cõpoſitum & diſſimilare, & dicit quod etiam nũc ſic diuiſit, ut iam diuiſit quando in ſimplex et compoſitum faciebat diuiſionem. In his igitur aſſumptis oſtendit quod non eſt corpus naturale neq; ſimilare uel euſdem formæ undiq;, neq; diſſimilare, ſiue diſſimile forma undiq; infinitum eſſe, quare nec omnino eſt, ſi quidem omne corpus naturale, uel ſimilare ſit uel diſſimilare. At neutrum horum infinitum eſſe poteſt et oſtendit prius, ꝗd nullum ſimilare corpus eſt infinitum. Nam ſi eſt, ſumatur aliqua pars eius, ut ſi tellus fuerit, accipiatur gleba cum igitur idẽ ſit locus in ſimilaribus partiũ & uniuerſi, & ubi deſcendet gleba, & manebit. Nã infiniti infinitus eſt locus ut demonſtrabitur, ſi ergo terra eſt infinita, & infinitus locus eius & ꝓprius & idẽ glebæ ubi ergo deferetur, an ſurſum deorſumue? Similis enim eſt totus locus, igitur non magis huc ꝗ illuc, ſi uero quocunq; quia ad omnem loci partem æque ſe habet, diſſipabitur ſimul undiq; latum, ſi uero nõ mouebitur, ubi manebit cum locum non habeat determinatum, non igitur manebit, neq; igitur manebit, neq; mouebitur. Nam ſi ubiq; manebit, non mouebitur, & ſi quocũq; mouebitur, nõ manebit modo locus ſit infinitus ipſius uniuerſi ꝙ mouetur, & gleba terræ ſimiliter ad omnem locum accelerabit quia uniuerſi & partium idem locus eſt ſpecie & non magnitudine, ſi uero neq; mouebitur, neq; quieſcet, non erit corpus naturale non habens in ſeipſo naturã, quæ eſt principium motus & quietis, & ſic fieri non poteſt infinitũ. Itẽ erit abſurdum quia erit corpus naturale & non poterit moueri neq; manere. Sic ergo deſtruit eſſe corpus ſimplex ſimilare infinitum. Cæterum neq; diſſimilare aut diſſimile ſpecie eſſe infinitum poteſt. Aſſumit autẽ hic uelut manifeſta, ꝙ ſi uelut diſſimilare eſt uniuerſum, etiam loci ſunt diſſimilares. Nam certus eſt cuiq; corpori locus, ꝙ ſi corpora diſſimilia ſunt & loci non erit quippiã unum continuum, ſed attiguũ ex partibus mutuo ſeſe tangentibus. Sed hoc nõ uelut abſurdum induxit. Etenim nunc ex partibus mutuo ſeſe tangentibus una eſt uniuerſi conſtitutio, et non ex continuis, ut indicans differẽtes motus, ſed accepit quod plures ſunt actu ꝑtes diſſimilaris, quo ſumpto deinceps utitur tali diuiſione, ſi plures ſunt partes quæ ſpecie differunt, uel finitæ, uel infinitæ numero erũt, & ſi finitæ numero, totum tamen fuerit infinitum magnitudine, rurſus neceſſe eſt unum uel plura eſſe infinita. Nam ſi omnia finita & uniuerſum erit finitum, & non infinitum, ſi autem eſt aliquid infinitum emerget rurſus dicta ratio, quod cætera alia corrumpẽtur ab infinito & ſpecie & loco erunt differentiæ, ſed quæ loco differunt, habent contrarietates inter ſe atq; loca contraria. Et quod fieri nequeat, ut aliquod infinitum unum eſſe definitorũ locorum cum ſit uelut corruptio & contrarietas reliquorum, oſtendit etiam aliorum philoſophorum ſententia qui unũ elementum infinitum dixere. Nam nullus horum dixit ignem uel terram eſſe infinitum elementum, quia omnia habent loca certa, & ſi fuerint infinita deſtruent prorſus ea quæ habent naturã oppoſitam in oppoſitis, ſed uel aquam ut Thales, uel aerem ut Anaximenes, uel medium illorum, ut Anaximander, quia hæc cum uideantur ad loca mergere uiciſſim ſua & utrinque ſiue ſurſum ſiue deorſum tendere non eſſent corruptiua, quod neque contraria ſunt ſecũdum loca. Et aliter promptius eſt intelligere quod nullus unum & infinitum indeterminato loco faciebat. Nam locus determinatus nõ erat totus, ſed infiniti totus erat locus, ſed hoc non oſtendet fieri non poſſe abſurdũq; ſuppoſitioni accidere nõ ex eo quod eſt corruptiuũ, ſed quod accipitur determinatus locus, ſed patet ꝙ ſuppoſitio ſtare non poteſt, quæ ſtatuit unum plurium eſſe infinitum. Nam quomodo dabit locum alteri, ut ſit, aut quomodo non terminabitur ad ipſum, ſed hãc deſtructionẽ uelut claram dicere ipſe omiſit deſcendens ad alterum ſectum quod ponit infinitas partes numero. Inquit ergo ſi infinita ſimplicia ideſt ipſa ſimilaria. Nam diſſimilare primo componitur ex ſimilaribus partibus componentibus totum, ut etiam manus uerbi gratia noſtra conſtat carnibus, oſſibus, & neruis, ſi ergo infinita ſecundum multitudinem & ſpeciem ea ſunt ex quibus componitur infinitum diſſimilare & loci erunt infiniti, & locorum differentiæ. Quod ſi loci & locorum differentiæ finitæ ſunt, ut demonſtrabitur, etiã corpora ſimplicia erunt ſpecie & numero finita, quare uniuerſum etiam erit magnitudine finitum. Et quod aſſumptio uera ſit, & quod ſint loci finiti, patet ex oppoſitionibus localibus. Nam differentiæ locorum ſex ſunt, ſurſum, deorſum, dextrum, leuũ, ante & retro, & præter hæc non ſunt aliæ. Quod uero ſequatur deductũ ſcilicet ꝙ ſi loci definiti et corpora in ipſis de-

finita

finita erunt & terminata, oſtendit eo quod opus eſt prorſus adæquare locū ipſi corpori. Nam ſi locus excederet, duo quæ fieri nequeunt, ſeq̃rentur, ſcilicet neceſſe erit uacuū quod oſtēdetur non eſſe. Nam qui dicunt uacuum eſſe, aiunt ipſum eſſe locum priuatum corpore. Item ſi maior erit locus corpore, nō erit corpus infinitum. Nihil enim infinito maius, ſi uero corpus aliquis dicat excedere locum, erit aliquod corpus non in loco, quod neq; plurimis naturalium placet, quippe qui ponunt omne corpus in loco. Cæterum illud, Erunt quidem elementa in-
» finita, poteſt etiam de ſuppoſitiōe dici, cū ſubiūgit hoc { Si uero hoc impoſſibile } & erunt, inquit, ſimplices ſimilareſq; partes infinitò diſſimilaris, poteſt tamen & uelut infinitum abſurdum ſuppoſitioni idem dici. Nam quia diſſimilare eſt infinitū, componitur ex ſimplicibus infinitis ſpecie ſecundum ſuppoſitionē, & hæc ſunt elēta. Nam oſtēſum eſt in primo libro quod nequeunt infinito numero eſſe elementa. Sed uidetur nunc ad
» primam expoſitionem aſſignare hoc, { Si autem hoc impoſ
» ſibile eſt } patet autem cauſa huius quod fieri non poteſt quæ eſt illata ex locis.

Tex. 50. Anaxagoras autem, incōuenienter dici de infiniti manſione. firmare enim ipſum ſeipſum, dicit infinitum. hoc autem, quia in ſeipſo eſt (aliud enim nihil, continet) tāquam vbi vtique aliquid ſit, ibi aptum natura ſit eſſe. hoc autem, non verū. erit enim vtique quicquam alicubi vi, & non vbi
Tex. 51. aptum natura eſt eſſe. Si igitur quam maxime non mouetur totum (quod enim in ſeipſo firmatur & in ſeipſo eſt, immobile eſſe neceſſe eſt) cur tamen non aptum natura ſit moueri, dicendum erat. non enim ſatis eſt, ſic dicētem euadere. erit enim vtique & quodlibet aliud, non motum. ſed aptum natura eſſe, nihil prohibet. quoniam & terra non fertur, neque ſi infinita eſſet, coercita tamen a medio. ſed non quia non eſt aliud quo feratur, manebit in medio, ſed quia nō eſt apta natura ſic. ſed tamen licebit vtique dicere, quod firmat ſeipſam. Si igitur neq; in terra hæc cauſa eſt, exiſtēte infinita, ſed quia grauitatem habet (graue autem manet in medio, terra autem in medio eſt) ſimiliter & infinitum manet vtique in ſeipſo,
Tex. 52. propter aliam quandam cauſam. Et non quia infinitum eſt & firmat ipſum ſeipſum. Simul autem manifeſtum eſt, quod & quālibet oportebit partē manere, vt enim infinitum in ſeipſo manet ſe firmans, ſic & quęcūq; accipiatur pars, in ſeipſa manebit. Totius enim & partis, euſdem ſunt ſpeciei loca. vt totius terræ & glebæ, deorſum & totius ignis & ſcintillæ, ſurſum. Quare ſi infiniti locus in ſeipſo eſt, & partis idem erit. manebit igitur in ſeipſa.

Com. 47. Proxime uelut id q̃d fieri neq; hoc deducēs, uel corpus qd' nuſquā aptum eſt eſſe naturę, quia omne corpus debet eſſe alicubi, & prius autē uelut dignitatē accipiens hoc. Vnicuiq; corpori ſm naturam eſſe quēdam locum, & in eūdem deferri partem in ſimilaribus, ad quē totum fertur, & in eodē manere loco in quo uniuerſum. In his igitur uelut cōceſſis p̄dicta concludens inuenit Anaxagoram contradicentem. Nam ille dicens infinitum imobile mixtū ex ſimilaribus cauſam dicit imobilitatis non quia ſit in ꝓprio loco, quia non eſt prorſus in loco, quia infinitum cum ſit nō cōtinetur ab aliquo perinde ac cōtinens debeat eſſe maius cōtento, ſed infinitū nihil maius ſeipſo habere pōt, ob id igitur non eūdem locū & aptitudinē cognationemq; ad locū facit cām manendi, ſed cum ſit in ſeipſo ſeipſum firmat. Hanc igitur opinionē corrigit perinde ac non bene putet Anaxagoras quia ubi aliquid erit, uelut ibi eē aptum ſic eſt, & ob id in ſeipſo cum ſit mixtum, ſed non in loco, quod tā quam aptum eſſe in ſeipſo ſic manet. Hoc enim uerum nō eſt. Nam quippiā eſſet alicubi & uiolēter queadmodum eſt lapis pendens ab hoſtio & ſerra & manet ubi non eſt aptū, et ſi non moueretur igiť totum in ſeipſo firmatum quia in ſeipſo firmatum & in ſeipſo exñs neceſſe eſt imobile eſſe, inquit non ſufficere hoc neceſſariū et uiolentum aliq̄n in aſſignationem cauſę naturalis cur maneat, ſed q̃renda eſt cauſa nālis manendi. Nā poterat aliq̄n manere, non quia aptum eſt ſic, ſed quia non habet aliquid aliud quo mouebitur uelut infinitum, quāquā magis aptum ſit moueri q̃ manere, ſic non ſufficit dicere ꝙ maneat alicubi uel in ſeipſo, uel in alio, ad ſignificandum etiam ꝙ aptum eſt ſic. Non enim idem eſt ipſum quia & ipſum ꝓpter quid. Nam ipſum manere ipſum quia ſignificat. Sed cām manendi quærens nō contētatur ipſo manere uti cauſa. Oſtendit autem hoc ſic ſe hñs etiam in exemplo de terra. Nam et ſi quis poneret ipſam eſſe infinitam, ne ob id aliquid exiſtimet accidere, ſed ipm̄ ueluti manens & firmans in ſeipſam, ſed non ob id manſit quia non habuit quo feratť uelut infinitū, neq; quia firmat ſeipſam, ſed uirtute medij in quo apta eſt eſſe ab hac moueri impeditur, ſi ergo neq; de terra, & ſi quis ipſam infinitā eē poneret, cauſam manſionis eius & firmatio eſt, uel nō habere aliud quo mouebiť, ſed alia q̃dam cauſa naturalis. Nam cum grauis ſit, et omne graue manet in medio, ob id terra manet in medio, ſimiliter etiam mixtū infinitum ſi maneret in ſeipſo, ob aliquam aliam cām naturalem maneret, & non quia cum infinitum ſit, non habet quo moueatur, neq; quia ſeipſum firmat. Nam cum hæc dicat non dicit nālem cauſam manſionis, ſed uiolentam & ex neceſſitate, & nō illā terræ ut terræ, ſed ipſius magnitudinis. Nam quia ſupponitur infinitum, nō habet quo mouentur, ſic igitur cām manſionis quā tradidit Anaxa. confutauit. Item ipſam magis cōfutat argumēto partiū. Nam ſi pars eſt ſimilis ſpecie cum toto infinito mixto, quia ſingula in ſingulis ſunt & loci ſunt ſimiles ſpecie eorum quæ ſunt ſimilia ſpecie, & totum atq; infinitū in ſeipſo firmatum manet, patet etiā quod et ſi quęcūq; ſumeretur pars eius in ſeipſo manet, & ipm̄ firmat. Vt enim in loco, ſic etiam in ſeipſo. Nam in quo totū in hoc etiam pars quādo ſimilaria fuerint. Etenim uniuerſę terrę & unius glebæ idem locus deorſum, & uniuerſi ignis & ſcintillę ſupra idem, quare ſi infiniti locus eſt in ſeipſo, & partis idem erit locus igitur manet etiam pars & non mouebitur, quod q̃dem manifeſte falſum eſt, per ea q̃ apparent. Nam mouentur partes oēs, ſi uero ꝓpria loca occupabūt neceſſe eſt illis quieſcere, ſed illud ĩ ſeipſo uelut in ꝓprio loco cū Anaxa. accipiat, ob id manere dixit totū mixtū, quia in ipſo firmat ſe. Sed oīno ſi quid in ſeipſo eſt, manet, ſed hoc in ſeipſo eſſe etiā alijs ineſt, & partibus, atq; finitis & infinitis, oīa profecto manerēt, & nihil mouereť. Sed neq; uniuerſo mixto uelut infinito ipm̄ manere ineſt, ſi q̃dem quia eſt in ſeipſo manet. Patet aūt ꝙ ſi ſm naturam nihil mouetur, neq; præter oām aliquid mouebitur. Nā præter naturam inquit motus ſunt cōtrarij his qui ſunt ſm naturam, nullo pacto igitur aliquid mouebitur nāl um corporū quāquam hęc habeant naturā principium motus. Vnde cum feciſſet rationem de una parte, ne quis putet uelut dictum concluſum eſſe de una, ſubiunxit, ſimul quoque patet, & ſi quācunque partem oporteat manere. Nam ſi in aliqua partium infinitó ſecundum naturam eſt ipſum firmari in ſeipſo, & propter hoc etiam ipſum manere & omnibus ſimiliter, & ſic nullum corporum ſecundum naturam mouebitur, ſed neque præter naturam, ut in quarto demonſtrabit. Nam poſterius eſt ipſum præter naturam eo quod eſt ſecundum naturam. Hoc autē etiam abſurdiſſimū eſt & pugnat cum opinione Anaxagorę neq; ſecundum apparens dicentis immobi-

lia entia. Sed quærere an ſit aliquid idē in ſeipſo & ſi poteſt aliquid ſumet locus eſſe, ſpectat ad conſiderationē de loco. Equidem diſputatio de loco principio quarti libri proponetur. Patet autem quod etiam cōfutat rationem argumento ipſius uniuerſi ut quia non aſsignat cauſam naturalem manſionis, eodē prætextu argumenti facti de partibus ubi dicta cauſa eſt alicuius conſequentis quod eſſe non potuit, ſcilicet quod nullum naturale poteſt moueri. Sic igitur ad apparens Anaxagoræ opinionis occurrit Ariſt. At ſi uere prius dicebam, quia duplicem mūdum inſinuabat Anaxagoras, alium intellectualem, alium uero ſenſilem & alium unitum & alium ſeiunctum, & alium non eſſe in loco, ſed in ſeipſo, & firmare ſeipſum admodum cōgrua & bene dictum eſt de mundo intellectuali, ut etiam infinitum. Nam corpora cū ſint finita terminataq; ſuperficie, quaſi extenſa diffunderentur & egerent alio termino & firmante quandoquidem locus ipſis præbeatur cum excidūt à ſeipſis & ex ſuo eſſe, ut etiam in materia. Equidem impartilia & indiuiſilia in ſeipſis ſunt, & firmantur à ſeipſis quando ſunt cōnexa & colligata, ſed quoties extenſa & alia atq; alia, alio & alio pars diffluunt, alibi & non in hoc erit totum exiſtens loco egebit & eo quod ſit firmans talis defluxus & diſiectionis, ſed ad cæteram eundum eſt.

Tex. 53. Omnino autem manifeſtum eſt, quod impoſſibile eſt, ſimul infinitum dicere corpus, & locū quendam corporibus eſſe, ſi omne corpus ſenſibile aut grauitatem habet aut leuitatem, & ſi graue quidem eſt, ad medium habet lationem natura, ſi vero leue, ſurſum. neceſſe eſt enim & infinitum corpus. Impoſſibile autem eſt, aut totum vtrumlibet, aut dimidiatum, vtrūque pati. quomodo enim diuides, aut quomō infiniti erit, hoc quidem ſurſum, illud vero deorſum, aut vltimū, aut medium?

Com. 48. Contra Anaxagoræ rationem qui dicebat aliquid eſſe in ſe ipſo uelut in loco bene inſtat, quia accidit dicenti corpus infinitum dicere aliquem locum non eſſe in corporibus, & fatenti locum eſſe neceſſe eſt dicere non eſſe infinitū, patet ergo quod hæc demonſtratio cōfert ad deſtructionem propoſitā ex principio. Vt enim prius de ipſo infinito arguens demonſtrabat ꝙ neq; accidens, neq; ſimplex neq; compoſitum, neq; ſimilare, neq; diſsimilare, ſic nūc à locis & ex habitudine ad eos arguit. Et primo ꝙ ſi infinitum eſt, non eſt in loco, & argumētum fit ex potentijs corporum naturalium. Nam ſi omne corpus ſenſſile, uel grauitatem, uel leuitatem habet, & ſecundum has inclinatiōes corporibus ineſt motus à locis ad loca & māſio in eiſdem, ſed nequit eſſe corpus īfinitum quod habeat grauitatem aut leuitatem, ut demonſtrabit, itaq; nequit aliquod corpus infinitum in loco eſſe, ſed primum eſt, igitur & ſecundum. Equidem omne corpus ſenſile habere grauitatem uel leuitatem uelut euidens prætermiſit. Nam oportet ipſum habere utrālibet qualitatum pugnātium inter ſe, ſimplicia quidem ſecundū ipſam utrālibet & mixta ſecundum ipſam mixtionem uel ſecūdum prædominans. Quod uero ſi īfinitum eſt aliquod corpus ipſum nequit habere grauitatem uel leuitatem, uel ſurſum manere, uel deorſum demonſtrauit dicendo. Impoſſibile autem eſt aut totum utrūlibet, uel dimidiatum utrūq; pati. Sed horū duorum alteri abſurdum ſcilicet hunc totum utrūlibet pati nō ſubiunxit uelut euidēs. Nam ſi omne uel totum aut eſt ſurſum aut deorſum, quia utrūq; horum eſt finitum, ſiquidem ſurſum ſit id quod eſt ultimum, & deorſum id quod eſt ad mediū, eſt igitur infinitum corpus infinito loco, quod fieri nequit. Item ſi infinitum eſt in altero horum cum ambo loci fuerint in unum concreati id totum ex eis erit maius ipſo infinito, ſiquidē ipſum eſt æquale alteri loco in quo eſt, ſed infinito nil maius eſt. Hęc igitur uelut perſpicua rationi ipſe adducere non putauit dignū eſſe, ſed conſequens ex hoc ſcilicet, ut dimidiatum utrūq; pati, intulit dicendo. Quomodo enim diuides aut quomodo infiniti erit hoc ſurſum, illud deorſum. Nam diuidi infinitum dupliciter non poteſt. Vel enim utrūq; erit infinitum, & tunc totum erit maius utroq; exiſtente infinito, uel finitum, & erit totum finitum ex duobus finitis conſtitutū. Sed quomodo infiniti aliud ſurſum erit, & aliud deorſum. Nam erūt duæ partes eius in locis finitis, quare & ipſę finitæ erunt & totum finitum, quod uero ſurſum locus finitus & deorſum ſit, īdicauit per hæc uel ultimum, uel medium. Nam quod habet ultimū & medium eſt. Nam omnia finitorum ſunt ultimum & medium. Erit autem ultimum infiniti illud quod eſt ſurſum, medium autem deorſum. Si uero ſurſum ultimum, illud uero medium deorſum et utrūq; finitum eſt, & ob id nequeūt eſſe partes infiniti in ipſis, unde multo magis totum infinitum in utrolibet eſſe non poteſt, quare per eandem demonſtrationem & ambo demonſtrauit, ſcilicet fieri non poſſe ut uniuerſum utrūlibet, & dimidiatum utrūlibet pati.

Amplius, omne corpus ſenſibile in loco eſt, loci vero ſpēs & differentiæ ſunt: ſurſum & deorſum, ante & retro, dextrum & ſiniſtrum. Atque hæc non ſolum ad nos, & poſitione, ſed & in ipſo toto determinata ſunt. Impoſſibile autem eſt, in infinito hæc eſſe. Tex. 54.

A naturalibus potentijs naturalis corporis & inclinationū ſecundum eaſdem eius ideſt à grauitate & leuitate ipſorum cū oſtendiſſet haud infinitum in loco eſſe nunc à loci differentijs deſtruit aliquod corpus eſſe in aliquo loco. Nam propoſitum fuit oſtendere quod nequit dici corpus infinitum & ſimul aliquem locum eſſe in corporibus. Cum igitur oſtendiſſet quod ſi infinitum, non erit in loco, nunc oſtendit, quod ſi in loco nō erit infinitum. Nam ſi omne corpus ſenſile in loco non poteſt eſſe corpus in loco, loci inquam differentiæ ſunt ſurſum, deorſum, ante, retro, lęuū, & dextrum, & hę nō ſolum ad nos, & poſitione ut oſtenderetur, ſed etiam in uniuerſo ſecūdum naturam determinatę ſunt, patet igitur ꝙ definitæ & determinatę ſunt, ut indicat etiam differentia ipſorum inter ſe, & in his igitur corpus naturale finitum erit. Nam adęquatē loco corpus quod eſt in eo, ut oſtenſum eſt prius. Non poſſunt igitur locorum differentiæ in finitis corporibus ineſſe, quare nec infinitum in locó erit. Quod uero ſint loci differentiæ hæ natura ipſe demonſtrauit in ſecūdo libro de cœlo. Et Alexāder in ſcriptis aduerſus Zenobium Epicureum. Oſtendit Ariſto. mirum in modum has differentias nō eſſe quoad nos & poſitione niſi prius in uniuerſo eſſent ſecundum naturam. Com. 49.

Simpliciter autem ſi impoſſibile eſt locum eē infinitum, in loco autem eſt omne corpus, impoſſibile eſt infinitum eſſe corpus aliquod. At vero quod alicubi eſt, in loco eſt, & quod in loco, alicubi. Si igitur neq; quātum, poſſibile eſt ipſum infinitum eſſe (quātum enim aliquod erit, ut bicubitum aut tricubitum. hæc enim ſignificat, ipm quātum) ſic & in loco, quod alicubi. hoc autē eſt aut ſurſum, aut deorſum, aut in alia aliqua diſtantia earum quæ ſex ſunt. horum autem vnūquodq; terminus aliquis eſt. Tex. 55.

Cum ex loci differentijs oſtenderit non poſſe infinitum in loco eſſe, ne quis dicat infinitum nō eſſe in loco particulari, ſed cum infinitum fuerit in totius loco & ſimpliciter ī toto loco nil prohibet ipſum infinitum eſſe corpus. Ad hanc porro inſtantiā dicit, quod ſi nō poteſt infinitus locus eſſe, & omne corpus eſt Com. 50.

in loco

in loco, igitur non poterit corpus infinitum eſſe, ſed antecedẽs uerum, igitur & conſequens, ſed coniunctum & deductum ꝓbare tanquam manifeſtum prætermiſit, & aſſumptionem dicentem, ſed non poteſt eſſe infinitus locus probat & ponit ut oſtendat nihil eſſe in loco quod non eſt in aliquo loco. Et hoc fit quia cõmunium exiſtentia eſt in ſingularibus. Nam de quo aliquod genus prædicatur cum illud exiſtit in eo eſt & in indiuiduo eius, ut ſi homo, & aliquis homo eſt, ſic autem & ſi aliquid alicubi eſt ut ſurſum & deorſum, id etiam in loco eſt, & illud in loco omnino alicubi eſt, ideſt uel ſurſum, uel deorſum uel ſimpliciter in aliquo loco indiuiduo. Ob id enim neq; quãtum ſimpliciter eſt infinitum, quia neceſſe eſt & aliquod quantum ipſum definitum eſſe. ut bicubitum, uel tricubitum, ſiquidem cõmune exiſtit ut eſt in ipſo indiuiduo. Tamẽ Eudemus ſimili proportione ſe habere inquit, hoc aliquid, ad hoc & quale ad aliq̃le, & quãtũ ad aliquãtũ & ubi ad alicubi. Equidẽ horum alia ſunt uña, alia uero ſingularia ut in ubi in loco, & alicubi ut Athenis. Tamẽ Ariſt. uidet ipſum ubi pro ſingulari accipere. Et melius exiſtimo illud in aliquo, ſi ergo neq; quantum neq; in aliquo. Nam quantum aliquid eſt. Verum utrũque aliquantum eſt acuendum & non graui accentu ſignandum. Si ergo neq; aliquantum, ut Alexander uult. Nam definitum qđ quidem ſignificat cum ſit grauiſonum. Nam de quanto aliq̃d intelligendum eſt. Nam illud aliquid additũ ſignificat aliquid definitum. Poteſt etiam ſecundum Alexandrum ſic intelligi. Si ergo neq; definitũ quãtũ poteſt eſſe infinitũ, quia hoc pacto aliq̃d particulare infinitum fit, & bicubitum, uel tricubitũ, nihil in loco põt eẽ, qn in aliq̃ loco ſit, ut ſurſum uel deorſum uel in aliqua alia diſtãtia locali erit, cũ ſex ſint diſtantię locales, ſed in horũ aliq̃ eẽ nõ põt, qa eſt unuſquiſq; terminus. Sic añt dixit & hoc. Sed hoc quidem alicubi in loco, & illud in loco alicubi, ipſum alicubi pro in quodã loco dicens ceu ſurſum & deorſum, ut indicauit paulopoſt ſic dicendo, & hoc in loco quia alicubi eſt, hoc autem uel ſurſum, uel deorſum. Sed melius forſitã erit ſi graui accentu illud alterum quantum imprimatur, non primum, ſed ſecundum dico. Nam quantum aliquid eſt, ut quantum graui accentu definitum aliquid ſignificet, & illud aliquid bicubitum & tricubitum. Et hinc patet, quod non tollit Ariſt. ſubſiſtẽtiã cõium, ſed in pluribus et d̃r nubus ipſam ſubſiſtere dicẽdo ipſam p ſe deſtruit & negat, cũ putet eſſe opus alię nr̃ æ ſeparare cõmunitatẽ ſubſiſtentẽ in pluribus, ideo & poſterius genitam ipſam uocat, ſed illud ſeiunctum in quo ineſt cõmunitas, non diceretur merito cõmunitas.

Tex. 56. Quod igitur actu nõ ſit corpus infinitum, manifeſtum eſt ex his. Quod vero ſi non ſit infinitum ſimpliciter, multa impoſſibilia accidunt, manifeſtum eſt. Temporis enim, erit quoddam principium atque finis. Et magnitudines, nõ erunt diuiſibiles in magnitudines. Et numerus, nõ erit infinitus. Cum autẽ determinatis ſic neutra ex parte videatur fieri poſſe, arbitrario iudicio eſt opus. Atque manifeſtum eſt, quod quodammodo quidem eſt, quodãmodo vero non eſt.

Com. 51. Cum prius dixiſſet argumenta, ex quibus aliquis crederet infinitum eſſe, deinde pluribus oſtenderet, quod nõ eſt corpus actu infinitum, deinceps rationes compellit in ius, & inquit, q ſi accidunt abſurda quędam ponentibus actu infinitum, & his qui prorſus tollunt infinitum accidũt ea quę fieri admitti que nequeunt, opus eſt ideo illo qui dijudicet & oſtendat, quomodo ſit & quomodo nõ ſit infinitum. Nam ſi accidunt abſurda oſtendenti ipſum non eſſe, patet quod neceſſe eſt ut ſit, & contra ſi accidunt impoſſibilia oſtendenti eſſe, neceſſe eſt non eẽ. Si ergo contradictio ſimul uera eſſe nequit neceſſe eſt aliquomodo eſſe, & aliquomodo non eſſe, quia abſurda quę accidũt eis qui penitus demũt infinitum pauloante poſuit, ob id etiam nunc de ipſis mentionem facit principaliſſima afferens in medium. Nam ſi non eſt infinitum tempus, erit aliquod principiũ temporis, & finis, ſi uero hoc, erit aliquando quando non erat tempus, & erit quando non erit. Equidem ipſum erat, & erit ſunt partes temporis, quare erat tempus quando non erat, & erit quando non erit. & motus indeficiens tolletur cuius numerus eſt tempus, & uniuerſum ſic non erit ſempiternum. Secundum eſt, quia ſi prorſus non fuerit infinitum, diuiſio continuorum ſtabit, & numeri auctio.

Dicitur autem, ipſum eſſe, aliud quidem potẽtia, aliud vero actu. Et infinitum, eſt quidem appoſitione, eſt etiam & ablatione. magnitudo autem, quod ſecundum actum quidem non ſit infinita, dictum eſt. diuiſione autẽ, eſt. non enim difficile eſt, tollere indiuiduas lineas. Relinquitur igitur, potentia eſſe ipſum infinitum.

Oſtenſurus quomodo ſit, quoque modo non ſit infinitum, aſſumit quæ utilia ipſi futura ſunt ad oſtenſionem. Vnum quidem eſt quod eorum quæ dicuntur eſſe, alia quidem uelut potentia exiſtentia dicuntur, alia uero ut actu. Hoc autẽ uelut manifeſtum conſuetum & ſæpe ab eo demonſtratũ accepit. Alterum autem aſſumit quod additione & diuiſione eſt infinitum, & hoc manifeſtum cum ſit abſurdum temporis initium & finem eſſe, & magnitudines, non magnitudines diuidi, & illud nõ omnia ſumpta poſſunt numerum ad ſummum terminum amplitudinis & auctionis ducere. Si ergo neceſſe eſt infinitum eſſe & additione ob tempus, numerum, et diuiſione ob ſectionem magnitudinum, nihil actu autem eſt infinitũ ut oſtenſum eſt proxime, neceſſe igitur eſt ut magnitudo ſit infinita potentia & diuiſione, ſiquidem omne q̃d eſt uel potẽtia eſt uel actu, potentia igitur infinitum in diuiſione magnitudinis, quare, magnitudo eſt diuiſilis in infinitum. Etenim inquit tollere indiuiduas lineas, quæ uidentur aduerſari diuiſioni in infinitum nihil difficile eſt. Etenim editus eſt liber ab ipſo contra lineas indiuiduas & in hac facultate & tractatione oſtendet magnitudines non cõſtare impartibilibus. Et hoc patet ex mathematicis. Nã ſi ut decimo libro elementorum Euclidis oſtenſum eſt omnẽ lineam diuidi ſecundum ꝓportionem iam ſectę diuiſęq; lineæ non erit indiuidua. Item ſi indiuiduę, non dupliciter diuidetur omnis linea, ut uidebatur facere proponens datam lineã in duplicem partẽ diuidendã, ſed nec ſola linea eſt diuidẽda in duas partes, ſed etiam cõpoſita ex imparibus indiuiduis, ut neq; impar numerus bifariam in duaſq; partes diuiditur. Com. 52.

Non oportet autem quod potentia eſt, accipere quemadmodum ſi poteſt hoc, ſtatua eẽ, quod & erit hoc, ſtatua, ſic & infinitum aliquod, quod erit actu. Sed quoniam multipliciter dicitur eſſe. quemadmodum dies eſt & certamen, ex eo quia ſemper aliud & aliud fit, ſic & infinitum. Etenim in hoc, eſt & potentia, & actu eſſe. Olympia enim ſunt, ex eo quia poteſt certamen fieri, et ex eo quia fit. Tex. 57.

Cum dixiſſet potentia eſſe infinitum in diuiſione magnitudinum ſecũdum ipſum in infinitum quoniam omne qđ eſt potentia ad actum aliquando reducitur ſi nõ fruſtra fuerit, quod ſi actu fierent infinita diuiſa habentia magnitudinem, & magnitudo infinita eſſet. Nã illud ex infinitis magnitudinibus multitudine infinita erit magnitudo ut ſæpe dictum eſt. Vnde oſtẽſum eſt pluribus non eſſe magnitudinem infinitã. & hanc ſoluens inſtantiam & naturam infiniti manifeſtius oſtendens ipſum quod eſt potentia bifariam diuidit ſecundum diuiſionem eius quod eſt actu. Nam quia ipſum potentia ad ipſum quod Com. 53.

eſt actu d citur quot mod:s dicitur ens actu totidem etiam dicetur ipſum potẽt a. Ipſum autem actu dupliciter. uel enim ut ſubſiſtens totũ hoc quod eſt, ut homo, domus, uel eſt dum fit, ut certamen, & dies. Etenim hæc actu dicimus quãdo fuerint. Duplex igitur ipſum potentia. aliud quidem uelut ad totum ſimul ſubſiſtens, ut dicimus æs potentia ſtatuã eſſe, quia aliquãdo exit in actum & ſtatua euaſit, quę tota ſimul ſubſiſtit, aliud potentia eſt ad id quod dum fit, eſt, igitur infinitum in potentia eſt in diuiſione magnitudinum, non quia diuiditur aliquãdo in infinitas magnitudines actu exiſtes, ſed qa in infinitũ diuidiť, id eſt q̃d ſemp pȏt diuidi. Nã ipm infinitũ eſt nõ actu, ſed potẽtia quippe ſemp pȏt diuidi, & nũquã deficere ſectio, & dũ id fieri pȏt ſic ẽ ifinitũ. Nã ſemp diuiſum terminatũ eſt, quia rurſus oẽ ſectum diuidi poteſt, ob id infinitum eſt. Quod ſi ſemper in diuiſione & additione ſemper eſt aliquid extra, in diuiſione quidem ſemper diuidendum, & in additione ſemper addẽdum ſecundum ipſum potentia eſt infinitum. Nam eſt in ipſo diuiſili, & non in ipſo diuiſo, proinde etſi non diuideretur in infinitum eſt diuiſile, quod ſi in ipſo diuidi cõſideretur ipſum in infinitũ, non miraberis. Nam tale actu dum fit, eſt ſemper potentię cõiunctum, & ob id ſemper habet ſui extenſionem dum fit, quia nullo pacto à potentia abſoluitur. Nam abſolutũ eſt quod eſt, & terminum habet, & non eſt infinitũ, ideo quæ ſunt dũtaxat actu uniuerſa ſimul ſunt, & neq; ipſum potentia ſimul eſt in ipſis, neq; ipſum in infinitum, ideo neq; tempus ſecũdum numerum eundem manet, ſed æuum eſt in uno manens, merito igiť dicitur infinitum eſſe potentia, & nõ in eo quod eſt actu. Nam diuiſum/ut inquit Eudemus/ſemper eſt determinatum, & non eſt infinitum. Nam finitum finite additur, diuiſio autẽ non deficit. Nam quod fit non eſt tum determinatum, ſed indeterminatum quantum eſt infinitum. Hinc etiam uidetur Plato magnum & paruum dicere infinitum, quia ad utrũq; eſt infinitas potentiæ. Actu enim neq; magnitudo, neq; multitudo eſt infinita, & uideť in infinito idem eſſe actu & potentia. Nam actus ipſius infiniti, ut infiniti eſt ipm poſſe aliqd plus ſemper, quia ſi quis actum quæreret de infinito uelut ſtationem & formam, is nihil aliud quæreret quam terminum ĩfiniti, q̃d eſt dictu eius corruptionem quæreret, ſed hoc fieri non poteſt. Nam omnis actus ſeruare debet ſubiectũ, & quemadmodũ mobilis actus ſeruans ipſum quod eſt potentia, motus erat, ſic etiam actus infiniti. Nam ut ea quæ ſunt dum fiunt, cum amittãt ipſum fieri, etiam deficiunt, ſic etiam illa quæ uerſantur in potentia eo uſq; ſunt, quouſq; in eis manet potentia. Si autem aliquis inquit, ipſum per ſe potentia quęrit in his, illud ſumatur, quando nondũ diuiditur magnitudo, & quando non poteſt certamen perfici nondum perfectũ, actu tum eſt dum perficitur & ei' ipſum potentia coniunctum eſt, ſed non quando confectum eſt & finẽ iam accep't, ut in ſtatua. non enim totum ſed ſucceſſiõe partiũ eſt infinitum. Vnde ſit infinitũ potentia in magnitudinibus ob diuiſionem, ſecundum ſectionem in infinitum. Sed quomodo diuiditur aliquid in infinitum niſi ſit aliquod diuidẽs? Nam ars neq; in infinitum faceret, & uita deficeret deſperaretq; cum artificiale non attingeret, et organa inſtrumentaq; nõ obtiret bit. Natura quoq; ſi aliquam magnitudinem diuideret in ĩfinitum, plura iam ſecta inutilia ad conſtitutionem ob paruitatem faceret, quod ſi nunquam ad hoc perueniat, in minimum & inutile ſecat rurſus eadem componit, & ſic nõ eſt ſectio in infinitum. Niſi ergo dicendum ſit quod natura facit diuiſiones uſque ad uſum & opportunitatem. Diuidens autem duo ſecta, ſi coniugerit, in minima, & rurſus hæc componẽs, ſi quis fuerit denuo ſecabit, uerum non ſecundum idem punctum, ſed ſecundum aliam partem nihilq; indiuiduum relinquens, ſi aliam atq; aliã partem diuidit, & ſic in infinitum, ſectio etiam uidebitur facta, & forſitan nullum abſurdum ſequetur.

Aliter autem, & in tẽpore manifeſtum eſt ipſum infinitũ, & in hominibus, & in diuiſione magnitudinum. Omnino enim ſic eſt infinitum, ut ſemper aliud atq; aliud accipiatur, & acceptum Tex. 52.
quidem, ſemper finitum ſit. Sed ſemper alterum atq; alterum. Amplius ipſum eẽ, multipliciter dicitur. Quare infinitũ, non oportet accipere ſicuti hoc aliquid, vt hominem aut domum: ſed ut dies dicitur & certamen, quibus eſſe, non vt ſubſtãtia quædam factum eſt. ſed in generatione ſemper aut corruptione finitum, ſed ſemper alterũ atque alterum. At in magnitudinibus quidem, permanente accepto, hoc accidit. in hominibus autẽ, & tempore, corruptis, ſic vt non deficiant.

Cum oſtendiſſet infinitum eſſe quatenus eſt in infinitũ ma- Com. 54.
gnitudinum diuiſio, & auctio numerorum, & temporis extenſione & duratione, & prius quatenus nunquam deficit generatio. Inquit enim cõmune eſt omnibus ut ſint dum fiũt, ideo nõ ſimul tota ſunt, ſed partium ſucceſſiõe ubi alia atq; alia ſemp pars accepta eſt & quæuis finita habetur. Verum tradit inter diuiſionem magnitudinis & temporis non nihil inter eſſe, quia pars tp̃is ſemper ſumpta corrupta eſt. Nam ſemper p̃teritum corruptum eſt, ſed in diuiſiõe magnitudinis p̃manet ſumptũ, uerum ut tempus nunquam deficit pro generatione rerum, ita neq; magnitudo in diuiſione deeſt. Sed cum dicat cauſam ſubſiſtentiæ infiniti quæ eſt quia ſemper alia & alia accepta pars eſt, & non tota ſimul. & ob id ſubſiſtit in infinitum, addit etiã alteram. Nam ſi cuncta eſſent dum ſimul uniuerſa ſunt, profecto non eſſet in ipſa generatione ipſum in infinitum. Quia uero quædam ſubſiſtunt partium ſucceſſione, ut dies, certamen, quod ſemper alteram atq; alteram partem finitam habet, quæ cum ſint indeficientia in infinitum faciunt differens tamen, ut dictum eſt ab infinito quod eſt in diuiſiõe magnitudinis & durationis eorum quę fiunt & intereunt, in quibus eſt tempus & non deficit unquam ſucceſſioni hominum, ſed diuiſa magnitudinis permanent, in aliis minime, & ſi permaneret diuiſio in infinitum eſt dum fit, ſed ſimul tota non ſubſiſtit, ea uero qui nõ permanẽt non modo dum fiunt, ſed etiam dum intereunt, habent proceſſum in infinitum. Hoc autem dum fit, eſt, poſuit ut oppoſitum huic, eſt, q̃d uere ut ſubſtantia ſit, ut homo, domus, cum interdum uniuerſa ſubſtantia ſimul ſubſiſtat, & non ſucceſſione partium, ut ea quæ in infinitum procedunt ubi acceptum ſemper finitum eſt, ſed cũ poſſit ſemper aliud accipi, infinitas ineſt. Sed uidetur bis eadem aliquo modo dici ob hoc. »
{ Amplius ipm eſſe multipliciter dicitur } cum eadem rurſus inducta ſint, & in ipſis uerbis plura habeantur. Sed ſi ut plura exemplaria ſe habent. Et Alexander hanc nouit ſcripturam, poſt hoc ſcilicet { Acceptũ quidẽ ſemper finitum ſit } coniũ- »
ctum eſt mox, ſed ſemper alterum & alterum, quod haud p̃ximè coniunctum eſſe debet, ſed infra, inter ea omnia quæ ſiũt ſucceſſione, ſimplex erit, & plana ratio. Si uero additur ipſum, { Amplius ipm eſſe multipliciter dicitur, & cætera } forte nõ »
eſt argumẽti indicatiuum, ſed facit expoſitionem euidentiorẽ, quod quidem non admodum Ariſto. conſuetum eſt, qui breuitatem admodũ ueneratur & colit. Niſi ergo cãm infiniti adde quæ eſt, quia dum fit eſt, ſimul reliqua oſtendat.

Quod autem eſt ſecũdum appoſitionem, idẽ Tex. 59.
quodammodo eſt, & quod eſt ſecundum diuiſionem. Nam in eo quod finitum eſt, ſecundũ oppoſitionem fit e diuerſo. quatenus enim diuiſum videtur in infinitum: eatenus appoſitum, videbitur ad determinatum. In magnitudine enim finita, ſi accipiens quis determinatam aſſumat eadem rõne, non eandem aliquam totius magnitudinẽ ratione accipiens, non pertrãſibit finitam. Sin vero

ſic augeat rationem, vt ſemper aliquam eandem accipiat magnitudinem, pertranſibit. propterea quod omne finitum, abſumitur quouis finito. Aliter igitur, non eſt: ſed ſic, eſt infinitum. potentia enim, & in diuiſione.

Cō. 55. Cum prius dixerit infinitum eſſe additione. Eſt quoq; ſecundum diuiſionem & aſſignãs modum quo in diuiſione ſubſiſtit infinitum, dicit quod ipſum ſecundum additionem aliquomodo idem eſt ei quod eſt ſecundum diuiſionem, uerum uiciſſim & mutuaris partibus. Vt enim ſemper acceptum finitum diuiditur, ſic & ſemper accepto indiuiduo & finito ipſius diuiſi adduntur ea quæ diuidi poſſunt, & tantum addit, quantum alterum ſcinditur & demitur de illo quicquam. Verum illud in cōtextu. Ediuerſo, quod nos uiciſſim traduximus, poteſt etiam ſecundum hoc dici, quia additio eſt diuiſioni adæquata & æque uicibus eius reſpondens, poteſt etiam, quia ſecundum alteram partem non diuiſam fit additio intelligi ediuerſo modo. Item ambo ſimiliter infinitum habent diuiſio & additio, & ex eiſdē ſed alia in compoſitione, alia uero in diuiſione. Sed differẽtiam amborum in ſequẽtibus ipſe euidentius aſſignabit. Vnde cum dicat quomodo additio & diuiſio in infinitum habent, bene addit quod nō omnis diuiſio, et additio habet ipſum in infinitum, ſi enim æqualia quia diuidenda ſumeret, ut ſi moles unius anuli ſemper complebit, & magnitudinē & conficiet, & ſic minime erit infinitum, quia omne finitum conſumitur, & à minimo eſt menſuratum, ſi uero acceperit non magnitudine definita & addita, ſed ratione, ut dimidium, uel tertiam, uel aliquam huiuſmodi partem ſemper eius quod relinquitur nō deficiet diuiſio, & ob id neq; additio deſinet. Hæc autem eſt dictorũ ſententia. Sed ſecũdũ uerba, illud { In magnitudine enim finita } uidetur coniunctio reddens cauſam fruſtra dici, ſed talis eſt, qa dicẽdo diuidi & addi in infinitum huius cauſam inducit, quam dicit eſſe diuiſionem factam in ratione definita, ſed non in magnitudine definita, perinde ac dicat. Nam ſi quis taliter faciet diuiſionem, ſed non taliter in infinitum diuidet, ipſum ratione eadem non ipſum aliquid magnitudinis totius comprehendens, ſed ſi fuerit ſcriptum ſic manifeſtum tradit intelligẽtiam. Nam ſi eadem ratio proportione fuerit in unoquoq; diuiſo, ut omnis ſumpti dimidium, uel tertia para fuerit, accepta non erit eadem magnitudo cum auferatur ab unoquoq; toto ſemper addito in diuiſionem, ut digitalem non tranſibit finitum, ſi uero ut in quibuſdam fertur non eãdem aliquam partem proportionis aſſumens ſic dixerit, erit immanifeſtius dictum. Significaret autem ſi idem eſſet ei quod eſt priua dicto. Dicit aũt, non eadem enim eſt pars proportionis, perinde ac non ſit diuiſa proportio ut totum diuiditur, ſed pro hoc nō eadem definita eſt magnitudo à ratione ſeiuncta aſſumens quod quidem erat etiam propoſito à principio in diuiſionem proportionis, ceu ſi aliquid tricubitale fuerit diuiſum & ꝓportione tertij diuidatur, ablatum autem erit bicubitum, unde eadem proportione diuidendum erat & tertium, non tamē eadē proportionis parte eius ſcilicet in priori ſecto, ut cubito. Nam ſic totum exhauriet, ſed ſemp accepti eadem eſt proportio, ſed nō eadem magnitudo à principio, ſed cur oportet diuiſionem fieri eadem proportione. Nam quid ꝓhibet dimidiũ magnitudinis à principio ſumere, & dimidij tertium. Nam quouſq; fuerit accepta aliqua magnitudo, diuiſibis eſt & non ſtat diuiſio. Niſi non fruſtra dictum eſt ipſum in eadem ratione proportioneue. Nam hæc magnitudo. Nam ſi tertium acciderit maioris & minoris magnitudinis accipi, & ſi in eadem proportione fuerit, tamen non eſt eadem moles, quę ſi fuerit alia atq; alia proportio diuiſionis, nil prohibet eandē magnitudinem accipi in maiore & minore. Nam principio ſi fuerit ex ſex digitis ſi ſextum auferamus, & relicti quintum, & deinde relicti quartum, & ſic deinceps digitalem magnitudinem auferentes cõſumemus totum, & non erit in infinitum diuiſio, ob id igitur oportet in eadem proportione fieri diuiſionem. Sic nunquam eadem ſumetur magnitudo ut expleatur cõficiaturque & abſoluaſ penitus. Et hoc eſt quod ſignificat per hoc. Si autem ſic augeret proportionem rationemq;, ut ſemper idē ſumatur magnitudinis deſinet. Nam quintũ ut dictum eſt ſexto maius eſt, & quartum quinto & deinceps ſemper eadem accepta magnitudine digitali ſigillatim. Sed illud in diminutione diuiſioneue dictum eſt pro diuiſione & iminutione. Sed contentus fuit diminutione quoniam & ex hoc habet ſi additio ipſum in infinitum.

Et actu etiã eſt, ſicuti diem eſſe dicimus, & certamen. Et potentia ſic eſt, vt materia, & non per ſe, ſicut finitum. Et ſecundum appoſitionem igitur ſic infinitum potẽtia eſt, quod idem dicimus quodam modo eſſe cum eo quod eſt ſecundum diuiſionē. Semper enim aliquid ipſius, extra eſt accipere, non tamen excedit omnem determinatam magnitudinem. vt in diuiſione, excedit oēm determinatam, & erit minor. Vt autem omnem excedat ſecundũ appoſitionem neq; potẽtia poſſibile eſt eſſe, ſiquidem non ſit ſecundũ accidens actu infinitum. vt dicunt qui de natura diſſerunt, id corpus quod extra mundum eſt, cuius ſubſtãtia, aer eſt, aut aliud quid tale, infinitum. Sed ſi nō poſſibile eſt eſſe infinitum actu corpus ſenſibile ſic, manifeſtum eſt, quod nec potentia vtiq; erit ſecundum appoſitionem, niſi (vt dictum eſt) contrario diuiſioni modo. Tex. 60.

Com. 56. Cum dixerit quomodo infinitum eſt in diuiſione magnitudinum quia eo quod poteſt diuidi & omnino eſt ſemper in potentia ſic eſt infinitum dicit quod etiam hæc actu ſunt non uelut ſimul ſubſiſtentia, ſed ea uelut quæ dum fiunt, ſunt & ſucceſſione partiũ ſubſiſtunt, qualia ſunt certamen, & dies. Et hęc cōmixtum habent ipſum potentia cum ipſo actu, & ipm actu in eis eſt tãdiu, uſq; quo potentia in eis eſt, ut in motu dictũ eſt. Quale autem eſt ipſum potentia inexiſtens oſtenditur per exēplum materiæ. Vt enim materia cum eſt in potentia, & ineſt compoſitis & generabilibus rebus particeps alterius atque alterius formæ actu eſt quatenus ſumpta ſic eſt, & ſecũdũ quod ipſa eſt apta ad aliam atq; aliam formam indeficientem generationem facit. Sic etiam in diuiſione, id quod ſumptũ eſt, actu exiſtit, ſed quia omne ſumptum ſemper diuidi poteſt, ſeruat indeficientem diuiſionem, & quemadmodum materia nō per ſe formata eſt, ſed dum participat forma, ſic etiam ipſum potẽtia ſe habet in diuiſione quæ non ſecundum eandem infinitũ eſt, & cauſa eſt cur magnitudo queat diuidi in infinitum. Sed quatenus omne aſſumptum actu eſt, ſecundum hoc finita ſunt. At non ſolum ipſum potentia cauſa eſt infiniti ſecundum diuiſionem, ſed etiam infiniti ſecundum additionem. Nam actu addētes nunquam accipiemus infinitum, ſed ſemper ipſum actu acceptum finitum eſt. At quia ſemper addi poteſt, hac ratiōe eſt infinitum additione ex his quę ſunt diuidenda in infinitum. Sed dicendo quod hæc dicimus aliquomodo ſecundum additionē infinitum eo quod ſecundum diuiſionem, & quod eſt cōmune ambobus ſemper aliquid extra accipere dicit. Nam in diuiſione ob id ſemper diuiſio eſt in infinitum, quia ſemper eſt aliquid quod diuidetur, & in additione, quia ſemper eſt aliquid q̃d addetur illud ſcilicet quod ſemper ex diuiſione fiebat, & hoc eſt quod poteſt extra aliq̃d ſemper diuidi & addi cōmune ambobus. Verum differunt inter ſe quia in eo quod diuiditur omni ſumpta magnitudine eſt minorem accipere, ſed in eo quod additur non quauis ſumpta magnitudine eſt maiorem accipere. Non enim extra quãcunq; magnitudinem eſt aliquid extra, ſiquidem mundus finitus eſt, & nihil eſt extra ipſum, ut oſtẽſum

eſt primo de cœlo,ſed illius magnitudinis eſt aliquid extra quę diuiſa in alias ab altero diuiſorum aucta eſt, tamen quãcunq; ſumptam ſemper ſecundum additionem excellere neq; potentia fieri põt,ut erat in altera additione,& diuiſione. Tum enim erat aliquid potentia,quando erat aliq̃d corpus cui accidit eſſe infinitum, propter quod omnis ſumpti finiti aliquid erat extra in quo poterat ei aliquid addi ut quidã ſentiunt naturales. Merito autem mentionem facit de his qui dicunt infinitum actu per accidens eſſe,& nõ de illis qui dicunt illud eſſe ſubſtantiã. Quod quidem facit uel quia id quod fit ſecũdum additionem & diuiſionem oportet eſſe quãtum,cui accidit eſſe finitum uel infinitum,uel quia de naturalibus ſermo eſt,ſed naturale infinitum ſiquidem erat,corpus erat aliquid cui accidit ĩfinitum, uel quia infinitum ut ſubſtantia non additione infinitatem accipit, ſed natura ſua habet infinitum,ut etiam unaquæq; pars eius,ſi quidem habet partes, eſt infinitum,ſi ergo oſtenſum eſt prius quod non eſt corpus cui accidit eſſe infinitum,neq; potentia illud eſt,ſcilicet omni data magnitudine accipere maiorem, ſed ſic ſolum eſt ipſum in infinitum in additione,ut dictũ eſt prius, quia diuidenda alterius ſecti alteri addi queunt quod quidem erat diuerſo modo ideſt uiciſſim dum ſecatur aliquid ſi tãtum additur quãtum demptum eſt. Sed dubitaret aliquis quia ſi nõ eſt corpus actu infinitum ſenſile,neq; potentia ꝓfecto erit corpus infinitum ſecundũ additionem. Ecce enim non eſt numerus actu infinitus,& tamen eſt in numeris additio in infinitum, ſed hoc dictum in ſequentibus rurſus quæretur.

Tex.61. Quoniam & Plato ob hoc duo infinita fecit, quod & in auctione videtur excedere, atq; in infinitum abire etiam in diuiſione. Cum tamẽ fecerit duo,non vtitur.neq; enim numeri,ſecundum diuiſionem,infinitum exiſtit (vnitas enim, minimum eſt)neq; in auctione.vſq; enim ad denariũ, facit numerum.

Com. 56. Admodum Ariſto.cõfert,ſi poteſt etiam ut apparet ſuas rationes oſtendere conſonas eſſe inclytis hominibus in philoſophia,quod ſi hoc non eſt poſsibile,proinde ſententijs ueterum ſuas conſentientes tradit. Vnde Platonẽ inquit eiſdem ſententijs motum aliquando indeterminatam dualitatem feciſſe infinitam,qui cum indicat ipſam ĩdeterminate quo ad diuiſionem & compoſitionem procedere in infinitum, aliquando magnũ & paruum dicit principia,quorum aliud ſignificat diuiſionem in infinitum facta ad minus per paruum,aliud uero ĩ maius ſecundum additionem per magnum. Cum uero dicat conuenientiam & conſenſionem ſententiarum deinde id quo huic ſententiæ Plato in alijs uidetur diſſentire adijcit. Nam cum Plato poſuerit infinitum in principijs & dixerit numeros eſſe principia ſi quidem principia rerum ſunt ideę,& ideas numeros dixit,neque infinitum in ipſis ſecundum diuiſionẽ conſiderare potuit. Nam unitas eſt indiuiſibilis,& uſq; ad hanc diuiſio terminatur, neq; ſecundum additionem. Nam uſq; ad decem auctionẽ numerorum faciebat,ut etiam Pythagorei dicentes perfectũ numerum eſſe denarium & totum. Nam poſt decẽ deinde fit circulatio uelut regreſſus refractioque,quod quidem in nullo eorum quæ ſunt ĩ denario numero accidit,imo neq; in alio extra, ſed à denario. Etenim. 20, 30. 100. 1000. & aliorum unuſquiſq; ſunt compoſitiones denariorum,ſed ĩfinitum in diminutionem erit in magnitudinibus,ſed illud in auctionem & additionẽ ſimpliciter non eſt in magnitudinibus. Neq; enim quauis accepta magnitudine eſt maiorem accipere, ſed ſecũdum illam modũ duntaxat additio procedit in infinitum quoties,adduntur ſecta diuiſionis in infinitum,ſed ſi ita eſt auctio eſt in numeris in infinitum,quia poteſt quocunque numero accepto maior accipi. Quod ſi uſq; ad denarium numerum ſolum ꝓcedit numerus, non poſſet accipere infinitatem ſecundũ additionem. Sic ergo ut apparet,Plato uidetur tollere infinitum atq; ij qui numeros inter principia ponunt & uſque ad denarium producunt eos. Quod ſi principia rerum numeros dicentes poſuere unitatem terminum,& indeterminatam dualitatem infinitum, primarie & hæc principio,patet quod non tollebant infinitũ. Sed ſi omnino non dixere auctionem numeri poſt denarium, forte aliqs diceret ipſos infinitum ſecundũ additionem in numero non relinquere,ſi uero poſuere ſecundo & tertio datas unitates,& cõpoſitiones decem nouerunt uidelicet. Equidem Plato enumerat mille annos,tria annorum millenaria, & decem millenaria annorum,qui ſunt circuitus animarum,& duodecim deos uenератur quibus patet firmaſſe illum primarios numeros uſquę ad unitatem,& non prohibuiſſe quin auctio numeri in infinitum abiret.

Accidit autem,contra eſſe infinitum,quam vt T.62.
dicunt.Non enim cuius eſt nihil extra,ſed cuius
ſemper aliquid extra eſt, hoc infinitũ eſt. Signũ
autem eſt.nam annulos infinitos dicunt, non ha-
bentes palam,quoniam ſemper aliquid extra eſt
accipere,ſecundum ſimilitudinem quidem quã-
dam dicentes,non tamen proprie.oportet enim,
& hoc eſſe, & nunquam idem accipi.in circulo
autem,non fit ſic.ſed ſemper quod eſt conſequẽ-
ter, ſolum alterum. Infinitum igitur id eſt.cuius T.63.
ſecundum quantitatem accipientibus.ſemper ali
quid accipere extra eſt.Cuius autem nihil eſt ex-
tra, id eſt perfectum & totũ , ſic enim diffinimus
totum,cuius nihil abeſt. vt hominem totũ,aut ar-
culam.vt aũt diffinimus ſingulare,ſic & quod ꝓ-
prie eſt,vt totum,cuius nihil eſt extra. cuius autẽ
abſentia eſt extra, non omne eſt, quicquid eſt.
Totum autem & ꝑfectum, aut idem penitus, aut T.64.
ꝓxima natura ſunt . Perfectũ aũt nihil, nõ habẽs
finem.finis autem, terminus eſt. Quapropter me
lius,exiſtimandum eſt Parmenidem,Meliſſo di-
xiſſe.Hic enim,infinitum,totum dicit.Ille autem
totum terminatum eſſe,ex ęquo a medio diſtans.
non enim vt linum lino,eſt continuare vniuerſo
ac toti infinitum.

Cõ.58. Cum ſuboſtendiſſet naturam infiniti quæ ſubſiſtit diuiſione & additione,& conſideratur ſecundum ipſum in infinitum: etiam proponit deinceps determinare cõfuſas intelligentias de infinito. Nam ſi nos pulchre poſuimus infinitum,accidit aliter eſſe infinitum,atq; alij quidam uolunt. Nam infinitum illud eẽ tradunt, cuius nihil eſt extra accipere. At nos uolumus id eſſe cuius omnino aliq̃d eſt extra accipere. Etenim ſecundũ diuiſionem oportet aliquid ſemper eſſe diuidendum,& ſecundum additionem aliquid quod ſemper addendũ ſit. Et ne quis nos putet dicere contraria apparentię quod dicimus infinitũ cuius eſt extra eſt omnino aliquid ſumere. Nam etiam conſuetudo uulguſq; hoc nouit nomen,ſiquidem uulgares uocarunt eos annulos infinitos qui non habẽt fundam & palam, quia ſemper eſt accipere aliquid accepti extra,& ſimilis eſt annulus circuli inſtar factus infinito,ſiue circularis,ut poſterius nominabit. Verum differt quatenus in circulo & ſi ſemper aliud quicquã accipiamus,tamen idem ſecundum circũuerſionem accipimus, ſed in ipſo infinito ſemper alterum,neque aliquando idem. Vt enim ſecundum rectum eſt talis infinitas & non ſecundum circũlationem in idem,ut in circulis quorum conuerſiones in eodem numero redeunt,ob id rurſus ab eodem initium faciũt,& non proprie habent infinitum,ſed ſolum ſm quãdam ſimilitudinem,quatenus eſt aliquid ſemper extra in utroq;. Vnde addendum eſt ipſi infiniti diffinitioni quod cum ſemper eſt aliq̃d extra accipere illud qđ extra accipitur non ſit idem aliquãdo.

quare bene definientes dicimus infinitũ non cuius nihil eſt extra accipere, ſed cuius ſecundum quantitatẽ accipientibus ſemper eſt aliquid extra. Et patet ꝙ cum dicat ſecundum quãtitatem, complectitur infinitũ continuum, & diſcretũ. Nam utrũque quantum eſt. Niſi forte ob id ſecundum quantum differẽtiam infinito contra proprie circulos indicauerit. Nam in circulo quando cõterminantes ipſum rurſus ab eodem incipimus, non eſt aliquid ſecundum quantitatem extra. Non enim addit circulo, ſed quia de proprie infinito ſemper aliquid quanti accepti eſt extra, uel in maius ut in additione, uel in minus ut in diuiſione. Eſt autem diuiſio extra & additio ſemper accepti. Et aliter ipſum additur ſecundum quantũ, quia non ſecundum formam eſt additio, ſed ſecundum quãtum, ut enim corpori non additur, ſed uelut tanto corpori. Alexander autem hoc, ſecũdũ quantum, ſic exponit. Nam qđ quærimus /inquit/ & de quo dicimus infinitum, ipſum in quanto eſt, ꝙ ſi in quali fuerit dicemus ipſum eſſe ſm cuius quale ſemper aliquid extra accipiẽtibus eſt. Niſi forte & quale quatenus quale nõ participet differentia finiti & infiniti, ſed quatenus participat quale ipſo quanto, ſecundum hoc ipſum finitum uel infinitum quomodocũq; diceretur. Sed cum oſtendiſſet ꝙ infinito conuenit magis hoc cuius eſt ſemper extra aliquid ſumere, oſtendit deinceps quod dictum ab illis ſcilicet id cuius nihil eſt extra accipere non conuenit infinito, ſed magis finito, ſic uirtute ſyllogiſmum faciẽdo. Cuius nihil extra eſt, totum eſt. Nam totum eſt cuius pars nulla deeſt. Totum autem & perfectum uel idem ſunt, uel cognatum, ſed perfectum habet finem, & q̃d habet finem, habet terminum, & habens terminum eſt finitum. Et eſt demonſtratio à diffinitione, quam illi quidem uelut infiniti accipiũt. Sed uſus nouit totum & oẽ, uerum ex naturalibus & artificialibus ſigillatim ut ex homine & arcula, quia totum eſt cuius nihil abeſt, cum confirmaſſet, ſubiunxit quod uelut in ſingularibus unumquodq; totum eſt cuius nulla pars deeſt, ita & in ꝓprio & ſimpliciter toto eſt. Proprie autem totum eſt ipſum exiſtens totũ. Nam particularium totorum unumquodq; non eſt proprie totum quia eſt pars totius & uniuerſi, & partim eſt totũ & partim non eſt, ſed uniuerſum proprie eſt uniuerſum & totum, q̃a eſt nullius pars cum in ſeipſo omnia complectatur, forte quia poteſt ipſum ꝓprie & de uniuerſali accipere quod ab ipſo ponitur. Nam contra hoc maxime uniuerſale diuiditur ſingulare. Sed ſiue hoc modo, ſiue illo ſciendum eſt ꝙ non ſunt ſingularia proprie apud ipſum tota, illud uero ꝓprie cuius nihil abeſt. Equidem totum eſt perfectum uel penitus eandem naturã uel cognatam habent. Etenim ſubiecto idem ſunt, ratione uero diuerſa, cognata autem ſunt inter ſe. Nam perfectũ eſt id q̃d habet principium, medium, & finem, totum autem cum cõtinua quantitate eſt conſideratum. Nam continuum eſt aliquod totum, ut quando fuerit aliquod plenum diſcretum omne deeſt, ſed non totum proprie. Et aſſumit perfectum habere aliquam determinationem in principio, medio, & fine, ſit autem totum cum magis unitum eſt & continuans ſuas partes, tanquã perfecte uniri non poſſit. Non enim eſſent adhuc partes quæ ſeſe penetrarent, ſed ſi forte elementa fuerint, neq; poſſunt ſeiungi perfecte. Nam formę & ſpecies erunt & non partes, uerum dũ diſtinguũtur, ſunt & diſcreta ſunt, totum igitur in participantibus penitus & perfectũ eſt prius. Non enim poteſt aliquod totum fieri niſi prius completum ſit principio, medio, et fine, quare & merito à toto aſſumptio perfecti emanauit. Vnde ſi totũ & perfectum idẽ eſt, accuratius Parmenides quam Meliſſus de ente enunciauit. Nam Meliſſus dicens infinitum ens totum eſſe inquit, Parmenides autem totũ dicens ipſum quatenus indicet ipſum æque à medio diſtans. Nam habens mediũ & penitus æquale ab ipſo diſtans, habet etiam extremum. Totum igitur dicẽs, ipſm merito inquit eſſe ipſum. At Meliſſus oppoſita concludit. Nam ſi infinitum totũ, & totum finitum, infinitũ erit finitũ, quare ea q̃ non ſunt apta cõnecti ipſe cõnectit dicendo infinitum totum & oẽ, in his dicitur prouerbium.

T.65. **Quoniam hinc quidem hãc de infinito dignitatem accipiunt, omnia ſcilicet cõtinere, & totum ipſum in ſeipſo habere. ꝓpterea quod habet quãdam ſimilitudinẽ cum toto. Eſt enim infinitũ, perfectionem magnitudinis materia, & potẽtia totũ, actu vero nõ. Diuiſibile autem eſt, & ad diuiſionem, & ad oppoſitã appoſitionem. Totum aũt & finitum, non ſecundũ ſe, ſed ſecundũ aliud, & nõ continet, ſed continetur quatenus infinitum eſt. Quocirca & ignotũ eſt, quatenus eſt infinitũ. ſpeciem enim, non habet materia.** Tex.66. **Quare manifeſtum eſt, quod magis in partis ratione infinitũ ſit, quam in totius. Par enim, materia totius eſt. ſicut æs, æneæ ſtatuæ. Quoniam ſi continet in ſenſibilibus, & in intelligibilibus ipſum magnũ & paruũ, oportebat continere intelligibilia. Inconueniens autem & impoſſibile eſt, ignotum & determinatum continere & determinare.**

Cõ.59. Cum dixerit ꝙ hoc ſcilicet cuius extra nihil eſt accipere toti uniuerſoq; cõueniens ad infinitum transferunt inquit cauſam eſſe quod infinitum quicquam honore dignum putant eſſe q̃d omnia continet, perinde ac ipſum uniuerſum intelligãt, quia ipſius diffinitionem ad infinitum transferũt. Et forte ſyllogiſmus habet quandam occaſionem. Nam infinitum habet quandam ſimilitudinem ad totum, ꝙ ſi non eſt totum, neq; habeat ipſius totius uniuerſiq; excellentias. Sed quomodo erit totum infinitum, ſiquidem totum eſt, cuius nihil eſt extra, & infinitum eſt cuius eſt aliquid extra ſemper accipere? At uidetur eſſe infinitũ id quod infert totum, quia eſt /inquit/ infinitum materia perfectionis magnitudinis. Nam compoſitum cum ſit ꝑfectum & tota magnitudo ex materia & forma ſecundum materiam habet infinitum, ſed ſecũdum formam eſt finitum, propter quod materia eſt potentia id quod eſt compoſitum & habet quãdã ſimilitudinẽ ipſum potentia ad id quod eſt actu, quocirca infinitum ſimile aliquo modo dicitur eſſe ipſi toti, quod quidẽ erat compoſitum, & ſic deinceps quæ inſunt toti ꝑdicantur de ipſo infinito, ſcilicet omnia continere, omnia habere in ſeipſo, materia autem infinita eſt, & quia ſuapte ratione indeterminata interminataq; eſt materia, formæ inducendę eſt terminare & finire, & quia ſecundum materiam in infinitum eſt etiam ſectio magnitudinis, & in infinitum auctio ſit, eadem forma manente, ꝙ ſi ſemper aliquid extra materiam eſt formę & ſecundum ſe infinita materia eſt, ſed formæ ope eſt finita & tota eſt, quare non continet infinitum, ſiquidem ſecundum materiam conſideratur, ſed magis continetur. Nam terminans cõtinet terminatum, & forma materiam, ſi uero omnis cognitio cum ſit quidam terminus & comprehenſio ſecũdum formam ſit, ſed materia ſuamet ratione, neq; forma eſt, neq; habet formã, & materia eſt īfinita, merito ignotum dicitur infinitum. Etenim etiã in ſermone de materia dicebatur, quod ſecundum proportionem uix eſt materia cognoſcibilis, quod ſi infinitum ſecũdum materiam conſideratur, & totum ſecundum compoſitum, & eſt pars compoſiti & totius materia, ut æs eſt materia ſtatuæ, patet quod infinitum ſubibit rationem partis, ſi quidem eſt in toto. Vnde cum oſtenderit quod infinitum magis continetur, quam contineat, quod ignotum eſt ſuapte natura reprehendit ſuperficietenus Platonis uerborum ſententiam. Nam Plato cũ dicat in ſermone libroq; de bono magnum & paruum materiam, quam & infinitum dixit, & ultra contineri omnia ſenſilia ab ipſo infinito, & ignota eſſe ob materiam & infinitum & habet materiam fluxibilem, cõſequens inquit huic uideri illud ſcilicet etiam in intellectualibus redigi ſub paruo & magno ibi principiũ qđ eſt ipſa dualitas īdeterminata quæ eſt principiũ cũ uno qđ eſt cuiuſcũq; numeri principium rerum omnium.

Nam numeri & ideæ ſunt, conſequens igitur illud intellectualibus ſub ibi infinito & ignoto contineri & determinari intelligibilia cum ſint naturæ nota & certa, quandoquidem ſint ſpecies. Hęc eſt quidem rationis abſurditas ſecũdum apparentiã. Sed dicendum eſt, quod materialia merito à materia & materiali infinitudine dicit contineri, non tanquã diffiniente ipſa, ſed uelut recepta per omnia & ſpecificante. Et cauſa cur hęc inferius ſint incognita merito eſt materialis infinitas, tamen intellectualia cum ſint in mãlia & puræ formæ ſub immateriali infinitate continentur operante diſtinctionẽ ſpecierum ſm dualitatem & præbente ob ordinem ibi magis & minus quod ad excellentiam & defectum & ipſum indeficiens potentia, & nõ erit ſecundum illam excellentiam ignota. Etenim & hic infinitum ut materialẽ ignota facit ea quæ ſunt hic. Illud aũt ab uno & termino obtentum eſt locupletatio & ubertas formarum. Si uero ſm infinitatem ibi ad ens & unitatem intellectualem eſt effuſio ſpecierum. Sed nil mirum eſt ſm hanc ſpeciẽ ſubire naturam cognoſcibilẽ. Nam cognoſcibile ob terminũ magis eſt, ſed ignotum & occultum ob infinitatem.

Tex.67. Secũdum rationem autem accidit, vt & quod eſt ſecundum appoſitionem, nõ eſſe videatur infinitum ſic, vt omnem excedat magnitudinẽ. In diuiſione autem, eſſe. cõtinetur enim, ſicut materia, intus & infinitum. continet autem, ſpecies.

Com. 60. Cum oſtendiſſet infinitũ non continere, ſed contineri in magnitudinibus, hanc cauſam inquit eſſe diſsimilitudinis in infinito propter ea quod ipſum ad additionem infinitum ſic nõ eſt, ut excedat omnem magnitudinem. Sed illud ad diuiſionẽ eſt, ut non prorſus deficiat. Huius autem cauſam materiam contineri cum ſit infinitum & cauſa infinitatis, et formam continere inquit eſſe ideo uolentibus longius producere infinitũ ſuppeditat ipſa materia uiam cum inſit ſm infinitatem, ob hanc etiã eorum quæ diuidenda ſunt, additio fit in infinitũ, ſed circũſcriptionem formę cum ſit terminũ ultra cadere non poteſt quicquam. Vel ſic etiam formã augeri accidet, nõ fit autem forma maior neq; minor, ſi ergo erat infinitum ſic ſecundum additionem, ut oẽ excedat, eſſet etiam infinitum quatenus cõtinet, definito, & terminat. Nam additio fit ſm hoc, ſed quod terminat eſt forma, erit etiam ſic ſecundum formam infinita. Hoc autẽ eſt abſurdũ. Nam termini, ſed non infinitudinis forma eſt cauſa, quoniam autem in diuiſionem eſt īfinitas, nihil abſurdi eſt, quia materia cum ſit infinitum, continetur. Et diuiſio & ſecundum diuiſionem additio ſm contentum fit. Videbitur porro mãm facere ſm ſuã rõnem magnitudinẽ, ſiqdem diuiſio eſt ſm ipſam. Niſi ergo dicat non diuidi mãm, ſed magnitudinem ſm materiam quæ eſt in ipſa magnitudine infinita.

Tex.68. Rationabiliter aũt & hoc, in numero quidem eſſe verſus minimum, terminũ, verſus aũt plura, ſemper omnem excedere multitudinẽ. In magnitudinibus vero, econtrario. verſus enim minus, omnẽ excedere magnitudinem, ſed verſus maius non eſſe magnitudinem infinitam. Cauſa enim eſt: qm̃ vnũ, eſt indiuiſibile, quodcũq; vnũ ſit. vt homo, vnus homo, & non multi. Numerus autem eſt, vna, plura, & quãta quædã. Quare, neceſſe eſt ſtare ad indiuiſibile. duo nãq;, & tria denominatiua ſunt nomina. ſimiliter autẽ, & aliorũ numerorum vnſquiſq;. Verſus autẽ plus, ſemper eſt intelligere. infinitę enim ſunt, bipartitiões magnitudinis. Quare potentia quidẽ eſt actu aũt nõ eſt: ſed ſemp excedit acceptũ, oẽm determinatã multitudinẽ. At non ſeparabilis eſt, numerus hic bipartitionis. neq; manet infinitas, ſed fit, ſicut & tempus, & numerus temporis.

Cum dixiſſet in magnitudine ſm infinitudinem differentiã, qua ad minus eſt ſemper acceptũ excedere, & in maius nõ eſt, nunc cauſam aſſignat differentię infinitatis numeri & infinitatis magnitudinis, quia in numero diminuendo non eſt in infinitum ꝓcedere. Nam deſinimus, ubi primum unitatem q̃ eſt terminus attigerimus, ſed augendo uerſuſq; amplitudinem in infinitum abire conceſſum eſt. Nam quẽcunq; additum numerũ augere poſſumus. At in magnitudinibus fit cõtrarium, q̃d uerſus minus et diminuẽdo prorſus eſt excedere magnitudinẽ, ſed in amplitudinem uergens excedere quãcunq; minime põt. Et primam cãm effert cur nõ abit in īfinitum diuiſio numeri, hæc inq; eſt, quia numerus componiẽ pluribus unitatibus. Nam illud q̃d cõſtat unitatibus diſſoluiẽ in unitatem, ſed unum quatenus unum indiuiſile eſt, q̃uo igitur diuiſio fieri põt in īfinitum? Nam ubi uenerimus ad unitates indiuiſiles ſiſtimus, & quia ex quibus primo aliquid cõſtituitur, in hæc ultima diuidiẽ, & iam dictum ac perſpicuũ eſt. Quod uero unum indiuiduũ ſit, oñdit hoc quia unus homo eſt unus & nõ plures. Nam quatenus hõ eſt īdiuiſilis. Nã in homines diuideret. Diuiſio. n. eſt in manus, pedes, & caput, non ut hominis, ſed uelut compoſiti ex partibus, ſed hæc una forma cum ſit determinata eſt, illa uero definita cum ſit quatenus certa determinataq; eſt indiuidua eſt, ꝓinde & numerorũ unaquęq; ſpecies ſm ſuam formã una cum ſit indiuidua eſt, uerum diuidiẽ ſm inexiſtẽtes unitates tanquã habẽtes rõnem materiæ in ipſo, ipſa autem unitas cum non hẽat mãm, nec quicquam aliud ſit q̃ forma, indiuiſibis eſt. Quod ſi oĩno diuideretur unum, in aliquid diuideretur, & ꝑfecto in dimidium, & horum unum unũquodq; eſſet unum, & ita oĩl minus quam à principio. Nam unum erat numero minimũ, q̃uo igitur diuideretur? Quod uero numerus ex unitatibus conſtet, probauit per hoc. Numerus autem eſt una, plura, & quãta q̃dam. Nã tria & duo denominatiua nomina ſunt, ſi ergo numerus oĩl aliud eſt, niſi plura una, q̃ quanta ſunt, et unuſquiſq; numerorum ex unitatibus in ſeipſo nominatus eſt. Nam duo ex duabus unitatibus & tria ex tribus, patet q̃ ex his numerus cõponitur. Si ergo indiuidua eſt unitas, & componitur, in hæc diuiditur, neceſſe eſt ſtare ad indiuiſile, ideſt ad minimum, & unitatem. Cum ergo dixerit cauſam ſtationis in indiuiſile, ſubiungit deinceps cãm ꝓgreſſus in īfinitum uerſus plus in numeris, dicendo hoc in infinitũ ex ipſo fieri in magnitudinibus eſſe. Nã eo quod ille in infinitum ſecantur ob contenta in illis materiæ infinitatem, hac ratione etiam in numeris fit auctio in infinitũ. Et eſt in utriſq; ob mãm infinitũ, ideo & ipſe induxit, { At nõ ſeparabilis eſt hic numerus } ſed materialis uidelicet tanquam ob numero accidat etiam in his infinitas, ſed ſi additio magnitudinis eorum q̃ diuidenda ſunt in infinitum, eſt magnitudinis in infinitum auctio, & non numeri. Si ergo numerum unitatibus ſuccedentem acceperimus non addẽtes magnitudinẽ, forte non neceſſe eſt ut cuicũq; accepto addatur unitas. Sed generaliter facta ſemper additio numeri in aliquo hominum uel in aliquo aliorum, q̃ ſunt in ortu & generatione, à qua diuiſione additur. Numerus autẽ cœleſtis motus & temporis à quali diuiſione adueniente augeẽ. Niſi ergo nõ omnis numeri auctionem in infinitum à magnitudinis diuiſione inquit fieri, ſed exiſtentiã & permanentis. Nam q̃uo id quod non ſubſiſtit oẽe ꝑmanet põt augeri incrementũq; aliquod reciperet? q̃re neq; numerum monadicũ augeri dicẽdũ eſt. Nam is tñ in ſolo ītellu eſt, qui nec hominũ, nec motus, uel tp̃is penitus uel eorũ q̃ oriuntur & ītereũt, eſt. Nã horũ numeri eo q̃d priora corrũpunẽ, ſunt, & nõ ꝑmanent priora q̃bus poſſint addi ſequẽtes, & numerus augeri à principio q̃at, niſi in nr̃a phãtaſia ſit, q̃ etiã non ꝑmanet, ſed tñ ſi hoc accideret ī diuidẽdorũ additione ex magnitudine, q̃ īterdũ ut magnitudines, īterdũ ut unitates accipiũtur, & ꝑpter hoc interdũ ut magnitudo in infinitũ augẽtur, interdum ut numerus, q̃d quidem eſt nunquã actu accipere infinitum

finitum neq; magnitudinem, neq; numerum, ſed poteſt ineſſe quia ſemper in infinitum poteſt procedere, quia cum inſit materia ineſt infinitum potentia, per quam materiam etiam in additione materialium numerorum ſubſiſtit ipſum in infinitum. Videtur autem et Ariſto. indicare ſolutionem dictam a me cū » dicit, { Sed ſemper excedit acceptum omnem determinatam » multitudinem. At non ſeparabilis hic numerus } ſed neq; manet infinitas, ſed ſemper fit, & numerus temporis. Dicit enim quod & ſi ſemper excederent accepta omnem determinatam multitudinem, ſed non in numero ſeparabili quodā & poſito in intellectu hoc ponendum eſt ſed in corporeo, in quo etiam diuiſio eſt additionis cauſa in permanentibus quia habet materiam infinitam. Non enim ſtat infinitas ſed uelut in motu & tempore & numero menſurante hæc non manet infinitas, ſed ſemper fit. Verum quia in additione ex diuidendis permanens prius recipit adueniens, & ſi infinitum in hac non permaneat etiam, ſed dum fit, eſt, ut etiam in motu, tempore, & numero numerante monadicoq;, uerum hæc differunt quia fit infinitū priore corrupto, & non ſuſcipiente additionem. ſed etiam aliquid his eſt cauſa proceſſus in infinitum, ut permanētibus ſunt diuidenda magnitudinum. Niſi ſemper inexiſtens potentia materiale & ipſum ens probant ſemper poſſe diuidi. Numerus autem temporis prius & poſterius eſt quod accipitur in infinitū dum aliud & aliud fit. Verum numerum inquit temporis quo numerat & numeratur tempus.

T.69. In magnitudinibus autē, cōtrarium eſt. etenim diuiditur in infinita, continuum. Verſus autē maius, nō eſt infinitum. quantum enim cōtingit potentia eſſe, & actu contingit tantum eſſe. Quare cum īfinita nulla ſit magnitudo ſenſibilis, nō contingit exceſſum eſſe omnis determinatæ magnitudinis. eſſet enim aliquid, cœlo maius.

Cō.62. Prius aſſignabat cām cur infinitum eſt in magnitudinibus quo ad diuiſionem, & quo ad additionem non eſt, dicendo eſſe materiam infinitam intus contentam quæ dat occaſionem & uiam ꝓcedendi uerſus minus in infinitum, & formam, quæ cū ſit terminus & extra continens, non ſuſcipit additionem in infinitum. Nunc aūt huius ſemper ꝓcedendi in minus inquit cām eſſe, quia continuum cōponitur ex continuis, & magnitudo ex magnitudinibus, & quia diuiditur omne in illud ex quo cōponitur. Nam magnitudo habens partes magnitudinis diuiſionē & ſectionem hic ſuſtinet, ut reſolutionem in elementa. Nam cōe ambobus eſt, ut ex quibus cōponatur in eiuſdem diuidendum ſit, quod ſi diuidetur in ſuas partes oēs ſectio fit, ſi uero reſoluendum fuerit, ſit reſolutio in elemēta. Quod uero ex magnitudinibus conſtet magnitudo in ſexto libro demonſtrabit per hoc quia uel ex impartibilibus, uel ex partibilibus eſt. At quæ ſunt impartibilia componendo non faciunt diſtare. Sed non augendi in infinitum magnitudinem cauſam inquit eſſe, q̄a procedētibus nobis uerſus maius totū & uniuerſum occurrit, quod eſt terminatum, ut in numeris cum uerſus minus progredimur occurrerit unitas quę cum ſit definita ſiſtit ꝓceſſum in infinitum. Quod ſi poſſet cuicunq; corpori addi quicquā non eſſet uniuerſum, ſed uelut naturales dicunt aliquod corpus ſenſile actu infinitum eſſet, quod oſtenſum eſt non eſſe, ſi uero poſſet augeri omnis magnitudo in infinitum ut potentia ſit ſemper excedens, eſſet etiam actu tantum. Nam quantum contingit potentia eſſe, & actu cōtingeret eſſe, quare cum nulla magnitudo ſenſibilis actu ſit infinita, ut oſtenſum eſt, neq; in infinitum procedentibus contingit omnem definitam magnitudinem excedere, ut nihil ſit mundo actu maius qui quidē eſt tota & uniuerſa magnitudo, non modo ſecundum Platonem, ſed etiam ſecundum Ariſtotelem. Equidem ambo appellant totum mundum cœlum, prædicantes totum & uniuerſum de ipſo, uel quia in eo eſt aliquod maxime primarium, & plurimum, uel quia conuerti circūduciq; a ſuo opifice, & ſurſum uideri propter quam etiā cœlum appellatur, qđ non ſolum ſempiterno corpori ineſt, ſed etiam uniuerſo. Quod uero nulla magnitudo ſit maior mundo, neq; quicquam extra cœlum. demonſtrabit preſertim in libris de cœlo, Verum exiſtimo iam oſtenſum eſſe per rationes deſtruentes magnitudinē in infinitum. Nam ſi eſſet aliquid mundo maius, eſſet indefinitum & ob id infinitū. Sed quomodo inquit, { Quantū enim contingit potentia eſſe, & actu contingit tantum eſſe. } Nam » haud quia omni numero poteſt addi, iam & numerus actu eſt infinitus, neq; quia non eſt numerus actu infinitus, ob id iam prohibetur in infinitum numeri additio. Nam cuiq; accepto addi poteſt. Quare aliquis diceret, & ſi in infinitum magnitudo actu non eſſet, quid uetat potentia eſſe, quia poteſt in infinitum augeri. Etenim ipſum potētia in diuiſione eſt eo quod poteſt ſemper aliquid minus accipi, non quia accipietur aliquando minimum. Quid igitur prohibet & ipſum potentia in additione ſic eſſe, ut poſſit ſemper aliquid maius accipi. Niſi forte ſit occurere in magnum ibiq; ſiſtere. Si uero hoc ita ſe habet, non oportet eo quod non eſt infinita ſenſilis magnitudo actu tollere additionem in infinitum. Niſi forte igitur, ut in magnitudinibus, ob id non poteſt quācunq; magnitudinem ſumpta aliquid excedere, quia non eſt actu magnitudo ſenſibilis infinita. Sic etiam fit in numeris. Etenim in illis quia non eſt actu infinitus numerus non poteſt omnem datum excedere aliquis, niſi cogitatione, ſed quod hæc ſæpe fruſtretur & uana cogitet intellectus paulo poſt oſtendatur. Quomodo igitur numerus dicimus contrario pati ac magnitudinem quatenus quidem numerus uerſus plus ſemper infinitum habet, & magnitudo uerſus minus, niſi hoc non inſit cuicunq; numero ſubſiſtenti, ſed ſoli qui fit, ex bipartitione magnitudinis auctæ in infinitū propter proceſſum bipartitionis in infinitum. Eſt enim in īfinitum addenda magnitudo magnitudie quoties facta bipartitione diuidenda in infinitum adduntur, quo pacto excedere omnem numerum impoſſibile eſt niſi cogitatione, quia non eſt actu numerus infinitus, ſed poteſt ſemper ſoli numero ex bipartitione ſemper facta numero quicquam addi ſecundum eam infinitatem materiæ quæ ineſt, quod quidem facere poſſumus non modo in numero ſeparato, ſed etiam in eo quod ſimul procedit in bipartitione. Et uidebimur forſitan quidpiam dicere hoc dicentes, ſed forſitan nihil dicimus quia magnitudo & ſi in infinitum additionem ex diuiſione obtineret, tamen id quod accipit additionem non excederet omnem magnitudinem. Nam ex diuiſione habet infinitatem, ſed intus illa & non extra procedit. Numerus tamen qui facta bipartitione in infinitum procedit in infinitum, cur non excedit omnem numerum quanquam non ſit actu numerus infinitus. Rurſus igitur in eadem tranſiuit dubitatio, quomodo ob id non exceſſum cuiuſcunq; magnitudinis dicit, quia nō eſt magnitudo ſenſilis actu Infinita, ſiquidem, & non exiſtente numero actu infinito, ſi q. dem ei neceſſe ſit per bipartitionē factā in infinitū oēm numerū excedere. Niſi forte igitur nequit in magnitudine aliquid excedere omnem magnitudinem definitam cum non ſit magnitudo infinita. Nam omne determinatum finitum eſt, ſi ergo maximo determinatorum maius erat accipere, indeterminatū neceſſe etiam eſt eſſe acceptum infinitum, ſed in additione numeri cum non ſit numerus infinitus, neceſſe eſt ex bipartitione additionem fieri in infinitum, & omni accepto numero eē ampliorem aliquem, quoniam & bipartitio in infinitum fit nunq̄ occurrens in minimū, ut magnitudinū auctio occurrit in maximum totum & uniuerſum, cur igitur non erit etiam in hoc uerū, qđ oīs definit⁹ nūerus definit⁹ ē, ſi ergo maxīo definito et finito maiorē accipere uoluerimus, neceſſe eſt in infinitum incidere. Nā maximo definito & finito maior infinitus eſt. quare non contingit non cuiuſuis numeri definiti exceſſum eſſe niſi ſit infinitus numerus, quomodo igitur additio numeri in infinitum eſt & quomodo eſt diuiſio magnitudinis in infinitum, ſi non eſt magnitudo minima, ſi uerum eſt dictum qđ quantū contingit potentia eſſe, & actu cōtingit tantū eē.

Tex.70. Infinitum autem non eſt idem in motu, & magnitudine, & tempore, tanquam & vna quædam natura. ſed poſterius dicitur ſecundum prius, vt motus quidem: quia prius eſt magnitudo in qua mouetur, aut alteratur, aut augmentatur. tempus autem propter motum. Nunc igitur vtimur his, poſterius autem tentabimus dicere & quid eſt vnumquodque, & propter quid omnis magnitudo ſit in magnitudines diuiſibilis.

Com̃.63. Cum dixerit infinitum in pluribus eſſe. Etenim eſt in magnitudine, numero, motu, tempore & in cunctis ſecundum ipſum in infinitum adnorat recte, quod infinitum cum ſit in continuis ſcilicet magnitudine, motu, & tempore, non ut idem ineſt, neque uelut una quædam natura, & unum genus quod de omnibus dicatur. Non enim æqualiter de ipſis prædicatur, qđ quidem conuenit generibus, ſed de hoc prius & de alio poſterius. Nam quia infinitum ineſt eis ob cõtinuum, quia continuũ eſt diuiſile in infinitum, primo autem continua eſt magnitudo & primo hæc diuiditur in magnitudines quandoquidem etiã ex magnitudinibus componitur, & ob id diuiditur in infinitum & cum motus ob magnitudinem habeat continuum & in ipſa ſit magnitudine continua, & ipſe in infinitum eſt diuiſilis & ꝓpter motum tempus. Nam tempus eſt aliquid motus, quippe tempus eſt numerus motus, quare non æqualiter, neque ut genus prædicatur, ſed ſemper poſteriori ineſt propter prius, & ob id prius & poſterius ineſt eis. At prædicatio alicuius ut prioris & poſterioris eſt in æquiuocis. Sic enim forte fortuna erit, grandæuum auo æquiuocum. Eſt etiam talis prædicatio in analogis, & talis prædicatio infiniti magis eſt. Quod uero motui ob magnitudinem continuum inſit, nunc breuiter probauit dicendo motus quia magnitudo in qua mouetur, uel alteratur uel augetur, ipſum in quo mouetur pro locali motu accipiens & per motus ſecundum formam probat quo ſinguli motus magnitudinum ſunt & in magnitudinibus, & continuum habent propter magnitudines, ſed nunc quod quidem dixi breuiter hoc comprobauit. Verum proceſſu operis latius declarabit. Et quod magnitudo primo cum ſit continuum in magnitudines diuiditur, quandoquidem ex magnitudinibus ſit compoſita, & ob id primo habet diuiſionem in infinitum, & propter magnitudinem motus, & ob motum tempus. Ipſum autẽ quid eſt, de motu dictum eſt, ſed de tempore dicetur.

Tex.71. Non remouet autem ratio Mathematicos a contemplatione, auferens ſic eſſe infinitum vt actu ſit uerſus augmentum, intranſibi'e. neque enim nunc indigent infinito, neque vtuntur. ſed ſolum eſſe, quantamcunque velint, finitam. Maxime autem magnitudini ſecundum eandem eſt ſecari rationem, quantamcunque magnitudinem alteram. Quare ad demonſtrandum quidem, illo modo nihil differet. eſſe autem, in exiſtentibus erit magnitudinibus.

Com̃.64. Viri admodum periti & docti eſt per ea quæ introducit nõ inficiari deſtruereque aliquid eorum præſertim quæ ac ſapiẽtibus magni plurimique æſtimata ſunt. Quia ergo geometria merito ac iure in ſummo pretio habita ſemper fuit, & in ipſum geometræ oſtendunt ſuas contemplationes theoremata, perinde aliqua ſit magnitudo quę in auctione non percurri poteſt ſiquidem & in ipſis poſtulationibus petant finitam lineam rectam in continuum & directum projciendum eſſe, quod ſi hoc omnem datam excedere aliqua poteſt, & ſi hoc admittitur, neceſſe eſt ut ſit magnitudo actu infinita, quod quidem ſuperiores rationes multis deſtruxerunt. Verum cum ſæpe in demonſtrationibus lineas infinitas petant, uidebitur quibuſdã neceſſe eſſe, uel eẽ aliquam magnitudinem actu infinitam, uel demi tollique geometriam. Et patet uirum apprime doctum & ſapientem omnino potius tollenda eſſe affirmaturum, quã euertendam eſſe ſuſtulendamq; geometriam eſſe paſſurum. Nam præter alia bona hoc etiam maximum poſſidet, ut Plato inquit, ut qui geometriam attigerit ad omnes diſciplinas aptior ſit, quam is qui nõ ei operam dederit. Cum igitur nos hoc metu liberet, tradit rationem illam quæ dudum tollebat actu infinitum, non euertere aboleréq; contemplationem mathematicorum, quod neq; mathematici actu infinita utuntur magnitudine, ſed quæcũq; demonſtrant, lineis finitis & planis cõcludunt, quare nec egent actu magnitudine infinita ſed, ut accipiant habeantq; quãtum uelint, infinitas lineas ponunt, & ſi petant rectam in infinitum producendam eſſe in rectum ea de cauſa faciunt, ne perturbentur quaſi nihil lineæ ſuperſit cum demitur quicquam ex ea ubi opus eſt ſupereſſe, uel qñ coniũgunt, uel qñ projciunt extenduntue, ſed in altera parte coniunctionis plani, uel ſectionis incidentis ſemper finita utuntur linea. Si ergo non egent diſciplinæ mathematicæ infinito qui tollit ipſm, nihil mathematicis arripit. Quod uero nõ egeant infinito ob ſectiones & cõiugatiões nõ mõ inductione oñdit nos hortando & cõmoneſaciẽdo quõ illi utant magnitudinibus finitis undiq; & paſſim, ſed ẽt geometrice oñdũt. Nam ſi oñſum fuerit qđ datã rectã in ſectã quãuis aliquis minimã acceperit, põt ſecari eadẽ ꝓportione cũ illa quę ſecãda eſt, & ſi aliq; maxima fuerit, nõ neceſſe eſt in illa facere demõſtrationẽ, q̃ haud põt una ꝓjci extendiq;, ſiquidẽ ad demõſtrandũ ꝓpoſitũ non magni referat. Nam cũ oñdit in magnitudine recta, hoc poteſt ẽt in minore. Et ob id cum nequeat maximã una extẽdere quãtum ſibi opus eſt, ipſe author eſt anguſtiæ ſuę cũ nõ tãtum ceperit lineæ quãtũ ſibi opus erat ad oñdendũ ꝓpoſitũ, ſed non qui tollit actu infinitũ. Verũ nõ ſolũ infinitũ, ſed neq; magnũ accipiũt deſcribẽtes Nam qs mũdi diametrũ in deſcriptionib⁹ aſſumit. Pulchre aũt in ſectiõe ꝓportiõis demõſtrauit nõ opus eẽ geometræ infinito ex q̃ oñdatur apud geometras infinitũ in diuiſione, ꝑinde ac dixerit, qđ ex qbus ipſi oñdunt, nõ egẽt infinito actu excedẽte ẽt in auctione, licet in diuiſione utãtur infinitate, & hanc oñdunt, qñquidem per unũ theorema ab ipſis in ſexto elementorũ oñdatur, cuius ꝓpoſitio eſt talis. Datã lineã in ſectam datæ ſectæ eſt ꝓportione ſecare. Vñ cũ dicat ad demonſtrationẽ nihil intereẽ ſi in minore linea qua ꝓducta extẽſaq; demõſtratio fieri põt, ſubiũxit. Eſſe aũt in exiſtẽtibus erit magnitudinibus. i. & ſi demonſtrationẽ facere queat geometer in magnitudinibus quæ non ſunt ſed intelligunt, uerũtamẽ figurę non ſubſiſtunt in oĩbus magnitudinibus quia non in ipſis intellectia, ſed in ipſis exiſtẽtibus eſt. Cæterum Alexander cum quæratquõ non tollitur primum theorema elementorum Euclidis. Siquidem non extra quãcunque poteſt extendi & projci recta, uel circulus deſcribi. Nã ſi poteſt recta data finita ex qua conſtituendus eſt triangulus æquis lateribus conſtitutus, diameter eſſe mundi, non poteſt in hac triangulus antedictus cõſtitui, ſi nihil erit extra naturam. Nam diameter cuiuſcunque circuli tranſit per centrum eius in quo lineæ a communi ſectione ad terminos coniunctę faciunt cum ipſo triangulum ęquis lateribus conſtitutum. Cum igitur hoc quærat ſoluit dicens, quia infinitum eſt cuius ſecundum quantitatem accipientibus ſemper eſt aliquid extra accipere, ut oſtenſum eſt patet quod mathematici quas ſupponunt lineas infinitas, tales ſupponunt, quare poſſunt augeri. Nam quorum eſt aliquid extra, ipſa ſunt infinita, ſed mundi diametrum non eſt augere, igitur ſupponũt minorẽ illã lineã diametro, ſiquidẽ finitã ſupponũt. Aliqñ & ipſe ſunt infinitę, qbus addere poſſunt & quas ꝓjcere. Sed ſciendũ eſt qđ Ariſto. in contrariũ rõnem conuertens, oſtendit quod infinitum eſt id cuius extra ſemper eſt aliquid accipere, aliam intelligentiam hanc infiniti introducens quæ uera eſt de alio infinito quam de eo quod eſt in infinitum. Attamen qui ponunt infinitum actu ſiuę

in lineis,

in lineis, ſiue in magnitudinibus alijs id dixere infinitum eſſe cuius extra nil eſt accipere. Igitur melius eſt dicere primum quidem quod talem petiere finitam, ut queat aliqua extra accipi ex qua duo reliqua latera æqualia illi ex principio coniungunt, quare ſi non eſt quicquam extra uniuerſum, non impedit, quin Theorema poſſit, etiam in ipſa diametro habere locum, quod ſi nihil extra eſt, non eſt ipſa data. Deinde ſi lineæ mathematicæ eſſent quædam lineæ naturales in loco exiſtentes, oporteret aliquem locum extra uniuerſum petere & poſtulare, quod ſi in cogitatione & in intelligentia ſubſiſtunt locus ipſorum eſt intellectus contemplantis, & non naturalis locus. Ob id enim ex ablatione dicuntur mathematica, quia auferentes quæcunque inſunt naturalibus magnitudinibus locū, qualitatem tempus, facere, pati hæc ſolum interualla & uelut continuum quantum inquirimus, quare qui locum nobis extra cœlum uniuerſumque auferunt, non ſimul auferet demonſtrationem, non enim uelut hæc & hæc poſita linea deſcribimus & demonſtramus deſcriptiones. Vt igitur Democritus cum nititur probare colores non una ſimul ineſſe corporibus natura, ſed lege, poſitiua quo ad nos eſſe, nihil detrimenti inferret geometriæ, quia non utitur geometria omnino coloribus ad demōſtrationes, ſic etiam qui deſtruit locum infinitum & penitus locum nihil impedimenti affert demonſtrationibus de lineis. Nā aliquid aufertur, quo non egent demonſtratores. Quod enim mathematica non ſint in loco, ſequens liber demonſtrabit. At impedit geometriam ille, qui ſtatuit principia indiuidua, & minima. Nam ille tollit ſectionē in infinitum, qua ſimul deſtruūtur plura accurate & prōpte demōſtrāda in mathematicis.

T. 71. Quoniam autem cauſæ diuiſæ ſunt quadrifariam, manifeſtum eſt, quod vt materia infinitum cauſa eſt. & quod eſſe quidem ipſius, priuatio eſt. per ſe autem ſubiectum, continuum ipſum & ſenſibile eſt. Videntur autem & omnes alij tanquam materia, vtentes infinito. Quocirca & inconuueniens eſt, continens facere ipſum, & non contentum.

Cō. 65. Cum oſtendiſſet non eſſe infinitum ut pleriq; exiſtimant, ſed alio modo eſt ſecundum ipſum infinitum, & quod ipſum eſt potentia & ſemper eius eſt aliquid extra ſumendum indicaſſet, quia ponentes ipſum infinitum dixere eſſe principium. Et ipſe oſtendit, quod ſi eſſet, principium foret, & non a principio, rurſus de principijs fit ſermo nunc naturalibus licet aliter. Et oportet hic omnia problemata referri ad eadem, merito etiam oſtendit infinitum cui naturalium principiorum, & cauſarum conuenit. Et plane nos reuocat ad quatuor diuiſionem cauſarum, ſcilicet ad materialem, formalem, effectricem, finalem, & inquit conſtare quod infinitum ut materia erit cauſa & per hoc uerbum, manifeſtum eſt, inductionem nobis ob oculos ducit. Nam quis infinitum diceret uel finem, & id cuius gratia cum ſit terminus, uel efficientem cauſam quæ ex ſua diffinitione determinata facit, uel formam quæ eſt palam terminus compoſiti, magis igitur ut materia, non quia materia, & ſecundum ſuam rationem, & quatenus eſt ſubiectum, eſt infinitum ſed quia accidit ipſi antequam recipiat formam ipſa priuatio quę eſt infinitas. Et quia oſtenſum eſt prius quod priuatio, eſt alia a materia, eo quod cum materia permanet forma quæ non eſt contraria ipſi, ſed priuatio cum ſit contraria formæ non permanet. Quod uero infinitum materiæ ſit priuatio eo patet, quod forma eſt terminus compoſiti. Ideo & natura in ipſam deueniens ſtat, priuatio autem eſt contraria formæ, uelut infinitas termino, ideo forma nō permanet forma ſemper, quare infinitum ſubſiſtit ob priuationem non conſiderato infinito de priuatione & materia quatenus percurri non poteſt. ſed ſecundum informitatem & infigurationem & hac ratione non habet ipſa terminum & quatenus eſt in potentia, eſt in infinitum quæ quidem inſunt materiæ ob priuationem formæ. Proinde aduentu formæ ipſum in infinitum ſtat & ipſum imperfectum, & ſic dici poſſe exiſtimo, quod priuatio non eſt ſimpliciter infinitas. Nam alia eſt intelligentia priuationis, & alia infinitatis, ſed ineſt infinitum priuationi, ut formæ terminus. Niſi ergo aliquis dicat pulchre (ut exiſtimo) dicendo, quod terminus finiſque eſt completiuus formæ, & non extrinſecus ipſi adueniens, & ipſum ut infinitum, non ut forma, ſed priuatiuum tale dictum eſt completiuum priuationis. Nam priuatio eſt formalis termini hoc infinitum, & priuatio talis, uelut abſentia eſt in eo quod eſt aptum recipere terminum & formam. Niſi quia uelut priuatio formæ opponitur, & ut infinitū termino, ſed aliquid eſt hoc quod deinceps dicit, ipſum autem per ſe ſubiectum, continuum & ſenſile. Nam ſi materia eſt ſubiectum priuationi & infinitati, & id quod eſt per ſe ſubiectum priuationi & infinitati in diuiſione in infinitum, eſt per ſe continuum & ſenſile, & hoc eſt corpus naturale, uidetur clariſſime concludere, quod materia eſt corpus, quod quidam ſecundum ſubiectum dicunt. Vel nō fruſtra additur ſubiecto hoc ſcilicet per ſe. Materia enim non ſola ſubijcitur in infinitum diuiſioni & priuationi per ſe, ſed iā eſt corpus ſenſile & continuum. Nam id quod diuidendum eſt actu dimenſionatum eſſe oportet, & non ſolum potentia ut materia. Quo modo igitur dicitur ob materiam ipſum īfinitum in diuiſione eſſe. Niſi quia corporis compoſiti in infinita diuiſi, quia non ſecundum formam diuiſio fit. Nam illud idem manet, ſiue aqua ſiue aer, ſiue caro, ſiue os, neceſſe eſt, ut fiat diuiſio ſecundū materiā. Vt igitur prima infinitas dicta eſt ad terminū ſimplicis formæ in prima priuatione eſt, quæ eſt ſecundum primam materiam, ſic infinitas ſecundum diuiſionem in priuatione eſt quæ eſt in corpore ſenſibili. Nam hoc eſt diuiſum. Sed quomodo, ut inquit, priuatione ſubſiſtit infinitum, cauſa autem infiniti materia eſſe dicitur, & non ut priuatio. Niſi quia priuatio cum materia in cauſis conſiderata eſt quæ non eſt cauſa per ſe, ſed per accidens. Nam abeſt, merito igitur omnia priuatiua referri ſolent ad materialem cauſam. Si uero cauſa continuationis eſt forma, diuiſio & ſectio diſſoluit continuationem, quomodo dicitur manere forma in diuiſione. Vel non continuationem ſoluit. Etenim ſecanda manent continua, ſed tantundem continuationis, & tantundem formæ, ſi ergo ſecundum hoc diuiſio, ſecundum formam erit, & non ſecūdum materiam. Vel non ſecundum tantundem formæ. Vt enim formale indiuiſile, & non tantundem ſed ſecundum materialē ſolam diſtantiam quæ ab indiuiſili, & imparili & immateriali ſubſtantia egreditur. Cum igitur oſtendiſſet materiali cauſæ magis conuenire infinitum quam priuationi, rurſus fidem facit rationi ex aliorum opinione qui poſuere infinitum eſſe & principium. Etenim illi ut materiam poſuere, alij aerem, alij aquam alij uero inter medium ponentes ipſum, & ex hoc alia non uelut effectrice cauſa generantes, ſed uelut ex materiali. Nam ex hac prima dixere fieri quæ fiunt, & in hanc ultimam diſſolui. Verum damnat eos quod non cōſtant ſuis dictis, quādoquidem infinitum uelut contentiuum ponunt. Nam dicentes infinitum in materia, magis contineri, quam continere debebant aſſerere. Nam materia continetur, & definitur a forma, niſi ergo ſic continere dixerint, quod ipſa in omnibus corporibus conſideratur, & omnia facit uelut characterem & impreſſionem quanda ingerens materialia.

Reliquum eſt autem aggredi, ſecūdum quas rationes infinitum eſſe videtur; non ſolum potentia, ſed vt determinatum. Alia enim ipſorum, nō neceſſaria ſunt: alia autem, habent alias quaſdam ueras obiectiones. Neq; enim, ut generatio non deficiat, neceſſariū eſt actu infinitū eē corpus ſenſibile. cōtingit enim, alterius corruptionē generationem alterius eſſe, cum omne finitum ſit Tex. 73.

Com. 66. Cum oſtendiſſet infinitum eſſe in potentia, & non in actu, & cuncta propria problemata ſermoni de illo determinaſſet, reliquum uult ſoluere propoſita, quæ probabant infinitum actu. Nam cum quinque a principio rationes ponant infinitũ, una a tempore, ſecunda, ex diuiſione & additione in magnitudinibus. Tertia quia nunquam deficit generatio, & corruptio, ſi infinitum erit unde ſemper id quod fit aufert. Quarta quia finitum ſemper ad aliud terminatur & ſic in infinitum. Quinta & primaria eſt, quia nunquam deficit in intellectu ſaltem intelligente infinitum. Cum igitur quinque ſint rõnes, duas quidem primas ipſe demonſtrauit ponere neceſſario infinitum. Nã ipſum potentia & dum fit, eſt ipſum infinitum & ipſum in infinitum ſic ponunt. Reliquas uero redarguere tentabit ut pote ponentes actu infinitum. Nam ſic erit perfectus ſermo ratioq; abſoluta, ſi nõ modo demonſtrauerimus propoſitum, ſed etiã ſi confutauerimus eos qui dicunt contraria. Dicit porro qđ harum rationum ea reprehendetur quæ ob indeficientiam generationis fruſtra infinitum neceſſarium eſſe dicit. Alij autem obiectione aliarum uerarum inſtantiarum tollentur. Nam neceſſarium eſt id quod aliter ſe habere non poteſt. Generatio autem ipſum indeficiens habere poteſt, & infinito non exiſtente ſecundum actum. Nam contingit, ut unius interitus ſit alterius ortus & ſi quodcunq; ſit finitum magnitudine, & ſi hoc indeficiens erit generatio. Nam quæ ceſſatio erit tali machinationi, & non indigebimus actu infinito, quare non neceſſarius ſermo, uelut ex neceſſitate conſequens accipiens quod non neceſſario ſequitur. Non enim ſi eſt indeficiens generatio, oportet actu infinitam eſſe magnitudinem, neq; rectum tale ſignificatum eſt neq; neceſſarium, quare neq; aſſumptio, & illatio eius dicens. Sed generatio eſt indeficiens. Eſt igitur actu infinitũ.

Tex. 74. Amplius, tangere & finitum eſſe, alterum eſt. illud enim, ad aliquid eſt, & alicuius (tangit enim omne, aliquid) & finitorum alicui accidit. Finitum autem, non ad aliquid eſt. Neque tangere, cuiuſuis quoduis eſt.

Com. 67. Hæc eſt quarta ratio earum quæ ibi ponebantur, dicens eẽ extra omne finitum aliquid quo terminatur, & hoc ſemper facto infinitum actu introducitur. Nam ſi nõ eſſet aliquod actu infinitum, non eſſet aliquid extra finitum ad quod terminaretur, ſed incideret in aliquod finitum, quod nõ alio terminatur. Ad hanc rationem uere poteſt quam uera obiectio afferri, ſi dixerimus aliud eſſe terminari, & tangere. Nam tangere eſt inter relatiua. Nam tangens aliquod tangit quod eſt extra ſe, ſed terminatum eſſe eſt in quanto. Si ergo diuerſorum generum utrũq; eſt, ipſum finitum eſſe non eſt dum aliquid tangitur, q̃a non eſt ad aliquid, ſed ſeipſo terminatum eſt. Et poſſunt quędam finita eſſe, & ad aliquid terminare & tãgere aliquid. Hoc autem accidit illis, quęcũq; non uniuerſa ſolum ſunt, ſed etiam partes uniuerſi, non tamen quatenus terminum habent, ſed quatenus partes cum alijs ſunt. Si autem aliquid ſolum totum eſt & uniuerſum hoc cur alio terminatur, ſed uidẽtur qui talia dicunt decipi ex ipſis tangibilibus cum putent idem eſſe tangi & finitum eſſe. Quod ſi aliquis dicat & terminum eſſe inter relatiua. Nam terminus eſt alicuius terminus, ſed non ad aliud eſt, ſed ad idem. Nam finiti eſt terminus, ſed non illius quo terminatur. Deinde & aliud argumentum adducit rationi diſtinguens ipſum finitũ eſſe ab ipſo tangi. Nam ſi finitum eſſe ad omnia eſt, & tangi non ad omnia, patet quod non idem finitum eſt, & ipſum tangi. Etenim numerus, ut decem, & uox ſilentio terminata, quidem terminatur eodem, ſed quid tangere dicerẽtur? Non enim tangunt ſilentium, ſed etiam terminata linea in plano, terminatur punctis, ſed nihil tangere diceretur, niſi aliqua linea ipſi adderetur. Non enim quoduis a quouis tangi aptum eſt. Non enim uox tangit lineam, quamuis utraeque finitę ſint. Sed mirum hoc uidetur dicere Alexander, quod haud uerum eſt finitum habere terminum quatenus finitum eſt, proinde numerus terminatur quidem non tamen terminum habet. Atqui quomodo poteſt aliquid finiri terminariq; ſi non habet terminum, ſed uidetur ex ſimilitudine magnitudinis aliquem terminum finito quærere quod non eſt pars eius, immo etiam defecit una dimenſione. Sed nil uetat numerorum terminos eſſe unitates ultimas modo ſecundum aliud ſint partes, & ſecundum aliud termini, quatenus etiam proportionem habẽt cum punctis proinde dicitur punctum unitas habens poſitionem. Niſi forte & numerus per ſe ipſum ſit terminus quantitatis diſcretę, quem non oporteat alium terminum quærere.

Intellectione autem, credere incõueniens eſt. non enim in re, ſuperabundantia & defectus eſt, ſed in intellectione. Vnumquenque enim noſtrum intelliget utique aliquis multo maiorẽ ſeipſo, augmentãs in infinitum. ſed non ꝑpter id, extra urbem quiſpiã eſt, extraue tantillam magnitudinem quam habemus, quoniã intelligit aliquis, ſed quoniam eſt. hoc autem accidit. T. 75.

Cõ. 68. Quinta ratio erat ex intellectione & imaginatione, quam maxime aliquid momenti habere inquit ad concludendum eẽ infinitum actu. Nam quia in intellectione non deficit & numerus uidentur eſſe & mathematicę magnitudines, & extra cœlũ aliqua, Soluit hanc dubitationem breuiter, & plane. Nam exceſſus ſuperabundantiaue talis non eſt in rebus, ſed res ſunt in intellectione. Non enim ſiquid intelligemus & imaginamur, & inſomniamus, ob id hoc eſt. Nam hoc modo etiã hircoceruus erit & plura alia quorum nullum eſt neq; contingit eſſe. Nam ut pictores plura intelligunt & pingunt non ſolum formas ſed etiam parua pro magnis, & pro paruis magna, ſic & phantaſia in ſe fingit & format infinita quæ non ſunt ſic etiam interuallum millia ſtadiorum eſt imaginari maius ciuitate, & exceſſum eius eſſe extra ciuitatem. Sed melius exiſtimo illud extra ciuitatem ſic intelligendum eſſe, ut Eudemus intellexit magiſtri dicta uelut eorum qui imaginantur ſuburbanũ maius ciuitate, & non ut Alexander exponit quando nos intra ciuitatem extra intelligeremus uel multo maiorem ſeipſo ſecundum magnitudinem perinde ac ciuitas extra ſecundum locũ habeat ſolum mutationem & differentiam. Et uidetur ſic exponere quia intelligit in alio & alio hoc, ſcilicet. Sed non propter id extra urbem quiſpiam eſt, & hoc, extraue tantillam magnitudinem, quam habemus. Sed utrunq; dictum eſt de ipſa adauctione magnitudinis uel tanquam excedente urbem, uel ſimpliciter quod habemus. Nam & ſic erit propria imaginatio de infinito. Nam ipſum imaginari in alio loco, tantum ſolum oſtendit, quia phantaſia imaginatioq; per uices uariat res non tamen uelut in infinito oſtendit, quare non quia hæ res intelliguntur, ob id erunt tales, ſed quia ſunt ita intelliguntur. Nam intelligere ipſa uel ut ſunt, uel ut non ſunt eis accidit. Nam ſi intelliguntur ut ſunt, non ſunt ob ipſa intelligere, ſed accidit eis intelligi. Si ergo & accidens eſt intelligi, & non ſemper conſonat intellectio rebus, non oportet de rebus ex intellectione uel phantaſia aliq̃d affirmare q̃re nõ oportet, ut extra cœlũ ſit q̃cq̃ã q̃a intelligit. ſiquidẽ eſt ipſum totum & uniuerſum.

Tempus autem & motus infinita ſunt, & intellectio non permanente accepto. Magnitudo aũt neq; diuiſione, neq; intelligibili augmentatione eſt infinita. Sed de infinito quidẽ quomodo eſt, & quomodo non eſt, & quid eſt, dictum eſt.

Cõ. 69. Cum ſoluiſſet rationes ponentes infinitũ actu, & poſt hoc duos modos, alium ex infinitate temporis, & alium ex diuiſione magnitudinis in infinitũ. Et cũ cætera ſunt inuoluta nõ habui exẽplar quo ſupplere potuerim defectui impreſſorum.

SIMPLICIVM IN QVARTVM ARISTOTELIS DE NATVRALI AVDITIONE, LVCILLVS ARTIVM DOCTOR VERTEBAT.

CVM ſeſe de naturalibus initijs et cauſis, atque de his, quę omnia phyſica communiter ſequuntur, tractaturum recepiſſet, primo libro de principijs uelut his elementis materia, forma, priuatione, quę harum ope exiſtit, ſecundo item de cauſa efficiendi, fine, & fortuna, caſuque quod uidebantur hæ cauſæ per ſe, quanquã accidant, accurate diſſeruit. Cumq; naturam motionis initium & efficientem cauſam & definiendo & demonſtrando affirmaſſet, & motus rebus omnibus phyſicis per ſe conueniat, idemque corpora afficiat, ut naturalia ſint, quique naturæ definitione complexus fuiſſet, merito tertij libri principio ſibi de motu illico diſputandum duxit. Et quoniam corpus æque finitum & infinitum, atq; omnis motus uidebatur, quod ambo cum continua ſint, in infinitum diuidi queunt, & quidam id ipſum rerum naturalium initium arbitrabantur, eodem libro de illo copioſe diſputatũ eſt. Quam ob rem cum de elementis cęteriſque cauſis, & his quæ principiorum loco haberi ſolitum erat, finem dicendi feciſſet, quæ in phyſicis corporibus quaſi huiuſmodi extrinſecus inſunt, quærere perſequitur, & quid locus quidue tempus ſit explicat. Omne enim corpus cietur in locum, quem etiam incolit, quemque adeptũ, quieſcit. Id eo uel maxime argumento, quod corpora ſimplicia ſuis locis & eorum diſcrimine quędam ſpecies fiunt. Quoniam item quicunque motus tempore metitur, quippe (ut uidebimus) tempus eſt omnis motus mẽſura, de hoc ipſo idcirco agendum erat, uerum de loco prius. Idque non immerito. Nam ille non modo tempus, uerumetiam corpus omne & quemcunque motum præcedit. Corpus enim loco cingitur, & motus inhæret in corpore, & tempus una cum motu labitur. Et cum corporis naturalis, quod inter ſubſtantias phyſicas principem locum tenet, alia ſunt interna, alia uero externa in quo genere hæc ſunt receptaculum, motus, eiuſdemque menſura, ut primum eius elementa prima & materiam & formam attulit, deinceps uero efficiendi cauſam & finem ac motum in definitione naturæ poſitum expoſuit, ſic cæteris rebus, quæ extrinſecus eidem corpori adſunt, præponendum eſſe locum cenſuit. Quæritur tamen quod cum naturalis res mobiles ſpectet, quemadmodum mathematicus & theologus immutabiles, quonam pacto ad phyſicum de loco agere pertineat, quippe qui ut demonſtrabimus immobilis eſſe uidetur? Niſi receptaculum ſit corporis eius quod agitatur & impellitur, quanquam ipſe immobilis ſit, atque terminus eiuſdem corporis, quo ipſe mouetur, quanquam per ſe moueri nequeat. Vacuum uero aut inane quod quidam inter principia numerabant, idque aſſerebant eſſe locum corpore priuatum, abſoluto ſermone de loco iure perſequitur & demum quæſtionibus de tempore explicatis, cum hic quartus liber, tum ipſe etiam de rebus, quæ communiter cunctis naturalibus conueniunt & de principijs finem diſſerendi facit.

Similiter autem neceſſe eſt naturalem, & de loco, vt & de infinito, cognoſcere ſi eſt, an non, & quomodo eſt, & quid eſt. Tex. 1.

QVæſtiones de loco æque profert ac eas de infinito. Idque non immerito. Sequi enim uidebantur abſurda, ſi eſſe infinitum aut non eſſe datum fuiſſet, ita quærendum num locus ſit, & quod quæſtio adhuc in uſum non uenerat, nobis argumenta in utranque partem paranda ſunt. Prima porro quæſtio (ut erat illa de infinito) num locus ſit, nec ne, petit explicari, et quẽadmodum libro de conſtruenda demonſtratione aperuimus, ſoluta quæſtione ac confecta illa ſi eſt, ad eam quid ſit proficiſci oportet, cuius munus præſertim eſt naturam, uim, & rationem explicantem quid res propoſita ſit, inuenire, cui mox ſuccedit alia qualis uidelicet locus ſit, quæ etiam de his rebus quæ rei definiendę congruunt nos certiores facit. Huic quoq; cognata affiniſq; multum illa eſt, quæ hac formula explicatur. Quõo res ſit. Nimirum itaq; ſic de loco quid ſit quærimus, ut de infinito fecimus, quod quidem potentia, & partium ortu & ſucceſſu ſubſiſtere affirmauimus. Quamobrẽ num quęquã per ſe uelut qui illum quandã intercapedinẽ uacuã affirmarũt, aut in quadã habitudine cõſiſtat, itẽ num qdpiã aut nihil corporibus cõferat, ut ſint, inueſtigandũ nobis erit. Hæc enĩ circa loci nãm, ac ea q̃ illi cõuenire uiderẽ, potiſſimum uerſanẽ. At dubitare licet, cur ante q̃ſtionẽ qd cõſtituerit hãc q̃õ? Niſi qm̃ ſic ſæpe uſu doctrina recepit, ut rei q̃rendę nãm ex his q̃ cõpetunt eidẽ inueniat atq; tradat, qd' maxime in perq̃rendo loco patebit. Com. 1.

Etenim quę ſunt, oẽs exiſtimãt alicubi eẽ. qd' uero nõ eſt, nuſquã eẽ. Vbi enim eſt hircoceruus aut ſphinx? Atq; motuum, cõis maxĩe, maxieq; ꝓprius: ſecundũ locũ eſt, quẽ vocamus lationẽ.

Poſteaq; non ſecus de loco quærendũ ſibi cõſtituit, ac de infinito fecerat, duobus argumẽtis inſtituit ꝓbare phyſico de loco agendũ eẽ, quorũ aliud ꝓbabile a cõmuni ſentẽtia ductũ aliud e rebus ipſis ꝑfectum demõſtratiuũ primũ porro qd' a cõmuni opiniõe manat quadã rõnis formulaq; quã τὸν συλλογισμὸν ποιότητος appellat & hoc mõ a ueterib' cõficiebaẽ. Si qd' nõ eſt, nuſquã collocaẽ, qd' erit alicubi ꝯſtitueẽ, alicubi enĩ quãdã loci habitudinẽ id eat, q̃circa locus eẽ patebit. Alex. aũt hãc ꝓbationẽ ab his adduci dũtaxat opinaẽ, q̃ ſola corpora, & mãta ſubſiſtere putarũt & icorporeã nãm negauere. At nimirũ (ut apparet) cõuerſionẽ nulla cũ arte fecere. Nã ea ut diximus formula nequaq̃ ſequitur, ſed hac, quę ſecunda eſt, formula rationum ex conſecutione. Si quod non eſt, nuſquam collocatur, quod ergo alicubi, conſtituetur, id nimirum Com. 2.

erit, & non ſequitur quod eſt, alicubi ponetur, quod quæ- runt ij, qui locum introducunt, uel ergo uerba ſunt uertenda hoc modo.

Quod nuſquam eſt, id neque ſit oportet, quod ergo eſt, alicubi conſtituetur, uel dicendum eſt ſequens ſeſe adæquare antecedenti, quod uerisimilius longe uidetur, quippe illi ſolum corpora arbitrabantur eſſe, qui hoc modo argumenta adducebant.

Si enim nihil aliud, ac corpora ſubſiſtit, nimirum quod nuſquam collocatur omnino non erit, uiciſſimque quod non eſt nuſquam inuenietur, quãdoquidem omnia corpora in aliquo loco poſita ſint. Quo fit, ut conuerſio & argumenti uis recte ualeat, quod nihil refert in his quæ reciprocantur ad deſtruendum quicquam aut confirmandum antecedens uel conſequens ſumere. At uidetur inquam Ariſtoteles uerba Platonis in Timæo confutare, quæ huiuſmodi ſunt. { Proinde cum hunc animaduertimus tum ſomniamus atque aſſerimus neceſſarium eſſe, ut quicquid eſt alicubi ſitum ſit collocatum regionemque aliquam occupet, Quod uero nec terræ, nec ullo uniuerſi ſitu comprehenditur haudquaquam eſſe arbitramur. } His ergo cernere licet, quam euidens ſit eorum ratio rectaque & congrua conuerſione deducta. Propterea enim quod res quæ nuſquam collocatur, non eſt, omnis ergo res alicubi ſita, etiam ſuper erit. Verum Plato uerbis non nullis paulo ſuperioribus quaſi ſententiæ huicque rationi diſſentire uiſus hæc adiecit. { Sed quoniam æque materiata ut plerũque ſomnia intuemur, quibus locus maxime congruit, eundẽ cunctis rebus tribuimus. } Cæterum quod non eſt, nuſquã collocari his uerbis Ariſtoteles probat. { Vbi enim eſt hircoceruus, aut ſphinx? } Nuſquam nimirum eſt quia ne omnino eſt, & reciprocatur. Omnino non eſt, qui nuſquam collocatur. Quibus conſtat conſequentiam ſic receptam probari oportere quod rite recteque cohæret, quanquam a uero longe abhorreat, quandoquidem non omnis res loco claudatur. Incorporeum enim ne ullum quidem, ſi ſeparatum fuerit, loco proprie circumſcribitur. Nec præterea uerum eſt. Quod nuſquam ponitur. Quod uidelicet loco non complectitur, omnino non eſt. Multa enim ſunt (ut diximus) quæ nullo capiuntur loco. Verum ratio concludit operæpretium eſſe, ut phyſicus de loco diligenter diſſerat, quoniam ueteres omnia ſuis finibus locisque contineri arbitrabantur. Sed ſi par eſt nõ obiurgare antiquos temere, ipſum alicubi nimirum loci qui modo quæritur non habitudinem ſignificat ſed ordinis circũſcriptionem, qua ſignificatione ſupracœleſtem quendam locum Plato aſciuit, quique numinis mentisue ſedem in mundo intellectili quem Græci νοητὸν uocant, collocauit. Hoc igitur modo cum probauerit ueterum Philoſophorum conſenſu neceſſarium eſſe phyſico, ut de loco diſputet, ſecundo argumento idem ex ui rerumque natura demonſtrat.

Si enim motus ad locum cunctis corporibus eſt communis, perſpicuum quidem fit, ut locus inter naturales res numerandus, & ſermo de loco phyſico opportunus ſit.

Sed antecedens admittitur.

Conſequens ergo.

Motum uero ad locum communem appellauit, uel quod cuncti eum eſſe fatentur, quippe hunc magis, ac cæteros motus percipimus. Hinc patet id maxime, quod nonnulli, uelut Anaxagoras, rerum interitum ſuſtulere, & quidam alij quoſdam lege diſpoſitioneque fieri colores aſſerentes altercationem uel alienationem quam Græci aiunt ἀλλοίωσιν labefactarunt. Verum nemo de motione ad locum diligenter admodum diſſeruit. Nunc enim miſſam faciamus Zenonis dubitationem uel dixit hunc motum communem quia is ſolus cunctis corporibus naturalibus conuenit. Nam cœleſtia, quæ a cæteris alijs motibus abſoluta ſunt, hoc uno tamen cientur, quocirca hic aliorum princeps eſt, quippe corporibus inhæret maxime primis & reliquorum præſtantiſſimis atque cæteros natura tempore uelut cauſa & eorum principium anteit, quod operis proceſſu Philoſophus oſtendet. Poſtremo ſcias uelim in quibuſdam exemplaribus huius loco { communis } conſignatum eſſe hoc nomen { primus } quo etiam modo Eudemus ſcribit.

Habet autem multas dubitationes, quidnam ſit locus. non enim idem videtur ſpeculantibus, ex omnibus quæ inſunt. Amplius autem, neque habemus quicquam ab alijs, aut ante dubitatum aut prius traditum de ipſo. T. 2.

Phyſico faciundum eſſe ſermonem de loco cum oſtendiſſet deinceps hanc quæſtionem tantum difficultatis habere demonſtrat quantum cæteræ aliæ continent qua de cauſa illis qui primum cum recta uia & ratione in ipſa peruestigatione loci elaborant, ſi minus quicquam certi confeſtim ſunt aſſecuti, æque adiumentum atque ueniam dare debemus. Quare antedictæ difficultatis oſtenſio cum magiſtro tum etiam diſcipulo uſui erit. Proinde e quibus oriatur difficultas ex hoc potiſſimum explicat, quod colligendæ ſunt rerum quas quærimus, definitiones ex his quæ ipſi rei definiendæ conueniant, quod nimirum principio libri de anima dixit. Arduam itaque de loco cognitionem ea faciunt, quæ cum per ſe loco competere debeant, in eãdem non confluunt naturam. Nam quia locus quæ locantur contineat oportet, formam cuiuſdam corporis eſſe conſtabis, forma enim primo definit & continet, ſed quia formæ capax eſt & regio quædã, materiæ perſimilis eſſe uidetur. Idque fuit in cauſa ut quicquid de loco Plato diſputarit, de materia diſſeruiſſe uiſus ſit, quia item locus eſt ultro citroque corporum receptaculum cum a rebus collocatis quicquam diſtinctum appareat, tum maxime a forma & a materia. Secundam item difficultatis cauſam affert quod ante ipſum nemo de illo abunde diſſeruit. Etenim hoc cum cauſa tum & ſignum eſt loci percipiendi difficultatis. Signum inquam, quia ueteres quæſtionis difficultate perterriti a loci inquiſitione abſuere. Cauſa uero quod nullum modum loci peruestigandi nobis, nec omnino quicquam principij ſuis inuentis communicarunt & reliquerunt. Quanquam enim locum attigiſſe uiſus ſit Hæſiodus, qui chaos ante omnia ſtatuit, tamen eius oratio commentitia & non demonſtratiua eſt. Verum ex ea tantum hauſimus notitiæ, ut quicquam multo ante firmandũ nobis eſſe perciperemus, in quo ponenda eſſent, quæ gignũtur Plato præterea ſic de loco in Timæo egit, ut de materia potius tractaſſe uideatur. Verum enimuero hanc etiam cauſam difficultatis quæſtionis Eudemus adiecit, quippe qui caput perdifficilis ſit locus. Nam ubi primum corpus a loco aberit, nos fugit & ſolus haud percipi poteſt, qui more mutarum litterarum, quæ ſine uocalibus ceu b/ g/ ſine his a/ e/ non reddunt intelligentiam contra uero connexæ faciunt, ſit locus cum alio comprehenditur. Sed quæſtionis anguſtia & difficultas ne ab inſtituto nos deterreat dehorteturque uelim, quoniã phyſico hoc maxime & peculiare & neceſſarium eſt. Quanquam enim in his quæ uix intelliguntur nihil aliud, quam modum recte dubitandi de his præſtare poſſimus, ſatis nos tamen feciſſe cupido ſcientiarum putamus (ut Ariſtoteles alias docet) ſi de loco recte & beneq; dubitandi uiam attulerimus. Cō. 5.

Quod igitur locus ſit, videtur manifeſtum eſſe, ex translatione. vbi nanque nunc eſt aqua, hinc egreſſa tanquam ex vaſe, iterum aer ineſt. Aliquando autem, eundem locum hunc aliud aliquod corporum obtinet. hoc autem, ab ijs quæ inſunt & transferuntur omnibus, alterum eſſe videtur. in quo enim aer nunc eſt: aqua in hoc prius erat. Quare manifeſtum eſt, quod locus & regio, aliquid erat diuerſum ab vtriſq;, ad quam, & ex qua transferebantur. T. 3.

Cõ 4. Cum dilucida facta ſit,& opportunitas & difficultas quæſtionis,ſeſe transfert ad proprias quæſtiones, quarum prima agitatur,num locus ſit,in qua quidem orditur ab his rationibus,quibus locum eſſe probatur, deinceps eas adducit, quæ hunc ipſum omnino delent. Quæ uero locum eſſe aſtruunt atq; affirmant,quatuor afferri uolunt,quarum illa ex tranſlatione corporum in eodem loco uiciſſim prima eſt.

Si enim ubi ante aqua erat. egreſſa illico aer eundem obtinet locum. Idque patet doliorum exemplo, luculenter etiam apparet quicquam aliud eſſe id quod alterna utrunque recipit ſucceſſione.

Secunda ratio e naturali elementorum delatione, quod aliud ſupremum petit locum, aliud infimum, quæ his differentijs loci ſupra & deorſum quædam ſpecies conſtituuntur.

Tertiam rationem e mathematicis Alexander putat ſumendam eſſe,quem bene dicere minime arbitror, quãdoquidem argumentum e mathematicis ductum ſecundæ rationis pars ſit, in qua concludebatur locum ex delatione elementorum eſſe,quod intelligemus poſtea.Proinde tertium argumentum a uacuo ſibi ſumit.

Si enim uacuum eſt locus corpore priuatus,qui uacuum recipiunt,locum omnino eſſe itaq; affirmabunt.

Quartæ rationis loco Heſiodi fabulam profert, quæ uel maxime indicat non modo locum eſſe, uerumetiam uim ingentem habere. His itaque quatuor rationibus adductis perſpicuo duæ priores e natura & re ipſa locum ut neceſſe ſit, oſtendunt, reliquæ uero opinionibus ueterum qui ſic ſtatuerunt, receptæ ſunt.

Cum ergo argumenta dilucida poſuimus & fecimus, cuiuſque neruum pro uiribus illuſtremus oportet, idq; repetendo illa.Illa ergo demonſtratio e ſucceſſione corporum uiciſſim in eodem loco quodammodo ſic conficienda eſt.

Locus idem cum permaneat,quædã diuerſa corpora capit.

At quod quædam corpora diuerſa uiciſſim capit idque permanet idem quicquam eſt ac aliud ab his, quæ complectitur, ſi quidem hoc ſemper idem perſeueret, illa differant & uiciſſim adeant illud.

Locus itaque & quicquam eſt, & diſtinctus ab his quæ in eo ſeſe recipiunt.

Quod uero locus idem permanens quadam ſucceſſione aliud atque aliud corpus recipiat,patefacit ex reciproca corporum in eodem loco ſucceſſione.Quod dilucidius his quidem aperit. { Vbi nãque nunc eſt aer ante aqua collocabatur. }

Quibus plane patefactum ſit receptaculum alterum eſſe a corporibus,quæ ex illo exeunt & ad illud ſeſe conferunt.Qd' ſi locus eſt quicquam aliud dignum quoque cenſeri oportet, ut de illo accurate diſſeratur. Demum euidentiam demonſtrationi qua concluditur locum eſſe eundemque a corporibus quæ in eo ſeſe recipiunt diſtinctum,atque receptaculum eſſe eorum quæ uiciſſim illuc adeunt, hoc affert exemplo { tanquam ex uaſe. }

T. 4. Amplius autem lationes phyſicorum corporum & ſimplicium, vt ignis, & terræ, & talium, non ſolum oſtendunt quod eſt aliquid locus, ſed quod & habet quandam potentiam. fertur enim vnumquodque in ſuum locum, non prohibitum: hoc quidem ſurſum, illud vero deorſum. Hæc autem ſunt loci partes, & ſpecies, ſurſum & deorſum, & reliquæ diſtantiarum

T. 5. ſex. Sunt autem talia non ſolum ad nos, dextrum & ſiniſtrum, atque ſurſum & deorſum. nobis enim, non ſemper idem, ſed ſecundum poſitionem vt conuertimur fiunt. idcirco, idem crebro, dextrum & ſiniſtrum eſt, & ſurſum & deorſum, & ante & retro. In natura autem, determinatum eſt ſeorſum vnumquodque. non enim quodcunque contigit, ſurſum eſt, ſed quo fertur ignis, & leue. ſimiliter vero & deorſum, non quodcunque contigit, ſed quo habẽtia grauitatem, & terrea, tanquam non poſitione differentia ſolum, ſed & potentia. Oſtendũt autem, & mathematica. cum enim non ſint in loco, tamen ſecundum poſitionem ad nos habent dextra & ſiniſtra (adeo vt ſolum intelligatur ipſorum poſitio) non habentia natura horum vnumquodque.

Secundum argumentum nunc affert, quod locum probat e naturali corporum motu ſimulque patefacit locum quandã uim ſuapte natura habere cuius iure diligenter locum inquirendum eſſe oſtendit.Hoc itaque modo demonſtrat illum eſſe & ui quadam potiri. Com. 5.

Si enim ſingula corpora ſimplicia naturalia ſublato impedimento proprium locum petunt. Ignis inquam ſupra conſcendit,& tellus deorſum deſcendit & media,abeunt ad media,& id quod in orbem ducitur,circa medium cietur,quo ſit,ut differentiæ atque loci diſtantię hę uidelicet ſurſum, deorſum & reliquæ partes & ſpecię ſint, quibus unumquodque antedictum corpus in ſpeciem conſtituitur, quibuſque patet locum & eſſe & quandam uim poſſidere,ſin hæ differentiæ non eſſent ſimplicium corporum huiuſmodi quę ſpecies conſtituũt.

At dextrum,læuum,ante,retro,quemadmodum ſecundo libro de cœlo explicauimus,motus cœleſtis differentię ſunt.& animalibus ſecundum compoſitam naturam his præſertim quę oriuntur & occidunt, conueniunt. Sed animaduerte, quoniam calor,forte mollities,& id genus loco carent,at pondus & leuitas locum poſtulant.Hæc enim motibus ad ſupremum,& ad imum determinantur & conficiuntur. Cæterum quod omnes antedictæ loci differentiæ etiã ſecundum quandam habitudinem ſunt, quis forte ambigeret,num locus natura ſit quando quidem ſecundum noſtram habitudinem eſſe uideatur. Tectum porro ſupra eos qui domum incolũt, dici ſolet, & deorſum eorum collatione qui ſupra ſunt tegulas. quocirca ſi locus quo ad nos noſtramq; poſitionem conſiſteret,uel illud primo maxime patefactum erit,locum non habere illam uim ut diximus.quod noſtra poſitione ſubſiſtit, nec deinde phyſicum oportere,ut de illo diſſerat.Hanc ergo obiectionem diluunt,quoniam ſupra infraq; non modo poſitione noſtra ſubſiſtunt.uerumetiam natura quod quidem hunc in modum declarat.His nãq; ſurſum & deorſum natura ſua cõparatum eſt,ut eadem permaneant ſemper.Surſum inquam id loci eſt quo leuia ſcandunt,deorſum uero quo petunt pondera,quæ ſi quo ad nos ſolum extarent, non eadem ſemper perſeuerarent ſed utcunque & quocunque ipſi nos conuerterimus,illa etiam mutantur & transferuntur. Dextra enim quę mihi nunc columna eſt ſi ad læuam me conuertero,illico mihi eadem ad læuam erit. Faſtigium eodem modo contingit quemadmodum diximus,fieri,quare ſurſum & deorſum natura ſubſiſtunt,& non ſolum quo ad nos noſtraque poſitione,uerumetiam ui quadam,& uirtute diſſentiunt,ſin uero,receptacula eorum quæ differunt & ſpecierum cõſtituentia earum non eſſent quæ ad hæc loca conceduntur.Quod uero nec ſolum habitudine & quo ad nos, ſed etiam eædem differentiæ natura conſiſtant,& aliæ natura,aliæ uero poſitione ſint e mathematicis probat.

Si enim quæ dextrum,læuum,ſurſum,deorſum poſitione noſtra ſolum uelut mathematica habent, ſuapte natura locum omnino non poſſident,quæ ergo non ſolum poſitione collocantur,ſuapte natura antę dictas differẽtias loci obtinebũt.

Verum Ariſtoteles prodit connexum his uerbis. { Cum enī non ſint in loco, tamen ſecundum poſitionem ad nos habent dextra & ſiniſtra, } quaſi indicet mathematica ſolum noſtra poſitione antedictas loci partes habere, quod his ſuapte natura minime comparatum eſt ut locis potiantur. Sin uero, non ergo ſolum poſitione, uerumetiam natura eiuſmodi differentias teneret. Id etiã his explicare perſequitur. { Adeo, ut ſolū intelligantur ſecundum poſitionem non habentia harum naturã unamquanque loci differentiarum. } Perſpicuum ergo ex hac ratione eſt, quod locus natura ab eo qui eſt ſecundū poſitionem & habitudinē differat, Poſitione locus his cõgruere poteſt, quæ noſtra tantum intelligentia & conceptione locum obtinēt. Hoc enim aſpectabile aut theorema dextrum eſt ad læuam, idque mei comparatione qui ſcribo aut pingo. Eodem modo ſurſum deorſum & reliquæ loci partes intelligi poſſunt. At locus naturalis his ſolum cõuenit, quæ reuera clauduntur loco. Omnia proinde naturalia loco complectuntur quæ uero arte conſtruuntur qua huiuſmodi ſunt, collocantur per accidens, ſed qua naturalia ſunt per ſe locum obtineut. Verum inter hæc illud intereſt, quoniam ſimplicia corpora peculiarem flagitant locum, idque naturæ merito ſuæ, compoſita uero ut præualebit in eis ſimplex ſic proprium conſequentur locum. Sed hæc uerba contextus. { Adeo ut ſolum, & cætera } ut ſupra diximus, ſic Alexander transfert { adeo ut ſolū intelligatur eorum poſitio. } Inquit enim, (ut credidit Alexander) mathematica poſitione noſtra dextrum atque ſiniſtrum nacta ſunt & quæ ſit illorum poſitio adiecit { intelligatur } indicans eſſe ſecundum intelligentiam. Nam ſi principiū haud ſecundum antedictas differentias ſe habet, profecto nec poſitionem habebit ſecundum ipſas, quo in loco exemplum a mathematicis ductum non eſſe quoddam argumentum peculiare ac diſtinctum a cæteris Alexander plane fatetur, ſed allatū fuiſſe putat quo perſuadeat magis modum, quo ſunt diſtinctę locorum differentiæ ſecundum naturam, quandoquidem ea quæ non ſecundum naturam uelut mathematica locis ſuis circumſcripta intelliguntur, quæ minime in loco hærent. Niſi forte hoc exemplum loco argumenti tertij ponendum ſit quod prius cenſuit Alexander, quippe qui hoc ab alijs ſeiunctum eſſe uoluit probans e mathematicis locum eſſe. Et ſic conficiendum eſſet.

Si mathematica quanquam natura haud loco contineantur, tamen antedictas differentias noſtra poſitione haberent, patet inquam locum eſſe. Nam ea quæ poſitione conſiſtunt æque a natura prodeunt, ac quæ cogitamus ab his quæ ſeoſis percipiuntur.

Tex. 6. Amplius, vacuum affirmantes eſſe, locum eſſe dicunt. Vacuum enim, locus erit vtique priuatus corpore. Quod igitur aliquid ſit locus præter corpora, & omne corpus ſenſibile in loco, per hæc aliquis exiſtimabit.

Com. 6. Tertium argumentum affert quo locus ſecundum propriam naturam eſſe probetur.

Qui enim inane recipiunt, hoc ipſum affirmant nihil aliud eſſe, ac locum corpore orbatum, quod ſi quicquam adeo eſt, ut a corpore relictum abſque eodem ſubſiſtat, quandam item habebit naturam peculiarem. Verum hoc argumentum refert non tanquam ſibi ſuiſque inſtitutis philoſophiæ conſentaneū ſed eo adduxit, ut patefaciat ueteres locum excogitaſſe. Dicit porro { Vacuum affirmantes locum eſſe dicunt. } Quocirca ſic eum aſſeruerant, ut eſſe pariter & uim quandam definitam corpore forte præſtantiorem habere credatur, quãdoquidem corpus abſque loco eſſe nequeat, & locus abſque corpore ſubſiſtat. Poſtremo cum duobus ſuperioribus argumentis demouſtrando locum eſſe concluſerit, nunc tertium, ex opinione ueterum ſumpſit, quo oſtendatur locum eſſe eumque a corporibus diſtinctum, quaſi quandam naturam & peculiarem potentiam habeat, & minime noſtra poſitione conſideretur. Dixit item omne corpus ſenſile in loco inhærere ob mathematica, quæ non ſunt per ſe in loco.

Videbitur autem vtiq; & Heſiodus recte dicere, faciens primum, chaos. dicit igitur. Omnium quidem primū, chaos factū eſt, ſed poſtea terra lata. quaſi oporteret primū, fuiſſe receptaculum ijs quæ ſunt. ꝓpterea quod putabat quēadmodum multi, eē omnia alicubi, atq; in loco. Si aūt tale eſt mirabilis quædã erit loci potentia, & prior omnibus. Sine quo nãq; nullum aliorum eſt, illud autē ſine alijs: neceſſe eſt primum eſſe non enim perit locus, ijs quæ in eo ſunt, corruptis. T. 7.

Cō. 7. Hæc in Theogonia ideſt in eo libro de origine deorum Hæſiodus cecinit.

Primum nanque chaos factum eſt, dein maxima late
Strata fuit tellus.

Quibus uiſus eſt chaos ſtatuere quoddam receptaculum, & ob id ipſum capax fuiſſe indicat, quod dictu eſt locum comprehenſiuum, ex his itaque duobus ſyllogiſmis Ariſto. concludit, Heſiodum ſcilicet locum affirmaſſe & quod loci prima poteſtas eſt, ut uelut maxime primus, cętera ante, eat, quamobrem de illo tractatio cum ea quæ de rerum initijs eſt uinculum habet. Verum, ut inquit, ea de cauſa Heſiodum primum omnium chaos conditum cenſuiſſe, quod quemadmodū multi naturæ corporeæ ignari ſola corpora fuiſſe crediderunt, omnia locis ſuis contineri arbitratus eſt. Quod ſi hoc receptū fuerit, profecto proponendus locus eſt, quo res complectantur. At dum Ariſto. dicit { Quemadmodū multi. } Plane aperuit quod dicit Heſiodus a ſua abhorrere opinione. Cumq; inquit { Videbitur autem utiq; & Hſiodus recte dicere, } cuius cauſam ſubiunxit, quia decorum eſt, ut prima quædam regio ante cætera ponatur, quæ res complectatur. Quare ſi qđ cenſuit Heſiodus, uerum eſt: ante omnia uidelicet regionem quãdam & locum conſtructum fuiſſe, nimirū natura loci admirabilis erit, qppe q pricipio uniuerſi primus ꝓdierit & manarit. Si enim condito loco tum non neceſſe eſt corpus eſſe, imo contra ubi primum corpus ortum fuerit, neceſſe eſt dudum locū ei paratum fuiſſe in quo collocetur, quandoquidem omnia alicubi contineantur.

Sed id quo ſublato alia tolluntur, & cæteris alijs ademptis nõ perit, prius natura dicitur, profecto patet locum primum atq; ante omnia conſtituendum eſſe. Non enim ſi corpus uelut aer uel aqua interiret, eius locū euerti neceſſe eſt. Quod ſi locus uacuum eſſet, id multo magis ſequeretur uidelicet locum non ſimul accidere corporibus abſumptis, ſiquidem locus, ſit uacuum corpore priuatum. Vt enim de loco Ariſto. ſentit, qui locum continentis terminum (ut intelligemus) definit, quanquã haud ſimul euertatur ubi primum deſtructum fuerit id quod collocatur, tamen neceſſe eſt corpus eſſe, cum locus fuerit, & quãquam non ſemper idem corpus permaneat tñ ut oĩno corpus ſit, neceſſe eſt. At ſi uacuum locus eſſet, etiã ſi nullum corpus extiterit, locus erit. Hæc tñ probabiliter diſputantur, quæ uſui erunt ad oſtendendum quonam pacto nonnullis uiſum ſit, locum habere principij rõnem, ut quidam ẽt de infinito ſic ſentiebant. Quamobrem de loco diſſerere ad eum maxime ſpectat, qui ſibi diſſerendum fore de principijs putauit.

Verum illa carminū Heſiodi antedicta interpretatio nimis rudis & ſuperficietenus tradita eſt cū ipſum chaos in quandã regionem quoddãq; receptaculū trãſferat. At id longe a ſententia Hæſiodi abeſt, qppe qui eo uerbo { Chaos } nõ conceptaculum indicat, ſed quadã infinitã originē ignotãue & multiplicē deorū cãm inſinuauit q̃ uaſtū immenſumq; hiatū Orpheus uocauit. Poſtea enim q̃ editū fuerat unū oium principiū, qđ etiã tēpus eē Orpheus cecinit, qđ idipſm eſt uelut deorū cõmentarij

ſictiq; oriens mēſura, credidit ęthere ſmēſumq; hiatū ſecutū fuiſſe, quorū ętherē aſciuit & cēſuit eē cām finiti & formati ortus deorū, & hiatū infinitę occulteq; originis, de quo cecinit.
Non fuerant imum, ſedes, nec terminus ullus.
At aliquis hæc de loco dicta aliquomodo contenderet, quod idē hiatus alia terminat, eiſdēq; uelut ſedē ſeſe exhibet. Verum Heſiodus hanc primā oīum cām ſolū inſinuauit dicēdo.
» { Chaos factum eſt. }
Nam omne quod fit, (ut in Timęo Plato tradit) ab aliquo oriatur oportet. Atqui multiplicem deorum emanationem indicare cum uoluiſſet ob infinitam atq; ignotam affinitatē illorum, hoc uerbo patefecit θεογονίαν uidelicet deorum originem qui primum chaos deinde terram fuiſſe conditam credidit.

T. 1. Ad vero dubitationē habet, ſi eſt, quid eſt. vtrū moles aliqua corporis, aut quædā altera natura? quærendum enim eſt genus ipſius, primum.

Cō. 8. Superiore libro quinq; argumenta, quibus infinitum eſſe uideatur, hiſq; aliquot contraria, quæ infinitum euertunt, cum poſuiſſet, ut arbiter, ubi rationes ultro citroq; adductas cum ueras eſſe, tum etiam pugnātia moliri norit, infinitum partim ſtatuendum eſſe, partimq; tollendū decerneret, quippe hoc a uero haud intereſt, hic minime partim locum eſſe, partimq; non eē cēſeri cupiens, imo ſolū eē cōmuni Phorum ſententia confirmans. (Quis enim locum negat?) non ea mox argumenta, quæ locum eruerent, ſed ea quibus eſſe crederetur, adduxit. At his non contentus, ad eam dein quæſtionem quid locus ſit, ſeſe transfert, in qua cum locum nec corpus, nec incorporeum, nec elementum, nec quicquam ex elementis profectum aut conditum eſſe aliquot argumentis oſtendat, eiſdemq; alia annectat, non modo quid locus, ſed etiam ne oīno ſit, dubitandum eſſe concluſit. Quod quidem non facit, ut locum partim demat, partimq; introducat, ſed quo huius diſputationis difficultatem aperiat, quæ cum utrinq; diſputetur, non tam nobis quid locus ſit quā ne adſit inuehit diſputationem. Nam ſi ad confirmandū locum affirmare eundem aut corpus eſſe, aut incorporeū, aut elementum, aut quicquam ex elementis conſtitutum neceſſe eſt, ubi horum nullū eſſe patuerit, in dubium ne ſit, quidq; ſit palam uocabitur. Quod item inuentu difficilis eſt ea argumēta probabiliora facit quæ locum adimunt, quāq; eum eſſe cuncti percipiant. At uide quæſo, qua illum confutādi uia inſiſtat. Cum enim ex oībus queſtionibus ꝓpoſitæ difficultatem luculentam effici cupiat, id minime in hac queſtione ſit ne locus ob cōem ante de illo opīonem aſſequi potuit, ſed illum uacui poſitione & illa cōmentitia rerum mole indigeſta, quā chaos uocāt ingenioſe admodum repudiauit. Quo fit, ut eiſdē q̄ſtionibus locum tollere ꝓtendat, q̄bus illum quid qualiſq; ſit, agitat. Qđ uero huc ſua tendant argumenta, uel maxime hoc hypothetice (ut dicunt) ſi eſt, palā declarat. Nam & ſi q̄dam rōnes, quæ locum eē perſuadebāt, narratæ ſint nōdum tñ q̄ſtionem abſoluerunt qđ eum eē perſequeē oñdere. Verum ubi cōcludit qualis locus ſit, idem ne ſit plane hæſitādū duxit. Cæterum in quo genere primū ſit locus ſtatuēdus inquirit. Nam genus huius q̄ſtionis quid & definitionis initiū habeaē. Ne itaq; locus ſit corpus uel incorporeū q̄reodū ē. Cūq; dixit. { Aut q̄dam altera nā. }
» Hoc merito tacuit aut incorporeum, quando quidem illum non prorſus a corpore auocet atq; abſtrahat, quippe eundem (ut percepturi ſumus) corporis terminum definit.

Diſtantias igitur habet tres, longitudinem, & latitudinem, atq; ꝓfunditatē quibus determinaē corpus omne. Impoſſibile autē eſt, corpus, locum eſſe. in eodem enim eſſent vtiq;, duo corpora.

Cō. 9. Hoc contextu duos ſyllogiſmos inter ſeſe mutuo pugnantes Alexander colligit. Huiuſmodi inq; primus eſt.
Locus tres diuiſiones habet,
Quoduis tres dimenſiones habens corpus eſt,
Locus ergo corpus.
Hunc diluimus, quoniam & ſi tres diſtantias aut dimenſiones omne corpus teneat, contra tamen haud fieri poteſt, ut omne quod tribus dimenſionibus cingitur, corpus uocetur. Etenim qui uacuum admittunt idem triplici dimenſione extenſum aſſeuerant. Dein ſecundum ſyllogiſmum in priorem inuehit, qui (ut aiunt) hypotheticus deſtructione negationeq; conſequentię cōficitur. Hunc ēt demonſtratiuum appellant.
Si locus conceditur eſſe corpus, duo inquā corpora in eodem collocabuntur, locus uidelicet & id quod in eodē ſitū eſt.
Sed duo corpora in eodem haud collocari queunt.
Locus itaq; haud conceditur eſſe corpus.
Quod ſi corpus eſſe nequit, & idipſum eſſe uidetur prorſus locus a rebus aberit. Hactenus Alexander. Ni forte e diuiſione locum adimat.
Si enim locus penitus admittendus eſt, in genere aut incorporei, aut corporei repoſitus erit.
Sed genus incorporei non recipit, quod longitudine, latitudine & altitudine conſtat, quibus omne corpus circūſcribitur, neq; corpus eſt, ne duo corpora ſimul eundē ambitū occupent.
Sectiones itaq; diuiſionis Alexāder quam recte probauit. Verum unum corpus ingredi penetrareq; aliud ueteres ut euidēs abſurdum affirmauere. Stoici poſtea tamen illi, ut ſaxo adhæſere, quod ſuis pentionibus poſtulariſq; maxime cōſentaneum eſt, quæ uelis nolis fixa, rata ulla nec ratione mouenda duxerunt. Cum enim oīa corpora eſſe approbare uideantur, ꝗdēq; ꝓuiderint animum ſeſe inſinuare intimōq; corporibus facere pariter & qualitates cōplexionibus inſpergi aut cōmiſceri, corpus corpore penetrari cōceſſerūt. Qđ uero hoc fieri nequeat, peculiari q̄dam libello acutiſſime inq; oñdit. Primum.
Si corpus ad alterius corporis imum uſq; penetrat, nimirum omne corpus omne aliud corpus, undiq; occupabit, modo corpora tanquā, haud uero qua frigida, feruentiaq;, aut quoddam aliud diſcrimen habentia ſeſe mutuo amplectentur & penetrent. Si ergo quoduis corpus corpore undiq; idipſum penetrādo locatur, maximū inquam minimum obſidebit & penetrabit. Aeque enim qđ capax eſt tum ſeſe habebit, ac ante. Haud enim inania aut uacua tum quædam & meatus habebat, nunc uero minime, ut ergo primum, ſic ſecundum & tertium recipere poteſt. Hoc itaq; modo Ariſto. concludit cœlum milij anfractu capietur, & pelagus cyatho.
Adde.
Si corpus corpore complectetur, tenue ſubtileq; magis penetrabit id quod magis eſt concretum & craſſum, cur itaq; aurū non aquam, ſed ęs ſibi permiſceri admittit? Quinetiam dubiū foret, quamobrem ubi aurum ſibi ęs adiungi permiſent, mole maiore creſcit, immo ſummatim cur mixtione quædam augeſcunt, ſi uniuerſi unius ſingulę partes ſeſe cum ſingulis alterius uiciſſim adeo pari extenſione adæquent, ut eandē habere ſuperficiem uideantur? Cyathus enim ſi cyatho permixtus fuerit & uiciſſim ſeſe utriq; cœperint atq; locauerint, uniuerſum ex his, quod Græci uocant [illegible] fiat oportet, Eudemus etiā refert haud fieri poſſe, ut duo corpora ſiue ſenſilia, ſiue unū ſenſile, alterum mathematicum fuerint, ſimul extent. Vt enim duo una maneant mathematicum corpus profecto alicubi erit quod quidem minime cernitur. Sed hoc loco hæremus, quod ſi ſphęra aut globus abſolutus eſt ad centrum uſq; proficiſcēs uel maxime elucet cœlos ſeſe mutuo cōplexu ab aſtris ad uniuerſum ſub luna collocatū uſq; circūſcribere & penetrare. Ni forte q̄ ſub luna cōprehēdunē, q̄nquidē mā maxime abūdent, uiciſſimq; pugnēt, & nā mutuo abiūcta ac ſemota ſint, haud ſeſe inuicē locēt, qđ q̄dem in cā ēt eſt, ut mixta q̄cquā maius efficiant. At cœleſtia lōge aliter ſe habēt. Quare abſurdū erit illud de cœlo & milio argumētū, q̄ppe indiuiduū experſq; diuiſione cœlū eſt. Poſtremo ꝓbatione opus erit, ſi q̄cq̄ tres dimēſiones hēre aſſeruerimus, qđ nihilo tñ corpus eē negabimus. Al. qđ. n. incorporeū trib⁹ circūſcribi dimēſionib⁹ haud ꝑſuaſu facile ē.

Amplius, ſi eſt corporis locus ac receptacu- Tex. 9.

lum: manifeſtum eſt quod & ſuperficiei; & reliquorum terminorum. eadem enim conueniet ratio. Vbi nãque erant prius, aquæ plana, erunt rurſum quæ ſunt aeris. At vero, differentiam nullã habemus pũcti, et loci pũcti. Quare ſi neq; ab hoc eſt locus diuerſus, neq; ab aliorũ ullo, neq; eſt quicquã, prçter vnũquodq; horũ, locus.

Com. 10. Hæc quoq; ratio aduerſua quæſtionem quid ſit locus, adduci uidetur. quoniam locus corporis quædam regio non eſt. Cum itaq; nitatur uel locum prorſus a cæterarum rerum numero abeſſe, uel regionem aut receptaculum corporis non eẽ oſtendere, ut locus funditus euertatur, contendit. Sed rationis uniuerſa deductio huiuſmodi eſt.

Si enim corpori locum & receptaculum tribui oportet, næ terminis eius erit etiam conſentaneum aſſignari, quare locum ſuperficies, linea, punctum occupabunt.

Sed puncti nullus, ut probabit, locus eſt.

Nec corporis itaque.

Quod uero deductum uerum ſit, eadem ſuperiori ratione, quę locum omnino introducebat, approbat. Nam ſi eo locũ quicquam eſſe, ac alterum ab illo, quod ſuo capit ambitu ab initio libri demonſtrauimus, quod aqua quem ante locum tenebat, ab eius exitu mox ingreditur aer, profecto perſpicuum ſit, ut ſuperficies aquæ ubi ante inerat, nunc illa aeris ſubſideat, quippe cuiuſq; limites una cum eo cuius termini ſunt, cingãtur. Eodem igitur modo linea & punctum, ut ſuperficies locabuntur. Quamobrẽ eadẽ rõne qua corpus, punctũ loco cingitur.

» Quod deinde puncti nullus extet locus, his indicat. { At uero

» differentiam nullam habemus puncti & loci puncti. } Sed tu quidẽ hoc modo probabis. Si rei, quæ loco cõplectitur locus æqualis eſſe debeat, nimirum æque ille, ac punctum dabitur id eſſe cuius pars nulla inueniri poteſt, locus itaq; puncti idipſum punctum erit, ſed ubi ſeſe duo puncta adæquant, unum imprçſentia punctum proficiſcitur, nec duo ut ante erant, permanent, punctum ergo non quicquam aliud quam ſui locus erit. At quoddam paulo ante diſcrimen inter locum modo ſit, & id quod eodẽ cõtinebatur, coniecimus. Eodem item modo locus ne lineæ; & ſuperficiei detur, oſtendere poſſumus. Quapropter ea ſuperior ex uiciſſitudine corporum ratio, quam ad probandum locum nobis uſurpauimus, nunc in contrarium penitus conuerſa eſt.

Tex. 10. Quid enim tandẽ, & nos ponemus eſſe locũ? neq; enim elemẽtum, neq; ex elementis. aut corporeis, aut incorporeis, eſſe poteſt, talem habens naturam. magnitudinem enim habet, corpus aũt nullum. Sunt autem ſenſibilium corporum elementa, corpora. ex intelligibilibus autem elementis: nulla ſit magnitudo.

Com. 11. Quod omnia, quæ ſunt, aut corpora, aut incorporea, aut elementa, aut ex elementis conſtant, idque dictu nil aliud perinde ac dixeris, aut ſimplicia aut compoſita, cum porro locum nec corpus, nec incorporeum quicquam argumento indicaſſet, reliquum diuiſionis membrum perſequitur, in quo locum nec elementum, nec ex elementis conſtitutum aliquid oſtẽdit, quippe qui tali natura eſt præditus, ut magnitudinis ſit particeps, quandoquidem ſeſe illi adæquet, quod undique ambit. Verũ ille corpus haud affirmari poteſt, ne duo corpora eodem capiantur. Quod enim corpus non eſt, nec quicquam ſenſile nec corporeum, ſiue illud elementum, ſiue ex elementis conſtitutum fuerit, admitti poteſt. Nam & ipſa elementa corporum compoſitorum corpora ſunt. Ignis enim aer, aqua, & terra aut atomi a Democrito pugnaciter defenſæ, aut ſimiliaria ab Anaxagora dudum introducta ſunt proxima corporum compoſitorum elementa. Nec deinde eorum quæ intellectu comprehẽduntur, aliquid nec uelut ex elementis, nec tanquam elementum cenſeri poteſt, quod intellectilia fabricemus modo nomina elementa ullam nec magnitudinem habent, quod etiam nulla magnitudo ex his, quæ magnitudinis ſunt expertia conſtare poteſt. Si ergo locum quandam magnitudinem eſſe fatebimur, nihil ex elementis quæ intelligi poſſunt & intellectilia diximus nullumque eiuſmodi elementum affirmare cogemur. Quamobrem locus, cum omnis res aut elementum, aut elementis cõſtans ſit a numero rerũ auellit̃ atq; abſtrahitur.

Cæterum ſcias oportet, quonam pacto elementa (ut ſequamur Græcam uocem) ſenſilium corpora uocauit. Materia enĩ & forma ſunt rerum ſenſilium prima elementa ambæ tamen incorporeæ. Ni forte haud temere dixerit. { Sunt autem ſenſibilium corporum elementa corpora. } His inquam quæ ſumit compoſita, plane indicat, quod ea intelligit, quæ non e materia formaque proxime conſtituuntur, ſed ea quæ quatuor ſimplicibus corporeis elementis conſtant. Quæ nempe ſuapte natura a ſenſibus percipi nequeunt, prorſus nec ſuapte natura ſubſiſtunt. Neque enim ſenſiteria ſimplicia, immo compoſita ſunt. Terra nanque & aqua, ac aer, & ignis, quia non ſunt ſimplicia, ſed alterius exceſſu & ui maiore ſic appellantur & ſunt, ſenſilia eſſe affirmamus. Et quantum mihi uidetur, non omniũ elementorum partitionem Ariſto. conſcius de induſtria fecit, quod ſub ea diuiſionis membra nec materiam, nec formam ſed ſola corpora collegit, deinceps porro argumentum adducet, quo plane locum non eſſe pricipium nec tanquam materiam, nec uelut formam demonſtrabit.

Amplius autem, & cuiuſnam ponet aliquis hiſ quæ ſunt, cauſam eſſe locum? Nulla enim quatuor cauſarum, ipſi ineſt. Neque enim eſt. vt materia eorum quæ ſunt. nam nihil ex ipſo conſtitutum eſt. Neq; vt ſpecies & ratio rerum, neq; vt finis, neq; mouet ea quæ ſunt. T. 11.

Cum locum nec materiam, nec formam eſſe patefaciat ſuperiorem rationem mancam ſupplet, in qua locum nec intellectilum nec ſenſilium. (Faciemus hæc & alia uerba tractando uſitatiora) elementum cõmõſtrauit, quod prius ſenſilium elementum ſenſile illum non eſſe oſtendit. Nunc uero eundẽ nec formam, nec materiam eſſe probat. Quoniam autem materia & ſpecies aut forma cauſæ ſunt, communem deinceps fecit demonſtrationem, in qua locum e cauſarum numero excludit quod ille materia, forma, finis, & effectrix non eſt. Et quod locus nequeat elementum tanq̃ materia, neq; prorſus tanquã principiũ & rerũ cauſa admitti hũc in modum explicauit. Cõ. 11.

Materia eſt e qua aliquid conſtat,

At locus non eſt id e quo quicquam conſtat,

Locus ergo materia non eſt.

Verum eundem nec formam, nec effectricem, nec finem eſſe oſtendere prætermiſit. Tu tamen probes hoc modo illum formam non eſſe uelim, quod diſtinguitur locus atque alter eſt ab eo, quod ambit. Formæ item una mutantur cum rerum uiciſſitudo ſit, at locus manet.

Prçterea oſtendatur locum non eſſe effectricem cauſam. Qđ dudum factum recipit, & non efficit quod nondum extat. Locus deinde quod capit & cingit, nec agitat, nec tranſmutat, immo contra, quandoquidem efficiat, ut moretur & conquieſcat. Nam ubi ad ſuum locum & peculiarem quodcũque primum acceſſerit, ibidem aquieſcet. Quocirca Eudemus tertio Phyſicorum quæ hic tractantur, ſecutus ac tanquam datum & conceſſum recipiens, locum uidelicet a quibuſuis cauſis alienum eſſe, ſic in Democritum inuehitur. At forſitan locum id aſſerueris, quod mouet. Sed aliter ac putas o Democrite contingit. Nam tale mouendi facultatem & quandam uim habeat oportet, quam in uacuo ineſſe, quod locum affirmauit Democritus, nemo concedet, quippe ſuapte natura ac reuera inane,

ſubſiſtere nequit,uel tenuiſſimum quoddā eſſet ſi admittatſ. Ni forte cieat impellatue tāquam finis,quod duplici cauſa ſua deri poteſt. Nam locus finis eſſe creditur quod ad eum conce dunt corpora,quodq; proprium locum aſſequi, appetunt quē ubi primum adierint,conquieſcunt,at fini peculiare eſt id effi-cere,ut quod eum quam primum attigerit, firmiter ſibi hæ-reat & acquieſcat.

Sed hoc etiam infirmamus & tollemus hoc modo.

Locus diſtinguitur atque alter ab eo eſt quod continet ut præ dicamentum,quod/ubi/uocant,manifeſtum facit quod aliud eſt ipſum ubi a loco,qui in quanto ordinatus eſt, at finis inti-mus eſt corporibus atque cognatus,locus itaq; finis non eſt. Præterea uniuerſe finis,& id quod cuius gratia uocant, per ſe non exiſtit,ſed illius eſt perfectio,cuius dicitur finis. Hoc enim modo ſumma felicitas & diuina perfectio ac bonitas, quæ in homine felici ac prope beato inhæret,non ſecum,quemadmo dum locus ſola eſt. Adde id maxime. Quod ſi locum qua locum finem aſſeramus & unde exijt aqua eo ingredi aerem, eundem diuerſis corporibus finem tribuamus oportet. At quę ſtio hæc ab ijs qui curioſe admodum commētaria legunt,ac-curate & prompte tractanda eſt. Cæterum ad Ariſtotelis ar-gumentum redeamus,quod quidem tantum præſtat adiumē ti,ut cum locum nec principium nec quicquam a principio ef-fectum,tum etiam non eſſe probemus,uerum huc maxime tē dit,ne initium aliquod eſſe ſtatuatur, quod Heſiodus & De-mocritus tueri uidebantur quippe eorum alter chaos introdu-cebat,alter uero uacuum & idem motus naturalis corporum cauſam eſſe proferebat.

T. 12. Amplius autem & ipſe, ſiquid eſt eorum quæ ſunt,alicubi erit Zenonis enim dubitatio, quan-dam rationem quærit. Si enim omne quod eſt,in loco eſt manifeſtum eſt quod & loci, locus erit. atque hoc,in infinitum procedet.

Cō. 13. Hoc item argumentum eo adducitur, quo locus prorſus ualeat,& rat oni repugnemus,quæ libri principio quicquid eſt in loco collocabat, quoniam quod nuſquam eſt, a rebus peni tus abſit oportet. Quo tamen ei reluctetur ſibi dubitationem Zenonis ſumit.

Si enim quicquid eſt,alicubi collocatur,cum uero locus etiam quicquam ſit,collocabitur & ipſe alicubi. Sed quod alicubi ad eſt,id loco continetur, Locus ergo loco continetur atque loco dabitur locus, & illius alter, quo fit, ut locus abeat in infini-tum quod fieri nequit. At abſurdum hoc quod fieri non poteſt eo pendet,quod locus numeratur inter ea,quæ ſunt, quamob rem hac Zenonis ratione, niſi diluatur compertum habemus locum non eſſe proinde contextu Ariſto.inquit. { Zenonis enim quandam rationem quærit. }

T. 13. Amplius,ſi ut omne corpus eſt in loco,ſic & om-ni in loco,corpus eſt,quomodo ergo dicemus de ijs quę augmētantur? Neceſſe enim ē ex his,aug mētari locū ſimul cū ipſis,ſi neq; minor,neq; ma ior cuiuſq; locus eſt. Propter hæc ergo nō ſolū qd eſt,ſed etiam ſi eſt,dubitare neceſſe eſt.

Cō. 14. Si locus quidem ſupereſt,& inane poſt tollendum eſſe pe-nitus oſtendetur,quod omne corpus eſt,in loco,ſequetur uiciſ ſim in omni loco eſſe corpus. Si ergo hoc uerum ſit, æqualem locum ei quod loco concluditur,eſſe neceſſe eſt. Dum itaque corpora augeſcunt,ſimul locus adoleſcat oportet. Quæ ergo loci accretio? Quis aut ortus eius? Et unde? Quæ enim e na tura prodeunt,e contrarijs fiunt. Merito itaque prius corpus in omni loco contineri ſibi ſumpſit,alter conſtituto uacuo cor pus iſtic augeretur. Sed exploratum nobis ſit quod ſiue corpus fiat uel intereat,alioque corrupto aliud gignatur,ſiue idem per maneat,nulla ſeſe nobis occaſio offert, qua locum fieri gigni-que concedamus. Verum hoc argumentum uim a quæſtione quid ſit locus traxit. Cumque enim oſtendit locum non eſſe re ceptaculum,pariter locum funditus ſuſtulit. Merito itaque cō-cludit his argumentis non modo quid locus ſit, ſed etiam ne locus prorſus ualeat,dubitandum eſſe. Quod enim nec cor-pus nec incorporeum,nec elementum, nec quicquam ex ele-mentis conſtitutum affirmari poteſt,quod deinde nec princi-pium,nec cauſa nec æqualis eſt ei quod continet,quę loco ma xime conuenire debent,in dubium utranque quæſtionem qd locus,uidelicet,neue locus a cæteris rebus penitus abſit, ueni-re uel optime patet.

Quoniam autem aliud quidem ſecundum ſe, aliud uero ſecundum aliud dicitur,& locus alius quidem eſt communis in quo omnia corpora ſunt,alius vero proprius in quo primo(dico autē vt tu nunc in cœlo es, quia in aere,hic autem in cœlo & in aere, quia eſt in terra. ſimiliter autē & in hac,quia in hoc loco,qui nihil plus quam te continet)ſi igitur locus eſt, quod primum conti-net vnumquodque corpus,terminus,vtique erit Quare uidebitur ſpecies ac forma cuiuſque, lo-cus eſſe, quo terminatur magnitudo & materia magnitudinis. hæc enim eſt, vniuſcuiuſque ter-minus. Sic ergo conſiderantibus,locus, vniuſcu-iuſque ſpecies eſt. Tex. 14.

Com. 15. Ordo cuiuſque rei quærendæ poſtulat,ut quæſtione primū ne quicquam ſit,deinceps quid ſit utraque abſoluta, demum quale idipſum uideatur producamus,quam ſane quæſtionem quale uidelicet aliquid ſit,abſoluimus cognitio, ijs quę per ſe in ſubiecto inſunt. Proinde poſtea has ambas ne locus ſit qd-ue ſit quæſtiones,quam Ariſtoteles commouit ad hanc qualis ſit,profectus & ea quæ loco conueniunt,accurate & ſtudioſe perquirens ex eiſdem quæſtionis difficultatem inuenit. Cum enim aliquid eorum quæ loco competunt,intellectum noſtrū deducit ad ſpeciem aut formam,arbitramur locum ſpeciem aut formam eſſe. Cum etiam eorūdem aliud materiam refert aut repræſentat,eundem tanquam materiam eſſe putamus. Quocirca concludendo rationem paulo poſt ſubiūxit. { Me-rito aūt ex his conſiderantibus,uidebitur utiq; eſſe difficile co gnoſcere quid eſt locus. } Quoniam igitur locus primum cō tinere uidetur,ſyllogiſmo(ut Gręci aiunt) & uirtute eundem ſpeciem aut formam eſſe ſic probat.

Peculiaris locus unicuiq; primo continet.

Sed quod primo continet,proprius limes terminuſque eſt, & is eſt forma. Quod uero proprie locus primo contineat ambi-atue hoc quidem oſtendit,quia quidam locus, ut cœlum, aer, terra communis dici ſolet,quem omnia,uel multa corpora oc cupāt. Nunc enim per cœlum mundum ſignificat. Nam cum aliquo antedictorum locorum concluſus ero,communem te-nebo locum,propterea quod eūdem alia corpora quoque im-plent. Verum quoties me aliqua telluris pars uel domus, uel alius quidam peculiaris locus quam me nihil aliud contexerit aut ambierit,tum proprium meumq; locum agnoſco quo pri mum ſolus contentus ſum. Quo fit,ut peculiaris locus ille di-catur qui mei tantum capax eſt. Cum ergo locum qui proxi-me primoq; continendi uim habet,ab eo qui communis,ſermo tus,& uniuerſalis ſm aliud dicitur,diſtinguere uelit hoc in cō-textu uerbū. { Primo, } profert porro cū ipſe inquit. { Qm̄ aūt aliud qdem ſm ſe,aliud uero ſm aliud dicit, } ipm̄ per ſe pro hoc uerbo/primo/,pnunciat,ut eni p accñs opponit ei qd' pprie eſt,ita cū ipſo p ſe pugnat id qd' ſm aliud uocant. Ea ue ro per ſe uocantur,quæcūq; inſunt in ſubſtantia illorum,qbus conueniunt,ut pari impariq; numerus,ac oino genera ſpēbus

per ſe competunt, quod cum abſoluunt & perficiunt ſubſtantiam earum tum etiam per ſe in eis inſunt. Præterea ſpecies generibus per ſe conueniunt cum illa diuidendi uim habeant. Nā numerorum alius eſt par, alius impar. Cæterum illud uerbū { Primo } ſignificat ꝓximum. Et interdum hæc per ſe uidelicet & primo, ut animal in homine ineſt, in idem concurrunt, interdum autem ſic diſſident, ut alicui quicquā per ſe congruat quemadmodū homini ſubſtā & quātum ipari, ſed minime primo. De ſpēbus inquā non mō genera, uerūetiā genera generū per ſe, ſed non primo ꝓximeq; imo inter medijs ꝓximiſq; generibus p̄dicantur. Accedit qđ ſuperficies primo albeſcit, haud tñ per ſe, imo per accñs. At hæc ad logicē facultatem ſpectāt. Quod uero pronunciant loco ipſius { Primo } idipſum quod aiunt { Perſe, } indicio eſt oppoſitio, quam inter utraque hæc uerba { Primo & ſecundum aliud } affert. Idem paulo poſt ipſe quoq; ſignificat, cum ipſum per ſe in hoc primo his uerbis transfert. { Et locus alius quidē eſt cōmunis in quo oīa corpora ſunt, alius uero proprius in quo primo. } Et ꝓrſus ad rem maxime nunc eſt ſi ꝓprium locū dicamus ꝓpinquum, qui ſi ꝓpinquus eē cōceditur, & primus erit qđ ꝓpinquū primum, ſed non per ſe dici ſolet. Ni forte ꝓpriū æqualemq; locum per ſe & primo ut plerūq; ſit, dixerit qđ nō ſolum primo uerūetiam per ſe eſt locus, quēadmodū uniuerſalior eſt per accidens quoniam me domi ciuitateq; morari non nulli putāt, ꝓpterea qđ loco quē primū occupo, cōtingit ut, inter ꝓpe modū fibras aut latera dom⁹ collocer, & dom⁹ ciuitate capiatur, ſed locus mei tantum non plus minuſue quā me integrum per ſe capit cui & æqualis & pene conformatio quædā eſt. Cęterū ſi ga unūqđq; ab eodē, q̄ ꝓxime & primo continet, & terminat, id itaq; qđ unūqđq; primo ꝯtinet, terminus ē ſed paulo ante ꝓpriū locū eē illud ꝯtinēs ꝯceſſimus, qđ ꝓxime et primo cōtineret, locus ergo terminus ē cui annectamus oē qđ uim quicq; cōtinendi proxime habet eſt terminus et eiuſdem forma eſſe conceditur, quippe quæ ſingula corpora terminat & definit, propria ergo uniuſcuiuſq; forma, qua forma, cum terminus, tum etiam locus dici debet. Animaduerte quoq; ubi contextus dixit. { Quo terminatur magnitudo. } Nā magnitudo fertur. Perinde ac dicatur, interuallum aut dimenſio materiata. Deinde quod magnitudo duplex comprehenditur, alia materiata & indefinita, quæ ſecundum extenſionem & ipſiuſmet in res pene innumerabiles effuſionem conſideratur, alia uero determinata formataq; forma & metro, iccirco ſubiunxit. { Et materia magnitudinis } non quo quicquam aliter ac prius diceret, ſed quo indicaret apertius id ante appellaſſe magnitudinem definitam & materiatam quod in magnitudine ē. Scias item uelim ubi Ariſto. inquit, { Et in aere, quia eſt in terra, } ipſum loco huius in aere, uidelicet terræ uicino dixiſſe, q̄ in uniuerſo aere eſt propter illum. Et merito princeps uniuſcuiuſq; locus dici debet qui circum ambit aliquid cui etiam proprius eſt. Hoc enim aliquis eſt in capaciore aut ampliore. In domo enim quiſpiam eſt quia continetur aliquo domus angulo ſibi æquali & in urbe quod domi manet, atq; in terra quoniam urbem incolit. Quibus pene omnibus elicitur locum formam eſſe. Si enim corpora proximo continente terminantur & hoc inquam primo, quia nō quodam alio proximiore cum nihil in medio iaceat, & forma ſit uniuſcuiuſq; terminus & continens, locus merito forma cenſebitur. Materia quoq; ob quippiam aliud proxime dicendū uidebitur. Verum deceptio & cauillatio ob duplicem ipſius proximi differentiam committitur. Eorum enim quæ proxime continent, aliud inſitum quaſique natura ingenitum eſt, in quo genere forma collocatur, aliud uero externum, ut locus.

Quatenus aūt videtur locus eē diſtātia, magnitudinis materia. hæc nāq;, diuerſa eſt a magnitudine. hęc aūt eſt, id qđ cōtinet ſub ſpē ac definit vt ſub plano ac termino. eſt aūt tale materia, & indefinitū. cū enim remoueat terminus & paſſiōes a ſphæra, relinquitur nihil, præter materiā.

Cō. 16. Cū unū eorū q̄ ꝯueniūt loco tractauiſſet, q̄ ille forma corporum putaretur, nunc refert aliud quo probet eundem illorum quæ collocantur, eſſe materiam, ſic inquit: Si. n. locus magnitudinis capax eē uidet, q̄ppe ipſamet magnitudo formata locus eſt, in q̄ ineſt q̄dā dimēſio indeterminata & ꝯſiderata q̄tenus priuata termino cęteriſq; accñtibus q̄ in ea eē ſolent, ꝓfecto q̄dā terminus & limes in eo erit q̄ cū indefinitā dimenſionē definiat & ꝯtineat, forma eſt, & q̄ddā aliud in ea itē cōprehēſum eſt q̄tenus forma priuatū, qđ aliud nihil q̄ materiam uidelicet dimenſionē eē dicimus. Si ergo locus magnitudinis interuallū dimēſioq; dicit, & dimēſio ē magnitudinis mā elucet ergo ipſa argumēti deductio. Sed hoc admirabile ē q̄m mām loco ſimilē ſm dimenſionē & minime q̄ illa capax eſt, fecit. Niſi forte hoc Platoni adhuc integrū ſeruet, q̄ dimēſionē, ut ꝑcipiemus, qua capacē contēplari malunt. Verū alia ſuboritur q̄ſtio, qđ ſi dimenſio magnitudinis atq; intercapedo quātı q̄cq̄ eſt atq; metitur. Et quantū forma eſt q̄ igı̄t mō magnitudinis dimenſio mā dici pōt? Niſi māta dimēſio haud quantū menſuratum ſit, idcirco nec forma. ſed particeps formæ, ſecundum quantum & magnitudinem eſt. At contra, quædam effuſio inexhauſta magis dicenda uidetur, cuius rei teſtem ſeſe locupletiſſimum Ariſtoteles, offert qui ubi ſic perſequitur. { Eſt autē tale materia & indefinitum. } Talem ſententiam de ipſa habere uiſus eſt. Vocat autem magnitudinis dimenſionem ſubiectum indeterminatum, quodq; ante appellauit infinitum. Et cum dimenſionē magnitudinis ꝑfectæ mām affirmauerit, nullus porro putet corporeā intercapedinē aut dimēſionē tanquā magnitudinē & quātū, uel definitā quādā multitudinis ſm numerū diſtinctionē eē, q̄ māæ merito corporibus conueniat, ſed quandam ſolam in rebus, diſperſionem, effuſionem, & infinitionem, quibus materiatæ formæ longe ab his, quæ ſunt materiæ expertes interſunt. Atqui mihi hæc omnia materiæ rectiſſime tribuenda uidentur. Alexander uero quanquam plura diſſeret, quo materiatam dimenſionem a magnitudine diſtinguat tamen hæc confundere & in unum reducere uidetur quaſi omnis dimēſio magnitudinis & quāti particeps ſit. quocirca & hæc dicendis annectere propoſuit. Niſi quæ nunc aguntur ſic de materia intelligenda ſint quaſi non diligēter certoq; tractata, ſed illi magis uſu ut propoſiti demonſtrandi ab Ariſto. uenirent, quamuis (quod ante dicebant) materiatam dimenſionē magnitudinis infinitione atq; indeterminatione plane cōſignet aut deſcribat, & ipſam dimenſionem a magnitudine differre materiaq; magnitudinis perfectæ eē & contineri a forma, uelut a quodam plano & termino, utpote ſuapte natura indeterminatam fateatur. Nam (ut ante dixi) dimenſio, haud magnitudo quædam eſſe, ſed quædam indiuiduæ formæ & uirtutis eiuſdē q̄cquā unū efficiēdi adēptio et effuſio intelligēda eſt. Deinde q̄ ſit forma definiēs mām Alex. cū q̄rat, refert Ariſto. his indicare. { Vt ſub plano & termino. } Forma enim dicta eſt quaſi effigies, ideſt terminans, circunſcribens. atq; imprimens materiam, & minime uelut uis & ratio. Si enim plumbum grauitate & pondere definiatur cuius forma grauitas ſit, profecto nō qua corpus ab ea definiatur, ſed qua plano eſt definitum. Hæc igitur Alexander. Niſi forte forma quæ uim terminandi materiam habet cum qualitatibus ſimul capienda ſit, cui ſententiæ Ariſtoteles his uerbis aſſentiri uidetur. { Cum enim remoueatur terminus & affectiones a ſphæra relinquitur nihil præter materiā. } Verū ſiquis magnitudinis qua cōpoſitæ ex mā & forma q̄rere formā uelit, non plana & externū ꝯtinens inueniet, q̄ppe q̄ termini formæ magis ſunt, quā ipſa forma. Itē ſuperficies erit & nō ſolidū. Si p̄terea corpus infinitū admitteret corporis formā ꝓrſus haberet, q̄ nullis planis terminaret. Nā quāti cōtinui qua tale forma haud ſuperficies eſt, ſed ipſa natura, q̄ undiq; ꝑ totū ſeſe ꝓfundit. Ipſe quoq; libro ſuperiore ingt oē quātum qua huiuſmodi quantū aliquid eſt, ubi quantū cū duplicaſſet primū accentu acuto conſignatū & ſm graui legimus. Nā qđ nullū quantū eſt, ꝓrſus idipſum non eē affirmemus

oportet

oportet, quod uerum eſſe aſſeuerabimus, ſi cõmune in ſingularibus ſubſiſtere & nihilominus exiſtere fatebimur. Verum non ſimpliciter ſolã circũſcriptionem ſm planũ formæ Ariſt. tribuere uidetur, ſed illud exempli loco adduxit. Quocirca adiecit hoc, Vt, ubi hæc exprimit. { Vt ſub plano ac termino. } quod etiam exploratius pſequitur his explicare. { Cum enim remoueantur terminus & affectiones à ſphæra, relinquitur nihil præter materiam. }

Quamobrem et Plato, materiã & receptaculũ, idem eſſe ait in Timęo. Suſceptiuum enim & receptaculum, vnũ & idem. Alio vero mõ & ibi dicens ſuſceptiuũ, & in ijs q̃ vocãtur nõ ſcripta dogmata, locũ tamẽ & receptaculum, idem eſſe decla-
T.16. rauit. Dicunt enim omnes, aliquid eſſe locũ, quid autem eſt, hic ſolus aggreſſus eſt dicere.

Cõ.17. Cum hactenus locũ nobis quid ille ſit quærentibus reducẽdum eſſe ad materiem, ppterea quod q̃dam dimẽſio uidetur, dixiſſet, ac de Platone mẽtionẽ feciſſet, qui materiẽ in Timęo formarum materiatarum regionẽ aut receptaculũ & locũ appellauit, adhuc perſequitur exploratiorẽ eorum quę antedixit, intelligentiã facere. Interea forte quicquã nõ obſtat, ſi cõplura Platonis uerba in medio ponãtur. Hæc illa.

Quę cum ita ſe habeant, vnam eſſe quandam formam, quæ eodẽ ſemper modo ſeſe habens ortu interituq; careat nec aliqd aliũde in ſeipſa percipiat, nec in alio quicquã efficiat nec viſu, immo ſenſu nullo comprehendatur, ſed ſola intelligentia conſideretur fateri oportet. Secunda vero ſequitur, quæ cum prima nomine, nulla tamen ratione cõuenit, cuius etiam ſimilitudinẽ gerit, ſenſibus percepta, genita, delata, quæ rurſus in quo gignitur, inde decedat & pereat ac opinione ſenſus tamen ope concipi valeat. Tertiũ vero genus loci eſt, qui nõ interit, ſed cunctis quæ naſcuntur rebus ſedem ſeſe exhibet & ſine ſenſu tãgitur ac quadam adulterina rõne vix perſuaderi poteſt, pinde adhunc cum reſpicimus, tum ſomniamus atq; aſſerimus quicqd eſt in aliquo loco ſitum & collocatum eſſe, quãdamq; regionem occupare. Quod vero nec terrę, nec vllo vniuerſi ſitu comprehenditur, nuſq; eſſe arbitramur. Hęc porro omnia atq; alio his cognata aut germana, & ea potiſſimum, quæ circa eandem naturam verſantur, quæ ſane natura neutiquã inſomnium velut, ſed reuera eſt, ſomnijs pene impediti haud animo cõſequi valemus, at quo primo tẽpore exprecti de ipſa veri quicq; dicere inſtituimus, quaſi de quodam ſimulachro diſſerimus, quãdoquidẽ non eãdem effigiẽ, aut viſum, phantaſmaue quo primũ impreſſa, ſed varia ſemper referat. Quocirca alterius particeps aut eiuſdem ſibi eſſentiam vtcũque vendicet oportet, aut nihil penitus eſt. Verũ cum ipſa reuera ſit, ne velut ſomnium plerũq; deridea tur, exq̃ſita veraq; ratio eius patrocinũ ſuſcepit, vt dum ipſa aliud atq; aliud eſt, & neutrum ſit, ſimul vnũ ſit & duo fiat. Hęc ratio aut ſentẽtia itaq; meo quidem decreto ſuffragioq; ſummatim decẽ velim, vt nemo abroget hoc decretum tria ante vniuerſi molitionẽ originemq; triplici rõne, qđ eſt videlicet locum & rerum ortum fuiſſe.

Cum ergo hęc & huiuſmodi fere alia Plato diſputet, hoc in loco ut ſæpe alias Ariſto. momentum uerborum Platonis nõ animaduertens tradit eum ipſum materiã & locum idem aſſeueraſſe, quemadmodũ ij etiam, qui idem ex ipſa dimenſione pbant. Accedit quod ubi Platoni hoc obijciendum erat, haud in illum inuexit q̃d materiam formarũ locum Plato cẽſuit. Nam duplicem loci ſignificationem quarũ una ille dicitur capax formarum, Ariſto. non ignorauit, quãdoquidẽ in libris de anima eos comprobet qui animam ſpẽrum locum non actu, ſed potẽtia eaſdem obtinẽtem introduxere, & alia idem fertur eſſe corporum capax, de quo nunc cœpta eſt diſputatio, ſed id ſolum in Platonem profert, qm̃ ſi ille affirmat mãm locũ eſſe, & formæ ideæq;, ac numeri (ut ſentit) in mã collocãtur, quo igiẽ mõ ideas formas negat loco cõtineri. Nam ad eas uſq; ſeſe mã porrigit ijſq; cõem facit, quocirca nullus extra uniuerſuz locus (ut ſuperiore libro de infinito dixit) perquiri põt. Atqui forte neq; Platoni obuiã ire, ſed certiores illos facere uoluit, ne cum Platonem ita interpretari poſſint, eadẽ loci ſignificatione q̃ nunc q̃ritur, eũdẽ ſuſtineãt aſſeruiſſe mãm locũ eſſe. Prętereа formas & numeros aliquo loco redimitos et cõtentos nequaquã negauit, q̃nquidẽ mãm ab eiſdẽ affici mutariq; aſſenſus ſit. Hactenus Ariſt. Cæterum Alexan. quoq; mãm alia ſignificatione ac pſenti in Timęo locum appellari fateẽ. Verum nõ iniuria Platonem Ariſt. carpere inquit, q̃d quãquã eum ibi mãm locũ uocaſſe tranſlatione quadã interim utentẽ quiſpiã defenderis, tñ culpa nõ uacat, q̃d ei qui nomina trãslatitia in hac re ſibi uſurpat, primũ operæpretiũ eſt noſſe atq; diſtinguere qd ſit ,pprie locus. Sed niſi de loco Plato alias accurate tractaſſet, merito increpandus eſſet, ppea q̃ de illo dicturus quẽ ,pprie ſumẽdum eſſe prius nõ explicauit, q̃ illo tranſlatitio uſus ſit. Quod uero de induſtria mãm locum formarũ & nõ corporũ eam affirmarit, e ſuperioribus uerbis illius uel maxie exploratũ habemus. Quod item hmõi uſus non ſimplr tranſlatitius dici debeat, ſed quadã cõi loci ſignificatione receptaculũ, & locũ mãm uocet cum idẽtidem animũ ſpẽrum locũ appellandũ eſſe Ariſt. cenſuerit, ex dictis pauloante perſpicuũ ſit. Si. n. idem cuius eſt particeps, & ã quo definiẽ recipit, & q̃ recipit ac cingit undiq; aliquid locus ſit & cenſeẽ illius, materia itaq; formarũ locus affirmabitur, quod particeps eſt formarum, ſed nequaquã corporum locus dici debet. Nam corporum alius eſt locus. Verum in Timæo etiam locum eſſe capacem poſuit. Videtur item latiorem quãdã aliam loci ſignificationẽ Plato nouiſſe, qua uniuſcuiuſque ordo diſtincte cognoſcitur. Nam ſiue hic poſitione fiat, uelut in corporibus, ſiue participatione, quemadmodũ cõtingit his quę ſunt actu & potentia, ſiue ſola determinatione ſolius ordinis, id quod ordinem alicuius ,pprium deſignandi determinandiq; habet, locus eſt, quia ordo (ut ante dixi) poſitione fit, quod enim in hoc ordine determinatũ eſt, in eo poni uideẽ, at omnia in loco ponũtur. Hac porro cõmuni ſignificatione loci, qua ſcilicet id quod ordinem alicuius determinãdi diſtinguẽdiq; habet, locus uocaẽ, in Phędro ſupercœleſtem locũ Plato his nominat. { Sed ſupercœleſtẽ poeta locũ nullus adhuc laudibus celebrauit. } Quare his q̃ de mã perinde ac de loco diſputantur, haud de corporũ ambitu aut cõplexu, ſed tanquã de receptaculo formarũ adductis aſſentiamur, oportet. Verũ de corporum loco quam nãm habeat, Platonẽ aut diſſeruiſſe, aut quicquã ſigillatim demõſtraſſe haud certo ſcio. Demũ nemo mãm locum corporũ pugnaciter defendat ſiquidẽ oĩa corpa uel mã & forma cõſtent, uel ſint formę in mã: Nam formarũ nõ mõ mã capax, ſed etiã ſui ipſius erit. Sũmatim pterea ſi corpus ubi moraẽ alio ſeſe dein trãsfert, & ã materia tum nõ ſeſe auocat nec diſcedit, pfecto materia nõ erit locus. At de his hactenus, quod Ariſtotelem hanc ſubiectionem aut [illegible] cõ

ſutantem mox audituri ſumus. Interea ad Platonem reuertamur, qui diuerſas loci ſignificationes, aliam ſcilicet de materia, aliam uero de intelligentijs aut rebus intellectu percipiẽdis in Phædro plane indicat. Significatio enim loci pro materia, qua dicitur receptaculum, & id quod alio definitur ac unum efficit cum illo, quod recipit, palam à ſe aliam repellit ſignificationẽ, qua intelligentijs ſuper cœleſtem locum in Phædro Plato pręſcripſit. Nam cum de materia tanquam de loco, regione, receptaculo, ſede formarũ agere uideatur illiuſq; percipiendę modum depromat, quod { ſine ſenſus functione tangi poteſt, &
» quadam adulterina rõne uix perſuaderi ualet, } hæc ſuiungit
» { Proindead hunc cum reſpicimus, tum ſomniamus, } & cætera alia, quæ literis pauloante conſignauimus. Atqui ſi de corporum loco nihil Plato cõmentatus eſt, quonam pacto ipſum ſolum quid ſit locus explicare aggreſſum fuiſſe Ariſto. fatetur. Niſi quod dum locum, quem materiam tãquam receptaculũ ille uiſus eſt aſſerere, ſempiternum, & ſedem formarum, quę interire queunt ac ſine ſenſus functione tangi poſſe, & quadam adulterina ratione perſuaderi & quot deinceps de illo exprimere ſtudet, hoc modo quid ille ſit, explicet. Qua igitur ipſam locum & receptaculũ uocat, ſic locũ attigiſſe Platonem Ariſto. inquit. At forte id Ariſto. notauit, qui Platonicę ſapientiæ altitudinẽ inter omnes alios maxime calluit, quod quãq; ille quæſtionem de loco diſtincte palamq; non uideatur ꝓpoſuiſſe, tamen quia locus non abiunctus à corporibus imo ſimul cũ illis ſubſiſtit, hac de cauſa corpora & illum una cõſiderat de cuius ui & potentia porro in Timæo diſſerit, inde quoq; fit, ut cũcta ſecundum eaſdem affectiones loca mutent. Nam plura ex ſuo proprio genere inter ſe loco proprio diſtant quem motu peculiari conſequuntur. Sed ꝙ diſſimilia ſemper ſeipſis ſunt, ad illorum locum appetitu ꝓficiſcuntur, cum quibus ſimilitudinem gerunt. Poſtremo alio modo in Timæo, & alio in colloquijs quæ ſcriptis non conſignauit materiam à Platone nominari refert. In Timæo enim ipſam receptaculum nuncupat, quod infinitatem quo ad intellectum recipit, ſed in colloquijs quæ ſcripta non reliquit, eandem magnum & paruũ appellauit. Quod uero cuncti locum eſſe fateãtur uel ex eo exploratũ habemus, quod omnes illius differentijs uſi ſunt.

Merito autem ex his, conſiderantibus, videbitur vtique eſſe difficile cognoſcere quid eſt locus ſiquidem horum vtrumuis eſt, ſiue materia, ſiue ſpecies. Hæc enim & altiſſimam habent ſpeculationem, & ſeorſum a ſeinuicem non facile eſt ipſa cognoſcere.

Com. 18. Cum aperuiſſet quaſdam rationes, quibus perſuadetur locus ſpecies formaq; eſſe, quaſdam item, quibus materia & ſubiectum deducitur, his concludit ſermonem de loco arduũ eſſe. Etenim de materia ſola, à cæteris rebus ſcilicet abiũcta quam difficilimus eſt ſermo, ſiquidem hoc modo ſm Ariſto. illa percipi nequeat, ideo proportione aut comparatione ſolum perpẽditur, & ſm Platonem adulterina quadam ratione uix perſuaderi ualet. Difficilis quoq; eſt ſermo de forma, q̃d ad eam percipiendam purgatam mentem & certam cognitionem habeamus neceſſe eſt, & quoties unam formam aliquis explorare cognoſcere cupit, omnes animo bene recteq; meditetur ob uinculum et diſſenſionẽ quibus cum eadem alijs, tum diuerſa eſſe uidetur oportet. Si præterea materia & forma rerũ initia ſunt, ſumma maximeq; extrema eſt eorum contemplatio. Accedit quod neutra abſq; alia (tam nimirum inter eas mutua neceſſitudo intercesſit) percipi poteſt. His itaq; omnibus non facile eſt animo aſſequi quid locus ſit.

Tex. 17. At vero, quod impoſſibile ſit vtrumuis horum eſſe locum, non eſt difficile videre, ſpecies enim atq; materia, non ſeparatur a re. locum autem, cõtingit. In quo nãque aer erat, in hoc rurſus aqua (vt dicimus) fit, viciſſim trãſlatis & aere & aqua, & alijs corporibus ſimiliter.

Enumeratis illis hactenus quibus locum materiam aut formam eſſe aliquis ſuſpicaretur, ſeptem perſequitur argumenta quibus cõmoſtrat locum neutram eſſe. Et primum in ſecunda figura hoc modo affert. Cō. 19.

Materia & forma à re cuius ſunt initia auelli nequeunt,
Sed locus auellitur,
Locus itaq; nec forma nec materia eſt.

Quod uero forma materieſq; à compoſitis quãdiu ſunt, auelli nequeant, perſpicuum habemus, quod earum merito cõpoſita ſubſiſtunt. Quod item locus ſaluis rebus, quas capit ab eiſdem auelli ſeiungiq; ualeat, inductione quadam ob uiciſſitudinem trãſlationem ad diuerſa loca corporũ probat. Vbi enim ante aer inſidebat, eodem rurſus aqua ingreditur. Et rationem inductione efficiendam eſſe his, { Et alijs corporibus ſimiliter, } indicauit. »
»

Quare neque pars, neque habitus, ſed ſeparabilis locus eſt ab vnoquoque.

Cō. 20. Locum auelli a re poſſe, quam complectitur, cum ſuperioribus oſtendiſſet, merito aliam concluſionem ſubnectit, locum ſcilicet nec partem eſſe illius, quod ambit.

Si enim pars eſſet, & ſemoueri poſſet, ꝑfecto ꝙ primo tẽpore ſemota abiũctaq; fieret, ne adhuc pars ꝑmaneret nec id totũ, cuius erat pars, integrũ ſubſiſteret. Nec illũ uelut habitũ abſtrahi poſſe concẽdas uelim, ꝙ is deeſt & interit ſeparatus.
Sed locus permanet etiam abiunctus,
Quare locus nec materia nec forma recte affirmari poterit.

Cæterum partem pro materia, & habitum pro forma intelligere quiſpiam poteſt, quaſi materia ſit pars, & habitus affectio eius. Habitus inquam eſt ueluti quædã perfectio accidens ceu forma. Poteſt item pars latius pro cunctis partibus quę aliquã naturam conſtituunt & habitus pro accidentibus intelligi. Nã, locus nec affectus, nec uis, nec quicquã quod in eo ſit, dici debet. At locus ne accidens eius eſt q̃d loco continetur? Nequaquam, niſi corpori accidat ut ſemper loco complectetur. Sed locus quidem ei quod capitur, nequaquã accidẽs ſit, ſi cui tamen dici accidens neceſſe eſt, tribuatur corpori continenti, cuius ſuperficies terminus efficitur.

Etenim videtur, tale quid eſſe locus, quale vas. eſt enim vas, locus transferri valens. vas autem, nihil eſt ipſius rei.

Hæc proxime ſuperiori concluſioni, quæ ſecũda erat, interpretes copulant. Sed idem probat ſimilitudine qua uas cum loco confertur. Etenim uas eſt capax eius quod in ipſo reconditur, quod etiam definiunt eſſe quẽdam locum qui trãsferri aliq poteſt. Sed hoc argumentum eſt. Cō. 21.

Vt uas rei reconditæ nihil eſt, pariter & locus rei collocatę.
Sed materia & forma ſunt rei quicquam.
Locus itaq; nec materia nec forma.

Verum hæc antedicta tres concluſiones eſſe poſſunt, & una tantum, quod ſi una extiterit, duarum præcedentium altera minoris propoſitionis probatio dicenda eſt, quæ ſic producebatur. Locus auelli à re poteſt. Alia uero & eiuſdem minori oſtẽſio à parte & habitu ſumpta eſt. At cui magis aſſentiunt antedicta quoq; duæ elici concluſiones queunt. Et hęc in contextu præſenti erit ſeorſum ab alijs tertia.

Quatenus igitur ſeparabilis eſt a re, eatenus ſpecies non eſt. Quatenus vero cõtinet, eatenus diuerſus eſt a materia. T. 18.

Quod forma materieſq; hoc inter ſe cõueniunt, ut ſeiungi à compoſito nequeant cõi quadã demõſtratione locũ nec formã nec mãm eſſe hactenus ꝓbauit. Sed cũ materiæ ſuapte natura comparatum ſit, ut cõtineatur & non contineat, quemadmodum locus, hoc quoq; diſcrimine ſeparatim locum à ma- Cō. 22.

teria

teria alienum eſſe oſtendit. Præterea nec formã eſſe rurſus eodem ut pauloante argumenti neruo uſus, quod ſcilicet locus ſeparabilis, at forma arceri, aut abiungi non poteſt ſenſum demonſtrat. Vel forte non eadẽ ſignificatione nunc ut prius hoc uerbum (abiungi nõ poteſt quod de forma dictum eſt,) Ariſt. intellexit, quippe idem bis eodemq; ſenſu aut ſignificatione dicere ſuperuacaneum ſit, ſed illo inſinuauit uim continendi, quã cum loco cõmunem forma habet. & ea ipſa ui locus à materia diſtinguitur, ſecius multo formæ ac loco conuenire, quoniam illa aliquid continet tanquam eidem ingenita inſita nequaquã ſeparabilis, at locus eo pacto continet, ut ſeiungi queat. Alexãder porro huic loco quo abſolutus his uerbis explicetur, operã dedit. Nunc enim quid inter locum & materiam atq; formam inter ſit ex eo potiſſimũ ſumit, quod utriq; maxime competit. Nam formæ materiatæ cum re compoſita tanta eſt conſuetudo & coniunctio, ne unquã ab ea ſeparari poſſit quin intereat, at materia quãquam à forma penitus abſtrahi nequeat, ab hac tamen uel illa ſeparabilis eſt. Hominis enim (exempli cauſa) interitus eſt ubi primum animam exhalauerit, ſubiectũ uero manet, quod aliam formam induit aut recipit, merito itaq; improbauit locum eſſe formã, quia ipſa non poteſt abſtrahi ſine clade eius quem continet, locus autem longe aliter nullius rei locatę detrimẽto ſeparari ualet. Materia autem quoniam aliquo modo ſeparabilis eſt, non hoc argumenti neruo, ſed hac cauſa quod continetur locus eſſe improbatur, quippe quæ aliter ſobſiſtere, è numero quoque rerum eſſe, niſi à forma definiatur, non poteſt.

Videtur aũt ſemper, id quod alicubi eſt, & ipſum eſſe aliquid, & aliud aliquid extra ipſum.

Cõ.23. Quod dicitur euidens eſt, quod euidentia cõmuniq; conſenſu inter omnes quicquam aliud locum eſſe & aliud id quod loco cingitur, pſpicuo conſtat. Sed interpretes ex his uerbis quartum argumentum trahunt.

Si locus ab eo q̃d eſt in loco diſtinguitur, quoniam locus extra iacet, illud uero intra fines illius ſeſe collocat profecto locus non erit materia & forma quod hæ ambæ nõ foris, ſed finibus loci circũſcribuntur. Verum poteſt horum uerborum ſententia dici præcedentium argumentorum concluſio, quæ ſit ab euidentia ſumpta. Et dubio pcul huiuſmodi ſcriptura, quæ habet hanc γὰρ, aut enim dictionem tali ſententiæ conſentanea magis eſt. Nam hæc uerba in quibuſdam exẽplaribus ſic adduci ſolent. { Videtur enim ſemper id q̃d alicubi eſt. } Quoniam itaque id quod forma materiaq; conſtat cum ſit in loco ab eodem diſtinguitur, merito quicquã aliud erit locus & alia quædam dicentur materia & forma.

Platoni tamen dicẽdum erat, ſi liceat digrediẽtes dicere quare nõ ſunt in loco, & ſpẽs & numeri ſiquidẽ id quod particeps eſt, locus ſit, ſiue magnum atq; paruum ſit id quod particeps eſt, ſiue materia, quemadmodum in Timæo ſcripſit.

Cõ.24. Superiore libro cum uerba de iſinito faceret, Platonem, ne corpus ullum extra cœlum, immo nec ideas quod illæ nuſquã moranẽ, aſſeruiſſe tradidit. At in his de illo mẽtionẽ facit, perinde ac dixerit materiẽ ſpecierũ formarumq; locũ. Ariſt. igiẽ ſuperficiem uerborũ Platonis & non momentum confutat.

Si enim locus recipiendi corpora uim habet, cur nõ alicubi ſpecies aut ideas æque collocauit ac numeros? Equidẽ in illis diſputationibus cõmentationibuſq; de bono quas ſcriptas poſterio non reliquit ipſum capax aut receptaculum magnũ & paruum nuncupauit, quod in Timæo materiam quam regionem quãdam & locum materiatarum formarum etiam uocauit. Et quãquam hæc inter ſe pugnantia uideantur, ſecus tamen ſunt. Nam materiam locum materiatarum formarum uelut receptaculum earum profert, at ſpecies aut formas ſeparabiles inquam à materia uel ideas negauit eſſe i loco. Haud enim quemadmodum materiatæ formæ in materia reponuntur, ita illę locum obtinent, immo nec uelut corpora, quæ loci ambitu continentur. Verum euidentior repugnantia apparebit, ſiquis negãti ideis locum nec extra cœlum illis aliquam ſedem tribuẽti quæ diſputata ſunt in Phædro protulerit. Hæc ſunt.

{ Sed ſupercœleſtem locum poeta nullus adhuc laudibus ſatis tem pro illius merito aut ſatis celebrauit, ſine colore enim & figura, ac tactu cum quædam natura uere ſit ſolo animi gubernatore ſpectabilis in quo ſciẽtia ueri inſidet, hũc locũ habet. } Paulopoſt hęc alia hunc in modum refert. { In hoc autem circuitu intuetur iuſtitiam, intuetur temperantiam, intuetur ſcientiam, nõ illa de rebus gignẽdis eſt, nec qua ſua in alio eẽ queat ut noſtra, quam nos earum rerum quæ ſunt, appellamus, ſed illam conſpicit quæ in illo quod uere eſt, collocatur quemadmodum cæteræ aliæ res quæ ueræ ſunt. } Ex his enim cognoſcere potes quam plane ideas iuſtitiæ, temperantiæ & ſcientiæ in loco ſtatuit. Nam ea ĩpa unaquęq; idea eſt. Quo fit, ut exploratum habeamus illum, cum locum hunc tradat extra cœlum eſſe, alium locum et receptaculum in Timęo materiatis rebus aut corporatis tribuiſſe, & alium laudaſſe in Phædro ubi locũ pro eo indicat quod uim ibi ordinem diſtinguendi habet. Sed mirum mihi uidetur, quonam pacto Alexander, quãquam cognouerit nunc Ariſtotelem ſpecies formaſue appellare ideas, putet Platonẽ urgeri aut cogi, ut collocet alicubi ideas, quãuis illas materiæ expertes aſſerat, quia materiã locum & receptaculum materiatarum formarum eſſe aſſeruit? Cæterum dum dicit { Digredientes } digreſſionem uocat rationem, q̃d quãtum ad rem attinet, oſtendiſſe locum materiam non eſſe, quẽadmodum Plato approbauit, ſuppetit. Verum quod affirmat non ſimplr locum eſſe, ſed formarũ, ſibi haud cõſtare uidetur, q̃m alias formas ſpẽſue non alicubi locat. Quocirca inducendo aut inferendo hoc abſurdũ Ariſtoteles fatetur ſe ab eo q̃d tractandum ſibi propoſuit, digredi.

Amplius, q̃uo ferretur in ſuũ locũ, ſi locus eẽt materia, aut ſpẽs? impoſſibile. n. eſt, cuius neq; eſt motus, neq; ſurſum aut deorſum, locũ eſſe. Quare, quærendus in huiuſcemodi eſt locus.

Tex.19.

Alterum argumẽtum adducit, quo etiam improbet locum materiam & formam eſſe, idq; hoc modo conficitur. Com.25.

Si locus forma aut materia eſſe denfenditur, pfecto nihil eorũ quę cientur, ad pprium locum perueniret.

At omne quod alio ſe transfert, ſuapte natura ad ſuum locum petere contendit, grauia ponderaue deorſum, & leuia ſurſum niſi obſtent impedimenta, contendunt.

Locus itaq; nec materia nec forma eſſe poteſt.

Nam nihil ad formã aut ad materiem transfertur, ppterea q̃d una cum ipſis & in ipſis quę alio meant, utraq; eſt. Quid enim aliud eſt id quod ſeſe aliquo recipit, quam materies & forma. Deinde quod ſubiungit contextus his uerbis { Non enim fieri poteſt, ut cuius nec ſurſum aut deorſum eſt, locus ſit. } Alexãder tradit aliam rationem eſſe cum ſuperiore connexam huiuſmodi conficiendam.

Id ad quod nihil tendit, locum dici non decet.

Sed ad materiem formamq; nihil tendit.

Locus itaq; nec materies nec forma.

Præterea illud quod uerbis antedictis inſertum eſt, & his uerbis expreſſum. { Neq; ſurſum aut deorſum. } Aliam rõnem hoc modo confici poſſe Alexander affirmat.

Quod his differentijs ſurſum & deorſum loci caret, nequaquã locus uocetur oportet.

Atqui materies formaq; his uacat differentiis.

Locus itaq; nec materia nec forma uocetur, par eſt.

Verum (ut inquit) ipſe cum ſimul omnia collegerit, unam ueluti rationem cõfecit percontando, quonam pacto adhuc quæ cientur, aliquo aut ad propria loca, ſi admiſerimus locum formam aut materiem eſſe, ſeſe conuerterent, quaſi nihil moueri

proficiſcitur ad peculiarem ſibi formam aut materiem quam euidens habeatur. Hactenus Alexāder & Aſpaſius. Ni forſitā is contextus uniuerſus una ratio tantum ſit, quod etiam Alexāder nouit, quæ ratio habeat deductionem eiuſmodi atque paulo ante expreſſimus. Videlicet.

Si locus forma aut materies eſſe defenditur, profecto nihil eorum quæ cientur, ad proprium locum perueniret, in qua aſſumptionem uelut manifeſtam prætermiſit, ſed deductionem aut connexum his uerbis probat. { Non enim } fieri poteſt, ut cuius nec ſurſum nec deorſum eſt, locus ſit. Si enim ad materiem aut formam nihil proficiſcitur, nec ſurſum & deorſum differentiæ loci, ad quas tendunt naturales motus, ſunt materię aut formæ differentiæ, his utriſque uel maxime patet nihil eorum quæ mouentur ad ſuum locum peruenire poſſe ad ſupremum ſcilicet aut ad imum. Quam abſurdum id ſit, luce clarius. Pręterea me ad talem uerborum explicationem reuili, quod mihi ſeſe hæc coniunctio obtulit. { Enim. } quæ in aſſignandis cauſis plurimum ualet. Nam inſerta eſt, ut cauſa tradatur, cur ſi locus materies aut forma dicitur, nihil proprium conſequeretur locum. Hæc igitur deducta ſunt ac commoſtrata, (modo à uero non ſint aliena) ne locus materia aut forma eſſe credatur, ſed illud dici debeat, quod antedictas differentias loci ſurſum et deorſum habet idque ratione antedicta. Poteſt item in ſecunda figura (ut dicunt Græci) categorice hunc in modum ratio formari.

Locus eſt ad quem cum fuerit proprius omnia proficiſcuntur quæcunq; cientur.

Sed ad materiem & formam nihil proficiſcitur.

Locus itaq; nec materia, nec forma dici debet.

Et ut ſummatim dicamus corpora quæ in loco ſunt materiem & formam ſemper habent, quo igitur pacto ad proprium locum mouentur.

Tex. 20. Si vero in ipſo locus eſt (oportet enim, ſiquidē aut forma, aut materia eſt) erit locus, in loco. trāſmutatur enim ſimul cum re, & mouetur & ſpēs & indefinitum, non ſemper in eodē, ſed vbi vtiq; eſt, & ipſa res. Quare, loci erit locus.

Cō̄m. 26. Sextum (ut opinor) hoc loco adducitur argumentum deductione quadam idem probans ut prius, quam deductionē uocant argumētum ad impoſſibile q̄d Latine poſt hac dicentus ad id quod fieri non poteſt. Idq; hoc modo.

Si locus rei iſitus eſſet, nimirum locum aſſignabimus loco. At hoc cum propter naturam loci, tum etiam quod corporis ipſe locus eſt & non loci, ac ne abeat res hęc in infinitum poſito loco ſemper ante locum, fieri non poteſt. Deinde his proxime ſequentibus. { Oportet enim ſiquidem aut forma, aut materia eſt. } Corroborat huius loci, ut aiunt, hipotheſin idest ſuppoſitionem ὑπόθεσιν, (latine dicere poſſumus duobus uerbis) ſubpoſitionem hoc modo.

Si enim locus materies aut forma aſſeritur, in ipſa re profecto, quæ illis componitur, collocetur oportet. Ipſum uero deductum ſeu conſequens integrum probat. Ex eo enim quod forma & indefinitum materia ſcilicet ſimul cum re compoſita mutantur & è loco ſuccedunt alio, atq; ibi morantur, ubi iacet compoſitum, ſi locus ergo hæc affirmatur, uel maxime patet locum una his mutans aliorq; proficiſcentibus mutari & proficiſci ex loco ad locum, quare locus collocetur in loco neceſſe eſt. Quod uero ex materia & forma corpora naturalia ad locū concedant locos item mutent, in his qui ſenſu præditi ſunt, perſpicuū eſſe opinor. Deinde idipſum, moueri uidelicet loca, abſurdum quis tam ſtupidus nō fatebitur. Oportet itaq; quod cietur hac & illo proficiſci. Cæterum in his dubitationem hāc Alexā. mouit forte minus neceſſarium eſſe, ut quicquā ſi locū occupat, ea quoq; q̄ in ipſo ſunt eūdem obtineant, niſi per accidens, partes enim eorum q̄ alicubi manent & qualitate eorum non ſunt in loco per ſe. Quare & ſi cōpoſitū in loco fuerit, non eſt neceſſe ut forma & materia ſit in loco niſi per accñs. Quare ſi locus aut materies aut forma eſt, nō collocabit in loco niſi per accñs, & hoc mō nullum incōmodum ſuſcipitur locum in loco aſſumari. Etenim ipſe dicturus locū eſſe cōtinentis terminum, tum ibi in eodem utriūq; & cōtinentis & contentō terminum affirmabit, quod ſuperficies quæ ſeſe mutuo tāgunt in eodem inſidēt. Vnde diluens dubitationē Alexā. tradit hæc. q. ſi materies uel forma ſtatueretur cōpoſiti locus, eidem utraq; æqualis diceretur, q̄d locus adæquatur rei, quā complectitur. Si ergo cōpoſitum æquale ipſi loco eſt quē ad ut. Et quæ eidē æqualia dicūtur, inter ſeſe æqualia uidētur, locus ille nimirum materiei & formæ æqualis erit quē corpus compoſitum ingreditur, ſed quod loco cōplectitur eidē adæquaē & cohæret, materies naq; uel forma per ſe nequaquā per accidens loco continebantur. Nam quo diſtat corpus dimenſumq; eſt, locū capit, ſi ergo materies & forma ſimul cum ſuo compoſito diſtant ac extenduntur eundem locum per ſe occupabunt, quē tenet corpus & eidem adæquatur. At abſurdum eſt, ut ait Alexan. duobus ſimul locis & primo cōtineri, q̄nquidē eidem æqualia ſint materia uel forma & locus. Etenim hæc cōpoſito quod locus eiuſdē eſt, ęq̄lia diximus. Quare patet duo loca ſil' eiuſdem primo & per ſe, minime uero per accñs & per aliud fore.

Amplius, quando ex aere aqua facta eſt, perijt locus. non enim in eodem loco eſt, quod factum eſt corpus. Quę igitur corruptio? Ex quibus igitur neceſſarium eſt eſſe aliquid locum, & rurſus ex quibus dubitabit vtique aliquis, de ſubſtantia ipſius, dictum eſt. T. 21. T. 22.

Ferunt hęc aliud argumentum, & propriam de loco dubitationem introducere, quod tum cuiuſcunq; corporis locus interire uidetur, cum unum corpus i aliud mutaē & cōuertitur. Signum uero loci interitus hoc afferri pōt, quod ubi primū unum in nām alterius conuerſum fuerit in eodem nō permanet loco, ſed eum amittit. Sed quis loci interitus? Ni forſitā adiecerit illud { Amplius, } ut indicet hoc argumentū adhuc ad proxime dictam q̄ſtionem ſpectare. Verum ſi forte aliā comp̄hendit dubitationem illa negligēda, non eſt, imo (ut fecit Aſpaſius) ſuſcipiatur. Cum. n. ex aere aqua ex maiore uidelicet corpe minus gignitur, q̄dam loci pars interit q̄d non tm̄ ambitus aqua q̄ṽum dudum aer obtinebat in ipſam cōuerſus, occupat. Sed q̄s ſit loci interitus admodum difficile (ut percipiemus) eſt aſſignare. At hæc ratio ei argumento q̄d ab auctione loci paulo prius ſumebatur proſimile & cognatum uidetur, in quo dixit. { Qūo ergo dicemus de his q̄ augmētanē. } Vt enim ibi oñdebamus q̄ ſi locus numeraretē iter reliquas res, illum augeri oportere, ita in hoc cōtextu concludit neceſſe eſſe, ut locus pereat. Sed q̄ño augeretur locus uel minueretur dubitatū eſt. Nam à uero primum abeſt, atq; ſecundū, q̄d ē ſuo abire loco ipſius loci interitus ſignū nequaquā eſt. Fieri. n. poteſt, ut poſtq̄ ex aere aqua genita eſt deſcēdat, & tum ſupra idem permaneat locus, quāq̄ non idē aer in ipſo perſtet. Sed argumentū ad eam q̄ſtionē attinere melius lōge dicendū exiſtimo, q̄ probandi locū nec materiem, nec formā eſſe ſibi prouinciam ſumpſit q̄d tn̄ argumentū magis probat locum formā dici nō poſſe, ut Alexan. tradit nobis hoc modo rationem conſtituentibus. Cō. 27.

Cum enim corpora q̄dam in alia cōuertuntur, formam ſuā amittunt, non. n. eandē aeris & aquæ formā aſſeruabimus. Locus porro ſi forma cenſeē, eorū locus ualeat itereatq; oportet, quare eodē perſtare loco deſiſtunt, at abſurdū ſit, ut locus intereat. Verum ſi locus interire poſſet, nō lōge à dubitatiōe eēt, num locus ſit forma. Quod ſiquis locū materiē ob uiciſſitudinem corporū in ea putet, profecto à uero abhorret, q̄d mā̄ eſt ſolum q̄ uiciſſitudinē hm̄ōi fert & ſuſtinet. Illa. n. cum permaneat uarias formas recipit, quare à mā̄ locus diſtinguitur. At qui cum Alexandro hæc ratio uideatur uerior adduci de forma & de materia, quomodo ſibi ſumēs locum formam dixit perſpicuum

cuium

cuum eſſe interitum formæ, ſed ne locus interire queat dubiũ
eſſe & ſic locum à forma differre concludit,& materiam cum
ſtudeat haud locum eſſe patefacere,oſtendit illam permanere
& locum interire? Niſi forte ſi cõcedatur locus forma uel ma-
teria id incõmodi utro conceſſo ſequatur locum ſcilicet interi-
re dum corpora inuicem tranſmutant. Si enim non fruſtra mu
tationem ex aere in aquam,& prorſus eã qua ex maiore quic-
quam minus corpus gignitur,poſuit,ſed potius ut anguſtiã cõ
tractionemq; magnitudinis non mõ formæ. uerũetiam mate-
riæ dimenſionis merito factã indicaret,uel maxime patet cõ
cludi abſurdum. Et conficietur ſyllogiſmus hoc modo.

Si locus materies uel forma affirmari licet, cum corpo-
rum unum maius in aliud minus cõuerteretur uel mutaretur,
locus periret.

Sed hoc fieri nequit. Nam quomodo locus euerteretur?

Verum aſſumptionem in hoc ſyllogiſmo aut ratione tan-
quam euidentem prætermiſit. Vbi enim contrariũ eſſet in quo
interiret,uel e quo oriretur locus? Sed cõnexum his uerbis ꝓ-
» bat. { Non enim ĩ eodem loco eſt.quod factum eſt corpus. }
Etenim ſi locus forma eſſe cõcederetur, profecto alius ex alio
oriretur,ſi uero materia, tum minor ex maiore locus fieret, &
ſic rurſus non in eodẽ loco ſucceſſiſſet corpus. Quod uero lo-
» ci interitũ pro abſurdo inferat,his ſequẽtibus ſignificat. { Quę
» igitur corruptio? } Idem quoq; e cõmuni conſenſu de loco ꝑ-
ſpicuum ſit, quod locus non una cum his quæ loco complectũ
tur,interit,quemadmodum neq; uaſa ubi recondita diſſoluun-
tur,frangi uidentur,immo integra uiciſſim aliud atq; aliud re-
cipit corpus. Proinde exploratũ eſt nobis corpora ad uaria lo-
ca proficiſci,& nullum locum alio abire nec unum alium ui-
ciſſim recipere. Non enim locus ſupra ſeſe ad locum infra re-
cipit,quonã pacto fieri hoc poteſt, ſed corpora q̃ ſupra ſunt,
ad imum & deorſum deſcendunt. Poſtremo ubi Eudemus
probauiſſet locum non eſſe materiã huiuſmodi ſuppetias fert.
Materies adhuc cietur,locus uero ĩmutabilis. Sed hęc ratio nõ
tam materiæ q̃ formę fauet,quod ipſa quoq; mouetur.

T.25. Poſt hæc autem accipiendum eſt,quot modis
aliud in alio eſt. Vno igiť modo,vt digitus in ma
nu,& omnino pars in toto. Alio vero,vt totum in
partibus.non enim eſt præter partes,totum. Alio
autem modo, vt homo in animali, & omnino vt
ſpecies in genere. Alio autem, vt genus ĩ ſpecie,
& omnino pars ſpeciei in ſpeciei rõne. Amplius
vt ſanitas in calidis & frigidis, & omnino ſpecies
in materia. Amplius,vt in rege,Gręcorum res,&
omnino in primo mouẽte. Amplius,vt in ipſo bo
no,& omnino in ipſo fine.hoc autem eſt,id cuius
cauſa. Omnium autẽ maxime ꝓprium eſt, quod
vt in vaſe, & omnino quod in loco.

Cõ.25. Cum rationibus finem feciſſet quibus locus neceſſario ſiet
cęteras res conſtituitur,rurſuſq; ea abſoluiſſet quibus quid lo-
cus ſit,& num ſit quiſpiam uocaret in dubium,quoniam ſi lo-
cus aliter eſt,ac eſſe deberet, dubitari nũ prorſus eẽt,oportuit.
His itaq; abſolutis rationibus atq; confuſis ueterum opinioni-
bus diſtinctis,reliquum ſeſe ad inueſtigandã loci naturam pa-
rat. Et cum ex his,quæ loco continentur,eundem cognoueri-
mus,& id quod in loco moratur,in aliquo ſit,primum ſignifi-
cationes eius quod in aliquo dicitur,enumerat, quæ enumera-
tio aut diuiſio,& hunc uſum præſertim eſt, ut diluatur dubitatio
Zenonis, quæ cum locum in loco collocaſſet, ſolutionem/ut
dixit/poſtulabat. Zeno enim ſic dubitabat.

Si omnis res in loco ponatur, loci nempe locus erit, idq; abeat
in infinitum oportet.

Hæc igitur ratio colletur cognita atq; recepta prius multiplici
ſignificatione eius quod in aliquo dicitur,q̃d nequaquã uerum
eſſe poteſt,ſi quicquã in aliquo eſt,mox loco concludiť. Quo-
circa uniuerſa de eo quod eſt in aliquo,diſputatio hoc loco tra
ctabitur unaq; cum illa de loco abſoluetur. Proinde octo uel
nouem modos enumerat,quibus aliq̃d in aliquo dici ſolet. Nã
in aliquo dici aut tanquam pars in uniuerſo ut digitus in manu
uel in toto corpore. In manu inquã,ut pars,ſed in uniuerſo cor
pore,ut pars partis,quam etiam particulam uocant, aut cõtra
uniuerſum in partibus,ut in oculis naribus et cæteris eiuſmodi
facies. Non enim totum/inquit/quicquam aliud quam uniuer-
ſæ eius partes dici poteſt. Quãquam enim alia ſit forma ſpẽſq;
uniuerſi à forma partium, quod opponimus uniuerſo partem
ueluti quãdam aliam ſpeciem,tamen ſubiectum idem eſt. Nõ
enim auelli à partibus totum atq; auulſum citra illas ſubſiſte-
re poteſt. Alio item modo eius in aliquo dicitur ſpecies in gene
re ut fertur homo in animali, contra alio quoq; modo dicitur,
ut genus in ſpecie,ceu animal ĩ homine equo atq; alijs, quia in
unaquaq; ſpecierum ratione continetur. Quocirca dicit { Spe »
cie } & non ſpeciebus. Quod uero diuerſis modis ipſius in ali »
quo dicãtur uelut pars in toto,& uelut ſpecies in genere,uel ex
eo optime patet,quod una ſublata uniuerſi parte totũ dici non
decet,at genus una ſublata ſpecie nil uetat quin permaneat &
genus dici queat. Item genus quodcũq; de cunctis ſpeciebus
uniuoce prædicatum dicitur,at uniuerſum de ſolis ſimilibus di
citur,neq; de his quatenus uniuerſum & totum. Vniuerſum ꝑ
terea in omnibus partibus ſuis ſubſiſtit, ſed generi ſuppetit in
una ſpecie collocari. Quocirca ad uerba Ariſtotelis ibi animũ
aduertamus,quibus dicit uniuerſum in partibus & non in par
te,at genus in ſpecie,& minime in ſpeciebus. Genus item diffi
nitionis ſpeciei ſit pars,quo quidem modo genus in ſpecie po-
nitur,ſed totũ nõ eſt pars diffinitionis partis. Ex hæc merito,q̃d
genus quædam cõmunitas eſt,quæ æqualiter diſtinctis ſpecie
conuenit,ſed totum eſt q̃dam copulatio eorum quæ cum iam
eſſent diuiſa in unum coniuncta ſunt. Quinta item ſignificatio
eſt uelut forma in materia, ceu ſanitas in coloribus & frigori-
bus cõſiſtit,ſub qua ſignificatione cuncta,quæ in ſubiecto po
nuntur,continẽtur. Sexta quoq; ſignificatio eſt rerũ ſubditarũ,
quæ in principis imperio ſæpeq; arbitratu uerſantur,quemad-
modum Græcorum bona in regis arbitrio conſiſtunt atque
uelut ea omnino,quæ ſunt in mouente & agente, tanquam in
arbitratu aut facultate, poteſtate & adminiſtratione eorũ uer-
ſentur,quod his Homerus indicat.

In generibus Iouis omnia conſtant.

Septima deinde ſignificatio eius traditur qua nonnulla ſunt in
bono & ea prorſus,quæ ſunt in fine,cuius gratia agunt ut in di
uitijs & bona ualetudine ea ſunt quæ earum gratia geruntur,
uel quemadmodum in felicitate uirtutes cõſiſtunt. Octaua itẽ
ſignificatio eius eſt ueluti quicquam in uaſe reponitur,& cum
uas ſit quidam locus qui alio trãſferri poteſt,merito ſubiunxit.
{ Et omnino quod in loco, } ſiue uelut unam ſignificationẽ »
hanc indicet,ſiue tãquam duas inſinuet. Cæterum Alexander
notandum iubet quod ubi pro exemplo eius quod in ſubiecto
Inſidet, ſanitatem Ariſtoteles poſuit, hæc etiam adducit. { Et »
omnino ſpecies in materia, { perinde ut ſpecies formaue ſit in »
ſubiecto,at accidens inhæret in ſubiecto,forma uero ſubſtan-
tia dicitur. Item quod inſidet in ſubiecto haud compoſiti pars
affirmari poteſt, quemadmodum etiam in prædicamẽtis.(Sic
enim uocant prima rerum genera) ipſe retulit dicens. Quod
in aliquo eſt idq; minime ut pars nequit eẽ abſq; illo in quo in
hæret,at forma eius eſt pars quod materia & ipſa conſtat. Eu-
demus uero hęc ſecutus aſſerenſq; aliter affectus & habitus in
hæret ſubſtantijs adiecit cõſiderandũ eſſe,ꝑ hoc mõ figura et
generatim quæq; forma in materia dici debeat. Sed uel perſpi
cuum ſit ipſum quãdam differentiam indicare.

Ve unam igitur ſignificationem id quod in materia diciť & id
quod in ſubiecto ob quandam cõmunem naturam eius quod
formare poteſt accipere uidetur. Nam ambo habent facultatẽ
& uim formandi imprimendiq; ſubiectum. Preterea Alexan.
hæc, { Omnium autem maxime ꝓprium eſt q̃d ut in uaſe & »

omnino quod in loco } intellexit de ipſo ubi ꝓpterea quod ipſum in aliquo, cōmuniter ſignificat ubi, & ubi ſignificat id qđ maxime in loco eſt, itaq; omnium tanquam maxime ꝓpria & cōmunis eſt hęc ſignificatio. Nam pars in ſuo uniuerſo alicubi eſt, ſimiliterq; & aliæ ſignificationes ſe habent. Verum ſigillatim alicubi eſſe dici ſolet de illo quod loco clauditur & in uaſe reponiť. Sed quid inter uas & locū interſit, perinde in uſu ęque ueniant, nondum aperuit. Octo itaq; aut nouē ſignificationes eius quod eſt in aliquo hactenus traditę ſunt. At in prædicamētis decem ſcilicet primis rerū generibus undecim modos interpretes enumerant, ſed ad memoriam reuocemus, quoniam ibi eius quod eſt uelut forma in materia, & eius quod uelut accīns in ſubſtātia & omnino in ſubiecto duas ſignificationes eſſe uoluit, eodem quoq; modo aliā ſignificationē eius quod in loco, & aliam eius q̄d in uaſe faciunt. Ex his ergo q̄ hic dicta ſunt decem ſignificationes inuenerunt, quibus addunt id quod eſt uelut in tempore, ut tanto eius Olympiadis Ariſtoteles natus eſt, quam ſignificationem hoc loco prætermittendā ſibi duxit, qđ nihil penitus de tempore hactenus diſſeruit. Subiectum etiam cum fuerit in accidente, dicitur in aliquo eſſe, ut corpus in aduerſa ualetudine, & homo in circūſtantia. Sed ueriſimile fit ut aliæ ſignificationes eius quod eſt in aliquo habeantur. Quo ad rem ſatis eſt id quod in aliquo ponitur multipliciter dici, atque hæc uox æquiuoca multiplex ſcilicet eſt. Verum eorum quæ æquiuoca dicuntur, alia æqualia ſunt, ut hoc uerbum græce ἐρῶ quod utriq; & φιλῶ & λέξω uidelicet amabo & dicam cōmune eſt. Quędam uero nō æqualia ſunt, uelut ea quæ magis proprie minuſq; dicūtur, uelut pes & caput aptius animalibus competunt, ſed minus apte & translatione quadam magis monti aſcribuntur.

Tex. 24. Dubitabit autem aliquis, vtrum quippiā in ſeipſo contingat eſſe an nihil, ſed omnia aut nuſquam aut in alio? Dupliciter autem hoc eſt, aut ſecundum ſe, aut ſecundum alterum. cum enim ſint partes totius & id in quo & id in quod in hoc, dicetur totum in ſeipſo. dicitur enim, & ſecundum partes. vt albus, quia ſuperficies alba ſit. & ſciens, quia ratiocinatiuum. Amphora igitur nō erit in ſeipſa, neque vinum, vini vero amphora erit. Quod nāque ineſt & id in quo eſt, vtraque eiuſdem partes ſunt.

Com. 29. Enumeratis modis quibus in aliquo dici ſolet, tradit dubitādum fore, ſit ne quiuis alius modus quo idē in ſeipſo dici poſſit. Si enim fuerit, uel prædicti modi non perfecte enumerati fuere, uel is modus ad aliquem prædictorum reducēdus eſt. Si uero non fuerit, demonſtrandum erit cur non ſit quod facere nos Anaxagoras præſertim impellit, qui cum cauſam ſtationis aut manſionis perpetuæ de ipſo infinito afferre nititur, non aliam exhibet, ac illam q̄d idem ſeipſo hæret fixum & ſtabile, & hoc fatetur, quia in ſeipſo manet, quippe nihil aliud continet. Verū notione & conceptione ipſius infiniti adductus Ariſt. hanc opinionem ſibi tollendam alias ſumpſit. Inquit.

Si pars uniuerſo perſimilis eſt, quæ ſibimet fixa innititur & adhæret, profecto cunctæ aliæ & uniuerſa atq; omnia immobilia erunt. Alia quoq; eodem pene proceſſu argumēta poſuit. At hic cum ſeſe prius de ipſo quod eſt in aliquo diſputaturum recepiſſet, ex hoc ſcilicet modo quo aliquid in ſeipſo dicitur ne ſermonem interpoſſet oſtendit haud poſſe quicquam in ſeipſo eſſe, quæ ſane demōſtratio proderit huic parti ad oſtendendū uidelicet locum haud in loco eſſe.

Si enim locus ī loco qua huiuſmōi, nimirum idem in ſeipſo erit, q̄ ſi fieri nequit, neq; locus in loco ponetur.

Cum ergo quęrat ne idem in ſeipſo collocari queat, quoniā quicquam in ſeipſo uel per ſe uel porpter alterum affirmare ualemus, concedet aliquid idem in ſeipſo propter alterum collocari poſſe, poteſt enim uel maxime ꝓpter partes. Cum enim partes ita extiterint amphora et uinum, quorum aliud eſt uelut id in quo, & aliud, uelut id quod in eodem. Nam hæc ſunt partes huiuſmodi cōnexi, tum poſſumus aſſerere ipſum cōnexum & compoſitum atq; uniuerſum ex his in ſeipſo eſſe, quod pars eius in parte collocatur. Et quod quædam dicantur ſecundum partes quicquā habere ex eo uel maxime fidem facit quod corpus album dicitur, quod ſuperficies alba & candida eſt, & homo ſciens, quia ſcientia in animo inſidet. Si ergo uniuerſum ſecundum utrāq; partem ſpectetur erit idipſum in quo ipſa amphora, & ipſum uinum in ea, & ob id idem in ſeipſo, amphora igitur non erit in ſeipſa, neq; uinum in ſeipſo, ſed uini amphora hoc ſcilicet cōnexū in ſeipſo erit. Quod ſi cui cura nō eſt abuti nominibus quæ utriq; partium aduenīūt in ipſum uniuerſum colligens ceu ſi aſſeras ſuperficiem partem corporis albi quāquam ſit eius terminus, primū is animaduertat, oportet quod etiam album uocat corporis albi partem. Et uerum ut definitionis accidentium partes, ſed non tanquam ſubſiſtentes intelligendæ ſunt. Videtur tamen utcunq; partes coniunctas nunc uocare partes, deinde ſi corpus tribus dimenſionibus conſtat, & una partium, ut tradit Alexāder, ſuperficies eſt, cur non dicatur corporis pars adduci non poſſum. Sed quomodo ſupficies una trium dimenſionum exiſtimetur, cum longitudinem & latitudinem habeat? Ni hoc quoq; modo pateat ſuperficiem eſſe partem. Etſi quiſpiam uelut finitum corpus acciperet, quid ꝓhibet ne terminus uelut pars quæ illud complet, accipiať. Demum non opinor /ut Alexander notauit/ hoc in cōtextu ipſum { Per ſe } pro primo intelligēdum eſſe. Maxima enim repugnātia eſt ei cum ipſo quod ad alterum uocatur ut id quod eſt ſecundum partem quo pacto nunc intelligitur, uel ſecundum aliquid extrinſecus, q̄d quidem proprie per accidens facit. Primum uero & ſecūdariū uiciſſim inter ſeſe ꝓprie pugnant, ſed idem ei quod ſecundum alterum eſt opponitur.

Sic igitur contingit, quippiā in ſeipſo eſſe. Primo autem non cōtingit, vt album in corpore. ſuperficies enim, in corpore, ſcientia autem, in anima. ſecundum hæc autem, quæ partes ſunt, vt in homine, appellationes exiſtūt. Amphora autem & vinum cum, ſeorſum quidem ſunt, partes non ſunt, ſed cū ſimul. Quapropter, cum ſint partes, erit ipm̄ in ſeipſo. vt album, in homine, qm̄ in corpore. & in hoc, qm̄ in ſuperficie. in hac autem, nō amplius ſecundum aliud eſt. Et diuerſa quidē ſpecie hæc ſunt, & aliam naturam habet vtrūque & potentiam, & ſuperficies & album. T. 25.

Cum demonſtrauit quippiam in ſeipſo idem ob aliud collocari poſſe, deinceps oſtēder quicquam idem in ſeipſo, primo et per ſe inſidere non poſſe. Vt uero quā euidens ſit diſcrimen, quid ſit hoc { Primo } & q̄d ſit hoc { Secundū aliud } docet. Color enim ſecundum aliud in corpore imprimitur, ſed primo in ſuperficie inhæret. Scientia item primo in animo locať ratiocinante, dein autē in anima atq; in homine ſecundū aliud. Quoniam ergo ſuperficies alba quæ pars eſt corporis, idcirco idipſum album appellatur non primo, ſed ſecundum partem, nec per ſe immo per aliud. Homo itē doctus eſt, quādo enim animus uel animæ ea pars rationis particeps perita diceret uerum de illa primo & perſę ſit prædicatio, & nō ob aliud uel ſecundum partem ut in homine, idcirco ſubiūxit, { Vt in homine. } Hoc pene modo amphora uini in ſeipſa dici ſolet ꝓpter aliud, quoniam pars in pꝛte eſt. Vinum proinde cum ſeiunctū fuerit ab amphora & contra amphora ā uino, tū amphora uini in ſeipſa dici nō pōt, at cum idem conuenerint, tum dicitur amphora uini in ſeipſa collocari, cuius rei cauſa eſt, q̄d ubi fuerint hæc inuicem diſcluſa non erunt unius partes, quocirca cōtex- Cō. 30.

tus

tus ſententia de his hoc modo diuiſis non intelligitur. At cum partes fuerint, quia oſtendimus uniuerſum appellari ſecundũ partes, tum erit in ſeipſa amphora uini ſecundũ aliud uelut album in corpore inſidet ſecũdum ſuperficiem, ſed in ſuperficie haud ob aliud inhæret ſed primo, uerum non hac de cauſa eadem erit ſuperficies cum albo quod ſuperficies ſit primo alba, & ob id idem poſſit eſſe aliquid ĩ ſeipſo primo. Rationes enim ſuperficiei & albi diſſident atq; naturæ utriuſq;, quare aliquid eſſe in aliquo primo fateri poſſumus, ſed in ſeipſo minime gn immo in alio. Hoc uero e propoſitis exemplis, ut intelligemus, uoluiſſe dicere indicat, quæ inſinuant nihil in ſeipſo primo & per ſe collocari poſſe.

T.26. Neque igitur inductiue conſiderãtibus, aliqd in ſeipſo videmus ſecundum aliquem determinatorum, & ratione manifeſtum, quod impoſſibile eſt. Oportebit enim ambo, vtrunque eſſe (vt amphoram, & vas, & vinum eſſe. atque vinum, vinum & amphoram) ſiquidem contingit quippiã in ſeipſo eẽ. Quare ſi quam maxime in ſeſe ſint, amphora quidem accipiet vinum, non quatenus ipſa vinum eſt, ſed quatenus illa. vinum autem inerit in amphora, nõ quatenus amphora ipſum eſt, ſed quatenus illa amphora eſt. Secundum igitur ipſum eſſe, quod alterum ſit manifeſtum eſt. Alia nanque ratio eſt, eius in quo, & illius quod in hoc eſt.

Cō.31. Quod nihil in ſeipſo primo et per ſe collocari, tamẽ ob aliud & ſecundum partem poſſe oſtenderat atq; exempli loco amphoram uini poſuit & ex ipſis exemplis adductis corrolarium deduxit primum diuerſa ſcilicet eſſe ſpecie id ĩ quo aliquid eſt, & illud quod in alio eſt, deinde utrũq; ſuperficiem & albũ habere diuerſam naturam, uult deinceps nos haud ſolum exemplis contentos quomodo uinum in amphora collocetur, uel album in ſuperficie inſideat, quibus oſtenderamus nihil in ſeipſo primo collocari, ſed ſecundũ aliud id fieri poſſe, ſed etiam enumeratis ſignificationibus eius quod eſt in aliquo quærere quæ illarum conuenire poſſit huic quod in ſeipſo eſſe dicitur, deinde ratione quæ ſit cõmunis omnibus ꝓcedere ne poſſit aliqd eſſe in ſeipſo primo oſtendamus. Nam ubique nobis patebit aliud eſſe id in quo, & aliud quod dicitur in eodem. Non enim pars cum ſit in toto ĩ ſeipſa collocatur, quod pars diſtinguitur ab uniuerſo, neq; totum ſuis complexum partibus earũdẽ ope in ſeipſo erit, ſiquidem plures partes ſint & una ab altera differat, & totum unum exiſtat. Si enim uniuerſum à partibus non differt quãquam ratione diſcrepent, tamen nequit in ſeipſo locari etſi in aliquo genere eſſet. Nihil enim ſuimet genus dici ualet, ſiquidem genus differat à ſpecie. Item neq; in ſeipſo collocaretur, quãquã eſſet uelut genus in ſpeciebus, quia genus diffinitionis ſpeciei pars ſit & fieri non poteſt, ut idem totũ & pars exiſtat. Præterea neq; uelut forma in materia quicquam in ſeipſo eſſe poteſt, quia q̃d diſtat à ſeipſo in materia locatur. Rurſum neq; in ſeipſo aliquid erit, tanquam res Lacedæmoniorum in rege, quoniam earum adminiſtratio non in ipſis, ſed in alijs eſt eodem modo neq; uelut ea quę in fine conſiſtunt aliquid in ſeipſo collocaẽ, quia quæ in fine conſiſtunt, ſecernuntur ab his quę ſunt ante ipſum tanquam ab eodem dependentibus quaſi alia ſint ab ipſo fine atq; diſtincta. Deiceps num quicquam in ſeipſo queat eſſe uelut in uaſe iam diſputatum eſt. Reſtat num uelut in loco ſic in ſeipſo poſſit aliquid locari quod nunc quæritur, quare omnium modorum enumeratione & inductione compertum habere poſſumus nihil in ſeipſo ꝑ collocari poſſe, quod etiam ratione oſtendere poſſumus. Nam opus eſt. quoq; demonſtratione cum ex diuiſione quæ cogat nequiuerint accipi ſignificationes eius quod in aliquo eſt ut cuiq; modo iuxta diuiſionem habitam & enumerationem credi par ſit & debeamus, quia poſſumus etiam ex diuiſione eorum quę ſunt in alio idem oſtendere, proinde nihil in ſeipſo primo collocari poſſe etiam ſecunda ſpecie ſyllogiſmorum quos uocant Hypotheticos hoc modo oſtendemus.

Si aliquid idem in ſeipſo collocari poteſt, ꝓfecto definitiones diuerſæ unius & eiuſdem erunt.

Sed hoc fieri nequit.

Aliquid ergo in ſeipſo collocari non poteſt. Et cõnexum his uerbis oſtendit, { Vt amphoram & uas & uinum eſſe atq; uinum & uinum & amphoram. } Nam ſi amphora quæ eſt ipſum uas in ſeipſa diceretur collocari, quia merum in amphora ponitur. erit itaq; amphora primum in ſeipſa deinde erit etiam amphora & uinum ſimul in ſeipſo, & uiciſſim ſi uinum in ſeipſo collocatur, quia amphora eſt id in quo uinum infunditur, ꝓfecto erit amphora quatenus eſt id in quo, erit quoque uinum quatenus eſt id quod in ea infunditur & collocatur, quo pacto idem habebit differẽtes diffinitiones eius ſcilicet in quo aliquid collocatur, & eius quod in illo ponitur. quod uero hoc fieri nequeat, perſpicuũ eſt, quia cui differentes definitiones cõgruũt, idipſum diuerſum eſt, at aliquid à ſeipſo penitus & oĩno differre non poteſt. Et quam pulchre fecit rationem in eodem exemplo quo demonſtrauit ſupra aliquid in ſeipſo ob aliud collocari poſſe, ut pateat eodem quod ſic etiam in ſeipſo collocetur ut uinum in ſeipſo locaẽ, & amphora in ſeipſa, ſed non poteſt amphora uini in ſeipſa locari. Deinde cum ſubiungit { Si quidẽ } quaſi penitus ſi quiſpiam poſſet dicere hæc fieri, quod quidem eſt quod mox aperit. { Quod ſi quam maxime in ſeſe ſint, } non quia utrunq; in altero, ſed quia alterum in altero collocẽ, quippe uinum eſt ĩ amphora & amphora recipit uinũ & nõ ſit uinum neq; recipit diffinitionem uini, ſed recipit uinum qua huiuſmodi. Vinum uero erit collocatum quoq; in amphora non qua amphora, ſed qua uinum eſt, ſed recipiens eſt amphora q; utrunq; manet in propria natura & unumquodq; ſeruat cõtra alterum differẽtiam, quod ex dictis perſpicuum fecimus, quoniam differunt ſubſtantia & diffinitione quippe cum alia ſit deſinitio eius in quo & illius quod in alio, ex quibus illud ſequitur ut nihil idem in ſeipſo collocari poſſit, quoniam ſi alterum eſt id in quo, & alterum eſt id quod eſt in illo, quomodo erit idem in ſeipſo, quare nihil idẽ in ſeipſo primo & per ſe collocari poſſe oſtendit. Et ne quis putet ob id, quia poſtulatũ fuit amphoram uini in ſeipſa eſſe, hoc abſurdum concluſum fuiſſe, uidelicet duas definitiones eidem conuenire rei ſubiunxit reliqua uerba. Nam ſi poneretur aliquid in ſeipſo collocari, aliam tamen rationem habet quatenus capax eſt, & quatenus eſt id quod recipitur.

Tex.27. At vero, neque ſecundum accidens cõtingit. Simul enim duo corpora, in eodem inerunt. nã & ipſa amphora in ſeipſa erit, ſi id cuius natura ſuſceptiua eſt, contingat in ſeipſo eſſe. & inſuper illud cuius eſt ſuſceptiuum, vt ſi vini, vinum. Tex.28. Qđ igitur impoſſibile ſit in ſeipſo aliquid eſſe primo, manifeſtum eſt.

Com.32. Idem in ſeipſo per ſe atq; primo non eſſe cum oſtẽdiſſet, & ſecundum aliud id fieri poſſe, quod totum poteſt dici in ſeipſo ob partem, quia pars collocatur in parte, quia ipſi per ſe & primo repugnat ipſum per accidens, quiſpiam ſuſpicari poſſet ut quippiam in ſeipſo ſecundum accidens queat eſſe quod ſecundum partem admittitur aliquid in ſeipſo collocari, idcirco oſtẽdit id fieri nec poſſe per accidens. Nam his liquido patet qui diligenter res perpendunt non idem eſſe ſecundum partem & ſecundum accidens. Quãquam enim ipſis cõmune ſit hoc, Secũdum aliud, tamen differunt, q̃d id quod eſt ſecũdum accidens, poteſt etiam totum eſſe. Nam naue nauta moueri trãſuehi per accidens dici debet, & nequaquã ſecundum partem, quia eius pars nauis non eſt. Quidam rurſum intueri parte dicitur quia

oculis, miras id tamen facit per accidens, quod oculi per ſe intuentur & proſpiciunt. Quinetiam ſecūdum partem & per accidens al quomodo inter ſeſe pugnant. Nam ſecundum partē aliquid dicitur cum totum uniuerſumque diceretur ſecundum partem, ceu diceretur nauis ſtridere quod malus aut uela ſtridet, & iam exemplo amphoræ uini ſupra explicauimus, at per accidēs cum parti ſecundum totum quicquam accideret, ut cum nauta moueri diceretur quod nauis cietur, & ſimus qa Socrates. Nā pars & affectio uniuerſo accidit, ſed minime uniuerſum eis, ut cum fieret album nigrum, uel nauta in naue ambularet. Item quādo illud cui accidit mouetur, fertur inquam etiam ferrum urere igniteq; per accidens, quando ignis illud ingreſſus eſt, uerum id magis ſecundum partem quam ſecundū accidens competit. Cęterum (ut ſupra diximus) ſecūdum aliud cōmune eſt utriq; & ipſi per accidens, & ipſi ſecundum partē. Vt ergo de aliis dicimus & enunciamus hæc, ſic etiam de illo quod eſt in aliquo. Per accidens inquam dicere ſolemus aliqd collocari in aliquo cum illud tale eſt accidens aut pars eius q̄d in aliquo eſt per ſe. Tum enim accidens aut pars eius quod eſt per ſe fertur eſſe in eodem per accidens in quo eſt illud per ſe, proinde accidentia corporis collocanť in loco per accidens ut albedo & calor quæ morantur per accidens ubi corpus per ſe iacet. Sic ergo & ſi quid per accidens in ſeipſo fuerit neceſſe eſt accidere ut ſit eius pars quod eſt in loco per ſe. Ex hoc ſequitur quod ſi quidpiam eſt per accidēs in ſeipſo, oportet aliquid eſſe prius quod in ſeipſo per ſe ſit, quod dudum fieri non poſſe demonſtrauit, quocirca nūc afferre illud abſurdum omiſit. Duo item corpora in eodem eſſe ſequitur, de his enim agitur. Nam ſi quis contendent amphoram in ſeipſa per accidens (quod latine dicere poſſumus aliter ac natura comparatum eſt) quia id in aliquo inſidet per accidens in aliquo quod accidit ei quod inhęret in aliquo per ſe, cum ergo uinum in amphora per ſe locetur, & amphora ſit in uino per accidens, amphora itaq; in ſeipſa claudetur per accidens, & uinum ſi uini amphora eſt in ſeipſo per ſe locabiť. Hactenus opinor Aſpaſius. At hoc modo ſcribit Alexāder, quod ſi uinum in amphora fuerit collocatum uel tanquam accidens ipſi uel tanquam eius pars, & amphora in uino per ſe, ſic enim uinum in ſeipſo per accidens eſſet, quod nō differt ab eo q̄d eſt per ſe ī ſeipſo. Verum me latet quonam pacto merum in ſeipſo per accidens dixerit Alexāder cum Ariſtotelem ſic dicentem animaduerterit. { Nam et ipſa amphora in ſeipſa erit. } Sed uinum in ſeipſo collocari neque per accidens omnino poteſt, niſi accidat alicui quod per ſe loceť in ſeipſo. At quid erit magis conſentaneum aut uinum per ſe in amphora collocare, aut amphorā (ut inquit) in ipſo uino. Illud deinde contextus { Si id cuius natura ſusceptrix eſt contingat in ſeipſo eſſe } cum interpoſitum ſit, obſcurauit occultauitue rationem. Sed quoddam aliud abſurdum ex tali poſtulatione ὑποθέσεως proficiſci indicauit, uidelicet. Si alicuius natura ſusceptrix accidit, ut idipſum ī aliquo maneat & minime aliud in ſeipſo. Id enim abſurdi cōmittit qui aſſerit amphorā in ſeipſa collocari. Vnde patet ut ſi quis admiſerit uinum in ſeipſo collocari, id incōmodi accidet, ut id cuius natura eſt ut colloceť in alio recipiat aliud. Sed quiſpiam forte diceret hoc abſurdū accidere ob ipſam αἴτησιν & ſub poſitionem, quoniam ponebatur ut petebatur amphora uini, & amphora eſt capax. Sed non ſic ſe habet. ſed quoniā quod per accidens eſt in ſeipſo accidat ei q̄d eſt per ſe in ſeipſo oportet, quorum aliud eſt per ſe capax, aliud uero accidens quod eſt aptum recipi & collocari in eo quod recipit. Illud ergo quo concludebatur duo ſimul in eodem fore, patet eſſe abſurdum & id quod fieri nequit. Equidem uidetur fieri non poſſe, ut duo corpora ſimul in eodem collocentur. Et omnes interpretes quos ipſe attigi, hoc abſurdum & quod fieri non poteſt de corporibus dictū intelligunt. Niſi forſitan non fruſtra duo corpora Ariſto. obticuit, ſed ſimpliciter dixit, { Simul enim duo in eodem erūt & capax & id quod recipitur, } quæ certe ſunt ſpecie diuerſa & aliam naturam habēt, ut prius dixit, quatenus talia, diffinitiones item differentes ſimul in eodē erunt, uidelicet definitio recipiētis & eius quod recipitur, quod quidem fieri nequit. Quorum enim diffinitiones diſcrepāt, ipſa quoq; inter ſe diſſentiunt. Alexander uero dubitat quonam pacto fertur quicquā nec per ſe nec per accidens in ſeipſo eſſe. Nam ſi uniuerſum in ſuis recipitur partibus, & uiciſſim partes in ipſo uniuerſo cōſiſtunt, profecto uniuerſum in uniuerſo erit utpote in ſeipſo. Cui reſpondet rationem non recte concludi quod non idem medius terminus eſt, nam alius habetur, cum dicimus uniuerſum in ſuis conſiſtit partibus, & alius cum ꝓferimus & partes in ſuo uniuerſo cōſiſtunt. Inquit præterea hoc { in aliquo } æquiuocum eſſe & diuidi ut æquiuocum in ſuas ſignificationes & nequaquā ut genus in ſpecies, determinandum eſt itaq; quomodo utrūq; eſt, quia uniuerſum in partibus conſiſtit una collectis. at partes in uniuerſo ſigillatim, quod omnes ſimul non ſunt in uniuerſo, ſed ipm uniuerſum plane exiſtunt. Et hęc non ab re dicta ſint. Nam in minori propoſitione de hoc termino, { uniuerſo } prædicať hic { in partibus eſt, } & in maiore propoſitione ipſi uniuerſo ſubiiciūtur partes, ſi ergo magni refert dicere ptes, & dicere in partibus eſſe, uel maxime perſpicuum ſit, quod non exiſtente eodem medio termino non concluduntur extrema. Quin etiam idem paralogiſmi modus genus in ſeipſo ineſſe atq; ſpeciem, ſubſtantiam, accñs conuincit. Dicimus enim genus in ſpecie, & ſpecies in genere, rurſusq; ſpecies in indiuiduo, & uiciſſim indiuiduum in ſpecie, & accidens in ſubſtantia & contra ſubſtantia in accidente, at nuſquā accipi poteſt idem terminus medius, ideo extrema nō concluduntur. Atqui quomodo conſentaneum eſt dicere ſingulas partes ſeorſum in toto collocari, ſed ſimul omnes minime? Niſi collectio partium ſimul reuera ſit ipſum uniuerſum, tum igitur unaquæq; in uniuerſo fertur conſtitui cum ſingulę acciperentur, ſed nō omnino abiunctæ & ſeparatæ, tum enim nec partes dici poſſent. Cæterum neſcio quo pacto in hoc contextu præſertim Alexandrum latuerint uerba Platonis in Parmanide, quāquam uerba Platonis nuſquam perquirendæ ueritatis ſtudio citare ſoleat. Eſt porro quædam ratio ex Parmenide quæ cū probet uniuerſum in ſeipſo eſſe, ſic de uno et uniuerſo oſtendit. { Quin etiam ſi hoc habuerit modo in ſeipſo erit atq; in alio. Quonā pacto, partium unaquęq; ſit uſpiam, in toto eſt, ulla nec à toto eſt aliena, eſto, omnes inquam partes ipſo uniuerſo complectuntur, quid ita, & omnes eius partes ipſum uniuerſum ſunt, nec quid amplius nec quid minus quam omnes, ſic eſt, nonne & totum unum eſt. Quomodo uero nō? Si ergo omnes partes in uniuerſo conſiſtunt, ſunt quæ omnes unum, & ipſum uniuerſum, et continentur ab uniuerſo omnes & ab uno, itaq; unum ab uno continebitur, atq; ita unum in ſemetipſo erit. } Quibus ſyllogiſmus habeť uniuerſum eſſe ſuas partes & omnes claudi in ſuo toto, atq; ea quæ continentur in uniuerſo conſiſtere in ipſo, quare uniuerſum in uniuerſo ideſt in ſeipſo erit, ubi medii termini iidem ſumpti fuere & nō diuerſa. Quod enim oſtenſum eſt unum eſſe totum, merito cōcludit unum uelut uniuerſum in ſeipſo. Et patent aliæ propoſitiones, hæ uidelicet, omnes partes toto clauduntur, & complexa toto, in eodem exiſtunt, quam etiam Ariſtoteles fatetur ſupra dicendo. { Non enim eſt præter partes totum, } quod erat minor propoſitio & proprior in ſyllogiſmo hæc uniuerſum oēs partes eſt. Quod ſi Plato & Ariſtoteles recte ſimul rōcinati ſunt. Et Ariſtoteles ꝓbauit nihil in ſeipſo primo collocari poſſe. Et Plato concluſit unum totum in ſeipſo eſſe, patet profecto Ariſtotelē de corporibus rationem feciſſe, nam ſi q̄d proprie in ſeipſo eſt non ſecundū partes ſed ſecundum totum in ſeipſo collocādum eſt, & corpus habet partes diuiſas quo pacto totum in toto erit, ideo pro exēplo attulit id quod habet parteis differenteis, uelut uinum & amphora, quare ſi nequit uniuerſum in uniuerſo complecti, nec quicquam erit in ſeipſo proprie. At ſi incorporeum fuerit ipſum uniuerſum idq; habuerit partes non diuiſas, ſed induiduis differentiis diſtinctas, quarū ſingula per totum ſeſe retendit, de hoc uniuerſo uerum ſit dictu hoc, ſcilicet totum in toto atq; idem in ſeipſo eē, de quo etiam illud ue-

riſſime dicitur uniuerſum ſcilicet ſuas partes eſſe quia manēt partes connexæ adeoq; coniunctæ, ut unaquæq; uideatur ob indiuiduam cõnexionē ſic ſe habere ut ipſum uniuerſum. Atq; ſecius multo euenit corporibus, quia ſingulæ cum ad ꝓpriam circũſcriptionem confugiãt, ab ipſo uniuerſo auelluntur et abiunguntur, quare & ſi minus ſubiecta uniuerſi & partium differant, tamen non omnino ob diuiſionem partes & uniuerſum idem ſunt. Vnde id quod in ſeipſo dicitur, duplex eſt, aliud ferē in ſeipſo eſſe ob deterius, aliud uero ob melius, uniuerſum ergo in ſeipſo eſſe ob prius nequit, qua conuenit in diuidendis qa non poſſunt in uniuerſo differentes definitiones competere uidelicet definitio recipientis & eius quod recipitur, aut continētis & eius quod continetur quod Ariſtoteles demonſtrauit, at ob melius ꝓbet quod unius ſimplicitas nõ admittit illud diſcrimen continentis & eius quod continetur, quod Parmenidis libello primam petitione ſic ſibi Plato ſumens oſtendit. { At ſi in ſeipſo fuerit cum idem eſſet continens non quicquam aliud erit, quam idipſum ſiquidem in ſeipſo ſit. Nihil enim eſſe poteſt in aliquo quin ab eodem contineatur. Fieri certe non poteſt. Sed nonne aliud continens & quicquam aliud quod cõtinetur, non enim idem totũ hæc ambo ſimul pateretur & ageret; quo fit ut ipſum unum non unum ſed duo ſit. } Vnde patet quod ſi hæc nõ de alio uno dixiſſet, & priora uerba de alio, plane contraria & pugnantia protuliſſet. At ueriſimile haud eē poteſt de eodem contraria in prima & ſecũda petitione ubi omnia de uno negat, & ubi de eodem affirmat ſic ad unguem dixiſſe. Atqui Ariſtotele corpoream naturã demonſtrauit in ſeipſam cum eſſe & de hac rationes adduxit. Poſtremo quod nihil in ſeipſo primo collocari queat, perſpicuum eſt. Etenim nec illud quod prorſus habet duplicatam naturam ut foret unum, ſi collocaretur in ſeipſo, nec id quod habet duplicatam naturã & diuiduam ut corpora. poteſt eſſe in ſeipſo, ſed ea quæ habēt duplicatam ſimplicitatem naturæ, quia etiam tale cum ſit in ſeipſo ſimul ſimplex & duplex dici poteſt. Sed quomodo Platonis demonſtratio non Ariſtotelis ſententię conueniet ut uniuerſum etiam Ariſto. fateatur in ſeipſo exiſtere? Niſi quod minor propoſitio quam Plato adducit ab ea Ariſto. differt. Plato enim uniuerſum ſimul omnes partes eſſe ob connexionem indiuiduam earum. At Ariſto. cum dixerit uniuerſum non quicquam aliud eſſe à partibus ſubiecto totum idem cum partibus eſſe indicauit.

Quod autem Zeno dubitabat, quod ſi locus eſt aliquid, in aliquo erit, ſoluere nõ eſt difficile. Nihil enim prohibet, in alio quidē eſſe primum locum, non tamen in illo vt in loco, ſed vt ſanitas quidem in calidis ſicut habitus, calor autē in corpore vt paſſio. Quare, non neceſſe eſt in infinitum abire.

Cō. 34. Zenonis ratio locum eruere uidebatur quippe qui ſic argumentum efficiat.

Si locus eſt, profecto in aliquo erit, quod nec quicquam eſt q̃d in aliquo non collocetur.

Sed quod in aliquo collocatur in loco conſidet.

Locus ergo in loco conſidebit & id abibit in infinitũ, locus itaque ualeat neceſſe eſt.

Cum itaq; ad inueſtigationem loci ſeſe conferendum putet, primum hanc dubitationem ex diuiſione eius quod in aliquo eſt, diluit, quam merito ſibi prius ſumpſit diſſoluendam. Iure itaq; prius demonſtrauit nihil in ſeipſo collocari poſſe, ne quis exiſtimaret eius antedicta ſcilicet cum dicebat corpus in loco eſſe, ut locũ in ſeipſo, ſoluere Zenonis dubiũ & ſic ſiſtat infinitum. Magis ergo eam diluit ex diuiſione eius in aliquo hoc modo. Si enim id q̃d dicit̃ in aliquo unum modũ ſolum haberet, Zenonis dubitatio dilui non poſſet, quandoquidem quæcunq; res ſiue ſimpliciter ſit, ſiue corporea in aliquo ſita ſit, ut ueteres id opinabantur qui ſpecierum aut formarum ſolum ſubſiſtere in materia, ut Plato fert, arbitrabãtur. At quod idipſum quod dicitur i aliquo, multipliciter accipi poteſt, nil uetat, quin locus in quo corpus concluditur, in alio inſidat uerum in hoc ipſo nõ uelut in loco. Nihil enim prohibet quid aliud ſit in alio & aliud in alio. Sanitas enim in calidis, ſed uelut habitus, calidum uero in corpore, at uelut affectio. Corpus itē in loco, ſed ſuperficies quæ locus eſt in ſubiecto aut terminato ut terminus. Cęterum habitus ab affectione euariat, quatenus habitus ꝑfectio & forma exiſtit quemadmodum, prius etiam mentionem fecit, ſed affectio quædam diſpoſitio extra uim & naturam rei eſt, quæ facile mutabilis exiſtit. Nam in libro prædicamẽtorum huiuſmodi patibiles qualitates dicebantur. Hoc modo itaq; nihil interdicit corpori, quin ipſum in loco inſideat, & locus in alio inhæreat, ut ſupra diximus, uelut terminus in eo quod ille terminat. Atqui Alexãder pulchre quęrit quonam modo enumeratorum ſuperficies in corpore ſit prorſuſq; uelut terminus inanimato, num uelut habitus, an uelut affectio an id quod uelut omnino eſt in ſubiecto, uel tanquam pars in uniuerſo. Superficies iquam aliquomodo eſt pars quę cum deſcribatur partim corporis terminati terminus, partim uero quantitas habens lõgitudinem & latitudinē, pars corporis eſt quatenus ſuapte natura tres habet dimenſiones. Quo ad uerba dixit, { Primũ locum } eum qui ꝓxime continet, quoniam aer etiam cum corpus ſit cuiuſdam locus dicitur cum ꝓ ſerum fuerit ꝓximus contiguuſq; illius terminus quem continet. Sed quæ hoc contextu tractat Ariſto. hæc mihi quærenda eſſe uidentur. Primo quomodo ſoluitur Zenonis dubium ex differentia eius quod eſt in aliquo, quãdoquidem omnis res in quodam altero iaceat. Et enim corpus in quodam uelut in loco collocat̃, & locus in aliquo uelut terminus, quod rurſus in aliquo alio erit, atq; illud in alio, quin ſolutio antedicta ſiſtit ipſum in infinitum? Secundo quonam modo in hoc contextu dubium Zenonis ex differentibus ſignificationibus eius q̃d eſt in aliquo demit, quippe Zeno ſic roget, num in aliquo erit locus ſi eſt? Dudũ enim ſic dixit. { Zenonis dubitatio quandam rationem quęrit, ſi enim omne q̃d eſt in loco eſt, manifeſtũ eſt ꝙ etiam loci locus erit. } Nam ſi Zeno nõ in aliquo, ſed in loco palam dicit id quod eſt, quomodo poteſt ſolui dubium ex differentibus ſignificationibus eius quod eſt in aliquo ut nunc dicitur, ſcilicet quoniã corpus in alio, & locus in alio, quandoquidem ipſe Zeno hoc medio fulcitus, quod quæ ſunt, loco complectuntur locum in loco ſiſtit. Ad hæc dicendum eſt, q̃d in neutro antedicti & nuper cõmemorati loci ſuis uerbis rationē Zenonis poſuit, ſed illius qui diceret eſſe aliquod medium inter illud quod transmutatur ad locum & illud quod eſt in aliquo, dubium magni faciens tranſtulit ad id quod eſt in loco & operam fert ſolutioni de illo tradendę quod eſt in aliquo. Quid itaq; hoc medium aliud eſt, quam ubi. Hoc enim uidetur aliquid in loco et in aliquo ſignificare. Et Ariſt. de hoc ipſo (quod ubi uocant) mentionem prius fecit, ac poneret aliam rationem ibi dicendo. { Amplius autem & ipſe ſi quid eſt eorum quæ ſunt, alicubi erit. } Vnde cum rõnem efficit interrogando, ipſum ubi transfert in id q̃d eſt in loco cum ſic dicat. { Si omne quod eſt in loco ſit. } Sic etiam dubium Zenonis Eudemus refert. In idem uidetur Zenonis dubitatio tendere, omne enim q̃d eſt alicubi merito collocari debet, quod ſi locus quicquam eſt, alicubi itaq; erit, igitur in alio loco, & ille in alio hocq; modo ſemper in infinitum. Ecce quonam pacto Eudemus etiam quod dubitationi conferebat, ipſum ubi tranſtulit in illo quod eſt in loco. Quomodo autem ipſum, ubi etiam ipſe acceperit & quod ſm cõem ſignificationē dixerit, perſpicuum fit ubi diluit Zenonis rõnem ſic ſcribendo. Ad Zenonis dubium reſpodebimus multipliciter dici ipſum ubi. Si ergo ea quę ſunt cenſuit in loco collocari oportere, aberrat. quippe nemo ſanitatem, fortitudinem, aliaq; prope infinita i loco ſtatueret, locus ꝓterea nec eſt huiuſmodi, ut dictum eſt, quoniã aliter eſſe uidetur quandoquidem ſit ipſius ubi locus & ubi corporis cuius eſt terminus quia extremũ

eiua eſt. Alexander porro cum illuſtraret eum locũ in quo aebat, { Oium aũt maxime ꝓpriũ eſt q̃d ut in uaſe & oĩno in loco, } Plane tradit q̃d ęque dictum ſpm in aliq̃ ac ſi dictum ſit alicubi, q̃d ubi cõmune eſt eoã his q̃ ſunt in aliquo. Pars enim cum in uniuerſo conſiſtat, alicubi eſt. Verum ſigillatim & p̄cipue ipſum ubi accõmodatur his quæ loco cingũtur aut in uaſe reponuntur. At primam dubitationem diluamus, quia ſolutio illa quæ ex differentia cum eius quod eſt in aliquo tum ipſius ubi ſuppetit ad tollendam rationem Zenonis quæ id incõmodi inducit ſcilicet locum loco complecti. Nam minime erit locus i loco. Sed ad eam dubitationẽ quam ipſe adduxi hoc in modo, q̃d ſi non in loco, ſed alicubi & in altero & illud in alio abibit hoc in infinitum. Ariſtoteles in calce huius quæſtionis de loco occurret qui initio petitionis aduerſabitur, quippe qui cœlum aut uniuerſum loco uel alicubi complecti aut in aliquo penitus eſſe quod ab eis diſtinctum ſit, palam negabit. Vbi etiã illum dicentem percipiemus et aſſerentem uniuerſum nuſquã contineri. Nam ubi aliquid ponitur, profecto quicquam aliud aſſeuerandum erit ab eo in quo continetur. At præter uniuerſum nihil ſupereſt, imo prorſus nihil extra hoc uniuerſum credi par eſt, quo circa cuncta cœlo ultimo tegi, contineri, cõplecti dicuntur, quare partiũ uniuerſi ut alia in alia inſideat & collocetur nihil uetat, at uniuerſum in alio collocari non poterit, quod nec quicquã extra ſupereſt. Si ergo ita ſit, ut diximus uniuerſum ſuis partibus complexum erit, quo etiam modo in infinitum nequaquam abibit locorum complexus.

Tex. 29. Illud autem manifeſtum, quod cum vas nihil ſit eius quod in ipſo eſt (aliud enim eſt, primo, & quod ineſt & id in quo ineſt) non erit vtique aut materia aut ſpecies, locus, ſed aliud. Illius enim aliquid hæc ſunt, qđ ineſt, & materia & forma. Hæc igitur ſint dubitata.

Com. 35. Ratio Zenonia quod locus erat in loco idipſum in infinitum nitebatur oſtendere. Ariſtoteles autem cum admittat aliud in alio, quãquam neget locũ in loco, quo etiam ſoluit dubitationem, quomodo aliud in alio ponatur, conſiderauit tanquã q̃dam corollarium, ut plenius oſtenderet locum nec formã nec materiem eſſe, perinde ac dixerit, ſoluta eſt Zenonis dubitatio ex hoc maxime, q̃d aliud in alio eſt diuerſis modis, ex quo etiã compertum habemus locum cum à materia, tum etiam à forma intereſſe atq; differre. Nam aliud eſt id in quo aliquid ponitur, & id quod eſt in hoc. Locus inquam & uas primo quæ ad ipſa ſeſe conferunt, recipiunt & ab eiſdem diſtinguntur. Quo ad uerba contextus { uas } pro loco ſumpſit quod manifeſtũ ſenſui atq; euidẽter differt ab eo quod capit, quod aliud eſt ab his quæ recipit, ideo nihil eſt eorum quæ collocantur in ipſo. Si ergo id admittitur, locus à materia atq; à forma abhorrebit immo prorſus quicquã aliud erit, quippe forma & materies ſint illius partes q̃d loco cingitur. Hæc nunc adiecit quod quæ cõpetunt per ſe loco prius explicaturus eſt, q̃ſi hoc inter alia maxime conueniat loco, ſcilicet diſtingui ab eo quod comprehendit. Cæterum undiq; cum rationibus de loco finem faciat ſubiungit hæc { ſint dubitata, } idq; minime facit, q̃d nihil hactenus ſit demonſtratione concluſum, qñ hoc modo plura dicta ſunt, ſed id potius ut oſtẽdat quomõ num ſit locus merito dubitatum ſit cũ illius natura captu q̃; difficilis exiſtat.

Tex. 30.
Tex. 31. Quid autem tandem ſit locus, hic vtique fiet manifeſtum. Accipiamus autem de ipſo, quęcũque videntur vere ſecundum ſe ineſſe ipſi. Cenſemus igitur locum eſſe primum quidem quod continet illud, cuius locus eſt, & nihil ipſius rei eſſe. Amplius, primum locum, neque minorem eſſe, neque maiorem. Præterea, neque deſeri ab vnoquoque, & ſeparabilem eſſe. Ad hæc autem, omnem locum habere ſurſum & deorſum, & ferri natura, & manere in proprijs locis, vnumquodque corporum. Hoc autem facere, aut ſurſum, aut deorſum. Suppoſitis autem his, reliqua ſpeculari decet.

Cõ. 36. Conuerſus deinceps ad inueſtigationem loci, quoniam ſermo eius ubiq; uidebatur cognitu admodum difficilis, ut ſolitũ eſt inueniri definitiones, quæ ſuapte natura abditæ ſunt, ſic ex his præcipue quæ loco conueniunt eiuſdem definitionem colligere enitetur. Quocirca ſibi ſex quaſdã dignitates aut effata, cõmuni opinione & conſenſu approbata, et dictis dudum cõmoſtrata de loco prius ſumit.

Quorum primum hoc maxime ſtatuere.

Locus continet ea quæ in ipſo inſident quod effatum ea ſimilitudine patet quam gerit cum uaſe, uerũ non ea contentus exẽplis idem meruit obſeruãdum uidelicet illud exiſtimari locum oportere, quod primo continet. Quid amplius? Omnino id q̃d in aliquo eſt, ab eodẽ contineri uidetur. Secundũ effatum.

Locum nec quicquam eſſe eius quod capit.

Id enim iam dudum inſinuauit, quibus illum nec materiam nec formam eſſe probauit. Tertium effatum.

Primum omninoq; proximum locum nec minorem, nec maiorem imo æqualem illi quod complectitur. Sin uero aut non integer erit uniuerſi locus, quod minor, aut non illius tantum quoniam maior. Quartum effatum.

Locum ab unoquoq; derelictum undiq; nõ eſſe, ſeparabilem tamen. Id eſt nunquã à corpore abſtractus atq; omnino auulſus, qui & ſi ſemper aliquod corpus comprehendat, tamen ſeiungi atque ſubſiſtere ſeorſum ab eo poteſt quod circũſcribit. Illud uero locum ſcilicet nunquã fore ſine aliquo corpore, forte uacui euertendi occaſione conſiſus dixit. Et hæc uerba quicquam plus indicant, quaſi uſurpent nonnulla quę magis uidẽtur ad euertendum uacuum pertinere. Verum aliud ſcripturæ exemplar extat huiuſmodi. { Adhuc neq; deſeri ab unoquoq; & ſeparabilẽ eſſe. } quod q̃dem exemplar apertũ eſt. Aequale enim eſt deſeri et ſeparabilem eſſe, quaſi dicat eum eſſe locũ qui ab eo quod recipit deſeritur & ſeparari poteſt.

Quintum loci effatum.

Idem differentias ſupra ſcilicet & infra habet.

Quod quidem non ea de cauſa ait, ut idem ambas teneat differentias, quod oppoſita idem concurrere nequeunt. uel uſus eſt coniũctione /Et/ pro diſiunctione hac /uel/ quaſi dicat omnem habere locum ſupernum uel infimum.

Solet etiam Homerus contra ſibi diſiunctione /uel/ pro coniũctione Et his uerbis uſurpare.

Iuuenis uel Senex.

Pro hoc Iuuenis & Senex. Dixit item omnem locum forte pro hoc naturam loci diſtingui ſupremo & infimo & minimo unũquemq; locum. At cur harum tantum loci differentiarum meminit, cum prius hæc dixerit. { Hæ autem ſunt loci partes & ſpecies ſurſum & deorſum & reliquæ diſtantiarum ſex. } Niſi quia ſupra & infra præcipue ſunt loci differentiæ quæ corporum naturalium qua naturalium ſunt capaces, at aliæ ſunt ꝓpriæ animalium & partium eorum quæ habent ante & retro dextrum atq; læuum, & eorum quæ habent propenſionem & inclinationem ad eas. Sextum effatum.

Vniuerſa corpora ꝓpria loca petunt in hiſq; quieſcunt ad quę moueri & proficiſci eis natura comparatum eſt.

Adiecit autem hoc { natura } quaſi dicat ſecundũ eorum naturam quod quidem euidens eſt, quoniam terræ quædam glebula deorſum properat cum præſertim non ui, ſed ſuapte natura cietur, & ubi locum obtinuerit ſibi peculiarem figitur & manet. Eodem modo ſupremum locum ignis poſtulat. Peculiares enim corporum naturaliũ differentiæ hę ſunt { Surſum & Deorſum } ob eam quam adduximus cauſam. Eędẽ præ-

terea (ut diſputatur libro de cõmuni ortu rerum) magis ſunt q̃dam naturalium corporum,& nequaquam eorum quæ impetu & appetitiõe animi impelluntur cienturque caſus. His ergo prius aſſumptis & poſtulatis deinceps, inquit, nobis quaſdam regulas ſumentibus conſideranda ſunt reliqua. Verum ſciendum eſt Theophraſtrum & Eudemum inter prædicta effata de loco, id etiam enumeraſſe.

Locum immobilem eſſe.

Sed quemadmodum hoc Ariſtoteles præterierit ubi aſſignabit diſcrimen inter uas & locum eluceb t.

Oportet autem tentare, cõſiderationem ſic facere, vt ipſum quid eſt reddatur, vt & quæ dubitantur, ſoluantur, & quæ videntur ineſſe loco, inſint.& amplius ipſa difficultatis, & earum q̃ circa ipſum dubitationũ, cauſa erit manifeſta. ſic enim pulcherrime demonſtrabitur, vnumquodque.

Cõ.37. Poſteaquam ſibi ſumpſit ea quæ uidentur rei quæſitę communi conſenſu conuenire, his tribus quoq; opus eſſe ad tradẽdam diffinitionẽ loci quæ infamari obiurgariq; nequeat. Vno, ut ea quæ cõmuni intelligentia probantur, hæc ipſa propoſitæ definitioni ineſſe palam uideantur. Altero, ut diluantur omnia quæ ne locus eſſet uocabãt in dubium. Tertio, ut conſtet perſpicuo ex tradita definitiõe cauſa difficultatis eius ſiquidem ſit difficilis. Nam hoc indicium ſignumq; euidens magnum momentum affert ut credatur in hoc libro naturam loci omnino exprimi atq; explicari.

T.32. Primum igitur conſideraſſe oportet, quod nõ quæreretur vtique locus, ſi non motus aliquis ſecũdum locum eſſet. propter hoc enim & cœlum maxime in loco putamus eſſe, quia ſemper eſt in motu. Huius autem, aliud quidem eſt loci mutatio, aliud vero augmentum & decrementum. Etenim in augmento & decremento, transmutantur, & quod prius erat hic, iterum translatum eſt in maius aut minus. Eſt autem quod mouetur, aliud quidem per ſe actu, aliud vero per accidens. Eius autem quod ſecundum accidens, aliud quidem poteſt moueri per ſe, vt partes corporis, & in nauigio clauus: alia vero non poſſunt, ſed ſemper ſecundum accidens, vt albedo & ſcientia. hęc enim ſic transmutantur ſecũdum locum, quia id in quo ſunt, transmutatur.

Cõ.38. Cum cõmunes de loco cõceptiones prius accepiſſet & qualis tradenda ſit definitio eius nos docuiſſet, quæ deinceps ut primo uideamus quæ proprie contineantur loco, dehinc quid ſit locus cognoſcamus admonet. At quæ proprie loco claudãtur ex his quæ ad locum proficiſcuntur maxime inueniũtur. Nam ex eo nouimus locum, quod uiciſſitudinem quandam & ſucceſſionem corporum i eodem loco uidimus. Vnde ex his quæ mouentur ad locum totidẽ conceptiones eius & effata inuenimus unaq; introduximus. Videlicet.

1 Locum eſſe quicquam aliud ab eo quod capit.
2 Aequalem eſſe eidem,
3 Separabilem,
4 Differentias ſurſum & deorſum habere,
5 Ad has corpora ꝓficiſci & in his quieſcere aut manere.

Quare hæc multa effata in unam eorũ cauſam reduxit ad motum uidelicet, quia ad locum dicitur. Duas item utriq; motus ad locum ſpecies eſſe lationem ſcilicet, quæ tantum & abſolute motus ad locum affirmatur, & incrementum aut auctionẽ, & diminutionem tradit. Etenim in his quæ natura adoleſcunt quod prius hic inſederat, ut quod dodrante eminentius eſt terra hoc trãſmutatur in maius aut minus loci ſpatium, ſi uero ad maius tum accretio & incrementum fit, ſi uero ad minus diminutio. Ex his ergo tribus translationibus loci notitiã attigimus. Si enim omnia corpora quieſcerent, ne utraque non ex alio in aliud traducerentur, neq; obſiderẽt occuparentq; locum, neq; desererent, unde nobis orta atque ſuſcepta fuiſſet loci notitia. Cum igitur decreuerit ex his quæ ad locum proficiſcuntur locum inuenire, partitur primum ea quæ cientur cum in ea quæ per ſe mouentur, tum etiam in ea quæ per accidens, & quę per ſe mouentur, actu mutabilia dicit, quaſi unumquodq; corpus ſit integrum abſolutumq; quod ex loco ad locũ uelut cum ad meum concedo locum, & nauis cum pelagus mareq; pertranſit, ſeſe confert. Ea uero per accidens ſunt, quæ in his inſunt, q̃ per ſe mouentur, aut tanquã partes, ut manus & nauis clauus, uel tanquam accidentia, ut albedo, & ſcientia. Et hæc inter ſe diſſentiunt. Quãquam enim partes per ſe non alio transferantur cum in uniuerſum coeunt, ꝓpterea quod ea, quę per ſe ciẽtur & locum mutant, neceſſe eſt, ut ſint perfecta & penitus abſoluta, tamen ab ipſo uniuerſo ſeiunctæ per ſe moueri queunt, quare dum una cum ipſo uniuerſo cientur actu, ſcilicet tum, ipſo momentoue, aut tempore mouentur per accidens, ſed potẽtia, id eſt dehinc per ſe moueri poſſunt, at quæ accidunt his quę per ſe alio petunt, & nequeunt per ſe moueri, idq; minus potẽtia habet, ut albedo & ſcientia. Non enim hæc ſeparata per ſe moueri queunt, quod neq; omnino ſeparari ualent. Sed ſic eodemq; modo mouentur & transmutantur, quia id in quo inhęrent, mutatur, aliter uero nequaquã nec actu nec potentia poſſunt. Quæ igitur cum ſic ſe habeant, ex his quæ per ſe mouentur minime uero ex his quæ per accidens locus ſumendus ſit. Ni ergo quæ per ſe poſſunt moueri, cum mouebunt tum actu proficiſcerentur ad locum, quod ſit, ubi partes ab uniuerſitate ſemotæ ſuiſmet finibus circũſcriptę fuerint. Tum enim locum per ſe occupabunt. Et tantum fructus præſtat nunc diuiſio eorum, quæ per accidens cientur ut uel hoc maxime pateat quędam collocari per accidens utpote quæ migrant ad locum per accidens. Quę enim poſſunt ueluti partes ſibi locum per ſe cõparare, hæc poſſunt aliquando etiam moueri per ſe, & eodem modo collocari. Quibus uero accidit ſolum moueri, hæc proprie ad locum accedere & in loco eẽ nec dici nec affirmari par eſt, ſed illa ſola proprie locari dicuntur quæcunq; abſoluta attigua quibuſdam ſunt, ſed minime cõtinua. Hæc enim ſuapte ui & natura mouẽtur. Quod demum ea, quæ cientur per ſe & collocantur oporteat eſſe à cæteris abſoluta manifeſtum eſt. Perſpicuum quoq; ſit, quod aliquid attingat, niſi enim illud ſit uniuerſum quod extra ſe nihil habet, prorſus neceſſe eſt ut alicui ſit attiguum, quod ſi uniuerſum fuerit, profecto ſedem nõ mutabit e ſede quam obtinet, uerum illud q̃d undiq; attiguum eſt, ab illo continetur quod ſibi haud cõtinuum eſt. Primo igitur collocatur id quod per ſe alio ducitur & impellitur & tangit aliud continens ſui æquale, atq; à cęteris abſolutum. Vt ergo eo redeam unde defluxit oratio, ex his quæ ad locum tendunt per ſe, ibique eodem modo morantur, loci definitionem colligere quimus. Terminus enim eius quod tangitur, quæ ad locum eunt continet.

Sed illud locus dici debet à quo quæ ad locum accedunt, continentur.

Terminus itaque eius quod tangitur & continet quæ illuc cõfluunt locus eſt.

Eodem pene modo ſe habet motus quippe ad locum dicitur, quatenus terminatur ab eodem. Verum non quodcunq; mutans locum augendo aut diminuendo, uel aſſumendo uel relinquendo quãquam ſecundũ locum dicatur, debet ſic dici in loco eſſe, quia non uniuerſum mutãt locum. Hæc eſt uerborum ſententia. Poſtremo, dicet ea de cauſa cœlum nobis collocandum eſſe in loco quod eius alia atq; alia pars mota aliam atq; aliam poſitionem mutat.

Tex.33. Quoniam autem dicimus eſſe in cœlo vt in lo
co,quia in aere,hic autẽ in cœlo eſt,& in aere au/
tem,non toto,ſed propter vltimum ipſius & con/
tinens,in aere eſſe dicimus.ſi enim totus aer ſit lo
cus,non æqualis erit vniuſcuiuſq; locus,& vnum
quodque.videtur autem æqualis eſſe,talis autem
eſt,primus in quo eſt. Cum igitur non diuiſum
Tex.34. eſt quod continet,ſed continuum,non vt in loco
dicitur eſſe in illo,ſed vt pars in toto.cum vero di
uiſum eſſe,& tangens,in primo quodam eſt,vlti/
mo cõtinentis,quod neq; pars eſt eius quod in ip
ſo eſt, neque maius ſpatio, ſed æquale. in eodem
enim ſunt,vltima ſe tangentium.

Com.39. Hactenus quę ad locum accedunt per ſe,quæq; per ſe in lo
co firmantur cum determinaſſet propterea quod ea eſſe opor-
tet ſubſtantias corporeas uniuerſas abſolutas à continuatione
mutua(ut fit in partibus) ſimiliterq; ab alio & ab eo etiam qui
cõmunior & latior locus dicitur contineri, nunc ſermonem re
fert ad illum qui primo et per ſe fertur,ut oſtendat eidem con-
uenire illa effata,quæ ſupra recenſuimus.Solitum itaq; eſt nos
dici in cœlo collocari,ideſt in mundo,quod ab eodem comple
ctimur,perinde ac contineantur corporea quę loco ꝓprio cõ-
tinentur,uerũ proxime in cœlo non ſumus,neq; cœlum eſt no
bis ꝓprius locus, ſed propterea quod hic in aere ponitur,ideo
in cœlo eſſe fertur,ſimili quoq; modo in aere locatur, quod nõ
in uniuerſo aere inſidet, ſed quia eſt in ꝓxima aeris parte quæ
illum continet cuius merito etiam fertur eſſe in aere. Quod ue-
ro ambitus aeris uniuerſus non ſit eius locus uel hoc uno maxi
me comprehenditur,quod locus æqualis eſt rei collocatæ. Sin
uero,non foret locus.Extremum enim nos continentis ęquale
nobis exiſtat oportet,in quo etiam primo inſidemus. Nõne igi
tur locus extremũ continentis proximum rei,quæ complecti-
tur?Vel quicquam adhuc definitioni adijciendum eſt, quod
etiam adiungit his uerbis. { Cum igitur non diuiſum eſt quod
» continet, ſed continuum, non ut in loco dicitur eſſe in illo,
» ſed ut pars in toto cum uero diuiſum eſt & tangens in pri-
» mo quodam eſt ultimo continentis. } ſcilicet uelut in loco. Et
» his oſtendit diſcrimen inter ea quę ſunt uelut in uniuerſo,& ea
quæ ſunt uelut in loco,quemadmodum etiam paulopoſt oſtẽ
det quæ cientur ad locum differre ab his, quæ mouentur una
cum ipſo uniuerſo. Verum Alexãder putat his cõmoſtratum
fuiſſe,partes utpote continuas uniuerſo in loco conſtituto non
per ſe ibidẽ collocari ſed uniuerſo uelut in loco cõſiſtere. Atq;
opinor illum de diuiſione cõtinuationeq; continentis cum illo
quod locatur,hęc dixiſſe. { Cum igitur non diuiſum eſt quod
» continet,ſed continuum. } & rurſus. { Cum uero diuiſum eſt
» & tangens. } Verbis proinde & ſententiæ opinor magis con-
» ſentaneum fore ſi hoc modo intellexerimus.Quod cum ipſum
continens continuum fuerit rei,quę continetur,tum res quę cõ
plectitur eſt uelut in uniuerſo pars. At cum fuerit abiunctũ ſic
tamen,ut attiguũ ſit,tum q̃d continetur in extremo continẽtis
inſidebit uelut ĩ loco & ĩ eodẽ primo. Huic peculiari loco itaq;
effata quæ prius ſumpſimus,cõpetunt. Hęc præcipue.
Primum locum quicquam non eſſe eius q̃d loco comprehen-
ditur.Nam extra ipſum quod capitur,eſt.
Secundum locum æqualem eſſe illi quod continetur.
Quod his ſane indicauit. { In eodem enim ſunt ultima ſe tan-
» gentium, } ideſt termini continentis & rei q̃ continetur.Quod
» ſi diceret in eodem eſſe uelut in loco,profecto per accidens di-
xiſſet.Non enim ſuperficies per ſe in loco ſunt immo neq; ue-
lut in eodem ſubiecto, quod unaquæq; ſuum peculiare ſubie-
ctum habet.Item neq; alia ſignificatione eius quod in aliquo
dicitur ſuperficies dicuntur eſſe in eodem. Magis porro illud
» { in eodem } pro hoc { ſimul } intelligendum ſit uelim. Illa
enim dicuntur quoq; per ſe in eodẽ eſſe, inter q̃ nullum interce
dit medium.Quocirca is modus exiſtendi quicquam in aliquo
uidetur in ea ſuperiore enumeratione ſignificationum eius prę
termiſſus.Nam quæ mutuo cohærent & molem nec ullã red-
dunt nec medium aliquod capiunt inter ſe in eodem eſſe dicũ-
tur,quod unus oritur terminus his atq; euenit quæ mutuo ſeſe
tangunt,quia nõ habent quoad illum intercapedinem, ut enĩ
fit unum in his,quæ continua ſunt.Eiuſmodi ea dicuntur, quæ
inter ſe nullum medium terminũ actu exiſtentem admittunt.
Hoc igitur modo id { in eodem } pro { ſimul } intelligit, & »
hunc modum quicquam exiſtendi in aliquo præter enumera-
tos eſſe fatetur. At Aſpaſius { in eodem } interpretatꝰ pro hoc »
uelut { in loco, } quo pacto aſſerebatur amphora uini in ſeip- »
ſa fuiſſe,quia pars in parte. Superficies quoq; eius quod collo-
catur in loco eſt, quod una eſt cum illa loci quod ibi nulla ſu-
pereſt oriturq; altitudo. At ſi una quonã pacto in aliquo erit?
Niſi uelut in corpore continentis.

Et cum continuum ſit,nõ in illo mouetur, ſed
cum illo.diuiſum autem,in illo.Et ſiue moueatur
continens ſiue non,nihil minus. Amplius autem
cum non diuiſum eſt, vt pars in toto dicitur,vt in
oculo acies,& in corpe manus.Cum aũt diuiſum
eſt,vt in cado aq̃, aut in fictili vinũ. manus enim,
cum corpore mouetur,aqua autem,in cado.

His quoq; arbitror illum oſtendere, quod nequaquam de- Cõ.40.
cet id quod loco capitur continuum eſſe eidem, immo ſeiun-
ctum, quod oſtendit motu qui fit in loco, modo id moueatur
in loco a quo continetur. At continuum non mouetur in ſuo
continente,ſed una cum illo. Cum igitur diuiſum fuerit à con-
tinente id quod locatur,tum in loco eſſe dicit. Tum enim mo-
uetur in continente,& ſi continens idipſum, cieretur uelut uas
erit, ſin uero, tum erit uelut proprie locus. Aſpaſius tamen id
quod in loco moratur uel mouetur,uelut id quod fluctuat agi-
taturue,uel in orbem uertitur aquã eſſe dixit. Equidem patet
uas ipſum uniuerſum non dici locum, ſed ſuperficiem cauam
ipſius cadi,uel ipſius dolij.At qui id quoq; adduci opinatur ex
quo oſtendat partes cõtinuas non eſſe in loco, ſiquidem quod
eſt in loco in eodem moueatur interdum,et id quod in uniuer-
ſo cõſiſtit,minime mutetur.Pars inquam continua non in ipſo
uniuerſo agitatur,ſed una cum illo. Hoc itaque modo interpre
tatur hæc ad contextum ſequentem uſque, qui huiuſmodi eſt.
{ Iam igitur manifeſtum ex his quid eſt locus, } quæ uerba »
eadem eſſe cum prædictis affirmat. Dupliciter præterea ſcri-
pturam damnat,primo legit hæc quorũ ſic eſt initium. { Am- »
plius autem cum non diuiſum eſt, } & cætera, quæ intelligen »
da eſſe ducit de diſcrimine eorum quæ mouentur in loco &
eorum quæ ſunt in uniuerſo. Deinceps legit priorem & facie
illam ſecundam ubi incipit. { Et cum continuum ſit,non in il- »
lo mouetur. } quæ de differentia eorum quæ cientur in loco »
contra partes,quæ in ſuo uniuerſo cientur. Hæc quoque poſ-
ſunt breuiter dici cum ſuis exemplis, ut prima ſint ea quæ di-
cuntur uel ſuo uniuerſo inſidere, uel in loco collocari, reliqua
uero de his quæ ſimul cum uniuerſo cientur, uel in loco mo-
uentur. Ea enim quæ continua ſunt, in aliquo, uelut pars in
uniuerſo conſiſtunt, ut pupilla in oculo aut manus in corpore,
quæ uero diuiſa ſunt,uelut in loco aſſident aut in uaſe ponun-
tur. Verum & ſi ambo exempla de uaſis fecit, quoniam dixit
{ Cadi,uel dolij, } forte tamen,cum dixit uinum in dolio exẽ- »
plum eius quod eſt in loco poſuit,& cum dicit { Aqua autem »
in cado } exemplum eius affert quod mouetur in loco. Nam »
cum extrahitur cadus e puteo,tum aqua in eodẽ agitatur qua-
re interdum confert ea quæ ſunt in loco cum illis quæ ſunt in
ſuo uniuerſo,interdũ uero ipſa quę mouentur. Idq; facit,ut ſe-
parentur hæc quę locantur ab his quę in ſuo uniuerſo ponunt.
Aſpaſius autem poſteriora penitus omiſit.

Iam

T.35. Iam igiť manifeſtũ ex his, quid eſt locus. Quatuor enim fere ſunt, quorum neceſſe eſt locum, unum aliquid eſſe. aut enim forma eſt, aut materia, aut ſpatium aliquod medium extremorũ, aut extrema, ſi non eſt vllum ſpatium præter inexiſtentis corporis magnitudinẽ. Horum aũt, quod tria non poſſint eſſe manifeſtum eſt.

Cõ.41. Cum eo uenerit ut intelligeretur locus eſſe continentis terminus, atque cum ſit contiguus rei quæ continetur, ab ea eſſe abiunctus, quocirca etiam eius eſt continens, æqualis, quicq́; etiam aliud ab ipſa, quæ ſane inter dignitates aut effata de loco maxime principalia ſunt ſubiungit ex dictis iam clarum eſſe quid locus ſit, q̃a locus nil aliud eſt: q̃ { Terminus continentis qua continet id quod continetur. }

Quod uero non ſecus ſit, diuiſione tẽtat probare, & ſibi ſumit argumentũ ex diuiſione plurĩũ huiuſmodi. Verbi cauſa.

Aut eſt a/aut b/aut c/aut d/

Sed nullum eſt trium,

Quartum ſcilicet d/igitur erit.

Eodem modo refert argumentum.

Quoniam quatuor plane exiſtunt, quorum unum locum eſſe, neceſſe eſt. Vel enim forma, aut materia eſt eius quod eſt in loco, aut interuallum quoddam interceptum extremis finibuſq; continentis, quod nonnulli ut Epicurei et Democritus & poſteriores Stoici, & alij putarunt Platonem idem aſſeueraſſe, cenſuerunt, aut demum eſt terminus continentis.

Si ergo nihil triũ p̃cedẽtiũ, ut demõſtrabit, locus dici nõ põt.

Reliquum igitur locum affirmari oportet.

Interuallum autem Epicurus & Democritus ſic uacuum eſſe aſſeruerunt, ut aliquando corpore impleatur, aliquando autem deſeratur. Platonici uero & Stoici inane ita probant, ut corpus ſemper contineat, a quo etiam ſit alienum atque diſtinctum ſed eodem ſic ſemper refertum, ut nunquam inane penituſque uacuum relinquatur.

Hoc aduerbium { fere } inſeruit uerbi contextus quandoquidem non uideatur adnectere neceſſitatem diuiſionis. Quocirca & ſi haud manca uideatur diuiſio, tamen demonſtratio debilis eſt, tentabimus neceſſitatem inuenire. Hoc enim modo ipſum aduerbium { fere } magis quandam Philoſophi cautionem quam incertam rei notitiam indicabit. Sed hæc ſit neceſſitas ratione deducta.

Illud locum affirmari oportet ad quod quicquam cum ſeſe motu ad locum dicto transfert.

Sed quod eo mouetur motu uel ſecundum aliquid eorum quę habet, uel ſecundum quicquam eorum quod proxime circa ſe ipſum iacet, transfertur. Et ea quæ habet id quod mouetur, materia & forma ſolum ſunt, & ea quę ꝓxime iacent, terminus cõtinentis ipſum, & ſpatium interceptum inter terminos illius, tantum eſſe uidentur.

Si quis ergo locum quicquam eſſe affirmari uult, horum quatuor unum affirmet oportet.

Si ergo nihil trium p̃cedentium neq; uidelicet materiem neque formã, neq; intercapedinem quandã eẽ demonſtrabitur.

Patebit itaq; locum eſſe terminum continentis.

Cæterum cur nõ dixit uel extrema. Sed hæc expreſſit { Si non eſt ullum ſpatium præter inexiſtentis corporis magnitudinem. } Niſi forte quia duarum opinionum uidetur magis ueriſimilis hæc quæ locum uel formam uel materiem eſſe affirmat. Vel ob hanc cauſam, quam ueriorem opinor, quia ſupra multis argumentis cum formam tum etiam materiem a loco diſiunxit & ſeiunxit quare ſi confutabitur locus eſſe interuallũ prætermiſſis alijs quæ in diuiſione recepta fuere, reſtabit inq̃ locum eſſe extremum ultimumque continentis.

Sed propterea quod continet, videtur forma eẽ. in eodem enim ſunt extrema cõtinentis & cõtenti. Sunt igiť vtraq; termini, ſed non eiuſdẽ, ſed ſpẽs quidẽ, rei: locus aũt, cõtinẽtis corporis. Ex eo autẽ quod mutatur ſæpe, manẽte cõtinente, contẽtum & diuiſum, vt ex uaſe aqua, ipſum medium, eſſe aliquod videtur ſpatium, tanquam aliquid exiſtens p̃ter ipſum corpus trãslatum. Hoc autem non eſt, ſed quoduis incidit corpus eorũ quę trãſferuntur, ac tangere apta natura ſunt. Tex.36.

Cauſas affert, quibus locus exiſtimabatur eſſe aliquid eorũ trium quæ diximus rurſuſq; docet hanc exiſtimationẽ haud rectam eſſe & oſtendit modos & differentias eorum. Primum ergo de forma agit. Cõmẽ.42.

Quod locus continere id quo collocatur, apparet.

At forma id continere uidetur cuius eſt.

Itaq; locus forma dici non immerito uidebitur.

Idq; præcipue, quod in eodem forma terminus continentis & rei quæ continetur eſſe uidetur. Etenim ſi hæc componantur connectanturq; inuicem, quia ſunt abſq; altitudine nihil plus efficiunt. Sed quod forma ac terminus continentis differãt perſpicuum eſt, quippe alia ſit terminus eius quod collocať, & alter continentis, qđ ſi qđ locatur differt a loco forma quoq; ac locus diſtingueně. Et q̃a ſupra pluribus cõmonſtrauit locũ nõ eſſe formã, ſuppetat mõ diſcrimen inter ipſos cõtinentis & rei quæ cõtineť terminos demõſtraſſe. Deinceps aũt cãm affert cur locus cẽſebať eẽ q̃dã intercapedo terminorũ ꝯtinentis. Cũ enim loci nouũã aſſecuti ſimus e uiciſſitudine corporũ q̃ in aliũ atq; aliũ locũ & ſæpe in eũdẽ ſeſe recipiũt, ꝑfecto. ex eadẽ conijcere potuerunt ueteres locum eẽ q̃ddam interuallũ aliud a corporibus receptis, qđ interceptũ ſit terminis cõtinentis uelut cauæ ſuperficiei ipſius dolij q̃dq; cũ uacuũ ſit corpora. recipiat, q̃ uiciſſim in eodẽ ſuccedũt. & ab his eſt ſeiunctũ. Etenim idẽ loco cõpetere uideť, q̃bus abſolutis deinde cãm cur aberrarint, affert. & confutat rõnem & demit talem intercapedinẽ. Pandit itaq; cãm q̃ in errorẽ inciderint, qm̃ ubi primũ exierit aliqđ corpus ex q̃dam interuallo aliud ꝓrſus in eodẽ ſuccedit unde īteruallũ corporũ ad locũ trãſferũt p̃inde ac idẽ ſit locus q̃ſi ubi ꝓrſus nullũ corpus ſucceſſerit una ſit, (ueluti uas interdum frangiť,) exeũte priore p̃iturũ. Huic pſſiſe in uutib⁹ fieri uidemus, q̃ primo quoq; tẽpore uacui facti cõcidũt & cõprimũtur, nos intercapedinis nihil eẽ cẽſemus. Proinde in aere haud ſitr mei corp̃is interuallũ apparet p̃manere, nã illico ſi me alio cõtulero ſuperficies ꝯtinẽs me cõfundiť, & i unũ euadit ſeq; q̃ſi cõciliat, nũc uero q̃a aliud ingrediť corpus qđ põt tãgere cõtinens cũ q̃ tñ nõ ꝯtinuũ ſit, uideť p̃manere interuallũ. Ob id. n. adiecit hæc, { Ac tangere apta nã ſunt. } ſed non in unũ connectuntur copulanturue. Quæ enim in unũ fiunt ut aer cũ aere coniunctus et aqua, ita nequaquã in loco eẽ dicuntur, neq; in uaſa ſi ita copulentur, deſinit eni tum locus eẽ, cũ diuiſus fuerit ab eo qđ eſt in loco. Qđ uero ſemper aliqđ corpus ſuccedat exeunti, indicio uel maxime ſunt anguſtiæ uaſorũ & q̃ appellãtur clepſydræ, q̃ haud exitũ aq̃ dãt p̃mittũtq; niſi aer exeũtis aq̃ regionẽ occupet. At Galenus huic obuiã cũ ueniſſet refragariq; ſtuduiſſet, ſtatuamus poſtulemuſq; illico ſublata aqua nullũ aliud corpus adire, manet itaq; interuallũ q̃ddã ſup̃ficiei uaſis ſeparatum. Sed eius poſtulatio abſurda eſt, qm̃ id qđ uenit in dubiũ petit. Quærẽtibus. n. nobis ne ſit intercapedo q̃dã ſeparata, ipſe nõ demonſtrat eã eẽ, ſed fingit & depingit ſibi illam. Sed ꝓrſus q̃ hęc aſſerit q̃ fieri nequeũt, petit. Vt. n. fieri nequit, quin, ubi corpus fuerit q̃ddã ſpatiũ aut interuallum ſit, ita fieri non põt quin corpus ſit exiſtẽte interuallo. Nã id in eo eſt. Quocirca cũ petat nõ collocari corpus in uaſe, tñ ibi adeſſe interuallum, ꝑfecto petit utrũq; corpus uidelicet in eodẽ aq̃ eẽ ac nõ eſſe. Sed poſtulemus hæc, ſi placet, i corporibus anguis quæ caua non ſint, in quibus ubi fuerit ſublatum id quod tangitur, nullum ipſorum corpus tangetur. Patet igitur dum hoc tueri nititur, inane efficit & affirmat haud tamen demonſtrat.

Sic ergo & in cauis uaſibus fit. Etenim horum ſemper aliquid attiguum eſt. Non enim mutant naturam propterea quod talem figuram habent. Vt igitur de hoc dicimus, quoniam ſi fieri hoc poteſt ſcilicet quoddam ſpatium eſſe ſine corpore, eſſet profecto uacuum, quod cum nõ ſit (ut demonſtrabimus) qđ fieri nequit, ut aliquod penitus ſecedat tãgẽs, & ſuccedat aliud eius uice quod tangat ipſum, ſic etiam de uaſe aſſeuerabimus. Equidem quædam tum nobis aduenit interualli ab omni corpore ſeiũcti cogitatio, cum animo cogitationeq; abſtulerimus qualitates quibus aqua, aut uinum, aut quicquam aliud conſtat, & concepenmus ſpatium æqualium corporum perinde quicquã aliud ſit ab eis, quę in eo erant, quod etiam idem cum unoquoq; illorum eſſe uidebatur ob æqualitatem, ac poſſe accipi apparet ſine illis uelut uini ſpatium & aquę ſine aqua cum qua erat. At quod petit ſublato corpore quod intra iacebat, nihil ſuccedere, uacuum profecto inuehit in naturam ac rerum numerum. At ſiquis contenderet eſſe interuallum in uniuerſo, haud tamen uacuum eſſe fieriq; quod ſemper aliquid in eodẽ eſt, quia exeunte corpore ſemper quicquã aliud corpus ingreditur, & ob id eripitur uacuum, quod ſane interuallum eſt locus, is profecto quandam aliam petitionem ſuſcipit, quæ alias poſtulat confutationes ſi tolli debet. Sed præcipue contra talẽ Ariſtoteles ꝓuinciam occurrendi ſumpſiſſe uidetur.

Tex. 17. Si autem eſſet aliquod ſpatium aptum natura, ac manens in eodem loco, infinita vtiq; eſſent loca. Translato enim aere & aqua. idem faciẽt partes omnes in toto, quod nunc tota aqua in uaſe. ſimul autem, & locus erit mutatus. Quare erit loci & alius locus: & multa loca ſimul erunt. non eſt autem, alius locus partis in quo mouetur, cum totum vas trãsfertur, ſed idem. In quo enim ſunt, vicisſim transferuntur aer, & aqua, aut partes aquæ, ſed non in quo ſunt loco, qui pars eſt eius loci, qui eſt locus totius cœli.

Cõm. 48. Cum ſupra retuliſſet quæ ſpatium intercapedinemue locũ nobis eſſe perſuadebant cauſaſq; adiecisset, quæ illos fefellerunt, nunc ſeſe conuertit ad confutandam petitionem, argumẽtum aliquo modo obſcurius exprimens, ſed neceſſitas argumẽti ex conſequentia ut pote illa quæ fieri ſolet in ſecundo modo quo connexum ſic deducitur.

Si locus quædam interualli ſeorſum permanentis & non inſidentis in aliquo corpore, nátura eſt, proculdubio tria incommoda atq; abſurda ex eo emergent. Primum.

Infiniti erunt loci. Secundum.

Locus ad locum proficiſcetur, quare loci erit alius locus. Tertium.

Plures loci ſimul erunt.

Sed hęc fieri nequeunt.

Huiuſmodi ergo interuallum non erit.

Connexum apparebit uerum, ſi ſtatuamus uas quoddã aqua uel aere refertum quod ſic transferatur de loco ad locum, ut proprio motu uideatur moueri in eodem id quod fluctuat, uel circumuoluitur. Si ergo inſperſum aquæ undiq; fuerit interuallum, ſi tranſmutetur aqua uel aer, idem certe efficient partes quæ ſunt in ipſo uniuerſo, Vt enim in ſucceſſione illa uiciſſitudinaria corporum cum eo ſucceſſit aer, ubi prius inſidebat aq̃ intelleximus locum ut diximus, ſic etiam uiciſſim ſuccedentibus partibus dum in eodem uaſe uolutantur, unaquęq; locum uiciſſim & ſeorſum capiet quippe cum uniuerſum interuallũ ſit in ſingulis aquæ partibus receptum imbibitumq;. Qui enĩ faciunt locum terminum continentis, hi uniuerſum per ſe collocant, partes uero per accidens, qđ ille non continentur a loco proxime.

At qui interuallum undiq; includunt partium uniuerſi quaſiq; ingerũt, hi nõ affirmare nõ poſſunt partes interualli eẽ ꝓxima loca partiũ corpis uolutati qđ unaquęq; ſuũ poſſidet ſpatiũ. Sed quæ proxima tenent loca, hæc (ut prius demonſtrauimus) ſecreta abiunctaq; ſunt. Abiuncti nãq; ſunt loci.

Si ergo cõtinui prates abiunctæ fuerint de quo quia per ſe moueãtur certiores nos ſumus, ꝓfecto infinitæ partes, innumerabileſq; loci erunt. Cęterũ uice horũ uerborũ qđ partes poſt hac non eẽnt cõtinuæ cũ uniuerſo, ſed per ſe in loco cẽnt, hæc ꝓtulit. { Idem faciẽt partes oĩs in uniuerſo, qđ ꝗdem uniuerſa aq̃ io uaſe. } At uniuerſa aqua mutaẽ per ſe. quare io loco erit etiã per ſe diſcreta & diuiſa, unde loci interuallũ in cã eſt, ut partes per ſe moueanẽ & eodẽ mõ collocenẽ, quę cum per ſe cieãtur ut diximus diſiunctos locos ſic hñt ut ſingula ſuum agnoſcat & teneat, quæq; cum per ſe locentur, actu infinitæ atq; innumerabiles loci mõ ſunt. Sed qm̃ nunc de loco diſſeritur, de locis & minime de partibus dubium uelut abſurdũ intulit. Vnde ſi infinio loci aut infinita ĩterualla multitudine actu aut mõ in cyatho quoq; erit magnitudo infinita. Similiter dicendũ eſſe de partibus innumerabilibus quæ ſunt in locis infinitis opinor Infinitum enim magnitudine ex infinitis multitudine magnitudinibus ꝗlecũq; erit. Concludiẽ itaq; in eodẽ interuallo infinita eẽ loca, ſi locus fuerit ĩteruallũ illud a ueterib9 defenſum. Sequitur præterea illud abſurdũ ſcd̃m, ut diximus, ꝙ inſinuabatur locum ad locum ꝓficiſci, quare loci ꝗdem alius erit. Si enim alio ueherẽ uas, qđ in ſeipſo habet ſpatiũ illud, ꝓfecto id pſum ſpatium erit in illo in quo erit uas, quo pacto loco dabitur locus, quod a ratione eſt longe alienum.

Tertium quoq; deduciẽ ſcilicet multos locos ſimul fore. Vas enim cum alio ducetur, una ẽt interuallũ finibus eius cõprehẽſum adducetur, & tum occupabit aliud æquale interuallum, quare quæ in uaſibus erunt nihilo ſecius eadem interuallo ſpatiaq; habebunt ut a principio, quæ ſane interualla loci appellãtur, & iidem ſunt ad quos ſeſe cõferunt quæ cientur, ꝙ fit, ut cõplures loci habeanẽ ſimul cũ pluribus aliis eiuſdem. corporis At nonne eadẽ abſurda oriunẽ in eos qui tradũt locũ extremũ continentis eẽ? Nullo pacto, qđ alio translata amphora aquã io ea collocatam uel eius partes alium recipere locum minime diceremus, quia eodem loco potiuntur minimeq; alio ſecedũt ac ubi prius erant eo ſcilicet mõ, ut uideatur ſpatium in ſpatio collocari. Quonã igitur pacto ſi merũ eundẽ locum occupat & ſm ſe uniuerſum & ſuas partes, extra ſe Athenas ꝓficiſceẽ? Sed neq; mouetur per ſe, q̃a manet in amphora, qđ uero alio uehitur, aut aſportatur amphora eſt in qua uinũ poſitum erat. quapropter nec merum nec eius partes per ſe cientur, ſed per accidens. Verũ ꝗries hæc mouenẽ, nõ aliũ petũt locũ, ſed in eodem agitanẽ & fluctuant dolio. At ſi locus admitteret eẽ ꝗddã ſpatiũ, corpora illa ꝙ uaſa replẽt ſimul cũ uaſibus ꝑ ſe alio ueherentur, & eorum partes una cũ illis ſeorſum ſpatiũ obtinerẽt aut mutarent, ꝙ pacto alium atq; aliũ nõ per accñs locũ ingrederẽtur ꝗrum unuſquiſq; locus pars maioris & rurſus maioris maioris idq; ad maximũ locũ & interuallũ, ꝙ cœlũ cõplectiẽ. Statuũt. n. ĩteruallũ ꝗddã in ꝗ undiq; uniuerſum ẽ q̃ſi diſtributum & receptũ, & in eius parte putãt ſemꝑ aliqđ corpus ingredi ꝙ ꝗdem rõne æq; locus ſit loci pars, ut interuallũ interualli, uerũ hoc extrinſecus. Vide ergo q̃uo q locũ eẽ ꝗddã interuallũ ab amphora nõ diſtictũ cõtendũt affirmare, aut merũ cieri ꝑ ſe aut oĩno ĩmobile dicere urgenẽ cũ illud curru uehunt Athenas. Nã ꝑ accñs moueri illud affirmare nõ debẽt, qđ tradunt æq; amphorã atq; uinũ & partes ipſo interuallo cõtineri. Hæc itaq; ꝗ ad fieri potuit ꝓ explicãdis uerbis Ariſto. dicta ſint. Cæterũ ad Alex. ueniẽdũ eſt, qui hãc ſententiã. { Et multa loca ſimul erũt. } hunc in modũ explicat. Inquit enim, ſi locus fuerit interuallum, uaſorum interualla ſimul erunt cum illis locis & ſpatiis quæ principio habebantur, rurſus ſi uaſa alio transferantur, cum ipſis etiam priora loca & interualla mutabunt locum, idque totidem uicibus, quot uaſa ueherentur alio, quocirca unaquęq; pars eorũ quę ſunt in uaſis, infinita loca, infinitaq; ĩterualla cõparabit & habebit, q̃ppe cũ toties ueherentur,

totidem

totidem loca acquirāt ſibi æqualia. Sed quonā pacto hoc a ue ro nō abhorret? Forſitā illi non admittunt interuallum in ipſo dolio accidere, qui pugnaciter tuentur locum eſſe interuallum, immo aliam atq; aliam interualli partem occupare. Quin etiā ſi quiſpiam idipſum concederet, non neceſſe erit, ut illud etiam mutetur in quo erat ante dolium, quod in alia interualli parte receptum eſt. Opinor igitur hæc uerba. { Et multa loca ſimul erunt, } melius multo intelligi poſſe de his quæ cum multa fuerint, tranſmutantur, ac de his interuallis ad quæ perueniunt ut diximus. Præterea ſequens contextus { Non eſt autem alius locus partis in quo mouetur, } dictus eſt ob abſurdum huiuſmodi, quod locus erit loci, & quod multa ſimul loca erunt, qd' inquam ſequebatur, quia aliud eſt interuallum quod alio tranſlata aqua ſecū uehebat, & aliud id in quo prius erat. Dicit porro non eſſe alium atq; alium locum ſed eundem, quoniam nec locus eſt interuallum, ſed terminus continentis quod interuallum eſt. At ergo cum uniuerſum uas duceretur alio, partis locus qui ducitur ſimul nō eſt alius ab eo qui nuper acquiritur, ut illi affirmant qui interuallum locum eſſe credunt, ſed eundē locum id eſt cōtinentis terminum aqua & aer acquirunt, cum uiciſſim ſuccedunt in illo, quæ ſi ſimul eſſent in eodem in eo ipſo cierentur, ut ſi ſola aqua iniecta fuerit, eius partes inter ſeſe uiciſſim mutatæ mouerentur, & in eodem loco eſſent, in quo etiam inuicem tranſmutantur. Et ſi alio ueheretur uas, tamen in illo non fit loco in quo, ut aiunt, tanquam in ipſo interuallo poſita eſt, cum ad illud peruenerit quod erat pars ipſius interualli ut petebatur & poſtulatum erat. Hoc igitur modo probatur interuallum locum non eſſe. At animaduertendum eſt qd' forte non concluditur locos infinitos eſſe qd' partes quæ ſunt per ſe in loco, prorſus ſeiunctas eē oportere & proprijs interuallis circumſcriptas & minime ipſo toto ſolum complexas, ideo partes per accidens locum obtinere dicebantur cuius rei cauſam exiſtimo, quod locus eſt terminus continens in quo partes per ſe non collocantur, neque illi appropinquātur & proximæ ſunt. Quin etiam aliquis diceret nec ipſum uniuerſum per ſe loco contineri perinde ac uniuerſum loco complectatur, ſed dumtaxat eius terminum. At ſi quis ſtatueret interuallum locū eſſe quem undique ipſum uniuerſum occuparet, profecto nil prohibet, quin partes per ſe locum poſſideant, quas tamen diuidi neceſſe non eſt ſed quemadmodum dicimus eas eſſe partes quanquam non ſint diuiſæ, quin immo ſi abiungerentur, tum deſinerent partes eſſe, ſic etiam ſi confeſſi fuerimus partes continui locum per ſe poſſidere, non cogemur eas inuicem ſecernere atq; abiungere. Vt enim extant, ſic etiam locū capiunt, ſunt inquam inſeparabiles. Et uel ſola forma diuiſę & diſtinctę, ceu caput, humeri, brachia ſunt, uel ſolum potentia uelut quæ ſimilibus partibus conſtant ſimilaria dicta. Cum ergo locus continuus ſit parteſq; habeat corpus etiam uniuerſum & ſecundū partes continuum locum capiet. Nec præterea neceſſe eſt ut locus capiatur loco nec complures infinitos eſſe, nec demū hac poſitione locum transferri alio, ſiquidem unum ſit interuallū undiq; receptū, & in alijs atq; alijs partibus ſuis collocetur. Sed quia quod capax eſt a corporibus diſtinguitur. Nam uini amphora cum ſit in quodam interuallo cum extenderetur ſeſe inſinuando cuicūq; parti corporis amphoræ & corporis uini, quū trāsferetur una cum illo interuallum haud ducitur, ſed ab illo transfertur alio. Nam illud, ſi naturam habet abiunctam, permanet & immobile eſt, quo pacto nec igitur locus ſic mutabitur neq; locus locum complectetur, nec complures eiuſdem erunt. Et hæc ſuppetēt quo ad diſſoluēdas inſtātias ante dictas reliq; pro rōnes forte pcedūt interuallū ut paulopoſt dicem'.

T.38. **Et materia etiam videbitur vtiq; eſſe locus, ſi in quieſcente aliquis cōſideret, & nō ſeparato, ſed cōtinuo. Vt enim, ſi alteratur eſt quippiam quod nunc quidē album eſt, olim autē nigrum, & nūc quidem durum, olim autem molle (quapropter dicimus eſſe aliquid materiam) ſic & locus per talem quandam eſſe videtur imaginationem. Verum illud quidem, quoniā quod erat aer, hoc nūc aqua eſt. locus vero, quoniam vbi nunc erat aer, hic nunc eſt aqua. ſed materia quidem, ſicut dictum eſt in prioribus, neque ſeparabilis a re, neq; continens eſt. locus autem, ambo.**

Com. 44. Quod locum nec formam nec interuallum eſſe declarauit deinceps ſeſe conuertit ad materiam & huiuſmodi utitur regula probandi, qui ut in alijs fecit, ſic hoc in loco cauſas primum affert. quibus quidam materiam locum eſſe cenſeret, & ueriſimilem nunc magis ac ante rationem reddit, ſimulq; Platonis intentionem interpretatur, qua ille materiam locum & receptaculum appellauit, deinde rationes adducit, qbus nemo adduci pōt, ut credat materiam locum eē. Cum ergo uelit perſuadere ſimilitudinē quā gerit locus cū materia, ſeorſum ſumit petitionem hanc. Inquit enim. { tum materia uidebitur eſſe locus, qū in quieſcentibus aliqs conſideret, } ſed nō in his quæ ſm locū ciētur. Quæ enim in materia ſita ſunt, in ea quieſcūt minimeq; mouentur. Aſpaſius uero tradit forte melius eſſe, ut reijciamus illum qui ſimilitudinem loci & materię introducit, qd' materia fluit, locus uero quieſcit & imobilis manet quouſq; durat. Verum inquit hoc forte mō materia uideretur locus, ſi cōſpexerimus ad id qd' inter effata & poſtulata loci poſuimus. Equidē ſtatuimus locū ad id qd' capitur continuū eē, materia ēt continua eſt formæ in ea exiſtenti, & non ſeiungitur ab ipſa. At elucet hoc eē cōtrarium ei qd' prius dictū & poſtulatū eſt de loco. In hac igitur petitione dicit cām cōparationis ipſius loci ad materiem. Eſt ergo huiuſmodi ſimilitudo qua ducimur ad cognitionem cum materiæ, tum loci. Cum eni intueremur unū atq; idem prius dureſcere, mox, deinde mollius fieri, nūcq; albeſcere, ante uero nigrum fuiſſe, tū materiā quā uocamus ſubm ſuſpicari & excogitare cœpimus. Eiſdem pene occaſionibus ad cognitionē loci peruenimus, ppterea qd' ubi prius reſederat aer eodem ſeſe contulit aqua. Verum uiſus eſt nōnihil diſcriminis, quo amouet uniuerſam ſimilitudinē his uerbis adiecisse. { Verum illud qdem qm̄ qd' erat aer hic nūc eſt aqua & cætera. } Si enim illa forma quæ materiæ aduenit eādem format imprimit & nomē tribuit, & id quod loco capitur nō format nec imprimit locum nec oīno quicquā eius eſt nec cum illo unum aliquid agit, nec demum ab illo locus nomē trahit, pfecto patebit multum intereſſe inter locum & materiā. Verum his commune eſt, ut unū atq; idem cum unūquodq; ſit, diuerſa recipit qua rōne certe materiē locū regionē receptaculūq; formarum Plato uocauit. Sed nō ne aliqs ſubām locū accidētis appellare poſſet? Niſi qd' quāq; receptaculū dici poſſit, tn̄ magni refert, qd' q̄ ſunt in loco & mā, ſubæ uelut in ſubiectis ſunt. Quæ cum dicat, deīceps affert rōnes, imo meminit eorū q̄ prius diſſeruit idq; paucis facit ſeiūgēdo & diſtiguēdo locū a mā. Eę inq̄ ſunt.

Locus ab eo quod capit ſeiungi poteſt.

Materies non poteſt ſeiungi. Secunda ſic ſit ratio.

Locus continet id quod habet complectitur.

Materies nō cōtinet, imo continetur ab eo qd' in ipſa ponit.

Sed quomodo materia ſeparari nequit, qūquidem forma ei adueniat atq; ab illa recedat perinde ac corpora loco? Niſi primū quia quod ſeparatur permanet a ſeparato, quod omne quod ab aliquo ſeiungitur permaneat oportet, ut uideatur ſeparatum, at forma non permanet ſeparata ab ipſa materie, quare nec ſeparatur, neque materia ab ipſa. Item forma cum materię aduenit, facit quidem ut res ſit, ſed nō ſic corpus locum efficit. Materia rurſus cū forma cōponit cōpoſitū, ac ſimul alteratur pſertim apud pipateticos cū forma, qppe q cōpoſitū forma & mā ɔſtare affirmāt, q̄ rōne ſeparari nō poterit. Locus aūt tū in ſeipſo eſt nihilque commune habet cum eo quod loco comprehenditur. Et prorſus non ſolum materiam a forma ſeparari poſſe intelligendum eſt, ſed etiam ab ipſo materiato.

Non enim ut locus ſeiungi poteſt ab eo quod capit, ſic materia ab ipſo materiato, quod nequit abiungi ab ea re cuius eſt, at locus ſecernitur ab eo cuius eſt locus.

Tex. 39. **Si igitur nihil horum trium locus eſt, neq; ſpecies, neque materia, neque ſpatium ſemper aliquid exiſtens alterum præter ſpatium rei tranſlatæ: neceſſe eſt locum eſſe reliquum ex quatuor continentis ſcilicet terminum corporis. Dico autem contentum corpus, quod mobile eſt ſecundum lationem.**

Cõmẽ. 45. Quoniam probauit locum dictorum nihil eſſe rationem redigit in ordinem & infert concluſionem, quod de quatuor reſtat quartum eſſe, quod nihil trium eſt, uidelicet eſſe terminũ continentis corporis quo attiguus eſt rei quæ continetur, quia ipſum continens quendam alium terminum etiam poſſidet, ceu globus lunæ caua ſuperficie continet ea quæ infra lunam continẽtur, qua ſuperficie tangit conuexum ſphæræ ignis. Habet etiam alium terminum conuexę ſuperficiei, quo attingit Mercurij globum. Inquit autem, { dico autem contentum corpus quod mobile eſt ſecundum lationem, } tanquam id ſit in loco. Etenim ope motus ad locum inuentus eſt locus. Neceſſe igitur eſt cœlum cum mobile ſit ſecundum lationem ut locum habeat, quod quidem ipſe paulopoſt negabit. Vel igitur mobile inquit latione illud quod aptum eſt interdũ moueri, interdum uero quieſcere, cœlum uero non mobile eſt, ſed ſemper cietur & circũducitur. Vel aliud eſt (inquit Alexãder) id quod mouetur latione, & aliud id quod orbiculatione circũagitur, quippe cum illud recto curſu, & uniuerſum mutet locum dimiſſo priore, aliud uero in orbem atq; in eodem ſecundum partes uoluitur loco, ideo neq; uniuerſum in loco eſt, quia nec cietur ſecundum totum locum nec admittit & quærit aliũ. Verum Aſpaſius inquit nõ reciprocari hoc quoniam haud neceſſe eſt ſi omne quod eſt in loco mobile latione ſit ut omne mobile latione locum occupet. At cum hæc dicat, ei opus erat animaduertere paulopoſt Ariſtotelem dicentem omne corpus, uel latione, uel accretione mobile per ſe aliquem locum habere. Deinde ſeſe transfert Ariſto. ad diluendam hanc dubitationem. Cœlum inq̃ nuſquam totum, neq; in aliquo inſidet loco qđ ipm nullũ extrinſecus corpus cõtinet, ut ergo nuſq̃ uniuerſum eſt, ſic nec uniuerſum mouetur per ſe quia non mutat locum reiecto priore, ſed ſolum per partes locatur quibus etiam circumuertitur. Quocirca in ipſis deſcriptis prius. { Ad quod cietur. } hac etiam ratione locus tribuitur partibus. Nã pars alteri altera attigua eſt. Cum uero ſubiunget cœlum & animam in loco ineſſe per accidens refert etiam omnes partes quodammodo in loco eſſe. In ipſo enim circulo alia aliam partem continet, ideo mouetur ſolum circulo id quod ſupra eſt, ſed uniuerſum locum non habet ad quem trãſeat. Quo elucet uniuerſum ut uoluitur ita habere locum, cum ergo partibus circumagatur, itaq; partibus locabitur. Vt enim ubi poſſidet, ſic quoq; cietur. Inquit enim, in circulo aliud cõtinet aliud ideo ſolum in orbem ducitur & utrunq; uerum eſt quia in aliquo loco corpus eſt mobile ad locum uiciſſim corpus mobile ad locum in aliquo inſidet loco. Vt enim conuerſa ſe habet ſic ẽt conuertens ſeſe habebit.

Tex. 40. **Videtur autem aliquid magnum eſſe, & difficile captu, locus, tum quoniam eẽ materia uideatur atq; forma, tum quoniam in ipſo continente quieſcente ſit translatio eius quod fertur. Poſſe enim uidetur & ſpatium medium, aliud quippiã amotis magnitudinibus. Confert autem aliquid, & aer apparens incorporeus eſſe. Videtur enim non ſolum termini ipſius vaſis, eſſe locus, ſed & quod intermedium eſt vt vacuum.**

Cum ſupra dixiſſet talem aſſerendam eſſe loci diffinitionẽ, qua omnes dubitationes delerentur, atq; quæ uidentur loco ineſſe, per illam ineſſe confirmarentur, eiuſdemq; ope pateret cã difficultatis & dubiorum, iccirco tradita diffinitione loci illico cauſam difficultatis aperire enititur. Nam, inquit, locus quidpiam magnum atq; difficile eſſe uidetur, quia ea tria, quæ ſupra de illo diſſeruimus, uidentur ad eius maxime pertinere conſiderationẽ, materia uidelicet, forma, & intercapedo quędã. Cõ. 46.

Si enim locus eorum nihil, quorum unũquodq; ſit oportet, eẽ nequit, nimirum per difficilis & per obſcura erit loci peruestigandi uia, quoniam cum quærimus aliquid a quo aliena admodum nobis dicenda eſſe uidentur, tum maxime ſat impedimẽti ad id inueſtigandum quod uolumus ea afferunt. Quod uero locus forma ob has cauſas eẽ uideatur, ſæpiſſime repetiuimus. Hæ ſunt.

Locus continet ut forma.

Rurſus ut forma cum compoſito unum fieri apparet, ita ambæ & rei quæ continetur, & continentis ſuperficies inuicem adæquantur, & unum id quod collocatur cum loco eſſe uidetur.

Adiecit item materiam his de cauſis.

Quod materia quoddam receptaculum quidamq; locus formarum eſſe cernitur cum aliam atq; aliam recipit formam, quẽadmodum & locus aliud & aliud corpus capit.

In quo enim erat ante aeris forma in hac ſuccedit aquæ. Sed quid his immorandum eſt. Sæpe inquam commemorauimus corporum uiciſſitudinem in eodem loco nobis uiam dediſſe q̃ ueniremus in cognitionem loci. Quo autem modo locus exiſtimatur eſſe materia & forma, quoniam ſæpe diſputauimus, his contenti ſimus oportet quæ hactenus diximus. Reliquum eſt, ut cauſas uberius commentemur, quibus conijcitur eſſe quoddam interuallum, quoniam & ueriſimilis magis hæc poſitio uidetur, & parum explicata & tractata. Cum enim corporum in eodem continente quod quieſcit, ideſt quod immobile eſt, cum non moueatur una cum eo quod locatur (ut placet Alexãdro) corporum uiciſſitudo fiat, & corpus quod complectitur quodq; ſemper in continente ponitur, interuallum poſſideat, quædam nonnullis de loco cogitatio orta fuit, quaſi cum quoddam aliud interuallum ſit ab interuallis & dimenſionibus quæ in his corporibus inſident, quæ mouentur, & locum alternata mutatione & reciproca mutãt, eiuſdem æquale ſit ſecundum magnitudinem. At forte non dixit { quieſcẽte, } pro hoc { immobile } ſecũdum locum, ſed pro hoc in eodem manente & non mutato. Nondum enim locum eſſe imobilem demonſtrauimus. Præterea nec prodeſt hoc modo nobis ut intelligamus & percipiamus ipſum interuallum, ſed ipſum manere proficuum eſt, quoniam ſi a corporibus quæ uiciſſim in eodẽ ſuccedunt ſpatio diſcrimina abſtulerimus, interuallum ipſum & ſpatium uelut idem cogitabimus. Aut { quieſcente } pro { immobile } non temere Alexander exaudiuit & interpretatus eſt, quoniam quanquam Ariſtoteles demonſtrarit interuallum mutari quandoquidem ad id abſoni rationem perducat, attamen hi, qui interuallum poſuere uniuerſi ubiq; inſperſum idipſum imobile tradiderunt atq; aliud & aliud corpus in alia & alia eius parte collocati. Sed quo putetur interuallum eſſe locum, aer qui nonnullis uiſus eſt incorporeus, maxime cõfert, ob id enim intercapedo illa finibus uaſis complexa quędam regio corporum capax uidetur. Et non ſolum quæ imponuntur & cõtinentur terminis ipſius uaſis inter eoſdem coniecta uidentur, ſed etiam in ipſa intercapedine, idq; magis, quod ipſa undiq; totius ſeſe extẽdit, ſed inter terminos uaſis, eius termini in ipſo ſunt proxime. Quocirca dixit { uidentur enim nõ ſolum termini ipſius uaſis eſſe locus: } Cauſa item cum appareat hoc interuallum uacuũ, eſt ipſa cogitatio noſtra & phantaſia, quia amoto corpore exiſtimat quandam inanem intercapedinem relinqui. At quiſpiam conſiſteret clarum immo eſſe quod inane relinquatur, quoniam ſi uis imaginandi demeret illud interuallum aliud iterum relinquet, idq; nunquã ceſſabit:

Adnotandum

Adnotandum eſſe dixit Alexander, quoniam uas terminum continentis Ariſtoteles dicit. Sed cum proferat { uidentur enī non ſolum termini ipſius uaſis locus eſſe. } ex his patefit illū non dixiſſe uas terminum continentis. Verum forte intelligit terminos uaſis, quoniam quiſpiam hoc deinceps colligeret & concluderet.

Si quidem uas eſt locus, his profecto continentis terminus eſſe dabitur.

T.41. Vt autem vas, locus eſt qui transferri poteſt, ſic locus, vas immobile.

Cō.47. Hactenus uaſe & loco perinde ac idem ſint, uſus eſt, quippe qui definitionem allatam communem utriq; accommodauit, quia tam uas quam locus eſt continens terminus qua tangit id quod continetur. Non enim corpus teſtæ ſed interna ſuperficies quæ cum permanſerit continua uas eſt & habet uim uaſis, quanquam altitudo uaſis, quicquam patiatur, nunc uero quid loco quidue uaſi proprium ſit, affert, quoniam locus ſuapte natura immobilis eſt, at uas alio transferri poteſt. Vnde ſi aliquando unum pro altero uiciſſim ſumeretur, tamen utrunque ſibi ſuum peculiare obſeruat, quare locus erit uas immobile, & uas erit locus qui alio aſportari poteſt. Cæterum cum locus terminus continentis definiatur, merito immobilis eſſe fertur. Etenim quemadmodum ſuperficies per ſe immutabilis eſt ita qua locus eſt & magis immutabilis erit. Quo enim pacto locus cieretur ſecundum locum. At quiſpiam diceret uas etiā ob internam ſuperficiem dici maxime uas. Niſi ſit, & ipſum capax ob ſuperficiem, quę communis eſt etiam loco ſed uas qua huiuſmodi & qua corpus & mobile eſt alicuius corporis receptaculum. Et ob id cum dignitates effataque de loco enumeraſſet, hoc prætermiſit.

Locum immobilem eſſe.

Quia ſibi utendum erat loco uelut uaſe ut manu quaſi nos e uaſe ad locum percipiēdum traduceret. Atqui Theophraſtus & Eudemus (ut ſupra diximus) locum immobilem eſſe inter dignitates & effata poſuerunt. Demum addit Alexāder, quod ſi uas locus fuerit, etiam quæ uaſe continentur, finibus corporis eadē continentis cinguntur & complectuntur.

Quapropter cum in eo quod mouetᷣ quippiā moueatᷣ, muteturq; id quod intus eſt, vt in flumine nauis, vt vaſe magis quam loco, vtitur continente. Vult autem, immobilis eſſe, locus. Quocirca totus magis fluuius, locus eſt, quia immobilis totus eſt. Quare continentis terminus immobilis primus, locus eſt.

Cō.48. Cum attigerit diſcrimen loci & uaſis, idipſum uberius explicare uolens quo locum immobilē tueatur & confirmet, quę ſunt in aliquo diſtinguit, & docet nos ea quādo uelut in loco, & quādo uelut in uaſe collocari affirmare debeamus. Et ſancit cum corpus aliquod uelut in uaſe poſitum nobis affirmandū eſſe, cum idem inſederit in aliquo quod cietur ſimul atq; motū fuerit cū illo ubi ciebitur, ceu nauigium uel lignū qđ non diuidit aquam ſed una fluit cum aqua quæ illud continet, tum enī nauigium in aqua collocari uelut in uaſe rectius affirmabimus quā uelut in loco. Id porro qđ mouetur in aliquo immobili, in eodem uelut in loco ponitur. Locus enim nō fert ut ſimul moueatur cum eo qđ continet, ſed immotus eſſe cupit, ne ipſe cū alio traduceretur alio egeat loco. Sed id qđ cietur cum in aliq̄ eſt, qđ mouetur, uelut ea quæ in uaſibus ponuntur, per accñs mouetur. Cū ergo inquiat { ut in uaſe } Eodē exēplo demonſtrat id qđ in loco cietur & locū. Vt.n. in hoc exēplo { totus magis fluuius locus eſt nauis quia uniuerſus imobilis eſt } cū ſeruet eandē regionē ab eodē eius principio fluēs & ad eundē finē pueniēs. Adiecit illud { Magis, } qđ non uniuerſus fluuius eſt locus ꝓprie nauis, qñquidem uniuerſa fluminis aqua nō ſit terminus continētis, neq; uniuerſa eius ſupficies, ſed quad hoc uniuerſus fluuius magis eſt locus, q͂a nō mouetur ſimul cū naue, ſed totus locus nauis eſt, ꝓpterea qđ nauis in eius parte cietur. Aut neq; fluuius eſt nauis locus, imo uniuerſus fluminis alueus erit in loco ut Alexan. loquit, qđ cum ipſo nō mouetur terminus cōtinentis eundē, ſed nauis in eo eſt uelut in uaſe. Et Alexan. inquit, forſitā aſſerere nō uniuerſum fluuiū eē locū nauis ſed eius qđ eſt in ipſo, qđ q̄dē agua eſt, ſi præſertim intellexerimus fluuiū non aquā ſed ſuperficiē terræ quæ continet aq̄ & cingit. Vnde cum quadā ꝓportione hoc diceretur de ipſa, qđ his uerbis indicat { q̄circa totus magis fluuius locus eſt. } Nā ipſa ſupficies eſt locus rei q̄ cōtinetur & mouetᷣ in ipſa aq̄ imobilis, attamē non eſt eius locus primo ſed nauis collocatur in aqua uelut in uaſe, & aqua uelut in loco in ſuperficie continente ipſam collocatᷣ in qua ēt fluit, q̄ igitᷣ mō Ariſto. cū fluuiū uocet locum nō eū dicere uideᷣ, q̄ nauis eſt, ſed illū q aq̄ dicēdus eſt. Qđ ſi hoc cōcedatᷣ, q̄ euidens ſit, Ariſto. interdū aquā interdū ſuperficiem continentē aq̄ ipſum fluuiū dicere.

Cum ergo diſcrimē inter uas & locum dederit quo immutabilitatem alterius oſtenderet, definitionem abſolutam integrāq; ex dictis deinceps colligit. & hęc illa eſt.

{ Locus eſt terminus cōtinentis imobilis primus. } & hac dictione { Primus } inſinuat breuiter ipſum ꝓximum qđ prius etiam his indicauerat. { Secundū qđ tangit contentum. } Id enim loco cōplectitur, qđ in ſuperficie interiore cōtinētis corporis, & in ſuperficie interiore cōtinētis ipſum cōtinens, iacet qđ hoc patebit exēplo, lapis in aqua, & aqua cū in aere & in loco imobili ſit, lapis ēt cōtinetur ſupficie aeris, uerū nō ꝓxime neq; primo in ea collocatᷣ, neq; ſupficies lapidis & cōtinētis aeris ſe ſe tāgunt q̄circa neq; illa eſt proprie locus. Proximus item uaſis terminus eſt rei quæ continetur, ſed mobilis & alio traduci poteſt, quamobrem nec uas dici locus poteſt, qđ non eſt imobile. At hoc ſequētibus cōfirmabit & explicatius.

Atq; propter hoc, medium cœli, & vltimū ad nos circularis lationis, videtur eſſe. hoc quidem ſurſum, illud vero deorſum, maxime omnibus proprie, quoniam illud quidē ſemper manet, circuli autem vltimum, ſimiliter ſe habens manet. Quare, cum leue quidem ſit, quod ſurſum fertᷣ natura, graue vero, quod deorſum, qui verſus medium continet terminus, deorſum eſt, & ipſum medium: qui vero verſus vltimum, ſurſum, & ipſum vltimum. & ꝓpter hoc, videtur planū quoddam eſſe & veluti vas, locus, & continens. Amplius, ſimul cum ipſa re quodammodo etiā locus exiſtit. ſimul enim cum finito, fines ſunt. Tex.48

Com.49. Locum immobilem eſſe eiuſdem differentijs comprobat, quæ (ut diximus) ſurſum deorſumq; erant. Et mihi ſane uidetᷣ quendam ſyllogiſmum huiuſmodi conficere.

Locus ſurſum & deorſum differentias habet.

At omne quod ſurſum & deorſum obtinet id etiam medium & extremum differentias habet.

Quod item has differentias medium extremumq; poſſidet, immutabiles differentias retinet.

Et qđ differētias imobiles cōplectitᷣ, id oīno imobile eſt.

Locus ergo immobilis eſt.

Quod uero locus habeat has differentias ſurſum & deorſum, iam ut effatum ſumpſimus.

Quintū enim erat effatum inter reliqua de loco idipſum.

Locum habere has differentias ſurſum & deorſum.

Quod autē ſurſum & deorſum has differentiæ ſint medium & extremū aut ultimū ex eo patefacit, quod id leue qđ ducitᷣ & mouetur ad ultimum & ad ipſum lunæ globum, ſurſum petere dicitur, ſic enim ignis in gyrum circumque ductus ſurſum circūferri dicimus, & pōdus cū defertᷣ ad mediū deorſum.

deuolui dicitur ut terra. Quod deinceps medium & ultimum immobilia ſint his uerbis aperit. { Quoniam illud quidem ſemper manet, circuli autem ultimum ſimiliter ſe habẽs manet. } Mediũ enim, qđ quidẽ κέντρον uniuerſi eſt circa qđ terra iacet ſemper manet ſm locum & quatenus uniuerſitati adhæret & ſpeciei, & ſi partibus tranſmutetur & numero. Corporis item quod in orbem uoluitur, ultimum ad nos qđ ſane ſphæræ lunę concaua ad nos ſuperficies eſt & uniuerſitate, & partibus atque numero & ſemper idem manet & ſubſiſtit, uerum ſecundum locum cientur eius partes, & totum numquẽ uniuerſum ſui locum motat, nec penitus alio migrat, immo ſemper eodem modo permanet ſecundum locum, quod quidem ratio quærebat, quanquam non ſit ſemꝑ unum & idem exiſtens præciſe. Et ſciendum ſuperficiem cauam lunę orbis ſurſum Ariſtotelem dicere quare id quod ſub luna proxime collocatur mouetur ſecundum circuitum & in orbem quieſcit tamen motu in rectum. Rurſus idem immobile eſſe, quod peculiares differentias habet immobiles perſpicuum eſt. Sunt enim differentiæ conſtitutrices ſubſtantiæ atq; partes. Idem quoque ex eo magis cõpertũ habere poſſumus Quoniam ſi partes agitarentur fluerent, torquerenturue nihil uetat, quin uniuerſum, fixum immotumq; permaneat qđ patet motu partium orbis, uerum ſi partes eius penitus & per ſe & per accidens immobiles eſſent, uniuerſum multo apertius conſtaret immotum. loci ergo manſio e differẽtijs his pręſertim ſurſum & deorſum immobilibus quas Ariſtotelem nuncupare medium & ultimum ſupra paulo confeſſi ſumus perſuadetur & confirmatur. At admittamus ultimum quo ad nos orbis lunæ eſſe locum ſupremum, quia quæ mouentur ad illum uſque locum peruenire contendunt, & ab eodem complectuntur idquod continentis corporis eſt terminus qđ circiducitur, ſed deorſum infimuſque locus quies erit. Nec enim centrum quia non continet, quia prorſus eſt indiuidum & omnium ultimum, nec tellus, quia corpus eſt, & non terminus, immo nec terræ terminus, quippe qui terræ forma eſt, & minime locus. Has porro diluens q̃ſtiones ſubiunxit. { Quę uerſus medium continet terminus deorſum eſt & ipſum medium, qui uero uerſus ultimum ſurſum & ipſum ultimum. } Quibus ſane uerbis patefacit. qui ſint loci ſurſum & deorſum & quæ in his collocentur. Medium enim quod terra dicitur, corpus eſt & ſuo in loco deorſum, ſed id quod eſt ad mediũ terminus continens ideſt locus deorſum dici debet, cum ſit terminus corporis quod ambit, & continet terram idque partim aquæ partim aeris eſt. locus enim ſit terminus qui intra ſuperficiem concauam terræ eſt. Item eodem modo aquæ, aeris, ignis & animalium & plantarum. Et quoniam hæc omnia locum deorſum conficiunt & non quædam ſuperficies determinata, id circo Ariſtoteles indefinite hæc dixit. { Qui uerſus medium continet terminus deorſum eſt et ipſum medium. } Etenim medium etiam aliud atque aliud aliquando terra, & aliquando aliquod aliud elementum uel corpus, ſed illud prorſus medium eſt in quo uniuerſitas elementi maxime iacet. Sępe quoque idem eſt quod terminus plurium corporum continetur, uelut ea quæ dicuntur eſſe ſimul in loco, huius exemplũ eſt quando in alueo fluminis lapis ponitur qui partem habet in terra radicitus fixam, & aliam partem ſub aqua immerſam & aliam aquæ inſidentẽ, q̃ aeris termino cõtinetur quo pacto aliud eſt in loco deorſum, & aliud dicitur locus infimus. Præterea inquit. { Qui uero uerſus ultimum ſurſum & ipſum ultimum. } Vnde ut prius de loco deorſum dixit, ſic uocat ultimum ſurſum id quod complectitur loco ceu ætherem, & & uerſus ultimum appellat locus ſurſum qui eſt terminus cõtinẽtis cum ad ultimum in loco inclinatum ſit, uelut concaua lunę orbis ſuperficies quæ ętheri uicina & ultima eorum quæ continetur a loco. At medium eſt in loco deorſum, ſed in loco ſurſum contra euenit. Verum hoc { uerſus ultimum } quod quo ad uerba reſpondet huic { uerſus medium } non aſſeruit eſſe locum ſupra, ſed dixit illud quod in loco ponitur. Vltimum etiam quoniam ſimile eſt & medio reſpondet, non dixit eſſe id quod ſupra collocatur ſed ipſum locum qui ſurſum iacet. At Alexander uerba aliter etiam interpretatur, q̃ppe qui utraque de loco intelligenda eſſe duxit. Cum enim inquit non ſolum id a corpore uerſus medium cõtinetur, quod deorſum eſt uelut ſi hoc aer eſſet, uerumetiam ſecundum aliquam partem continetur etiam a ſuperficie corporis quod deorſum collocatur, & terra eſt idcirco cum oſtendat quorum locus deorſum ſit terminus, hæc dixit { Qui uerſus medium } uidelicet uerſus locum infimum qui eſt terminus cõtinentis cum & ipſe deorſum commoretur. Similiter autem & ipſum ſupra eſt terminus, qui uerſus ultimum terminum continentis & ipſe ultimus eſt. Arbitratur enim Alexander non corpus dixiſſe Ariſtotelem cuius eſt terminus, ſed ipſum terminum qui ad nos iacet. Nam ille eſt locus ſupra. Sed opinor hoc { uerſus ultimum } uocaſſe illud ultimum quod continetur uelut ętherem. Sic enim ambo dicta fuiſſe de loco intelligere poſſumus quod quidem minime intelligi poteſt de ipſo medio, quoniam ibi terminus alius erat eius quod uerſus medium erat, & alius ipſius medij. Porphyrius porro duplex ipſum deorſum credidit. Vel enim terminus medij qui locus eſt, uel ipſum mediũ cuius locus eſt ultimum, totidem modis etiam ſurſum dicitur ũel terminus ultimi & ætheris, qui eſt locus, uel ipſum ultimũ quod eſt æther. Et ſane uidetur terminũ medij dicere his uerbis. { Qui uerſus medium continentem terminum, } uel terminum terræ ſiue intra ſiue extra ſit. Qua enim recipit cõtinetque ſimilis eſt extremo & ultimo ætheris. Terram enim & ea quæ ſunt in terra dicimus eſſe. Et quoniam locus eſt terminus continentis terminus & capax eius quod in eo collocatur, idcirco locus uidetur planus, ideſt ſuperficies longa & lata abſque altitudine propterea quod ipſum uocauit planum more ueterum qui omnẽ ſuperficiem planum appellant. Nam inter ſuperficies differentes iuniores plana uocarunt, aliamque eſſe orbicularem gibboſamue, aliam coni inſtar, aliam Cylindram, ſed planum eam appellarunt ſuperficiẽ, quæ inter ſuas rectas ęqualiter iacet. Poſtremo eſt locus uelut, uas quia commune utrique eſt ut capax unumquodque eorum ſit. Item uidetur dixiſſe { Videtur planum quoddam eſſe } ob id pręſertim quia nonnulli eum exiſtimarunt formam eſſe cum ſit ſuperficies corporis. Hi enim quatenus loco tributum eſſe terminum & planum uoluerunt, prope notitiam loci attigerunt, uerum quatenus non continentis terminum exiſtimauere locum eſſe, ſed id quod loco capitur, eatenus aberrarunt. Quæ poſtremo adiecit. { Amplius ſimul cum ipſa re quodammodo etiam locus exiſtit, ſimul enim cum finito fines ſunt. } Videntur quoddam reſponſum his afferre qui locum eſſe formã putarunt. Simul enim locus cum re quæ eodem complectitur eſſe uidetur, propterea quod ſimul ſunt termini ipſius loci cũ terminis eius qđ capitur quia nil interiacet, quare unum etiam uidetur fieri locus & quod locatur idque ob planorum conuenientiam. Illud { ſimul } non in eodem ſignificat loco ſed ut prius diximus indicat idem & ea quæ in unum concurrunt, alter locus loco caperetur.

Cui igitur corpori eſt aliquod corpus extra, T.41.
continens ipſum, hoc in loco eſt. cui vero non minime. Quocirca etiam ſi aqua fuerit huiuſmodi, partes quidem mouebuntur ipſius. continentur enim a ſe inuicem. Totum autem, eſt quidem vt mouebitur: eſt vero vt non. vt enim totum, ſimul locum non mutat. circulariter autem, mouebitur (partium enim, hic locus eſt, & ſurſum quidem & deorſum, non. Circulariter autem nonnulla, alia vero ſurſum & deorſum, quæcunque habent denſitatem & raritatem.

Cō. 50. Locum eſſe terminum continentis immobilem primum cum definiuiſſet, eundemque primum & immotum confirmaſſet, bene recteque animaduertendum iubet, non omne corpus locum poſſidere ſi uera ſit loci aſſignata definitio, ſed omne corpus comprehenditur loco quod aliquid extra cōtinēs ſe obtinet, cui uero extrinſecus cōtinēs ſe obtinet, cui uero ditur aliquo quā ob rem ſphæra inerrās nō comprehenditur aliquo. cum nil extra inueniatur a quo contineatur quippe quæ omnium ultima eſt. Præterea nec uniuerſum loco cingitur, quod extra illud nihil ſubſiſtat. Sin uero, uel uacuum quod non eſſe probabimus, uel corpus, idque aut finitum aut infinitū, qđ ſi finitū, eiuſdē etiā aliud erit extrinſecus ſi omne corpus in loco admittendum ſit quod quidem abibit in infinitum, nec erit infinitum corpus extra, quoniam ſuperiore libro eiecimus deſtruximuſque. Cum ergo eo ſcopus eius tendat, ut uniuerſum nec cœlum loco complectatur oſtendat nos aſſueſieri quadam petitione quæ omnino eſt præter omnium opinionem, nititur. Si enim, inquit, aqua uniuerſum eſſet quæ præcipue locum poſtulat aut uas, quia ſine continente non poteſt exiſtere, tamen uniuerſum tale non circunſcriberetur loco quia uniuerſum huiuſmodi non habet quicquam extra a quo contineatur nec terminus eius attiguus eſt termino continentis, uerum partes aquæ collocarentur, ſiquidem abiunctæ fuerint, uelut partes uniuerſi modo ſeparatæ ſunt & una earum aliam tangit & continet. Et cum ea quæ feruntur loco capiantur, ideo ex motu ad locum quomodo partes collocentur, & minime totum ratiocinatur. Adhuc inſiſtit quomodo partes moueantur & totum nequaquam. Cum itaque ab his quæ ſunt in loco orſus ſit, ſeſe nunc conuertit ad ea quæ locū petunt, quibus oſtendit ea quæ collocātur, Quocirca inquit, partes uniuerſi mouentur, ſed ipſum partim uero non, reliquū dicit de cœlo uidelicet de uniuerſo. Nam idem accideret, ſi aq̄ eſſet uniuerſum. Vt enim totum locum ſimul non mutat, propterea quod neque totum mouetur ſecundum locum, neque totum a loco continetur, quia nullum corpus extra iacet, quādoquidem ipſum ſit uniuerſum uel uniuerſi ultimum, quocirca etiam cœlum in orbem ducitur & minime ſupra uel infra. Et ideo cœlum poteſt moueri in orbem ſecundum ea quæ non omnino alio migrāt, quia partes ſolum mouentur ſecundum locum. Huiuſmodi enim locus qui tribuitur his quæ uoluuntur, quo etiam partes mutuo ſeſe tangentes una alterius locus ſit, nimirum eſt locus partibus propriꝰ ſed non uniuerſum, qm̄ qđē nihil extra uniuerſū exiſtat qđ tāgat, ideo nec ſupra nec infra moueri pōt, q̄re nec uniuerſum mutabit totū locū, ſed ſolū in orbē ducit. Sed ptiū uniuerſi aliæ circūducunt, aliæ uero ſurſum & deorſum, & ſunt hæ quæcūque habēt raritatem, & denſitatem ideſt quatuor elementa & uidelicet quorum unum in alio uiciſſim conuertitur. Sed id non dubitatione uacat, quoniam ſi quod latione mouetur locum exigit ac pene flagitat. Et id quod in orbem cietur latione ducitur, quo igitur modo non erit in loco? Niſi multum interſit (ut ait Alexander) inter id quod latione cietur, & id quod latione in orbem uoluit. Item ſi latio in orbem ſit, & talia partibus tribuitur magis, ac ipſi toti quippe partes mutent loca, nimirum id erit quod uolumus uidelicet partes collocari, ſed minime uniuerſum. At ſiquis diligentius inſiſtere & repugnare uoluerit dicens, imo nec partes obtinent locum, neque cientur in locum per ſe neque per accidens. Per ſe inquam, quoniam continuæ ſunt & nō diuiſæ, neque per accidens, quia quæ huiuſmodi cientur & ſunt in loco per accidens, ſua uniuerſa & tota per ſe cientur, ſed mundus & uniuerſum per ſe non mouetur nec eſt in loco, quare neq; partes eius cum ſint cōtinuæ nec p̄ ſe nec per accidens collocabuntur, quo igitur modo inquit { Partium enim hic locus eſt. } uel ergo hæc audienda ſunt de partibus quæ mutuo ſeſe tangunt, uelut ſunt orbes & ſphæræ, quarum una aliam continet, quia hæc de continuis partibus intelligi nequeunt, quandoquidem hæ non complectantur loco. Sed ex his oritur grauis dubitatio, quoniā ſi pars una eſt alterius locus immobilis cum partes & termini ipſarum cieantur. Sed forſitan hæ partes non ſunt intelligendæ eſſe corpora illa quæ ſunt illius quod eſt omnino extra cum ſint eidē continuæ, ſed ea quæ continentur ab eodem. Nam ſuperficies caua ſphæræ inerrabilis locus eſt orbis Saturni qui proxime continetur, & hæc ſuccedentis & ſic deinceps. Et patet eas quatenus una circūaguntur cum ſphæra inerrabili in eadem eſſe uelut in dolio, ſed quatenus unaquæque ſuo proprio poti tur motu, ab illa ultima cōtinetur tanquam ab aliquo immobili ceu ſunt alia quæ collocantur. Vnde Alexander fatetur hæc uerba, { Circulariter autem mouebitur partium enim hic locus eſt. } ad hunc ſenſum dici. Quod enim in orbem mouetur, profecto tangitur ſolum a partibus contentis, ſi uero hoc conceditur, profecto ſunt in ipſo loco uelut partes, quæ continentur ab illo. Et hæc Alexander de partibus uniuerſi intelligit uidelicet { Surſum & deorſum non, circulariter autē & deorſum & ſurſum, } & partim intelligit de ſphæris quæ ſunt aſtrorum errantium, & parti de his quæ oriuntur & intereunt. Etenim illud { Circulariter autem } de uniuerſo dictum eſſe arbitror quaſi dicat hoc ipſum de omni cœlo ſecūdum quandam proportionem, quidem uelut idem cum ipſo uniuerſo accipit. Verum quidam non ſcribunt { nonnulla. } ſed { hæc autem ſurſum & deorſum. } Et ſane ſi hæc ſcriptura eſt congrua, etiam hæc uerba { Partium enim hic locus eſt } cohærent cum his. { Vt enim totum ſimul locum non mutat. } Nam nec ſupra nec infra cietur ſed ſolum in orbem eundem ſemper locum habens, at partes uel ſurſum uel deorſum cientur. Quocirca occultam & tenebricoſam facit rationem quia accipit uniuerſum pro cœlo. Nam quomodo cœli partes ſurſum uel deorſum mouentur. Niſi forte ob id cœlū & uniuerſum dicat, quod partes uniuerſi aut cœli intrinſecus quod non eſt in loco, quandoquidem uſque ad centrum procedant. Et reuera cœlum eſt uniuerſum & eius partes aliæ, & ob id forte paulopoſt dicturus eſt, { Præterea autem uniuerſum ac totum nihil extra eſt, & propter hoc omnia in cœlo ſunt, cœlum enim ipſum totū fortaſſe. } Quatenus enim cuncta complectitur & omnia capit, eatenus in ipſo omnia collocantur & ipſum uniuerſum eſt. Verum quoniam ſunt alia p̄pter ipſum, ob id forte dixit uniuerſum eſſe. Et dixit quod maxime cœlum erit uniuerſum forte, quia ne minimum quidem ſubſiſtit, quin uniuerſi ambitu contineatur, quandoquidem uniuerſa tellus ad orbem ſtellarū inerrantium habeat rationē puncti & centri. Quod uero elementa ſuperiora terra, non multum eam excedant indicio eſt ipſa terræ umbra quæ oīa pertranſit elementa quouſque attigerit orbem lunæ & globū. Rurſus quod cœlum corpus in orbem mutabile totum uelut unum dicat, quod in calce uerborum contextus ſequētis adiecit. Iſtuc ipſum uidelicet. { Et æther in cœlo, cœlum autem nō amplius in alio eſt. } Et nōnullis interpretibus uidetur dicere & partes eius & idipſum in orbem duci, cuius partes in loco ponuntur, quia una ſphæra ab alia continetur & mouetur proprio motu, ſed totum non eſt in loco, quandoquidem ab aliquo non contineatur. Rurſum patet ipſum orbem inerrantium ſtellarum ob eandem cauſam non eſſe a nobis in aliquo loco ponendum. Quod ſi quis nos impelleret ad fatendū huic orbi locum tribuendum eſſe quod tangit ſphæram Saturni ſibi proxime inferiorem ſecundum ſuperficiem concauam, huic primum obijciemus id quod continet contineri ab eo quod continetur tanquam a ſuo loco. Deinde aliquis eadē ratione confiſus totum cœlum collocabit in aliquo loco, uidelicet in ſuperficie cōuexa ipſius ætheris. Etenim hāc tangit ſm ſuperficiē ſuā concauā, imo ꝓrſus hoc modo fatebimur oēm locū a loco cōtineri. Sed ſi qs hæc q̄ hic dicūtur, intellexerit de ipſo uniuerſo qđ nō mouet ad locū, qa nō amittit locū & aliū petit, imo in orbē mouet, & ptium nōnullæ mouent in orbem uelut eæ, q̄ a ſphæra ierrantiū ſiderū cōtinent, & nōnullæ ſurſum & deorſum mouent, uelut quatuor elemēta. Primū hūc interrogabimus cur ſphæræ cum non mutent locum amiſſo

priore conceduntur moueri ſecundum locum,& non conce-detur etiam uniuerſum moueri ſecundum locum & ſi in orbē moueatur. Deinde hoc modo locum partibus aſſignare & tribuere arduū eſt ſed melius eſt ut diximus. Omne ſcilicet uniuerſum uel totum coelum in orbem moueri ſed non ſecundū locum, quandoquidem non e loco egrediatur & alium ſibi comparet. Partes autem quę ſub luna collocantur, ſurſum & deorſum occupant loca. Nam locus eſt ſecundum mutationem partium.

Tex.44 Vt autem dictum eſt, alia quidem ſunt in loco
ſecundū potentia, alia vero ſecundū actum. Qua
propter cū continuū quidē ſit id quod eſt ſimi-
lium partium, ſecundum potentiam in loco par-
tes ſunt. cum vero ſeparata quidem ſunt, tāgunt
Tex.45. autem ſe, vt aceruus, ſecundum actum. Atq; alia
quidem, per ſe. vt omne corpus, aut ſecundum
lationem, aut ſecūdum augmentum mobile, per
ſe alicubi exiſtit. Coelum autem ſicut dictum eſt,
non eſt alicubi totum, neq; vllo in loco eſt, ſi qui-
dem nullum corpus ipſum continet. in quo autē
mouetur: hoc etiā locus eſt partibus. altera enim
partium, alteri adhærens eſt. Alia vero, ſecundū
accidens, vt anima, & cœlum. partes enim, in lo-
co quodammodo omnes ſunt. in circulum enim,
continet alia aliam. Idcirco mouetur quidem cir
culariter ſolum, quod ſurſum eſt. Totum au-
tem, non alicubi eſt. quod enim alicubi eſt, &
ipſum aliquid eſt, & adhuc aliud aliquid eſſe
oportet præter hoc in quo ſit, quod continet. Præ
ter autem vniuerſum ac totum, nihil extra eſt.
Tex.46. Et propter hoc omnia in cœlo ſunt. Cœlū enim
ipſum totum fortaſſe eſt. Eſt autem locus, non
cœlum, ſed cœli quiddam, vltimus ſcilicet & tan-
gens mobile corpus, terminus quieſcens. & ob
hoc terra quidem, in aqua eſt, hæc vero, in aere.
hic autem, in ęthere. & æther, in cœlo. cœlum au-
tem, non amplius in alio eſt.

Com̄ 51. Cum deſtruiſſet oſtendere nec coelum, nec uniuerſum loco contineri, omnes nimirum modos hic explicat qbus aliqd in loco eſſe dicitur. Etenim quædam ſunt potentia, quædam uero actu in loco. Nam quæ ſunt continua, & nondum partes, hæc ipſa potentia locum habent, ceu quando ea quæ occupatura ſunt locum actu diuiderentur, at ſeiunctum & iam diuiſum quando contineretur ab aliquo, tum actu locum obtinet. Rurſus ea ſunt per ſe in loco quibuſcunq; natura comparatum eſt moueri ad locum aut ſecundum lationem, ideſt motu in rectum, quo tranſlatio fit totius e loco ad locum. Nam intereſt inter lationē & lationem in orbem. Vel ea dicimus collocari quæcunq; adoleſcunt & decreſcunt, perinde atq; hæc ſecundum locum moueantur. Et ſi enim non uniuerſum mutēt locum, tamen aſſumunt aliquem & deſerunt, quocirca hæc etiam per ſe locari dicuntur. Cæterum cum aperuiſſet tres ſignificationes eius quod eſt in loco, uidelicet eius quod eſt potentia, actu, & per ſe oſtendit coelum, ut diximus, totū non collocari in aliquo loco ſecundum aliquem prædictorum modorum. Neq; n. potentia, neq; actu, quandoquidē nihil actu extra ſit quod tangat, aut tangere queat etiam ſi poneretur eſſe diuiſum. Item neq; uniuerſum poteſt intelligi potentia locum occupare, quandoquidem nec pars. Item neq; per ſe eſt in loco, quia non aſſumit locum amiſſo priore. Nam neq; oē mobile prorſus ſecundum locum eſt, quoties non augetur, non minuitur, nec ſm lationē mouetur. Verum ipſe cōmunem cām attulit, cur uniuerſum coelum non ſit in loco. Hæc autem eſt, quia nihil ipſum continet. Et cum dixerit ob id non uniuerſe in loco eſſe, propterea quod neq; totum coelū mouetur ad locum ſubiunxit. { In quo autem mouetur, hoc etiam locus eſt partibus. } neq; enim ſurſum petit neq; deorſum ſed in orbē agitur, ideo ipſum non collocatur neq; locus mutat. Verum partes erunt in loco. Semper enim ſphæræ intra continentur ab his quæ ſunt extra, & mouentur in loco illarum & ſuis partibus mutant locum, quo etiam differunt ab ipſa ſphæra inerrantium ſtellarum, uel a toto coelo, uel ab uniuerſo, quia hæc non mutant locum, neq; ſecūdum partes ſuas continuas. Nam partes continuæ ſphæræ inerrabilis, ſi quidem fuerint ultimæ omnino ſphæræ, mutabunt locum, quia neq; collocantur alicubi neq; ab aliquo externo continentur. At Maximus longe congruentius interpretatur hæc uerba. { In quo autem mouetur, hoc etiam locus eſt partibus. } Nam inquit, mouetē coelum errantium aſtrorum, ut ſecundo coeli libro oſtenſum eſt ad læuam, in hoc igitur & partes ſunt uelut in loco. Nam dextra & læua ſunt loci differentiæ. Cum ergo hæc de ipſis tribus modis eius quod eſt in loco diſſeruerit, adiecit quartū, quo nonnulla fatetur eſſe in loco per accidens, ut anima, cœlum. Et patet iam animam quomodo locetur per accidens, At cœlum cuius cauſā hæc diſputātur, quomodo eſt in loco per accidēs? Niſi quia partes aliquo modo ſunt in loco. Et dixit { quodammodo } ob ſphæram inerrantium, quia illa non eſt in loco. Sed ſi ob illā dixiſſet { quodāmodo, } nō ſubiūxiſſet hoc { oēs. } Si enim pars totius cœli, uel uniuerſi eſt globus ille fixarū ſtellarum, & hic nō cōtinetur loco, itaq; non oēs in loco erūt. Niſi ergo dixerit { quodāmodo oēs } non ob locū, ſed ob hoc uerbum { oēs, } quia non ſimplr oēs ſed oēs pximæ, ſiquidē oēs ſint pter unū, in loco ponunē. At idipſm { quodāmodo } ut diximus, intellexit, quia ultimus globus collocatur ſm partes internas, quibus tangit globum & orbem Saturni, & continetē aliquomodo ab illo ſed ſecundū dextrum oīno loci expers eſt. Sed qui hoc admittit, locum etiam undiq; loco complecti affirmabit, quia ſecundum ſuperficiem intrinſecā tangit id quod in loco eſt, & locus erit in loco. Ni forte quod quidem etiā prius dixi, neq; per accidens eſt in loco, neq; uniuerſum, neq; coelū ſtellarum inerrantium. Quoniā ſi per accidens in loco poneretur, idcirco poneretur ſic in loco, quia uel pars uel accidens eſt alicuius quod per ſe locatur, atqui uniuerſum nec pars nec accidens alicuius eſt, & ſi globus inerrabilis ſit pars uniuerſi, nō tn̄ eſt pars eius qđ eſt per ſe in loco, neq; ſiſr eſt in loco per accidēs. Verū uidetur ipſm ſm aliud accidere uelut per accidēs. Quod enim ſm partes locatur, ſm aliud in loco ponitur. Ipſm enim ſm aliud cōmuoe eſt huic per accñs, & huic ſm partes, cum ergo uniuerſum ſit in ſuis partibus, & ſi non uelut pars neq; per accñs, tn̄ partes ſunt in loco per relationē ad partes, in qbus uniuerſum totūq; eſt, & coelum locabitur per accñs. At forſitā neq; partes ſphæræ inerrabilis, neq; alterius globi collocantur quia ſi una continetur ab alia, nō erit diuiſa. Si ergo partes non ſunt per ſe in loco, neq; uniuerſum erit in loco ſm partes. Et Alex. nunc coelum tradit Ariſto. uocare non globū inerrantium ſiderum, nec diuinum corpus ſolū, ſed uniuerſum & oēm mundū, quia huius partes, excipiamus tn̄ ultimæ ſphæræ partes, collocantur. Nam ſi dum mouenē in orbē alia pars aliam continet de partibus intelligatur neceſſe eſt, quaſi terra ab aqua contineaē & aqua ab aere, & aer ab æthere, & æther a coelo, ut ipſe dicet. Ni forſitā & hæc uerba congruere queant ēt globo inerrabili, ut ēt Alexā. adnotauit. Etenim partes illius globi cum in orbem uoluantur, alia aliā cōtinet, qa unaquæq; pars cū aliq̄ anteuertāt, alię ſubſequanē, ab alia cōtineē, q circa ſolum in orbē tale mouetē nec ſurſum nec deorſum tendēs Sed ut diximus prius { In quo aūt mouetē, hoc ēt locus ē ptibus, } ſed nō idē locus ſed alterius cōtinēs, ideo motus fit nō latione ſed latione in orbē. Et forſitā hæc { In circulū enī cōtinet alia aliā, } dixit uelut cōiter cōgruētia ipſi uniuerſo globo inerrabili

& unicuiq; cæterarum ſphærarum. Quod uero cœlum non locetur per ſe oſtendit apertius transferens hoc nomen cœlũ in ipſum uniuerſum. Inquit enim. { Quod enim alicubi eſt, & ipſum aliquid eſt, & adhuc aliud aliquid eẽ oportet præter hoc in quo ſit quod continet, } ut diximus prius. Si enim corpus non datur infinitum ut demonſtrauimus, neq; uacuum ut probabitur, erit ergo extra corpus finitum & hoc uel non collocabitur in aliquo loco, & ſic quoddam corpus erit ſine loco, uel alicubi locabitur, & ſic in infinitũ, quod ſane fieri nequit, tum quia indeterminatum eſſet hoc, tum etiam quod introduceretẽ corpus infinitum. Videtur præterea dicere hæc { Cœlũ enim ipſum totum fortaſſe eſt, } pro hoc { mundus. } Cum enim demonſtrarit uniuerſum non collocari, merito ſubiunxit mundum eſſe uniuerſum. Rurſum tradunt additũ fuiſſe illud { Fortaſſe, } uel quia nondum de uacuo diſputatum eſt & ſublatũ a rebus, quod nonnulli aſſeruerunt cõtinere ipſum uniuerſum uel quia nõdum probatum eſt unum eſſe uniuerſum, uel quia ſunt nonnullæ ſpecies & incorporeæ per ſe, uel ob cautelam philoſophicam ut alias plerunq; id facere Ariſt. ſolet. Niſi ergo de toto mundo cum uoluerit oſtẽdere quod non eſt in loco, & uoluerit neq; cœlum collocari ob eaſdem cauſas, quod nihil extra cœlum exiſtit, ſubiunxit. { Cœlum enim ipſum totum fortaſſe. } ubi adiecit. { Fortaſſe, } quia continet, & nihil extra ipſum eſt, & quod ne minimum quidem ſit, quin ab illo cõtineatur. Et ſciendum eſt cœlum non dici ab illo nunc mundũ quia non dixit & propter hoc in ipſo omnia uelut in loco. Non enim omnia ſunt in mundo uelut in loco, ſed uelut in toto. Quod autem uelut in loco dixerit omnia in cœlo quod eſt corpus mobile in orbem his indicauit. { Eſt autem locus non cœlum totum, ſed cœli quiddam ultimum ſcilicet et tangens } ea quæ mouentur in rectum. Dixit autem { mobile corpus } ideſt p ſe abſoluti & mobilis latione. Dicit uero { ultimum } concauam ſuperficiem ſphæræ lunæ, quaſi oẽs cœlos uelut unum accipiat. Hoc autem & ſuccedentibus uerbis indicat. { Et ob hoc terra quidẽ in aqua eſt } & cætera. Quo in loco notandum eſſe uoluit Alexander, Ariſtotelem hactenus nomen cœli uſum fuiſſe pro uniuerſo, nunc uero idem nomen intelligit pro ultima ſphæra aſtrorum inerrantium. Sed cũ dixit { Omnia in cœlo ſunt, } hæc non de mundo protulit, ut ſequentibus uerbis his indicauit { Eſt autem locus non cœlum, ſed cœli quiddam ultimum. } Attamen in his Aſpaſius uidetur uoluiſſe Ariſtotelem hæc dixiſſe de ſphæra ſtellarum inerrantium, ut inquit Alexander. Sed omne diuinum corpus ut indicat, ultimum eius & tangens corpus mobile uocat locũ. Nam mobilia nuncupat ea quibus in rectum ſuapte natura cõparatum eſt moueri. Et illud { Et æther in cœlo. } Sic intelligendum eſt in concaua proxime ſuperficie orbis lunæ, quia æther non eſt in ſphæra inerrabili. Et cum cœlum uelut quoddam unum ſibi ſumat, merito dixit { Cœlum non amplius in alio eſt. } Veruntamen Alexander tradit Ariſtotelem ætherẽ uocaſſe ſpheram inerrabilem. Et inquit, erit ignis hoc loco prætermiſſus, quia cum aere ponitur & intelligitur. Sed ætherem non quinti corporis appellat, ſed cœlum. Etenim quando ignẽ ſilet, aerem ſuperioribus uerbis collocari in cœlo dixit. Sed qa diximus eſſe in cœlo uelut in loco, propterea quod in aere, & aer eſt in cœlo, patet inquam illum dixiſſe cœlum uel uniuerſum, aut corpus totum quod circũducitur. At his uerbis multũ obſcuritatis adhibuit, cum interdum uniuerſum, interdum uero cœlum nominare uideaẽ. Et ni forte de utroq; uerba faciat, cœlum uelut unum totum aſſumens, & per eandem cauſam dico uidelicet quia non continet ab aliquo. Similiter quoq; cœlum & uniuerſum negat a loco complecti. Verum Eudemus non nominat uniuerſum, ſed etiam ipſe, ut opinor, quæſtionẽ mouet de toto cœlo, cum hoc modo ſcribat. Cum dixerit locũ eſſe terminum continentis immobilis qua continet, ſubiunxit. { Nam uas mouetur } & ob id loca definimus comparatione ad cœlum. Sic enim non mutabit locum alium, ſed ſi mutabit, id partibus ſit, in eodem enim eſt latio in orbem. Verum ambigere ſolemus, num collocetur uel non uel utroq; modo, & id aliquo modo. Nam totum non collocatur, quia nihil extra exiſtit. Sic enim complecteretur. (ſed hoc diligentius perſcrutabimur) aſtra uero & quæcunq; complectuntur a terminis ultimi orbis quatenus continet, ſunt in loco. Quæ autẽ ſic in aliq; ponuntur in loco ſunt, & in quo partes collocantur dicimus etiam totum collocari. & hoc igitur modo cœlum totum erit in loco. Eſt enim & aliud alibi, & aliud alibi ſemper. quandoquidem totum ſit in partibus. At multis modis ubi dicitur. Sed ubi dixit cœlum per accidens in loco eſſe animaduertendum eſt qualis motus ſit ille in orbẽ, q neq; ad ſubſtantiam, neq; ad quantum neq; ad quale pertinet, igitur ſi motus eſt, reſtat, ut pertineat ad locum, quod ſi cœlum mouetur ad locum, igitur in loco prius erit, ut ſæpe demonſtrauimus. At hũc motum, quem localem dicunt, plane talem eſſe negat Alex. ꝑpterea qd' non mutat locum cœlum, ſed quis motus ſit, nõ explicat. Sed eius pace Ariſtoteles cum in libro de cœlo motum diuidat hanc lationem motum ad locum uocat, ubi præſertim diuidit eundem motum ad locum in rectum, in eum qui orbicularis dici poteſt. & in mixtum quandoquidẽ ibi hoc mõ dicat { Omne enim quod cietur, } uel circulo uel recto, uel mixto motu feratur. Præterea octauo huius tractationis libro motum qui in cõuerſionẽ ferẽ & agitatur in orbẽ appellat motũ ad locũ.

Manifeſtum autem ex his, quod & dubitationes omnes ſoluentur, ſi hoc modo dicatur locus. Neque enim ſimul augmentari neceſſe eſt locum, neque puncti eſſe locum. neque duo corpora, in eodem loco. neque ſpatium aliquod, eſſe corporeum. corpus enim eſt, medium loci quoduis, ſed non ſpatium corporis. Et eſt locus alicubi, non autem vt in loco, ſed vt terminus in terminato. non enim omne quod eſt, in loco eſt, ſed mobile corpus. Tex. 47.

Quod prius aſſeruit ſingula optime iam explicari, cum ex tradita definitione quæ cõpetunt rei definitæ, ut cõpetunt ſic uidentur, & cauſæ difficultatis apertiſſimæ ſiunt, quanquam adhuc lateant dubitationes. Et cum ex hac definitione. { Locus eſt terminus continentis immobilis primus, } aperuiſſet quæ & quõ uideantur cõpetere ea quæ loco cõueniunt, cauſaſq; difficultates expreſſiſſet, reliquum oſtendit, quonam modo dubitationes de loco diluantur. Erat autem una dubitationum hæc. Com. ſ8.

Si omne corpus collocatur, & in omni loco corpus eſt opus erit, ut corpora cum adoleſcunt, una locus augeatur.

Sin uero

Corpus igitur additum aut quod aduenerat ex accretione, non habebit locum.

Hæc dubitatio his diſſoluitur, quia corpus continens cedit, uel circum reſiſtendo, quod illi dicunt ἀντιπερίστασιν, quod tum ſit quando occupat locum alibi minorẽ, uel denſando uel cõſtringendo ſe, & tum termini cedunt & quaſi manum dant, ut quæ adoleſcunt ampliorem locum obtineant. Vnde locus nõ creſcit per ſe, quippe nullus terminus per ſe adoleſcit, immo neq; corpus cuius eſt terminus augetur. At contrarium ſit, qñ contrahitur corpus denſando ſe.

Erat etiam dubitatio quædam connexa tunc. Et hæc eſt.

Puncti erit locus.

Diſſoluitur, quia non neceſſe eſt ut ſi corporis ſit locus, etiam termini locentur, quandoquidem nec ſeparata ſint, nec complectantur, ut his opus eſt, quæ loco capiuntur. Et ſummatim dicamus quod ſi partes non collocantur quia ab uniuerſo nõ ſeiunctæ, multo magis nec termini erunt in loco. Præterea nec forte abſurdum eſt diſcrimen eſſe inter punctum & locum puncti, quod ſi abſurdum eſſet, corpora neq; ſeſe mutuo tangere poſſunt. Si enim non punctum puncto adæquatur, nec

linea lineæ, nec planū plano, quod fieri nequit. Tertia ſequit̃ dubitatio diluenda illa uidelicet, quæ primum explicabatur, quod neq; erat incorporeus locus.
Nam tres poſſidet dimenſiones longitudinem, latitudinem, & altitudinem, quibus omnis definitur corpus, at locus non pōt eſſe corpus, aliter duo corpora in eodem collocarentur.
Tollitur hæc dubitatio igitur e loci definitione, quia terminus continentis non habet tres dimenſiones, neq; corpus eſt. Et eo dem oſtenditur quod locus non eſt intercapedo corporea. Nā talis extenditur tribus. Vnde hoc incommodum accideret illi uidelicet duo corpora eodem loco complecti, qui aſſerit locū tribus eſſe dimenſionibus dimenſum, ſed illi non accidit, qui affirmat locum eſſe terminum. Soluitur item e definitione Zenonis ambiguitas quam etiam prius diluit.
Zenon enim dicebat.
Si omne quod eſt alicubi collocabitur, nimirum locus etiam in loco erit, quod ſi locus eſt terminus cōtinentis, etiam locus erit in aliquo, & ſecundum eam ſignificationem ipſius in aliquo quæ ſignificat alicubi eſſe.
Diluitur quoniam erit locus in aliquo non uelut in loco, ſed tanquam terminus in corpore cuius locus eſt, quare & neceſſario locus non alium occupabit locum, ſiquidem ſitum in loco ſit id quod mutabile eſt latione, at terminus continētis non eſt mobilis per ſe latione, neq; enim eſt ſeparatus.

Tex. 48. Et fertur igitur ad ſuum ipſius locum, vnumquodq; rationabiliter. Quod enim conſequenter eſt, & tangit non vi, congeneum eſt. Atq; ſimul adnata, impaſſibilia ſunt. quæ vero ſe tangunt, paſſiua & actiua ſunt ad inuicem. Et manet igitur natura totum in proprio loco, vnumquodq; non irrationabiliter. Etenim pars hæc in toto loco, vt diuiſibilis pars ad totum eſt. vt cum aquæ moueat aliquis partem, aut aeris. Sic autem & aer

Tex. 49. ſe habet ad aquam. nā vt materia, illud autem, ſpecies. aqua quidem materia aeris eſt: aer vero veluti actus quidam illius. Nam aqua, potētia aer eſt. aer autem, potentiā aqua, alio modo. Determinandum autem eſt de his, poſterius. ſed propter temporis opportunitatem, neceſſe fuit dixiſſe. immanifeſte autem nunc dictum, tunc erit manifeſtius. Si igitur idem eſt materia & actus (eſt enim aqua, ambo, ſed hoc quidem potentia, illud vero actu) ſe habebit vtiq; vt pars quodammodo ad totum. Quapropter & his tactus eſt. Copulatio autē cum ambo actu vnum facta fuerunt. Et de loco quidē & quod eſt, & quid eſt, dictū eſt.

Cōmē. 53. Hoc nullam ſoluit dubitationem, ſed ultimum ponebatur effatum eorum quæ ſumebantur de loco.
Vnūquodq; corpus nā ad ppria locū abire, & huic aqeſcere. Oſtendit ergo id e definitiōe pficiſci, & ſimul quandā dubitationē ſupradictā ſoluit, idcirco & hoc numerat̃ inter ſolutiōes de his q̃ e loci nā dubitabātur. Nā qſpiā diceret, qūo terminus aq̃ eſt terræ locus, uel terminus aeris eſt ipſius aquæ, & ſic deinceps cōſiderando cætera dicere poſſet, qñquidē oporteat locum eē cognatū & ſimilē rei q̃ locat̃, qcirca dicebat̃ ei pprius. Sed aq̃ terræ diſſimilis ē, & aer aq̃, imo differt ab ea & contrarius ē, ut unū i alterū trāſmutari poſſit. Dicit ergo qđ ea q̃ ſunt deinceps & attigua corpora nō ui, hæc ſunt cognata & ppria inter ſe. Eqdē aer cognatus ē igni, qa cōem hēt calidatē & cōſimilē & ut dicūt σύμβολον, ideo facilius ē trāſitus & mutatio aeris i ignē. Itē cōem eē aq̃ & aeri dicimus humiditatē. Siſic ſig in aqua & terra, qppe cognatio earū ſit ſm frigiditatē, ſed minime cognata eſt terra ipſi aeri, uel aqua ipſi igni. Item quanquā ignis obnoxius ſit ortus & interitui, tñ inter cætera huiuſmodi familiariſſimus & cognatiſſimus eſt orbi lunæ cuius pars eſt prima his q̃ oriūtur & intereūt & cognata igni. Nā ignis lucet & imaterialis hēt rōnē formę cōparatione aliorū elementorū.
Ad cognatū corpus igit̃ unūquodq; mouetur uelut ad pprium locum. Et pulchre dixit non mō deinceps, ſed ēt qđ ſe tangāt. Illa. n. deinceps ſunt, inter q̃ nihil ſui generis intercidit ut qnto lib. docebit. Domus inq̃ dicuntur deinceps qñ nulla cadit media domus inter eas, at q̃ ſic ſunt deinceps non ſeſe tangūt, neq; aliud in alio collocatur uelut in loco. igitur operæpciū eſt, ut ſi qđ collocetur in alio, idipſum tangat idq; nō ui cohæreat ei, ſed neceſſario. Poſſunt enim quædā inter ſe attigua eē non nā ſed ui quæ ſane pter nām ſeſe mutuo tangent, & non erunt cognata. Si ergo cognata corpa inter ſe nālem ordinē hñt, unūquodque appetet alteri cohærere huicq; eē attiguū non ui, unde merito unū abiunctū ab altero feſtinabit ad illud uelut ad ppriū locum, & manebit in eo uelut in pprio loco. Et quoniā partes inter ſe cognatę ſunt ēt uniuerſo, in hoc tñ non ſunt uelut in loco. Et huius cām aperit dicens, { Simul. n. adnata ſunt & continua inter ſe impaſſibilia merito inter ſe, } oportet. n. aliud eſſe agens & aliud patiens, ſed quæ ſimul ſunt nata & cōtinua unū ſunt, ſed ea quæ ſunt paſſibilia non ſunt continua, neq; hoc mō continua ſed uelut attigua, in qbus aliud eſt agens, alius uero patiens qñes tñ unū alteri pximū ſit & cognatū, uerū nō adeo ut partes ſint ex elementis, ſed hoc mō, ut habeāt aliqđ cōe, & aliqđ differēs, ideo ēt unū mutat̃ in reliquū. Hæc igit̃ ſunt ea q̃ collocant̃. Nā corpora q̃rū unū alteri cohęret & attiguū ē, inuicē agūt & patiunt̃, & mouent̃ uelut ip̃ſecta ad pfectū ut dicet.
Cum ergo dixerit cām cur unūquodq; corpus ppriū locū petat, eſſe cognationē corporū q̃rum terminus eſt locus eius qđ locat̃, aſſerit ēt eandē eē cām cur merito aliqđ pprio loco hæreat. Nā ut id qđ diſtat a ſuo cognato cū appetat illud, ad ipſum mouetur, eodē quoq; mō cum illud cōſecutū fuerit, quieſcet & ibi manere appetet. Nam fere eſt pars illius a q̃ cōtinetur ſm nām. Illud uero fere diximus, quia non eſt cōtinua pars ſed diuiſa. Vt ergo in ipſis partibus ſm nām appetitus ſeſt, ut ad ſua uniuerſa perueniant & his cohæreāt, ſic ēt ea quæ ſunt cognata quāquā diuiſa ſint, ſm nām ad cognata pgrediuntur & in his permanere cupiunt uelut pprium acceperint locū. Ob id enim petunt locum. Nam ut partes, uelut aquæ pars, uel aeris conuenientiam uniuerſi, ita cupit, ut ei ſtudeat & nitatur cohærere & in ipſo permanere, ſic ēt quæ ſunt cognata ſm locum ſeruant conuenientiā & cognitionē, uelut aer cum aqua. Equidem ſtatuebatur pars moueri, ut ipſa uideatur ſimilis his quæ ſunt in loco. Nam uidetur aqua eē aeris pars diuiſa ſed nō pariter mō pars, ut eſt mā, e qua ſit cōpoſitum forma pficiente & deſignante mām. Nā ſit ex aqua aer uelut ex mā, ut ex ære ſtatua, uel magis uelut ex ſemine aial. Non. n. permanēt e aq̃ aer ſit, ſed his dicit qūo ſit. { Sic aūt & aer ſe hēt ad aquā, nam ut mā, illud aūt ot ſpēs, aq̃ qdē mā aeris eſt, aer uero uelut actus qdam illius. } Inqt ergo qūo aqua eſt aeris pars, nō. n. mā eſt pars formæ, ſed ambæ ſunt cōpoſiti partes, uel quia cōpoſitū ob formā maxime ſubſta eſt & in ppriā nām collocatur, uel ut ipſe dixit, qđ aqua potentia eſt aer. Vt. n. ſperma ſemenue genitale uidetur eſſe pars aialis qđ ex eo pdit, ſic ēt aqua dicitur abq̃ mō pars aeris qui ſit ex eo cum ſit potentia aer. Sed cuiq; propriam eſt animaduertere, qđ ex aere aqua ſit, & aer potentia eſt aqua & aquæ mā eſt aer, quare ēt erit pars. Verū inquit, alio mō aer eſt poteſtate aqua, & aqua poteſtate aer, de qbus diligentius in lib. de ortu & eorum interitu diſputandum eē diſtulit. Videt̃ aūt mutatio corporis magis materiati & craſſioris in ſubtilius ſimilis ortui eē, & mutatio ſubtilioris in craſſius interitui. Idq; nimirū ea de cā, qa ſubtiliora corpora hñt rōnem formæ cōparatione ad craſſiora. Aquæ porro uirtutē dicimus eē eius leuitatē, & aeris maliciā craſſitudinē. Et oīno ois iperfectio mām cā ſit, & pfectio merito formę, & pfectum eſt uelut

pars eius quod perficitur, & quod interit, non erit pars, merito ergo aqua proficiſcitur ad terminum aeris, & aer non ad aquę ſed ad ignis terminũ. Cũ igiť explicarit aquã eẽ potẽtia aerẽ, & aquã eẽ mãæ ſimilẽ, & aerẽ formæ, reliquum rõcinatur ſic.

Vbi ẽ aliqd actu & aliqd potẽtia, & id actu reſpõdet mãę, et id qđ ẽ potẽtia ipſi formę aptũ, m̃ id qđ ẽ actu ps ſit ei⁹ qđ ẽ potẽtia. Cũ ergo aqua ſit actu aqua & potentia aer, & tranſmutať in aerem, & aliquomodo in eo ineſt, nimirum ſe habebit uelut pars ad totum. Quod ſi idem dici poteſt de aere, quoniã & ipſe cum ſit potentia aqua mutatur in aquam, ſed ſi hæc mutatio ui detur magis interitus quidam, conuenientius diceretur pars & totum in eo quod ſimile ſit ſm generationem. Sed cur hæc diſputata ſint, cãm adducit, { Quapropter & his tactus eſt, } nam ob cognationem tactus eſt illis non uiolentus. Et ea quæ ſunt magis materiata continentur ab his quæ ſunt magis formata. Et hoc quidem qñ utrũq; actu manet id quod eſt & potentia alterum, ſed qñ actu ambo unum fierent, quod tum accidit quoties mutatur alterum in alterum, uelut quãdo aqua fit aer, uel e contra cum aer fit aqua, tum non amplius ſeſe tangũt neq; aliud in altero eſt, uelut in loco, ſed una natura ex his fit & continuatur atq; pars & totum perficitur. Sed qm̃ cognationẽ & communes qualitates diximus cauſas eſſe tactus naturalis & non uiolenti, atq; huius uidelicet, quod fit in termino corporis continentis, quiſpiam merito, exiſtimo, inſtaret, quoniam hac ratione ſolum aquam oportebat eſſe terræ locum, & non aerem. Deinde ſi uelut ad cognata procedit, cur non in aere uel in medio aquæ gleba terrę manet cum ſit in cognato loco & attiguo ſibi? Sed dici põt ad primum, quia aer cum ſit prope terram turbidus attingit naturam aquæ, & ob id terræ cognatus eſt. Ad ſcđm reſpondemus non omni aeri aquã eſſe cognatam ſed ei parti cui adhæret. Terra eođẽ mõ ultimo terreno aeris & aquæ cognata eſt, quocirca neq; aqua in medio aeris manet, neq; gleba in medio aeris, uel aquæ. Sed ſi cuncta bonum & utile appetunt natura, quonam pacto properant ad id quod ſuapte natura, poteſt ea mutare & corrumpere. Nam quæ mutuo cohærent nullo interiecto medio inuicẽ ſeſe trãſmutant. Niſi forte ergo non ſolum aptum ſit a ſuo proximo pati altercationem, & in ipſum tranſmutari, ſed etiã idipſum trãſmutare & alienare atq; in ſe ipſum conuertere, appetit ergo ſui incrementum. At uere ẽt dicendum eſt, quod neq; ꝓpinquum uniũquodq; deſiderio perſequitur, ſed ſuam uniuerſitatẽ et hãc appetit, qđ in eadẽ ſeruari põt, qua etiã rõne quodcũq; & quoties mouetur, ad uniuerſi locum pergere contendit.

Sciamus oportet Ariſtotelem omiſiſſe duas dubitatiões quas non abſoluit & hæ de loco agebantur, tertiã uidelicet & quartam, quarum altera id poſcebat, cur locum eſſe aſſerimus, qđ neq; elementum neque ex elementis conſtat, alia uero petebat quæ cauſa rerum locus eſſet.

Prima ſoluitur, quia quiſpiam eadem in omnem ſuperficiem dubitare poſſet, nam hæc neq; incorporeum elementum eſt, quia dimenſa eſt, neq; corporeum, quia non habet triplicem dimenſionem. Item neq; elementis conſtat ob eaſdem cauſas neq; enim corpus eſt, cum non triſariam dimenſa ſit, neq; omnino incorporea quia eſt longa & lata. Vel ergo omnis ſuperficies tollenda eſt, quoniam hæc de loco diſputata ſunt quod ſuperficies eſt, uel ſi non demenda eſt nimirum nec locus. Si uero & huiuſmodi natura eſt, q̃ dimenſa eſt non tñ tribus dimenſionibus ut corpus ſit, quid uetat ipſam elementũ eẽ, uel partẽ corporis, & ex elementis uidelicet dimenſiõe & plano, uel longitudine & latitudine? Nam ſi incorporeum ſignificabat negationem dimenſi, abſurdum quidem eſſet immo fieri non poſſet ſi ſuperficies uel corpus uel incorporem non eſſet. Et cum id quod uno modo, & id quod dupliciter dimenſum incorporeum eſt, fieri poterit ergo, ut aliquid neque corpus ſit neque omnino indiuiſile.

Secunda dubitatio etiam quæ de cauſis erat, demitur, quia ſi naturalia corpora appetunt ad loca propria peruenire, & in his quieſcere, locus ſane erit cauſa quæ finis dici ſolet, uelut continens & perficiens & tribuens unicuiq; perfectionem. Nam ea ſunt imperfecta quæ alia loca a ſua uniuerſitate occupãt, ideo & motus ipſorum cum fuerint in rectum ad propria loca, ſunt imperfectorum motus, quod ſane in libro de ortu rerum & interitu Ariſtoteles etiam confeſſus eſt, nihil enim cum ſit ſimplex perfectum mouetur in rectum, ſed aut manet, aut in orbem uertitur.

CVM diſputatio de loco ab Ariſtotele hoc modo inſtituta multas habeat dubitationes & multa poſteritati reliquerit examinanda, uolo itaq; afferre eas obiectiones quæ contra illum adduci ſolent, & cauſam exhibere deceptionis & paralogiſmi de loco, quibus abſolutis neq; de loco diſputatio ut mihi uidetur finem faciet. Etenim complures aliæ extitere poſt Ariſtotelem opiniones de loco, quas & ſi ante ſuam eſſent, reliquit nobis tamen exquirendas. Quapropter illi quoq; gratiſſimũ fore arbitror, ſi examinetur ea ſententia, quæ aſſerebat locum eſſe quoddam interuallum quæ etiam ab illo parum & breuiter ponderata & examinata fuerat quæ item clariſſimis poſt ipſum Philoſophis grata eſt, quocirca opinor illam eſſe merito explicandam. Vnde ſi quicquam & ipſe potero adiumenti cõferre ipſi diſputationi de loco, opinor moleſtam meam audaciam Ariſtotelis non fore, cum ille ueritatis perquirendæ initia dederit. Quare & ſi ultra ac poſtulat inſtitutio interpretationis meæ progredi, latiuſq; aliqua in parte uagari nonnullis uiſus fuero, hi ubi conſecuti fuerint & norint quæſtionis difficultatem & multiplicem eius nodum, his quæſo culpam inurant & aſcribant. Scire porro licet eorum qui de loco quicquam conſcripſerũt alios locum corpus eſſe, alios uero quidpiam incorporeum exiſtimaſſe. Proclus nimirũ e Lycia Philoſophus locum corpus defendit. At eorum qui illum incorporeũ tuentur, alij prorſus ſine dimenſione illum eſſe ducunt, alij uero extenſum & præditum dimenſione. Præterea alij eorũ qui aiunt indiuiſile & ſine dimenſione prorſus eſſe opinantur eſſe corporibus ſubiectum, uelut Plato fuit qui locum materiam nuncupauit, alij uelut noſter Damaſcenus, putant eſſe corporibus quicquam præbens perfectionem. Rurſus eorum qui illum fatentur dimenſionibus conſtare, alij duabus, uelut Ariſtoteles & quicunque peripateticus. Et horum alij omnino indiferentẽ atq; interdum ſine corpore permanere, uelut Democritus & Epicurus, alij uero putarunt illum eſſe ſpatium quod ſemper habeat corpus, & idem ſpatium aptum ſit ad capiendum uniũquodq; corpus uelut inclyti Platonicorum & primi in quorũ numero eſt Lampaſcenus Straton. Sed quantum præſtantior ſit cæteris Ariſtoteles primum ex illorum memoria conſideremus oportet. Primum porro aliquis inſtaret contra ea quibus Ariſtoteles ſimul aſſentiur, uidelicet coelum non moueri ſecundum locum, neq; idipſum, neq; uniuerſum complecti loco præterea non modo orbem inerrantium ſtellarum ſecundum locum imobilem eſſe ac nuſquam circũſcribi tradit, unde proficiſci non nihil abſurdi interpretes putant, ſed etiã totum coelum, quamobrem coelum uelut unum ponebat. Quod enim ſola quæ mouentur in rectum cenſeat Ariſto. moueri ad locũ & contineri loco quiuis ex multis locis perſuadere poterit. Verum ne plures contextus ſcribam, ſuppetant hi duo. { Eſt aũt locus non coelum ſed coeli aliquod extremum quod etiam tangit corpus mobile, & ob id terra in aqua & aqua in aere & aer in æthere, & æther in coelo ſed coelum non erit in alio. } Sed Alexander repudiandus eſt, quod dicit præterm ſſum hic fuiſſe ignem, & ætherem ab Ariſtotele appellari uniuerſum anfractum ſtellarũ oium errãtiũ. Et ante hoc dicit corpus qđ continetur mobile eſſe ſm lationem, & id qđ contineť dicit in loco eſſe. Si ergo qđ cõtinetur & moueť ſm lationẽ loco capiť, & alius eſt motus ipſa latio & ipſa latio in orbẽ, qppe illa ẽ motus in rectũ ut ẽt interpꝛ̃tes fatenť, nimirũ q̃ in rectũ cienť loco cõprehendenť qñquidẽ his ẽt cõueniat motus ad locũ cũ non ſemp moueanť, ut rotũda corpora, ſed interdũ poſſunt moueri & nõ moueť. Niſi qs ex his q̃ in ultimo huius tractationis libro dicenť, & ex his q̃ libro de coelo tractanť lationẽ & motũ

ad locum idem eſſe puteſ, quo pacto ſentiat etiã rotunda corpora quæ in orbem uertuntur, moueri latione, & ob id ſphærã inerrantem & totum cœlum in loco eſſe ſatebitur, quod quidẽ Ariſto. aperte negat quia nihil extra habet quo capi poſſit & contineri. Sed loca diximus ante, quibus latio diuiditur contra motum in orbem, & rotundum, loca porro reſtant hæc qbus latio uelut genus oĩs motus ſm locum accipitur. { Cum enim tres motus ſint, alter ſm magnitudinem, alter ſm affectum, & alter ſm locum quẽ lationem appellamus, } & alias diuidit lationem dicendo. { Omne enim quod latione mouetur uel recta, uel in orbem, uel mixta. } Quare ex his etiam illud patet apud Ariſto. ſcilicet motum in orbem eſſe motum ſecundum locum, & quæ mouentur ſecũdum locum in eodem ſunt, quare ex his etiam concluditur uniuerſum cœlum, ſphæram inerrantem, in loco eſſe. Quonam modo itaq; his uerbis de loco primam ſphæram & totũ cœlum atq; oĩa quæ ſunt in illa ultima ſphæra inerrante collocata non eſſe in loco inquit. Et cauſam horum cõmunem adiecit dicendo. { Cui igitur corpori eſt aliquod corpus extra continens ipſum hoc in loco eſt. Cui uero nõ, minime. } & hoc merito ſiquidem locus ſit terminus continentis. Et in hoc Alexander magis errat qui cũ non prius dicta ſimulet fatetur motum in orbem non eſſe localem, quia non mutat totum locum. Hæc igitur plane ſcribit. Etenim ſi eſt cœlo motus, ꝓfecto non inerit in illo localis quod non mutat locum cum non contineatur, ſed quod in orbem feratur patet, & quod latione mouetur id moueatur perſpicuum eſt qđ ſi motus erit ſecundum locum ut contextus ante indicabat, patet etiam in loco eſſe quia quod ſecundum locum cietur, id in loco ponitur, quod etiam ab illis admittitur, quãdoquidem ex motione huiuſmodi inuentus ſit locus. Quod ſi negarint cœlũ moueri ſecundum locum, dicant quæſo quæ ſpecies ſit motus uel mutationis, ipſa motio in orbem. Neq; ſecundum ſubſtantiam, neq; ſecundum quantum, neq; quale dicere ualent. Sed quid opus eſt uerbis Ariſtoteles primo cœli motum in orbem appellat apertiſſime motum ad locũ. Hæc porro dicit, { Omnis autem motus ſecundum locum quem appellamus lationẽ uel rectus, uel in orbem, uel ex his mixtus eſt. { Sed nihilo occultius motum ad locum corporibus ſempiternis tribuit dicẽs { Sempiternis conuenit ſolum motu ad locum moueri. } Et alias cauſam affert dicendo. { Quod enim ſecundum locum mouetur minime ex ſubſtantia diſcedit. } Secundum enim hunc ſolum nihil naturæ uel ſubſtantiæ uel affectus amittitur, ut fit in alijs ubi deficit qualitas uel quantitas. Ex his ergo aliquis diceret perſpicuum eſſe quam a uero & a ſe abſit Ariſtoteles cum uideatur ea ſola quæ mouentur in rectum fateri in loco eſſe & moueri ad locum, ſibi inquam non conſtat, quomodo ſeruatur proprietas definitionis quæ erat, ut per eam, omnis dubitatio, ſi de illa etiam periclitandum ſit. Item alias refert hæc { non quæreretur locus ſi non motus aliquis ſecundum locum eſſet, propter hoc enim & cœlum maxime in loco putamus eſſe quia ſemper eſt in motu, } quibus cœlum in loco eſſe ſtatuit, ſed poſteaquam apertiſſime his uerbis negat cœlum in loco ponendum eſſe { Cœlum autem ſicut dictum eſt nõ ẽ alicubi totum, neq; ullo in loco eſt ſiquidem nullum corpus ipſum continet. } Rurſus quonam pacto aſſerit aliqd in loco moueri ſecundũ lationem, qm̃ id qđ iam obtinuit locũ nullo pacto cietur ſecundũ locum. Plura enim manent ſecundum locum. Etenim terra, ut ipſe tradit, cum aqua contineatur quãq̃ illa moueatur ibi tñ manet, ut ẽt hoc ipſe inſinuit cum diſcrimen eius qđ ſurſum & eius quod deorſum eſt afferret. Nam illud { ſemper manet } indicat mãſionem eius in loco & imutabilitatem, ſic etiam orbis ultimum cum ſemper eodem modo ſe habeat, manet, ubi manſionem ſecũdum ſubſtam cõſiderabat. Item ſi ea quæ ſunt in eo qđ mouetur uelut in dolio magis ſunt quam uelut in loco, ut ipſe indicat his uerbis. { Quapropter cum in eo qđ moueſ, qppiam moueatur mutetur q; id qđ intus, eſt ut in flumine nauis ut uaſe magis quam loco utitur continente } igitur etiam totus ambiens ſtellarum errantium complectetur a ſphæra inerrabili uelut a uaſe nauigium immo unaquæq; etiam ſphæra a ſua continente ſic complectetur, & tamen id quod ſub luna mobile eſt ſecundum lationem aſſerit eſſe in loco proprie qui eſt ultimum cœli ideſt caua ſuperficies ſphæræ lunæ, quare uel id erit in cõcaua ſphæræ lunæ uelut in uaſe, quia lunæ globus mouetur, uel ubi erit locus, & quædam proprie in loco. Etenim aer cietur & aqua, quare neq; in his erit locus proprie. Item interdũ particularia corpora circũfluunt uelut in aere & aqua. Sciamus porro oportet Theophraſtum etiam talia contra definitionem loci traditam ab Ariſto. dubitaſſe, hæc uidelicet, qm̃ ex ea apparet corpus eſſe in ſuperficie, & locum moueri, nec omne corpus in loco eſſe, quia primus globus inerrabilis, immo magis. quia reliquas ſphæras ſecum rapit, nec totum cœlum erit in loco, quæ enim ſunt in loco deſinunt moueri, quod ſi auferantur quæ continent, non amplius erunt in loco. Sed uideamus, num effatis prius acceptis de loco reſpõdeat eius definitio? Cuncti enim fatentur hoc effatum.

Locum continere ea quæ ab ipſo comprehenduntur.

Et patet inquam id neq; uelut peculiare loco eſſe tributum, ſed quatenus nonnulla quæ ſunt in loco in aliquo ponuntur. Dicimus enim omne quod eſt in aliquo ab eodem cõtineri in quo manet. Qua igitur ſignificatione aſſerimus locum continere? an quatenus totum penetrat totum id quod continetur & undiq; recipit & locat etiam ſecundum altitudinem, uel quatenus extra ipſum cooperit & ambit, quod ſi primum demus, quonam pacto erit locus terminus continentis? Si uero ſecundum uidelicet uelut extra cooperiens & circunſcribens, hoc pacto etiam pallium uel ueſtis locus erit, quod neq; his qui metaphoris utitur dicendum eſſe cenſeret. Præterea id quod continet hoc modo uelut terminus eius quod extra eſt, uel continet, totum, uel ſuperficiem, ſed non poteſt totum complecti, quia oportet id quod capit & continet aut maius eſſe aut æquale illi, quod complectitur. Sed terminus continentis eſt æqualis ſuperficiei illius quod continetur. quæ non eſt id totum quod continetur. At neq; ſuperficies eſt in loco ut ipſe etiam fatetur, ſiquidem id collocetur quod per ſe eſt abſolutum & ſeparatum ab alio & quod per ſe mouetur ut dixit, ſuperficies autem eſt terminus corpis collocati & nõ ſeparata ab eo. Verũ qa forte aliqs affirmaret uniuerſum ob ſuperficiẽ collocari, ideo neq; hoc fieri poſſe oſtenditur, ſi enim aliquid ſui parte patitur, uel agit, opus eſt ut pars primum patiatur, uel agat, uelut ſi quis cædat inſultetq; calcibus, prius id pes efficiat oportet. Si quis itẽ ſupficie albeſcit, prius hoc ſuperficies patiatur neceſſe eſt. Secundum autem effatum erat huiuſmodi.

Locus eſt æqualis rei quæ complectitur ab ipſo.

Sed quomodo fieri poteſt, ut ſuperficies ſeſe corpori adæquet quoniã ſi hoc dabitur, quid obſtabit, ut linea ſuperficiei et punctum lineæ, quare & punctum corpori adæquetur, quo certe nihil abſurdius. Quod enim corpus in loco eſſe oporteat, uel ex hoc maxime patet, quia dicimus illud moueri ad locum latione, ſed ſuperficies non per ſe mouetur ſed corpus. Sed uideẽ eſſe quidam anfractus ambitusue quodammodo circũſcribendi aliquid ſed non penetrationis & collocationis qua quidpiã totum comprehenditur & locatur ſecundum omnem dimenſionem, & ſic intelligendum eſt locum æqualem eſſe rei quæ locatur. Præterea aliud ſumebat hoc uidelicet.

Loci differentiæ ſunt ſurſum & deorſum.

Quemadmodum igitur eſt aliquid ſupremum ultra quod nec quicquam eſt nec omnino locus ita aliquod infinitum ſit oportet, ſi ergo ſupremum id eſt quod eſt anfractus & circuitus ſiue hic ſit ſuperficies conuexa orbis inerrantis, ſiue conuexa ætheris, modo ſolum locetur id quod ſub luna continetur nimirum infinitum erit uniuerſi medium, quod eſt centrum & ea quæ huic uicina ſunt, ergo locus terræ qui ſit infimus, non erit dicendus terminus aquę uel aeris, ut indicabat his uerbis. { Et ob hoc terra quidem in aqua eſt, hæc uero in ære, hic autem in ęthere & ęther in cœlo. } Quod ſiqs aſſcuerat duplex ſurſum

& eodem

& totidem deorſum dicẽdum eſſe aliud quidem uelut locum, aliud uero uelut in loco, quod etiã ipſe ſignificabat his uerbis. { Qui uerſus mediũ continet terminus deorſum eſt & ipſum medium. Qui uero uerſus ultimum, ſurſũ & ipſum ultimũ. } Poſtea quam igitur hoc in libro & libro de cœlo medium aſſeruit quod deorſum eſt, & ſurſum q̃d circum & circuitus eſt uniuerſi rotundi & globoſi, perſpicuum fit, quod ut deorſum centrum eſt, ſic termini ſurſum ad quos ſi proiectæ fuerint lineæ exibunt à centro, quare neq; locus erit ſuperficies ultima conuexa, ſiquidem locus dicitur ſuperficies, & circuitus atq; æqualis ei quod eſt in loco, neq; erit in loco, ſiquidem quod eſt in loco habet ſuperficiem & cietur ſecũdum locum. At neq; locus ſurſum eſt caua ſuperficies lunæ, neq; illa caua ſphæræ inerrabilis, ſed ſi eſſe deberet forte eſſet illac conuexa/quoniam ad illã lineæ protractę perueniunt. Item orbis lunę mouetur in orbẽ, cum qua una mouetur & rapitur in gyrum ignis & ſuccenſio quædam, quod in libro de his q̃ fiũt in ſublimi fatetur, ſed hoc ſurſum ſecundum eius definitionem non eſt loci differẽtia, ſed uaſis ut ipſe uoluit & ſtatuit. Inquit enim, { Quapropter cum in eo quod mouetur quippiam moueatur mutetúrue id quod intus eſt ut in flumine nauis ut uaſe magis quã loco utitur continente. } Nam inquit. { Vult autem locus immobilis eſſe. } Ideo diffiniendo ipſum dixit { Continentis immobilis primus hic eſt locus. } Si ergo ab eo ſurſum nõ dicit̃ loci differẽtia, ſed uaſis, perſpicuũ etiam fit, ut neq; deorſum ſit differentia. Quocirca poſtremum effatum pronunciauit hoc.

Vnumquodq; corpus ſuapte natura moueri ad peculiarem locum & ibi quieſcere. Et hoc quid aliud eſt dictu, quam ſeorſum & deorſum eſſe, quare ſi deorſum tellus deuoluit̃, & centrum eſt deorſum, itaq; mouebitur nõ ad terminum aquæ uel aeris, ſed ad centrum, quare hoc erit terræ locus. Item ſic mouetur, quia pondera undiq; feruntur ad lineã rectam deorſum q̃d quidem fieri non poſſet cum ſit terra globoſa, niſi omnium ponderum momentum ad centrum declinet, ſed centrum nõ eſt terminus corporis cõtinentis cum indiuiduum ſit. Dixit itẽ eundem eẽ uniuerſi & partis locũ, ſed libro de coelo cum quęreret cauſam, cur tellus maneat in medio, non aſſignauit hanc ſcilicet terminum continentis aeris/ſed medium, quare & ſi dimitteretur, adhuc deorſum deſcẽderet. Rurſum tertio huius tractationis eo præſertim loco in quo damnat Anaxagoram, qui infinitum ſeipſum ſiſtere & ſuę ſtabilitatis idipſum cauſam eẽ, inquit pondus in medio iacet, & terra. Si ergo quod fertur proprium petit locum & ibi quieſcit, nimirum medium erit locus terræ. Præterea ſi omne corpus natura fertur, & manet in proprio loco, quaſi adeptum ſit id quod ſuæ cõuenit naturæ, & id quod eſt locus, conſeruat unumquodq; ſecundum naturam, quomodo ergo aqua ad terminũ aeris ferri poterit. Nam quẽadmodum ipſe etiam fatetur, minor aqua ſuperatur, & mutat̃ ab ipſa maiore copia aeris, qua igitur ſpe, quaue fiducia aqua proficiſceretur ad id, à quo interimitur? Quocirca uult in terra inſidere & ab eadem firmari, cuius indiciũ eſt, quoniam ſi terra quam ambit, tolleretur & dimoueretur è ſuo loco, nimirum aqua tãdiu deſcenderet, quouſq; aliam obſideret terram, & deſereret continentẽ aerem & ſuum terminum, quaſi non ſit aer peculiaris locus eius. Præterea ſi terminus aeris erat locus aq; uel terræ, aqua in aere & gleba ab aere undiq; complexa, quæ etiam ibi ꝓprium locum habeãt, non mouerẽtur, alio, q; ſi id quod obtinere ſuam uniuerſitatẽ cupit, ſeparatũ fuerit ab ea. dicerem illud cõniti quãtum poteſt ꝯſequi ſuam uniuerſitatẽ, ſed non ꝓprium locum. Loci præterea peculiares corporibus quomõ diſſimiles habebũt partes, ut cõtineant idem corpus? Nam ſiquis in fluuio eſſet, & excederet aquã capite/manibus/ceruice/humeris/huius ſane locus erit locus tum terræ terminus in quo pedes firmat: tum aquæ/tum etiam aeris/quo ſit/ut una ſit loci pars quæ cõtinet partes corporis infimas/& alia/q̃ complectitur ſupremas. Præterea locũ eſſe imobilem Theophraſtus & Eudemus uelut unum effatum aſſumunt, Ariſto. autem hoc aſſumit in definitione, cum dicit. { Quare continẽtis terminus imobilis primus locus eſt, } et aſſerit omne quod loco complectitur, mobile eſſe ſm locum. At nunc contrariũ dicere uidetur. Si enim terminus cõtinentis eſt locus. Nam terra manet & aqua, ſed terminis continentis ipſa q̃d aer eſt, mouetur. Si p̃terea locus ſit imobilis/oportet/aut falſo aſſerit cœli ultimum eſſe locum quod tangit corpus mobile, uel ſi hoc uerum eſt, coelum imobile ſit neceſſe eſt, ut ſit etiam eius terminus imobilis, quia fieri nõ poteſt, ut ipſum moueatur, & terminus eius ſit immobilis, ſed ubiq; aſſerit coelum in orbem duci, idq; euidentia teſtatur, quare uel opus eſt effatum hoc. Locum eſſe imobilem dimoueri & euertere aut negare locum eſſe terminum corporis continentis. Item nõ ſolum noſtra intelligentia locum immobilem uult, quia non alio petat, ſed etiam quia non mutetur ſecundum ſubſtantiã, proinde ipſe etiam ex manſione cum ſurſum & deorſum ſtatuat, deorſum inquit eſt illud quod ſemper manet, & ſurſum quod eodẽ modo ſemper manet. Si ergo locum oportet eſſe diuturniorem ſecundũ ſubſtantiam, quomodo ergo terminus aeris erit locus terræ, quia facilius tranſmutatur aer quàm terra. Sed ultra ſciendum eſt, quia qui locum hoc modo deſcribit & ſtatuit immobilẽ, nõ modo coelum negat loco contineri, moueri ſecũdum locum, ſed etiã uniuerſitates quæ ſub luna ſunt. Etenim quod non ſit per ſe in loco patet, ſiquidem quod per ſe in loco eſt, id latione mobile ſit, & hoc loco priore relicto alium acquirere ſtudeat, q̃d etiã nec per accidens hinc patebit, quoniam ſi uniuerſa mouentur & locantur, quia partes mouentur & collocãtur, cum illę partes moueantur per ſe, q̃ ab ipſis uniuerſis ſeiunctę ſunt, in quibus poſtea nõ eſt uniuerſum, quo igitur pacto uniuerſa erunt in loco per accidens? (Sed multa alia poſſunt adduci contra rationem loci,) Quod autem/ut opinor/maxime ad exactam loci determinationem confert, hoc potiſſimum eſt, inuenire ſcilicet prima & ꝓpria maxime principia, ex quibus huiuſmodi locus eſſe deducitur. Et tantum de inſtantijs hactenus.

Primam igitur arbitror fuiſſe cauſam loci ſtatuẽdi, quia cõtineri ab aliquo quidpiam uidebamus.

Secundam quia cẽtrum nobis erat nõnihil moueri ad locũ.

Cum ergo cõis ſentẽtia ſit de loco hæc qua dicit̃ illum cõtinere ea q̃ clauditur ab eodẽ, & ipſe ambitus & anfractus multipliciter ſumat̃. Nam oẽ quod in aliquo eſt uidet̃ ab illius ambitu ꝯtineri in q̃ eſt, ipſe illum ambitũ uelut circũ operimẽtum accepit, quo dicebamus prius ueſtẽ eſſe locũ, uerũ nõ uniuerſi per ſe q̃d cõtinetur, ſed uniuerſi ſm ſuperficiẽ, qua uniuerſum definitur. Quod uero talẽ ſniam habuerit, illud p̃ſertim indicat, cũ coelũ uocet uniuerſum qa extremũ eſt oĩuꝫ & eo mõ oĩa cõtinet, itaq; cum ſtatuat uniuerſum q̃d cõtinetur ab eo q̃d cõtinet ſm ſuperficiẽ uniuerſum circũſcribẽtem cõplecti, dixit locum eſſe terminũ cõtinẽtis. Sed locus uidet̃ eſſe receptaculũ & q̃dam regio uniuerſi & nõ quoddã coopertimentũ & circũuelamen. At ad hãc intelligendam illud opinor magnũ momẽti habere, qa uidẽtur ptes nõ collocari per ſe, ſed ob ſuas uniuerſitates. Niſi ergo et huius in cauſa ſit poſtulatũ ipſius ambitus, quo locũ ꝯtinere dixim⁹. Nã ſi illę hñt locũ, locus nimirũ eas cõprehẽderet cũ ſit cõtinuus ad totũ illũ ambitũ, quẽadmodũ etiã illæ ad ſuã uniuerſitatẽ. Sed illud. vꝫ. nõ eẽ ptes per ſe in loco ſumebat̃ uelut manifeſtũ, qa neq; ptes ꝯonuę ſunt p ſe. Niſi forte ptes cũ habeãt mediã nãm iter ea cõtra q̃ ꝓrſus ſeiũgi nequeũt, & eas unitates quę oĩno ſeparari queũt, nõ facile dici poſſit utris p̃cipet, an etiã ſm utrũq; modũ ꝯiungat ſi eas cõſiderare. vꝫ. eẽ p ſe et nõ per ſe in loco. Et deĩde ſi ꝯonuę fuerit & has diceremꝰ eẽ i loco determinato, forte eſt p abſurdũ, ſꝫ ſi fuerit in ꝯtinuo quãto ꝯſentaneũ erit, ut ſunt in loco, ſic hñt locũ, & ut ſe hꝫ uniuerſum ad totũ locũ, ita ps ad ptẽ, & cõtinua ad ꝯtinua, & diſcreta ad diſcretũ & ſeiũctũ locũ. Sic. o. erit eĩ ſ locus reuera capax, & hac rõne exiſtimo ſeparandũ eẽ doliũ à loco, qa illud ſolũ cooperit & circũ obtegit, ſed hic undiq; eſt capax, & nõ ob id q̃d uas ſit mobile, & locus imobilis. Cęterũ de poſtulato q̃ dicebat̃ locũ cõſtitutũ fuiſſe qa aliqd p ſe ad eũ mouebat̃ ſentio id, quia ut alias ſępe cõſueuit, & nũc uoluit ab

euidentioribus uiam inquirẽdi locum facere, & cum his ſolum inſiſtere uoluiſſet, coactus fuit eum hmõi definire et aſſumere. Nam cum eſſet motus ad locũ, his nos manu firma duxit ad cognitionem loci. Et eorum q̃ mouent̃ ſm locum, illa magis hoc genere motionis mouentur, q̃ uniuerſe & per ſe ẽ loco ad locũ ꝓficiſcuntur. Videmus enim, ut ipſe inquit, ubi prius erat aer, huc ingreſſam aquã, hęc ipſa deduxerunt nos ad notitiam cõis receptaculi, q̃d locum appellamus, cum igit̃ ex his ꝓſertim locum cognouerimus, hæc uelut in loco exñta ſumpſit. Sed aliquis diceret forte nõdum perfecte hanc notitiam quam tradit Ariſto. aſſecutus, qm̃ & ſi ex his uenimus in cognitionem loci, tñ & ab ipſa latiõe in orbem, ut ipſe ultimo huius tractationis libro oñdit, uenimus in cognitionem cãæ imobilis oĩum, & tñ nõ ob id quia participat latia ꝑn orbem illa immutabili & prima cauſa, dicimus eam eſſe oĩum cãm & infinitam uim. Quid ergo cogit ut his contẽti ſimus quæ prius cõmemorauimus? Sed cum õino admiſimus hoc & ea eſſe duximus quę ꝓprie mouẽtur, quaſi oẽ quod mouet̃ in locum, moueri in rectum dicendũ ſit, deinceps oportuit aſſerere omne tale ꝓpria in loco & per ſe collocãdum eſſe, q̃d ab alio terminatur, & aſſumare quæ ipſe tradit de loco. Cum ergo id q̃d continet diuiſum nõ fuerit, ſed cõtinuum, certe non uelut in loco dicitur in illo, ſed uelut pars in uniuerſo, ſed qñ diuiſum fuerit & attiguum, tum in ipſo proximo extremo & termino cõtinentis eſt. Nam id quod e loco ad locum migrat, prorſus ſibi cõparat locum quem prius nõ obtinebat, idem q̃ latione, accretione, & diminutione mouetur, talia inquit eſſe. Quę autem locum ingrediunt̃ aut uacuũ adeũt, ſed poſtulatum eſt uelut oẽ corpus cõtinetur loco, ita nullum eſſe locum ſine corpore, aut locũ ꝓximi corporis et ſibi attigui capiunt, oportet ergo oĩno tale eſſe attiguũ tali corpori, & ſm hoc continebit ipſum. Hæc igitur cauſa fuit, ut opinor cur ſtatueretur quicquam dum eſſet in loco ab aliquo extrinſecus cõtineri, uerum non conuertitur ratio, non enim omne quod ab aliquo continetur in loco eſſe aſſerit, uel ſecũdum locum moueri, niſi etiam locum e loco mutet. Ab his ergo ducta fuit noticia loci, idq; fuit in cauſa cur negauit orbes errantium aſtrorum collocari quãquam una contineat aliam & omnes ab illa ſtellarum fixarum complectantur. Nam cum locum non mutent & alium acquirant non ſunt in loco. Sed quid de ſtellis errantibus dico, quoniam negat etiam uniuerſitates elementorũ eſſe in loco? Nam ſi uniuerſum collocaretur, etiam moueretur ſecũdum locum, quia omne quod locum obtinet, cietur etiam ad locum, quoniam dicit omne mobile eſſe in loco & omne tale eſſe id quod in rectum mouetur, perinde ac motus in orbem non ſit motus ad locũ. Nam patet illum affirmare ea ſola moueri ſecundum locum & collocari, quæ ſunt recto motu mobilia quia hæc ſola mutantur ſm locum, huiuſmodi autẽ ſunt partes eorum quæ ſub luna ſunt elitorum, quãdo ſeparantur à ſua uniuerſitate uerũtamen ipſę uniuerſitates, uel manẽt, uel in orbem mouentur, niſi quis illas intellexit uel augeri, uel diminui, tum enim aſſumentes & relinquentes locum uidentur moueri latione, ſi ergo cœleſtium nihil neque eorum quæ ſub luna exiſtunt, quia nec partes, cum ſint continuæ, neq; uniuerſa quia alium locum ac illum quem habent, non mutant, nimirum nil erit ſuapte natura in loco, niſi dicas animalia particularia, & plantas ſti.peſue. Sed deductionem & collectionem antedictæ definitionis ex his opinor proficiſci, quia cum quadripartitam fecerit diuiſionem earum rerum quarum una uel alia uidebatur, colligit ipſam definitionem. Dixit enim, locus uel materia, uel forma, uel terminus continentis, uel interuallũ comprehẽſum terminis, ſed trium nullum eſt, igitur terminus continentis, ex quo ducta eſt ea cogitatio qua exiſtimatur merito locus ambire & continere, qua etiam neq; dicendum locũ id eſſe interuallum quod nonnulli ſtatuerunt ueluti quendam ambitum & ſolum cooperimentum. Et forſitã ex corporis definitione, quæ dicit corpus triſariam eſſe dimenſum, & id quod eſt triſariam dimenſum corpus eſſe, ea ambitus loci cogitatio prodijt. Sed num hęc definitio corporis ſine defectu ſit, nec ne, conuenientius opinor dicendum eſſe & conſiderandum cum de dimenſionibus diſputauerimus. Nunc uero ſcire nos ſuppetat, illum oportere interuallum hoc continentis terminis comprehenſum fateri, qui ſtatuit omne triſariam dimẽſum corpus eſſe & nullum corpus alterum penetrare. Quod uero quadripartita diuiſio non ſit circa defectionem & manca uideatur, tum præſertim intelligemus, quando & alias opiniones pręter has de loco perſcrutabimur. Sed impræſentia illud dicerẽ multa extare alia q̃ habeat inter ſe mutuam habitudinẽ illam, qua unum in alio dicitur, quę tamen nec materia, nec forma, nec interuallum, nec terminus continentis ſunt. Nam neq; totum in partibus, nec partes in toto neq; genus in ſpeciebus, neq; quicquam aliud niſi eorum quæ uelut dolia, apta ſunt cooperire & circũſcribere res. Sed uidetur Ariſto. eam partitionem non uelut diuiſionem ſumere, ſed uelut enumerationem opinionum de loco quæ aliquam loci notitiam attigere. Si ergo non fecit diuiſionem argumentum uidetur eſſe probabile & non demõſtratiuum. Quod autem contradictiones, quę contra interuallum adductæ ſunt, nonnihil neceſſarij habeant, mox dilucidabimus & id maxime intelligemus ubi nos peruenerimus ad diſſertionem de ipſo. At nunc quantum ſpectat ad dictam poſitionem & dicendas cum dixerim, ad reliquas rationes me referam, quoniã quiſq; ad ſingulas loci opportunitates reſpiciẽs & alius ad aliam & hic ad ſuam rationem & ſermonem de ipſo corrigens neceſſario multa abſurda oſtenderat. Cur ergo uniuerſum ſibi locum poſcit, & minime partes? ſi enim corpora qua huiuſmodi ſunt locum poſtulant, nõne ſunt & uniuerſa & partes corpora? Quod ſi dixeris corpora qua uniuerſa locũ exigere ac uelle, cur non cœlo, & uniuerſo mundo uidelicet locum tribuimus? Sed uidetur Ariſtoteles ea iure locũ petere uoluiſſe. quę tota ſecundum ſe mutantur & aſſumunt locum quẽ non prius habebant. Quemadmodum inquit non ſempiterna egere tempore, ſed quæ ſubſiſtunt in aliqua temporis parte, quia neq; uniuerſum ſimul tẽpus exiſtit, ſed eius q̃dam pars. Si ergo opportunus eſt locus, quo mutationes fiãt eorum, quæ ſtare in eodem neq; moueri poſſunt, merito hæc dicerẽtur collocari. Sed uide quonam pacto ratio totũ naturam quęſitam non abſoluit, ſed quod eſt nobis proximũ & notum explicat. Quonam pacto ea quę in eodem manere uel moueri poſſunt, uelut cœlum in eodem dicuntur eſſe, num uelut in ſeipſis. Sed inq̃t, nullum corpus in ſeipſo eſt, quia aliud eſt quod capit, & aliud quod capitur. Et ſi cœlũ non diceretur moueri, quia nõ nullo priore loco alium petit, tamen eodem fruitur & ob immutabilis dicitur non ſecũdum ſubſtantiam, ſed ſecundum locum cũ eundem ſemper habeat. Cauſa ergo eiuſdem inſtantiarum fuit quia non abſolute prius ponebatur loci opportunitas. Verum quomodo diuinus Ariſtoteles & ſi non omnes loci ſignificationes ſumpſerit, quia ipſe cœpit primũ de loco diligenter diſſerere, tamen illud inueniſſe quo aggredi perfectam ſententiam de illo & ſententiã poſſemus, poſterius demonſtrabimus. Sed poſt hanc poſitionem, ſi uidetur, illam adoriamur, quam Proclus Lycienſis philoſophus magiſter noſtrorum præceptorũ uacuo conuenientem ac idem introducentem tradidit. Hic ſolus inter eos, de quibus nobis notitia eſt, locum corpus eẽ credidit. Hic igitur effata Ariſt. de loco cũ recepiſſet & admiſiſſet diuiſionem illam quadripartitam de loco ſequit̃. Neceſſe eſt uel ipſum materiam, uel formam, uel terminũ cõtinentis, uel ęquale ſpatium in loco inter terminos cõtinentis interiectũ. Si enim nec quicquam erit eorum quę ſunt in ipſo, neq; circa ipſum nõ poterit ſecundum locum moueri nullo eorum quæ uel in ipſo, uel circa ipſum ſunt ſuſtinente mutationem uel alienationem. Materia autem & forma ſunt in ipſo. Circa ipſum autem ſunt terminus continentis, & interuallum. Cum ergo oſtenderit locum neq; materiam, neq; formam eſſe argumentis Ariſtotelis & euerterit id ex abſurdis, quæ adduximus contra definitionẽ, uidelicet locum, eſſe terminum continentis, concludit locũ eſſe interuallum quoddam. Et hoc mõ aptat demõſtrationẽ ꝓprię opionis. Sed cũ ipſiq; plane & apte expoſuerit, opinor pulcher-

rimum

ſimum fore ſi hæc uerba eius audierimus. Reſtat ergo quoniam locus non eſt forma nec materia rei locatę nec terminus continentis, ut ſit interuallũ q̃d terminis cõtinẽtis concluſum intelligitur, uniuſcuiuſq; corporis locus, & uniuerſi locus eſt ſpatiũ mundanũ q̃d aliud ab ipſo antedicto interuallo dicẽdũ eſt. Hoc igitur uel nihil, uel quicquã eſt, ꝙ ſi nihil, motus ergo localis ex nihilo ad nihil erit, at oĩs motus ſm aliq̃d fit. Sin uero loci ſm nãm non erit, at oẽ q̃d eſt nã, quicquã ſit oportet. ꝙ ſi quicquã affirmari debet, uel oĩno eſt corporeũ, uel incorporeũ, ꝙ ſi incorporeum diceretur, ſequitur abſurdũ. Nam locũ ęqualẽ eſſe rei q̃ locatur neceſſe eſt, at corpus & incorporeũ æqualia eẽ quõo poterunt? Aequale. n. inuenitur in ipſis quãtis & in his pręcipue, q̃ ſunt genere ſimilia, ut lineæ æq̃les lineis ſunt, & ſuperficies ſuperficiebus, & corpora corporibus, igitur locus corpus eſt ſi fuerit quoddã interuallũ, ꝙ ſi corpus uel ergo mobile, uel imobile ꝙ ſi mouetur etiã quocũq; mõ moueatur ſm locũ neceſſe eſt, q̃re rurſus locus alio egebit loco, q̃d fieri q̃dẽ non põt, ut etiã Ariſto. & Theophraſto uidetur. Inquit porro uas eſſe locũ mobilẽ, ſed locũ eẽ uas imobile, q̃d locus ſuapte ſit nã imobilis, ꝙ ſi imobilis eſt uel indiuiduus eſt, q̃d à corporibus q̃ adueniunt, nõ põt diuidi, cũ corpus alterũ penetrare nequeat, uel diuiduus eſt uelut aer & aqua diuiduntur ab his corporibus q̃ illa ingrediuntur, ꝙ ſi diuiduus ẽ toto diſſecto aut diuiſo, partes mouebuntur in utrãq; ptem diuiſi, & primũ mutabilis erit locus, ſiquidẽ & ptes eius moueantur, at demõſtrauimus illũ imobilẽ eſſe. Deinde cõſciſis ꝑtibus q̃remus rurſus quo ſe receperit id q̃d ſectum eſt. Nam ãdũ aut inueſtigãdũ erit aliud rurſus interuallũ q̃d inter ptes diuiſi interiaceat q̃d capiat id q̃d abſciſum eſt, & eius merito collocari dicatur, & hoc abibit in infinitũ, eſt igitur corpus indiuiduum locus, ꝙ ſi indiuiduũ fuerit corpus, uel ergo mãtum uel mãę expers, ꝙ ſi mãm habuerit, non erit indiuiduũ. Omnia. n. materiata corpora, ſi per ea alia corpora mãta trãſierint & meãrint, ab his diuidantur oportet, uelut corpus noſtrũ q̃n in aquã inciderint. Sola aũt imaterialia à nullo apta ſunt diuidi, & hoc ex neceſſitate. Nam oẽ corpus mã expers nõ patitur, ſed oẽ quod ſcinditur etiã patitur. Etenim diuiſio eſt q̃dã corporis affectio quæ eruit & demit ipſam unitatẽ & cõnexionẽ, q̃nquidẽ etiam cõtinui qua cõtinuũ eſt nullã affectionẽ uel moleſtiã patiatur, q̃ ſectionem q̃ cõtinuationẽ demolitur & aufert. Eſt ergo locus ut q̃ demonſtrauimus ſimul colligamus, corpus imobile indiuiduũ expers mãæ, ꝙ ſi hoc dabitur, perſpicuũ fit etiã illud corpus eſſe q̃ cætera longe minus materiatũ, imo etiã minus quã mã illa q̃ in ipſis ſunt, q̃ cient, quare ſi de numero illorũ lumẽ ſimpliciſſimum fuerit. Ignis. n. eſt magis incorporeus q̃ cętera elẽta, & ignis lucet, manifeſtũ etiã erit, q̃d puriſſimũ cũ ſit inter reliqua lumẽ idipſum erit locus. Duas igitur, inquit, ſphęras intelligemus, aliam unius luminis, alia ex multis corporibus, q̃ ſphæræ ſint inter ſe æquales mole & aliã firmato in cẽtrũ, & aliã ſupra illam collocato reuoluẽdo eãdẽ, nimirũ uniuerſum mũdũ uidebis motũ in ipſo lumine q̃d eſt imobile, & hic ſm ſe totum ut imitetur locũ, erit imobilis, & ubiq; partiũ ciebitur, qua pte à loco deficit. Quę cũ dixerit ꝑſuadet ſniam ſuam ex his q̃ Plato libro ciuilium dixit qui fatetur lumẽ illud ei q̃d in iride eſt, locũ eẽ, & ex perctionibus Chaldeorũ addit ea q̃ dñr de aia q̃ fons eſt.

Lux ſimul ignis & æther ac mundi animantur ab illa.

Hoc. n. eſſe lumẽ inq̃t ignẽ unũ ſupra tres reliquos uidelicet ardentem æthereũ, & materiatũ, q̃ etiã tradit eſſe illũ q̃ primo patefacit ſempiternã quietẽ deorũ et illuſtrat meteõribus ſuapte nã ea ſpectabilia q̃ ſunt per ſe ꝑſpiciẽda. Nam inq̃t huius ope ſm ipſam rõnem & prudẽtiã ea q̃ ſunt expertia figurę & impreſſionis imprimuntur. Et forſitã diceret locũ ob id lumẽ uocatũ eſſe, quia eſt q̃dam deſcriptio & typus uniuerſi & facit ea diſtare q̃ haud uiderẽtur diſtare niſi lumẽ pñs eſſet. Sed in his ptra ſe dubitationẽ mouet. Primã q̃õ corpus recipietur à corpore et penetrabitur. Deinde ſecũdã num illud inaĩatum ſit, an aĩa pticipet. Sed inq̃t, inaĩatum eẽ nõ põt, tum q̃a melius eſt his q̃ ſunt in ipſo aĩata, & quia rõnalia aiunt aĩari, q̃re & hoc corpus & primũ aliorũ erit aĩatum, ꝙ ſi eſt animatũ, q̃õ eſt imobile. Et diſſoluit primã eo q̃d nõnulla ſunt corpora imateriata expertia affectionis & paſſionis. Nam inquit corpus mãæ expers neq; alicui, neq; aliud ipſis renititur. Quod. n. percutitur & reiicitur mãm habet hmõi, ut ab his q̃ repellũt, percutiũt, aut renituntur, maxime patiatur, ſed neq; diuiditur, cum ſit expers affectionis q̃re neq; illud abſurdum adduci põt, q̃d uniuerſum à minimo caperetur aut minimũ penetraret. Nam ſi nõ põt diuidi neq; æqualiter diuideretur cum paruiſſimo, ꝙ ſi non eſt. neq; uniuerſum per illud meabit. Secundã diluit aſſerens ipm corpus animari ab ea aĩa q̃ eſt fons & diuinã habet uitam, & ſubã per ſe mobilẽ, ſed non actione. Nam ſi aĩam dupl'r aſſerimus ſeipſa mobilẽ eſſe, uno modo ſm ſubãm, alio autem ſm actionem, etiam locũ partim mobilem, & partim imobilẽ eſſe dicemus. Quid. n. uetat affirmare locũ talis uitæ eſſe participẽ uiuereq; ſm ſubãm imutabilem, & mundũ per ſe mobilem ſm actionẽ. Quod ſi uolueris, inquit, motum loci ſm actionem cõſiderare, plane uidebis illũ eſſe uelut motorẽ eorum corporum q̃ mouentur, et uertunt ptes ſuas ſm quãdam diſtãtiã, q̃nquidem nec illa ubiq; eſſe queãt, neq; oĩbus loci partibus adeſſe ſm unamquãq; ſui partem eſſe poſſint, & hæc eſt illa interiectio & affinitas quæ eſt cum aĩa ſine dimenſione mouẽte. Etenim uidetur uita q̃tenus uita motum afferre, & cũ locus ſit illud quod primo particeps eſt uitę, motum illum ad locũ uere motum unicuiq; parti tribuit, & facit ut unaquęq; pars corporis mot appetat peruenire ad ſuum uniuerſum, & cum nequeat ob naturale interualli proprietatẽ diuiſim in ipſo uniuerſo eſſe. Nam omne quod aliquã naturam appetit, cum eiuſdem uitio & defectione id aſſequi non poteſt, tum magis accẽditur quo cõſequatur id quod non poterat naturę imbecillitate attingere. Etenim oportebat, inquit, inter incorpoream & immutabilẽ uitam qualis eſt aĩæ quæ eſt cæterarum fons, & mutabilem corporeamq; mediam interponere, hanc uidelicet immutabilem & corporeã. Item uidetur mihi, inquit, & uniuerſi centra uelut unius ad hoc unum redigi centrum. Si enim centra orbis ſolaris in ipſo æthere ſuper ipſum in anguſtum torquẽtur ſm proportionem aſcendendo dicemus, centra ultimi orbis collocari in lumine huius. Niſi forte, inquit, hoc lumen primũ ſit paterni Bythi. & ob id ſupercœleſtis q̃m & ille. Hæc & talia de loco Proclus refert. Sed nos eius demõſtrationem demum conſiderabimus, qua concluſit tale corpus eſſe locum. Et primo inſtantes cõtra illam quadripartitam diuiſionem eorum, quæ pauloante cõmemorauimus, in quibus, ut opinabar, oſtendi non diuiſionem, ſed enumerationem eſſe opinionem de loco, ſiquidem alij etiam modi ſint, q̃bus locus explicari queat. Si ergo non diuiſio ſumpta eſt, patet nõ eſſe dicendum hoc, { Si locus non eſt materia, nec forma, nec terminus continentis } relinquitur q̃d ſit interuallũ ęquale ei q̃d collocatur. Mitto nunc aliter ſumendum eſſe interuallum, ac fecerit Ariſt. Nam ille determinate interuallũ ſtatuebat eſſe incorporeum, ut indicat dicẽs. { At interuallũ uelut uacuum, } ſed ratio Procli indefinite erat, quare ei opus fuerat ſubdiuidere, ſi ita eſt uel corpus uel incorporeũ. Verum ſi quis etiam hęc admitteret quomodo deinceps illud uerum eſt, quod incorporeũ non erit hoc interuallum loci? Si enim ęqualis inquit locus aſſeritur eſſe corpori quod collocatur, & corpus & incorporeum æqualia eſſe nequeunt propterea quod æquale eſt in quãtis & his eiuſdem generis, nõ erit ergo hoc interuallum incorporeũ, ſed ſi hoc aſſerimus æqualia ea eſſe, q̃ eadem dimetiuntur mẽſura. Et mẽſuræ ſm dimẽſiones fiunt, & nõ ſm id quo ſunt plena corpa, q̃õ non erit uerũ dicere id q̃d eſt trifariã dimẽſum, ęq̃le eẽ illi, q̃d eſt trifariã dimẽſum. Etenim eſt ſimile gñe cũ illo ſecundũ hoc. Superficies igitur corpori neq; ſimilis eſt genere quia ob unius dimẽſionis defectionem diſtinguitur ſpecie, at illud quod longitudine, latitudine, & altitudine potitur, quomodo non erit genere ſimile ſm hoc ei quod habet ipſas dimẽſiones? Sed ſi neq; prorſus eẽ per ſe tale aliquid interuallum dixit ut Ariſt. iſtuc ipſum demonſtrandũ erat, uel tanquã oſtenſum ſumere. Quod ſi cõceſſeris eſſe locum ipſum, ſed hac de cauſa negari quia non adæquatur corpori quod collocatur, admiror

quomodo recte dictum ſit, niſi itelligat tale interuallum uelut poſuere nonulli uacuum, ſed neq; hoc eſt triſariam dimenſum, neq; dimenſio uelut quædam natura et ſpecies eſt, ſed uelut q̃dam abſentia & priuatio. At ipſe uelut incorpoream naturam comparat. Si enim non hoc, facilius eſſet rationes cõuertere ad eos qui uacuum erunt & tollunt. Sed quomodo oſtendunt ipſum corpus eſſe materiæ expers, ſi enim materiatum erit, ut inquit, diuiduum erit & patibile, cur ergo cœlum imateriale affirmabit, quod tradit̃ à Platone & ab Ariſtotele uelut materiatum eſſe, quãquam impatibile ſit & idiuiduum, quo ad id ergo quid prohibet locum materiatum eſſe, & dici corpus indiuiſile & impatibile nonnihil melius habens, quã alia corpora, quẽadmodum & ipſe de hoc putat. Niſi ergo materiatum uocet id quod ſub luna eſt, quod etiam patibile reuera eſt. & hoc negat loco congruere. Sed nihil uetabat, ut dixi, illum eſſe materiatũ uelut cœlum, quod ſi detur, quomodo melius erit pleuis expertibus materiæ, quibus locus tradendus eſt. Etenim quãquam in quadam epiſtola ad Ariſtoclem quodã modo illa dicat materiata, tamen non dicit huiuſmodi eſſe uelut ea quæ ſub luna collocata cõmunem materiam mutãt, neque uelut cœleſtia, quæ conſtant quatuor elemẽtis differentibus & ob id compoſita ex his ſint, quæ indigent communi ſubiecto, ſed quia cum moueantur & ipſa ſecũdum locum, habeat ipſum quod eſt potentia, quia non undiq; totum eſt. Nam primum erit periculoſum uidelicet contra oracula loqui quæ hunc ſolum mũdum materiatum fatẽtur. Deinde erit aliqua alia loci ſignificatio nõ ſecundum id quo mouetur, ſed quatenus habet dimenſiones & aliam atq; aliam alibi & alibi differẽtes inter ſe habent. Sed cur hæc dico? quandoquidem ipſe id quod eſt expers materiæ præſtantius materiato patibili, de loco prædicari uoluit, ut dicebam uelut cœlum. Finis hic porro, inquit, ſi ſtatuendus eſt omnino materiæ expers, & puriſſimus omnium corporum, nimirum & ignis magis expers materiæ eſt quam cætera elemẽta, & lumen magis quam ignis. ergo patet, quod lumen erit locus, at ſi ſpecies ignis eſt lumẽ ut didicimus in Timæo, & ſpẽs non eſt melior ſuo genere, igit̃ quo ad hoc lumen non erit melius igne. Ad rationem igitur demonſtrãtem hæc dicerem breuiter, cæterum ad alias perſuaſiones, uidelicet ad eam quę dicebat de lumine ſimili iridi, reſpondebimus quod dicitur eſſe uelut quoddam ęnigma dictũ, & poteſt, ut inquit Porphyrius, uehiculum animę mundi ſplẽdens indicare. Item poteſt aliud ſignificare, quod ſi inquit animam illam, quæ fons eſt, animãtem ſimul lucem, ignem, æthera, mundos oracula aut intelligẽtia perficiunt, quoniam etiam lumen quicquam aliud eſt præter accenſum ignem, æthereum, & ſolarem, pulchre ex his diuiſionibus perſuadet, tum etiam quia hoc eſt cæteris excellentius. Etenim hoc ſignificat ordinata enumeratio. Niſi forte illa unitas ſit hoc trinitatis mundorum, quam & ipſe fatetur. Vnitas autem non uelut locus trium eſt, ſed uelut unus mũdus ante tres. Nam oportet eſſe unum ante tria uelut primus numerus ſeptimus eſt trinitas. Et forte hoc unum lumen uocauit, uelut florem accenſi firmamenti, & uelut cõmunitatem apparentis ideſt ſenſilis uidelicet uniuerſi corporei. Nam omne corpus ſenſibile eſt, quãquam aliud alijs ſenſibus ſit cõmenſuratum. Niſi forte etiam dicat oraculum accenſum primum corporeũ mundum & uocarit lumẽ omnem incorpoream digeſtionem & ordinem quam in ipſis corporeis mundis infudit & illuſtrauit anima fontana. Verũtamẽ ſi primus locus ſempiternas deorum quietes recipere dicatur, pulchre erit dictum, non tamẽ ex hoc ſequi locum eſſe corpus opinor. Quãquam iteruallum ſit quid prohibet, ut etiam diuinis intelligentijs cõdiſtribuatur, & id magis quãdo erit cognatius incorporeo. Illud autem typos characterum & aliorum diuinorum quæ apparẽt in loco uideri, & ſi maxime uideantur ſuaſu oraculi, non tamen ualde conuenit nec concordat hoc cũ oraculo dicente ipſa uideri in ęthere, ſed non in lumine. Deinde etiam hæc in ipſo interuallo poſſunt figurari & accipere figuram. Non enim ſubiecto corpore eget ut fiat ſenſile, ſed eget diſtantia & figuratione impreſſione. Item illud non eſt abſurdum ut corpus penetret corpus, quoties materię expers materialium, uel etiam expers materiæ penetrat. Sed forte aliquis crederet ex his quibus ille confiſus, oſtendit quod dicit. Et maxime ex diuina traditione, ſiquidem etiam ignem accenſum ue æthereum, & hunc æthereum ipſum materiatum penetrare aſſerat, præterea ſi etiam quaternæ & ſeptimæ intelligentiæ ordinẽ fontanũ contineant, & ob id accẽſum cognitionẽ meditationẽue aut intelligentiã, ꝯcurrãt ſimul ꝯcum mundis, perinde ac accenſum oĩa penetret. Niſi ſphæras inflectãt & imperfectas eſſe aſſerant, q̃ ſolũ abſidę ſint & non amplius ſphęrę, q̃ ſi perfectę ſphæræ ſunt ad centrũ uſq; penetrent & ꝓcedãt neceſſe eſt. Itẽ neq; q̃dã ꝯuenietia erit cẽtro cũ ſuo circuitu & peripheria, niſi cõiungat̃ & colligatur cum quadam q̃ ſimilis ei ſit genere. Itẽ neq; mũdi eſſent firmi & ſolidi, ſed ueluti fornaces. Quomodo igit̃ oracula & uates dicunt.

Septem nam pater in molem ſolidauerat orbes.

Sciat autem hæc nõ ſuppetere ut perſuadeat corpora expertia materiæ uiciſſim ſeſe penetrare, nec materiata, ſed adhuc reddat rationes oportet cur locum corpus eſſe aſſerat. Sed cur cũ uates dicant collectim hæc lumẽ, ignem, æthera & materiatos mundos à fortuna animari anima his uerbis.

Lux ſimul ignis & ęther ac mundi animantur ab illa.

Et ipſe dicit lumẽ ꝓxime animari ab ipa aĩa fontana, ſed minime alios mũdos. Quõ itẽ dicit lumẽ ab ipa animari? num quia illius aĩa ſit? At hoc nõ diceret. Quõ.n. aſſerere põt eam aĩam eẽ cęterarũ fontẽ, q̃ eſt unius aĩa? Niſi affirmãt alia habere aĩas ꝓprias, ſed ab ea fontana habere ſplẽdorẽ ſolũ et illuſtrationẽ, ſed neq; accẽſum aĩam hr̃e tradũt, cum illũ uocẽt itellectualẽ, ſed ab ęthere aĩas hr̃e originẽ affirmãt, niſi ergo aĩa uniuerſi ꝓuideat ſingulis. Nam q̃dã ꝓportio eſt in mũdis his uidelicet intellectualis aĩati & nãlis. Quod ſi centra ſolidi accẽſi ingt in lumine ꝯcurrere. Non.n. oĩum mundorũ uelut ꝓportio ab eodẽ aliud ſignãt, q̃ illã quã habebit lumẽ ad igneũ, & q̃ habet hic ad ipm & iſte habet ad æthereũ, & ęthereus ad mãtum. Si hęc ergo & ſi loci nõ centrorũ infimorũ ipſis ꝯcurrẽtiũ ſunt, neq; lumen locus erit ꝑꝑ hoc. Vnde autẽ lumẽ eſt paterni uniuerſi Bythi imago, ſed nõ baſis intellectualis, q̃d q̃dem etiã ipſe maluit. Nã ille intrina mũdorũ ſectione cũ inſiſtat, oĩa in tria diuidi affirmat. Nã hi mũdi adeo ſeſe tãgunt ac ſi unus mũdus eſſe uideat̃, ſed nõ uelut locus mũdorꝫ. Si.n. nõ unus eſt mũdus aũ tres, quõ locus erit triũ ꝓximus & primus? Hæc aũt gſpiã diceret & ad tales ꝓportiones. Sed q̃cũq; ingt oñdẽs effata de loco ꝯuenire tali põni, certa illa nihilo magis ponẽtibus locũ eſſe corpus cõgruẽt, uel his q aſſerunt locũ eſſe ſpatiũ incorporeũ, ut etiã ipſe teſtat̃ rõnem faciẽs de ipſo interuallo. Silr̃ & q̃cũq; dubitat de loco uelut q̃õnes diſſoluit, q̃ ſunt prope cões ad oẽs põnes. Quocirca in calce rõnũ de loco etitar, hęc colliger̃. nũc uero interrogabo eos q ponũt locũ imateriatũ, nũ locus ponat̃ corpus an ob id q̃d expers mãę eſt, ſed nõ diceret ꝑꝑ corpus, ſed ob corpus expers mãę. Et quãq; ea q̃ ſupra mãtũ mũdũ firmamenta imãta dicãt, tñ nõ locum, ſed egere loco dicũt. Si ergo locus neq; uelut corpus neq; uelut imãtum corpus cũ fuerit alterius locus nõ indiget loco, cur aliud q̃ſo dicant. Secũdo ſi ꝑꝑea q̃d expers mãę eſt nõ eget loco, uidet̃ mã eẽ loco egẽs, atq; diceret mãm ſm ſuã rõnẽ egere loco. Quod ſi aliqs imale diceret, quõ etiã imãta ſunt i loco? Tertio & hoc forte argumẽtum maximũ eẽ diceret obijciẽs ea q̃ etiã ꝯtra ueteres dicebãtur, q̃a ꝓprietatẽ loci iueſtigare ꝑtermiſerũt q̃nã ſit, & quã utilitatẽ ꝯferat locus his q̃ ſunt in eo q̃ nõ inuẽta opinor neq; id diſcere nos poſſe an ſit qcquã corporeũ, an incorporeũ. Nã ſi q̃tenus corpus unũq̃dq; indigeret loco, fieri ergo põt, ut corpus locus ſit, & minime ipſe indigebit loco. Verũ inter eos q tradũt locũ eſſe ſpatiũ incorporeũ, uidet̃ q̃dam conuenientia & diſcrimen. Quatenus.n. cuncti hoc receptaculũ corporũ icorporeũ tradunt, quoad hoc ꝯuenire uident̃. Quatenus uero alij reuera ipm exiſtimãt nihil aliud, quam abſentiam uidentes ipſum eſſe corporis & receptaculum corporum tradunt ipſum non uelut quandam habens naturam, ſed quia nihil eſt, idcirco non impedit ea

dit ea quæ de ipſo conſiderãtur, alij uero dicunt ipſum habere naturam & uim peculiarem, & eſſe receptaculum non per accidens competere putant, ſed per ſe ipſi hoc pacto diſſentiunt. Sunt etiam qui illud corporibus cæteris præſtantius eſſe fatentur. Contra uero eorum qui ponunt illum eſſe uacuum, alij infinitum eſſe dicunt & excedens corpora infinita, quia aliud & aliud ut ſors tulit eius cõtinetur partibus. ſiquidem partes eſſe in infinito uacuo dici queant. Huiuſmodi opinionem habuiſſe uidetur Democritus & eius imitatores philoſophi. Sed alij ipſum tanti ambitus eſſe fatẽtur ut uniuerſum capiat, ideo ſuapte natura uacuum eſſe aiunt, uerum ſemper corporibus impleri, & ſola coigtatione conſiderari tanquã per ſe ſubſiſtens, ut multi Platonici arbitrabãtur. Opinor etiam Stratonem Lampſacenum eiuſdem fuiſſe opinionis. Verum eorum qui poſuerũt ipſum habere formam & fatentur habere uim excellentiorẽ corporibus ego dicerem unum fuiſſe Syrianum magnum præceptorẽ Procli Lycæi, qui in ipſis cõmentarijs decimi dialogi de legibus Platonis talia de loco diſſeruit, cum ipſum appellat interuallum inquit. Nam ſpatium eſt proprijs ſectionibus & diuiſionibus, conſtitutum quas habuit ex differẽtibus rationibus animæ & illuminationis ſpecierum quæ ſunt rationes effectrices, quod ſpatium eſt locus talium uel talium corporum, & facit ſeipſum receptaculum ſecũdum ſuas partes ipſius ignis ad quod receptaculum dicit in Timæo ignem ſuapte natura ferri. Item ſecundum alias partes eſt locus terræ ad q̃d terra ſuapte natura deuoluitur & manet in eodem, ideo & nunc hæc mota & ea quæ ſtant ſecũdum naturam utraq; inquit in loco permanere. Verũ nec motus, nec ſtatio interualli inſeruit naturæ corporum neq; ob ipſam traditum atq; cõſtitutum eſt. Contra ergo illos qui poſuere locum eſſe uacuum interuallum ſiue id infinitum, ſiue finitum ſatis erit adducere hoc incõmodum, quoniam fieri non poteſt ut cauſa uacui ſit loci uis & potentia, quẽadmodum Ariſtoteles ex latione naturali corporum ad ꝓpria loca demonſtrat. Quænam erit potentia, uel differentia uacui ut ſi uelut uacuum inaneue conſideretur, ut quo ad nonnullas partes ſuas ſit proprius locus huius, & quo ad alias alterius, uel quod hoc in medio collocetur & hoc in ipſo circum. Sic enim infinitum fuerit, quomodo habebit medium uel circum & globum quæ ſunt termini, ſi etiam erit finitum, et finẽ habebit per accidens quia ꝓpter corpus, etiam medium & circũ habebit ꝑ accidens. Nam hoc modo inane nõ habet terminum nec diſcrimen inter medium & circum cum ſit quędam corporis abſentia uel negatio atq; non aliud q̃ id quod nõ eſt. Quod enim nihil tale ſit, patet ex eo maxime, quoniam ſi quis cogitatione auferret ipſum, rurſus relinqueret interuallum uacuũ in quo hoc eſſet, quemadmodum corpus auferentes illud relinquimus, q̃d in infinitum facientes nunquã faciemus finem uacuũ poſcentes ante uacuũ ſemper, propter quod fruſtra erat et omnino uana imaginatio inanis. Sed Ariſto. etiam ſic ponẽtes pulchre oppugnabit. Quod uero interuallum uacuum ſit locus, quiſpiam forte hoc modo oſtendere niteretur eiſdem utens effatis de loco quæ ſupra diximus. Locus cupit eſſe capax corpis quod eſt in eo, & una ac tantũ diſtare atq; extendi quãtum corpus extẽditur, & æque illi tres dimenſiones ineſſe debent. Quod enim una ac tantum extenditur quãtum corpus, trifariam triplici uidelicet dimenſione extenditur. Quod autem ſic extenditur uel eſt corporeum uel incorporeum interuallum, ꝙ ſi corpus eſt, oportebit etiam ipſum collocari quatenus corpus. Nihil enim differt quatenus corpus à corpore quod eſt in ipſo, ꝙ ſi locus non eget loco, igitur locus nõ erit corpus, igitur erit quoddam interuallum incorporeum quod quidem habet uim recipiendi corpora. Et ob id Ariſto. etiam ẽ cõmuni intelligentia loquens dixit. Interualla igitur habet tria uel tres dimenſiones longitudinem, latitudinem, & altitudinẽ, unde fieri nõ poteſt ut locus ſit corpus. Sed aiunt ſi dicimus omne quod trifariã dimenſum eſt corpus eſſe quãquam nõ omne tale ſit naturale. Etenim dicimus eſſe quoddam corpus mathematicum, quod etiam ſolidum appellamus tribus dimenſionibus definitum, & tamen uolumus corpora mathematica collocari, quare & ſi corpus contenderet aliquis oſtendere quod eſt te pſici dimenſione conſtans, tñ eiuſmodi non erit, ut ipſum etiam locum indigere dicatur, ſed eſt corpus medium inter illud quod ratione & ſpecificum corpus dicitur in quo habente ſubſtãtiam incorporeã anima eſt, & inter corpus naturale & materiatum, quod ꝓprie appellamus corpus. Quod enim generatum & proprie corpus appellatur, non definitur tribus dimenſionibus. non enim mathematica dicebantur incorporea, ſed cum ipſis dimẽſionibus corpus naturale habet aliquod cõmixtum quo differt à mathematicis corporibus. Duas igitur magnitudines eſſe inter ſe adęquatas dicimus aliam loci, & aliam corporis, & aliam habere præter intercapedinem uim recipiendi, & aliam præter dimenſionem et intercapedinem uim implendi receptaculũ, ut quãtum extenditur locus, tantum loci corpus occupare ualeat, ſed quatenus nullum habet corpus, hac rõne poteſt recipere corpus cum à nullo impediatur & hoc eſt uelut ſimulachrum ipſius chaos intellectualis in mundo receptaculũ corporum, ꝓpter iſtud uerbum cho, græce χῶ quod ſignificat recipio colloco, chaos appellatum. Et quod non ſm ſolam cogitationem uanam exiſtimetur eſſe hoc interuallum loci hinc quoq; patebit. Quæ enim mouentur ſm locũ, exinde dicimus aliquo moueri, ſed inter hæc eſt aliquod interuallum omnino. Hoc igitur interuallum, uel eſt ipſius corporis moti, uel alterius corporis per quod mouetur id quod mouetur, uel per aerẽ, uel idipſum eſt per ſe incorporeum. Nõ enim eſt aliud corpus p̃ter id quod mouetur & illud per q̃d ſit motus, ſed interuallum non eſt corporis moti, ſi enim in proprio ſpatio & interuallo moueretur, neq; diceretur mutare locum ex loco. Item neq; erit cuiuſdam alterius materiati corporis per q̃d mouetur. Non enim manente aere uel aqua mouetur id quod per hæc moueri dicitur, ſed cedente & conciſo. Illud igitur eſt interuallum q̃d pertrãſeũt corpora mota quod reſtat poſtq; cedit & recipit ea q̃ per ipſm feſtinant & tranſeunt cuius diſtantia & intercapedine motus quãtitas menſuratur à moto toties mẽſuratum, quoties ipſum eſt corporis moti, non igitur ſolum ꝓprium eſt corporum interuallum, ſed etiam eſt aliquid aliud præter hæc. Verũtamen ratio Ariſtotelis eo tendit, ut oſtendat nullum aliud ſpatium interuallumq; relinqui præter illud corporis. Eſt autẽ ſatis occulta cum ordiatur ab hoc: Si enim eſſet aliquod interuallum quod aptum eſt & manet in eodem & deſinens in hunc locũ qui eſt uniuerſi cœli locus. Et dictum eſt prius quod cõnexum aliquod per hoc dicens, quod ſi eſt aliquod interuallum cui natura comparatum ſit in eodem manere, infiniti erunt loci, & locus ſecundum locum mouebitur, atq; loci erit locus & plures loci ſimul erunt, atqui hæc fieri nequeunt, fieri ergo nõ poteſt, ut ſit tale interuallũ & pendet ex eo tota ratio, quia partes eius quod eſt in loco per ſe collocantur, ſiquidẽ per unamquãque partem interuallum recipiat & quidpiam capiat. Quod ſi hoc ergo diuiſo eo quod eſt in loco in infinitum, infiniti erunt loci, & uaſe tranſmutato, una etiam loci ad alia interualla mutabũtur, & ita locus ſecundum locum mouebitur, & erit locus in loco, ſed hæc non accidunt his qui affirmant locum eſſe terminum continentis, propterea quod partes eius quod collocatur non ſunt per ſe in loco. Quod uero hæc abſurda non ſequãtur rationẽ oſtenſum eſt cum exponebamus & interpretabamur ea uerba, ut enim corpus continuum, ſic etiam interuallum cõtinuum fatentur qui illud ponunt atq; affirmant eſſe immobile. Vt ergo corporis partes nondum ſeiunctæ ſunt, quoniam tunc non eſſent partes, ſed minuta quædam & magis unitates item neq; ꝑfecte collectæ & cõmixtæ. Nam hęc eſt nã elntorum, ſed dũ diuidũtur & ſeparãtur ſubam ſuam ſortitę ſunt, ſic etiam ſe hñt loci partes. Et ipſe cõſueuit dicere potẽtia ſunt & non actu partes corporis & loci. Cum ergo tales & huiuſmodi ſint partes corporis, q̃tenus tales ſunt in ipſo loco, & nõ per accidens, ſi autem hoc uerum eſt, igitur nõ omne quod eſt per ſe in loco, ut ipſe inquit, debuit eſſe ſeparatũ. quod ſi hoc ſequitur ut contineatur aliquo, dicemus neque hoc omnino neceſ-

ſarium eſſe, immo neq; mutabitur locus. Nam uniuerſum interuallum eſt immobile ſecundum unamquãque ſui partem aliud & aliud adueniens corpus aut partem recipit, uelut aqua procedit per machinas quibus trahuntur naues quæ ſunt immobiles, & alia atq; alia pars continetur et non ſecum contrahit priorem partem illius machinæ. Item neq; locus egebit loco, neq; complures ſimul erunt, quia non ſimul mutantur interualla, neq; unum ſit alterius area uel aliud ingreditur. Item neque loci infiniti erunt, quãdoquidem neq; partes continui actu diuiduntur in infinita, ſic neq; partes interualli. Vnde opinor illud abſurdum Ariſtotelis qui interuallum aſſerunt ſic effugerent. Cæterum alias dubitationes quæ poſſunt adduci contra hanc rationem conſiderabimus. Et primo nunc ſubiectum interuallũ, utrum mãta forma uel immateriata ſit interrogãdum eſt. Etenim ſi eſt immateriata non erit naturalis neq; hic eſt ille locus de quo nunc quærimus. Deinde ſi ſolum quędam cogitatio eſt & illud quod eſt in loco erit ſolum in cogitatione & non ſubſiſtet, quod ſi concedatur erit mathematicum corpus, quod ſi hoc dicetur ſubſiſtere quomodo erit omnino aliquid ſubluna inuentum immateriatum & triplici dimenſione dimenſum atque ſubſtantia per ſe & non accidens? Quod ſi quis aſſerit ipſum eſſe formam materiatam, primum quod diſcrimẽ erit inter formam materiatam trifariam dimenſam & corpus. Si enim diceremus ipſum eſſe ſolum illas dimenſiones non parum diſcriminis eſſet inter utrunq;. Nam aliud eſſet ſolũ forma, & aliud forma materiata. Quod ſi interuallum formam materiatam aſſerimus, & compoſitum dimenſum his dimenſionibus dicemus ſic eẽ, quid ergo intererit inter formam huiuſmodi & corpus. Deinde ſi forma materiata eſt, uel totam cõprehendit materiam, uel eius partem, quod ſi partem dicimus eſſe interuallũ & corpus eſt pars, uel ergo duæ materiæ ſimul erunt ſcilicet loci et corporis in eodem interuallo, uel alibi erit locus, et alibi corpus quod eſt in loco, et neq; corpus in loco erit, neq; locus corporis. Quod ſi totam capit materiam interuallũ, quomodo hoc accipiens ſecundum ſe totã adhuc recipiet corpus. Secundo ſi differunt id quod eſt in loco & ipſe locus, uel ergo una eſt materia & duæ formæ, uel præter duas formas opus eſt duas materias ponere, quod ſi una quando id quod collocatur egrederetur e loco, materia ex ſeipſa diſcederet, & eadem ſe reciperet manens propter locum, & mutata propter corpus, ſi uero duæ, quomodo in eadẽ mole duæ materię & loci & corporis eſſe poſſunt. Tertio ſi corporis interuallum ſit in ipſo loci ſpatio, quomodo ęgre tulimus duo corpora dici in eodem eſſe & tamen duo interualla ſimul eſſe concedimus. Nam duo corporum accidentia nihil prohibet quin ſeſe penetrent uelut albedo & calor. Quarto ſi corpus cum ſit ſubſtantia collocatur, & locus eſt interuallum, & interuallum eſt quãtum, & hoc eſt accidens, igitur erit ſubſtantia in accidente, q̃d quidem abſurdum eſt. Et quoniam etiam diximus locum eſſe quidpiam melius quam id quod eſt in loco. Quinto igitur hoc interuallum, aut eſt inanimatum, aut animatum, quod ſi inanimatũ eſt, & amens erit expers ſcilicet intelligentiæ. Nam mẽs intelligentiaue alicui aduenire non poteſt ſine anima, quomodo ergo non erit deterior locus eo quod eſt in loco? Mentem enim in anima & animam in corpore Deus conſtituit & collocauit cum mundum architectaretur & fabricaret, ut Timæus etiam inquit. quod ſi animatum eſt, quomodo immobile erit cum habeat animam per ſe mobilem? uel quomodo ſi mouet non egebit loco? Sexto nũ omne interuallum ſit ſecundum ſe totum & partes ſempiternum, aut cœlum ſit æternum, ſed id quod ſub luna eſt collocatum interitui obnoxium, quod ſi totum fuerit expers interitus, quonã pacto differret id quod ſub luna eſt ab ipſo cœlo? quod ſi obnoxium interitui diceret, quinam erit interitus modus quãdoquidem loci partes mutuo nõ tranſmutentur neq; locus ad aliud proficiſcatur neq; quicquã aliud in locum? Septimo ſi ea quæ non egent loco ſine dimenſione ſunt, igitur quæ habebunt dimenſiones poſtulant locum ut quidam uir qui rationibus oblectatur diceret. Hæc igitur & plura huiuſmodi contra eos qui locum affirmant eſſe interuallum dici poſſunt. Verum non eſt cõmittendum ſe prorſus rõnibus interrogantibus. Nam ſtatim ad eam quæ interrogabat num eſſet interuallum materiatum, an imateriatum, reſpondebimus materiatum. Etenim ut dilatatum & in molem redactũ indefinitum materiatum dicimus & terminum finemq; et formam dicimus ſpeciem cõſtituentem, ſic etiam de interuallo fatebimur. Etenim illud interualli quod extenditur ſecundũ effuſionem intenſionemue & remiſſionem aut anguſtiorem materiatum erit, & illud quod erit menſuratum & definitum & magis in ſeipſo menſura & terminus id erit forma, & talis forma in parte uidelicet materię ſit, ut etiam cœlum. Nam alia eſt mutatio ad locum & alia ad formam corpoream. Et nõ eſt abſurdum ut duæ materiæ ſint in eodem, non enim materia ꝓhibet penetrationem eorũ inter ſe. Item neq; erit abſurdũ duo interualla eſſe in eodem, ſi alterum fuerit corporeũ, & aliud uacuũ, & aliud receptaculũ, & aliud id quod eſt in illo. Quatuor enim modis dicitur interuallum, aliud quod ſolum in ratione non habente dimẽſionem eſt, uelut ſe habet diffinitio interualli aliud uero quod eſt cogitatione, ſed dimenſionem habet, ut illud mathematicum, aliud uero materiatum cum qualitatibus & oppoſitionibus naturalibus ut corpus eſt, aliud uero materiatum quidem, ſed omnino expers qualitatis et incorporeum & aliud præter hæc quod eſt ipſa materiata dimenſio conſiderata ſecũdum ſuam amplitudinem & indefinitionem. Sed neque locus eſt accidens, ſed ſubſtantia. Non enim eſt ſimpliciter dimẽſio, ſed receptaculum dimenſionem habens. Item nec mirum eſt ipſum eſſe animata & imobile. Non enim ſolius motus eſt cauſa uita animãtis illius, ſcilicet ſecundum locum, ſed etiam ſtationis. Proinde plura animata ſtant, uelut axis & poli cardinesue, centrum & uniuerſa terra. Quod ſi principiũ motus anima dicitur, illius certe motus dicitur qui conſideratur cum ſtatione, quem proprie magis appellant ortum. Item non eſt admirabile fateri uniuerſum interuallum eſſe perpetuũ & diſcrimẽ eſſe inter cœlũ & id quod ſub luna ſitum eſt. Etenim omnes cœli cum ſint ſempiterni inter ſe multum diſcrepant. Item cum dicunt ſi quæ non egent loco expertia ſunt dimenſionis, igitur quæ habent dimenſionem egent loco, oportebat addere hoc quatenus locus eſt. Nam id ſimile eſt ſiquis diceret, quę nõ indigent tempore ſunt immobilia, ergo quæ mouentur ſunt in tẽpore qua tempus eſt. Sed ſi uidetur deinceps cõmuniter dicendum eſt ad eos qui locum eſſe corpus & interuallum aiunt, ut ſi uſq; ad centrum procederent nõ ſolum apud Barbaros quæ dicuntur immateriata firmamenta, ſed etiam omnia corpora cœleſtia & corpus ſuperioris quod per inferius procedit erunt in eadem parte localis interualli, accenſum corpus uidelicet ſimul & æthereũ & uniuſcuiuſq; cœlorũ & elementorum alicuius uelut ignis, aeris, uel aquæ uel terræ corpus ſi ergo proprie locum ſe habere dicimus ad ea quæ ſunt in loco, qualis ergo erit proprius locus horum omnium corporum? Adhuc ad eos qui dicunt corpus eſſe terminum continentis dicẽdum eſt, qui reſpondent & aſſerunt cauſam eſſe uniuſcuiuſq; partis ſempiterno poſitionis ad uniuerſum. Cur enim terra in medio, quoniam hoc corpis locantis uel ſpatij uel cõtinentis eſt terminus, Iter cur ſphęrę inerrabilis aliud borea eſt aliud uero auſter uel errantium hæc interior eſt, hæc uero exterior, uel mei corporis caput ſurſum collocatur, & pedes deorſum, & hæc manus uel hepar ad dextrã, & ſplen ad læuam, quod ſi locorum hæ ſunt differẽtiæ, locus etiam erit horum cauſa. Sed quomodo aliquis locus dictorum ſiue corpus, ſiue interuallum, ſiue terminus horum cauſa erit? Etenim aliam partem illius interualli caput cõtinet me ſtante. & aliam decedente uel ſedẽte, & aliam hic exiſtente, & aliam alibi, quãquam hæ partes in corpore meo eũdem contineant locum. Item quomodo ad dextrã ſemper erit hepar. Nã cuius eſt hoc dextrum nõ certe interualli uel termini continentis, & hoc cõmuniter dicẽdum eſt ad omnes quod loci opportunitas cum non recte ſit definita neq; ſi locus dicat corpus neq; ſi quicquam incorporeum, neq; ſi habeat naturã

dimenſiones

dimenſiones habentem neq; ſi expers dimenſionis eſt intelligere. Et interrogandi ſunt illi qui interuallum per ſe ſeparabile uel corpus aiunt eſſe locum, nunc fateantur cœli partes eſſe in loco per ſe, an non. Etenim ſi non ſunt in loco, patet quod etiã non mouentur ſecundum locum. Etenim id quod mouetur ſecundum locum oportet eſſe in loco, quod ſi non mouẽtur partes ſecundum locum, ſecundum quid aliud ipſorum eſt mutatio? quod ſi mouentur ſecundũ locum & ſunt in loco uel in corpore, uel in ipſo interuallo, uel tanquam in proprio loco erunt, uel in alio, quod ſi uelut in proprio, & unumquodq; manet in ſuo proprio & non mouetur. Nam quæ proprijs locis potiuntur cur debent moueri niſi uelint affici præter naturam ſi exierint e loco naturali? quod ſi in alieno loco ſunt quomodo erit aliquod corpus alienum ſolum locum habens & nullo pacto peculiarem? Quod ſiquis diceret, quod totum ſi cõtingeret ſecundum interuallum uitale uel corpus locale unicuiq; animali & uitali erit peculiare, & ob id æque in toto eſt unumquodq; & mouetur, primum dicimus quod oporteret manere ſimiliter in ipſo uniuerſo quod fieri nequit. Deinde non ſtabit effatũ quod dicebat locum eſſe ęqualem rei quæ locatur. At hæc aliquis ambigeret etiam de partibus quatuor elementorum. Sed quoniam præter dictas poſitiones de loco quandam aliam ſecutus eſt Damaſcenus ex Damaſco Philoſophus uir quidem in perquirendis rebus diligentiſſimus, qui etiam multum laborauit in philoſophia, ob id illam etiã explicabimus quæ neceſſario longioribus uerbis tractanda eſt quia noua & recens poſitio eſt cum ex utilitate & opportunitate loci uelit eius ſubſtantiam inuenire. Sic ergo inquit.

Cuncta quę ſunt ortui ſubdita ab illa natura impartibili & experte diuiſionis decidunt & ſecundum ſubſtantia & ſecũdum actionem quæ habent duplicem diuiſionem, uel ſecundũ ſubſtantiam, uel ſecundum actionem uel affectionem. Et ea rurſus ſecundum actionẽ duplex eſt, alia naturalis ſubſtantia qua ſubſtantia eſt in continuo fluxu, & alia quę ꝓcedit ab ipſa ſubſtantia, ſecundum quam aliud & aliud agit ordinatas tamẽ & non confuſas ſimul habet actiones & actionis diuiſio aut diſtãtia ſtatim aget motu, & ſimul cum ipſa exiſtit motus, & ſecundum motũ agendi uel patiendi fit diuiſio aut diſtãtia, ſed diſtãtiæ diſtantia duplex etiam eſt, alia eſt partitio diſtributioue in plura, & alia in molem reducitur & hæc ſecundum magnitudinem & molem illico fit in poſitione quia partes alio atq; alio loco ſunt diſtinctę & diſcluſæ, proinde etiam illa duplex eſt, altera innata ſubſtãtiæ, ut in meo corpore caput ſupra eſt, & pedes deorſum, alia uero aduentitia, ceu quando domi in foro aliquando poſitionem habeo. Et patet quod prima eſt continua donec res erit, ſed alia mutatur & fit alia & alia. Illa proprie dicimus habere poſitionem quorum partes extenduntur cohærentes & inter ſe diſtant, ideo & magnitudinum & terminorũ qui ſunt in eis uidetur eſſe propriæ poſitio, quoniam hæc diſtãt ſecundum continuationem. Numeri porro quãquam diſtãtes & ſeparati ſint, tamen non uidẽtur habere poſitionem, quoniã non extenduntur & diſtant, niſi dicas hos etiam ſumere magnitudinẽ & diſtantiam. Nam quę diſtant cum contractionem & collectionem amiſerint mutabũtur ad aliã uim ac erant prius, in qua etiam poni dicuntur, ut q̃ apponuntur & quę ſuam cõmixtionem perdũt, quẽadmodum etiam in actionibus q̃ ex ipſis exeunt & diſcedunt, moueri dicuntur & mutari.

Cum ergo hæ diſtantiæ ſint ne omnino in infinitum redigant̃ collectæ menſurę ſubijciuntur, & his quæ uerſantur in actionibus tempus ſubijcitur & eorum quæ ſunt ſecundum ſubſtantiam illis ſecundum diuiſionem differentibus definita multitudo tribuitur, quæ eſt numerus, & his ſecundum continuationẽ definita magnitudo competit, ut cubitus uel aliquid huiuſmodi & his ſecundum poſitionis ſegregationem locus congruit, idcirco ea quæ cientur in tempore moueri dicuntur, ſed in loco dicuntur habere poſitionem ſubſtãtiæ & ſui motus quatenus & ipſa participat motu, & quod uerſetur circa poſitionem & ſi de numero poſitorum locus perſpicuũ eſt. Nam hæc in loco dicimus, quæcunq; etiam poſitionem habere dicimus. Surſum etiam ac deorſum differentiæ loci ſunt ſecundum poſitionem cõſideratę, ut etiam dextrum & ſiniſtrum, ante & retro. Quod uero locus ſit determinans & menſurãs atq; ordinans poſitionem hinc diſces. Equidem unumquodq; poni dicimus, quouis modo quãquam & ſine ordine ponatur. Equidem unũquodque bonam poſitionem & peculiarem habere dicimus quãdo proprium acceperit locum, quemadmodũ etiam illud fieri dicitur quod acquirit naturam, & illud bene tempus & ꝓprium habere dicuntur, quæ fiunt ſuo tempore, ob locum igitur ſingulę partes bene conſtituuntur & ponũtur. Caput in meo corpore ſurſum, pedes deorſum, hepar in dextris, cor in medio & oculi quibus uidentes procedimus in directum & ante, ſcapula uero & deorſum in quo pondera ferimus retro, quę differentiæ ſunt propter locum, ut propter tempus quidpiã ante aliud efficitur, ut embrio ante animal, & una ætas aliam præcedit ordinata, & non confunduntur res Troianę cum geſtis Peloponẽſium. Prius enim & poſterius ſunt tẽporis drię, ſicut ſurſum & deorſum & reliquę diſtantiæ ſunt differentiæ loci, q̃d etiam Ariſto. fatetur, igitur & mundi partes ob locum habent propriam poſitionem in ipſo uniuerſo. Et eſt figura exemplo quaſi dicendo locus ſecundum hanc notionẽ ſic ſimpliciter dictus quædam determinatio poſitionis corporum uidelicet ſecundũ naturam, unde eſt determinatio aduenientis poſitionis ſecũdũ naturam ipſis corporeis partibus qua inter ſe comparantur & ad totum, & totius ad partes. Vt enim terræ & cœli partes alibi atq; alibi ob locum collocantur & ordinantur, & quædam forte ad boream uergunt, quędam uero ad auſtrum uerſus ſitę ſunt, ſic etiam totum cœlum, & uniuerſa terra cum ſint uniuerſi partes cõmenſurationem & diſpoſitionem ordinationemue bonam & elegantem poſitionia aduenientem ipſis propter locum quarum alia eſt illa ſupra in gyrum, & alia in medio. Et locus eſt qui præbet partibus concurſum & compreſſionem. Quod ſi locus ex ipſa coniectura dictus eſſet & ex ipſo appoſito comprehenditur locus tanquã coniectura intellectualis determinationis ſic conſona erit ratio. Nam his quæ aſſimilantur & coniecturantur tradit conſtitutionem & ſimilitudinem ad exempla. Si enim uneſquaque poſita parte ſemel diſtante ſecundum proprium locum ſimulachrum nõ aſſimilaretur exẽplo, omnis autem ordo & commenſuratio & ordinatio abibit peribitue. Et ſi quidem abſtuleris locum uidebis diſpoſitionẽ corporum uariatam & inordinatam, & omnino deductam ad indeterminationem. Nam tum quam poſitionẽ habebunt ſingulæ partes cum nullam propriam habent, ob hunc igitur & quæ mouentur naturaliter, mouentur, ut propriã poſitionem conſequantur, & quæ proprium locum cupiunt poſſidere, permaneant incõueniente parte ſuę poſitionis. Quare cuius incorporibus & corporeis omnibus locus ſit cauſa, & quid ſit, ex dictis forte aliquis intelligeret, quare conſentaneum erit ut talis locus non ſit terminus continentis quoniam hic terminus quomodo erit cauſas ordinis uel determinationis, cum ipſe potius determinetur ab his quæ in illo ſunt aut continẽtur ab illo, immo neq; hic locus erit corpus. Nam & ſi aliquis diceret ipſum eſſe corpus immateriatum & hoc omnino habere partes diſtãtes & differẽtes, certe ipſum, indigebit etiam illo quod ordinet ipſum, & faciat hoc collocari in medio, et illud poni ſupra i gyrum. Item neq; poteſt eſſe ſpatium aut interuallum, quippe tale ob eaſdem cauſas quandoquidem habeat differentia & aliã alibi atq; aliam partem diſiectam aut ſeparatam et diſtantem, egebit quadam poſitione. Itaq; uidetur locus eſſe menſura poſitionis eorum quæ ponuntur, quemadmodum tempus eſt numerus motus eorum quæ mouentur. Sed cum poſitio duplex ſit alia naturalis, alia uero aduentitia, etiam locus erit duplex alter elementum perficiẽs illud quod habet poſitionem, & alter per accidens. Item eſt quædam differentia naturalis poſitionis quatenus aliquomodo ipſa uniuerſa habent peculiarem poſitionem peculiarium partium inter ſe & ad ſua uniuerſa uel tãquam partes ad totum & ad reliquas partes, & hac ratiõe du-

plex locus ſit, alter qui ſeorſum ſingulis competit, alter uero ſe
cundum poſitionem in toto determinans. Vt enim duplex to-
tum, aliud quod conuenit unicuiq; parti ſecundum determina
tam & ſeparatam ſui ſubſtantiam, quatenus tota terra dicitur
aliquid & non ſolum terra, ſed etiam animal plantaq; & una-
quæq; pars in illis, aliud uero eſt id quod continet uelut totum
mundum & totam terram & uniuerſum aerē dicimus, & ſunt
uniuſcuiuſque uniuerſitatis partes propriæ, ſic igitur & locum
alium dicimus eſſe bonam poſitionem uniuſcuiuſq; partis pro
prię ut partium mearum quæ ſunt in meo toto corpore, & aliū
huius uniuerſi uelut partis in loco uniuerſitatis quæ magis con
tinet, quatenus dicitur locus terrenorum locus terrę, & quate-
nus terra medium cōtinet uniuerſi. Nam ſi quis terram auelle-
ret ex poſitione circa medium uniuerſi adhuc ipſa poſitionem
partium rectam obtineret in toto proprio, & tamen tum non
habet illam uelut uniuerſi pars, ideo ipſa tota ſi dimittatur fer-
retur ad medium, & tum partes inter ſe ſeruabunt figurationē
& diſpoſitionem in ipſa, ſicut etiam quando extra medium
erat. Eodem modo etiam ſi penderet in aere homo habebit
propriam ordinationem partium ſuarum, ſed illam uelut par-
tis ad totum non habebit. Et quoniam partes ſunt magis corū
quæ tota magis dicuntur, quam ipſa tota, nam à melioribus
magis obtinentur quā deteriora obtineant, & hoc ſit, quia ſem
per meliori proportione ſunt prima ad ſecunda, quam ſecūda
ad tertia, merito & gleba in aere ꝓpriam poſitionem haberet,
ſed cum appetat magis illā ſui uniuerſi deorſum tenderet, mor
tale enim eſt omnino & letale quando auellitur à toto & pri-
uaretur continuatione qua continuantur partes cum toto, quē
admodum plantas ſi radicitus quiſpiam euelleret & illico ſene
ſcerent diuulſas à ſuo uniuerſo. Omnia enim uiuunt ob unum
animal mundanum, quare donec ob proximas uniuerſitates
unumquodq; ipſi mundo inhæret radicitus tādiu uiuit & ſerua
tur. quod ſi ſeparantur à proxima uniuerſitate, ſeparātur etiam
à cōmunitate. Sic ergo & lationes corporum ſecundum natu-
ram ſolum in proprijs locis ſeruantur ſi talis eſt locus ut poſui
mus. Et motus ſecundum locum nihil aliud eſt quam tranſmu
tatio poſitionum quouſq; id quod mouetur propriam acquiſi-
uerit diuiſis intermedijs uidelicet aere & aqua, & tandiu quā-
dam poſitionē obtinet, quouſq; uehementius ꝓcedere queat.
Et eſt partium aeris talis poſitio quam gleba terræ uel ego ob
tineo dum moueor, & iſte locus eſt in latitudine quē ego muto
cum non ſit meus determinatus & peculiaris, ſed aeris cōtinē-
tis quem ego alia & alia parte aptus ſum occupare, idcirco &
cum dubium ſit quomodo ea quæ mouentur in loco mouean
tur, ſi quidem hæc magis dicantur quieſcere in loco quam mo
ueri, merito itaq; uideamus quomodo etiā Philoſophus Syria-
nus ponit dubitationem & ſolutionem qui ſic ſcribit.

Et quonam modo quiſpiam aſſereret ea quæ mouētur in loco
moueri. Nam magis unde & quo mouentur, prorſus enim ea
quæ ſunt in loco quieſcunt, uel ea quę mouentur, locum habet
& non habent. Nam in primo & uelut in proprio loco ſuo non
ſunt, quia quieſcerent, ſed ſunt in loco qui latius conſideratur,
ut dicimus ſolem occupare leonē, quia latitudo illius ſigni con
tinet illum, & dicimus aquilam uolantem in aere eē, & nauem
in pelago cum ſecundis uentis fertur. Hæc enim omnia habēt
locum latius acceptum, ſed proprium & primum ad quem tē
dunt, non uidentur habere. Et mihi uidentur plurimi maxime
ad hunc locum extrinſecus reſpexiſſe qui de illo diſputarunt.
Interrogati enim quis ſit terræ locus dicunt illum eſſe uniuer-
ſi medium, qui quidem eſt uniuerſi proprius & terrę uelut eius
quod eſt in uniuerſo. Similiter interrogati quis locus cœli dicēt
ipſum circum, at terræ locum illum qui ponit & collocat par-
tes eius & eundem cœli minime affirmant. Eodem modo lo-
cus particularium animalium & plantarum, & ob id omnes
ut uidetur ſeparabilem eſſe locum ab eo quod eſt in loco enū-
ciarunt. Nam reuera quod unicuiq; conuenit ipſius uniuerſi ſe-
parabile eſt ab eo quod eſt in loco & nō eſt eius primus locus,
Item putant merito locum eſſe immobilē reſpicientes ad hūc
cōmunem locū qui latius conſideratur. Etenim ꝓprius uniuſ-
cuiuſq; & cōnaturalis omnino ſimul mouetur, ſed cōmunis la
tius cōſideratur manet cum ſit ipſius uniuerſi & eius quod ma
gis continet, uelut corporis proprius. Sed uideamus ſi placet,
etiam ea quæ huic rationi fauent & prius oſtēdentes quod lo-
cus non ſit forma, nunc bonam poſituram partium dicimus eē
locum. Atqui unaquæq; forma proprium ordinem partiū ha-
beat ſecundum quem etiam unumquodq; eſt, ut eſt homo re-
ctus, ſed animalia irrationalia ad terram prona, & alia hoc mo
do & alia aliter in partibus conſtituta diuerſis modis, quomo-
do igitur nos negamus cauſam huius eē formam & locum af-
firmamus? Secundo ſi bonę poſitionis partium cauſam illum
eſſe dicimus, quod certe non eſt pars, hoc neq; diceretur in lo-
co eſſe, quomodo igitur hęc ratio nō uidetur ſimilia pati ac ea
Ariſtotelis quæ negat uniuerſum eſſe in loco, quandoquidem
uniuerſum nullius ſit pars neq; hæret alteri parti quæ ſit illi op
poſita? Tertio partes cœli motæ, utrum debeant dici moueri
ſecundum locum, uel non, quod ſi non quomodo non eiſdem
contradictionibus inſiſtemus quibus uſus eſt Ariſto. Quod ſi
ſecundum locum mouētur quis erit locus? Nam oportet id q̄d
ſecundum locum mouetur, alium locū deſerere, & alium acq-
rere. Sed neq; partium locus talis eſt quo partes ſimul ordina-
ri inter ſe dicimus. Nam idem is ſemper manet neq; coordinās
partes alias cum ipſis ſecundum ſubſtantiam, quo taurus poſt
arietem ordinatur, & poſt taurum gemini & cętera. Ipſe enim
poſitiones eodem ſemper manēt. Atqui nunc intelligentia loci
aſſignata non affirmat quēdam locum qui contineat & immo
bilis ſit quo partes cum mutantur, dicantur moueri ſecundum
locum. Sed quomodo cum alia & alia fiat poſitio uniuerſi
ſecundum uiciſſitudinem partium, non erit locus uniuerſi mu
tatus, immo, & quod poſitiones, totidem & loci? Quarto quo
modo locus erit melior eo quod collocatur cum ſit quoddam
eius elementum. Nam elementum eſt deterius eo quod eſt ele
mentum uelut pars ipſo toto. Quinto locus uel eſt dimenſus
aliqua dimenſione uel omnino expers, quod ſi eſt dimēſus &
habens dimenſiones, quomodo etiam ipſe nō egebit alio loco
ſecundum dicta? ſi uero eſt expers dimenſionis, quomodo ęq-
lis erit? uel quomodo cōtinere poteſt? uel quomodo erit capax
eorum quæ ſunt in loco. Quod enim ęquale eſt ei quod habet
dimenſiones etiam ipſum habeat dimenſiones oportet, atq; id
quod capax eſt molis & magnitudinis neceſſe eſt ut mole extē
ſum ſit. Sexto quomodo non opinabimur locum dicendum
eſſe inſeparabilē ab eo q̄d locatur, cum oēs exiſtiment ipſum
habere nām ſeparabilē ab eo q̄d eſt in loco. Septimo quomo
do erit immobilis cum ſit elementum eius quod mouetur, quo
niam mouebitur una cum eo quod locatur? Octauo ſi locū
eſſe elementum eius quod eſt in loco fatebimur, quonam mo-
do nobis magis dicēdum nō erit locum in corpore eſſe, quam
corpus in loco? Nam elementum eſt in eo quod conſtat ex eo
& non econtra. Nono ſi locus eſt mēſura poſitionis, quomo-
do uerum eſt id quod à pluribus philoſophis exiſtimatͤ, quod
ſempiterna ſigna deorū in mundo manent, quia deſcripta ſunt
in loco ſempiterno, & ob hoc mediū etiam illa corpora in me-
dio diuinis ſplendoribus & illuſtrationibus fruūtur? Decimo
tādem ſi ex uiciſſitudine corporum in eodem loco uenimus in
notitiam loci, ꝓpterea q̄d ubi prius erat aqua, ibi aer ingreſſus
eſt quomodo cum unumquodq; proprium locum habeat, in-
digebimus tranſmutatione & uiciſſitudine. Hæc igitur & alia
huiuſmodi aliquis diceret qui contra illam intellectualē de lo-
co ſuſpicionem & opinionem inſtare uoluerit. Sed dicendum
eſt ad hæc. Et ad primum quia tota forma eſt complemētum
omnium, ſuorum elemētorum cum aliud & aliud habuerit, &
quemadmodum totum eſt nō propter bonum, uerbi gratia in
ſeipſo, ſed ob totum & perfectum ꝓpter perfectionē, & aliud
quid ob aliud eorum quæ ſunt in ipſo, ſic & poſitionem habēt
ordinatam & bene formatam propter locum, non igitur ſepa-
rantes formam a participatiōe locali quæ eſt ſibi naturalis uo
lumus uidere ipſum bene poſitum ſecundum ſe. Simile enim

ideſt ac ſi perfectionẽ cogitatione ſeparantes alicuius. idipſum tamen perfectum ſine hac ſeorſum uidere contendimus. Nihil igitur contrarium hæc ratio dicit contra illum qui uult locum non eſſe formã. Quod ſi ratio quæ oſtendit locum non eſſe formam utebatur dignitate hac ſeu effato uidelicet.

Locum eſſe ſeparabilem ab eo quod collocatur.

Et prius ſumpſerit alteram propoſitionem dicentem, formam quę eſt in loco non ſeparabilem eſſe ab eo quod eſt in loco, cõcluſit quod locus non eſt forma eius quod eſt in loco, unde cognoſcere oportet quod hoc effatum ſecundum quaſdam intelligentias loci eſt ſumptum, quibus non congruit ea ſignificatio de loco quę dicta eſt à noſtro Damaſceno. Vnde & ſi ex uiciſſitudine corporum in loco cognitio loci ſuſcepta eſt, qua uiciſſitudine ubi prius erat aqua huc ingreſſum aerem uidemus, nimirum cõmunem & locum latius ſumptum & nõ propriũ uniuſcuiuſq; partium hoc modo inuenimus. Proprius enim ſecundum quem eſt eiuſdem corporis ratio manet eodem modo, ſed cum alius eſt alterius locus non amplius eſt proprius.

Ad ſecundam dubitationem dicendum eſt, quod & ſi locum dicamus bonam poſitionem partium, tamen etiam totum nihil minus eſt locum ſecundum hunc. Quemadmodum enim quod apte cohæret, quãquam ſecundum cõmenſurationẽ partium inter ſe cohæreat, tamen & ſecundũ totum dicimus apte cohærere, ſic etiam ordinatum & bene poſitũ, & ſi partes hoc patiantur, quia omni ordo in diſcretione eſt, tamẽ ipſum eſt ordinatum, & ſimiliter erit collocatum. Etenim id quod menſuratur, ſm partes mẽſuraſ, & ordinẽ & menſuram & determinationẽ poſitionis locum dicimus, igitur & qñ totum unitũ eẽ dicemus non ſm unitatem elementorum totũ unitum & collectum eſſe dicemus? Atqui ut uniuerſum & unum ſine ſeparatione partium conſideratum, neq; apte cohæret neq; collectum diceremus, ſed ſecundum partes totum eſt. quare & bene ponens aliq̃d corpus et bene locum eſſe dicimus non aliud, quam unaquæq; pars quæ eſt bene poſita. Et unde quod quẽadmodum partes totius dicimus eſſe, ſic etiam locos partium in quibus ponũtur partes totius eſſe dicimus, uelut medium & ipſum circum. Idq; merito, quoniam totius poſitiõis partes hæ ſunt, ut totius concentus tonus acutus & grauis. Eſt igitur ſecũdum ueritatem, uniuerſus locus totius mundi, ſed ſic ſe habent aut dominium in bona poſitura & diſpoſitione partium et partes in ipſo uniuerſo. Etenim & loci differẽtię ſupra & deorſum ſunt uniuerſi differentiæ & ob ipſum ſeparãtur ceu ſi caput ſolum mei corporis fuerit non ſupra poni diceretur ſecundum id quod eſt naturaliter ſurſum. Et generatim nõ partes ſolum habere bonam & aptam poſitionem inter ſe dicuntur & ad totũ, ſed etiam totum ad partes. Ad tertiã placet mihi dicere, quod duplex eſt, ut prius diximus, poſitio totius & uniuſcuiuſq; partis, alia eſt cõnaturalis & ſemper manens, alia uero aduenticia & alia atq; alia adueniens eſt. Et illius connaturalis, alia eſt totius per ſe, & alia totius ad partes. Item ipſarum partiũ alia eſt alia & per ſe, & alia eſt earum adinuicem & ad totum, ergo omnis connaturalis diſtantia aut poſitio eodem mõ ſemper manet, & ſiue ut mouentur ſiue ut ſtant conſiderentẽ, & collector & menſurans eius eſt locus qui idem ſemper eſt. Illa uero aduentitia mutatur. Etenim non ſolum partes cœli mutantur poſitione, ſed etiam totum. Nam alia eſt nunc uniuerſi poſitio, & alia erit poſt horam, & partes mouentur ſecundum locum & totum, merito quia mutant ordinem & determinationem poſitionis, quam dicebamus eſſe locum. Et quemadmodũ ſecundum tempus illa dicimus moueri, quæcũq; ex alio tempore in aliud mutantur, quãquam prius corrumpatur et abeat, ſic etiã illa dicerentur moueri ſecundum locum, quæ primam determinationem poſitionis deferunt, & alium adipiſcuntur, quãq; primus interiret, ſic etiam ſecundum qualitatẽ mutari dicimus ea quæ cum prius fuerint alba, ſtatim nigra euaſerunt, nõ quia alicubi per ſe maneat albedo quam nigrum amiſit. Item ſecũdum ſubſtantiam ea quæ oriuntur & intereunt mutari dicuntur & ſecundum quãtitatem ea quæ augentur & diminuuntur non manente priore diſpoſitione, igitur non cogimur aſſerere locum permanere priorem mutatis rebus ſecũdũ locum. Neque enim in noſtris mutationibus loci ſeruantur, quando hinc alio ſecedimus. ſed uniuerſitas cõtinentis ſeruata eſt & eius locus poteſt ſtatim ſe habere conuenienter ad meum interuallũ, ut ego quãquam mutatus, potentia tamen habeo cõmenſurationem ad illam partem uniuerſitatis & determinationem poſitionis eius, ideo & ſtatim iterumq; poſſum ipſi recte cohęrere & determinationem meę poſitionis ideſt locum obtinere ſecundum illum, quando totius aeris locus ſecũdum aliquid ſui ipſius meam diſtantiam metiretur & me in ordine uniuerſitatis aeris comprehendere. Etenim etiam ipſe Ariſtoteles hoc q̃dem uelut effatum cum prius ſumpſerit, uidelicet oportere locum relinqui, terminum aeris me circũſcribentem dicit manere me recedente, ſi uero quia manet locus totius immobilis, ob id dicimus partes locum ex loco mutare, hoc cõã opinor in eadem poſitione poterit dari. Nam determinatio cõnaturalis poſitionis totius eadem ſemper manet & ſi omne moueatur & ſi ſtet, & manente illo aliarum atq; aliarum poſitionum uelut q̃dam reuolutio eſt. Omnem enim uniuerſi poſitionem una cõnaturalis continet, ſimiliter & partium uniuſcuiuſq; & ſecundum hoc locus aſſimilatur tempori, ut enim aliquid eius ſempiternum eſt & ſemper manet, quod cõnaturale eſt ortui ſubſtantiæ cœleſtium aliquo modo exſtenti ingenerabili, qui habet ſolam ortus oſtentationem ſecundum corpoream diſtantiam & qualẽcũq; alterationem. Quod ſi quis concederet hoc & metrum ſubſtantię animæ tempus appellandum eſſe, tamẽ non aliquod intermedium inter tempus & æuum diceret. Item aliquis habens totam ſubſtantiam uerſantem in ortu & interitu, his etiam motum procedendi cœleſtium & uariam mutationem eorum quę gignũtur menſurabit. Sic etiam locus naturalem diſtantiam ſiue poſitionem menſurans ſempiternus eſt & permanens quemadmodum illa poſitio, ſed quod habet illam tranſmutabilem ſecundum actionem dum fit, ſubſiſtit. Et uelut animæ uiuentis ſecundum naturam primas functiones ꝓductioneſq; ſemper factas dicimus reuolutionem eẽ prius exiſtentis & ſuccedẽtia in ſeipſa ſecundũ ordinatos terminos quibus continetur diſtinctio functionum animi, ſic etiam uniuerſi ſecundum ſubſtãtiam locus continuat concordia quadam omnes aliter & aliter factas poſitiones & in ſeipſo producit cõmẽſurationem poſitionis. Et poſitio arietis naturalis æque omnes eius poſitiones prius ſumpſit, ac locus ipſos locos. Non enim ſubſiſtit quatenus oritur uel occidit, uel prorſus ſecundum talem uel talem poſitionem uniuerſi, ut neq; anima ſecundũ quãdam indiuiduam functionem, ſed ſecũdum unam aſſumptionem cuiuſcũq; poſitionis. quare & ſi corpus prius ponatur immobile, uel ſpatium locus, nihil tamen ꝓhibetur, quin cœleſtia moueantur ſecundum locum. Etenim ſecundum tempus ipſa moueri dicunt, & tamen non ponunt ſphęram temporis imobilem cuius partes mutari dicent, cum moueantur ſecundum tempus, ſed ſi opus eſt aliquo manente, contenti ſunt tempore naturali & ſubſtantiali, uel recurrunt ad exẽplar. Niſi forte etiã ille locus dicatur manere, neq; quicquam momenti confert ad motum ſecundum locum. Nam age ſublata ſphæra per intellectũ uel ab ipſo interuallo uel corporeo ſpatio & locali, ſi moueretur cœli corpus eodem motu orbiculari hunc alium quẽdam motum uel ſecundum locum dicemus. Sed uidetur illud immobile noſtro iudicio & cogitationi conferre, ut comparantes alia ad ipſm iudicemus & diſcernamus mutationes, ut aſtronomi ſtatuunt ſibiq; ſumunt ſphæram ſine aſtris & in eadem circulum zodiaci intellectu & cogitatione cõprehendunt atq; aliorum aſtrorum progreſſus & retardationes quas cogitatione ſola concipiunt, non ea de cauſa ut per illa cœlum moueatur motu orbiculari, ſed comparantes motus menſuras ad definitos terminos poſſint dimetiri cętera, & quod uideantur ipſa moueri ualde nobis cõfert comparatio ad immobile. Nam quomodo aliquid dicimus moueri ſecundum locum, quod nõ mutat poſitionem & quomodo ſentimus arietem moueri ſm

locum niſi comparauerimus ipſum cętris, & menſuras ob terram determinamus motuum. Si ergo neq; ortus, neq; occaſus neq; meridies eſſent, tamen cœlum moueretur, & nos non haberemus indicia differentiarum poſitionum. Ad quartum dicendum eſt qđ locus cũ ſit terminãs & finiens & perficiens, ſimilis eſt alijs finibus & perfectionibus uelut bono, honeſto, toti & alijs huiuſmodi. Vt igitur horum unumquodq; ipſo pleno qđ eſt poſt ſeipſũ minus uř, ſed cõparatũ ad alia minus uř, ſic etiã talis locus bona poſitura cũ ſit cõparatus ad totã bonã poſitũ eſt deterior, ſed uelut pficiens uideť eẽ melior ipſo pfecto. Porro ad ipſum quintum dubium quærens an locus ſit expers dimenſionis, an habeat illam dicimus quod metrum diſtantiæ ſecundum poſitionẽ ſubijcitur & ſupponitur, & omne metrum aut omnis mẽſura uult adæquari illi qđ menſuratur, ſed magis id quod menſuratur ſibi adæquatur, ſed illa menſura ſeparata, quando & potentia excederet, & unitate ſubſtantiæ id quod menſuratur excedit, hoc ipſum rapit ad propriam cõtractionem quam impertiť menſurato quoad fieri poteſt, ut etiã dicimus numeros intellectuales omnia menſurare ſecundum contractam omnium extremitatem, & hæc ſunt magis menſurantia quam menſuræ, ſed illud quod eſt coordinatum quãdo eſt participatio quædam menſurantis & menſurati & ſe habet ſecundum commenſurationem ad menſuratũ colligatur et ſimul extenditur cum menſurato. Et quemadmodum apud nos cubitus aut ulna eſt menſura quæ habet dimenſionem ex mẽſurato quod eſt ſine dimenſione ideſt adueniens & facta ex ulna quæ cogitatione animi fit. Sic etiam tempus motui una coextenditur & eſt in illo pariter infinitum ſiue extendatur & ꝓrogetur ut ille, ſiue non, et patet quod eſt participãs hic, & magis eſt participatio cum ſimul diuidatur cum motu & undique ſimul extenduntur et eadem prorogationem extenſionemque & ſectionem habent, & in his eſt collectio & deductio eorum quæ deducuntur una locus igitur cum una exiſtat cum corporibus, etiam extenditur cum illis. Vbiq; enim eſt corporis poſitio & poſitionis determinatio. Quomodo igiť dicimus ſi diſteterit locus, non erit ipſe io poſitione, & loco egebit? Hoc porro eſt contrarium ad omnem poſitionem de loco. Sed ſciendum eſt quod omne qualitercunq; participans cum ſuapte natura egebat natura participari dicitur participare eodem. Quæ autem proprie & per ſe aliquid habent, non egent introductione extrinſeca alicuius, aliter proceſſus abiret in infinitum, perinde ac dimenſio hæc qua diſtant ea quę diſtant cum ipſis una extẽdatur, ſed non ſic ut deſignentur ſecundum aliquid aliud & ſecundum participationem & dimenſionis dicantur diſtare, ſed quod ipſa dimenſio & diſtantia diſtat coordinata cum eo qđ diſtat & extenditur & patitur eandem, quod ſi quadam alia adueniente indigeret diſtantia aut dimenſione rurſus de illa quęremus. Si enim ſine dimenſione eſſet, quomodo ęquabitur his quę diſtant, ſi uero fuerit diſtans, etiam ipſa indigebit alia & id abibit in infinitum, & ob id neq; motus motum nec tempus tẽporis nec menſuram menſuræ poſtulare debemus, cur igitur non poterunt etiam hi qui dicunt corpus locum uel aliquod interuallum determinatum ſic fugere illam dubitationem quæ illis inferebatur. Nam inferebatur oportet cum illorum ſit alia & alibi alia pars, omnino etiã ipſas eſſe in loco. Etenim illi tradunt uere quod corpus illud uel interuallum eſt locus, ſed locus non erit loci ut dicunt, proinde Philoſophus Syrianus inquit, eum qui hæc dubitat admonemus intueri ſcopum & ſententiam ueterum, et non quærere motum motus, nec ſtationis ſtationem, neq; loci locum neq; abſurdum, ſed ſi idẽ erat corporis natura & metrum poſitionis bene dicebať. Si autem omne corpus quatenus corpus menſura indiget, & ſi ſecundũ diſtantiam menſuretur. Nam aliud eſt diſtantia, & aliud menſura diſtantię, patet quod diſtantia quatenus talis ſi per ſe erit nõ egebit alia diſtantia, ſed menſura. Et menſura quomodo egebit menſura, ſed uidetur non egere, ſed aduenientem extrinſecamq; poſtulare & eſt diſtans ię locus ſecundum participationem eius quod eſt in loco, quemadmodum mẽſuratum eſt id quod eſt in loco & locatum ſecũdum locum, & nihil exiſtimo abſurdum ſic dicere. Etenim aiũt albedinem etiam ob corpus corpoream fieri, quemadmodum etiam corpus fit albedine album, cur ergo abſurdum eſt locum diſtare qui participať ob illud quod participat ipſo? Nam diceret aliquis quod cõmenſuratur illum comprehendere & una cum illo extendi & diſtare. Et hæc quidem quãdam rationem habent. Sed puto dicendũ eſſe hoc modo, quia alia eſt diſtantia ſecundum formam, quæ etiam conſideraretur in ipſis exemplis cum ratio, & magis forma diſtantiæ, & alia quę fit ſecundum remiſſionem eius quod diuiſibile & diſtat et affectionem eiuſdem proinde diſtantiam in mente cum prius inſit ſecundum formam, uel cauſam diſtãtiæ, ob quam omnis magnitudo ſubſiſtit. Atqui illi qui primam & propriiſſimam dicunt, tamen ſine diſtantia dicimus illam quia ſubſtantia eius intellectualis eſt indiuidua & inſectilis, & hæc non modo, ſed etiam ea quæ hac participant ſecundum ipſam diſtantiam. At quæ hic diſtant non ſolum participatione proprietatis, ſed etiam remiſſione in cõmenſurationis hinc diſtare dicimus & ſecundum hanc ſignificationem diſtantiæ nõ ſolum corpora quæ hic ſunt, uidentur diſtare, ſed etiam accidẽtia corporum, quare etiam albedinem, calorẽ, numeros & huiuſmodi omnia quæ hic ſunt non ſolum ob ſubiecta ipſis corpora diſtant, ſed etiam propter ſeipſa, uerum magis ſpecificã diſtantiam habet ob formam corporis in qua eſt, ſed illam intellectualem & exemplarem ob remiſſionem quæ eſt ab ipſo quod expers eſt diſtantiæ, per quam & corpus eſt extẽſum & diſtans. At ſi corpus in mente fuerit, tum erit ſine diſtantia, ſed hic diſtabit. Vt igitur corpus habẽs poſitionem diſtaret ob extenſionem, ſic etiam mẽſura poſitionis locus diſtabit eo modo quo poteſt menſura diſtare cum fuerit id quod menſurat ſine diſtantia & dimenſione, locus ergo diſtabit cum capiat & comprehendat ea quæ diſtant & non ſolum corpora ut dicere uidentur, neq; diſtantias dimenſioneſue ſi quędam ſunt per ſe, ſed etiam hæc & qualitates & alia accidentia continet, immo etiam non has ſolum quę ſunt per accidens quatenus ſimul cũ corpore ſimul diſtant, ſed etiam per ſe, quatenus etiam ipſa habent extenſionẽ cum dimenſione. Etenim accidentia egẽt etiã tempore non modo ob corpus, ſed etiam per ſe quia ſunt ſubdita ortui & interitui. Et ut præter opinionem multorum aliqđ dicamus, punctum etiam ipſum diſtare diceremus quatenus habitudinem habet & terminus lineæ eſt, ſed nunc quod dicẽ de dimenſione & diſtantia ſubdita ortui eſſet principium alterius dubitationis merito. Si enim quod diſtat quãquam in mẽte prius ſit ob quãdam proprietatem, tamen non indiget loco ob unitatem ſine dimenſione. Sed uidetur neq; hic ob proprietatem dimenſionis loco egere, ſed ob intellectualem ſubſtantiam & molem quæ fit in ipſa extenſione, & propter interuallum partium aut ſeparationem. Si autem hoc datur, patet qđ ipſe locus ſuſtinens hanc diſtantiam ſecũdum extenſionem indigebit loco congregante & tempus egebit tempore. Niſi etiã ſecundum proprietatẽ ſeiuncta & extenſa atq; diſtantia egeãt mẽſuris ſecũdum cognationem ut ſit in multitudine numerorum ibi, ſed aliud eſt perpetuæ collectionis aliud eſt magnitudo menſuræ magnæ ſcilicet magnitudine formatæ. Similiter quoq; ea quę ſubſiſtunt exemplariter ſecundum extenſionem circũſcribuntur ab his menſuris quæ extenduntur & exemplares ſunt, quandoquidem ſint menſuræ & collectiones eorum quæ ortui ſubditæ res ſunt, ſed hæc magis collectio & menſura excedit ortum & ſupra illum eſt, & quæ habẽt in ſeipſis mẽſuram non egent alia collectione, quemadmodum alia ab his collecta, ſed ſi egent, meliore quidem & ea quæ magis indiuidua eſt. Nam ſunt media inter menſuratum & menſurans ſeparata à menſurantibus, ſed innata his quæ menſurantur.

Et quemadmodum corpora ob propriam partitionem ſunt expertia uitæ per ſe, ſed ea participant ob animam ingeneratam ipſis & facientẽ eadem eſſe uniuerſa, & hæc uitalis participatio diſtat, & partitur circa corpora ob extenſionem quæ ab anima proficiſcitur, attamen altera uita non egent, ſed illa

ſola quæ radicitus ab anima deſcēdit, ſic etiam ſe habet locus, Nam menſuræ natura ſuperior eſt menſurato, & non eiſdem eget, quibus natura menſurati indiget. Neq; enim hic pulchrū quãuis par extenſionem quot modis deprauetur & turpe fiat, eget alterius pulchri materiali participatione, ſed ſola aſſimilatione ad archetypum & principem bonum, atqui pulchrū bonumue coordinet magis cum alijs ſpeciebus. Sed locus & tēpus habent magis ſeparatam naturam ſecundum unum colligēdi ea & continuandi, & diſtantia ipſorum non eſt ſimilis alijs dimenſionibus diſtantijſue conſideratis ſecundum medietatē inter id quod eſt ſine dimenſione, & menſurat, atq; illud quod habet dimenſionem & menſuratur. Etenim catenus ortus mēſuram obtinet quatenus extendit illa cauſa indiuidua mēſurãs ortum eius, & extenditur non oīno ortus. Non enim erat medium inter id q̃d menſurat (ſine ortu) & ortum ipſum qui menſuratur. Sed cum ſint medium ſi egeret alia menſura, etiam indigeret alia medietate. Nam menſuram eſſe omnino oportet mediam inter id quod menſurat & menſuratur, inhærentē ipſi menſuranti & in illud uelut in caput redactam, ſed coextēſam ipſi menſurato, & unam ſimplicem habere ſubſtantiam comparatione utriuſq;. Corpus porro quod quidem uelut corpus ſtatuunt, cum ſit corpus ſuapte natura, cur non eget menſura. Similiter quoq; interuallum ſi quidem ſubſtantia quędam ſit & aliam alibi partem habeat. Vnde ad ſextam & ſeptimā dubitationum dicemus, quod qui aſſerunt corpus ſeparabile eſſe & immobile & hæc uelut effata de loco aſſumunt, ad communem & latius conſideratum locum reſpexerunt, ut etiam prius diximus. Nam proprius unicuiq; partium poſitioni inſeparabilis eſt ab illa et ſimul mouetur cum illo quod mouetur. Sed locus latius conſideratus (ut Syrianus dixit) ſecūdum quē etiam motus localis fit, cum ſit proprius corporis quod eſt magis totum, ab illo quidē inſeparabilis eſt & ſimul cum illo mouetur ſi quidem contigerit moueri quod mouetur, ſed à corpore quod eſt in illo ſeparabilis eſt & immobilis quemadmodū & illud, & nihil mirum eſt ſi reſpiciamus ad hunc locum cōmunem cum ex uiciſſitudine corporum attigerimus notitiam loci. Ad octauam quæ dicebat, ſi locus eſt elementum eius quod in loco & elementum eſt in eo q̃d fit, ex eo, ſed non ecōtra id quod ex elementis conſtat eſt in elemento, accidet ergo locum in corpore eſſe, & non corpus in loco. Hæc etiam ſoluitur quia in loco qui magis totus eſt & cōtinet ipſum quod collocatur conſiderantes merito in illo eſſe dicimus. Eſt autem uidere ipſum præexiſtens uelut ſupplementum eius quod eſt in loco & circūſcribens diſtantiam eius, uelut ſi etiam animationem uiuentis corporis intellexeris. Nam etiam locus habet aliquid ſeiunctum, & cuncta localiter & cum menſura aſſumit quęcunq; habet corpus corporaliter, idcirco ſeiunctus & ſeparabilis uidetur. Et corpus dicitur in loco, & non locus in corpore. Nam comparatio fit uelut ſeparatorum. Eſt igitur circūſcriptum in circūſcribente & claudente, & in eo quod copulat ſegregatum, & in menſurante quod metitur, ut etiam in ſuo toto partes ſunt quatenus ipſum diſtinguitur ab illis. Etenim menſura eſt quę ꝯtinere poteſt & ſeparari ab eo q̃d dimetitur ipſum determinans undiq; & colligens claudenſq;, & ob id primum par eſt ut fruatur diuina illuſtratione & maxime illum qui eſt magis totus & ſempiternus ad quem reſpicientes dicunt deorum ſigna & lineamenta in loco perpetuo diſſeminata eſſe, & propter hūc, particularis locus, & unuſquiſq; magis proprius illis participat. Etenim unitas, menſura, terminus ſunt cognata ſubſtantijs deorum, & prima fruūtur illuſtratione ipſorum. quare & nona dubitatio ſic diluiť. Ad ultimam autem quæ dicit ſi ita placet nobis uenire in notitiam loci ex uiciſſitudinaria mutatione corporum in loco & nō aliter, quomodo ex hac dicemus locū eē mēſurā & determinationē poſitionis? Etenim tum eorū q̃ mutantur, tū eorū q̃ mutanť ꝓpria manet determinatio. Sed hæc dubitatio ex iam dictis ſoluta eſt. Cum. n. duplex locus ſit alter connaturalis & per ſe alicui cōueniens ſiue maneat illud ſiue moueať, & aliter qui alius & alius fit in mutationibus ſecundum poſitionem ordinis ad ea quæ ſunt magis tota. Cōnaturalis quidem locus quandoquidem ſubſtantię inſitus atq; inſertus eſſe uideatur difficilime ſecernitur à ſubſtātia, ſed ille alter alius atq; alius fit eadem ſubſtantia manente ſerit facile & excitat iudicium in nobis ut noſcamus facile illum eſſe diuerſum à ſubā, ut etiā cū tp̃s duplicē nãm hĩat, & aliud motū cōnaturalē mēſuret et aliud motū extra ſm̃ actionē. Ille qui eſt ſecundum ſubſtantiam ſic difficilis eſt intellectu, ſiquidem & tempus maxime ſic dici dignum ſit, quãquam Ariſtoteles non uideatur dicere prorſus quæ ſcilicet tempori ſubdita ſunt non eſſe ſempiterna ſecundum ſubſtantiam, ſed ſola illa quæcunq; ortui & interitui obnoxia menſurantur. Etenim & motus cum eēt cōnaturalis erat ignotus, & ille qui actiuus eſt manifeſtus, & poſitio naturalis & ſi omnino aliter & aliter partes diſtarent, tamen quia altera eſt ab illa partium, tum fit manifeſtior quando manentibus partibus in poſitione ſubſtantię ſuæ uniuerſi poſitio mutaretur. At hoc fit in ipſis uiciſſitudinibus. Et ne forte hæc ſuit cauſa ut lateat cōnaturalis poſitio, & propria uniuſcuiuſq; & menſura eiuſdem, cum ſit difficilis cognitu quonā modo diſtinguatur poſitio ab ipſa poſitione. Cōmunior tamen eſt tranſmutationibus uiciſſitudinarijs & apertior longe ad quam ut uidetur, etiam Peripatetici reſpicientes ea quæ ſolum ſecundum locum mouentur aſſerunt locum occupare, quia hęc uidebant mutare locum, ſed quoniam & hāc intelligentiam de loco pro uiribus meis determinaui ac expoſui dubitationes quæ afferebantur in illam, & ſolutiones dubitationum adduxi. Quod uero hæc ſententia nō omnino noua ſit neq; à clariſſimis Philoſophis ignorata oſtendere uolo. Etenim Theophraſtus etiam in libro ſuo de naturalibus rebus uidetur tenuiſſe hanc ſententiam de loco ubi hæc inquit uelut dubitando.

Nam locus eſt ſubſtantia quædam. At ordine & poſitione corporum dicitur ſecundū naturas & uirtutes. Similiter quoq; in animalibus & plantis & generatim in ipſis diſſimilaribus, ſiue illa ſint animata, ſiue inanimata modo habeant naturam formatam. Etenim horum aliquis ordo & poſitio partium eſt ad totam ſubſtantiam, ideo & unaquęq; dicitur in ſuo loco eo quod habet ꝓprium ordinem, cumq; partium corporis unaquæq; deſideret & poſtulet ſuum locum & poſitionem. Item oſtendam diuinum Iamblicum hoc ipſum teſtari, quippe qui in ipſo quinto libro Commentariorum in Timæū ſecūdo capite hæc ſcripſit.

Omne corpus qua corpus in loco ponitur. Locus igitur cōnaturalis cum ſit corporibus, cū his etiā ſubſiſtit & nullo modo abeſt à primo eorum progreſſu ad ea quæ ſunt & à ꝓpriſſima ſubſtantia, merito igitur & Timæus una cum principio corporum & locum primo adducit. Quicunq; igitur ex cauſa efficiunt locum cognatum eundem in terminos ſuperficierum uel in receptacula inania uacuaue, aut in ipſa interualla qualacunq; trahentes ſimul quidem & alias opinabilia rapiunt & ſimul deuiant prorſus à ſententia Timæi quę ſemper opificium naturæ copulat. Oportebat igiť ut corpora cognata cauſæ deducunt, ſic etiam locum uidere dependentē à cauſa quam Timæus adducit & narrat. Et quemadmodum enitimur locum cōnatum opificio aſſignare, ſic etiam locū fas eſt exiſtimare, quare & ipſe alias eminentias aut adiectiones reprobando eas quæ ſunt extra illa quæ ſunt in loco fecit, & locum naturalem in loco inquit. Et ultra procedendo inquit. Quæ igitur opinio perfectum & cognatum ſubſtantiæ circa locum determinat. Vel potentiam corpoream ipſum ponens ſuſtinentem corpora & prohibentem & cadentia detinentem, & ſparſa congregantem, eademq; complentem & continentem undiq;. Videť ergo & ipſa aſſignare definitionem loci dicendo ipſum eſſe potentiam cōnaturalem ei quod eſt in loco, ſuſtinentem corpora & prohibentem ac cadentia detinentem, & ſparſa aggregantem, ſimul complētem & continentem undiq;. Et patet quod ſi locus complet corpora, nō erit ſeparabilis ab eo quod eſt in loco. Et cōtinere poteſt, adeo, ut definire & colligere corpora

ualeat. Dicemus ergo ne tot uiros & tales in aſsignādo loco er
raſſe. Sed cum uelut conuiuium non fortunatum & lautum ip
ſi propoſuerimus illis noſtras dubitationes qui cōſueuerunt de
liciari in ipſis ueterum contradictionibus, reliquū eſt, ut ſequē-
tes eos qui de loco quicquam conſcripſerūt, oſtendamus nul-
lū à ueritate aberraſſe. Et cū multiplex ſit, alij aliā & alij aliā
formā loci cōſiderarunt, & explicarunt. Vt ergo cōem ſniam
de omni loco uidere ualeamus & diſcrimina Philoſophorum
aut contentiones ſub ipſa collocabimus. Rurſus ergo repeta-
mus hoc ſumpto principio. Quod eſt propne unum eſt id, quā
do omnino indiuiduum eſt ac inſeparabile, & imutabile termi
nus omnium et menſura quod egeat alio definiri et menſurari,
Imo & unum uni coniunctum prqualet & ipſum tandem non
eget tali perfectione in opere. Nunc autem appello coniunctū
non ipſum continuum, quoniam id diſtat et illud uere coniun-
ctum & unitate cohærens in ſingulis partibus eſt non diſtans,
at illud ſeiunctum eſt ſecundum plures modos & aliud quidē
ſecundum magnitudinem ſubſtantiæ, uel uirtutis potentiæqꝫ
diſtat, quemadmodum dicimus continua quanta, & quædam
ſecundum multitudinem definiuntur uelut ea quæ propne
diſcreta uocantur, & quædam ſecundum extenſionem exten-
duntur uel prorogationem aut durationē, ut ſempiterna, & q̄-
dam tanto tēpore dicimus ſubſiſtere, ſed ea prorſus quæ exper
tia ſunt alicuius termini & ad infinitionem, & indeterminatio-
nem pficiſcuntur egent partibus & determinationibus q̄ ſer-
uent ipſa determinata & inconfuſa. Quarum aliq̄ ſunt ſecun-
dum effuſionem in infinitum, & alia ſecundū cōfuſionem quę
aduenit periclitando [illegible] quæ inter ſe diſtant. Et numerus
diſcretæ multitudinis firmat diſgregationem in infinitum com
prehendēs diſcretionem formis & ſpeciebus determinatis, ſed
quantum diſtans in infinitum magnitudo mēſura eſt determi-
nans, ut ſi quis dicat ſimulachrum tē unius cubiti uel unius di-
giti, ſed extenſionis ſecundum ſubſtantiam eſt uelut magnitu-
do, & imobile mēſurauit & collegit in unum ipſum æuum, ſed
id quod mouetur in numerum tempus quod tales mēſuras nō
permittentes quantum deduci ad infinitionē, neqꝫ in exempla-
ribus, neqꝫ in ſimulachris. Sed quicquam aliud eſt deſtructiuū
confuſionis eorum quæ ſunt ſeparata in his omnibus, q̄d etiā
cauſa eſt cur partes inter ſe ſecundum ppriam uniuerſitatem
nō cōfundantur, ſed unumquodqꝫ ordinem & poſitionem cō-
uenientem accipiat. Non enim in numeris unitas ſine cauſa or
dinata eſt ad dualitatem, & hęc ante trinitatē & deinceps, neqꝫ
ex incidente & fortuna uiciſsim pares & impares numeri ordi
nati ſunt & quadrati deinceps ſcilicet ſequentes cohærentes in
terualla inter ſe ſecūdum dualitatem habent quæ æque augen
tur, & quæcunqꝫ alia manifeſta Theoremata naturalis ordinis
numerorum in ipſis rebus numerandis à nobis ſuſcepta. Eodē
quoqꝫ modo ſegregatio & diſtinctio aliarum ſpecierum incor
porearum ordinatur & ob eādem cauſam poſitio fit animaliū
& plantarum ſecundum partes, qua caput & manus ac pedes
inter ſe ponuntur taliter & radices, ſtirpes & rami taliter in plā
tis, & nō ſolum ordinē partiū inter ſe ſeparauit, ſed etiā uniuſ-
cuiuſqꝫ uniuerſi uelut partis poſitionem in eo quod magis ma
teriæ particeps eſt determinauit. Sic igitur & terrā mediū uni-
uerſi ſortita eſt, & cœlum in circū, & media in medijs. Sed hęc
aliquo modo ante dicta ſunt, nunc autem hæc dictis adijciant,
quod cōmunis eſt quædam uniuerſi loci notitia dicens ipſum
eſſe determinationem uniuſcuiuſqꝫ poſitionis eorum quę ſepa
rantur in his quę ſunt. Determinatio autem, alia eſt ſecundum
receptaculū, alia uero ſecundum id quo aliquid continet aliud.
Item alia eſt ſecundum ordinē uniuſcuiuſqꝫ poſitionis ad alia,
quæ omnia uidenda ſunt in ipſis rebus incorporeis & corpo-
reis. Etenim ordines intellectualis uelut locos differentes ipſa
interualla & receptacula differentia mundi intellectualis ſor-
tita ſunt. Dicit ergo Orpheus de illo quod habet differen-
tias terminationum.

Mortalibus diuum ſic mundum reſqꝫ digeſſit.

Et locus ibi ſæpe dicitur ipſe rerum ambitus, idcirco & Sy-
riam uocāt locum ſecurum deorum. Et Aegyptij Iſin tanquā
multorum deorum ꝓprietates continentes, ſed ſecundum or-
dinem poſitionis uniuſcuiuſqꝫ ad alia. Plato ſupra cœleſtē mū
dum illum inquit, ſecundum quē determinatur & ſeiungit̄ or-
do intellectualium ſpecierum, & ſecundum hanc ſignificatio-
nem fatemur unumquēqꝫ numerum ꝓprium locum habere,
quandoquidē prima ſit unitas, poſt hanc dualitas, & deinceps
trinitas, & ut prius diximus trianguli hæc loca hñt, & alij alias
ſeriatim. Et anima ſic dicitur locus ſpecierum ſecundum hunc
modum continendi. Item ea q̄ determinant argumenta demō-
ſtratiua loca appellamus ceu ſunt argumenta à cōtrarijs & à
ſimilibus & à generibus uel ſpeciebus. Similiter quoqꝫ & in ip
ſis corporeis putauerunt materiam ſecundum determinatio-
nem recipiendi locum eſſe, ſed ſecundum continendi modum.
quoniam formarum alia eſt cōnaturalis, alia extrinſeca, dicunt
ſecundum naturalem ipſam formam ſecūdum ſuperficiem eē
locum uelut in hac poſiti uniuerſi, ſed ſm continendi modum
extrinſecum eſt uelut eorum quæ ponuntur in eodem habētia
poſitionem. Alij autem terminum cōtinentis poſuerūt locum,
ut Ariſtoteles, alij autē incorporeum interuallum affirmarunt,
quo uiderētur plura abſurda effugere eorum quæ adduximus.
Sed ſecundum ordinem poſitionis ad alia, ut incorporeum &
ſenſibile incorporeis proxima dicta definitio mihi uidetur locū
determinata, quam dixi fuiſſe Damaſcij noſtri præceptoris, q̄
teſtabantur Theophraſtus & diuus Iamblicus. Vt etiam hæc
poſitio incorporea eſt. Nam neqꝫ al quod corpus quod moue
tur eſt, neqꝫ id in quo mouetur poſitio eſt, ſic etiam poſitionis
determinatio incorporea eſt ſecundum hanc intelligētiam. Id-
circo & differētiæ loci ſurſum & deorſum, dextrum & ſiniſtrū
ante & retro incorporea ſunt quāquam in corpore conſideren
tur. Nam manum dextram dicimus non ſolum ſecūdum diffe
rentē conſtitutionem eius, ſed etiam quia in dextrum corporis
iacet, & hepar ſimiliter. At locus numerorum in ipſis incorpo-
reis ſit, ordinem poſitionis eorum determinans. Eodem modo
& locus ſpecierum intellectualium & animarum. Atqui etiam
in corporibus ut prius diximus, locus eſt qui pbet ſingulis par
tibus proprium ordinemqꝫ & poſitionē earum inter ſe & ad to-
tum. Item in cōmuni toto ut in ipſo uniuerſo per ipſum proxi-
me totum cōuenientem poſitionem tradit. Et uidetur Ariſto-
teles ſet.m ad hanc loci ſignificationem reſpicere, ſm q̄ aliud
in alio ponitur corpore, et totum in toto, uelut ego in aere, & id
quod eſt minus in illo quod eſt magis capax, quāquam proxi-
mus locus æqualis eſſe ei quod locat, debeat. Nam inquit, ali-
quid dicimus eſſe in loco uelut in cœlo, quia eſt i aere, & hic in
cœlo, & in aere nō uniuerſo, ſed ob extremum eius & id quod
ipſum continet dicimus eē illud in aere. Totalis locus eſt capax
& continet quatenus capatior eſt. Sed totus locus eſt ſecundū
determinationem poſitionis. Et Plato aſſerunt materiā eſſe lo-
cum formarum & receptaculum uelut poſitionem capacē ſpe
cierum & formarum quæ in ipſam deſcendunt & determinā-
tem ipſarum diſtantiam. Nam formæ per ſe contracta habēt
partium diuiſionem, ſed ea quæ diſtant ſecūdum materiarum
indeterminationē maium quoqꝫ ordinē dimēſionis retinēt ue-
lut imateriatum facit antequā recipiat ordinem diuiſionis. Lo-
cus igit̄ eſt materia ſpēr[illegible] et uelut receptaculū & uelut cauſa
pōnis diſtantijs & talis pōnis, atqui etiā locus eſt interuallū ue
lut deſcriptio q̄dam & typus eorum corporū q̄ in illo collocā
tur. Et alter eſt ꝓprius ſphærarū cœleſtium, & alter cōis uelut
locus elmtorum q̄ inter ſe miſcētur. Nam in eodem interuallo
ignis & aer ſunt aqua & terra, & aliud atque aliud corpus ſm
cōem proprietatē interualli. Sed neqꝫ mirum eſt et corpus eſſe,
corporis locum imateriatū uidelicet materiati, & id quod eſt
prius natura eius quod eſt deterius ut Pħs Proclus cēſuit. Et-
enim inclyti P[illegible]orum nōnullis fatētur orbes cœleſtes totos eē
& uſqꝫ ad centrū plenos. Et patet q̄d orbes interiores ꝯtinent
ab exterioribus, ut lunæ orbis ab illo Mercurij & ille ab illo
Veneris & ſic deinceps, Imo etiā elmta aīalia plātæ q̄ ſub luna
ſunt continent à locis extrinſecus & ea q̄ ſunt lunæ ꝓximiora,

ſunt

ſunt etiam cognatiora illi ſupero mundo. Vnumquodque igitur quod continet, eſt contenti locus uelut continens eius & capax ac determinatiuũ eius poſitionis, quocirca neque uelut in uniuerſo ſecundum hoc ſunt, ſed uelut in loco. Cum ergo Theologia Aſſiriorum ſuper hunc mundum etiam aliud diuinum corpus & magis æthereum ponat, idem etiam nouit Orpheus in quibus dixit.

Aethere ineffabile omnia concipe circum,
Sed medium tenebat cœlum.

Sciũt autem & aſtronomi alium orbem ſine aſtris & uere inerrabilem quem ponunt ſupra illum neceſſario, qui dicitur inerrabilis, quoniam & hunc habentem plures ſtellas motum ab occaſu centum annorum curriculo, unum gradum accepiſſe credunt, & ob id egent illa quæ ob apparentem hanc orbiculationem ab ortu in occaſum danda eſt. Cum ergo, ut cœpi dicere, Proclus plures ueterum teſtes habeat ponens aliquod diuinius corpus ſupra hunc mundum, merito illud locum huius uniuerſi poſuit: patet quoque etiam talium corporum recipientium & continentium alia unumquodque habere diſtantiam atque differentias partium & locum proprium, & uelut ſpatium & uelut poſitum bene ordinem partium. Quod quidem igitur principio dicebam & nunc dico quod dicentium de loco quiſque reſpexit ad quandam ueram notitiam loci & proprium eius characterem & deſignationem non ponderauit. Quod ſi non cunctis his notitijs & intelligentijs ſinguli ſunt aſſecuti quid locus ſit, nihil mirum. Veriſimile.n.eſt & alias eſſe nondũ manifeſtas. Sed dictis addatur etiam hoc. Quia Damaſcius noſter preceptor tetigit pulchre locum ſecundum poſitionem & ipſe fuit primus eorum quos nouimus, qui locum determinauit & deſignauit dearticulatimq; neq; diſſimulauit alias ſignificationes de incorporeis & corporeis dictas. Nã locũ eſſe determinationem & menſurã poſitionis opinor. Poſitio autem erit etiam in ipſis incorporeis ſecundum ordinem, ut etiam in numeris dicimus poni dualitatẽ ante trinitatẽ. Eſt quoq; in corpore ſm differentiam diſtantiæ. Hoc autem notandum eſſe dico, quod tres menſuras ponens, aliam diſcretam, & numerum, aliam in extenſione & duratione motus & hanc tempus, aliam diſtantiæ locum non determinauit duplicem diſtantiam, aliam uelut magnitudinis determinatæ, qua cubitale aut digitale quicquam eſſe dicimus, & aliam uelut poſitionem habentis, qua ſurſum & deorſum appellamus. Et dextrum & ſiniſtrum. Atqui locum multipliciter eſſe menſurã poſitionis cum diceret, nõ diſtinxit ipſum à menſura magnitudinis. Nihil nocebit forte audire eius uerba qui ſic ſcripſit in libro de loco.

Sunt nobis naq; tres menſuræ trium partitionum, neque enim alia eſt partitio in ortu præter tres neque alia mẽſura. Etenim triplex eſt indiuiduum, Vnitas, Nunc, Punctum. Vnitatis igitur ſecundum materiam diuiſio, uel diligentius dicendum eſt quod ex uno fit multitudo quod circunſcribit aliquam magnitudinem, uelut unam rem & unitas eſt indiuiduum numeri, & ipſius nunc fluxus facit durationem. Voco nunc illud quod non fluit in ipſo nunc fluente ut mutatum eſt principiũ motus, quod mutatum nunc menſurat, & tempus fluxum & ſucceſſionem, ut diuiſionem numerus. Item puncti extenſio facit dimenſionem & diſtantiam cui ſimul adeſt locus menſura determinans omnem poſitionem uniuerſi quouſque fiat trifariam dimenſa, quæ eſt omnino dimenſa & diſtans, & faciet bene ponere totum ſecundum poſitionem omnino ſurſpſius ad ſeipſum & omnes partes in ſeipſos. Item omnium partium poſitionis in omni loco & unaquaque cuiuſcunque. Quare & ſi ſphæra erit, uel aliter haberet aliquod medium uel terminum alium & locum habebit ubi bene ponitur. Et quod mẽſuram poſitionis locum eſſe bene ponentem poſitum patet. Neque ſolius huius ſed etiam magnitudinis ut magnitudinis menſura determinatum. Dicit ergo poſt pauca dicta uelut quædam prius deſcriptio exiſtens totius poſitionis & partium eius ſi quis diceret typus in quem adaptari oportet poſitum, ſi ponendum ſit recte & non confundi præter naturam. ut uel totum maius, uel minus conueniente magnitudine diſtans, uel in uniuerſo poſitum, ubi non bene, uel partibus eius non habẽtibus debitam poſitionem, ceu ſiquis homo haberet cerebrum in ipſis calcaneis. Sic plane locum non ſolum bonam poſitionem, ſed etiam rationis aut minoris diſtantiæ cauſam eſſe dicunt. At uero exiſtimo oportere determinare menſuras numerum, magnitudinem, locum, tempus, & aliam menſurãtem diſcretionem, aliam diſtantiam, aliam uero omnino poſitionem & aliam durationem ortus. Hæc igitur de loco cupidis diſcendi tradenda uoluimus. Cæterum proficiſcendum eſt ad ea quæ dicit Ariſtoteles. & diligenter curabo ut diſputanda de uacuo explicentur.

SECTIO SECVNDA.

DE VACVO.

Tex. 50.

EOdem autem modo exiſtimãdum eſt, eſſe Phyſici, conſiderare & de vacuo ſi eſt aut non, & quomodo eſt, aut quid eſt, ſicut & de loco. nanque ſimilem habet & incredulitatem & fidem, per ea quæ putantur. vt locum enim quendam, & vas, ipſum vacuum ponunt eſſe dicentes. videtur autem, plenum quidem eſſe, cum habet illam molem cuius ſuſceptiuum eſt. cum vero priuatum eſt, vacuum. tanquam idem quidem ſit, vacuum & plenum & locus. eſſe autem ipſis, non idem eſt. Incipere autem oportet conſiderationem, capientes & ea quæ dicunt affirmantes eſſe, & rurſus quæ dicunt non affirmantes eſſe, & tertio communes opiniones de ipſis. Tex. 51.

Com. 50.

PRincipio Tertij libri cum propoſuiſſet dicere de motu quatenus eſt naturali opportunus, ſubiunxit quod ſine inani & tempore eſſe motus nequaquam poſſe uidebatur. Inquit porro cum his de cauſis, tum etiam quam hæc uidentur eſſe communia & uniuerſalia omnibus his cõſiderandum eſt de unoquoq; horum qui in hac philoſophia elaborare cõtendũt. Cum ergo de motu & deinceps de infinito diſſeruiſſet, qm̃ oĩs motus aut finitus aut infinitus eẽ uidetur, q̃ppe qui cum ſit cõtinuus in infinitum eſt diuiduus ut oĩa cõtinua, poſt hæc inſtituit de loco diſſerere. Et cum nõnulli dixere uacuũ eẽ locum corpore priuatũ & locum q̃ddam interuallũ inane capax corporũ cõtra eos qui dixerunt locum eſſe interuallum capax corporum his uerbis de loco occurriſſet oſtẽdit ẽ munus eẽ peculiare philoſophi nãlis de uacuo uerba facere q̃a aſſerentes inane arbitrantur illud eẽ uelut locum quendã & uas. Et eaſdẽ q̃ſtiones adducit de uacuo, ut fecit de loco, Primã, Nũ ſint. Sc̃dam, Q̃uo, & quid ſit qm̃ & idẽ ſignificat. Q̃uo, & q̃d Aſpaſius notauit. Etenĩ cũ q̃ſiuiſſet de loco an ſit, & q̃d ſit hũc in modũ loquutus eſt. {Si aliq̃d ſit nec ne et q̃uo ſit & q̃d.} At q̃ſtio hęc q̃uo ſit & q̃d ſit nõ uidetẽ hr̃e locũ in hac ꝯſideratiõe de uacuo, ſiq̃dẽ oñdit nullo pacto uacuũ aliq̃ rẽ eẽ. Niſi ergo hęc q̃ſtio q̃uo & q̃d ſit non ꝓponatẽ relata ad id ut oñdatẽ uacuũ ſubſiſtere, ſed ad eos ꝯuertẽda ẽ q illud ponũt, q̃uo ergo ipĩ ponũt, & q̃d ẽ. Vel q̃a cũ illi cãm cur aliq̃d cieatẽ ianẽ dicãt, ipẽ mãm fateẽ eẽ hu⁹ motus cãm quã inane dici admittit. ob id ergo q̃dã mõ inane eẽ ꝯcedũt. Cõcludẽs igĩ ſermonẽ de ipõ ſic dixit. {Et de uacuo q̃uo ẽ uel nõ ẽ determinatum ſit. Quoniam ut quidẽ dicũt ponẽtes ipm̃, nõ eſt, ut au-

tem nihil prohibet uacuum eſſe. } Cæterum inquit quod inane ſimilem habet fidem & incredulitatem ut locus, quoniam qui uacuum affirmauerunt eſſe locum corpore priuatum, ex his quæ mouentur ſecundum locum fidem fecerunt de uacuo ut de loco. Qui ergo dixerunt interuallum inane locum eſſe locum & inane idem eſſe confeſſi ſunt, quocirca eiſdem argumentis perſuadere locum eſſe & diſſuadere poſſunt. Quod uero & ipſe ob id cenſuerit fidem & incredulitatem perſimilem habere uacuum ut locus indicauit his uerbis ſequentibus. { Vt locum enim quendam & uas ipſum uacuum ponunt eſſe dicentes. } Recte enim ſubiungit quod quando in ſe habet corpus cuius eſt capax plenum dicatur, ſed priuatum eo dicitur inane. Locus autem eſt quatenus capax eſt. Vacuum igitur locus & plenum idem ſunt ſubiecto & differunt ratione. Sed patet non plenum idem eſſe ſubiecto cum ipſo inani & loco, ſed interuallum. Hoc enim aliquando plenum eſt, & aliquando inane, & locus idem ut capax ſed non quatenus plenum, neque quatenus inane. Proinde inquit eum oportere qui uult quærere an ſit nec ne primum conſiderare quæ dicunt illi qui illud eſſe contendunt, deinde quæ etiam afferant illi qui eſſe illud negant. Nam ex his compertum habebimus an ſit uel non, ſi nos adhibuerimus mentem his qui uera magis proferunt, quod quidem fiet ſi communes intelligentias uel opiniones de loco, inani, & interuallo ponderauimus. Conſuetudo enim eſt propoſitæ opiniones contrariæ ipſi iudici, ut eas comparet inter ſe & ponderet atque examinet. Quod uero naturā præcedat ſermo de loco illum de uacuo patet, ſiquidem locus communior ſit pleno & inani. Etenim locus & inanis, & plenus eſt, ſed communia præcedunt propria. Præterea locus ſimilis habitui eſt quippe capax ſit alicuius determinate ſiue quicquam habeat ſiue non, ſed uacuum ſimile eſt priuationi, at priuatio poſterior eſt omnino ipſo habitu, neque igitur locus & inane idem ſunt, neque enim locus eſt inane, ſiquidem locus ſit uacuus & interdum plenus ſed inane & plenum non erunt idem, quare neque inane locus eſt quatenus inane, ſed quatenus capax & aptitudinem habet quo fiat plenus corpore.

Alij igitur monſtrare tentantes quod non eſt, non quod homines volunt dicere vacuum, hoc redarguunt, ſed peccantes dicunt, vt Anaxagoras, & qui hoc modo redarguunt, demonſtrant enim quod aliquid eſt aer, ſtricte ligantes vtres, demonſtranteſque quod fortis eſt aer, ac accipientes in clepſydris. Alij autem homines volunt vacuum eſſe ſpatium, in quo nul-

Tex. 52. lum eſt corpus ſenſibile. Exiſtimantes autem omne quod eſt, corpus eſſe: dicunt in quo omnino nihil eſt, illud eſſe vacuum. Quapropter plenum aere, vacuum eſſe. Non igitur hoc oportet demonſtrare, quod eſt aliquid aer, ſed quod non eſt, ſpatium aliud a corporibus aut ſeparabile, aut actu exiſtens, quod diuidit omne corpus, vt ſit non continuum. quemadmodum dicunt Democritus & Leucippus & alij multi Phyſiologorum, aut etiam ſi quid eſt extra vniuerſum corpus exiſtens continuum. Hi

Tex. 53. igitur non ſecundum portas ad problema occurrunt, ſed affirmantes eſſe, magis.

Com. 55. Cum ea propoſuerit ſibi dicenda, quæ illi dicunt qui & affirmant inane, & qui negant, orditur ab his qui inane ſtatuunt, & repugnat opinioni & probationem ipſam ut conſueuit affert antequam huiuſmodi argumenta adducat, & eos qui ipſa deſtruere nituntur cum non recte illa infringant & confutent, redarguit. Et ſic primum profert eos qui inane negant, ſimulque demonſtrat contra quam inanis intelligentiam occurrendum ſit, quia non illi reſiſtendum eſt quā multi aſtruūt exiſtimantes ſola corpora illa eſſe quæ opponuntur & reſiſtūt. quocirca cenſuere locum aeris uniuerſum uacuum eſſe, perinde aer nihil ſit. Quocirca Anaxagoras quoties probaſſet aerem quicquam eſſe putauit ſe omnino inane deleuiſſe & ſuſtuliſſe. Item oſtendebat aerem eſſe corpus atque illud quod reſiſtit, cum clauderet illum in utres & tum premeret utres inflatos. Vel hæc dicta ab Ariſtotele ſic intelligenda ſunt. { Inflantibus utres his qui aerem intercludunt utribus oſtendunt quomodo arduum eſt eoſdem uincire, } contra uero his qui non inflant, facilimum eſt. Item argumento clepſydrarum idem oſtēdunt, clepſydras uocat harpagas, inſtrumenta uidelicet hauriendi aquam, quæ cum habuerint aerem non recipiunt aquam, ſed illo exeunte illico aquam ſurripiunt, & prius non dimittunt, donec qui digitum adeo remouerit foramen cooperientem, ut tantum aeris ingredi permittat, quantum aquæ ſecundum proportionem exit. Qui ergo ſic contradicunt inani, quoniam illi decipiebantur qui aeris locum uacuum eſſe credidere, ab Ariſtotele redarguuntur, inani quoniam iſtud non eſt uacuum quod illi putarunt eſſe. Nam putant eſſe interuallum quoddam in quo nullum eſt corpus ſenſile, quod non confutant & tamen hoc confutandum erat. Nam cum cenſerent omnem rem corpoream eſſe quod non erat corpus putarunt nihil eſſe & ideo dixerunt uacuum eſſe interuallum in quo nihil eſt. Sed qui arbitrati ſunt illos cenſuiſſe aerem non eſſe corpus & ob id nihil eſſe in eo ſpatio quod aerem habet, decepti hoc dicunt. Oportebat igitur non occurrere contra illud quod decepti dicunt ſed contra intelligentiam uacui demonſtrantes quod inane non eſt interuallum aliquod aliud præter illud quod eſt in ipſis corporibus. Nam hoc indicat illud { Neque ſeparabile. } Si enim plenum fuerit, & aliud præter corpora a corporibus ſeparabile eſt, & quia hoc non ſubſiſtit ſed ſecundum ſolam intelligentiam, quod quidem indicat illud { neque actu exiſtens. } Illi enim dicebant tale interuallum actu eſſe, quod inter corpora ineſt & non ſinit corpora eſſe continua, ut Democritus & Leucippus aſſeruerunt qui non modo inane intra terminos mundi eſſe ſed extra poſuerunt. Vnde patet quod tale nō erit locus cum per ſe ſubſiſtat. In eandem incidit opinionem Metrodorus Chius, & Pythagoreorum quidā, ut paulopoſt dicet & ſucceſſit Epicurus. Cæterum Porphyrius non ſcribit hæc { neque ſeparabile neque actu exiſtens, } ſed hęc ſcripſit. Neque inſeparabile ab ipſis neque ſeparabile. Nam inquit inſeparabile poſuit Democritus, quocirca neque uniuerſum continuum eſt, quandoquidem corporibus receptis in uacuo intercipiatur, ſed cum ſeparabile aſſeruerint uacuum extra mundum uniuerſum relinquunt eſſe continuum ut Pythagorici. Sed op nor ſcripturam priorem eſſe meliorem. Nam & ipſa habet rationem. Etenim qui uacuum introduxerunt alij illud ſeparabile per ſe poſuerunt per totum mundum receptū & ſupra mundum continuum extenſum, alij autem illud in corporibus inſperſum & inſertum ſecundum quoſdam paruos meatus, & hac ratiōe uidetur inſeparabile. Iccirco & argumentorum quatuor quæ deinceps facit, aliud eſt a motu & ab ipſa augendi uia quod uacuum introducit, aliud & ſecundum a conſtrictione & cineribus, quare qui uolūt oſtendere aerem quicquam eſſe ut confutent inane non adeunt ꝓprias ianuas uel aditum opportunum non capiunt quo perueniant ad uerā inanis intelligentiam ſed { non ſecūdum portas } ideſt extrinſecus & alium aditum ſibi ſumunt ac debent. Vel quemadmodum illi q̄ nituntur per alios parietes ingredi quā deceat. In his prouerbium fertur. Hi ergo qui non oſtium uerum ingrediuntur decipiuntur, ſed illis magis eſt adhibenda fides qui dicunt eſſe uacuum hoc modo quem explicabit ponendo argumenta eorum deinceps.

Dicunt

Dicunt autem vnum ꝗdem, quod motus ſecũdum locum non vtiqꝫ erit. hic autem, eſt latio & augmentatio, non enim videbitur vtiqꝫ motus eſſe, ſi non ſit vacuũ. plenum enim non poſſe ſuſcipere. ſi vero ſuſcipiat, ſintqꝫ duo in eodem, continget vtiqꝫ & quodlibet ſimul eſſe corpora. differentiam enim ꝓpter quam non vtiqꝫ erit quod dictum eſt. non eſt dicere. Si autem contingat hoc, & minimũ ſuſcipiet maximũ. multa nanqꝫ parua, ipſum magnum eſt. Quare ſi multa æqualia con
T.54. tingit in eodem eſſe, & multa inæqualia. Meliſſus igitur etiam oſtendit, quod vniuerſum immobile ſit, ex his, ſi enim mouebitur, neceſſe eſt
T.55. (inquit) eſſe vacuum. Vacuum autem, non eſt eorum quæ ſunt. Vno igitur modo demonſtrant quod aliquid eſt vacuum.

Cõ. 56. Quatuor ponit argumenta eorum qui inane eſſe dixerunt. Vnum ſecundum notitiam inanis ſeparabilis, & tria ſecundũ intelligentiam illius inſperſi & ſeminati in corporibus. Et quintum in ipſis inducit illud quod putarunt Pythagorici. Sed quatuor primum illud ſit, quod ex diuiſione, ducitur & dicit.

Motus ſecundum locum qui in latione uel accretione conſideratur, aut per uacuum ſit intermedium, aut per plenum, ſed fieri nequit per plenum ut oſtendetur, igitur per uacuum.

Q uod uero motus aliquo intermedio fieri neceſſe ſit uidetur ex ſe fide dignum intelligentibus, quia motus ad locum ex aliquo in aliquid ſit, at illud ex quo, & illud in quod inuicem diſtant, illud ergo quod ſit per hæc neceſſe eſt, ut per aliquod intermedium procedat interuallum.

Q uod vero omne interuallum neceſſe ſit uel plenum uel non plenum eſſe, perſpicuum eſt. Nam diuiſio eſt ex his quorum unum alteri contradicit. Illud autem quod non eſt plenum omnino eſt inane.

Quod deinceps motus per plenum fieri nequeat ſic ſyllogiſmo oſtendit hypothetico ſi per plenum ſit motus corporum ſecundum locum, corpus penetrabit corpus aut recipietur a corpore, & ita paruiſſimum recipiet maximum, ſed hoc fieri nequit, ſin autem pelagus reciperetur in ipſo cyathis loco, ſed antecedens fieri nequit, uidelicet motum fieri per plenum, & deductum oſtendit uidelicet quod paruiſſimum recipiet maximum quoniam ſi omnino aliud corpus ex principio recipit, tanquam poſſint eſſe in eodem interuallo duo corpora, recipiet etiam aliud tertium quia recepit duplum, & totum hoc rurſus aliud quartum & deinceps quabacunque alia. Etenim nemo poteſt dicere cauſam cur unum recipiat & alterum nõ. Nam plenum erat unum, ut etiam duo, recipiet igitur & maximum. Nam quia magnum poteſt diuidi in multa æqualia ipſi paruo quod ſubijciebatur a principio. Multa enim parua ſunt magnum ut inquit cum unumquodque paruum in magno factum fuerit ęquale paruo quod erat poſitum a principio etiam totum io ipſo erit, & paruiſſimum recipiet maximum, quod quidem palam abſurdum eſt. Patet autem quod ſi æqualia ſibi receperit, etiam inęqualia erit recepturum. Nam plura æqualia efficiunt inæquale. Recipit ergo etiam inæqualia, quare & maxima. ſed recipere inæqualia eſt abſurdum, ideo neque hoc prætermiſit. Quod autem hæc fuerit uetus ratio quæ ioane introducebat ex motu, ex eo facit fidem quia Meliſſus palam utebatur deductione ſuperioris argumenti quæ dicebat. Si mouetur aliqua res, neceſſe eſt per uacuum moueri. Deinde aſſumebat hoc.

Sed inane non eſt.

Inſertur ergo inane non eſſe.

Et quod hoc modo rationem Meliſſus conficiat perſpicuum eſt. Verum ipſe talem rationem faciebat non de corporeo, neque de aliqua re diuidua, ſed de re intellectuali & undique perfecta. Nam illam uult eſſe unam atque penitus motus expertem, quam his omnibus uidelicet quia cuncta ſunt illa res & nihil eſt præter ipſam è qua exeat per uacuum opinor oſtendit immobilem eſſe. Non enim eſt ibi inane. Sed forte neque diuerſitas, ſiquidem cuncta ſunt illa res, & quod non eſt minime locum habeat in eo quod eſt. Si enim ibi eſſet diuerſitas qua ſpecies inuicem ſegregantur, tamen & ipſa diuerſitas eſt ens, & uacuum non habebit locum in eo quod eſt omnino quemadmodum neque id quod non eſt. Sed magnus Parmenides inquit.

At tu quidem quærendi uia ab hac cohibe mentem.

Alio vero quia videntur aliqua cogi ac conſtringi, vt & vinum dicunt cum utribus, recipere dolia, tanquam in ea quæ inſunt vacua, ſubeunte quod denſatur corpore.

Secundam rationem adducit quæ ducitur ex conſtrictione corporum. Si enim eadem ſubſtantia permanente corpora in anguſtum coarctantur & extenduntur, patet quod uacua interualla quædam interiecta ſunt quibus ſit ea conſtrictio. Huius ſignum affert, quia dolium cum utribus capit uinum. Hoc autem Alexander intellexit uelut de dolio quod ſi inijceretur in utres uinum implens ipſum caperet ipſum cum utribus. Niſi forte hoc ſit ſuperuacaneum & propter difficultatem compoſitionis. Sed quia idem dolium refertum uino utres in iectos in ipſo recipientes uinum recipit & non ſuperexcedit, quod quidem fieri non poſſe aſſerebant niſi uinum conſtringeretur, quod fieri neque poſſet niſi inania intermedia eſſent, quæ cum concidunt perficitur conſtrictio. Qui autem inane conſtrictionis cauſam faciunt, etiam grauia a leuibus hac ratione differre aiunt, eo quod leuia plus inanis habent, & grauia minus. Cõmẽ. 57.

Amplius autem & augmentatio videtur fieri omnibus per vacuum. alimentum enim, corpus eſſe. duo autem corpora, impoſſibile ſimul eſſe.

Cum dixerit motum ad locum haud fieri poſſe niſi uacuum eſſet. Et huius motus alium eſſe ſecundum incrementum, alium uero ſecundum lationem, & oſtenderit quod dictum eſt de ipſo motu ſecundum lationem, nunc uero oſtendit quomodo illi demonſtrabant fieri non poſſe incrementum, niſi inane ſit. Si enim incrementum ob cibum undique procedentem ſit, & cibus eſt corpus, neceſſe eſt uel ſiat per plenum, uel per uacuum, ſed per plenum fieri nequit, ut oſtenſum eſt, corpus enim per corpus non tranſit neque ab illo recipitur, ſin autem duo ſimul corpora eſſent, patet igitur quod cibus illos inanes meatus ingrediatur qui ſunt undique ſparſi quos cum replebit cibus undique facit ut quod alitur augeatur. Q uod autem id ſit probabile omnibus oſtenditur argumento. Cõm. 58.

Teſtimonium autem & illud de cinere faciunt, qui tantum aquæ recipit, quantum vas, vacuum. Tex. 56.

Hoc ponit uelut quartum argumentum quod probat uacuum. Verum aliquomodo eſt idem illi argumento de uino & utribus ex cõſtrictione corporũ. Vt enim doliũ cũ uino recipit utres quia uinũ ꝯſtringiť, ſic ẽt uas qđ eſt refertũ cinere aquã Cõm. 59.

recipit meatibus in cinere conſtrictis. Verum differt hoc exemplum, ut exiſtimo, ab illo de uino, quia ibi idem locus cum uino, recipiebat utres non habentes æqualem molem cum uino, hoc autem exemplum de cinere & aqua eſt, quæ per ſe poſſunt implere uas cum meatus in utroque concurrerint. Sed magis quidam meatus concurrunt in aqua, & quidam conſtringuntur in cinere, & quidam recipiunt aquam in ſeipſis.

Eſſe autem affirmauerunt & Pythagorei, vacuum. ipſumque cœlum ex infinito ſpiritu veluti reſpirans ingredi, & hoc eſſe vacuum, quod diſterminat naturas. tanquam vacuum, ſeparatio quædam ſit eorum quæ ſunt conſequenter, & diſterminatio. & hoc, eſſe primum in numeris. vacuum enim, diſterminare naturam ipſorum.

Com.60. Quia ſententia Pythagoreorum uidebatur probabilis, horum opinionem adducit tanquam argumentum quintum de uacuo. Nam illi dixerunt uacuum ingredi mundum exhalantẽ & attrahentem uelut aerem & anhelitum ab eo qui circunfunditur. Cuius opportunitatem oſtendebant ex eo quod corpora non ſunt inter ſe continua, ut Alexander intelligit. Attamen Ariſtoteles non de corporibus intellexit, ſed determinat, inquit, naturas perinde ac uacuum ſit quædam ſeparatio eorum quæ ſunt deinceps & determinatio ipſorum. Nam ea ſunt deinceps inter quæ nullum cadit intermedium, & hæc diſtinguit & determinat inane. Quæcunque enim ab alijs quibuſdam intermedijs ſeparantur, hæc non a uacuo ſed ab illis remouentur. Verum hanc uim inanis & uacui in primis numeris eſſe & uideri diſtinguentem ipſos aiunt. Quid enim aliud eſt dualitatis unitatem determinans, & hanc trinitatis, niſi illam inanis cũ nihil intermedium ſubſiſtat? Sed hæc erant quædam ænigmata Pythagoreorum. Niſi quia ſuper mundum corporeum diuerſitas erat diuidens ſpecies ab ipſo mundo terenta ſpecierũ in ipſo diſtinctonẽ & ſeparationem efficeret, quæ ibi non erat uacuum. Si enim forte bonum erat alterum a iuſto, id nõ erat quia non aderat iuſtum, ſed quia cuncta erant ſecundum bonum propter unitatem ibi. Et quia in eo quod prorſus eſt non eſt id quod non eſt. Et hinc ſeparatio ſit ob ingreſſum eius qd' non eſt. Nam unitas non eſt dualitas, & uiciſſim, & illud intermedium quod dicitur non ens, id uacuum eſt quod ſciñgit ſpecies in mundo, quemadmodum diuerſitas quæ ſupra mundũ eſt cum ſit res quædam, nequit dici non ens neque inane. Sed cauſa uacui in hoc loco inferiore eſt. Ideo Plato in Sophiſta illud aliquomodo uocauit id quo non eſt. Hęc igitur ſunt argumenta quæ poſuit Ariſtoteles eorum qui uacuum eſſe contendunt. Sed Lampſacenus Straton hæc quatuor in duo redegit argumenta in illud de motu ſecundum locum, & in illud de conſtrictione corporum. Tertium autem adiecit illud quod ducitur ex attractione. Ferreus enim lapis alia ferrea per alia trahere uidetur, quando lapis illud ferri ex meatibus attraheret cum quo corpore ſimul trahitur ferrum, & hoc rurſus aliud deinceps trahit, & hoc aliud & hoc uinculum & nodus cathenæ rerum ferrearum a lapide ſuſpenditur.

Tex.57. Ex quibus igitur alij quidem dicunt eſſe, alij vero non dicunt, tot fere ac talia ſunt.

Com.61. Plura adduxit eorum argumenta qui uacuum affirmant, ſed ante illa rationem poſuit Anaxagoræ qui illud deſtruebat, quem non recto tramite & uero occurrẽdi aditu dixit illis obuiam iuiſſe, cum demonſtrarit uacuum non eſſe quia aer corpus eſt, merito igitur nunc dicit ambas rationes adductas eſſe eorum qui uacuum eſſe & non eſſe aſſeruerunt.

Vt autem ſciamus vtro ſe modo habeat, oportet accipere, quid ipſum nomen ſignificat. Videtur igitur vacuum, locus eſſe, in quo nihil eſt. huius autem cauſa eſt, quia quod eſt, corpus eſſe putant. omne autem corpus, in loco eſſe. vacuum autem, in quo loco nullum eſt corpus. Quare ſicubi non eſt corpus, ibi vacuum eſſe. Corpus autem rurſus omne putant eſſe tangibile. huiuſmodi autem eſt, quodcunque habet grauitatem aut leuitatem. Accidit ergo ex ſyllogiſmo, hoc eſſe vacuum, in quo non eſt graue quicquam aut leue. hæc igitur, ſicut diximus etiam prius, ex ſyllogiſmo accidunt. Inconueniens autem eſt, ſi punctum vacuum ſit. oportet enim locum eſſe, in quo corporis ſit ſpatium tangibilis.

Cõ.62. Cum rationes eorum qui tum uacuum aſſeruerunt, tum eorum qui negarunt adduxiſſet, merito inquit opportunum fore ut de ipſis iudicium & ſententia feratur. Proinde quærendum eſt ne quæſtio terminanda & definienda ſit hoc uel illo modo. Sed quoniam tam hi forte qui illud eſſe affirmant quam illi qui illud deteſtantur, habere intelligentiam de ipſo confuſam idcieco inquit diſtinguendum eſſe quid ſignificet nomen. Patet enim hanc quæſtionem illam ſi eſt p̄cedere, uelut in libro de poſteriori reſolutione didicimus. Nemo enim quærere poteſt an quicquam ſit, niſi prius intelligentiam eius propoſuerit, quemadmodũ neq; quid aliquid ſit quærere nobis datum eſt, niſi illud prius eſſe cognouerimus. Differt autem ipſum quid nomen ſignificat ab eo quod eſt quid alicuius, quoniam quid nominis ſumitur ab his quæ intelliguntur de ipſo, ſiue id ſit ſiue non, ut nunc liquido patet de uacuo de quo quid eius nomen ſignificet, quæritur, quanquam non ſit. Sed ipſum quid eſt ducitur ab his quæ rei inſunt, quocirca illud ſit de quo quæritur quid ſit neceſſe eſt. Et quæſtio an ſit præcedit quæſtionem quid ſit. Verum Alexandee dicit Ariſtotele ſam cere nunc de uacuo ut de loco, quia ibi expoſuit quid ſignificabat id quod eſt in aliquo, ſic etiam hic inueſtigat quid inane ſignificet. Niſi forte quia conſenſu omnium locus intelligebatur quo ad nomen, quocirca non opus fuit aſſumere quid ſibi uoluiſſet nomen, neque ante hoc ſuſcepta fuit enumeratio ſignificationum eius quod eſt in aliquo, ſed adducta ſunt ad determinandum, & diſtinguendum genus eius quod eſt in loco & id quod eſt in loco ab alijs ſignificationibus in aliquo, & maxime ab illo quod eſt in ſuo uniuerſo. Dicit porro quid primum inane uideatur ſignificare, quia uidetur eſſe locus ſecundum communem opinionem id in quo nihil eſt. Sed quæ fuerit cauſa cur ita uideatur, ſed non hoc modo potius in quo nihil eſt, ſubiungit dicendo. Cum enim cuncti qui de natura diſſeruerunt omne quod eſt corpus eſſe dixerunt, uel hi qui nondum naturam incorpoream cognouerunt, patet illos negaſſe illud eſſe ens quod corpus non eſt, quare idem dictu eſt in quo nullum corpus eſt, & in quo nihil eſt. Et neque hoc contenti ſunt ſed quemadmodum omne quod eſt corpus eſſe dicunt, ſic etiam omne corpus tangibile eſſe fatentur. Ideo aerẽ neque corpus, neque ens dixerunt. Cum ergo omne tangibile ſit quod habet pondus uel leuitatem, ex ſyllogiſmo conuicti ſunt fateri illud inane eſſe in quo nullum graue uel leue eſt quare & in quo eſt aer. Quod ſi ſic diceret indefinita in quo ponentes, ſequit̃ ẽt ut punctũ, lineã, numeros uacuũ eẽ dixerint. Non enim eſt aliqud graue, aut leue in his & ſi quædam alia his inſint, ſed ſic longe abſunt ab intelligentia inanis. Nam uacuum eſt locus & interuallum, in quo eſt interuallum corporis tangibilis,

tangibilis, ſed tunc non eſt inane, quando in eodem eſt corpus ſed quando ſic ſe haberet, ut in ipſo poſſit eſſe corpus. Sed tale non eſt punctum. Et patet quod abſurdum deductũ eſt ex eo quod indiſtincte dicunt illud ſcilicet { in quo } cum exprimant quod oporteat eſſe aliquod interuallum. Ideo partu faciens ſic ponentium facilitatem conuertitur ad ueram intelligentiam inanis & ſic ea deinceps adducit ponens ipſum interuallum eſſe.

T. 58. At igitur videtur dici vacuum, vno quidem modo non plenum ſenſibili corpore ſecundum tactum. ſenſibile autem eſt ſecundum tactum, quod grauitatem habet vel leuitatem. Quocirca dubitauerit aliqs, quidnã dicent, ſi habeat ſpatium, colorem aut ſonum, vtrum vacuum an non? An manifeſtum eſt ſi corpus quidem ſuſcipiat tangibile, vacuum eſſe, ſiue ro non, minime?

Cõ. 63. Cum dixerit id quod ſequebatur ipſam inanis dictam indiſtinctæ ſignificationem, abſurdum infert, & eos profert qui uacuum uelut interuallum plenum uel non plenum corpore ſenſili ſecundum tactum ponunt. Vtrunque enim ſcribitur. Sed quod ipſum uelut interuallum accipiatur indicat ſequens dubitatio dicens { ſi habeat interuallum. } Et ſi quidem fuerit ſcriptum hoc, { Non plenum corpore ſenſibili ſecũdum tactum, } profecto intelligendum erit interuallum quod eſt aptum recipere corpus ſenſile ſecundum tactum a quo etiam repleatur: nondum tamen illud receptum eſt neque hoc repletum eſt. Si etiam fuerit plenum corpore ſenſili ſecundum tactum, & ſic intelligendum eſt quod ſit aptum impleri, ſed nõ uelut plenum, quod quidem aperuit dicens. { An manifeſtũ eſt ſi corpus quidem ſuſcipiat tangibile uacuum eſſe ſiue ſic ſiue illo modo. } Dubium igitur adductum huiuſmodi eſt. Si ſpatium illud uel interuallum illud ſenſu tactu ſenſile corpus non habuerit, & colorem uel ſonum, uel aliam quandam qualitatem comprehenſibilem alio ſenſu ponatur habere, id erit ne uacuum aut non? Nam ſi inane diceretur quomodo erit inane & uacuum habens qualitatem ſenſibilem? quin etiã quomodo erit uacuum ſenſibile? ſi uero non erit uacuum, igitur erit aliquid non uacuum: tamen quanquam non ſit plenũ corpore ſenſibili ſecundum tactum. Ecce enim ſpatium illud habens colorem uel ſonum & aptum impleri corpore tangibile, ſi quidem interuallum ſit & non refertum. quod tamen non eſt uacuum. At ipſe cum dubium mouiſſet, ſolutionem uelut ab illis adductam & conuenientem ſuis dictis adduxit dicens { An manifeſtum eſt ſi corpus quidem ſuſcipiat tangibile uacuum eſſe, ſi uero non, minime. } Hoc autem non eſt eorum qui ſibi aſſumunt hoc ſpatium non eſſe abſurdum & ſi capax ſit corporis tangibilis & illud non habeat, ſed ſi colorem uel ſonum uel prorſus qualitatem ſenſilem haberet adhuc diceretur uacuum. At Alexander inquit ſi fuerit ſcriptum hoc modo. { Plenum ſenſibili corpore ſecundum tactum, } dici poteſt non ſecundum alium ſenſum ſed ſecundum tactum ſolum. Q uod dictu eſt aerem eſſe corpus ſenſibile tactu. Sed quoniam erat quædam opinio de uacuo dicens uacuum eſſe ipſum aerem tangibilem, eo quod habet quoddam momentum & inclinationem grauis uel leuis. Hanc autem opinionem Anaxagoras periclitatus eſt euertere, cum comprimeret utres. Et ſi quidem eſſet, inquit, dictum de aere dubitatio talis eſſet.

Si hic aer quem dicunt eſſe uacuum aſſumeret colorem uel ſonum aut quandam aliam qualitatem ſenſilem ſenſu diſtincto a tactu, dubium eſt utrum adhuc maneret uacuum an non. Si enim adhuc manere uacuum dicerent non eſſet uacuum id quod impletur corpore ſenſili ut dicebatur ſecundum tactum, ſiquidem recipiat & alia ſenſilia & adhuc uacuum maneat, quod ſi non amplius aer fuerit uacuum horum quicquam aſſumens, erit qualitatum non corporearum uacuum capax. Sic autem in loco non corpora ſed qualitates ponerentur. Et ipſe Alexander uidetur non admittere hanc interpretationem, proinde illud deinceps. { An manifeſtum ſi reciperet corpus tangibile, uacuum ſi non minime, } inquit non competere aeri & uacuo ſeorſum ſed interuallo. Etenim qui aerem uacuum dicunt interuallum in quo eſt aer, idipſum inane proferebant perinde ac nihil aer eſſet. Q uod ſi aerem corpus ſenſile tactu exiſtimarunt, non dicerent inane illud ſpatium quod ipſum aerem habet neque Anaxagoras uacuum deſtrueret oſtẽdendo aerem eſſe corpus & forte. Nam ob id definiebant uacuum eſſe ſpatium quod aptum erat repleri corpore ſenſili ſecundum tactum ne uideretur uacuum eſſe capax aeris cum aer non ſit corpus ſenſile ſecundum tactum ut opinabantur. Dicit præterea Alexander tertiam quandam ſcripturam adduci quæ dicit uacuum eſſe plenum inſenſili corpore ſenſu tactus, & erit ipſum ſpatium inſenſile corpus quod tres habet dimenſiones, & ob id dicitur corpus & plenum, quia corporis definitio eſſe uidetur illud quod habet fere tres dimenſiones. Sed inquit huic ſcripturæ non conſonare adductam ſolutionem. Sed ignoro quamobrem non conueniat, ſi quidem uelut interuallum ſumptum ſit, ſed prolatio eſt geminata quæ dicit ſpatium uacuum plenum eſſe corpore inſenſili ſenſu tactus. Et aerem inquit Alexander ſuapte natura non participare qualitatibus aliorum ſenſuum, ſed ſolum eſſe tangibilem. Non enim alijs ſenſibus ſeruiret ſi fierent per ipſum, ſi quandam ipſi qualitatem propriam tribuant. Nam ſi niger fuerit quomodo operam ferret atque adminiſtraret uiſui ad percipiendum ipſum album. Patet autem quod ſecundum hanc aſſignationem uacui quæ dicit uacuum eſſe id in quo nullum corpus ſenſile eſt ſenſu tactus idest non graue uel leue. Et ſi aliquod eſt ſpatium inane in quo cœlum ſit. Diuinum enim & orbiculare corpus ut in libro de cœlo demonſtrauimus neque graue neque leue eſt. Cæterum uidetur primum deductum abſurdum hoc eſſe quod punctum ſit uacuum & ex eo deducitur, quod indefinite ſumitur illud in quo. Nam illud quod tactu ſolo diſtinguitur id quod non eſt in uacuo, & ob id dicitur uacuum.

Alio autem modo in quo non eſt hoc aliquid, neque ſubſtantia aliqua corporea. Idcirco quidam dicunt, vacuum eſſe corporum materiam. qui quidem & locum, hoc idem dicentes non recte. Materia enim, ſeparabilis non eſt a corporibus. Vacuum autem, quærunt vt ſeparabile. Tex. 59.

Cõmẽ. 64. Aliam intelligentiam inanis tradit, quæ dicit uacuum id eſſe in quo non eſt ſubſtantia corporea. Nam exponens hoc uidelicet { hoc aliquid } ſubiunxit { neque ſubſtantia corporea. } Differt autem hæc ſignificatio a priore, quod in illa dicitur inane illud eſſe in quo nullum eſt corpus ſenſibile tactu ſecundum naturam reſiſtendi qua tale corpus deſignatur, quam reſiſtendi naturam cum in aere non uidiſſet uacuum dixere ſpatium illud in quo aer eſt. At hic uacuum dicitur in quo nulla eſt ſubſtantia corporea, ſubſtantia nanque corporea non ſolum pondus & leuitatem habet, ſed etiam colores, figuras, magnitudines, ideo ſecundum priorem aſſignationem ſpatium in quo cœlum erit uacuum diceretur, quia cœlum nec pondus nec leuitatem habet, at ſecundum hanc aſſignationem non erit illud uacuum, ſiquidem uacuum ſit illud in quo non eſt ſubſtantia corporea. Et niſi forte prior aſſignatio ſit eorum qui uolunt aerẽ non eẽ corpus, qa non reſiſtit, & idcirco ſpatium in quo eſt aer putãt eẽ uacuum. Quibus Anaxagoras contradicenti ſat erat demonſtraſſe aerẽ

eſſe corpus. Si enim uacuum illud eſſe aſſerebant in quo nullum erat corpus reſiſtens. Aer tamen & ſi non eſſet reſiſtens, erat corpus & illud in quo eſt non uacuum, patet igitur quod non erit uacuum nunc dictum quod ab ipſis aſſignatum eſt. Cum ergo ſubijciat uacuum dicentes in quo non eſt aliqua ſubſtantia corporea, & hac ratione uidebantur accuratius dicere, quam hi addebant corpori tangibile & propter hoc incidebant in abſurdum, deducit etiam hos oportere materiam fateri uacuum eſſe quando fuerit per ſe & ſeorſum, quia ipſa eſt in qua ſpecies corporea fit. Qui ergo hanc uacui intelligentiam habent materiam uacuum eſſe tradunt, quam etiam locum eē dicebant, quia etiam uacuum aiunt eſſe locum, quare idem erunt ſubiecto materia locus, uacuum. Sed prius dum differebat de loco redarguit eos qui aſſeuerabant materiam locum eſſe nunc uero cum de uacuo ſibi dicendum ſumpſerit idem abſurdum contra illos adducit, qui materiam eſſe uacuum cōtendunt & horum oſtendit eſſe diuerſas intelligentias, quibus materia non eſt ſeparabilis rebus quarum eſt materia, ſed qui uacuum dicunt uelut ſeparabile ipſum quærunt quod aptum eſt recipere corpus in ſeipſo. Vnde in ſecunda figura hoc in loco oſtendit uacuum non eſſe materiam, ſed locum aliquo modo a nomine uacui ſignificari concedit.

Tex.60. Quoniam autem & de loco determinatum eſt, & vacuum, locum neceſſe eſt eſſe ſi ſit, priuatum corpore. locus autem & quomodo eſt, & quomodo non eſt, dictum eſt. manifeſtum eſt igitur, quod ſic quidem vacuum non eſt aut ſeparatum aut inſeparabile. vacuum enim non

Tex.61. corpus, ſed corporis ſpatium eſſe vult. Quapropter & vacuum, videtur aliquid eſſe quia & locus, & per eadem. Venit enim motus qui ſecundum locum eſt, & his qui locum dicunt eſſe aliquid præter incidentia corpora, & his qui vacuum. cauſam autem motus, putant eſſe vacuum, ſic vt in quo mouentur. hoc autem tale erit, qualem locum dicunt quidam eſſe.

Com. 65. Cum poſuerit ſententias de inani quæ uidebantur eſſe differentes omnes in unum tendere oſtēdit, quod uacuum ſit locus corpore priuatus. Siue enim locus ſit in quo nihil eſt ſiue interuallum non plenum ſenſibili corpore ſecundum tactum, ſiue id in quo neq; aliquid neque ſubſtantia corporea eſt, ſecundū omnes has aſſignationes. Vacuum eſt aliquod ſpatium & locus corpore priuatus. Etenim locum ut locum cū ſit alicuius locus tunc intelligimus quando reciperet corpus, ſed uacuum quando nondum receperit corpus. Atqui quod ſint quædam dimenſiōes ſeparatæ a corporibus patet q̄a hoc uidetur utriſque & uacuo & loco competere. Cum ergo oſtenſum ſit de loco, quod ſit uelut terminus continentis, & quod uelut interuallum per ſe non eſt, tum congruens rationi de loco oſtēſum eſt quod hoc non eſt ſpatium, nunc autem quia illi propoſitū eſt conſiderare hoc, poſtquam nomen uacui patefecit quia ſignificet, deinceps an ſit uacuum omnino ideſt dictum ſpatium oportet deinceps oſtendere quod non eſt aliquid huiuſmodi, neque id quod non habet in ſeipſo corpus, quod quidem ſignificat ſeparatum, neque habens quod quidem eſt inſeparabile. Etenim eorum qui dicunt inane alij ſic dixerunt tanquam eſſet aliquid per ſe, & ita per ſe ut nullum ſemper habeat corpus uelut id quod extra coelum, & aliud interdum, uelut id quod eſt in partibus raris, & diſiuncta corpora tenet oē cōtinuanſ, alij uero fatentur illud habere quandam naturam per ſe & eē quoddam interuallum, ſed corpore ſemper refertum. Poteſt autem idem dici ab ipſis extra coelum ſeparatum ſed inſeparabile ab incorporibus in quibus eſt, ſed non ſemper habēs corpus. Hæc enim poſitio poſt ipſum inter Platonicos uiguit. Quod uero rationes quæ adductæ fuerant ad oſtendendum, quod ſpatium non eſt talis locus, & tale uacuum non ab re dictæ ſint, oſtendit his quibus dicit eadem probare poſſe tale uacuum quæ probabant locum eſſe receptaculum & ſeparabilem eſſe, & quod motus ſecundum locum non eſſet niſi locus fuiſſet. Etenim & inane non corpus ſed ſpatium corporis capax eſſe uolunt & totidem cauſis uidetur eſſe uacuum, quibus eſt locus. Sed Alexander inquit propterea quod inquit uacuū quanquam ſit interuallum trifariam dimenſum, non tamē corpus, ſunt reprehendendi illi qui praue putant in ipſis prædicamentis ab ipſo Ariſtotele corpus quantum mathematicum illud dici quod eſt interuallum ſolum ſine materia. Nam nullo pacto dicendum eſt tale corpus ſimpliciter, ſed uel corporis interuallum, uel corpus mathematicum. Ibi autem ſimpliciter corpus quantum ſimpliciter dixit, ſed patet quod non erit corporis mathematicum interuallum. Etenim uacuum ſic dicit corporis interuallum tanquam interuallum corporis capax ſed non ſpatium corporis. Sed Alexander ſic intelligendo ratiocinatur, quod ſi non corpus ſed ſpatium corporis, ſi nequit tale ſpatium eſſe ſine corpore, neque poterit eſſe uacuum, niſi ergo ſpatium corporis dicatur tripliciter dimenſum, quale etiā eſt ipſum corpus. Nam hoc modo erit dicendum. Si corporis omnino ſunt tres dimenſiones qui ſtatuunt ſolum corpus eſſe id quod non eſt aſſerunt. Cum ergo plures ſint cauſę, ut dixi, cur in numero eorum quæ ſunt locus & uacuum ponuntur. Equidem multitudinem cauſarum inſinuauit his uerbis { per eadem } uidelicet per quæ probabatur locus. Verum maxime primam adducit.

Nam, inquit, venit motus ſecundum locum tum his qui aiunt locum eſſe quicquam præter corpora quæ in illum ſeſe recipiunt, tum his qui vacuum dicunt videbatur eſſe.

Poſtquam igitur eius differentes, cauſas & plures eſſe cenſuit. Quod uero eadem cauſa motus ſecundum locum ſit locus & inane demonſtrauit dicēdo { putant eſſe uacuum ſic in quo mouetur. } Sic autem erat etiam locus cauſa.

Nulla autem neceſſitas eſt, ſi motus eſt, eſſe vacuum. Omnino igitur omnis motionis, nequaquam. quocirca, & Meliſſum latuit. alterari nanque poteſt plenum. Sed neque, ſecundum locum motum. ſimul enim cedere ſibi inuicem contingit, nullo exiſtente ſpatio ſeparato præter corpora mota. atque hoc manifeſtum eſt & in continuorum reuolutionibus, vt & in his quæ ſunt humidorum. T. 62.

Cum diſtinxerit ſignificationem nominis uacui, quod eſt interuallum & locus corpore priuatus, deinceps quod non ſit ſeparabile neque inſeparabile proponit oſtendere. Et primum oſtendit eas rationes quæ uidentur introducere uacuum nihil habere neceſſitatis. Et adducit primo illam quæ probat magis & alijs ad rem accommodatior uidetur, quæ huiuſmodi eſt. Cō. 66.

Si motus ſubſiſtit & adeſt, etiam uacuum ſit oportet, & ſtatim oſtendit nihil ualere hanc nec neceſſario procedere & interrogare & paulopoſt indicat contrarium omnino, uidelicet. Quod ſi eſt motus nullo pacto eſt uacuum, & ſi eſt uacuum deletur & tollitur funditus motus. Sed nunc rationem quia iā determinata eſt confutat.

Si enim uacuum eſt cauſa motus, non tamen omnis motus eſt cauſa, quoniam non eſt cauſa alterationis. Nam poteſt aliquid calidum fieri atque album, & prorſus alterari & id plenum eſſe & nullo pacto indigere uacuo. Et damnat Meliſſum dicētem indefinite uniuerſum immobile eſſe quia non eſt inane. Ignorare uidetur nihil prohibere quin ſit alteratio & ſi non

fuerit,

fuerit, non fuerit uacuum. Sed quale immobile quia non eſt uacuum Meliſſus prius dixit. Oportebat ergo interrogare hoc modo ſi eſt motus ſecundum locum, inane quoque eſt ſed nõ ſimpliciter ratiocinari hoc modo ſi motus eſt. Verum damnauit hoc uelut ſi quis diceret Meliſſi mancã & ineptam poſitionem, unde in primo libro dixit. { Deinde alteratio cur non erit } Cum igitur ſoluat deductum hoc modo quia indeterminata eſt probatio, deinceps oſtendit, quod neque motus ſecundum locum cauſa eſt uacuum Nam corpora poſſunt inuicem mutari & ſic moueri ſecundum locum, cum unum in alterius locum ſecedat idque uiciſſim & nullum ſit uacuum. Quod quidem dixit ſeparatum interuallum, id eſt cum non fuerit corporis interuallum ſed per ſe, & quod hoc fieri queat, oſtendit in his quæ rotantur & continua corpora ſunt & continent eundem locum. Etenim trochus, conchilia mouentur ſecundum locum & non egent uacuo, eodem modo aqua quando mouetur circumlata in uaſe totum occupat locũ, & partes eius mutant ipſiſmet loca & mouentur in loco in quo motu uacuum non accipit neq; corpus per corpus procedit neque penetrat. Vtebatur autem hoc exemplo etiam in primo libro quando occurrebat contra id qđ dicebat immobile Meliſſus. Sed forte aliquis diceret talia neq; moueri ſecundum locum apud nos quæcũque ſeruant locum ſecundum ipſam uniuerſitatem, ſiquidem & totum cœlum immobile dicamus ſecundum locũ & tamen in his ſolum uidebitur uacuum non eſſe cauſam motus ſecundum locum cum ſemper maneant in eodem loco ſecundum totum. Eſt ergo ingenioſius multo exemplum Stratonis quod fugit has ſuſpiciones. Si quis enim in uas plenum aqua iniecerit lapillum calculumue & uolueret ipſum uas qđ in orificio haberet gyrum & motũ, calculus tum in ore uaſis moueretur cum uiciſſim partes aquæ in quo calculus eſt ſuccedãt & mutenť in eo loco in q̃ ſunt. Idẽ quoq; accidit in his q̃ natãt & in piſcibus & quibuſuis alijs hmõi. Dicet autẽ plura Ariſto. de hac uiciſſitudinaria mutatione corporum.

T. 63. Contingit autem & denſari non in vacuum, ſed propterea quod ea quæ inſunt elabuntur. vt aqua colliſa, aerem qui ineſt.

Cõ. 67. Erat ſecunda ratio earum quæ uidebantur probare uacuũ eſſe illa a conſtrictione, cuius exemplum erat illud de utribus quos dolium recipit cum uino, ob conſtrictionem uini, quæ nihil aliud erat, quam coarctationem in his meatibus qui inerant. Dicit ergo ad hanc rationem, quod non eſt neceſſarium ut denſatum habeat inanes meatus in ſeipſo, ut cum ei accidat denſari contrahatur in illos. Poſſunt enim expreſſo & colliſo corpore dum quoddam ſubtilius corpus elabitur & euaporat, reliquæ partes in minorem molem ſeſe coarctare ac cõprimere. Et ſit quidem denſatio exeunte tenuiore & rariore uel igne uel aqua & uniuerſim abeuntibus ſubtilioribus & a craſſioribus ſeparatis, & tum corpus craſſius comprimitur & cõdenſatur ideo non ſolum paruum magis ſit mole id quod denſatur, ſed etiam in tota ſubſtantia craſſius fit. Illud autem uerbum { elabuntur, } uel exprimuntur ſcilicet Græce πυρηνίζειν ab his ducitur qui acinos oliuarum digitis premendo eijciunt atq; impellunt ob figuram quæ in acutiem tendit.

Et augmentari, non ſolum ingrediente aliquo, ſed & alteratione, ut ſi ex aqua fiat aer.

Cõ. 68. Tertia ratio ducebatur ab accretione oſtendens uacuum ob talem deductionem ſi eſt auctio eſt etiam uacuum, ſed primum, igitur & ſecundum. Probabat autem deductum & connexum quia nutrimentum tranſiẽs per uacuum cauſa eſt cur quæ nutriuntur adoleſcunt, quia corpus per corpus non meat neq; penetrat. Dicit ergo nõ neceſſarium fore ſi quid augetur quodam corpore ingrediente, & id quod additum eſt augeri. Nam multa augentur & maiora fiunt mole ex minoribus non addito quodam ipſis ſed alterata & mutata, ſi ſunt corporum tenuiſſimorum, uelut quando ex aere aqua fieret. Maior enim moles fit eius aeris quam eius aquæ gignitur, quare non eſt uerum ſi eſt auctio incrementumue, uacuum eſt, in his porro ſi dicit & uocat mutationem ex aqua in aerem, quamuis hæc ſit ortus aeris & interitus aquæ mirum non ſit. Sed potius illud eſt inſtantia atq; obiectione dignum, primum quidem quomõ dicit eſſe auctionem incrementumq; in ipſis carentibus anima & quomodo dicit nutrimentum augere fatetur, quandoquidẽ ipſe libro de anima plane aſſerat quod ſola augentur ea quæ aluntur, & nutriunť inanimata. Nam ea quæ natura animæ uegetandi participant, hæc ſola inquit adoleſcere & nutriri, quomodo igitur & ſine cibo ingrediente nunc augeri inquit ut utrinq; euitet effugiatq; abſurdum probationis quæ dicebat cibum oportere ut uel per plenum tranſiret, uel per inane. Soluens ergo has dubitationes Alexander, quia nondum patet quomodo his quæ nutriuntur & augentur additio fiat, & quid ſit id quod augetur an materia an forma dequibus quæret in libris de ortu & diſtinguet atq; demonſtrabit quomodo accretio ſit & quid ſit illud quod augetur, an materia an forma, ob id nunc communius atq; latius accipit incrementum & ſic inſtat contra probationem uacui. Sed ſi occurrit contra accretionem uniuerſim & nutrimentum, quomodo ratio procedit recta uia & opportuno aditu occurrendi, & multo magis ſi de his nondum docuit? Niſi forte in ſermone de motu primũ occurrent perinde ac illi dixerint indiſtincte uacuum eẽ cauſam omnis motus, deinde etiam contra eos inſtat, quia inane motus ſecundum locum idem dixerunt eſſe cauſam, ſic etiam nũc obijcere uidetur primum tanquam illi aſſeruerint accretionẽ eſſe qualecunq; incrementum, & oſtendit non poſſe magnitudinem augeri niſi cibi & nutrimenti diſtributione & additione. Sic deinde ſtatuens (ut percepturi ſumus) eos dicere incrementum proprie ſecundum cibi & nutrimenti diſtributionem, & ob hanc eos mouiſſe dubitationem, nititur eos eo deducere ut uideant in quem errorem inciderint dubitationem afferens.

Omnino autem de augmentatione ratio, & de aqua in cinerem infuſa, ipſa ſeipſam impedit. aut enim non augetur quodlibet, aut non corpore, aut contingit duo corpora in eodem eſſe. Dubitationem igitur communem volunt ſoluere, ſed non uacuum demonſtrant quod eſt, aut totum corpus vacuum eſſe neceſſarium eſt, ſi penitus augetur, & augetur per vacuum. Eadem autem ratio, & in cinere eſt. Quod igitur ea ex quibus demonſtrant uacuum eſſe, ſoluere facile ſit, manifeſtum eſt. Tex. 64.

Cõm. 69. Si quis intelligeret incrementum indefinite de his omnibus quæ augentur & perueniunt ad maiorem magnitudinem, ſatis eſt afferre mutationem aquæ in aerem, & omnino incremẽti minoris corporis mole in maius, quod ſi de proprio incremẽto nutrimenti additione loquantur, his qui uacuum introducunt, ob cibi ingreſſum non opus eſt, ut aliorum rationibus, confutentur ſed ſuiſmet alijs (ut in adagio eſt) capiantur & deprehendantur. Vel quod quidem proprie magis dixit Ariſtoteles, Ipſa ſeipſam ratio impedit. Nam illa ut communem dubitationem de cibo & nutrimento ſoluat, inane introducit nõ ſoluendo ſed dubitationem augendo. Si enim tranſeunte cibo per inane additio ſit, & ſic incrementum perficitur (ut aiunt) uel non per corpus ſit cibus tranſitq;. Et quæ opportunitas erit, ut inane ponatur, quod ponunt, ne corpus penetret corpus uidelicet id quod nutrit id pſum quod nutritur, uel ſi cibus eſt corpus, uel non omnis pars nutriretur & augeretur quod eſt alienum ab euidentia, Nam ſecundum omnem partem corpora nutriuntur & augentur, uel ſi omnino nutriretur, & ado-

leſceret, uel corpus penetraret corpus quod illi effugientes poſuerunt inane, uel omne corpus erit uacuum, ſiquidem omne corpus augeatur & accretio incremētumq; per inane fiat, quare uacuum non habebit amplius in ſeipſo corpus, ſed erit illud ipſum, corpus tanquam idem ſit inane & corpus quare qui uacuum ponunt, non uacuum eſſe demonſtrant, ſed cum periclitentur ſoluere communem dubitationē de nutrimento ipſius uacui ope incidunt in dubitationem multo grauiorem. Sed inter hanc diuiſionem interiecit hoc, { Dubitationem igitur cōmunem uolens ſoluere ſed non uacuum demonſtrāt ut eſt, } deinde ſubiungit dicens { An totum corpus uacuum eſſe neceſſarium eſt. } Quod uerbis & contextui immittit quandā obſcuritatem. Sed has dubitationes libro de ortu & interitu rerum cum mouiſſet de cibo & nutrimento diſſoluit dicendo, non quicunq; ſingulis partibus aduenit, ſed eius pars alia emittitur & effluit, & alia aduenit. Eqdē cū fuerit maior copia eius qđ influit, q̄ eius qđ defluit, tum fit incrementū, quēadmodū etiam cum fuerit plus effluens q̄ influens fit diminutio. Nam nutrimentum aduenit meatibus corporum & cum aſſimilatur tum fit caro. Verum non totum corpus habet meatus, ſed ubi nunc meatus eſt alibi fit plenum. Et nunc plenum effluens de nuo meatibus impletur. Et quoniam quarta ratio erat quæ introducebat cineris argumēto uacuum, ſiquidem tantum aquæ uas plenum cinere in quo infunditur aqua capit, quantum etiā caperet ſi eſſet uacuum. Vel enim corpus penetrabit corpus quod quidem abſurdum eſt, uel aqua recipietur in illas partes cineris inanes. Et his igitur inquit deprehenduntur ſeſeq; impediunt. Nam cum hoc abſurdum effugere uelint uidelicet corpus penetrare corpus coguntur dicere cinerem incorporeum eſſe & undiq; inanem, ſi capit tantum aquę idem uas, quātum etiam ſi non haberet cinerem. Si enim cinis corpus eſt æquam aquæ copiam reciperet, ſequetur hoc modo corpus penetrare corpus quod quidem fugientes ſtatuunt uacuum eſſe, quare hi propter inane contendentes ſoluere dubitationem ab eodem impediuntur quominus id aſſequantur. Sed dubitationem de cinere ſoluit Eudemus in tertio naturalium dicens, quia contingit & ſine uacuis id fieri. Nam calidum quoddam uidetur in cinere comprehendi, ut in calce. Patet enim quod ſimul atq; fuerit iniecta aqua hęc ambo urent. Equidem calx ita facit, ſed cinis aquam procedentem per cinerem quæ aqua corpus eſt, comburit, & cum hoc fit multum exhalat, ut uideatur moles minui ob euaporationem, ſed ſi minuitur non ergo uniuerſa ſubſtantia cineris conſumitur. Sed opinor nos poſſe illis auxiliari qui uacuum ponunt & denſitatem dicentes quæſitum nō ſolas cineris partes inanes dicere quod ſoluantur ſed etiā partes aquæ condenſari aſſerere quæ ob cineris plenitudinem impelluntur in anguſtum & condenſationē, ut nō uideatur ęqualem molem & eadem obtinere aqua iniecta in cinere ſicut ante. Hæc igitur Ariſtoteles obiecit contra eas rationes quas illę narrans aſſerunt introducere uacuum. Sed Straton reſoluens illam quæ erat ea attractione inquit neq; attractio cogit uacuū ponendum eſſe. Neq; enim ſi eſt omnino attractio manifeſtū eſt, quando etiam Plato ipſe uideatur euertere uim attrahendi neq; ſi eſt attractio eſt manifeſtum. Si enim ob uacuum lapis trahit & non ob aliam cauſam, qui ſic dicunt non demonſtrant uacuum ſed ſupponunt.

Quod autem non eſt vacuum ſic ſeparatū, vt quidam dicunt dicamus rurſum. Si enim eſt vniuſcuiuſq; ſimplicium corporū latio aliqua natura, vt ignis quidem ſurſum, terræ autem deorſum & ad medium, manifeſtum eſt quod vacuū non erit cauſa lationis. Cuius igitur cauſa erit, vacuum? videtur enim, eſſe cauſa motus ſecundum locum. huius autem, non eſt.

Cōm.70. Cum patefeciſſet omnium rationum quæ uidebantur probare uacuum, alias non habere neceſſitatem, alias uero inducere in maiorem difficultatem quanquam uideantur ſoluere, proponit deinceps & maxime oſtendere quod nullo pacto tale uacuum ſubſiſtit. Cum ergo (ut prius diximus) alij dixerint aliqđ eſſe ſeparatum per ſe ſpatium infinitum & inane quod eſt cauſa motus ad locum, & alij diſperſum & mixtum corporibus inane poſuerint, occurrit primum ad primam opinionem dicens & ita occurrit ac ſi illi ob id uacuum ſeparatum dederint, propterea quod ipſum eſt cauſa cur corpora moueantur motu locali, ſed non eſt huius motus cauſa uacuum, igitur neque erit uacuum ſeparatum. Syllogiſmus hypotheticus eſt huiuſmodi.

Si uacuum eſt cauſa motus localis, uacuum ſeparatum eſt.
Sed non eſt cauſa motus localis.
Ergo uacuum tale non eſt.

Huius ſyllogiſmi connexum totum admittunt, ſed aſſumptionem ſic uirtute oſtendit. Cauſa motus ſecundum locum eſt natura, ſed inane non eſt natura, hanc propoſitionem uelut manifeſtam relinquens infert, igitur uacuum non eſt cauſa talis motus, ſed poteſt etiā hypothetice aſſumptum ꝓbari.

Si lationis corporum ſecundum locum qua mouentur natura eſt cauſa uacuum non erit talis motus cauſa.
Sed primum.
Ergo ſecundum.

Quod uero natura ſit motus localis cauſa palam oſtendit ex ipſa naturali inclinatione corporum. Nam ſi latio ſurſum eſt igni naturalis, & terræ deorſum, & latio ad media inter medijs elementis patet quod natura & non uacuum eſt cauſa motus ſecundum locum, quare fruſtra quibuſdam uidetur uacuum eſſe cauſa eius motus.

Ammplius ſi eſt aliquid, vt locus priuatus corpore, cum eſt vacuum, quo mouebitur impoſitum in ipſo corpus? non enim in omnem partem. T. 65.

Cum prius oſtendiſſet uacuum non eſſe effectricē cauſam motus quoniam & ponentes ipſum non uelut effectricem cauſam poſuerunt ſed uelut id in quo, & uelut locum in quo corpora moueri neceſſe erat, & per quod moueri merito procedēdo oſtendit. Quod uero non ſit ſic cauſa uel concauſa uacuum ut locus in quo mouetur id quod mouetur & manet. Si enim eſt uacuum uelut quidam locus qua prius ſumpſit uacuum eſſe propter locum quia in ſeipſo nullum corpus habet, ſed in priuatione eſt illius cuius capax eſt. Si ergo eſt huiuſmodi infinitum ut aiunt corpus quod ponitur in ipſum quo mouebitur. Qualem enim differentiam motus continebit uacuum cum ſit uacuum? Nam ibi nū erit determinate ſurſum nec deorſum quod ſi ad omnes ſimul partes aliquid mouebitur, diſſipabitur & dilacerabitur, uel magis manebit, & ita uacuum erit potius cauſa manſionis & quietis quam motus, ſed neq; magis manſionis, quia cur magis in hac uacui parte quam in alia manebit. Eodem argumento utebatur dicens de infinito in ipſo tertio libro. Si enim eſt, inquit, corpus infinitum ſimilare exiſtens, erit etiam eius locus proprius infinitus, & non ſolum ipſum ſed ēt eius quæcunq; pars. Eadem enim eſt ratio ſecundum naturā partis & totius, partes igitur infiniti, quia proprius eius locus eſt infinitus, quo igitur mouebitur & quo tandem perueniet. Simul enim ad ſingulas eius partes moueri non poteſt. Nam diſſiparetur & diſtraheretur, neque ad hanc magis quam ad illam cieretur, neque ſimiliter manet, quoniam non eſt cur magis hic quam ibi manet. Idem etiam abſurdum adducit contra eos qui ponunt uacuum infinitum. Verum ibi ex ſimilitudine partium infiniti ad totum, hic uero ex indifferentia uacui. Cum enim indifferens uacuum ſit, cur poſitum in ipſo huc magis quam illuc contenderet? quare uacuum non modo non erit cauſa motus uelut id in quo motus ſed etiam contrarium quia prohibet motum naturalem corporum. Patet autē qđ etiā prohibet quietē & ſtationē. Cum enim indifferens ſit, cur hic potius manebit tellus, & ignis ſurſum?

Eadem autem ratio, & ad eos qui locum eſſe quid ſeparatum putant, in quem id fertur quod fertur. Quomodo nãq; feretur impoſitum, aut manebit? Et de ipſo ſurſum & deorſum & de vacuo, conueniet eadem ratio merito. vacuũ enim locum faciunt, qui eſſe dicunt.

Cō. 72. Prius enim ſimilitudine ad infinitum uacuum ſuſtulit, nunc uero ex ſimilitudine ad interuallum locale argumentum facit. Quę enim ratio inquit conueniet contra eos qui dicunt locum ſpatium ſeparatum, eadem etiam congruet contra eos qui uacuum introducunt eſſe hoc interuallum. Quomodo enim unũquodque naturale corpus ad talem mouebitur locum, uel quo modo in eodem manet, dicendum eſſet. Nam qui tradunt locum eſſe terminum continentis quandoquidem non terminũ ſic uelut mathematicam ſuperficiem accipiunt ſed terminum corporis naturalis cuius proprietate participat etiam terminus merito quia corpora differunt quæ ſurſum petunt, ab his quæ deorſum, quare etiam termini diſcrepãt ipſorum, & naturales motus qui ſunt ad hos etiam differunt, ſed interuallum ubique indifferens eſt, quomodo enim in hoc differet ſurſum ab hoc deorſum & quomodo aptitudo ignis in hoc ab aptitudine aq̃ diſtinguetur, eodem quoq; modo in uacuo. Etenim uacuum nil aliud quam ſpatium ſeparatum putant. Vt etiam dicunt locum & ſpatium. Si ergo locale ſpatium non eſt cauſa motus, patet neq; uacuum eſſe. Similiter autem neq; ſtationis erit cauſa. Cur enim magis in hac parte loci quam in illa quieſceret uacui. Sed Alexander hæc uerba contextus. { Quomodo enĩ mouebitur poſitum aut manebit } uult eſſe intelligenda & legenda hoc modo { quomodo mouebitur uel poſitum manebit } tanquam de manſione propria poſitionis dicat. Atqui & ea quæ mouentur ſiquidem in loco moueantur quomodo etiã non dicerentur habere poſitionem in illo exactior erit Ariſtotelis interpretatio.

Et quonam modo inerit, aut in loco, aut in vacuo? non enim contingit, cum totum poſitum fuerit, ut inſeparato loco ac permanente, corpus aliquod. pars enim niſi ſeorſum ponatur non erit in loco, ſed in toto. Amplius ſi neque locus eſt, neque vacuum erit.

Cō. 73. Si hæc uerba ſequuntur prædicta, nihil obſcuri erit. Cum enim diceret corpus poſitũ in uacuo neq; mouebitur neq; manebit nõ ab re infert quomõ inerit in loco uel in uacuo. Quomodo enim prorſus erit uel ut in loco, uel ut in uacuo in quo neq; moueri neq; quieſcere poteſt. Atqui & eorum quæ mouentur & quieſcunt, uel ut in loco, uel tanquam in uacuo moueri uidentur aut quieſcere. Verum quia in nonnullis exemplaribus poſt dicta uerba hæc adducuntur. { Non enim contingit cum totum poſitum fuerit ut inſeparato loco & permanenti corpore. } Para enim cum non poneretur ſeorſum non erit in loco ſed in toto. Erit etiam hoc quoddam argumentum ad oſtendendum quod non eſt hoc ſpatiũ ſeparabile neq; uelut locus, neq; uelut inane. Quomodo enim erit, inquit corpus in tali ſpatio, uel tanquam in loco, uel tanquam in uacuo quod idem rurſus eſt dictu uelut in loco. Non enim accidit, id eſt non ſecundum rationem occurrit, qua locus eſt quædam natura trifariam dimenſa & in ipſo poneretur corpore, ſed cur occurrat per rationem ſic dicentis infert. Nam uidetur quando totum corpus poneretur in loco, totum occupare locum, partes autem eius continuæ in toto ſunt quod eſt in loco, ſed non per ſe in loco ſunt. Tum enim partes ſunt in loco quando ſepararentur a toto & a ſua continuatione diſſoluerentur, ſed quouſq; fuerint uniuerſo continuæ, totum eſt & continuæ partes erunt in toto & hæ per ſe & ſeorſum nihilo ſecius ac totum erunt in loco. Similiter enĩ & hę occupabũt æquale ſibi ſpatiũ. Sed abſurda quæ ex hoc ducuntur in ſermone de loco dixit, quia ſi partes per ſe locum obtinerent, & moueretur locus & locus eſſet in loco ſicq; plures loci ſimul erunt. Hæc autem abſurda ſunt deducta de loco ſi locus poneretur interuallum eſſe cum quibus una intulit hoc, quoniam ſi neq; locus eſt aliquid tale interuallum, neq; uacuum erit, quocirca & uacuum ſpatium uelut locus ponitur, ut ſæpe dictum eſt.

Accidir autem dicentibus vacuum eſſe vt neceſſarium ſi erit motus: contrarium magis, ſi quis conſideret, non poſſe moueri quicquam ſi ſit vacuum. vt enim qui propter ſimile dicunt terram quieſcere, ſic & in vacuo neceſſe quieſcere. non enim eſt, quo magis aut minus mouebitur. quatenus enim vacuum eſt, non habet differentiam. Tex. 66.

Cum hactenus rationes probantes uacuum diluerit, & probauerit uacuum non eſſe cauſam motus, & ob id prorſus ualeat locus neceſſe eſt, nunc oſtendit illis contrarium accidiſſe ac uolebant. Nam putarunt motum ſecundum locum fieri nõ poſſe niſi uacuum eſſet, ipſe autem oſtendit funditus euerti motum localem ſi datur uacuum ſeparatum. Et primum quod quidem dixi paulo ante ponit argumentum quod eo tendit, ut probet nihil huc quam illuc moueri id quod poneretur in eo cum uacuum ſit undiq; ſibi ſimile. Illud enim qđ eodem modo ſe haberet non moueretur. Quod uero id quod æque ſe habet ad omnem eius partem in quo eſt maneat immobile, fidẽ facit ex Platone qui probat terram in medio manere eodem modo. Ille enim in Timæo inquit. { Si quid enim ſolidũ ęquilibratumq; in uniuerſi medio ſit ad nullam extremorum partem propter perfectam ipſorum ſimilitudinem declinabit. } Si enim æque ſe habet ad omnem circa ſeipſum partem, cur magis ad hanc partem quam ad illam accederet, ſiquidem & ipſum æqualem habet undiq; inclinationem? Et omne circa ſe ipſum habet undique habitudinem ſimilem cur igitur magis in hanc partem declinaret quam ad illam. Si ergo & mane in differens omnino eſt, idem habens ſimilem habitudinem ad id quod ponitur in ſeipſo, & illud ſimilem ad id in quo totum ponitur, quare erit æquę inclinationis & ob id nuſquam mouebitur. Sed animaduerſione dignum eſt quia uidetur ex hoc argumento deſtruere motum ſecundum naturam ſi eſt uacuum. Nam hac ratione conuenit illud. { Non eſt enim quo magis aut minus mouebitur, } niſi forte & motum præter naturam ſimul deſtruat. Nam motus præter naturam contrarius eſt ei qui eſt ſecundum naturam. Sed notandum eſt inquit Alexan. quod in quibuſdam exemplaribus hoc argumentum non adductũ quia forte dictum eſt, ſed poſt hoc. Cōmẽ. 74.

Primum igitur, quoniam omnis motus, aut violentia, aut ſecundum naturam fit. neceſſe autem eſt ſiquidem ſit violentus, eſſe & eum qui ſecundum naturam eſt. uiolentus enim, præter naturam eſt. qui uero præter naturam eſt, poſterior eſt eo qui eſt ſecundum naturam. Quare ſi non eſt ſecundum naturam unicuiq; naturalium corporum motus, neq; aliorum erit motuum ullus. At uero natura quidẽ quomodo erit, cum nulla ſit differentia ſecundum vacuum & infinitum? Quatenus enim infinitum eſt, nihil erit ſurſum aut deorſum aut mediũ. Quatenus vero vacuũ, nihil differens erit deorſum a ſurſum. Vt enim nihil nulla eſt differentia, ſic & illius quod non eſt. vacuum autem, non ens quippiã & priuatio Tex. 67.

videtur eſſe. Natura autem latio, differens eſt. quare erunt quæ ſunt natura, differentia. Aut igitur non eſt natura vſquam vlli, latio, aut ſi hoc eſt, non eſt vacuum.

Com.75. Secunda ratione utitur hac oſtendens, quod ſi eſt uacuum non eſt motus, non ſolum quia ſecundum naturam nõ eſt ſed etiam neq; uiolentus. Si ergo omnis motus uel ſecundum naturam eſt uel preter naturam, neuter horum eſſe poteſt uacuo exiſtente quo fit, ut ſi uacuum admittitur nullo pacto ſit motus. Et primo ponit quod omnis motus uel ſecundum naturã eſt uel uiolentus, quod eſt dictu uel præter naturam in quo argumento contentus eſt diuiſionis neceſsitate. Deinde quia ſi fuerit motus uiolentus ideſt præter naturam, omnino erit etiam ſecundum naturam, ſiquidem quod eſt præter naturam ſit euerſio eius quod eſt ſecundum naturam. Sed euerſio ubique poſterior eſt ſubſtantis præexiſtente, quare ſi non ſecundum naturam fuerit motus, neq; præter naturam neq; prorſus erit motus. Cum igitur hæc ſint prius oſtenſa, deinceps oſtendit quod uacuo interuallo exiſtente infinito non erit ſecundum naturam motus idq; propter infinitum & propter uacuũ, motus enim ſecundum naturam fiunt ſecundum differentias proprias loci. Hæ autem ſunt ſurſum & deorſum, uel medium uel circum cum ſint diſtantiæ termini. Infinitum igitur neque ſurſum neq; deorſum neq; medium neq; circum habebit ſecũdum naturam. Nam ſecundum habitudinem nihil prohibent eſſe, ſed hæc facile concidunt, & confunduntur, ſed eorum quæ mouentur natura motus ſunt ſemper in eadem motus naturales non fiunt merito habitudinis differentiarum. quare ſi fuerit infinitum non erit motus ſecundum naturam. Et uacuum q̃a undiq; ſibi ſimile eſt impediet motum naturalem. Nam in ipſo non diſtat ſurſum ab eo quod deorſum, uel medium ab ipſo circum. Nam ut inquit eius quod eſt nihil nulla poteſt eſſe differentia ſic etiam inanis. Vacuum enim uidetur non eſſe ens, ſed priuatio quædam, quare & ſi quis conuerterit uere dicas, Si non eſt uacuum non eſt motus naturalis, atqui ſi uiolentus eſſet, hoc prior ſit naturalis oportet, & ſi motus naturalis eſt ſecundum naturam, non erit inane, quare & ſi uiolentus eſt, non eſt uacuum. Si ergo omnis motus uiolentus uel naturalis eſt, patet quod non erit motus ſi fuerit inane. Probatio igitur rationis poteſt etiam confici ſecundum formam ratiocinandi ſecundam quæ uocatur demonſtratiua.

Si eſt inane non eſt motus naturalis.
Sed motus naturalis eſt.
Ergo uacuum ualeat oportet.

Vel ſecundum primam formam ſyllogiſmi hypothetici hoc modo.

Si eſt motus naturalis uacuum non eſt.
Atqui motus naturalis adeſt.
Igitur uacuum non eſt.

Item poteſt ſecundum quartam hoc modo.

Vel ſecundum naturam motus eſt.
Sed ſecundum naturam motus eſt.
Ergo uacuum non eſt.

Tex.68. Amplius nunc quidem mouentur proiecta, eo qui impulit non tangente, aut propter contrarij circunſtantiam ſicut quidam dicũt, aut ex eo qđ pellit pulſus aer motu velociori quam ſit pulſi latio, qua fertur in proprium locum, in vacuo autẽ nihil horum poteſt eſſe. neq; enim ferri erit, niſi vt quod vehitur.

Com.76. Quoniam motum uiolentum exiſtente uacuo ſuſtulit prius motus ſecundum naturam argumento, quoniam ſi non eſt motus ſecundum naturam uacuo exiſtente, neque poterit eſſe motus qui eſt præter naturam, nunc uero primariam demonſtrationem nobis ſuppeditat huius uidelicet quod ſi eſt inane non eſt motus uiolentus & cum motus uiolentus dupliciter fiat, uel preſentia eius quod cogit, uel uehitur, uel impellit, attrahit, uel abſentia ut in his quæ proijciuntur, de hoc demonſtrationem facit & alteram prætermittit (ut tradit Alexander) ob euidentiam. Inquit enim præſente eo quod præiuit aut cogit & ipſo quod mouet ipſi motui neceſſe eſt ſecundum naturam motu ſic ipſum cogi. Si enim & hoc quod cogit id ipſum cogeretur etiam illud a quo cogeretur ab alio cogeretur, & ita in infinitum procederemus, ſed motus ſecundum naturam non eſt in uacuo ut demonſtrauimus prius. Niſi forte non ob euidentiam demonſtrationis ſic uiolentum prætermiſit ſed quis hic modus aſſignationis prius acceptus eſt, nunc autem propoſuit ipſum uiolentum primo & non ex deſtructione motus ſecundum naturam adimens uiolentum. Sed paulopoſt addet etiam alteram. Nunc igitur de motu qui fit abſente eo quod cogit ideſt de illo qui eſt proiectio oſtendit tanquam hæc in uacuo fieri nequeat. Nam in pleno facta proiectione ea quæ proijciuntur, cientur, uel quia aer impulſus ab ipſius proijcientis impetu ſemper cædendo circum reſiſtit ipſi proiecto. Aer enĩ cum mobilior ſit eo quod proijcitur impellitur ante, & uim ſuam colligens circum reſiſtens impellit ea quę mouentur qđ cum aſſidue & perpetuo fiat motus continuus proiecti manet. Et donec ſenſim deficiat ille impetus aeris circum reſiſtentis hæc propria latio ſecundum naturam obtinebit eam. Huius quoque opinionis Plato fuiſſe uidetur, qui ſic in Timæo circum reſiſtentiam exponit. { Rurſus hinc igne decidente quandoquidem non exeat in uacuum proximus aer pulſus mollem adhuc humidam in ignis ſedes impellit & ipſam ſibi commiſcet. } uel ergo motus proiectorum ſic manet continuus uel q̃ aer ui delatus expellitur una ſimulque cũ ipſo proiecto, qui aer cum ſit facilior ad mouendum quam proiectum, quouſque habuerit uim impellentis expellit proiectum confluente ſimul collecto aere poſt ipſum ob uiolentiam motus & una etiam ſimul impellente. Equidem donec paulatim deficit uis in ipſo uis hanc latio deorſum ſecundum naturam obtinebit. Nam aer cum ſit ſuapte natura immobilis etiam ipſe eget quodam principio quo moueatur & feratur, & hoc accipit ubi primum proiectum dimiſſum eſt cum uiolentia. Et quemadmodum id quod tangit proiectum collectum defluit cum illo & poſt uiolentiam hoc faciens mouet id quod miſſum & proiectum eſt quanquam non ſit ſemper præſens qui primo proiecerit quouſque paulatim uiolenta & ſimul collecta latio durat. Sic ergo ipſius per plenum proiectorũ motus aſſignatur cauſa. At in uacuo nihil horum fieri poteſt. Neque enim ipſum quicquam impellere poteſt, neque circum reſiſtere alicui cum nihil ſit in uacuo. Verum cum dicat nihil horum in uacuo eſſe neque poſſe ferri in ipſo ſubiunxit. { Niſi ut quod uehitur. } indicans quod ſecundum modum proiectionis id quod fertur non poteſt ferri in uacuo, ſed ſi quicquam fertur forte uelut ea quæ uehuntur. Quod ſi hoc detur, uelut ergo in ipſo uacuo uehitur, uel in aliquo corpore, ſed in uacuo id fieri nequit. Nam inane ſi quidem nihil eſt, omnino imbecille & tenuiſſimum eſt. Quod ſi aliquod corpus ueheretur in uacuo & ui moueret quoniam quod mouetur etiam ipſum mouet patet quod uel ſecundum naturam mouetur, quod fieri non poſſe ſecundum naturam demonſtrauimus, uel ui, & ſi ui, uel proijcitur, & hoc fieri etiam non poteſt, uel rurſus ut id quod uehitur, & hoc abibit in infinitum. Sed quoniam ut diximus aliud eſt quod proiectu mouetur & ui, aliud uero quia preſens eſt mouens & cogens, & hoc erit uel impellens uel trahens, uel quod uehit, cogit, Sed communius eſt ipſum uehere, quoniam & trahens & impellens aliquo modo uehit, ob id quod uehit accipit pro omnibus. Sed quid prohibet etiam ipſa animalia moueri ſecundum proprium impetum in uacuo & alia corpora moueri ui, uel impellentia, uel trahentia, uel uehentia, uel proijcientia. Non enim dicenda ſunt animalia moueri ſurſum uel deorſum determinate ſecundum naturam, quare cum hæc non ſint in uacuo neque animalia

moueri poſſunt, uel cum ſit naturalis tractatio de naturali motu nunc eſt ſermo ſed non de illo qui fit præelectione, quia de illo libris de motu animalium diſputabit. Sed ea quæ proijciũtur & ſi ab animalibus proijciantur non præſente ſemper mouente, poſcunt tamen naturalem conſiderationem, quando quidem moueantur præter naturam.

T.69. Amplius nullus vtique poterit dicere, propter quid, qđ mouetur ſtabit alicubi. cur enim magis hic, quam ibi? Quare aut quieſcet, aut in infinitum neceſſe eſt ferri, niſi aliquid potentius impedierit.

Cõ.77. Cum prius oſtendiſſet quod ſi uacuum ſit, non eſt motus neque ille ſecundum naturam, neque ille præter naturam, nũc ut exiſtimo, oſtendit quod uacuo exiſtente non ſolum motus tollitur, ſed etiam ipſa manſio ſecundum naturam. Nam manſiones ſtationeſue corporum naturales fiunt in proprijs locis qui ſunt differentes. At uacuum indifferens eſt cur ergo hic magis quam alibi quod mouetur ſtabit cum ad quod & per quod motus ineſt corporibus, quare nulla eſt differentia in uacuo ſi quis poneret aliqua moueri in ipſo corpore in infinitum. neceſſe eſt moueri corpore, niſi quid fortius impedierit. Et ſi quieſcere diceretur, ſemper quieſcet. Si enim in hac parte uacui aptum eſſet quieſcere patet quod ſimiliter in omnibus. quare oſtenſum erit quod neque ſtare poteſt aliquod ſecundum naturam uacuo exiſtente. Etenim illud uel neceſſe eſt in infinitum ferri, tanquam ei ſtare non conueniat ſecundum naturã inferat. Quod ſi expoſitores hoc argumentum dicunt, qđ non erit motus ſecundum naturam in uacuo, propterea quod quæ cientur natura propria petunt loca, ſed non eſt peculiaris locus in uacuo ob indifferẽtiam. Sed puto melius quod prius ſublato motu nunc tollat ſtatonẽ, & hoc uerbis contextus magis conſonat, cum ſic incipiat argumentum. {Amplius nullus haberet dicere propter quid quod mouetur ſtabit alicubi.} Sed quid erit tale in uacuo, quod potentius poſſit impedire quære re pretermiſit tanquam manifeſtum ſit quod nihil eſt. Etenim illud uel ſecundum naturam manens uel præter naturam impediret. Secundum naturam non poteſt, aliter & ipſum impediens in infinitum abibit. Quod ſi quis diceret motum cogi & quod fertur ſtare iam diximus de hoc abſurdo.

T.70. Amplius autem, nunc quidem in vacuo, quoniam cedit, ferri videtur. in vacuo autem, prorſus ſimiliter tale eſt. quare, in omnem feretur partem.

Vndique intelligentias explodit quibus ſtatuunt uacuum.

Cõ.78. Et nunc ponentes uacuum cauſam quia cedit adducit. Et cauſam cur moueatur per aerem aliquid & per aquam, ſed per lapidem & terram minime, cauſam dixerunt eſſe, quia aer & aq̃ ſunt uacuo referta, lapides autem & lateres ſunt pleniora, ideo non cedunt. Inquit porro ſi poneretur uacuum infinitum quid dicent. Vbique enim ſimiliter cum cedat nullam præſtabit differentiam corporibus ut magis in hanc quam in illam partem moueantur, quare uel quocunque mouebitur uel nuſquã. Dicit autem Alexander, quod poſſumus uti hoc argumento contra Stoicos qui tradunt uacuum infinitum extra mundum continere. Cur enim infinito exiſtente uacuo eodem in loco manet in quo eſt & non fertur alio, uel ſi fertur, cur magis huc quam alio. Vacuum enim non habet differentias & ſimiliter ubique cedit. Quod ſi dicunt quia eodem reſpectu ſemper manet eodemque habitu continente ipſum perſeuerat, ne eius partes diſſipentur & diſpergantur ſi alio atque alio ferretur nihil certe efficiet habitus & adiuuabit. Erit autem his oſtenſum inquit quod uacuum neque ſic eſt cauſa motus uelut id per quod ſit ſiquidem poſitum in ipſo nequeat moueri ad neutram partem. Hoc autem patet quod ex prioribus argumentis concluſum eſt.


Amplius autem, & ex his manifeſtum eſt, quod dicitur. videmus enim idem pondus, atque corpus. velocius ferri, propter duas cauſas aut quia id differt per quod, vt per aquam, aut terram, aut aerem, aut quia id differt quod fertur, ſi alia ſint eadem, propter exceſſum grauitatis aut leuitatis. hoc igitur per quod fertur, cauſa eſt: quoniam impedit maxime quidem, quod contra fertur. deinde autem & manens. magis autem, id quod non facile diuiditur. tale autem eſt, quod craſſius eſt. Id autem in quo eſt A, mouebitur per B, eo in quo C, tempore. per ipſum autem D, cum ſit ſubtilius, eo in quo E. ſi æqualis eſt longitudo ipſius B, cum ipſo D, ſecundum analogiam impedientis corporis. Sit enim B quidem, aqua, D vero aer. quanto ergo ſubtilior eſt aer, aqua, & minus corporeus, tanto citius A, per D mouebitur. quam per B. Habeat ergo eandem rationem ſecundum quam diſtat aer ab aqua, velocitas ad velocitatem. Quare ſi in duplo ſubtilius eſt, in duplo tempore lineam quæ eſt ipſum B tranſibit quam quæ eſt ipſum D, & erit tempus in quo eſt C, duplum eius in quo eſt E. Atque ſemper quanto fuerit minus corporeum minuſque impeditiuum, ac melius diuiſibile id per quod fertur, citius mouebitur. Vacuum autem nullam habet rationem qua exceditur a corpore, ſicut neque ipſum nihil, ad numerum. Si enim quatuor excedunt tria vno, pluribus autem duo, & adhuc vnum pluribus quam duo, ipſum ſane nihil, non amplius habent rationem qua excedant. neceſſe enim eſt diuidi id quod excedit, & in exceſſum, & in id quod exceditur. quare erant ipſa quatuor, & id quo excedunt, & nihil. Quapropter neque linea punctum excedit, niſi componatur ex punctis. Similiter autem & vacuum, ad plenum, nullam poſſibile eſt habere rationem. quare, neque motum. Tex.71.

Nunc opportuniſſimas demonſtrationes adducit oſtendẽs quod non ſit motus in uacuo. Et cum ſint hac uia quatuor argumenta quæ concludunt ex deductione ad impoſſibile: Primum concludit quod erit motus ſubito & ſine tempore: Secundum concludit uacuum habere, proportionem ad plenum: Tertium quod non ſolum uacuum habebit rationem ad plenum ſed etiam eam quam habet plenum: Quartum denique quod eodem tempore id quod mouetur pertranſibit uacuum & plenum. Aſſumit ergo prius cauſas duas inæqualitatis motus. Nam cum ea quæ mouentur erunt ſimilia ſpecie, uelut ambo ſi fuerint apta ut deorſum ferantur uel ambo ſurſum & habuerint eandem figuram & motus ſit inæqualis, uel ſic ſit quia differt ſpatium quo uelut differt terræ ſpatium uel lutum cœnum, uel aqua, uel aer, atque ſi quicquam moueretur per id quod manet, uel per id quod contra mouet uel repellit, motum intereſt, uel ergo propter hoc cele- Com.79.


rius mouetur uel ſegnius, uel propter id quia quæ cientur quia non habent eundem fluxum naturalem, ut ea quæ ſurſum, uel deorſum feruntur modo habeant eandem figuratu ſed unum excedat aliud in grauitate ſiquidem ambo fuerint grauia, uel in leuitae ſiquidem fuerint leuia. Etenim omnia hæc cum eadem fuerint celerius mouebitur id quod plus ponderis habet, uelut ſi una ſphæra auri & alia argenti ambæ per aerem tranſirent. Sed hæc differenita paulopoſt conſtruetur. Nunc uero ſtatuens medium quo motus fit eſſe differens & aliud craſſius & aliud ſubtilius, & ob id fieri motus inæquales uidens infert abſurda ſequentia illos qui per uacuum fieri motum affirmãt. Ponatur ergo idem graue horæ unius curriculo per aerem ſi tiult & ſubtiliſſimum interuallum unius ſtadij pertranſire, igitur per uacum proficiſcens quantum temporis poſcit. Nam ſi forte in dimidio, erit ergo aer craſſior uacuo dupliciter, & ſi in tertia parte, uel decima, uel milleſima erit quidem ut tempus ad tempus ſic medium quo tranſit mobile erit tenuius uel craſſius. Sed nullam poſſumus inuenire proportionem medij pleni ad uacuum, nam quodcunque acceptum ipſum uacuum excedit, ergo nullo tempore accidit moueri per uacuum & tamen erit idem graue & eadem intercapedo, qua mouebatur per plenum in aliquo tempore definito, erit ergo motus ſine tempore, quod quidem fieri non poteſt ſiquidem omnis motus in tempore fit. Quod uero nullam rationem habeat uacuum ad plenum oſtendit per ſimilem habitudinem nullius ad numerum. Nihil enim non habet aliquam rationem ad numerum qua poſſit ſuperari ab illo, neque numerus dicitur excedere nihil. Hoc autem oſtendit accipiens nonnulla quæ ſe mutuo excedunt, & aſſignat regulam quandam eorum quæ ſeſe mutuo excedunt. Nam omne quod aliquid excedit diuiditur in id quod exceditur & exceſſum & componitur ex his. In quibus enim aliquid diuiditur ex eiſdem componitur, ſi ergo acceperimus numerum hunc quatuor qui excedat ipſum nihil patet quod ipſe eſt, componitur ergo ex quatuor & nihilo, ſed abſurdum eſt dicere partem ipſius numeri eſſe nihil & ipſum componi ex nihilo. Ob id autem inquit neque lineam punctũ excedere, quia non componitur ex puncto, neque punctum eſt pars eius. Oportet enim in eo quod excedit illud quod exceditur eſſe uelut partem eius & id quod excedit oportet etiam eſſe ſolum exceſſum. Vt ergo numerus non excedit nihil, neque rationem habet ad ipſum, ſic neque corpus ad uacuum neque erit compoſitum corpus ex ipſo uacuo & corpore, quare neque motus qui fiunt per ipſa neque tempora quibus motus menſurantur nullam habebunt proportionem. Neque enim prorſus in tempore erit motus per uacuum. Vnde ad oſtendenda hæc ut eius mos eſt facere ob exactiorem euidentiam elementis exponit rationem, & id quod mouetur graue per diuerſa ſpatia eſt a / & ea per quæ mouetur & tranſit denſius eſt b / & ſubtilius d / & tempus in quo per ipſum denſius uidelicet b / ipſum a / tranſit quod eſt magnitudo definita, ſit ipſum c / quando porro mouetur per d / quod eſt denſius b / ipſum a / tantum interualli pertranſibit quantum per b / moueretur in minori uidelicet tempore, & tantum in minori, quanto erat denſius b / quod impedit magis motum, & d / cum ſit ſubtilius minus impedit. Sed cum denuo uelit proportionem facere nominat corpora per quæ mouebatur. Et ponit loco b / quod erat craſſius, ipſam aquam, & loco d / quod erat ſubtilius aerem & dicit quod quanto aer ſubtilior eſt aqua & magis incorporeus id eſt minus impediens tanto per hunc citius mouebitur a, quam per aquam. His ergo primum concludit id quod fieri non poteſt uidelicet motum fieri ſine tempore. Si enim uacuum ad plenum nullam proportionem habet. Vt autem uacuum ad plenum per quæ motus fit, ſic motus ad motum & tempora quæ menſurant motus, quare etiam tempus ad tempus ut nihil ad numerum erit, igitur neque tempus erit. Omne enim tempus finitum ad omne finitum tempus habet aliquam proportionem, quoniam & numerus ad omnem numerum quare erit quidam motus per uacuum repente & ſine tempore uel ſi fuerit in aliquo tẽpore, erit quidam motus ad motum & tẽpus ad tempus finita ſine aliqua proportione, quod fieri nequit. Et hoc mihi uidetur quod fieri non poteſt Ariſtotelem concludere in calce uerborum quibus hæc inquit. { Similiter autem & uacuum ad plenum nullam poteſt habere rationem quare neque motum. } Quod uero cum motu & tempus aſſumat, patet ex his quæ dicenda ſunt.

Sed ſi per ſubtiliſſimum in tanto tempore tanto motu fertur per vacuum omnem exuperat rationem. Sit enim F vacuum æquale autem magnitudine ipſis B & D. Ipſum ergo A ſi tranſibit & mouebitur, quidem in quodam tempore eo ſcilicet in quo eſt G, in minori autem quam in quo eſt E, & hanc habebit rationem vacuum ad plenum. T.72.

C6.30. Cum oſtendiſſet primo argumento quod uacui ad plenum non eſt proportio ex hoc concludit, quod ſi eſt motus per uacuum, quod motui & tempori accidit fieri non poteſt uidelicet ſequeretur hoc quod fieri non poteſt, non eſſe proportionem motus finiti ad finitum. Nam hoc accidit, quare neque motus erit, neque motus erit in tempore. Sed nunc dicit quod motus in uacuo nullam habebit proportionẽ neque ad illum qui fit per ſubtiliſſimum medium quod qui fit per inane ſubito fit & ſine tempore, & ea abſurda quæ ſequuntur eos qui ſic dicunt, adducit. Et Alexander hoc. { Si per ſubtiliſſimum in tanto tempore tanto motu fertur per uacuum omnem exuperat rationem. } inquit eſſe concluſionem prioris argumenti iam facti, & nunc a propoſito incepit ſcilicet ab hoc. { Sit enim f / uacuum. } Sed melius aſſerendum eſſe illum minime dicere hæc uelut principium. Sin autem, quomodo recte poneretur illa, coniunctio / enim, ſed per hæc oſtendit quæ accidunt his qui ſtatuunt motum in uacuo eſſe temporaneum, & fatentur eſſe proportionem motus & temporis. Sequitur equidem econtra uidelicet eſſe proportionem uacui ad plenum, quod quidem fieri nequit. Eo enim quod nulla eſt proportio uacui ad plenum, nec motuum eſſe nec temporum ſequitur, eodem modo ſequitur quod ſi proportio eſt motuũ & temporum, etiam ſit proportio uacui ad plenum. Qui enim ſtatuit in tempore finito fieri motum per uacuum & eandem proportionem, accipit in ipſis temporibus motus & eorum per quæ motus fit, in his concludit id quod fieri nequit, quia habebit uacuum ad plenum proportionem quam tempus habet ad tempus quod eſt dictu quam habet numerus ad numerum, & non ſolum hoc, ſed quia etiam habebit uacuum ad plenum proportionem, quam habet plenum ad plenum. Sit enim inquit uacuum ipſum in quo f / æquale ſecundum magnitudinem ipſi b / quod erat aqua, & ipſi a, quod erat aer, & ipſum a / moueatur in aliquo tempore per ipſum f / uacuum uerbi gratia g / patet quidem tempus hoc g / breuius eſſe ipſo, e, in quo ipſum a / per d / quod erat aer mouebatur, nam ponebatur in hoc per hunc tranſire, quam ergo proportionem




proportionem habet tempus g/ad tempus e/eandem habebit etiam uacuum ad plenum. Vt enim ſubiecta ſpatia per quæ motus fiunt inter ſe, ſic etiam motus & tẽpora motuum ſunt,& econtra, ut tẽpus ſe habet ad tẽpus,ita ſubiectum ſpatium ad alterum ſpatiũ .quare ſi detur proportio finiti ad omne finitum eſſe, etiam erit proportio inanis, ad plenum , quocirca [illegible] hæc. { Et hanc habebit rationem plenum ad uacuum, } tanquam haud fieri id poſſit, quoniam nulla eſt proportio numeri ad nihil ut prius demonſtrauimus.



Sed in tempore quantum eſt, in quo eſt G, ipſius D, A tranſibit lineam K.

Cõ.81. Eiſdem poſitionibus & petitionibus tertium quod fieri nequit, concludit uidelicet in æquali tempore quod mouetur per/ tranſibit plenum & inane, ut a/in tempore g/in quo per f/mouebatur & per plenum aliquod mouebitur. Si enim in ipſo tẽpore e/ per ipſum d/totum mouebatur in ipſo g/quod eſt breuius multo ipſo e. Nam breuius eſt, ſiquidem in g/ per f/ uacuum æquale ipſi d/ mouebatur etiam ipſum mobile a/aliquam partem d/pertranſibit in eodem tempore g, ſit ergo illa pars h/& patet concludi, breuibus quidem & euidenter ipſum mobile a/in eodem tempore hoc uidelicet g, uacuum f/ pertranſiſſe,& ipſum h/plenum quanquam non ſint æqualia hæc in longitudinem.



Cæterum Alexander, tradit Ariſtotelem cum duxerit rationem ad hoc prætermiſiſſe oſtendere illud abſurdum quod ſequebatur. Erat autem hoc æqualem proportionem habere uacuum ad plenum, quam habet plenum ad plenum. Vt enim tempora inter ſe uidelicet g /ad e/ ſe habent, ſic etiam ſe habebit h/pars ipſius d/ad totum d, ſed quam proportionem habet tempus g/ad tempus e/eandem habet uacuum f/ad plenum d, ſed quæ ad eadem habent proportionem eandem, & inter ſe habent proportionem, igitur quam proportionem tenet h/ pars ipſius aeris ſcilicet d, eandem etiam obtinebit uacuum f/ad plenum d. Quam ergo plenum ad plenum proportionem retinet, hanc etiam habebit uacuum ad plenum . Sed hæc quidem Alexander, inquit, niſi forte & concludatur hoc abſurdum dictũ ab ipſo. Sed Ariſtoteles nõ palam abſurdum hoc & id quod fieri non poteſt concluſit uidelicet, in æquali tempore aliquid plenum & inane pertranſire. Et dicit paulo-poſt proceſſu uerborum. { Accidet hoc impoſſibile. } Nam in æquali tempore daretur quicquam pertranſire plenum & uacuum. Erit enim aliquod corpus proportionem habens alterum ad alterum, ut tempus ad tempus, idem dicit quod pauloante ꝯcluſum eſt. Propterea.n. q̃d hęc pars h/magnitudinis d, hoc etiã tp̃e g/erit pars ipſius tp̃is e/ꝑꝑ hoc etiã idẽ eſt in quo ip̃m a/pertrãſit ip̃m uacuũ f/& ip̃m plenũ h . Quod ſi quis exiſtimaret nihil abſurdi concludi quia maius eſt uacui f/ interuallũ ipſo interuallo h/ is ſciat, quod etiam Ariſtoteles non æqualitatem uoluit concludere, ſed proportionum ſimilitudinem. Nam quia demonſtrauit prius quod uacuum ad plenum nullam ꝓportionem habet, uelut neq; ipſum nihil ad numerum, merito nunc uelut abſurdum concluſit aliquid in æquali tempore pertranſire plenum & uacuum.

Tranſibit autem, ſi etiam ſit quippiam ſubtilitate differens ab aere, id in quo eſt F, ſecundum hanc proportionem quam habet tempus in quo eſt E, ad tempus in quo eſt G. Si enim ſit tanto ſubtilius corpus in quo eſt F, ipſo D, quanto exuperat E, ipſum G, econuerſo tranſibit velocitate in tanto quantum G ipſum F, ipſum in quo eſt A, ſi feratur. ſi ergo nullum ſit corpus, in ipſo E, adhuc velocius. ſed erat in ipſo G. Quare, in æquali tempore tranſibit & quod plenum eſt & vacuum. ſed impoſſibile eſt. Manifeſtum eſt igitur quod ſi erit aliquod tempus in quo per vacuum, quoduis feretur, accidet hoc impoſſibile. in æquali enim accipietur, aliquid & quod plenum eſt tranſire & vacuum. erit enim aliquod analogum corpus alterum ad alterum, vt tempus ad tempus. Vt autem in ſumma dicam, manifeſta eſt eius quod euenit cauſa: quia motus quidem omnis ad motum eſt proportio (in tempore enim eſt) temporis autem omnis eſt ad tempus, finitis vtriſque. vacui autem ad plenum, non eſt. Quatenus igitur differunt ea per quæ feruntur, hæc contingunt. Tex.73. Tex.74.

Per hæc, inquit Alexander, addit, quod quanquam tantum differat in ſubtilitate à medio d/ quantum tempus e/ excedit ipſum g/ ipſum a/ in tempore g/ tantum illius corporis ſubtilis pertranſit quantum ipſius d/craſſioris in tempore/e. Ponit autem nunc ipſum f/ quod quidem prius uacuum ponebat, corpus ſubtilius ipſo corpore & ſpatio d. Si enim eſſet tantum f/ſpatium corporeum ipſo d/ſubtilius, quantum excedit e/tempus ipſum tempus g/econuerſo tranſibit corpus quod exuperat in ſubtilitate in tempore quod exceditur, et corpus quod ſuperatur in ſubtilitate in tẽpore excedente. Nam in longiore tẽpore craſſius,& in minore ſubtilius. Et Alexan. recte expoſuit ad unguẽ eorum quæ dicta ſunt, ſed quã opportunitatẽ ꝓpoſitis & utilitatem afferant hęc non dixit. Exiſtimo tamen hęc nõ Com.82.

dici uelut addita. Inquit etiam hanc rõnem non habere neceſſitatem, quoniam non eſt accipere aliquid tanto ſubtilius ipſo d/quãtum tempus e/excedit ipſa tempus g/ imo neq; poteſt eẽ aliquod principiũ ſubtilius ipſo d. Verum poteſt eſſe ſubtilius ipſo, ſed non tanto quidem, quanto tempus e/excedit tẽpus g/ & inquit ſe omnia prædicta exiſtimare cum ſint hoc modo ualida eo cõtendere & huius gratia dici ac ſi debilia eſſent, ut expoſitores aiunt, ſed hoc non eſt eorum qui ſequuntur demonſtrandi uiam & normam neq; eorum qui rem intelligunt, quia hoc additur ex petitione iam habita & non uelut neceſſarium, ideo etiam ſic dixit. { Si etiam ſit quippiã ſubtilitate differẽs } oſtendens q̃d nõ neceſſe eſt eſſe, quod ſi fuerit, hæc proportio ſeruabitur. Etiam quando dicitur quod non omnino eſt aliqd' corpus ſubtilius ipſo d/merito dicitur. Niſi forte Ariſtotelea cũ ſtatuat ipſum d/eſſe aerem, & partem eius eſſe h/& f/uacuum accipiat, uelit deducere rõnem uſq; ad ſubtiliſſimum illud qd' eſt proximum uacuo ob ſubtilitatem, ut etiam oſtendat plane proportionem & tradat intelligentiam huius diminuendo ſem per gradatim & ſenſim ipſum tempus, quia ſi quidem erit motus per uacuum, nõ erit in tempore. Si enim & minimi temporis in quo ſubtiliſſimum pertranſit celerior et breuior debet eẽ ea pars in qua uacuũ eſt, patet quod neq; tempus erit. Iccirco exiſtimo ſubiunxit hoc de uacuo. { Si ferat. } Quocirca ſi ſubtile erit, moueretur per ipſum a/in tempore e. ſi autem fuerit uacuum neq; mouetur. Præterea ſi ſupponatur prorſus moueri per ipſum uacuum f/propoſitum abſurdum euidẽtius concluditur. Nam in minori tempore mouebitur, quam erit in ipſo g/ motus factus per uacuũ f/in quo & per corpus quæ eſt h/pars ipſius d/quare inæquali tempore pertranſit plenum & uacuũ, quod quidem fieri non poteſt. Et cauſam huius impoſſibilis induxit. Si enim in aliquo tempore mouetur quoduis per uacuũ, accidet in æquali tẽpore aliquod plenum pertranſiri & uacuũ, propter quod diximus etiam prius. Vt ſe habet d/ad h/ita ſe habet e/ad b/& uelut ſe habet e/ad g, ſic etiam erit ipſum d/ad f/ ergo uelut d/ad h/ita d/ad f/igitur f/uacuum ad ipſum d/plenũ habebit proportionẽ, quã habet h/plenum ad d/plenum & inæquali tempore pertranſibit aliquod inane & plenum, quod quidem abſurdum & ſi inæqualia fuerint. Quod uero hæc oĩa abſurda ſequantur ex eo, quia in aliquo tempore per uacuum motus fit ipſe indicauit dicens. { Manifeſtum eſt igitur quod ſi erit aliquod tempus in quo per uacuum quoduis feretur, accidet hoc ĩpoſſibile, } ideſt ſi ſtatuatur aliquid per uacuũ moueri in tempore. Sed cur ſequantur abſurda hęc poſitionem dicentem aliquid moueri per uacuum, pulchre deinceps adiecit. Si enim eſt aliqua proportio motus ad motum, & temporis ad tempus cum ambo finita eſſe uideantur, & uacui ad plenum non eſt, patet quod motus per uacuum erit ſine tempore. Qd' ſi quis in tempore ſtatueret motum per uacuum, quia tempus habet proportionem ad tempus. Vt autem tempora in quibus motus fit, ſic ſunt media per quæ fit motus, inane igitur habebit proportionem ad plenum quam habet plenum ad plenũ, & mouebitur in ęquali tempore aliquid per uacuum et plenũ. Hæc igitur ſunt abſurda quæ ſequuntur, & ob hanc differentiã illorum per quæ cientur ea quæ feruntur, quæ differẽtia eſt ob conſtitutionem, ſed facilius ex altera quæ eſt ſecundum ęq̃lem motum uacuum tollitur. Non enim æque pertranſiri poteſt uacuum, quia neq; prorſus pertranſitur. Niſi forte quis poneret uacuum ſeparatum & diceret motum fieri per uacuum, qui forte non incideret in abſurda prædicta neq; in aliquod inferendum. Datum enim ſit quo ad uacuum ea quæ mouentur æquali moueri uelocitate, & ſit differentia propter corpora in uacuo quibus expulſis uel celerius uel ſegnius mouebũtur neceſſario ea quę feruntur. Si ergo fuerit aliquod craſſum & difficile ut diuidatur, uel quod non facile impellitur, & econtra in æquali uelocitate motus ſuccedet & tamen omnis fit per uacuum. Adducitur quoq; differentia ut ipſe dixit, & dicet ob ea quæ mouentur ſi plus momenti habuerint quædam, & nonnulla minus. Vt enim in alijs uirtutibus, ſic etiam corpora habent differentiam quo ad momentum, et ſic motus non erit ſine tempore & ſubito neque uacuum habebit proportionem ad plenum, quia motus non fit per uacuum quieſcens aliquãdo neq; per id quieſcens quod facile diuidi poteſt, & per quod celerius aliquid mouetur & fertur, ſed etiam ob propriam uirtutem. Quod enim motus non ſit per uacuum interuallum, hinc quis probaret, ut diximus in libris de loco, ſed quia omne quod mouetur ex aliquo in aliquid cietur, igitur illa intercapedo huius unde diſcedit, & huius quo peruenit motus uel inane eſt, uel interuallum inter corpus ut aerem, ſed illud ut aeris ſimul cum aere cœdit, quomodo ergo id quod mouetur pertranſit ipſum interuallum quod non eſt, item quomodo id quod non eſt menſurabitur.

Secundum autem eorum quæ ferũtur exceſſum, hæc. Videmus enim ea quæ maius momentum habent aut grauitatis aut leuitatis, ſi quo ad alia ſimiliter ſe habeât figuris, citius ferri per ęq̃le ſpatium, & ſecundum rationem quam habent magnitudines adinuicem. Quare & per vacuũ. Sed impoſſibile eſt. Propter quam enim cauſam, ferentur velocius? in plenis enim, ex neceſſitate. velocius.n. diuidit fortitudine, maius. Aut enim figura diuidit, aut momento quod habet, id quod fertur, aut proiectum eſt. Aeque velocia ergo, omnia erunt. ſed impoſſibile eſt.

Cum duæ dictæ ſint cauſę inæqualitatis motus, una ſecundum diſcrimen illorum quibus motus fit, ſi aliud fuerit craſſius & ſolidius, & alterũ ſubtilius & penetrabilius, uel hoc quidem quieuerit, & illud cõtra feratur, & alia eſt ſm differẽtiam eorum quę mouentur. Sed cum plures ſint cauſæ inæqualitatis. Etenim eſt figura & momentum uel illa ob conſtitutionem conſtantiamue uel illa ob magnitudinem quando fuerit differens. Etenim aurum eſt maiore ligno ponderoſius, & bolus maior breuiore, quæ cum omnia alia ſeruant eadem, tamen mutant momentum in corporibus, oſtendit hoc modo ſequentia abſurda contra eos qui aſſerunt motum fieri per uacuum. Nam cum alia eadem ſint, quæ maius uel leuitatis, uel grauitatis momentum habent, hæc ipſa plane uideo uelocius moueri deorſum uel ſurſum. Verbi cauſa ſi duæ ſphæræ, altera auri, & altera argenti æque magnitudinis, & dimittantur, celerius deferetur deorſum illa auri. Idem ſimili modo fiet in uacuo ſi quicquam per uacuum moueretur. At hoc in uacuo non accidit. Quæ enim eſſet cauſa in uacuo ut hoc celerius, illud uero ſegnius moueatur. In pleno enim ponderoſius ocius diuidit ſpatium, ſed in uacuo nulla huiuſmodi cauſa locum habebit. Ibi enim non eſt aliquod diuiſum. Aequa igitur uelocitate ea quæ cientur quanquam differant quo ad momentum, ſed hoc fieri nequit. Nam ſubſtantia eius quod ponderoſius eſt dicitur eſſe deorſum ferri. Verum Alexander hoc in contextu. { Simul autem impoſſibile eſt } pro hoc ſcribit { Sed impoſſibile } & exponit, uel quia non poteſt ſimul leuius & ponderoſius ferri, uel quia accidit ut quod maius pondus habet ob ſuam naturam celerius neceſſario moueatur deorſum, ſed per uacuum non celerius moueri. Hæc autem ſimul concurrere atq; conſiſtere nequeũt. Cæterum cum ſubiungit, { Secundum rationem quam habẽt magnitudines adinuicem. } indicat corpora quę feruntur, quæ mouentur ſecundum eam proportionem quam habent inter ſe quo ad momẽtũ. Tanto enim celerius uel ſegnius mouet, ut ſi dupliciter ponderoſius, dupliciter celerius ideſt in dimidio tẽporis deuol-

uetur

C6.s.

uetur deorſum. Sed neque hi qui uacuum introducunt cauſam differentiæ ob figuram aſſignabunt. Quæritur enim cur ferrum latum, quam plumbum magis ſupernatat in ſuperficie aquæ, ſed in anguſtum & gibboſum aut longum minime, & ſi ualde paruum fuerit. Et nonnullis quidem facillimum eſt dicere, quia lata propterea quod plus aeris comprehendunt, quã aquæ quibus infunditur, idcirco non celeriter deorſum feruntur, non enim diuiditur ſpatium ob acuitiem figuræ, at aliter figurata parum aeris capiunt ideo celerrime quo fluxerit ſpatiũ ſubiectum etiam rapiuntur. Sed hi qui uacuum aiunt, hãc cauſam afferre non poſſunt, porro ex his inquit Alexander, contra Epicurum dicendum eſt, & forte non minus contra Democritum & Leucippum & ſimpliciter contra principes ſectarum, qui aſſerunt inter abſurda, quæ dicunt etiam uacuum, quia ſi inæqualiter atomi in ipſo uacuo ferantur cauſas huius lationis inæqualis illi dicere nequeunt. Nihil enim confert ipſis magnitudo, uel grauitas, uel figura ad celeritatem. Quod ſi æqualiter nunquam altera recipiet alteram, neq; mutuo ſeſe formabunt, uel complectentur, neq; enim figurarum eius differẽtia poteſt efficere inæqualem ipſorum differẽtiam. Etenim figuræ quod diuidunt, uel non diuidunt, efficiunt inæqualem lationem. Sed in uacuo nihil eſt diuidendum, quare neq; erit ortus alicuius ſecundum ipſos. Niſi forte hoc abſurdum illis accidat, ſi diceret ſemper moueri atomos. Si enim quieſcunt & æque mouentur ſe mutuo comprehendent. Sed ſi quis quærit cur non poteſt æque moueri ponderoſius cum eo quod eſt minus graue, facilius dicendum eſt, quod ſi additio ponderis non facit motum celeriorem, neque principio cauſa erit motus deorſum in uacuo ipſum pondus. Quod enim additum non intendit neq; augebit motum, hoc neq; principio cauſa motus erit, ſi uero momenta in corporibus ſunt cauſæ motus in uacuo, neq; mouerẽtur in ipſo initio corpora in uacuo, neq; enim eſt quædam alia cauſa lationis naturalibus corporibus, præter eam quæ eſt proprij momenti. Item inquit Alexander, quod ſi omne corpus. Etenim inquit Alexander ſi uidetur Epicuro omne corpus habere pondus, & ob pondus moueri corpora per uacuum, accidit ut ea quorum pondus eſt cauſa motus, habeant cauſam celerioris motus ipſum maius momentum, ſed hoc in uacuo fieri non poteſt, neq; ob pondus moueretur in eo, ſi uero non ob hoc, nec penitus cieretur. Quod ſi hæc quiſpiam audiuerit dicet ſtatim exiſtimo, quod ſi quidem eſt momentum cauſa motus corporum, & plus momenti eſt cauſa celeritatis, cur non mouebuntur corpora per uacuum. Si enim haberet aliquid quo facile uel non facile diuideret, illud etiam per quod motus fit ad illud quod celerius, & tardius quæ ſunt differentiæ motus haberet, ſed hæc non eſt cauſa momenti, ſed cum fuerit illa differentia, addit aliquid differentię momenti ſecundum naturam, & erit bene diuiſile uel non. Vt enim aliæ qualitates ſimiles genere in maioribus ſunt maiores, ſic etiam cõſentaneũ eſt, ut habeant momẽtum. Et generatim momentũ eſt magis cauſa diuiſionis, quam diuiſio momenti, & ſi alicubi ſpatia ſubiecta aliquid impedierint & alicubi minime.

T.75. Quod igitur, ſi vacuum eſt, accidit contrariũ illius propter quod probant, dicentes eſſe vacuũ, ex dictis manifeſtum eſt. Hi igitur putant vacuũ eſſe, ſi erit ſecundum locum motus, ſeparatum ſecundum ſe. Hoc autem idem eſt, ac ſi dicamus locum eſſe quid ſeparatum. Hoc autẽ quod impoſſibile ſit, dictum eſt prius.

Cõ.84. Qui uacuum introducunt uelut quoddam neceſſarium motui introducunt, quia per plenum quicquam moueri non poteſt, ut corpus per corpus procedat, ideo & rationem interrogabant connexam dicentes. Si eſt motus, uacuum quoque eſt. Sed ipſe contrarium pluribus demonſtrauit. Quod ſi eſt inane ualeat motus oportet. Sed ad memoriam reuocat eam demonſtrationẽ quæ dicta eſt de loco ubi probabatur locum non eſſe aliquod uacuum ſeparatum. Nam eadem ratio etiam nunc congruet. Illa autem concludit quod locus mouebitur & quod multi loci ſimul erũt. Cum ergo dicat. { Hi igitur putant uacuum eſſe. } non ſtatim aſſignauit illud, ſed cõtradixit his prius & ideo de alijs ponẽtibus uacuũ addit dicens. { Sunt autem quidam qui per uacuum & denſum. }

At vero per ſe conſiderãtibus, videbitur vtiq; dictum vacuum, per quam vere vacuũ. Vt enim in aqua ſi ponat aliquis cubum, cedet tanta aqua quantus eſt cubus, ſic & in aere, ſed ſenſu immanifeſtum eſt. Atq; ſemper itaq; in omni corpore habenti translationem, in quo eſt aptum natura transferri, neceſſe eſt, niſi condenſetur, cedere aut deorſum ſemper, ſi deorſum latio eſt vt terrę, aut ſurſum ſi ignis, aut ad vtraq; vt aer, ſiue quodcunque aliud ſit impoſitum. in vacuo autem, hoc quidem impoſſibile eſt. non enim, corpus eſt. Per vacui autem æquale ſpatium tranſiuiſſe videbitur, quod quidem erat & prius in vacuo. tanquã ſi neque aqua cederet ligneo cubo, neque aer, ſed omnia tranſirent per ipſum. At vero & cubus tantam habet magnitudinem, quantum occupat vacuum. quæ etſi calida eſt aut frigida, aut grauis aut leuis, nihilominus ratione, altera ab omnibus paſſionibus eſt, etiam ſi ſeparabilis non ſit ab illis. dico autem, lignei cubi molem. quare & ſi ſeparetur ab omnibus alijs, & neque leuis, neq; grauis ſit, occupabit æquale ſpatium, & in eadem erit & loci & vacui parte æquali ſibi. quid ergo differet corpus cubi, ab æquali vacuo, & loco? & ſi duo talia, propter quid & nõ quotlibet in eodem erunt? Vnum igitur hoc, inconueniẽs & impoſſibile eſt. Tex.76.

Cõm.85. Magno uſus eſt docendi ordine. Etenim prius diſſoluit rationes, quæ uidebantur probare uacuum, deinde, quod non ſit motus cauſa demonſtrauit, & ob id neque prorſus eſt, ſiquidem ob id prætermiſſum ſit & tunc in contrarium conuerterat rationem. Cum enim illi dicerẽt. Si eſt motus eſt uacuum, ipſe multis argumentis demonſtrat, quod ſi eſt inane non eſt motus, & deinceps ipſam quæſtionem per ſe proponens argumentatur, & oſtendit quod inane non eſt, & rurſus deducit rationem ad impoſſibile, uidelicet. Si eſſet uacuum corpus per corpus procederet, & penetraret. quod illi euitare uolentes uacuum eſſe ſtatuerunt. Nam quando aliud corpus in alio corpore poneretur, ceu cubus lapideus in aqua uel in aere, neceſſarium eſt ut illud quod prius erat cedat ingredię̃ti, uel ſurſum ſi ignis fuerit, uel deorſum ſi terra, uel in medium ſi fuerit aliquod elementum intermedium, & neceſſe eſt ut tantum diſter extendatur & cedat quantum eſt moles eius quod ponitur. Hoc autem in aliquibus ſtatim manifeſtum eſt, ut in lapideo cubo iniecto in aquam. Nam tanta moles effluet aquæ & cedet, quanta eſt illa cubi. Sed in quibuſdam non eſt ſenſui perſpicua illa receſſio & receptio, quia occupatur aliquibus ædificijs. Nam in ipſis aqueis fiſtulis tibijſue, quando fuerint plenæ aqua quando infunderetur aqua, quædam linguæ fiſtularum uel tubarum foraminibus additæ per quæ exit ſpiritus ob ſtrepitum conuincunt exitum aeris per eadem foramina. Quod ſi nullum exitum habet id quod additum atque impoſitum corpus, cogeretur autem uel alterum ingredi, uel impoſitum corpus denſaretur in ſeipſo, & craſ-

ſius fieret contractum ut iniectum tantum capiat uaſis, quantum conſtrictio prioris mollis & magnitudinis contracta eſt, uel potius rumperetur uas q̃ alterum corpus reciperet. Cum ergo hæc euidenter appareant quid dicemus in uacuo accidere, quando in ipſo aliq̃d corpus poneretur nunquid ęqua molles uacui diſtaret aut cederet? Sed hoc ridiculum eſt, ſiquidem ridiculum eſt impoſſibile. Id enim quod eſt diſtat & cedit & non ipſum quod nihil eſt. Item quomodo manebit? Equidem non pertranſibit ęquum ſpatium uacui per cubum, quare ſi nihil omnino eſt inane nos quæſitum habemus. Quod ſi habet aliquam naturam tribus dimenſionibus cõſtans, quomõ pertranſibit per alterum tale interuallum. Hoc enim æque abſurdum eſt, uelut ſi aqua non cadẽs penetraret & procederet per cubum lapideum. Cur enim hæc prohibentur ut nequeat unũ per alterum procedere & in eodem loco eſſe in quo eſt alterũ, & uacuum non? An forte quia hæc cum calida/alba/ponderoſa/uel plena quibuſdam alijs affectionibus & accidẽtibus ſuis referta hoc facere nequeunt, & uacuum talibus priuatur? Niſi etiam hoc abſurdum opinentur. Nam cõfutatum eſt prius q̃d corpora locum occupant ſecundum ſolas dimẽſiones, quibus etiam cum partes diſtent poſitione indigebant. Nam & ſi dimenſiones inſeparabiles ſint ab alijs accidentibus, tamen dimenſiones quatenus tales ope rationis poſſunt ſeiungi & ſeparari. Lapis ergo non quia albus uel niger, uel grauis tantum loci occupat, ſed quia tantum eſt ſpatium tantaque eſt dimenſio quãquam feratur in hunc locum ob grauitatem, ſed quando in loco fuerit ſecundum mollem eſt in loco. Hanc enim ſolam earum quæ inſunt cubo magnitudo cubi ſequitur, quare & ſi ſtatuatur cubus lapideus ab omnibus alijs accidentibus ſeparatus & ſolæ dimenſiones ſint in eo nihil minus æqualem locum occupabunt, quantum etiam occuparet cum illis accidentibus & affectionibus, quomodo ergo differet cubi dimenſio ab illo uacui & loci æquali, & ſi duæ tales ſunt in eodem cur non plures & infinitæ. Vnde concludendo rationes quiſpiam uidebit neceſſitatem demõſtrationis. Si enim eſt corpus in uacuo & ſpatium, dimenſioque erit in dimenſione, & molles in molle erit & corpus in corporibus. Alia enim accidentia nihil prohibent cum ſint incorporea, quin unum procedat per alterum & penetret. Si ergo fieri non põt, ut corpus ſit in corpore, etiam fieri nõ poteſt ut ſit in uacuo. Dixit aũt uere uacuũ, quoniam demonſtrabit illud nullam utilitatem conferre.

Tex.77. Amplius autem manifeſtum eſt, quod hoc, cu
bus habebit etiam cum transfertur, quod & alia
corpora omnia habent. quare ſi a loco nihil diffe
rat, quid oportet facere locum corporibus pręter
vniuſcuiuſq; mollem, ſi impaſſibilis molles eſt. ni
hil enim confert, ſi alterum circa ipſum æquale
Tex.78. ſpatium huiuſmodi ſit. (Amplius oportet mani
feſtum eſſe quale vacuum ſit in his quę mouent̃.
Nunc autem nuſquam infra mundum. aer enim
aliquid eſt, nõ videtur autem neq; aqua. ſi eſſent
piſces ferrei. tactu enim fit iudiciũ eius quod tan
Tex.79. gitur.) Quod igitur non ſit ſeparatum vacuum,
ex his manifeſtum eſt.

Com. 86. Secundum hoc argumentũ ponit ad idem tendens. Si enim dimenſio in unoquoq; ſeparata ope rationis à cęteris affectionibus ideſt accidentibus, nihil certe differret à uacuo. Equidẽ corpora quæ mouentur, & transferuntur cum proprijs dimenſionibus mouentur cum oportet ut corpora alias dimẽſiones adipiſcantur. Si enim quatenus interuallum & habens dimenſionem altero eget interuallo, q̃uo etiam uacuum non egebit alia, & illa alia & ſic infinitum progredimur.

Sunt autem quidam, qui per rarum & dẽſum putant manifeſtum eſſe quod eſt vacuũ. Si enim non eſt rarum & denſum, neq; coire & denſari poſſibile eſt. ſi vero hoc non ſit, aut omnino motus nõ erit, aut totum fluctuabit, vt dixit Xuthus. aut in æquale ſemper mutari aerem, & aquam oportebit. dico autem, vt ſi ex aquę cyatho factus eſt aer, ſimul ex æquali aere, tantam aquam fieri, aut vacuum eſſe neceſſitate. coarctari enim ac dilatari, non aliter contingit.

Eorum qui uacuum aſſerunt alij illud per ſe ſeparatum dicunt, uelut per omnia corpora penetrans & partim idem faciẽ tur habere ſuum corpus & partim non habere, quod quidem proprie uacuum dicebant, uelut ſe habet locus, alij uero aiunt illud diſperſum in corporibus und q; ſecundum quoſdam paruos meatus. Cum ergo dixerit cõtra priorem opinionem, nũc proponit reliquam, primam opinionẽ dixit tum quando dixit. Cõ. 87.
{ Sunt ergo qui putant uacuum eſſe ſiquidem erit ſecundum ”
locum motus ſeparatum per ſe. } Sed aliam opinionem nunc ”
adducit dicendo. { Sunt autem quidam qui per rarum & den ”
ſum putant manifeſtum eſſe quod eſt uacuum. } Nam hi cõfeſſi ſunt raritatem & denſitatem eſſe & ſi hæc ſunt uacuũ ſit oportet, & iam contradixit huic rationi. Hæc enim erat una rationum quatuor quas principio poſuimus ponẽtium uacuum quam oportet ſecundum ueritatem ſoluere. Nam alij introducunt uacuũ per ſe ſeparatum ex motu, alij diſperſum ob raritatem & denſitatem, nunc autem diligentius multo ponit probationem rationis et deſtructionem adducit. Non enim ſolum hi aſſerebant ſublato uacuo tolli raritatem & denſitatem, ſed quaſi non eſt inane, non eſt etiam raritas & denſitas. Quod ſi non eſt raritas & denſitas, prorſus motus non erit, neque enim erit motus ſecundum locum, neq; ſecundum auctionem, neq; ſm alterationem, & ortum. Dicunt enim illum ſecundum locum non aliter fieri quam contractis & denſitatis corporibus præbentibus cedentibusq; locum his, quę mouentur, quemadmodum cedunt nõnulli alij ubi eſt maxima frequentia hominum & multitudo. Et ea quæ augentur & extenduntur ſecundum mollem denſis alijs & contractis in ſua uacua accipiũt locum in extenſione, immo etiam facta maiora ex minoribus & occupantia maiorẽ locum quędam fiunt denſatione & contractione. Sed condenſatio non eſt niſi uacuum ſit inſperſum corporibus. Et generatim ſi non fuerit raritas, non poterit aliquid ex minore fieri maius. Equidem raritas uacui eſſe nequit niſi uacuum recipiat corpora. Item neque alteratio fieret ſine motu ad locum. Oportet enim ea quæ mouentur uelut alterans & id quod alteratur proxima eſſe. Dixerunt ergo quod ſi non eſt inane, non erit raritas nec denſitas, quæ ſi non fuerint, non eſt motus, ſi uero non fuerit raritas nec denſitas & erit motus neceſſe erit ut uniuerſum fluctuet ut inquit Xuthus Pythagoricus & ſuper effundetur latius & extendetur uelut mare undis diffunditur uſque ad litus & ſupernatat ei. Hoc igitur accidere aiunt propter ea quæ mouentur in rectum & expellunt quæ appoſita ſunt, & ea quæ augentur ſimiliter quia non eſt denſatio, cuius ope locus eſt his quæ accidunt, in his enim ſolis quæ mouentur in orbem fit tranſmutatio, quia in his ſolis recipiunt circum reſiſtentiam & quando aliquod denſatorum corporum mutaretur in illud quod magis rarum eſt, rurſus neceſſe eſt ut ſuper effundatur & ea ſuperna effuſio nõ fieret rurſus niſi eſſet uacuum ſeparatum uidelicet extra mundũ, quare ratio rurſus in eadem cadit. Sublato enim uacuo tollitur cõſtrictio & denſatio, qua ſublata uacuum introducitur, quandoquidẽ uniuerſum non fluctuet in corpus, ſed omnino in uacuum. Sed quædam alia factitia poſitio de ortu adduci ſolet. Nam quiſpiam diceret, q̃d quãdo mutaretur unus cyathus aq; in maiorem aerẽ, quiuis alius aer huic ęqualis mutaret̃ in cyathum aquę ſeruans æqualitatem. Vel etiam ignis aliquãdo in

aerem

aerem mutatum proportionem ſeruat. Sic enim exiſtimo optime intelligendum eſſe. Vel ut Themiſtius intellexit, quod neceſſe eſt ex aqua unius cyathi unũ cyathũ fieri aeris q̃d fieri nequit. Sed forte Alexander ſic exponit dicens mutationẽ æqualem fieri in æqualia, niſi ergo ambo ambobus æq̃lia dicat, ſed minime ut Themiſtius inquit aerem aquæ. Si ergo hæc abſurda ſunt uniuerſum ſuperna effuſione latius extendi & ęquas fieri mutationes, neceſſe eſt ergo uacuum eſſe mixtum in corporibus. Sic enim dũtaxat fore raritatem & denſitatem, & ſic tolletur quodcũq; abſurdum dictum.

T.80. Si igitur rarum dicũt multa vacua ſeparata habens, manifeſtum eſt, quod ſi neq; vacuũ eſſe poteſt ſeparabile, ſicut neque locus habens ſpatium

T.81. ſuĳpſius, neq; rarum ſic. Si vero non ſeparabile, ſed tamen ineſſe quid vacuũ, minus quidem impoſſibile eſt. Accidit autem, primum quidem, nõ omnis motus cauſam eſſe vacuũ, ſed eius qui ſurſum eſt. rarum enim, leue. quapropter ignem, rarum eſſe dicunt. Deinde cauſam motus non ſic eſſe vacuum, vt in quo. ſed vt vtres ex eo quia feruntur ſurſum, ferunt quod ipſis continuum eſt, ſic vacuum ſurſum fert. Atqui qualiter poſſibile eſt, eſſe lationem vacui, aut locum vacui? vacui

T.82. enim eſt vacuum, ad quod fertur. Amplius autem quomodo in graui aſſignabunt. ferri deorſum? Et manifeſtum eſt quod ſi quanto rarius & magis vacuum fuerit, ſurſum feretur, ſi omnino ſit vacuum, velociſſime vtiq; feretur. Fortaſſe autem & hoc impoſſibile eſt moueri. ratio autẽ eadem, quoniam vt & in vacuo immobilia ſunt omnia, ſic & vacuum quod eſt immobile. incomparabiles enim ſunt velocitates.

Cõ.88. Cum cõtradixiſſet rationibus illis quoad fieri potuit quę ex raro & denſo procedunt & propoſuiſſet occurrere illis, diuidit rurſus uacuum in illud ſeparatum & inſeparabile. Et ſeparatũ quidem uacuum appellat quod per ſe eſt continuum ſpatium capax corporis, non tamen recipiens, inſeparabile autem eſt illud quod eſt inſperſum corporibus. Duę enim fuerunt opiniones dicentium uacuum. Diuidit autem opinor nunc inſperſum in illud quod eſt diſperſum ſecundũ magnas partes & in illud quod non eſt diuiſum in magnas partes. Et dicit quod rarum dicentes ſiquidem tale dicunt tanquam habeat multa ſeparata ideſt quæ habeant circũſcriptiones dignas ratione, iam oſtenſum eſt quod tale uacuum eſſe nequit, ut quicquam per ipſum moueri queat, ſed ipſum oſtenſum eſt, quando etiam locum demonſtrauimus non eſſe aliquod ſpatium ſeparatũ. Et prorſus neque rarum erit hoc modo, quod ſi rarum dicerent ob uacuum inſperſum ſecundum parua corporibus non ſeparabile uериſimilior erit opinio & minus uidebitur impoſſibilis. Sed huic etiam accidunt abſurda dicta, primum quidem quod nõ omnis motus cauſa eſt tale uacuum, ſed ſi eſt, profecto erit motus ſurſum. Rarum enim quod uere rarum uidetur ob tale uacuum in ipſo leue eſt & ſurſum fertur, ideo & ignem dicunt rarum eſſe. Qua ergo cauſa erit motus deorſum q̃d quidem paulopoſt inducet, ſed nunc quis concedit rarum eſſe cauſam motus ſurſum, quomõ ipſum poſſit eſſe cauſa motus localis oſtendit dicendo quod non eo modo, ut per ipſum motus fiat, ut dixerunt hi, qui uacuũ ſeparatum introduxerunt, ſed uelut ipſum mouens & uelut id in quo quemadmodũ natura demonſtrata eſt uelut mouens. Vnde ingenioſe & eleganter adiecit exempli loco utres inflatos in aqua, q̃ ſubiecta alleuiant uelut retia ſunt in mare & appoſita ipſis. Multo proinde flumina tranſeunt qui utuntur utribus, ſi etiam uacuũ uidetur alleuiare & leuiora reddere corpora in quibus eſt q̃d ſurſum ea ferantur. Quod ſi tale uacuum eſt, duo abſurda tandẽ inducit. Vnum quidẽ quia ſequitur eſſe quẽdam motum & lationẽ uacui. Quomodo. n. poteſt eſſe latio uacui cum ſit uacuũ. Secundum eſt q̃ ſi uacuum ſurſum fertur ſm naturã, erit etiam ſurſum uelut in loco, quare etiam ille locus erit uacuũ, ergo erit uacuum i uacuo, ſed in his adducit cõſequens abſurdum contra eos qui tradunt inane ſurſum moueri. Sit enim hoc motus ſurſum cauſa, quid dicerẽt de graui, & quomõ aſſignarent cauſam motus deorſum eorum. Huius enim cauſa dici non poterit uacuũ, non. n. uacuum deorſum inſpergitur in corporibus in quibus eſt, quare uacuum nõ eſt ſimpliciter cauſa motus, ſed quicquã aliud eſt cauſa motus ſurſum et deorſum. Vt enim quibus natura eſt cauſa motus in ipſis corporibus, non ſolum eius dicit̃ qui ſurſum fit, ſed ſimiliter amborum, ſic etiam uacuũ erit ſi fuerit motus cauſa, utriuſq; ſimiliter & ſurſum & deorſum motus. Quod ſi quis diceret grauia & pondera deorſum ferri ob cauſam mouendi deorſum q̃ eſt in ipſis corporibus, & hanc appellari grauedinẽ aut põdus, cur etiam leuia nõ dicent̃ ſurſum petere ob leuitatẽ in ipſis exiſtentem, ſed nã claudicat cũ oppoſitũ grauedini non aſſignet. Sed hæc ratio quoq; conuenit contra eos qui dicunt oĩa corpora ſuapte natura deorſum uel ſurſum moueri. Sed q̃a huius uidelicet quod alia ſupernatent aliis, nõnulli uacuũ eſſe cauſam dixere, alĳ autem aiunt cãm eſſe ponderibus, & his q̃ ſunt magis grauis ut deorſum deuoluant̃ ipſam ſubmiſſionem, addit aliud abſurdũ cõtra eos qui uacuũ aiunt eſſe cãm lationis corporum ſurſum. Si enim hęc eſſet cauſa lationis ſurſum, tanquã ſecum cum corpora rapiat, patet q̃d ipſum per ſe uacuũ celerrime moueret̃, ſiquidem & corpora uectione ferãtur, ſed quale eſt hoc abſurdũ aliquis diceret? Quia nõ poteſt moueri uacuum penitus. Et eadem ratio / inquit / nũc erit ut illa prior quæ oſtendit in uacuo nõ fieri motum quia nullã ꝓportionem habet uacuum ad plenũ, quæ ratio demõſtrat etiam neq; uacuũ moueri poſſe. Si enim corpus unũ alio celerius mouet̃ quę per ipſum mouentur ſm exceſſum, quemadmodum ea quę mouẽtur deorſum pondere, ſic etiam in his erit quæ mouent̃ ſurſum ob leuitatem & raritatem & ſm ꝓportionem quæ habẽt plus leuitatis in minori tempore, quia uacuũ nullam ꝓportionẽ habet ad corpus leue neq; excedit ipſum, neq; erit aliquod tẽpus eius in quo uacuũ ſurſum æque uelociter moueatur cum ipſo corpore leue. Omnem enim corporeã leuitatem uacuũ excedit, quia ſine ulla cõparatione excedit. Quam enim ꝓportionẽ habet tempus in quo motum eſt uacuũ, ad tempus in quo mouetur corpus leue, hãc etiã habebit & uacuum ad corpus. Sed nulla eſt uacui ad corpus ratio, uelut neq; ipſius quod nihil eſt ad numerũ, igitur uacuum nõ mouetur in tẽpore, igit̃ neq; mouetur. Adiecit aũt illud { fortaſſe } quia ꝓprie accepto leui & 10
raro corpore q̃d dicitur procul dubio uerum eſt. Equidem dicitur ab illis leue nõ illud quod eſt leue ob ſuam nãm, ſed quia miſcetur uacuo. Si ergo compararetur corpus quod eſt in ſeipſo ad uacuum, non poterunt comparari, ſi uero uelut inane ad inane non erunt incomparabilia ipſa inania & uacua. Erit ergo rarius id quod excedit ſecundum uacuum & exceſſum erit corpus in quadam proportione. Si ergo deſtruitur motus uacui, neque cauſa erit motus ſic eorum quæ mouentur ab ipſo ut ob ipſum moueantur, ut dixit ea poſitio, quæ aſſerebat uacuum inſeparabile. Sed tolleretur uacui motus & ob idipſum eſt hoc abſurdum & propter alia quod uacuum moueretur.

Quoniam autem vacuũ quidem non dicimus eſſe, alia vero dubitata ſunt vere, aut motus non erit, ſi non erit denſitas & raritas, aut fluctuabit cœlum, aut ſemper æqualis aqua ex aere erit, & aer ex aqua. manifeſtum enim eſt, quod plus aeris, ex aqua fit. Neceſſe eſt igitur, ſi non eſt con- Tex.83.

ſtrictio, aut expulſum attiguum vt vltimum fluctuet facere, aut alicubi alibi æquale mutari ex aere in aquam, vt tota moles totius æqualis ſit, aut nihil moueri. ſemper enim re trāſmutata hoc accidet, niſi circulariter moueaṫ. Non autē ſemper ſit in circulum, loci mutatio, ſed & in rectū. hi igitur, ꝑpter hæc vacuum aliquid eſſe dicerent.

Com. 89. Cum illi dicerent raritatem & denſitatem non fore niſi uacuum ſupereſſet, & ſi nec raritas nec denſitas ſunt, neq; motus eſt, uel fluctuaret uniuerſum, ipſe pulchre inſtat quia primum cōnexum non eſt admittendum. Neq; enim eſt uacuum & ſimul raritas eſt & denſitas. Hæc autem uelut deinceps dubitata bene admittit. Si enim non eſt raritas, nec dēſitas reuera uel non eſt motus, uel fluctuaret uniuerſum, uel ſi non hęc, ſaltem neceſſe eſt, ſi fieret hic aqua ex aere, uel alibi ex ęquali aqua fieret æqualis aer non aquæ, ſed aeri ex quo aqua oritur. Quod enim ille dixerit non molem aeris æqualem aquæ (ut intellexerunt interpretes) patet quia ſubiungit dicens. { Manifeſtum enim eſt quod plus aeris ex aqua fit. } Et quidem noui q̃d hoc uelut argumentum intelligunt huius rei probandæ quod ſemper aqua portio aquæ ex aere erit qui ſic ęquale intelligūt. Qđ uero non ſic dictum ſit, ſed uelut id quod exponit hoc quomodo oporteat ęqualitatem accipere, quia eius quod fit non ad id ex quo fit uelut ſi ex aere aqua hic fit, & alibi ex æquali hic aq̃ facta aquam aeris portionem fieri ei ex quo hic aqua facta eſt. Quod enim ſic Ariſtoteles æqualitatem dixit indicat concludens & dicens, neceſſe eſt igitur, ſi non eſt cōſtrictio uel id q̃d expulſum eſt facere, ut cohærens extremum fluctuare faciat, uel alibi æquale tranſmutari ex aere in aquam ut uniuerſa moles uniuerſi adæquetur, uel nequaquam moueatur. Illud alicubi non adiecit, ſi æqualem dixit moli aeris aquā ex quo fit. Sed quomodo eſt manifeſtum quod plus aeris ex aqua fit, uel quia ex uaſibus quæ rumpuntur ex mutatione humidi in ſpiritum & aerem, uelut in dolijs muſti cōtinue uidetur hoc fieri ob mutationem in maiorem molem. Reperit ergo dubitationem quę confirmat oportere raritatem & denſitatem eſſe, ſiquidem abſurda illa ſequantur eos qui tollunt uacuum, ut deinceps oſtendat quod non uelut ob inſperſum uacuum, ſed ob aliā cauſam raritas & denſitas fiunt, quę tollit uacuum tanquā non neceſſarium ad hæc ut ſeruent motum. Sed ſciēdum eſt quod æquam molem ſtatuentes eorum quæ mutantur & poſitionem factitiam ponentes nō omnem motum introducunt, ſed ſolum ortum & incrementum. Cum ergo dixerit neceſſarium eſſe ꝙ ſi uacuum non eſt, uel nihil moueri, uel ſi quicquā mouetur continue & nō poſt poſt aliud expulſum, uel neceſſe eſt fluctuare & extra cœlum ſuper effundi, uel mutationes fieri in æqualia, induxit etiam alium modum, quo oſtenditur fieri poſſe ut nihil horum abſurdorum accidat non exiſtente uacuo. Hoc autem eſt ſi uiciſſim in orbem ſeſe mouerentur, nam quæ mouentur in orbem, non fluctuant, neq; mutātur in æqualia, neq; raritas & denſitas ut ſit neceſſe eſt, quia quę circumuoluuntur, eundē ſemper obtinent locum, & non egent altera occupatione loci. Cum ergo hoc explicarit rurſus inſtat contra hos dicens, quia & ſi motus orbicularis ſoluat dubitationes cum nullo prædictorum indigeat, tamē neq; omnis motus localis in orbem fit, ſed eſt motus localis in rectū, ut adhuc uideatur recte manere dubitatio de hoc, quia conſtrictione non exiſtente uel non erit motus ſurſum, uel deorſum, uel uniuerſum fluctuaret, uel neceſſario fieret mutatio in æqualia. Vt ergo hæc non accidant abſurda uacuum eſſe poſuerunt, quod eſt uelut id quod hæc omnia abſurda euellat & diſſoluat. Quod uero non eſſet illorum hæc perſuaſio dubitationis, ſed ipſe obijciendo illis talem inſinuauerit, ſatis opinor ex hoc uerbo { dicerēt } patefactum eſſe, quaſi illi non dixerint, ſed dixiſſent libenter ſi quis illis talē argumentationem indicaſſet.

Tex. 84. Nos autem dicimus ex ſuppoſitis, quod eſt materia vna contrariorum, calidi & frigidi, & aliarū phyſicarum contrarietatum: & ex eo quod potentia eſt, id quod eſt actu, ſit. & non ſeparabilis quidem eſt materia, ipſo autem eſſe diuerſa eſt. & vna eſt numero ſi forte fuerit, coloris, & caliditatis, & frigiditatis. eſt autem & corporis materia, & magni & parui, eadem. manifeſtum autem eſt. cum enim ex aqua factus eſt aer, eadem materia non inſuper accipiens aliquid aliud facta eſt, ſed quod erat potentia actu facta eſt. Atq; rurſus aqua ex aere, ſimiliter. Aliquādo quidem in magnitudinem, ex paruitate, aliquando vero in paruitatem, ex magnitudine. ſimiliter igitur ſi & aer multus exiſtens, in minori fiat mole, & ex minori maior, potentia exiſtens fit materia vtraque. Vt enim ex frigido fit calidum, & ex calido frigidum eadem, quia erat potentia, ſic & ex calido, magis calidum nullo facto in materia calido, quod non erat calidum, quando minus erat calidum. Sicut neque maioris circuli circumferentia & curuitas, ſi fiat minoris circuli, eadem cum ſit, aut alia, in nullo facta eſt curuitas, quod erat non curuū ſed rectum. non enim ex eo quia intermittitur, ipſum minus aut magis eſt. neque eſt accipere flammæ magnitudinem aliquam, in qua & albedo & caliditas non inſit. Sic igitur & prior calor poſteriori, quare et magnitudo et paruitas ſenſibilis molis, non inſuper accipiente aliquid materia, extenditur: ſed quia potētia eſt materia vtriuſq;. Quare eſt idem denſum & rarum, & vna materia ipſorum eſt.

Cum dixerit nos negamus uacuum eſſe, ſed alia quæ dubitata ſunt pulchre ab ipſis uocata ſunt in dubium, quia ſi nō eſſet conſtrictio unum dictorum abſurdorū accideret, uel enim non erit motus, uel fluctuabit uniuerſum uel in his quæ mole creſcunt æquam neceſſe eſſet fieri mutationem, nunc ſoluit dubitationem, in qua concedit fieri cōſtrictionem in corporibus non tamen ob hoc admittit uacuum, ſed alio modo denſitatis & raritatis cauſam facit, quam eſſe materiam corporum fateť, de qua primo libro docuit, merito ex poſitis q̃d eſt dictu priua cōceſſis ſe facturum rationes pollicetur. Nam diximus quod eſt materia aliquod ſubiectum contrarijs, & hęc materia calidi & frigidi eſt, ſimiliter autem ſicci humidi atq; aliorum contrarietatum trāſmutata ab uno in alterū, quia ſemper eſt actu alterum contrariorum, & potentia alterum, & nunquam materia ſubſiſtit ſine uno contrariorum, ſed ꝓpria ratione eius & cogitatione alia eſt ab ipſis contrarijs & manens ſecūdum numerum eadem utrunq; ſuſcipit cōtrariorum. Vt ergo contrarietatum ſecundum quale eadem numero eſt ſubiecta materia, uelut calidi, frigidi, albi & nigri, uel dulcis uel amari, ſic etiā in ipſo quanto uel circa quantum, & cum quanto magno uel paruo in corporibus eadem eſt numero materia capax. Nam ſi materia habet aliquam magnitudinem per ſe quālibet, non reciperet contrariam ei nec minorem quam habet ſecundum naturam, quemadmodum neq; ſi alba fuerit ſecundum naturam ſuſciperet ipſum nigrum. Sed quoniam ut aliarum ſpecierum, ſic etiam magnitudine & corpore priuata eſt & contrarietates in ipſa magnitudine exiſtentes ipſa cum ſit una numero & eadem recipit. Hoc autem manifeſtum eſt ex mutatione aquæ in aerem. Non enim quædam alia accedit materia, quā- Cō. 90.

do ex aqua aer fieret. Si enim tum exiſtens materia potentia eſſet aer, quādo ex potentia mutaretur ad id quod eſt actu, ipſa manens eadem numero fieret aer, quæ erat prius aqua & maior fit moles cum prius eſſet minor neq; materia mixta neq; uacuo accedente. Non enim erit eadē potentia aer ſi quidem mixtione alicuius aer fieret. Similiter autē & ſi ex aere aqua fieret in minorem magnitudinem mutaretur nulla deficiente materia. Sed hoc euidentius fecit accipiendo ipſum aerem ex maiore minorem factum, & ex minore maiorem neq; aliquo accedente, neq; aliquo abeunte, ſed ipſo aere craſſiore uel ſubtiliore facto ob potentiam materiæ quæ eſt in ipſo ad utrunq; oppoſitum, quæ materia etiam mutatur ex eo quod eſt in potentia ad id quod eſt actu & ſic ex maiore in minorē molem mutatur & ex minore in maiorem, q̄d quidem uidetur quia qualitates ſuſcipiunt magis & minus, & ob id oſtendit etiam in alijs qualitatibus quod ſubiectum ſic mutatur ad magis & minus uelut in contraria. Vt enim ex calido frigida & ex frigido calida eadem materia fit, quia ambo potentia eſt, ſic etiam ex calido magis calidum, non enim ſic mutaretur, tanquam prius fuerint nonnullæ ſubiecti partes quæ non fuerint calidæ, & nunc euaſerint calidæ uelut minus calidi mixtione cum his quæ non ſunt calida. Etenim quando minus calidum corpus fuerit, eodem modo omnis materia erit talis, & quando magis extitit calida omnis ſimiliter atq; tota aucta eſt. Nam alia eiuſdem erūt calida quando illa minus eſt calida, ſed quando magis fuerit, deſinet etiam eadem ſecundum numerum calidior fieri & minus calida recipiens magis & minus, ſed quoddam aliud calidum aduenit præexiſtenti & eidem admiſcetur. Vt ergo in his, ſic etiam in corpore raro & denſo & maiore uel minore facto eadem eſt materia ambo recipiens & non extrinſecus aliquid ingrediens uel exiens, ut hi qui uacuum introducunt plane aſſerant. Cum enim ignorent naturam materię, uelut eadem manens recipit contraria. Sed cum demonſtraſſet in alijs qualitatibus, quod idem ſubiectum manens recipit magis & minus, oſtendit idem etiam in figura, quoniam & ſi quale fuerit, tamē magnam habet cōmunionē & cōuenientiam cum magnitudine & quātitate. Si enī maioris circuli anfractus in minoris circuli conſtitutionem redigeretur curuatus, non quia partes anfractus priores cū non eſſent curuæ ſed rectæ, nunc uero curuatæ in minorem rediguntur orbem & circulum, ſed quia minus curua magis fiunt, porro ſi eadem diceretur peripheria q̄ prius exiſtit curua & poſtea magis facta eſt, quod eadē alia atque alia facta ſit hoc perſpicuum eſt, quia non uelut recte aduenit curuitas, ſed quia minus curuum magis curuum fit, & uidetur hoc { Aut alia } add tum eſſe ad abundantiam demonſtrationis. Quod ſi uelit aliquis eandem eſſe peripheriam quæ prius erat minus curua, et poſtea magis facta, ſed aliam & aliā diceret, et ſic non uelut recto aduenit curuum, ſed quod minus erat magis curuum euaſit. Nam generatim magis & minus dicuntur non quia deficit aliqua forma in illo quod minus tale dicitur, quia non deficit ſicut neq; creſcit in eo quod magis dicit̄. Non enim aduenit aliqua forma, ſed uniuerſum intenditur uel remittitur uelut calidius, ut etiam dulcius & candidius. Si ergo & in paruitate & magnitudine ſenſibilis molis ubi materia nō aſſumentes alteram magnitudinē extenditur, uel abijciens contrahitur ut aiunt qui uacuum cauſam faciunt, ſed idem manēs ſubiectum quod quidem erat potentia maius actu euaſit malus ex minore, & quod erat poteſtate minus fit actu minus ex maiore. Hoc enim eſt illud quod dicimus uidelicet eſſe quādā naturam ſubiectam contrariorum capacem, quod quidem indicauit his uerbis, { Potentia exiſtens materia, } non quia potentia ſit materia dicens, ſed quia materia eſt potentia illa quorum capax eſt. Vt uero ſecūdum omnem partem flamma eſt calida & alba, ſic etiam ſecundum omnem partem rara eſt nō tamen ſecundum uacui mixtionem, ſic etiam caliditas & prior ad poſteriorē non quia aliquid aduenit uel abeſt magis & minus habet, non enim aliqua accedit, uel abeſt forma, ſed intenditur aut remittitur eadem. Dixit autem ſenſibilem molem ipſam materialem uelut diſtinctam contra intellectualē & mathematicam. Nam ſenſilis & materialis hæc eſt extenſa & cōtracta. Sed ſciendum eſt quod etiam uult magnitudinem eſſe quandam formam & paruum magnumq; eſſe magnitudinis differentias conſtitutrices, rationes enim ſunt ſpecierum completiuæ cum deſcendunt ad materiā. Vt enim ab albo, nigro, calido, frigido & talibus animalia & plantæ cōplentur, ſic etiā à magnitudine propria, ideo etiā determinata eſt in unoquoq; animali maxima & minima magnitudo.

Eſt autem ipſum quidem denſum, graue, rarum autem, leue.

Com. 91. Cum patefecerit quonam pacto fieri queat raritas & denſitas ſublato uacuo, quippe qui contenti eſſe debemus aptitudine materiæ ad extenſionem & contractionem corporeæ magnitudinis, deinceps oſtendit, quomodo ex raro & denſo prodit differentia motuum in rectum. Si enim rarum leue eſt, & leue ſurſum ſuapte mouetur natura, patet quod rarum fiet nō uacui ope, ſed ob ſubiectam materiam huic. Vnde poſtquam ſimul quicquam rarum ac leue eſt, etiam mouetur ſurſum, ſiſt ſi fuerit ponderoſum & denſum deorſum petet, quare habebimus cauſas motuum in rectum ſine uacuo.

Tex. 85. **(Amplius ſicut circuli circulatio conducta in minus non accepit aliud concauū, ſed quod erat conductum eſt: ſic ignis quodcūque aliquis accipiat omne calidum eſt, ſic & omne cōgregatione & diſtinctione eiuſdem materiei.)**

Com. 92. Hic contextus uidetur eadē dicere, quæ prius oſtenſa ſunt, quomodo uidelicet non additione alicuius, uel ablatione ea q̄ magis & minus fiunt, ſic euadent. Id enim in ipſa quoq; figura curua patet, quia neq; in ipſa, neq; in caliditate magis neq; in remiſſione & intenſione magnitudinis, ſed in ipſa materia ad contraria tranſmutata hæc fiunt, & nihil iam de hoc dicit addidit in quibus dixit. { Sicut neq; maioris circuli peripheria & curuitas } & cætera, ſed uerba ſunt quædam paraphraſis illorum, ideo & in quibuſdam exemplaribus non fertur tāquam ſit introducta à conſcriptore. Talis autem eſt orationis character. Et ſequitur demonſtrationem iam dictam { Eſt autem denſum graue, rarum leue. } Duo enim dicit eſſe in utroque raro & denſo & cætera.

Duo enim, ſunt in vtroq;, & denſo & raro. graue enim & durum, denſa videntur eſſe & cōtraria, leue inquàm & molle, rara. Diſſonant autem graue & durum, in plumbo & ferro.

Cō. 93. Cum dixerit denſum graue eſſe, & rarum leue, addit quod non graue ſolum ſequitur id quod eſt denſum, ſed etiam durū & contra raro non leue ſolum, ſed etiam molle, uelut duo ſint in utroq; denſo & raro, huius quidem graue & durum, alterius uero leue & molle. Sed utilitatem additiōis mollis & duri paulopoſt ſciemus, quando per eandem oſtendet materiā eſſe cauſam aliorum trium motuum preter localē. Quod autem quāquam ſic plura ſe habeant non cuncta id habeant immutabiliter, docet nos ferri & plūbi argumento. Plumbum enim quāquam ſit ferro molius, tamen grauius eſt eodem etiam ſi fuerit in ęquali mole & rarius. Et forte nō adiecit hoc fruſtra. Sed indicans quod rarum eſt quædam forma per ſe non ſecūdum cōmixtionem multi uacui facta. Si enim hoc, etiā leuius prorſus eſſet. Sed nunc non ita ſe habet, ſiquidem plumbum ſit rarius ferro & tenuius, tamen grauius eſt ipſo.

Tex. 86. **Ex dictis igitur manifeſtū eſt, quod neque diſgregatum eſt vacuum, neque ſimpliciter, neque in raro, neque potentia, niſi quis velit omnino vocare vacuum, cauſam lationis. ſic autem ipſius**

grauis ac leuis materia quatenus huiuſmodi, erit vacuum. Denſum.n.& rarum, ſecũdum hanc cõtrarietatem, lationis factiua ſunt. ſecũdum autem ipſum durum & molle, paſſionis & impaſſibilitatis, & non lationis, ſed alterationis magis.

Com. 94. Qui uacuum dicũt, alij dixerunt ipſum eſſe actu ſemper ſeparatum à corporibus, alij uero poteſtate, uelut factum & abſolutum à corporibus. Sed eorum qui actu ſeparatũ aſſerunt, alij ſimpliciter & per ſe illud eſſe extra corpora affirmarũt, uelut hi qui uacuum extra mundum ponũt, alij uero ſeparatum & ut actu, non tamen per ſe exiſtens, ſed inſperſum corporibus & intercidens continuationem eorum, quod etiam cauſa ſit raritatis. Demonſtrauit ergo uacuum neq; per ſe. neq; uelut in corporibus inſperſum eſſe, quare nullo modo uelut actu exiſtens & ſeparatum. Sed poteſtate inquit Alexãder hoc diceret contra quod poſteriores rationes fecit, quod quia miſcebatur corporibus dicebatur eſſe cauſa raritatis & leuitatis ipſorum. Hoc autem (opinor) erit uacuum imbibitum introque ſparſum corporibus. Quod uero non introducat raritatẽ oſtenſum eſt. Alexãder autem hæc ſcienda eſſe duxit an id quod eſt potẽtia uacuum dicat eſſe cauſa raritatis an id quod eſt actu introſperſum. Niſi ergo dicat potentia uacuum id quod nõdum eſt, ſed ſecundum diſtantiam corporum aliud atq; aliud fit, ut nos dicimus fieri meatus in quibus ſemper eſt aliquid ſubtilius corpore continente. Sed patet quod ſi actu uacuum non habet ingreſſum inter ea quæ ſunt, neq; id quod eſt potentia hoc habebit. Id enim poteſtate eſt, quod undiq; eſt aptũ omnino deduci in actum ſi non prius deductũ fuerit ſubiectum ut ſit. Cũ ergo oſtenderit nullo modo inane eſſe, quia uacuum ponentes uelut cauſam motus poſuerunt, rationem explicans quantum ad rem nunc ſpectat & adducit eam determinationem quæ adduci poteſt & reuocat quæ dixit ad memoriã dicens. Quod ſi uacuum dicunt eſſe cauſam motus ſecundum locum, cauſa autem eſt materia capax raritatis & denſitatis, uel diligentius dicendo leuitatis & ponderoſitatis, dicatur ergo uacuũ eſſe materiam. Etenim conuenit ei hoc nomen. Et ſi quidem erit ſubſiſtens, hæc erit uacuum, quæ oſtẽſa eſt inter ea quę ſunt numerari, & nullam formarum ſibi ꝓpriam & agnatam habet, ſed ablatione tanquam uacua omniumq; expers intelligatur. Sed quoniam rarum & denſum utrunq; duo habuit concurrentia. Rarum quidem habet leue (& molle) & denſum (põdus & durum) merito rarum & denſum ſecundum leue & graue cauſæ ſunt motus in rectum, ſed ſecũdum molle & durum minime. Sunt magis hæc cauſæ cur facilius uel difficilius aliqua patiantur quibus mutationes & alterationes fiũt. Etenim quod facile patitur eſt molle, quod difficile eſt durum. Demõſtrauit ergo ſtatim per hæc alterationis materiam eſſe cauſam & nõ uacuum, ſiquidem alteratio duritiem & mollitiem ſequatur, uerũ hę raritatem & denſitatem, hæ autem propter materiam. Nunc intelligenda eſt alteratio non ea mutatio quæ eſt ſolum ſecundũ qualitatem, ſed etiam ſecundum quantitatem & ſubſtantiam. Nam actio & paſſio in ipſis omnibus ſpeciebus conſiderant. Et ecce nũc manifeſtum fit cuius gratia ſumpta eſt oppoſitio mollis & duri. Vt etiam oſtendat q̃d ob hanc & alias tres ſpecies motus materia eſt cauſa & eius ſecundum qualitatem, & eius ſecundum quantitatem & eius ſecundum ſubſtantiã. Dicendo ergo quod cauſa ponderis & leuis motus eſt materia, adiecit hoc. { Quatenus huiuſmodi, } propterea quod cunctis differentijs materia ſubijcitur. Verum non omnis motus eſt cauſa, quia non eius ad locum, ſed ſecundum ſolam ponderis & leuis oppoſitionem.

Et de vacuo quidem, quomodo eſt, & quomodo non eſt, determinatum ſit hoc modo.

Com. 95. Principio diſſerendi de uacuo propoſuit ſibi quęrendũ eſſe, an inane eſſet an nõ, item quomodo et quid ſit, nunc uero ꝯcludens diſputationem inquit, { Et quomodo eſt, & quomodo non eſt. } Quia uacuum uelut ſeparatum potẽtia non eſt, ſi quia dixerit uacuum eẽ quoddam ſpatium priuatum corpore actu uel potentia, tamen ſi concederet aliquis uacuum eſſe uelut materiam motus cauſam, hoc modo admitteret uacuum eſſe. Hęc igitur Ariſtoteles de hoc ſtatuit. Veruntamen Straton Lampſacenus nititur oſtendere uacuum eſſe omne corpus intercipiens ut non ſit continuum dicendo quod lumen neq; per aquam, neq; per aerem uel per aliud corpus poterit lumẽ pertranſire, neq; caliditas, neq; alia uis corporea. Quomodo enim ſolis radij ſplendoreſq; penetrarent in uaſis cooperimẽtum? Si enim humidum nõ habet meatus, ſed ſplendores in ipſum penetrant, accideret ut plena effunderentur ſuper uaſa, & nõ alij radiorum reflecterentur ad locum ſupra, & alij deciderent & permearent deorſum. Sed hæc quidem diluì queunt ſecũdum poſitiones peripateticas, quibus etiam caliditas & aliæ corporeæ poteſtates & lumen cum ſint incorporeæ nõ poſcunt ſpatium uacuum quod ſubijciatur ut ſint & penetrent, ſed in corporibus ſubſiſtunt quibus aduenientibus corpora non intumeſcunt molle. Quod ſi quis diceret lumen eſſe corpus & materiale, quod eſt lumen ſolis ſub luna teſtando reflexionis & ſolidorum repercuſiones quia materia patiens cõmiſcetur. Etiam ſic ope raritatis & denſitatis poſſumus ſoluere dubitationem. Nihil enim ꝓhibet ſic rara corpora uelut aere & aquam cum denſabuntur dare locum quibuſdam radiorum ut pertranſeant & intercidant, ſed quicunq; partibus denſioribus accidũt, hi reflectuntur. Hæc igitur (ut dixi) ſic forte ſolui poſſunt cum nihil impedimenti afferant, quin diſtinguatur reuera uacuum. Vacuum tamen per ſe ſpatium quoddam corporeum receptaculum quod etiam habet aptitudines differentes ob differentias ipſorum forte nondũ ex dictis ſublatum eſt. Etenim in raris & denſis oportet eſſe quẽdam locum & aliud interuallum aliud à corporibus, quod quidem comprehendit rarum. Non enim in corpore ꝓximo fit, ſed in ipſo interuallo à quo corpus proximum impulſum uel denſum exceſſit. Videtur etiam Plato uacuum reuera & omne corpore priuatum interuallum cõſutare & huius his uerbis ꝑfectum cauſam dicit. Inquit enim { Ambitus uniuerſi quoniam cõprehendit genera cum ſit orbicularis & cum hiſce coire ſtudeat conſtringit omnia & uacuum locum nullũ relinqui ſinit. } Nam uacuũ hoc actu q̃d euertat continuationem & conſenſum uniuerſi intercidat prorſus non eſt neque quicquam confert ut ſit. Cuius enim gratia factus eſt locus plurium corporum quæ ſunt in eo collocãda, ſiquidem omnis locus eſt una cum illis genitus & ſitus illis & congenitus. Item ſi hoc habet corpus illud non habet quæ aſſignatio maior eſſet cum nulla ſit in uacuo differentia. Attamen uacuum illud quod eſt ſpatiũ diſtinctum à corporibus q̃ ſunt in eo aliud & aliud ſemper corpus habẽs, uidetur etiam Plato hoc affirmans nominare uacuum in quibus inquit. { Quæ enim ex maximis partibus fiunt uacuitatem quoq; maximam ſua conſtitutione relinquunt. Et minima minimam. Conſtrictionis autem concurſus parua in magnorum uacua compellit. } Et paulopoſt plane ſignificauit corpora quæ mutantur non in quandam regionem uacuam corpore ſeſe recipere, ſed in quam corpus erat prius aliud habentem facta circum reſiſtentia, in quibus inquit. { Rurſus excidente igne cum non fiat in uacuum aer proxime pulſus mollem adhuc humidam in ignis ſedes impellit & ipſam ipſi ſe miſcet } & patet quod ſedes ignis eſt locus quidam in quo erat ignis. Quod uero hoc ſit interuallum æquale cuicunque corpori, in ipſo etiam ex his quæ prius diximus de loco poſſumus probare ea repetendo memoriter. Nam ea quæ mouentur unde & quo ſecundum locum ſiue in orbem ſiue in rectum moueantur (ut etiam prius dixi) omnino neceſſe eſt in aliquo moueri interuallo. Si ergo neque in hoc eius neq; in illo appoſitorum corporum, ergo in alio ſeparato à corporibus mouebantur. Et hoc eſt interuallum quod promptam & apertam loci intelligentiam præbet.

SECTIO TERTIA.

De Tempore.

T.78. CONSEQVENS autem eſt ad ea quæ dicta ſunt, aggredi de tempore.

Cõ.96. QVONIAM de motu maxime attinet ad naturalem d ſſerere. quandoquidem natura ſit motus initium, & ſi quidem quæ natura ſunt, ab his quę natura non ſunt per eam diſtincta ſint, ſi omnis motus eſt in tempore, & nonnulli ipſum putarĩt eſſe tempus, nonnulli uero tempus quandam eius menſuram, patet etiam neceſſarium eſſe ſermonem de motu ipſi naturali. Etenim perſpicuum eſt cunctis atque in ore omnium tempus, quãquam eius notitia et quomodo ſubſiſtat multos latuerit, & cuncta naturalia comitatur ut motus, igitur his omnibus ſermo de tempore eſt dignus ut ſtudioſe tractetur à naturali. Et cum dixerit de motu in ipſo tertio l bro & huic ſermonem de infinito adiecerit, quia motus eſt continuus & continuum diuidi poteſt in infinitũ, & eſt uel finitus uel infinitus, deinceps quia omni motus in loco, & tempore ſit & cognatioe eſt & notior locus quam tempus proinde cum dixerit de loco & huic ſubiũxit illico uacuum, propterea quod nõnulli dixerunt uacuum eē locum corpore priuatum, merito reſtat proxime aggredi tempus. Sed quoddam mirabile tempus patitur, unum commune cum alijs, alterum proprium ſibi. Vt enim color & motus palam ſunt tamen eorum ſubſtantię ratio difficilis eſt comprehẽſione, ſic etiã tempus exiſtere nõ mõ ſapiẽtibus, ſed etiã oĩbus perſpicuũ eſt. Nã illud magis iuueneſcere et ſeneſcere dicimus & heri/hodie/cras/olim/ſuperiori anno in proximum annum, dies item noctes mẽſes & annos quis homo ignotare uidebit. Sed interrogatus quid ſit tempus, uix ſapientiſſimus reſponderet, & hoc quidẽ habet cõmune cum alijs. Proprium uero eſt, quia illud exiſtere non comprehenditur ſenſu & ſi habeat aliquas occaſiones ex ſenſu. Non enim ſentitur an ſenius an magis iuueneſcat, neq; hodie, heri ſentiuntur, tamẽ omnibus uidetur eſſe clarius. Sed adeo uiſa fuit quæſtio de ſubſtãtia eius dubia, ut quidam eius obſcuritate perterriti, etiam tẽpus eſſe quãquam eẽ manifeſtum ſit, undiq; ignorarint. Sed abſurdum eſt ignoratione ſubſtãtiæ una tollere ipſum prorſus è medio. Plura enim eorum quæ ſunt non ſolum quæ ſint, ſed etiam an ſint ignoramus, & tamen inter ea quæ ſunt collocantur.

Primum autem bene ſe habet, dubitaſſe de ipſo, & per exteras rationes, vtrum ſit eorum quæ ſunt, an eorum quæ non ſunt, deinde quæ ſit natura ipſius.

Cõ.97. Vt de alijs, ſic etiam de tempore primum quærit an tẽpus ſit nec ne, & primum conſtituit rationes quæ illud deſtruũt ex exteris. Sunt autem rationes exterę cõmunes & terminatę per probabilia, ſed non demonſtratiuæ neq; auſcultatoriæ uidelicet ad præbendam diſciplinam. Poſt uero hanc conſiderationem inquit deinceps conſiderandum eſſe quæ ſit temporis natura. Nam poſt hanc quæſtionem ſi eſt, ſuccedit quæſtio quid eſt. Sed notandum inquit Alexãder, quod Ariſtoteles oſtenſurus uacuum nõ eſſe initio ſermonis dixit, declarandum eſſe q̃d ſignificet nomen, ſed de tempore quod eſt pro confeſſo acceptum quæ ſit eius natura inquirit. Significant etiam quædam nomina ipſa quæ non ſunt, ut tragelaphus, at nonnulla ſunt q̃ habent ꝓpriam naturam & ſunt omnino. Sed hæc quomodo dicta ſint, conſiderandum eſt, etenim in hac diſputatione de tẽpore ſumpſit exordium ab hac quæſtione. An ſit, & non ab ea quid ſit. Deinde etiã in his quæ pro confeſſo ſunt, quando apertiora fuerint nomina, quid nomẽ ſignificet pręcedit ipſum. An ſit, & hũc ordinem q̃ſtionum in libro de demõſtratione explicauimus. Sed quoniam uacui nomen etiam multipliciter dicebatur, & habebat intelligentiam confuſam indiſtinctamq;, ſed temporis nomẽ omnibus manifeſtum eſt, & ſi natura temporis non ſit comprehenſibilis, merito de uacuo q̃d ſignificat nomen prius ſumpſit, & de tempore hanc quæſtionem ꝓpoſuit, an ſit. Proinde potius dicendum eſt, quod quid nomen ſignificet cum in his quæ ſunt, tum etiam in his quæ non ſunt quãdo fuerit occultum id quod dicitur quærere conuenit, ut etiam illud an ſit uel non de ambobus quæritur, ſed quid ſit, & quale, & cur in ſolis quæ ſunt requiruntur, ſed in his q̃ non ſunt ſi fuerit manifeſtum nomen ut tragelaphus & illud non extiterit nõ eſt opus quærere quid nomen ſignificet.

Quod igitur omnino non ſit, aut vix & obſcure, ex hiſce aliquis ſuſpicabitur. Aliud enim ipſius factum eſt, & non eſt, aliud vero futurum eſt & nõdum eſt. Ex his autem, & infinitum & quod ſemper accipitur, tempus, componitur. Quod autem ex his quę non ſunt cõponitur, fieri non poſſe videtur vt poſſideat aliquãdo ſubſtantiam. Ad hæc autem, omnis rei partibilis ſi quidem ſit, neceſſe eſt quando eſt, aut quaſdam aut omnes partes eſſe. temporis autẽ, aliæ fuerunt, aliæ vero futurę ſunt. nulla autẽ eſt, cum ſit diuiſibile. ipſum autem nunc, non eſt pars. nam & menſurat pars. & componi oportet totum ex partibus. tẽpus aũt, non videtur componi ex ipſis nunc. Tex.88. Tex.89.

Tria ponit argumenta quæ oſtendunt non eſſe tẽpus quorum primum eſt tale. Com.98.

Tempus ex præterito & futuro componitur, quorum aliud præterijt & aliud nondum eſt.

At illud quod ex his quæ non ſunt, componitur non eſt. Ergo tempus non eſt.

Etenim ſi infinitũ & ſemper acceptũ dixeris ex his eſt. Secũdũ argumentum eget huiuſmodi dignitate & effato prius.

Omne quod diuidi poteſt ſi ipſum fuerit neceſſe eſt, ut quaſdã partes habeat uel omnes e quibus componitur quæ exiſtant. Omnes quidem ut linea, & ſuperficies & corpus, aliquas uero ut ea quæ ſunt dum fiunt, ut in certamine & motu, cum ergo tempus cum ſit continuum & diuiſibile, igitur neceſſe eſt uel omnes uel quædam partes ſint, ſed nulla eſt temporis pars, ſiquidem partes temporis ſint præteritum & futurum, quorum neutrum eſt, quippe præteritum abijt, futurum nondum eſt, igitur neq; tempus erit.

Sed differt hoc argumentum à priore, quatenus illud eſt categoricum, hoc autem hypotheticum, & illud eſt ſecundum cõpoſitionem ex partibus, hoc uero ſecundum diuiſionem in partes, ideo & illud uelut compoſitum accipit tẽpus, hoc uero uelut diuiſile. Sed cõmune ipſis eſt, quia ſi non fuerint partes totum non erit, ſed quoniam non ſolum temporis partes uidenẽ eſſe præteritum & futurum, ſed etiam præſens quod eſt nunc, & hoc ſubſiſtit, & ita priores ſylli nõ ſunt ueri, merito tertium argumentum adducit quo oſtẽdit nunc non eſſe temporis partem, & duos ſyllogiſmos in ſecunda figura huiuſmodi breuiter concludit. hic primus eſt.

Pars totum metitur

Sed nunc non metitur uniuerſum tempus

Ergo nunc non eſt pars temporis.

Equidem proprium eſt partium quãti hoc, uidelicet ut totum menſurent. Rurſus.

Pars componit totum.

Sed nunc nõ cõponit, quia tempus non ꝯſtat ipſis nũc, ut neq; linea punctis, neq; generatim diuiſibile cõſtat indiuiduis.

Verum Alexander cum ſcribat mẽſuratiue paſſiue, nam quia pars menſuratiue magis fœminine & debiliter exponit dicens, quia dimẽſionem habet. Nam quia totum eſt in extenſione & continuatione, etiam partes ſunt in diſtantia & dimẽſione, ſed

nunc non eſt menſurabile,quia neq; eſt extenſibile.Sed nõ eſt accipiendum, ipſum { menſurat } paſsiue, ſed uelut uerbum eſt accipiendum hoc μέτρει, & uelut coniunctio,hoc τι. Pars enim in quanto dicitur menſurare totum,ſed ipſa non menſuratur. Verum Alexander nouit etiam hãc ſcripturam. Non uidetur autem, Dixit,componi tempus ex ipſis nũc quia nondũ hoc eſt demonſtratum,demonſtrabitur autem hoc in his quæ ſequuntur. Verum quis ipſum nũc eſt aliquid temporis quod ſubſiſtit,non tamen eſt eius pars ob id inino contextus dixit de tempore. { Quod igitur omnino non ſit,aut uix et obſcure, } eſt igitur tempus ſecundum ipſum nunc quod quidem neque tempus eſt,ſiquidem tempus ſit diuiſile, neq; pars temporis ſi quidem non menſurat totum. Dixit autẽ hoc { Aut uix & obſcure, } & quia fuit aliquid eius,& aliud futurũ eſt, &. id quod præterįt nullo modo eſt,& quod futurum eſt uel nullo pacto eſt,uel nõdum perfecte quia eſſe nõ poteſt quod fuit,& id q̃d futurum eſt nondum ſubſiſtit.

Tex. 90. Amplius autem & ipſum nunc, quod videtur diſtinguera pręteritum & futurum, vtrum vnum & idem ſemper permaneat, an aliud ſit & aliud, non facile eſt videre. Si enim ſemper alterum & alterum eſt, nulla autem eſt earum quæ ſunt in tempore alia & alia pars ſimul quæ non continet, alia vero contineatur vt minus tempus ſub maiore, ipſum autem nunc quod non eſt, prius autem fuit, neceſſe corruptum eſſe aliquando,& ipſa nunc ſimul quidem inter ſe non erunt. corruptum autem eſſe, neceſſe eſt ſemper prius. in ſeipſo igitur corruptum eſſe, impoſsibile eſt, ex eo quia tunc eſt. In alio autem nunc, corrumpi ipſum prius nunc, non contingit. Sit enim impoſsibile, contigua eſſe adinuicem ipſa nunc, vt punctum cum puncto. Si igitur in eo quod eſt conſequenter, non corruptum eſt, ſed in alio, in medijs nunc quæ ſunt infinita, ſimul erit. hoc autem, impoſsibile eſt.

Com. 99. Superius cum accepiſſet nunc ac ſi eſſet,demõſtrauit quod non eſt pars temporis,nunc uero tertio argumẽto nititur oſtẽdere,quod neq; ipſum nunc uidetur determinare præteritum, nec quicquã eſt futuri. Neceſſe enim ſi eſt nunc uel ipſum eſſe, uel aliud & aliud q̃d quidem idem eſt cum hoc nõ idem. Si ergo neq; idem eſt neq; aliud et aliud patet q̃d neq; eſt. Primum igitur oſtendit quod non eſt aliud & aliud hoc modo.

Si aliud atque aliud eſt nunc, quod prius fuit, oportet corruptum eſſe.

Sed nunc corrumpi interireue non poteſt.

Ergo non erit aliud atque aliud nunc.

Et oſtendit connexum,quia prius & poſterius nunc ſimul eſſe nequeunt,nõ enim poſſunt eſſe duo tempora ſimul,niſi unum ſit maius,& alterum minus,& alterum contineat,alterum uero contineatur, ut annus ſe habet ad menſem qui eſt in eo,& menſis ad diem qui eſt in menſe. Quod enim dies eſt dicitur mẽſis eſſe, & ſic ſimul eſſe uidentur.

Sed unum nunc non poteſt alterum continere nec unum eſſe pars & alterum totum, & neutrum altero longius. Neque enim ſunt quanta, ſed quantorum principia, equidem plus & maius eſt in quantis.

Quare ſimul eſſe nequeunt, ſed neceſſe eſt ſiquidem aliud & aliud eſt prius corruptum eſſe. Quod enim prius eſt & poſterius non eſt,id nempe interįt.

Deinde aſſumptionem probat dicẽtem,quod nunc interire nõ poteſt & eandem probat ex diuiſione.

Si enim corrumpitur,quia quod iteris in tempore deficit uel ergo ipſum nũc in ſeipſo,uel in alio nunc deficit. Sed in ſeipſo nequit,quia tum eſt,ſi ergo in alio,quia ipſa nunc nõ ſunt continua,quia tempus non conſtat ipſis nunc quod in præſentia petit,ſed poſtea demonſtrabit,ſi ergo interit in alio nunc patet quod in ipſo intermedio & ipſo in quo corruptum erat,ſed inter ipſa nunc aut diſtantia intermedium eſt tempus uelut inter puncta linea cadit. Si ergo in medio tempore deficit,& in ipſo intermedio ſunt infinita nunc,ſiquidem omne tempus eſt diuiſile in infinitum ut oſtendetur,& diuiditur ſecũdum ipſa nunc, erunt ergo ſimul nunc ipſum cum illis infinitis quæ ſunt in ipſo intermedio tempore. Sed neq; in ipſo intermedio tempore interit nunc,ſin uero opus erit,ut in unaquaq; parte ipſius aliqua pars ipſius nunc corrumpatur, ſed ipſum eſt indiuiſibile, quare neq; in ipſo nunc neq; in ipſo intermedio tempore interit ipſum nunc. Item ſi in aliquo tempore corrumpitur ipſum nunc quod ſit aliud quam ipſum, uel etiam ipſum nunc eſt,& ſic fiunt duo ſimul nunc corruptum & id in quo interit,uel tẽpus ſiue præteritum ſiue futurũ,ſed ſi tempus pręteritum fuerit in quo corrumpitur,antequam eſſet, interiret, ſi uero futurũ, nondum corrumperetur nũc, ſed ſemper corrũpendum eſſet, quia illud ĩ quo corrumpitur futurum eſt. Et uniuerſe tempus accedens & futurum eſt,ſi uero interiret ipſum nunc coextenderetur ipſum indiuiſile ipſi diuiſibi, ſi ergo neq; eſt prius nũc, quia nequeunt duo ſimul eſſe, neq; corruptum eſt,patet quod neq; prius erat,ſi uero neq; erat neq; eſt prius nũc patet quod aliud & aliud eſſe nunc non poteſt.

At vero neq; ſemper idem permanere, poſſibile eſt. nullius enim diuiſibilis finiti, vnus terminus eſt. neq; enim ſi ad vnum ſit continuũ, neq; ſi ad plura. ipſum autem nunc, terminus eſt, & tẽpus eſt accipere finitum. T. 91.

Amplius ſi ſimul eſſe ſecũdum tempus, & neque prius neq; poſterius, in eodem eſſe & ipſo hoc nunc ſit, & ſi quæ prius aut poſterius in ipſo nunc ſunt, ſimul erunt quæ ante decies millenos facta fuerũt annos, cum his quæ fiunt hodie, & neque prius neque poſterius vllum aliud alio. De his igitur quæ inſunt ipſi, tot ſint dubitata. T. 92.

Cum oſtenderit quod nequit eſſe aliud atq; aliud nunc deinceps oſtendit duobus argumentis. Quod neq; ſemper idem numero pmanere poteſt. Quia ſi nullius finiti cõtinui ſit unus terminus ſiue fuerit continuum ſecundum unam dimenſionẽ, ut linea,ſiue ſecundum duas ut planum,ſiue ſecundum tres ut corpus,ſed linea clauditur duobus pũctis, & planum totidem terminis,quot ſunt lineæ continentis,& corpus ſolidum totidẽ quod continent plana, patet quod nunc nõ erit unum & idem cum ſit terminus temporis finiti. C. 100.

Sed primum.

Ergo ſecundum.

Quod enim acceperimus tempus etſi minimũ finitũ, aliud habebit in principio nunc,& aliud in fine. Ex utraq; enim parte terminatur,quare nõ unum & idem ſemper permanet nũc, ſed finitum ſumendum eſt tempus tanquam continuum in rectum quale eſt tempus. Nam talia non habẽt unum terminũ, licet in ſphæra & circulo unus terminus eſſe uideatur. Nam ab una ſuperficie & una linea continentur. Secundo quoque modo oſtendit quod non idem nunc ſemper permanet. Si enim idem nunc ſemper eſt, cuncta in eodem nunc erunt & neque prius neque poſterius.

Sed quæ ſic ſe habent ſimul ſunt.

Ergo ea quæ olim geſta ſunt cum his quæ modo fiũt ſimul erunt,& ſic antiquisſima & uetuſtisſima ſimul erunt cum his quæ nuper fiunt & ſunt. Nam in eodem nunc ſunt ambo. Sed hoc aliquid abſurdius erit nõc ipſius diluuįj eſſe uel fuiſſe, quia erunt æqualis ætatis quę dudum & nuper facta ſunt ſiquidem

ſint illa æqualia ætate quæ in eodem nunc exiſtunt. Sed ualde ſecure dixit quod prius & poſterius in hoc nunc fiāt. Nam fuerunt in eodem nunc, ſed non ſunt, hoc enim in tempore eſſet, ſi ergo neceſſe eſt ut ſi nunc ſit uel idem eſſe uel aliud & aliud, ſed nec idem neq; aliud atq; aliud, patet ergo quod nunc non eſt ē numero eorum quę ſunt. Cum ergo hæc concludat, ſubiungit quod de his quæ tēpori inſunt oſtenſum eſt non eſſe tēpus. Vnde uniuerſe ſi neceſſe eſt ut ſit, cum ſit tēpus continuū, & nunc neq; pręterito contiguū eſt neq; futuro, quia neutrum ſubſiſtit patet quod neq; erit continuum.

T.91. Quid autem eſt tempus, & quæ ipſius natura, ſimiliter & ex traditis immanifeſtū eſt, & ex his quæ fuimus percurrentes prius. Nam quidam, vniuerſi eſſe motum dicunt. Alij, ſphęram ipſam. Atqui circulationis etiam pars, tempus quoddā eſt. circulatio vero, non. pars enim circulationis eſt, quod acceptum eſt, ſed non circulatio. Amplius autem ſi plures eſſent cœli, ſimiliter eſſe & tempus cuiuslibet ipſorum motus. Quare multa

T.94. tempora, ſimul. Vniuerſi autem ſphæra, viſa eſt quidem, dicentibus eſſe tempus. quia & in tempore omnia ſunt, & in ipſa vniuerſi ſphæra. Eſt autem ſtultius quod dictum eſt, quam vt de eo impoſſibilia conſideremus.

C. 101. Cum oſtenderit ex dictis argumentis acute adductis, incertum eſſe an tempus ſit, ſiquidem ſic ſunt ueriſimiles rōnes quę illud probant non eſſe, deinceps inquit, et quid ſit tempus & q̄ eius natura ſit, ſi quiſpiam ex aſſignatis conſiderare periclitabitur, eodem modo incertum eſſe inueniet, quemadmodum & hoc, ſi eſt, in rationibus uidebatur incertum quas prius explicauimus, incertū igitur & ipſum quid eſt, ſiquidem nōnulli uniuerſi motum & orbiculationem tempus eſſe dicant, uelut Platonem dixiſſe aliquando Eudemus & Theophraſtus atq; Alexander putant, & nōnulli aſſeruerint eſſe ſphæram cœli, uelut tradunt Pythagoreos dixiſſe qui forte cū didiciſſent audiſſentque ab Archyta dicēte uniuerſum tempus eſſe quoddā interuallum uniuerſæ naturæ, uel ut quidam dixerunt Stoicorum, & alij tempus motum ſimpliciter affirmarūt. Narrat enim tres opiniones de tempore fabuloſiores & magis cōmentitias prætermittens in quibus ex diuiſione ſumptis omnes cōplexus eſt. Aut enim tempus eſt motus, aut id quod mouet primo quod eſt uniuerſi ſphæra. Et ſi motus, uel omnis motus, uel motus uniuerſi. Nam ſtationē uel quicquam ſtationis non ſuſcipit tēporis intelligentia, quarum opinionum breuiter ei prius cōtradicit, q̄ tempus aſſerit eſſe cœli orbiculationem, ſed refrangat ei pluribus quæ dicit tempus idem eſſe cum motu. Sed illam q̄ dicit tempus eſſe cœli ſphæram uelut admodum ā ueriſimilitudine alienam cenſuit Ariſtoteles non eſſe dignam contradictione. Nam ob id uidebantur cœlum dicere tempus, quia cūcta ſunt in cœlo, & cuncta in tempore & patet quod ſic dicentes primum ignorarunt multiplicem fuiſſe uocem huius in aliquo, quam ipſe in ſermonibus de loco pulchre determinauit. Nam aliud eſt aliquid eſſe uelut in tēpore, & aliud uelut in loco aut in toto. Deinde aut irrecta eſt cōplexio ſyllogiſmi, proinde Ariſtoteles etiam uocauit opinionem ſtultiorem, quia in ſecunda figura ex duabus affirmatiuis ratiocinantur, hoc modo & concludunt.

Cœlum eſt in quo cuncta ſunt,
   Sed tempus eſt in quo cuncta,
   Itaq; tempus cœlum eſt.

Poteſt forte etiā in prima figura hoc concludi & hoc modo.

Cœlum eſt in quo omnia,
   Sed in quo omnia eſt tempus,

Deinde temporis partes ſunt præteritum & futurum,
   Sed ſphæræ aliæ ſunt partes.

Item tempus eſt dum fit
   Sed ſphæra non ſic ſe habet.

Præterea ſphæræ partes non ubiq; ſunt,
   Sed tempus ubiq;

Etenim in eadem ſphæra ſunt iuniores & ſeniores, ſed in tempore non ſunt.

Rurſus ſphæra eſt quædam ſubſtantia corporea,
   Sed tempus non eſt ſubſtantia.

Verum hanc uelut ſtultiorem opinionem Ariſt. dicit, neq; cēſuit dignā eſſe aliqua rōne contra eam, ad aliā porro occurrit q̄ dicit tempus eſſe uniuerſi motum & orbiculationem.

Quædam pars orbiculationis & completæ reuolutionis uelut dies, tempus ſecundum ipſos.

At pars orbiculationis nō eſt orbiculatio neq; circūlatio.

Tempus ergo non eſt uniuerſi orbiculatio. Si enim aliquod tēpus eſt pars orbiculationis & reuolutionis, igitur non omne tēpus eſt orbiculatio. Quod uero pars orbiculationis non ſit orbiculatio quāuis tempus eſſet, indicauit dicendo. { Pars enim circulationis eſt nō circulatio. } Nā circulatio eſt motus ab eodem in idem, & tum dicitur uniuerſum circum uolui, quando unaquaq; pars ipſius ab eodem in idem recidit, ſed tempus dictū uelut dies & nox eſt pars orbiculationis & nō ipſa orbiculatio. Quod ſi utrūq; acceperis diem & noctem erit plus temporis quam ſit orbiculatio ob ſolis motum cui ſemper aliquid additur. Deinde & aliud ponit contra hoc argumentum.

Si enim plures eſſent cœli ideſt mundi, ut ſtatuūt Democritici unaquæq; orbiculatio eorum tempus erit, & ſic multa tēpora ſimul eſſent, quod quidē fieri nequit. Nam ſimul motus plures eſſe queunt, ſed non poſſunt eſſe plura tempora. Nam idem nunc ubiq; eſt. Sed Eudemus etiam alias argumentationes ponit, quas audire poſſumus ex uerbis eius. Dicit, adhuc motus uniuerſi patet quod ſit i eodem, uelut Diari ambulatio eſt in ipſo, igitur etiam cœli perfecta erit in ipſo cœlo, ſed hoc abſurdum quia non eſt tempus in cœlo, ſed magis cœlum eſt in tempore. Item abſurdius multo ſequitur, quia non eſſet tempus alibi, quod cœlum eſt in ſeipſo & in nullo alio, igitur tempus non erit in terra, neq; in mari. Quod ſi tempus non eſt dicendum ut ſit tota orbiculatio, ſed ęque quāuis partem eius & unaquęq; pars eſt alia ā cœlo, ſimiliter quoq; & cœlum à partibus & motus diuerſi ab uniuerſo motu & ab unaquaq; pte. Si ergo motus, inquit, diuerſi ſunt & tempus non eſt aliud imo idem, igitur nō erunt motus ipſum tempus, quare neq; motus uniuerſi neq; partium motus eſt tempus. Deinde procedendo etiam hæc dicit. Qui aiunt motum ſolis tempus, quomodo dicent hoc abſurdum. Et erunt plura tempora ſimul, quod ſi lationes reliquorum non ſunt tempora dicenda eſt differētia cur ſolis latio ſit tempus, & non illa lunę neq; illa aliorum, hoc autem uidetur non facile. Sed Iamblicus octauo ſuorum cōmentariorum in Timeo hæc contra opinionē induxit. Omnis motus in tempore, plures ergo motus ſimul erunt & partes aliæ atq; aliæ, motus circa aliquod manens fertur, ſed tempus non eget quiete. Equidē motus motui uel quies aduerſatur & unus genere uni genere, & unus ſpecie uni ſpecie, ſed nihil tempori contrarium eſt. Verum Alexander contendens oſtendere opinionem Platonis eē eam quæ dicit tempus eſſe cœli lationem, primo teſtem adducit Eudemum dicentem. Secutus eſt Plato hæc uerba & quam abſurdiſſime. Inquit enim, antequam cœlum fieret motus erat inordinatus, ſed non uelut linum lino attiguum, ſiquidem omnis motus ſit in tempore. Deinde non admittit dicentes æque Platonem, ut Ariſtotelem definiuiſſe tēpus eſſe numerum motus, cum Plato ꝓtulerit eſſe tempus ſimulachrum aut imaginem æternam labentem in numero. Itē neq; dixit Plato numerum motus eſſe tempus, ſed ſecundum numerum motus ideſt ſecundum ordinem. Hæc Alexander. Vnde opus eſt mihi nōnulla demonſtrare & primo. Vnde Eudemus ſuſpicatus eſt Platonē dicere tēpus orbiculationē cœli. Deinde quod non accidit hoc abſurdum Platoni ut Alexāder

ratione deduxit, quod tempus eſt ante tempus. Si enim omnis
motus, inquit, in tempore, patet etiam illum inordinatum men
doſum aut erranitē in tēpore eſſe, ſi ergo talis motus erat priuſ-
quam cœlum oriretur itaq; & tempus erat ante uniuerſi orbi-
culationem, ſi ergo hæc erat tempus, ergo tēpus ante tempus.
Sed ad hæc reſpōdendum eſt. Nam illud uidelicet quomodo
Plato dixerit tempus eſſe imaginem æternam ſecūdū numerū
fluentem tum diſcemus quando intelligemus Ariſtotelē dicē-
tem tempus eſſe numerum motus. Sed Platonem dixiſſe tem-
pus eſſe orbiculationē cœli ſuſpicatus eſt Eudemus ex his ſcri-
ptis in Timæo. { Nox ergo & dies ob hæc facta ſunt, atque
unius circuitus reuolutio, menſis uero, poſtea quā luna ſuo lu-
ſtrato circulo ſolem ſubierit, annus autem, quādo ſol ſuum cy
clum compleuerit. Cæterorum autem ſiderum circuitus cum
non intellexerint homines præter admodū paucos neq; nomi-
nant, neq; numeris inter ſe diſtinctis conſiderantes cōmetiunt.
Quare ut ita dixerim neſciunt idipſum tempus eſſe peruagatio
nes horum. } Vnde ex his uidetur dicere unumquēq; ambitū,
& circuitum eorum eſſe tempus, & uniuerſi unum eſſe totum
tempus. Inquit enim { Vt perfectus numerus temporis perfe
ctum implebit tum annū, quādo omnes ambitus & circuitus
confectis ſuis curſibus æque menſuratis ab eo qui eodem uol-
uitur modo ad idem caput redierint. } Quod uero Plato non
aſſerat motum cœleſtium eſſe tempus, ſed menſuram motus,
planū exiſtimo etiā ex his conſcriptis eſſe. Hęc enim uerba, qui
bus tradit eos qui circuitus numeris nō cōmenſurare noſcunt,
idcirco ignorare tempus eſſe horum peruagationes, plane indi
cant quod temporis ſubſtātia conſiſtit in numero motuū. Sed
adhuc apertius intelligere poſſumus, quia Plato inquit non idē
eſſe tempus et motū, ſi iam inuenerimus iam uniuerſo moto ſe
cundum rationem quia participat anima, tempus uelut menſu
ram motus illum exiſtimaſſe. Sic porro dicit in Timęo poſtq̃
abſoluit tractationem de anima mūdi. { Cum porro hoc pul-
chrum ſimulachrum ſempiternorum deorum factū quod ge-
nuit pater, moueri & uiuere intellexit admodum lætatus eſt &
cum oblectaretur ſimile illi aliud fabricādum eſſe cenſuit, ita-
que quemadmodum illud ſempiternū animal eſt, ita hoc uni-
uerſum pro uiribus tale facere aggreſſus eſt, ſed illius animalis
natura ſempiterna eſt, q̄d genito omnino congruere non pōt,
ſed imaginem quādam æui mobilē effingere decreuit & ſimul
ac cœlum ornaret fecit manentis æternitatis unius æternā quā
dam in numero labentem imaginem quam nos tempus appel
lamus. } Et quod ordinem oīum ſubſiſtentium ſimul quę ab
opifice condita ſunt ſermo indicet, perſpicuū eſt. Si enim ſimul
cum cœlo genitum eſt tempus, ut paulopoſt indicat his dictis.
{ Tp̄s uero cū una cœlo factū eſt, } patet neutrū eſſe neutro
prius. Sed quomodo aliquid temporis prius fuit, quā tempus.
Quod ſi moto uniuerſo tempus adiecit, patet quod non idem
tempus & motus ſunt ſecundum idem, ſed aliquomodo tem-
pus eſt perfectiuum motus. Et quando Plato illud quod mo-
uetur inordinate & temere dixit præcedere mundi ortum, ubi
dicit, { Nam cum deus uelit omnia bona & nihil quo ad poſ-
ſe fore malum ſumpſit quodcunq; ſub aſpectum caderet non
quietum, ſed temere atq; inordinate agitatum idque ex inordi-
natione redegit in ordinem cum cenſeret illud hoc eſſe pręſtan
tius. } Ex his ergo non hoc patefecit quod quidem plane uide-
tur dicere, uidelicet fuiſſe prius ante tempus quoddam ſenſile
inordinatum & poſtea opifex uelut e ſomno quodā excitatus
ordinauerit hoc. Si enim ob bonitatē illud condidit. Et bonitas
eius ſemper pfecta eſt atq; operans, & quia ſint oīa bona, ſem-
per bonus eſt, patet q̄d ꝓuidentia opificis una ſubſiſtit cū mū-
do & ordine, ſiquidē ſtatuit illud temere & inordinatum ꝓfici-
ſci ab actione dei, & rōne cogitationeq; ſtatuit motū illum te-
merariū atq; mēdoſum prius ortū fuiſſe ac cœlū. Et ſi oīs mo-
tus ſit in tēpore, patet etiā, q̄d illud tempus incōpoſitū atq; in-
ordinatum uelut q̄dam umbratilis deſcriptio eſt illius tpis per
fecti ſm hypotheſim rōnis & cogitationis. Sed hæc non plura
quam oporteat dicta ſunt. At proſequamur cætera.

Poſtquam autem videtur maxime motus eſſe T.95.
ac mutatio quædam, tempus: hoc conſiderādum
erit. Vniuſcuiuſque igitur mutatio, & motus: in
ipſo quod tranſmutatur eſt ſolū, aut vbi fuerit ip-
ſum quod mouetur & tranſmutatur. tempus aūt
ſimiliter & vbiq;, & apud omnia eſt.

Cum duas opiniones poſuiſſet de tempore aliam dicentem C. 102.
tempus eſſe uniuerſi orbiculationem & aliam quæ aſſerit eſſe
ſphæram uniuerſi & priorem confutarit, & ſtultiorem cum cē
fuerit neq; dignam contradictione, nunc tertiam ꝓponit quæ
ex tribus ueriſimilior uidetur, dicētem tempus motum eſſe &
mutationem quādam & patet aliam eſſe poſitionem hanc ab
illa quę dicit tēpus eē uniuerſi orbiculationē. Et non neceſſario
nunc Alexan. induxit, ideo & Plato & alij quidam motum ip-
ſum eſſe dixerunt. Plato enim ſi quidem dixit, uidetur molle tē
pus eſſe uniuerſi circuitum. Sic enim ipſum hactenus Alexan-
der explicauit. Sed uidetur hæc aliquomodo intelligentia eſſe
temporis & motus. Nam tempus indicat quendam fluxum &
ſucceſſionem, & dum fit eſt, quod quidem peculiare motus
eſt, & quoddam accidens & continuum, & ſimiliter diuiduum
in infinitum. Quod uero non ſit idem motus & tempus prius,
ſumēdo omnem motum mutationemq; in illo quod mutatur
ſolum eſſe, uel in loco ad quem peruenire & mutari contigit
id quod mouetur, oſtendit. Ob id Alexander inquit hoc adie-
cit, quod in alijs mutationibus illud ſecundum quod mouetur
& mutatio fit, in ipſo moto eſt. Quod enim alteratur ſecundū
ſuam ſubſtantiam. Sed locus ſecūdum quem mutatur id quod
ad locum mouetur, non eſt in eo quod mouetur, ſed ubi quod
mutatur, ibi etiam erit motus. Sic quidem Alexander. Niſi for
te etiam motus ſecundum locum in eo quod mouetur, ſit. Nō
enim locus ſecundum quem mouetur id quod mouetur ſta-
tuit eſſe tempus, ſed motus ſecūdum locum, & cum motus ſit
ſemper in eo quod cietur, ut demonſtrauimus in libro de mo-
tu, non itaq; ob id additur hoc in loco, ſed etiam alios motus di
cimus. Proinde dicimus Socratem Athenas profectū, auctum
& caluum fieri. Pulchre ergo Ariſtoteles dixit, quod omnis
mutatio & motus ſolum eſt in ipſo quod mutatur, aut ubi fue-
rit id quod mouetur. Et quod ita ſumptum ſit, iudicat altera
propoſitio hæc uidelicet aſſumpta, quæ dicit quod æque tem-
pus ubique eſt & apud omnes. Si ergo motus non ſimilis eſt
ubique, ſed ibi ſolum quo tendit id quod mouetur, ſed neque
apud omnes, ſed ſolum in eo quod mutatur, patet quod tem-
pus non eſt motus. Siquidem ſimiliter eſt ubique & apud o-
mnes. Deductio eſt in ſecūda figura. Et opponitur ei quod eſt
ubiq; illud quod eſt alicubi, & huic apud omnes illud quod ſo
lum eſt in ipſo quod mutatur.

Amplius autem, mutatio quidem omnis, ve- T.96.
locior aut tardior eſt, tempus autem non eſt. tar-
dum enim et velox, tempore diffiniuntur. Velox
enim eſt, quod in in pauco, multū mouetur. Tar-
dum autem, quod in multo, parum. Tempus au-
tem non definitur tēpore, neq; quo quātum quid
eſt, neq; quo quale. Quod igitur non eſt motus, T.97.
manifeſtum eſt. Nihil autem referat nobis dice-
re in præſentia, motum aut mutationem.

Rurſus idem oſtendit per alium ſyllogiſmum huiuſmodi in C.103.
ſecunda figura.

Motus eſt uelocior & ſegnior.

Sed tempus non eſt uelocius nec ſegnius.

Motus ergo non eſt tempus.

Quod uero tempus nō ſit uelocius & ſegnius patet ex uſu. Et
enim conſueuimus dicere tempus multū & paucum, ſed ocius
aut tardius non conſueuimus. Demonſtrat autem hoc etiam

per ſyllogiſmum hoc modo.
Velox & tardum tempore definiuntur.
Sed tempus non eſt tempore definitum.
Ergo tempus neque uelocius neq; tardius.

Quod uero uelox & tardum tempore definiantur patet. Velox enim dicimus quod exiguo tempore multum quicquã mouetur, & tardum quod multo paucum. Sed tempus dici nequit uel in pauco multum fieri, uel in multo paucum. Atqui quod & tp̃s nõ ſit definitũ tp̃e rurſus patet ex eo qd tp̃s nec ſm quãtũ a ſeipſo tẽpore definit̃. Multũ.n. tp̃s multũ ẽ nõ qa ſit in multo tẽpore, & paucũ nõ qa ſit in pauco. Hoc.n. eſt motus ꝓpriũ. Multũ.n. dicimus motũ qa in multũ tẽporis ſibi poſcit, & paucum qa exiguũ tẽporis, ſed tp̃s ſecius multo ſit. Quale aũt tp̃s nõ ẽ ꝓrſus uelut uelox uel tardũ, q̃re neq; definiret̃ ipſius q̃le a tẽpore, ut q̃litas motus. Nã motũ dicimus uelociorẽ et ſegniorẽ & hoc quale tẽpore definit̃. Velocior.n. motus ẽ multus ĩ pauco tp̃e, & ſegnior eſt q abſoluit̃ lõgo curriculi ſpatio. Sic motus quãtũ definit̃ tẽpore, ſed quãtũ tẽporis minime ipſomet definit̃. Quãq;.n. diceret̃ tp̃s multũ ac paucũ, tñ hęc nõ definiũtur ſm relationẽ ad tp̃s, ſed ſm relationẽ ad ꝯtinuũ & numerũ ut demõſtrabit̃. Verũ Plotinus aliud ẽt addit argumẽtum quo oñdit motũ nõ eẽ tp̃s. Motus.n. inqt, & ceſſat & deficit. Sʒ tp̃s minime. Qd' ꝟo non ſit idẽ motus & mutatio qnto libri huius tractatiõis initio demõſtrabit. Ortũ.n. atq; interitũ mutationẽ eſſe demonſtrabit, ſed minime motum. Verum uſus eſt nunc & utetur nomine motus & mutationis indifferenter, proinde quia nunc non facit diſcrimen admonet auditorem, indicans ſe uſurum his uocabulis indifferenter.

At vero neque ſine mutatione. cum enim ipſi nihil mutamur ſecundum intelligentiam, aut latet nos mutari non videtur nobis fuiſſe tempus. ſicuti neq; ij qui in Sardo fabuloſe dicuntur dormire apud Heroas, cum fuerint experrecti. Copulant enim primum nunc poſteriori nunc, & faciunt vnum, remouentes propter inſenſibilitatem, medium. Vt igitur ſi non eſſet alterum nũc ſed vnum & idem, non eſſe tempus, ſic & quando latet alterum eſſe, non videtur quod medium eſt, eſſe tempus. Si igitur vt nõ putemus eſſe tempus, tũc accidit nobis, cum non diffinimus vllam mutationem, ſed in vno & indiuiſibili videtur anima manere, cum autem ſenſerimus ac diffini-
T.98. uerimus, tunc dicimus factum fuiſſe tempus. Manifeſtum eſt quod non eſt ſine motu ac mutatione, tempus. Quod igitur neque motus, neq; ſine motu tempus eſt, manifeſtum eſt.

Cõ.104

Cum oſtenderit tempus non eſſe motum, deinceps oſtendit neq; ſine motu eſſe, ſed omnino cum motu. ſciẽs enim eſt eorum, quę ſunt nã uicina & diſcrimẽ & cõionem afferre. Qd' uero tempus non exiſtat ſine motu, neque poſſit tempus ſine motu accipi ſic oſtendit.
Tempus abſq; motu ſenſu percipi nequit.
Quod ſine motu percipi ſenſu non poteſt non eſt accipiendũ ſine motu, quia prorſus cum motu ſubſiſtit.
Tempus ergo cũ motu ſubſiſtit, & ſine hoc neq; eſt, neq; põt itelligi. Qd' uero ſine motu nõ poſſit ſenſu ꝑcipi ex eo qñ nos ꝓrſus nõ mouemur ſm mentẽ & itelligentiã, uel nos latet mouen ſm ꝓpam ideſt intelligẽtes aliqd neq; tp̃s aliqd' fieri arbitramur, ꝓinde ac tp̃s neq̃at intelligi ſine mot' cognitione. Qd' ꝟo ita ſe hẽat ꝑſpicuũ nobis ẽ ex ſomno, qppe q ſopitis nr̃is ꝗq; ſenſib' deinde expreċtis mediũ tp̃is curriculũ nõ itelligimus. Patet idẽ ẽt in his ꝯſonis intellectionib' ꝯtẽplationibuſq; & aċtionib'. Cũ.n. illis fixã mentẽ adhibem' adeoq; attẽti, nõ putamus lapſuʒ fuiſſe aliqd' mediũ tp̃s, q̃uq̃s lõgũ ſæpe abierit ac ꝑterierit. Nõ.n. qa nos mouemur, ſed qa intelligimus motum una ẽt tp̃s ſimul exñs cum motu ꝑcipimus. Ob id.n. dicendo. {Cũ.n. ipſi nihil mutamur ſm intelligẽtiã,} adiecit, qa ſm ꝯſecutionẽ intellectualẽ mot' q ẽ imobilis, ẽt una tp̃s ſit. Et.n. ex ipſo contrario uideri põt, qa ubi aliqd' triſtitiæ & doloris aut miſeriæ ſuſtinemus uel aliq' indigẽtes quicq; expectam' & appetimus, talẽ expectationẽ moroſamq; multã exiſtimãtes, multum ẽt tp̃is ꝑterire putam'. Proĩde dicit qdã in Comœdia.
Infinita, neq; dies apparebit unquam?
Sed ego dudum audiui gallum.
Et alter Poeta dicit.
Seneſcunt indies qui expetunt.
Qd' uero qui motũ nõ cogitatione cõſequũtur hi nec tp̃e participãt, nos qdẽ, ut dixi ex ſomnijs q̃ndie id poſſumus cognoſcere. Sed Ariſto. ex lõgiſſimo ſomno eorũ qui (ut fabulæ narrant) in inſula Sardo apud heroas dormierũt fidẽ facit. Cũ.n. eſſent nouẽ filij Herculis quos ex Theſtię Theſpiẽſis filiabus habuit, corpora ꝑmanentia ſine putredine & integra habuerũt q uidebant̃ dormire ut forte Ariſto. & eius interpres Alex. dicũt & hi filij Herculis erant heroes in Sardo, apud quos grã dormiendi uel alicuius alterius utilitatis erant. Equidẽ q̃dã longiſſimos ſomnos dormiſſe & Symbolicũ ſcʒ qd' aliud ſignificat ac ꝓfertur, qdã ꝓfecti ad Sardum copulãtes nũc ipſius ſomni initiũ cũ ipſo fine, & unũ faciẽtes. qa nõ ꝑcipiebant curriculum motus inter duo nũc, una ẽt cogitationẽ tp̃is in tp̃m nũc redigere, & ſuſtulere tp̃s qa nõ ꝑceperũt ſenſu motũ intermedium. Vt.n. ſi non eẽt, inquit, alterũ nunc in principio, & alterum in fine, ſed unum & idem nõ eſſet tempus, quia nunc nõ eſt tempus, ſed temporis terminus, ſic etiam quando latuerit nunc alterum, non uidetur eſſe tẽpus medium inter duo nunc. Veruntamen Eudemus cũ prætereat fidem facere ex his qui dormierunt in Sardo, fidem facit ex quodam caſu qui Athenienſibus acciderat. Fertur enim inquit, cum diuinum ſacrificium a ꝑpło ageret̃ q̃ſdã ꝯuiuiũ faciẽtes in q̃dã ſpelũca ſubterranea ebrios euaſiſſe q una cũ ſuis duos dies et totidẽ noctes dormierũt. Nã cũ qdã exprectus eẽt ut uidit aſtra, denuo recubuit & cũ dies illuxiſſet utre ſõno excitati ſeqñti die adhuc ꝯuiuiũ puellarũ agi cũ uidiſſent. Sʒ ut intelligat̃ caſus, erat inq̃ cõuiuiũ & feſtũ puellarũ qd' tertio die agebat̃ in ipſis feſtis q uocãt apaturia uelut p̃ria die agebant ꝯuiuiũ & feſta q appellabãt dorpia, & ſcđa die Ananſis, & .4. die Epiuda, poſt ergo ſcđæ diei ſacrificiũ totũ ſeqntẽ diẽ & noċtẽ dormierũt, & q̃rtã deinceps ꝓ tertia uelut ꝯuiuiũ puellarum & illud feſtũ qd' uocãt cureotin putarẽt. Si ergo qñ nullã ꝑceperim' mutationẽ eẽ, ſʒ ĩ eodẽ nũc ſtare & eẽ uidemur, tñ accidit, ut neq; tp̃s interĩ effluxiſſe putemus, qñ ergo ſentiem' motũ & q̃dã plura nũc definiem' alterũ uelut principiũ, & aliđ uelut terminũ, & aliđ uelut pri' & aliđ uelut poſteri' tũc ẽt curriculũ tẽporis una ꝑcipimus, q patet tp̃s nõ fore ſine motu & mutatiõe. Ex his ergo q nũc dicunt̃ Gal. admirabilis octauo libro de arte demõſtrãdi putat Ariſt. ob hęc dicere tp̃s nõ eẽ ſine motu, qa itelligim' ip̃m moueri. Et abſurdũ cõtra rõnẽ q̃ddã adducit, qd' ẽt undiq; imobilia neceſſe eẽt ut cũ motu eẽnt, ſi qdẽ & horũ intellectio nobis cũ motu ſit. Nã neq; nos itelligimus intellectiõe imobili. Si. diceret aliqs qd' neq; ſine diſtãtia eẽnt ea q nõ diſtãt, ſi nos intelligimus eadẽ cũ diſtãtia agẽtes multa p phãtaſiã, ſed primũ qdem oportebat intelligere, qa Ariſto. nõ uult aium moueri ſed agere cũ cẽſuerit ſolas motiões nãles motus appellãdos eẽ. nõ ergo dicit quæ mouentur intelligere tempus non eſſe ſine tempore, ſed quia intellectio motus cum ſit immobilis introducit ſecum temporis intelligentiam. Quod uero ſic dicat, patefacit ex his quæ dicit, quoniam etſi mutauerimus cogitationem ideſt etſi cogitatione ac intelligentia ageremus, circa mutationem & lateret nos mutari, non appareret nobis tempus, & rurſus lateret nos, inquit, motus non quia non moueatur, ſed quia nullam habet intelligentiam nec animaduerſionem motus. Vnde inquit, quod ęque tempus & motum nos ſentire ſed nõ

motos ſentire. Quod ſi aliquis exiſtimet hæc uerba, { Cum ipſi nihil mutamur ſecundum intelligentiam, } dici loco horum non mutamur ſecundum intelligentiam, & ſic non intelligere tempus quia nos mouemur, & tempus ſimul conſideratur cum motu, ſed quia tempus comitatur motum ſiue moueamur, ſiue non, idcirco & uelut determinãs ſubiũxit hoc. { Aut latet nos mutari. } Proinde quemadmodum dixi prius & intelligentes & agentes ſimul quod moueamur patet. Vnde nõ animaduertentes prorogationem motus neque definientes prius & poſterius nunc, nec tempus intermedium percipimus quod una ſubſiſtit cum motu quem abſoluimus. Veruntamẽ cardines & centrum uniuerſi non intelligimus, niſi uelut ea q̃ moueri nequeunt. Vniuerſale enim eſt ut ſi alterum eorum q̃ ſimul exiſtunt & habent ſubſtantiam in habitudine quadam inter ſe aliquomodo, cognoſcitur, neceſſe eſt ut una intelligat & alterum. Qui porro amicum intelligit & amici eſſe amicũ intelligat oportet. Eodem modo qui dextrum comprehendit, etiam læuum ſtatim cognoſcet. Ideo animaduertendum eſt, quomodo Alexander dixit regulam & cognitionem eorum quorum unum ſine altero non comprehenditur fauere ac magis conferre quam hanc, qua dicitur motus eſſe ſuapte natura aptus ut cum tempore conſideretur & intelligatur. Patet etiã motum ſimul cum tempore ferri & labi. Nam cum inambulando aut proficiſcendo aliquo tantum temporis conſumpſiſſe cognouerimus totidem etiam ſtadia nos peragraſſe tanto tempore coniecturamus & Ariſtoteles in ſequentibus dicit, { At uero & cum tempus uidetur fuiſſe aliquod ſimul & motus quidam fuiſſe uidetur. }

Accipiendum eſt autem, quoniam quærimus quid eſt tempus, hinc incipientibus, quidnam ipſius motus ſit. ſimul enim motum ſentimus, & tempus. Etenim ſi ſint tenebræ. & nihil per corpus patiamur, motus autem quidam in anima inſit, confeſtim ſimul videtur quoddam factum fuiſſe & tempus. At vero & cum tempus videtur fuiſſe aliquod, ſimul & motus quidam fuiſſe videtur. Quare aut motus, aut motus aliquid, eſt tempus. Cum igitur nõ ſit motus, neceſſe eſt motus aliquid eſſe, ipſum.

Com. 105. Cum concluſiſſet ex dictis, neque motum eſſe tempus, neque ſine motu, proficiſcens ad quæſtionem ſubſtantiæ eius nunc primum ex dictis confirmat nos ſimul tempus & motũ ſentire. Nam etſi tenebræ fuerint, inquit, ut neque nos corpore moueri neque alios percipiamus, cum motus quidam in anima inſideat cum ipſa quicquam intelligat, quod æquale eſt huic Alexander inquit, quia aliquam motus intelligentiam habemus quod quidem eſſe patet motus animaduerſione, mox ſimul quoddam uidebitur fuiſſe tempus. Sic autem Alexander exponit ſciens Ariſtotelem nolle animam moueri ſed dixiſſe motum in anima ipſam intelligentiam immobilem quacunque motus ſpecie. Niſi forte Ariſtoteles putet intellectiones animi eſſe diſtinctas a naturalibus motionibus & alia ſpẽ motus intelligat. Deinceps uero addit ſententiam econuerſo ab his quæ prius dixit, quia non ſolum cum motu ſimul intelligitur tempus, ſed etiam motus una cum tempore. Merito igitur quia ſimul hæc inter ſe & mutuo referuntur, quia uel motus eſt tempus uel aliquid motus, ſi ergo oſtenſum fuerit motum non eẽ, relinquetur ergo idem eſſe aliquid motus.

Tex. 99. Quoniam autem quod mouetur, mouetur ex quodam in quoddam, & omnis magnitudo continua eſt, ſequitur magnitudinem motus. Quia enim magnitudo continua eſt, & motus eſt continuus. Quia vero motus, & tempus. quantus enim motus eſt, tantum & tempus ſemper videtur fuiſſe.

Cum oſtenderit tempus eſſe cum motu, deinceps quærit quid ſit motus, oſtendit igitur quod cum continuus ſit motus habet prius & poſterius, & hoc eſt tempus ut diſcemus. Qđ uero motus continuus ſit ſic oſtendit, quia prius demonſtrat magnitudinem in qua motus eſt, continuam eſſe & quod mouetur ex aliquo ad aliquid cietur, & quod ſic mouetur in aliq̃ diſtantia magnitudinis mouetur. Cum ergo magnitudo continua ſit et in magnitudine motus collocetur, & motus ſit continuus ob magnitudinem, ut tempus per motum. Quantus enĩ motus eſt tantum etiam tempus eſſe ac præteriſſe uidetur, ut etiam quanta eſt magnitudo, tantus eſt motus. Si autem quantum ipſius motus eſt continuum, ut etiam magnitudo, uelut unius ſtadij intercapedo & quantitas temporis erit continua. Quod ſi non erit continua, ſed diſcreta, profecto non diceret quod quantum eſt alterum, tantum etiam alterum eſt. Nam tal a quanta uiciſſim comparari & conferri non poſſent. Cum igitur unam propoſitionem omittat dicentem. Cō. 106

Quod ex aliquo ad aliquid cietur ſupra aliquam magnitudinẽ mouetur, uidetur quandam exiguam obſcuritatem ingerere uerbis. Et Eudemus tertio naturalium eandem habere ſententiam uidetur, quia ob magnitudinem motus eſt continuus, & ob motum eſt tempus, qui ſic ſcribit.

Repetentes rurſus dicamus, quia tempus eſt continuum & eorum quæ diuiſilia ſunt uidetur eſſe, igitur & motus & magnitudo. Quod igitur horum principium & cui primum hæc inſunt. Num longitudini corporique hæc per ſe uidentur ineſſe. Non enim quia aliquid horum ſic eſt neque quia talia ideo diuiduntur & continua ſunt, ſed motus quia eſt in longitudine continuus & partibilis eſſe uidetur, continuus quidem quia in continuo eſt & diuiduus quia diuidi poteſt uelut longitudo. Quæ enim pars longitudinis ſumeretur hæc etiam motus eſſe ſimiliter quoque & temporis. Vt enim motum ſic etiam tempus diuidi putamus. Verum Lampſacenus Straton motum tradit eſſe continuum non ſolum ex magnitudine, ſed etiam per ſe, quoniam ſi interpollaretur, ſtatione quidem intercideretur & motus eſt ille fluxus qui medius eſt inter illas diſtantias nõ interruptus. & inquit quod motus eſt quantus & diuidi poteſt in ea quæ ſemper diuidi poſſunt. Quod ſi a præſente ſemper habet ſemper exitum & ſucceſſionem, quatenus etiam ſemper nominatur motus & ſecundum hoc non eſt quantus. Neque hoc mirum eſt. Etenim numerus determinat, ſed non quanti eſt definire, & magnitudo cohæret & continuatur alteri non quatenus eſt quanta. Nam hæc ſunt differentiæ quanti ſed nõ quantum, ideo ſit etiam ſucceſſio aut prorogatio differentia motus. Sed quomodo dixit { Quantus enim motus eſt, tantum & ſemper tempus uidetur fuiſſe, } ſiquidem multus ſit & paucus. Niſi quantum & quantum non ſolum in quantis ſolis æqualibus conſideratur ſed etiam in proportionibus identitatis. Quanta enim eſt proportio ipſius d/ ad ea quæ ſunt b/ tanta eſt etiam eorum quæ ſunt c/ ad ea quæ d. Nam dupla eſt ſic etiam ut motus ad motum & tempus ad tempus cum ſint celeritas ut tarditas eorum differẽtiæ. Et Ariſtoteles per æqualitatem quanti non accepit quantum & quantum, ſed ob ſimilitudinem continuationis. Quæ enim non ſunt ſimiliter continua, neque comparabilia ſunt, ut diximus prius, ſed neque hoc prætermittamus addere quæſitis. Quia magnitudinis in qua motus eſt continuationem ad motum & tempus proportio transferens & ex hac ſubſtantiam temporis inueniens ſolũ motum localẽ accipit. Nã alij motus uelut alteratio, incrementum, diminutio, ortus interitus nõ ſunt magnitudinũ motus neque in magnitudine fiũt, q̃re & tẽpus nõ oẽ ſed ſolũ illud inuenit rõ qđ ſimul eſt cũ motu ad locũ. Sed Ariſto. uidet̃ ex notiore efficere ꝓbationẽ. At Straton elegãs oñdit motũ per ſe hr̃e continuationem, forte ad hoc reſpiciens, ut non ſolum de motu locali ſed etiam de cæteris alijs concludantur dicta.

Prius

Prius autem & poſterius, in loco primum ſunt
hic quidem, poſitione. Quoniam autem in ma-
gnitudine eſt prius & poſterius: neceſſe eſt & in
motu eſſe prius & poſterius proportionaliter ijs
quæ ſunt ibi. At vero & in tempore eſt prius &
poſterius, propterea quod alterum ſequitur ſem-
per alterum ipſorum. Eſt autem prius & poſte-
rius ipſorum, in motu. Id quidem quod eſt mo-
tus eſt, eſſe tamen ipſi, alterum eſt, & non eſt
T.100. motus. At vero & tempus quidem cognoſcimus
cum diffiniuerimus motum, prius ac poſterius
diffinientes. atque tunc dicimus fuiſſe tempus,
quando prioris & poſterioris in motu, ſenſum
ceperimus. Determinamus autem aliud & aliud
exiſtimando ipſa, & medium quippiam inter ip-
ſa alterum. cum enim extrema altera a medio
intellexerimus, duoque dixerit anima, ipſa nunc,
hoc quidem prius, illud vero poſterius: tunc &
hoc dicimus eſſe tempus. Quod enim determi-
natur ab ipſis nunc, tempus eſſe videtur, & ſup-
T.101. ponatur. Quando igitur tanquam vnum, ipſum
nunc ſentimus, & non, aut vt prius & poſterius in
motu, aut vt idem quidem, non autem prioris &
poſterioris cuiuſdam, non videtur tempus factũ
fuiſſe vllum, quoniam neque motus. Cum autem
prius & poſterius eſt, tunc dicimus tempus. Hoc
enim eſt. tempus numerus motus ſecundum
prius & poſterius. Non ergo motus, tempus eſt,
T.102. ſed quatenus numerum habet motus. Signum
autem eſt. plus enim & minus diſcernimus nu-
mero motum autem plurem & minorem, tem-
pore. Numerus itaque quidam, tempus eſt. Quo
niam autem numerus eſt duplex (etenim quod
numeratur ac numerabile, numerum dicimus
& quo numeramus) tempus autem eſt quod nu-
meratur, & nõ quo numeramus, eſt aũt alterum
quo numeramus, & quod numeratur.

Cõ.107 Eorum quæ dicuntur hæc eſt intentio, quia ut motus conti nuus eſt & id a magnitudine habet, quæ dicitur illa in qua eſt motus, ſic etiam prius & poſterius in magnitudine quæ ſecundum poſitionem motus ſunt, prius & poſterius motus proficiſcuntur, & a priori motus & poſteriori & temporis talia emergunt ut etiam cõtinuatio. In magnitudine enim forte prius eſt id in quo ponuntur certantes & poſterius illud ultimum ſtadij in motu autem prior motus eſt ſecundum primum punctum, ſed poſterior ſecundum poſterius. At in magnitudine ſemper prius ſimul exiſtit cum poſteriore. Simul enim eſt primũ punctum cum poſteriore, ſed in motu abeunte & corrupto priore ſuccedit poſterius, non tamen idem ſunt prius & poſterius cũ motu ſecundũ rationem, ut neq; prius & poſterius ſunt idem cum magnitudine, quia ſi ſubiecto idem ſunt, tamen ratione differunt, ut quinque ſubiecto ligna ſunt, ſed quinque numerus eſt alius ab ipſis & ſubiectum motus eſt actus mobilis q̃ mobile, ſed prius & poſterius in motu ſunt numerus & ordo in tali. Similiter autem & in magnitudine in quo eſt prius & poſterius motus, ſubiectum forte columnæ. ſed prius & poſterius eſt ordo in ipſis. Et hoc eſt quod inquit quia quinq; eſt motus id eſt ipſa exiſtentia & ſubiectum ſed quatenus eſt id ratio eſt altera a ratione motus. Sic ergo cum ſeparet prius & poſterius in motu, quærit deinceps quid illud ſit quo prius & poſterius differunt a motu ut in linea quam donec intelligimus unã ipſam & continuam, non percipimus tamen eius prius & poſterius poſitione, ſed quando diuiderimus & definiuerimus illam punctis mox aliquid prius poſitione facimus & aliquid poſterius & diuerſa extrema lineæ mediæ quę continentur ab eiſdem. Sic autem & in motu neq; ſecus intelligimus prius & poſterius in ipſo niſi diuiſerimus ipſum & definiuerimus uelut duo & perceperimus uelut aliud & aliud. Quo igitur diſtinguimus? non certe puncto, quia nõ habet poſitionem, ſed quodam alio modo. Dico enim priorem motum quo moueor forte ambulando, & poſteriorem quo mouebor quare determinatio fit quia alterum præterijt, alterum uero futurum eſt, & præteritum & futurum tempus. Similiter tempus erit quando diſtinguemus prius & poſterius, quæ diſtinguntur quando ipſa nunc in anima erunt ſeparata. quorum unum uelut initium motus, & alterũ uelut terminus. Tempus enim inter ipſa nunc ſtatim intelligimus cum ſit aliud ab ipſis. Sed ſæpe unum nũc accipientes uelut terminum præteriti & uelut principium futuri rurſus intelligimus tempus & prius & poſterius eius. Sic enĩ melius exiſtimo intelligendum eſſe hoc. { Aut ut idem quidẽ »
non autem prioris & poſterioris cuiuſdam, } quam Alexan- »
der expoſuerit dicendo idem nunc & unum uerum in priore & poſteriore exiſtens, quemadmodum intelligentes ipſum ꝓ ductum aliud & aliud motus ſit, quare ubiq; intelligentia aduenit temporis, quia diuiduntur & ſeparantur inter ſe prius & poſterius motus. Secernitur inquam unum ab alio, quando aliud & aliud ſumptum fuerit, id eſt quãdo enumeraretur. Numerus enim non unius neq; prorſus eiuſdem eſt ſed habentis aliud & aliud quare numerus motus eſt tempus quatenus numerari poteſt ſecundum prius & poſterius. Et quod ſit numerus motus patet ſi quidem plus & minus numero diſcernanť, ſed plus & minus motus tempore diſcerni ſolent. Plus enim motus eſt quod ſibi poſcit plus temporis æqualem accipiens uelocitatẽ, & minus qđ minus tẽporis poſtulat, quare in tertia figura cõcluditur, qđ tẽpus eſt quidã numerus. Verum Alexander ex duabus uniuerſalibus affirmatiuis in tertia figura ſic concludit.

Cu uſcunq; plus & minus numero diſcernuntur, & metiuntur, etiam plus & minus motus numero metiuntur.

Sed oĩs motus plus & minus tẽpore diſcernunť, & metiunť.

Ergo tempus eſt quidam numerus.

Animaduertendum eſt ergo ſi hoc ſit ſubiectum propoſitionis quando dicimus. Cuiuſcunq; plus & minus numero iudicantur, & omnis motus plus & minus numero iudicantur & numerantur. Quod vero neceſſario etiam addatur ſecundum prius & poſterius patet, ſi quidem numerantur motus & plures ſimul uelut de te dic quãdo auctus fueris & calidus factus eris & ex loco ad locũ proceſſeris, quia tribus motibus ſimul moueris, tamen non eſt talis numerus motuum tempus ſed ſecundum prius & poſterius. Vnde nihil mirum ſi uoluerit tempus eſſe numerum numeratum motus, & in diffinitione non numerabile dixerit, ſed numerum. Dicitur enim & numerus numeratus & mẽſura mẽſurata uelut numerus holum equorũ et bonũ, ẽt ſemodium ligneũ & hoc cibi & mẽſura octo capiẽs heminas dolij & hoc uini. Erent ſemodiũ cibi & frumẽti comedimus & bibimus octo heminas uini nõ ligneã neq; figulineũ uas ſed uinũ & panẽ. Itẽ neq; nũerus numerãs cõueniret tẽpori. Nã diuiſus ẽ & nõ cõtinuus, ſed numerus numeratus põt ẽẽ cõtinuus uelut iaculũ aut haſta undecim cubitorũ. Et ipm qđ numerať duplex ẽ, aliud ſm quãtũ, uelut dicimus duos motus uel tres, & aliud ſm ordinẽ ut dicimus ſm piorẽ & poſteriorẽ motũ. Vult ergo oñdere qđ numerus motus ẽ tẽpus, & uelut nũeratus, & uelut ſm ordinẽ nũeratus. Hic. n. ẽ ꝓprius. Nũerus. n. cõis ẽ & motui & bob⁹ et eqs. Qñ ergo dixit, { Qđ »
enĩ determinať ab ipſis nũc tẽpus eẽ uideť & ſupponať, } indi »
cat quõ tẽpus ẽ numerus mot⁹ qa uelut numerat⁹ & determinatus, ſed nõ uelut numerãs. Eſt. n. numeratũ in motu & ſic determinať uelut aliud atq; aliud & ita erat pri⁹ & poſteri⁹ ĩ motu et nõ mot⁹, ſiqdẽ aliđ atq; aliđ oñſſit ſit mot⁹ pri⁹ et poſteri⁹.

Numeris enim prioris,& poſterioris motus hic tempus eſt,& non numerus ipſius motus. Motuum enim numerus ut diximus ſiue plura ſint quæ mouentur,ſiue unum ut ego cum ambularem incaleſcerem & adoleſcerem uel partes eædem motus,numerus talium non eſt tempus,ſed enumeratio cuiuſcunque horum prioris & poſterioris ſecundum prius & poſterius hoc tempus eſt & non eorum quæ ſunt in magnitudine quia permanent ſimul cum illa ſed temporis prius & poſterius nõ permanet ſimul cum tempore ſed quoniam a tempore menſurari uidemur,quippe qui tot annos uixiſſe non dicere ſolemus & feſtum eſſe tot dierum ſpatio,ob id nonnulli tranſcribunt uerba ut inquit Aſpaſius ſic.

Sed tempus non eſt numeratum ſed quo numeramus.Sed patet qđ etiã tẽpus metitur ab ipſo numero confecto ex unitate. Nam dicimus quot tẽpora preterierunt.Sed forte nil prohibet tempus eſſe numerabile, & numerare. Et Aſpaſius ſic uerba deinceps exponit.

Eſt autem alter non quo numeramus ſed numeratus & inquit qđ ſi acceperimus numerũ ex unitatibus collectum eẽ ꝓprie numerum quo numeramus, dicendum eſt qđ non erit uelut alter ille quo numeramus.Saepe enim unitatem accipimus, & unitas ab unitate non differt genere nec ſpẽ nec numero. Qđ enim numero differt uel forma differt ut Socrates a Platone, uel ordine,ut punctum a puncto uel tanquã nunc ab alio nũc quia unum prius & alterum poſterius uel poſitione ut ſurſum & deorſum,uel ſecundum aliam quandam talem intelligenõã quæ quidẽ in ſolis unitatibus nõ ſunt.Sed melius,inquit,in pręſentia eſt accipere numerũ quo numeramus.Niſi forte & numerans ſit idem ubiq; plurium. Talis eſt ergo dictorum intentio.At Alexander recte cuncta pene cum exponat,quædã inîecit,quæ ſunt animaduerſione digna.Cũ enim Ariſtoteles principio propoſiti contextus dixerit prius & poſterius in loco primum eẽ ipſe inquit ac ſi dixerit in magnitudine mota.Nam poſitione,inquit,qđ eſt in loco qđ magnitudo eſt,habet & prius & poſterius.Sed qũo hoc dictum eſt:Prius enim & poſterius poſitione in loco ſunt,ſed nõ in magnitudine q̃ eſt in loco.Poſitiones enim magnitudinis ſm motum ſunt,qui quidem motus a loco trahit prius & poſterius ſecundũ poſitionẽ,neq; ſunt ſimul priora & poſteriora,ſed aliud aliam atq; aliã pertranſit magnitudinẽ,at loci priora & poſteriora ſimul ſunt.Sed quomodo ex priore & poſteriore poſitione in eo qđ mouetur uelut e capite & pedum prius & poſterius motus ſumuntur.Niſi forte igitur quando dixit Ariſtoteles quod prius & poſterius in magnitudine ſunt,non & magnitudine quæ mouetur illud dixerit,ſed de illa in qua fit & motus.Sed cõtra hæc dicta Ariſtotelis quiſpiam ambigeret,primum quidem quomodo tempus collocat in ipſo priore & poſteriore motus ſecundum locum ut indicat illud quoniam ex habente prius & poſterius ſecundum poſitionem in loco proficiſcuntur prius & poſterius motus,ſed tempus non ſolum conſideratur in ſolo motu locali ſed etiam in omni motu.Secundo quomodo aſſerens quia in magnitudine ſunt prius & poſterius,neceſſe eſſe ut etiã in motu ſint prius & poſterius quæ ſunt illi ſibi reſpondentia uel proportionem cum illis habentia dixit tempus eſſe hoc prius & hoc poſterius quæ ſunt ſecundum ſimilitudinem eorum quæ ſunt in motu & proficiſcuntur ab illis in magnitudine,quia talia eſſent ſecuudum poſitiooem & non ſecundum tempus, quandoquidem alius motus poſitione intelligitur in priore magnitudine,& alius in poſteriore,uelut prius ipſius motus poſitione eſt quando ex Athenis ad Thebas aliquis proficiſcitur et poſterius eſt uerſus Thebas & prope.Niſi quia non ſumuntur hæc prius & poſterius ex ipſis in magnitudine. Sed duplex eſt prius & poſterius in motu,alterum quidem ab ipſo loco aliud uero ab ipſo tempore. Et quemadmodum dixit prius loci intelligentiam fieri ex priore & poſteriore quæ ſunt in motu ſecundum poſitionem, ſic etiam tempus non uult intelligere a priore et poſteriore in motu & non ex priore & poſteriore magnitudinis e quibus prius,& poſterius motus emergunt,ſed ex priore & poſteriore quæ ſunt ex prorogatione & duratione tẽporanea.Nam cum motus ſit medius inter locum & tempus utranque menſuram aſſumit uidelicet numerum prioris & poſterioris,uerum ſecundum locum dicitur localis & ſecundum tempus temporaneus.Et dicitur localis quatenus diſtãtia eius & ſucceſſio habet poſitionem,ſed temporaneus dicitur quatenus ſubſtantia eius erat in fluxu.Neque enim ſi poſitionem ſolam haberet,tempore indigeret. nam cum ſimul eſſet in eodẽ nũc erat,neque ſi ſolum fluxum haberet poſceret ſibi locum. Nam locus erat menſura diſtantię ſecundum poſitionem,quare ſi quis tempus definiuerit eſſe numerum prioris & poſterioris ſecundum fluxum motus quemadmodum locum numerũ prioris & poſterioris diſtantiæ ſecundum poſitionem non peccaret,exiſtimo.Sed quoniam duplex eſt numerus alter qui numerare poteſt,& alter numerabilis quantitas quando dicimus unum,duo tria & alter ordinis quando dicimus primum,ſecũdum,tertium,tempus eſt talis numerus,ideo ſecundum prius & poſterius determinantur.Aliquid ergo defectus habet definitio,niſi addatur hæc particula, { Secundum fluxum, } uel hanc { prorogationem extẽſionemue prioris & poſterioris }. quæ ſeparent ipſum ab ipſo priore & poſteriore ſecundum poſitionem. Vel ergo illud ſecundũm poſitionem per accidens eſt in motu,quia ob poſitionem eius quod mouetur in ipſa diſtantia uidetur motus diſtare & habere poſitionem & id prætermi ſit. Attamen extenſio ſecũdum fluxum eſt quædam ſubſtantia motus,& hoc ipſe poſterius determinans dicit uniuſcuiuſque naturam tempore dimetiri. Forte ergo apertius erat nõ ex priore & poſteriore motus tempus deſignare nequa dicendum erat in ſequentibus,quod quanta eſt magnitudo tantus eſt motus,& quantus eſt motus tantum eſt tempus,quia hæc ſecundum poſitionem motus exhibent diſtantiam & non illam ſecundum tempus, proinde illis maxime attendendum eſt ubi inquit extenſionem naturas a tempore metiri.Et hęc dicta ſint quo ad ſecundam dubitationem.Sed ad primam dicamus quod quanquam omnis motus tempore menſuretur,tamen ut cæteris motus ſecundum locum eſt euidentior,ſic etiã hoc tempus eſt euidentius quod huic motui cognatum eſt eo tempore quod ſimul eſt cum cæteris motibus.Niſi et ſi uidentur diligentius conſideranti & cęteri motus uelut incrementũ ortus alteratio ab eodem tempore menſurari dicantur quod eſt ſimul cum motu locali.Nam horis,diebus,mẽſibus & annis extenſionem aliorum motuum definimus. Attamen Eudemus tertio naturalium ſcripſit.

De tempore quis forte dubitaret cuius uel qualis motus ſit numerus. Equidem non unius cuiuſdam ſed ſimiliter omnium eẽ uidetur.Nam æque omnium eſt numerus in quibus eſt prius & poſterius,hoc autem cõmune eſt motui, uelut mortali animali ſcientia nõ eſt æqui nec hominis,nec alicuius alterius ſpẽi ſed uniuerſalis.Sic neque tempus eſt alicuius motus numerus ſed æque omnium. Eſt porro ubique ſimiliter & quicunque motus non tamen æque primo omnium ſed primo eſt & maxime prioris motus & uniformioris.Nam ſic notius in ipſis determinatis.Quæ cum Eudemus plane ſcripſerit ſciendum eſt quid ſit hoc uniuerſale.Si enim motus uniuerſalis ſubſiſtit cur non homo,æquus & aliorum unumquodque uniuerſale ſubſiſtit.Cur item non quemadmodum motus alter uniuerſalis, & alter proprius.ſic etiam tempus aliud commune, & aliud proprium. Quod ſi motus uniuerſalis uel nihil uel poſterius eſt,ut ſe habet motus etiam tempus ſe habebit, igitur tempus uel nihil eſt, uel ſola notio animi. Sed quoniam uidebatur Alexandro definitio temporis tradita ab Ariſtotele,non habere eandem intelligentiam quæ habent dicta Platonis de tempore, proinde rationes & definitiones horum adducamus in mediũ. Ariſtoteles itaque definit tempus eſſe numerum motus ſecundum prius & poſterius. Plato autem dicit tempus eſſe imaginem quãdam æternam ſecundum numerum labentem & fluẽtem ipſius æternitatis quæ eodẽ modo manet. Vnde illi particulæ { eodem modo } poſuit contrariam hãc { ſe

cundum

» cundum numerum, } & illi { manet, } hanc { labentem, } » & illi { exemplari } hanc { imaginem. } Et uide quomodo Ariſtoteles melius longe ac cæteri intellexerit ſententiam Platonis de tempore. Quid enim aliud eſt tempus eſſe imaginem quandam æternam ſecundum numerum labentem, quam tẽpus ſubſiſtere ſecundum numerum qui neque ſit exemplaris neque ille ex unitatibus collectus, ſed ille qui eſt imago & ſecundum ordinem motus, ideſt ſecundum prius & poſterius conſideratum. Nam eius quod mouetur ut mouetur proprius numerus habens aliud & aliud introducit prius & poſterius, et ſecundum ordinem determinatur. Hæc igitur cũ pulchre Ariſtoteles nouiſſet & ſpectaſſet apertius explicans dixit tempus eſſe numerum motus ſecundum prius & poſterius, quare ſi hoc ſm numerum ſignificat hoc ſecũdum ordinem ut Alexander intellexit nihil aliud ſignificat quam ſecundum prius et poſterius. Nam hic eſt numerus ordinis ut numerus monadicus unus, duo, tria. Vide preterea quomodo Ariſtoteles etiam recte intellexit illud, æternam, ſecũdum Platonis ſententiam. Nam illius ſempiternitas dicitur quia ſemper habet ipſum animal æternum uiuens, ſed hoc denominationem traxiſſe ab ipſo ſemper inquit. Item quia eodem modo manet pulchre exponit quod cõtineat & habeat omne tempus & ab ipſo natura cuiuſcunque proficiſcatur & uiuere prodeat. Sed primum qđ uitæ eſt particeps eſt primum animal. Sed quoniam contra nonnulla quæ hoc loco dicuntur Galenus doctiſſimus inſtat qui dicit tempus ſeipſo declarari, age & hanc obiectionem adducamus in medium. Cum enim multas enumeraſſet prioris & poſterioris ſignificationes & quaſdam dicit non congruere » definitioni uidelicet illam, { Secundum tempus ſolum, } ut ſit tempus numerus motus ſecundum tempus. Hanc autem obiectionem duobus argumentis. cum Themiſtius ſoluere proponat, ſciendum inquit quod prius & poſterius in motu nõ propter tempus hoc prius eſt & hoc poſterius, ſed idem » magis facit prius in tempore & poſterius. Fit autem ex priore & poſteriore quod eſt ſecundum magnitudinem & poſitionem a quibus etiam trahit ſuam continuitatem. Et ob id pla» no Ariſtoteles inquit { Prius & poſterius in loco primum » ſunt, } & hæc porro ſunt poſitione, & quia ſunt in magnitudine, neceſſe eſt etiam ut in motu collocentur. Sed contra hæc diceret Galenus prius & poſterius in magnitudine in qua motus fit & ſecundum poſitionem maxime ſunt. Nam tale prius & poſterius erant in magnitudine & aliud erat hoc ſecundum tempus (ut diximus prius) quod ſimul eſt cum priore & poſteriore motus non ſecundum poſitionem habens prius & poſterius ſed ſecundum extenſionem naturæ ſuæ, ſed hoc quod eſt præter hoc ſcilicet ſecundum poſitionem e magnitudine motu aduenientem. Secundam autem ſolutionem adducens inquit. Sed detur etiam ut nihil aliud prius & poſterius ſignificent quam hoc { ſecundum tempus } ut putat, quid incommodi ex hoc eueniet. Neque enim tempus quicquam aliud eẽ dicimus quam prius & poſterius in motu. Equidem neceſſe eſt, ut idem definitiões ſignificat quod nomina repræſentant, quare hoc latet eum qui definitionem accuſat, quod quidem admittere eum decebat. Sed etiam ad hanc Galenus diceret, qđ ſi unum eẽt prius & poſterius in motu ſm tempus pulchre hoc diceretur eẽ tempus illud prius & poſterius qđ eſt in motu, & ſic nõ eẽt tempus ſeipſum declarans, ſed ſi aliud eſt ſm poſitionem qđ non fuerit tẽporaneũ, ſed aliud ſm tẽpus, neceſſe eſt dicere qđ tẽpus eſt prius & poſterius in motu ſm tẽpus. Niſi ergo ſi quis prius & poſterius accipiat ſm extenſionẽ ſuæ naturæ, ſed non ſm poſitionem & tẽpus declaratur & non per ſeipſum, & nomen eius non erit ſimpliciter idem cum priore et poſteriore, ſed cum tali priore & poſteriore, quæ quidẽ ſunt in definitione. Cæterũ quia eſſe duplicẽ numerũ cum dixerit, tres ſignificationes numerauit, numerũ numeratũ, numerabilem, & quo numeramus, cuique perſpicuum eſt, quod numerus numeratus & numerabilis idem ſunt.

T.103. **Et vt motus ſemper alius eſt & alius, ſic & tempus. Tempus autem ſimul omne, idem eſt.**

Com. 103. Cum patefecit eẽ tẽpus quicquã motus, qđ eſt quicquã numerabile motus ſm prius & poſterius, certiorem facit eorũ cognationem ex ipſo fluxu qui quidẽ cõmunis eſt motui & temporis. Vt enim motus ſemper alius & alius cũ non permaneat primus, ſed abeat intereatq; ſic etiã prius tẽporis ubi aduenerit poſterius interit. Sed patet non ſolũ hoc prius temporaneũ nõ permanere, ſed etiã ipſum prius ſm poſitionẽ. Etenim in hoc priore decedente poſterius ſuccedit. Verũ in magnitudine eadem in qua motus fit prius & poſterius ſimul permanent. Nã in his ſolis quæ ſunt dum fiunt hæc proprietas ineſt, ut corrupto priore ſemper poſterius pſto fit. Prius ergo & poſterius in motu quæ non ſunt ſm poſitionem eius, ſed ſecundũ extenſionem ſuæ nãæ ſunt ipſum tẽpus non quatenus motus, ſed quatenus ſunt prius & poſterius. Prius enim & poſterius in eo motu etiã ſunt quo quis pficiſcitur ab Athenis ad Thebas, ſed primus motus eſt ille qui fit ppe Athenas. Hęc prius & poſterius etſi conſiſtant dum fiunt, tñ conſiderata ſecundũ relationem ad poſitionem permanentẽ aliquo mõ permanere uidentur, & qñ etiã motus uelut coextenſus magnitudini in qua ſit, cõſideratus, ſed qñ proprie uelut motus conſideraretur ſecundũ fluxum & quatenus eſt, dum fit, tum aliud præteritũ eſt & aliud futurum & ſi ſic tẽpus fit. Cum ergo conuenientiam temporis ad motum dixerit merito inducit differentiã. Etenim motus non ſolum alius eſt prior motu poſt ipſum, quod quidẽ etiã eſt cõmune tempori, ſed & ſimul differentiæ exiſtentes differunt, inter ſe, aliæ quidẽ etiam ſpecie, ſi unũ interiret, & aliud augeretur, & aliud alteraretur, ſed aliæ numero ſolũ ſi plura ſimul interirent, uel augerentur, uel alterarentur. Motus enim eſt in eo qđ mouetur, quare quæcũq; mouentur tot & ſunt motus. Attamen tẽpus eſt ubiq; idem ſm aliquã eiuſdem ſignificationem, & non differt tempus a tempore. Neque enim illorũ differentia in quibus eſt tempus ſiue ſint ſecundum ſpeciem, ſiue ſecundum numerum temporis differentiæ ſunt. Etenim quæ in Athenis & quæ in Corintho in eodẽ tempore ſunt propterea quod non uelut uniuſcuiuſque moti eſt quidam motus proprius ſic uniuſcuiuſque motus determinati tempus eſt numerus ſed omnium, uelut unius. Nam unum & idem in omnibus quæ fiunt prius & poſterius quatenus tale eſt. Nõ. n. quatenus alter eſt in hoc, & alter in hoc, neque quatenus hic eſt interitus & hic argumentum, & hic alteratio hi motus habent prius & poſterius ſed quatenus ſunt communis motus, ideo dicuntur eiuſdem quantitatis quia ſunt in eodem tempore, quemadmodum hic quinq; dierum & ille ſimiliter, quãquam ea in quibus ſunt differant. Sed ſola differentia ſecũdũ tempus eſt ob ipſam diuerſitatem ipſorum nunc. Cum enim hæc accipiuntur tẽpus ſubſiſtit & unum fuerit acceptum ut prius, & alterũ uelut poſterius. Quod ſi differentis in ipſo nunc eſt erit differentiã ipſo tempore, erit etiam differentia in tempore ſecundũ prius & poſterius ſolum. Sed illius temporis quod eſt ſimul non eſt hoc prius & hoc poſterius quare non habet partes differentes illud tempus quod ſimul exiſtit. Sed contra hæc opinor aliquis dubitaret, quod ſi erat tempus numerus uelut numerans, forſitan eſſet unũ & idem, ſed qa eſt uelut numerus numeratus, & hic eſt qui iam eſt coordinatus & participatus, quomodo idẽ erit, tempus qđ ſi quatenus tempus quoddam commune eſt idem eſſe dicetur, cur non etiam motus quatenus motus idem erit, qđ ſi etiam motus & aliud atq; aliud habet & cõmune, primo dicant qđ cõmune qui cõmunia aſſerũt uel nihil uel poſterius eſſe. Deinde cur non etiam tẽpus alterum erit cõmune, & alterum propriũ. Solueret. autem aliquis dubitationem exiſtimo dicendo, quod non omnis motus numerus eſt uelut numerabile tempus ſecundum eandem ſuppoſitionem, uelut meæ ambulationis & tuæ dealbationis, quia hoc modo non eſſet indifferens. Neque ſimul ſecundum unum nunc tempus determinatur ſed tempus cum ſit numerabile primi & ſimplicis motus cœli ſecundum prius & poſterius illum numerat priora &

poſteriorã in differentibus motibus ſecundum unum propriũ nunc, ideo & ſimul ubiq; idem tempus eſt. Et ipſe Ariſtoteles procedendo ipſum nunc non numeratile ſolum, ſed etiam numerans ponet quando dicet. { Quatenus igitur terminus eſt ipſum nunc non eſt tempus ſed accidit quatenus numerat. } Et ſi hoc ita ſe habet, quatenus numerat, indifferens erit ſed q̃ numeratur differens. Niſi forte dicemus cõuenientius eſſe Ariſtoteli, quod differentes motus & ſi quatenus motus tales differant inter ſe uel ſpecie uel numero, ſed commune motus eſt ut ſit ordinatus & ſit dum ſit ſecundum quod prius & poſterius ipſorum acceptum ſecundũ extenſionẽ ſuæ naturæ ſecundum quod etiam tempus determinatur, eſt unum & idem ubique. Prius enim meæ ambulationis & tuæ dealbationis uelut motus ſi ſimul fuerint erunt in eodem nunc. Eodem modo poſterius in ipſo eodem quod explicatur in calce iſtius libri. Nam & ſi ſeparatum alicubi per ſe fuerit ipſum cõmune motui & ordinatum ſeruabit tamen ſuam communitatem & ubique idem erit. Nam ſecundum illud nondum motus diuiſi ſunt in numerum.

Tex.104. Nam ipſum nunc, idem eſt, ſecundum id quod eſt. eſſe autem ipſi, alterum eſt. Ipſum autem nunc, tempus metitur, quatenus prius eſt atque poſterius. Ipſum autem nunc eſt, quidem vt idem, eſt vero vt non idem. Quatenus enim in alio & alio eſt, diuerſum eſt. hoc autem, eſt ipſi nunc. quatenus vero eſt id quod eſt, ipſum nunc, idem eſt. ſequitur enim (vt dictum eſt) magnitudinem, motus. hunc autem, tempus, vt diximus. & ſimiliter igitur punctum, id quod fertur, quo motum cognoſcimus, & prius in ipſo & poſterius. hoc autem ſecundum id quidem quod eſt, idem eſt. punctum enim, aut lapis, aut aliquid eiuſmodi, eſt. ratione autem, aliud eſt. ſicut Sophiſtæ accipiunt eſſe diuerſum. Coriſcum in Lycio eſſe, & Coriſcum in foro. & hoc igitur, ex eo quia alibi & alibi eſt, diuerſum eſt. ipſum autem nunc, ſequitur id quod fertur, vt tempus, motum. eo enim quod fertur, cognoſcimus prius & poſterius in motu. Quatenus autem numerabile eſt prius & poſterius, ipſum nunc eſt. Quare & in his, id quidem quod eſt nunc, eſt idem. prius enim aut poſterius eſt, quod in motu eſt. ipſum autem eſſe, alterum. Quatenus enim numerabile eſt prius & poſterius, ipm nũc eſt. & notum maxime, hoc eſt. etenim motus eſt, per id quod mouetur, & latio per id quod fertur. Hoc aliquid enim eſt id quod fertur, motus autem, non. Eſt igitur vt idem ipſum nunc dictum ſemper: eſt autem, vt non idem. etenim ſimiliter, & quod fertur.

Cõm.105. Cum dixerit commune eſſe motui & tempori hoc ſcilicet ut fiant ſucceſſione & intereant, quia motus differunt inter ſe, ſed tempus totum ſimul idem, cauſam huius inquit eſſe ipſum nunc quod eſt idem ſubiecto. Hoc enim illud { Secundum id quod eſt, } Vt enim de priore & poſteriore dixit, quia ſecundum illud quod ſunt motus ſunt, ſed natura eius & ratio ẽ alia eorum & non motus, ſic etiam de ipſo nunc dixit, quia ſubiecto unum & idem eſt ſed ratione differens, quatenus unum eſt prius & alterum poſterius, & ſecundum hoc prius & poſterius ſunt & menſura temporis eſt ipſum nunc qua menſuratur tempus uelut aliud & aliud exiſtens, ut unitate menſuratur numerus. Merito ergo & temporis differentia & identitas ſumitur ſecundum identitatem & differentiam ipſorũ nunc, & idẽ erit tempus illud quod erit definitum ex his nunc, quæ indifferenter ſumuntur, quanquam fuerit in differentibus motibus ut eadẽ dies hodie in qua augetur aliud, & aliud albeſit, & aliud ambulat ſi habuerint idem nunc in principio ut in fine, quod ſi differentia fuerint ſumpta ipſa nunc, quia alia ſunt priora, & alia poſteriora, erit etiam differens tempus. Simul ergo tempus cum ſit ab eiſdem nunc definitum non erit differens. Sed parum obſcuritatis uidentur uerba habere quæ ipſe explicat differenter præter ſuam conſuetudinem, uel potius exponit priora uerba per ea quæ ſequuntur. Cum enim dixerit { Nam ipſum nunc idem eſt ſecũdum id quod eſt ſed eſſe ipſi alterũ, } & deinde inducens tempus menſurat quatenus prius & poſterius uult declarare quomodo alterum ſit ipſum nunc, & rurſum totum diuiſiuum poſuit cum dicat. { Ipſum autem nunc eſt quidem ut idem, eſt uero ut non, quatenus enim in alio & alio eſt, diuerſum eſt, } quod eſt dictu, quatenus eſt prius & poſterius. Deinde rurſus ſubiungit. { Quatenus uero ipſum nunc eſt id quod eſt, idem eſt, } quod idem eſt ac ſi dixerit ipſum nunc idem erat & cum non ſit ratum & firmum adhuc opinor. uidelicet nunc idem ſubiecto eſſe ſed ratione diuerſum quatenus in alio & alio acceptum prius & poſterius ſit, nititur probare ex ipſa conſecutione eorum quę ſunt eidem cognata. Nam motum ſequi magnitudinem ante dicebatur, & motum tempus, quia quanta eſt magnitudo hæc in qua motus tantũ etiam tempus eſt cum ſit numeratile motus quæ cum ſeſe mutuo ſequantur, ſequentur etiam ea quorum unum eſt alterius internus. Eſt autem punctum illud quod efficit magnitudinem, ſi quidem linea ſit fluxus puncti & prima magnitudo ſed mutatum & momentum motus, eſt quod efficit eum & nunc tempus. Vt ergo idem punctum fluens magnitudinem efficit, ſed non additus alteri puncto, & ipſum momentum efficit motum ſic etiam nunc cum ſit idem ſubiecto ſed numeratum priore & poſteriore efficit & determinat tempus. Quod uero ita ſe habeat nunc probat ex euidentiore ipſo quod mouetur. Et quod euidẽtius hoc ſit declarat ex hoc quia etiam motum ex ipſo cognoſcimus & prius & poſterius in ipſo. Nam quia quod fertur ſecundum aliam & aliã ſubſe partem ſit, etiam motum cognoſcimus & prius & poſterius in motu & in tempore. Quod uero idem ſubiecto ſit id quod mouetur uelut manifeſtum accipit, quoniam uel punctum eſt, uel lapis uel aliquid aliud tale, & quod ſit idem lapis perſpicuum eſt & ſi alius & alius quoad locum fiat. Quod uero punctum idem ſit in fluxu, patet ſiquidem quod ſit continuum ſit & nõ conſiſtat ſecundum contactum punctorum. Sed cum priore manente una apparet id quod deinceps eſt ſecundum fluxum puncti unius, uerum lapis dum fertur differt ratione quia ſecundum aliam & aliam partem magnitudinis in qua mouetur ipſa motum ſuum habet. Quod uero hæc ſit quædam differentia ex rationibus ſophiſtarum probat. Equidem nonnulli hanc differentiam transferentes ad ſubiectum uidebantur concludere quod idem eſt a ſeipſo alterum fieri. Dicebant enim quod cum eſſet Coriſcus idem alter erat in foro & alter in Lyceo q cum eſſet in foro poſtea cum conceſſerit in Lyceum illico factus eſt alter a ſe ipſo non ſeruantes ipſum alterum & diuerſum quatenus ſumendum eſt alterum ſed transferentes ipſum per accidens diuerſum ſecundum ſubſtantiam. Sophiſticum igitur indicat eſſe ſi cenſeatur quod ſequatur hoc uidelicet ſi prius & poſterius ſunt diuerſa ratione, ſunt etiã diuerſa ſubiecto. Sed cum oſtendiſſet quomodo id quod fertur ſubiecto idem ſit & ratione diuerſum, ſimiliter inquit ſe habere etiam ipſum nunc ſiquidem ſequitur & eadem patitur tempus quæ motus ut diximus prius & nunc ut ipſum momentum. Similitudinem autẽ & identitatem horum indicat. { Ipſum autem

nunc

nunc ſequitur id quod fertur & eo quod fertur cognoſcimus prius & poſterius in motu. } non enim hæc ſeparantur manente eo quod fertur, ſed quoniam id quod fertur aliquando ſecundum priorem modum ſit, aliquando autem ſecundum poſteriorem, & ob id alterum motus ſit prius & aliud poſterius, ſed quatenus numerabile prius hoc & poſterius ſecundum tãtum inquit nunc demonſtratum eſt. Et rurſus patet ſecundum me quod illud prius motus ſumendum eſt non ſecundum poſitionem ſed ſecundum extenſionem & prorogationem illius naturę, quare etiam ipſum nunc idem eſt ſubiecto, ſed ratione diuerſum. Nam ipſum numerabile eſſe & uelut aliud & aliud ſumptum efficit ut ipſum differat a ſeipſo ſecũdum rationem. Et Eudemus hæc de ipſo nunc in ipſo tertio naturalium inquit ſic ſcribendo.

Si autem intellexerimus punctum latum & lineam fieri & ſecundum aliud & aliud fieri, ſic etiam putabimus ipſum nunc ſe habere quod ſubiecto idem eſt, & ſic intelligendum eſt idẽ eſſe & ſic permanet idem, ſed in alio & alio cum ſit, erit alterũ & alterum, unde erit idem ſubiecto, ſed ſit aliud & aliud. Et quatenus alterum eſt iam prius & alterum poſterius hac ratione diuerſum eſt, hac ratione etiam numerus tempus eſt. Quare quando ipſa nunc fuerint eadem, & numerus & tempus erit idem, ſed quando diuerſa & reliqua erunt diuerſa ſed cum oſtenderit ex priore & poſteriore nunc ſequi ipſum momentum, oſtendit etiam hæc ambo nota eſſe per hæc motum uidelicet per id quod mouetur, & tempus per ipſum nunc. Cognoſcitur enim motus per id quod mouetur, & tempus per ipſum nunc. Hoc enim uidetur ſolum quatenus tempus exiſtit. Sed cur id qđ fertur ſit ipſa latione notius indicauit dicẽdo, { Hoc aliquid enim eſt id quod fertur, motus autem non, } Nam ſubſtantia & ſubſiſtens ſimul eſt id quod fertur, ſed motus eſt accidens & eſt dum ſit. Etenim motus ſubſiſtit mutatione eius quod mouetur. Et cum dixerit motus per id quod mouetur ſubiunxit, { Et latio per id quod fertur, } Non quia latio non ſit motus, ſed quia in latione euidentius eſt cognoſci lationem ex ipſo quod fertur. Nam & ſi alteratio ex ipſo alterato & aucto ex ipſo quod augetur uelut ex ſubſtantia & his quæ ſunt cognoſcerentur, ſed magis etiam latio ex eo quod fertur, quia latio eſt euidentior aliis motibus. Deinde ex dictis concludens dicit, { Eſt igitur ut idem ipſum nunc dictum ſemper, eſt autẽ ut non idem. } Etenim eſt id quod fertur quia enim ſequitur quod fertur, ideo ex ipſo eſſe habet & nunc idem eſt & diuerſum. Sed in his uidet mihi dignum eſſe animaduerſione, quomodo prius & poſterius ſubiecto idem eſſe inquit. Quomodo enim præteritum eſt idem præſenti & id quod non eſt, ei quod eſt? Nam quod fertur aliter atque aliter ſit & quando permanet ſecundum eſſe uerum eſt dicere quod ſubiecto eſt idem, ſed motus & tempus & quæcunque conſiſtunt dum ſiunt quomodo erunt eadem ſubiecto? Puncto enim hoc uidere nihil prohibet. Secundum fluxum enim ſuum ſubſiſtens magnitudo tota permanet & non eſt dum ſit ut tempus. ſed quomodo ipſum quod fertur & punctum ſecundum illa ipſum nunc ſequetur? etiam in illis hoc demonſtrauit cum tanta ſit eorum differentia, ut aliqua permanere uideantur & aliqua non. quomodo ergo id quod non permanet cum eo quod eodem modo permanet idem erit ſubiecto? Secundum exiſtimo quærendum eſſe cum tria hæc ſint magnitudo, motus, tempus, & ſic ſe habeant ut unum alterum ſequatur ut inquit & magnitudo a punctis terminetur, & tempus ab ipſo nunc, quid erit quod habeat proportionem cum his in motu dico ſcilicet cum his puncto & ipſi nunc? Nam oportet eſſe alium terminum motus ſed non id quod mouetur. Qualem enim habet hoc proportionem ut conſequatur nunc & punctum? Niſi forte ad primum dubium dicendum ſit quod ipſa nunc inter ſe nihil differunt, niſi quia aliud eſt prius & aliud poſterius, quia neque genere, neque ſpecie, neque numero ſunt idem, quemadmodum neque unitas unitati. Quæ enim numero differunt (ut etiam prius diximus) quibuſdam accidentibus differunt, ut Plato a Socrate differt. Forte ergo quia ſecundum nullum modum differentiæ differt dictum eſt quod ſit idem ſubiecto. Sed ſimilitudo uiolenta uidetur eſſe ad punctum & lapidem, cum ſit interea quæ permanent, & quæ dum oriuntur occidunt & uiciſſim dum occidunt oriuntur. Si ergo hãc proportionem nolumus ad unguem diſcutere dicere melius exiſtimo quod ſubiecto idem ſpecie idem eſſe ſignificat. Etenim ipſe paulopoſt dicet procedẽdo, quod ut motus ſpecie idem quod rurſus & rurſus ſit, ſic etiam tempus, ſed quod ſic ſpecie idem eſt ut ſecundum nihil differat, & numero aliquo modo idem uidetur eſſe ut etiam in ipſis unitatibus diximus prius & paulo poſt Eudemum teſtem adducemus. Quocirca neque ualde uidetur dura ſimilitudo ipſius nunc ad punctum & id qđ fertur. Sed ad ſecundum quæſitũ dicendum, quod mutatum aut momentum motus eſt terminus motus, non tamen principiũ motus neque cauſa, ſed quia uelut cauſam punctum & nunc petit. Nam aliud eſt lineæ, & aliud temporis, merito id quod ſit his reſpondens & proportionem cum his habens eſt id quod fertur.

Manifeſtum eſt autem, quod etſi tempus non ſit, ipſum nunc non erit, & ſi ipſum nunc non ſit, tempus non erit. Vt enim ſimul ſunt, id quod fertur, & latio: ſic & numerus eius quod fertur, & lationis. Tempus enim eſt lationis numerus. ipſum autem nunc, eſt vt quod fertur, vt vnitas, numeri. Tex. 105.

Cum dixerit quomodo ſe habet nũc ad tempus, quia uelut id quod fertur ad lationem & quod notius eſt ipſum nunc tempore, in præſentia oſtendit eorum ſimul exiſtentiam ſecundũ ſimilitudinem rurſus quę eſt ad id quod fertur & ad lationem. Quemadmodũ enim inquit id quod fertur & latio ſimul ſunt. Nam unum ſine altero eſſe nequit ſi quod fertur non ſecundũ ſubſtãtiam ſed quatenus fertur, accipiatur ſic etiam ſe habent nunc & tempus. Et demonſtrauit neceſſitatem conſecutionis ex proportione ad id quod fertur & ad ipſam lationẽ. Hæc enim eſt numerus eius quod fertur, uelut quædam unitas quæ adęquat indiuiſile indiuiſili, & numerus motus eſt ipſum tempus. Vt enim unitas eo quod iterum atque iterum ſucepta efficit numerum, ſic etiam nunc efficit tempus & id quod fertur lationem, ſed numerus lationis eſt tempus non quatenus latio eſt ut diximus, ſed ſecundum prius & poſterius in ipſa. Non enim tempus eſt ipſe numerus motus ſed interuallum prioris & poſterioris uelut prioris & poſterioris quæ iterum atque iterum accepta efficiunt interuallum temporis. Differt autem unitas ab ipſo quod fertur & ab ipſo nunc quatenus alia facit diſcretum numerum, ſed illa continuum motum & tẽpus. Com. t 10.

Et continuum tempus eſt, ipſo nunc: & diuiditur ſecundum ipſum nunc. ſequitur autem hoc, lationem, & id quod fertur. Etenim motus & latio vna eſt, ipſo quod fertur, quia vnum, & non ſecundum id quod eſt (etenim deficeret) ſed ratione. Et diſterminat priorem & poſteriorem motum, hoc. Sequitur autem & hoc quodammodo, punctum. etenim punctum, & continuat quodammodo longitudinem, & diſterminat. eſt enim huius quidem, principium. illius vero, finis. Sed cum ſic quidem accipiat aliquis tanquam duobus vtens vno: neceſſe eſt ſtare, ſi erit principium & finis, idem punctus. ipſum autem nunc, ex eo quia mouetur id quod fertur, ſemper alterum eſt. Quare tempus nume- Tex. 106.

rus eſt, non vt ipſius puncti, quia & principium & finis eſt: ſed vt vltima ipſius lineæ magis, & non vt partes, & propter id quod dictum eſt. medio enim puncto, tanquam duobus vtetur. Tex. 107. Quare, vt quieſcat, accidet. Et inſuper manifeſtum eſt quod neque pars eſt ipſum nunc, temporis, neque diuiſio, motus: ſicut neque puncta ipſius, lineæ. lineæ enim duæ, partes vnius ſunt.

Com. 111. Quod etiam temporis continuatio & diuiſio fiat ſecundum ipſum nunc oſtendit iterum ex conſecutione lationis ad id qđ fertur. Etenim motus & dictu eſt idem huic latio per id quod fertur eſt continua & una & non in quodam alio, ſed hoc ipſo fit una & continua. Quod uero hoc ſit unum demonſtrauit ſecundum ſubiectum, qđ rurſus dixit eſſe id qđ eſt aliqñ ut ſi lapis eſſet id qđ fertur & quatenus fertur ideſt ſecundum rationem eius qđ fertur & non ſecundum ſubiectum eſſet cauſa cõtinuationis, quia & ſi idem unum maneret proprie tamẽ motus eius intercideretur ſtatione interceptus & interpolatus, tamen ſi uelut unum ſecũdum rationem eius qđ fertur & uelut id qđ latum eſt ſumeretur, tum cauſa ſit ut ſit unus & continuus motus ſed non ſolum continuũ tempus facit ipſum nunc ſecundum conſecutionem ad id qđ fertur, ſed etiam diuidit ipſum determinans prius & poſterius motus. Sic enim diuidit tẽpus & ſequitur quatenus continuat & diuidit nõ ſolum ipſum quod fertur, ſed etiam punctum aliquo modo. Etenim punctũ quando idem acciperetur uelut unius principium, & alterius finis & continuat longitudinem ſi quidem eſt in utraque parte natura eſt longitudinis unum & idem acciperetur & tamen diuideret ipſum. Diuiſio enim longitudinis fit ſecundum ipſum punctum. Similiter autem & ipſum nunc continuat & diuidit tempus igitur quatenus diuidit & continuat ſimpliciter ſequitur etiam punctum, ſed quatenus idem punctum eſt principiũ et finis utimur uno uelut duobus, & neceſſe eſt ſtare in uno pũcto quod bis accipitur, aliquando quidem uelut in termino, aliquando uero uelut principium. Permanet enim etiam in poſitione ſecundum rationem eius, ſed id qđ fertur non eſt bis accipere. Semper enim aliud & aliud, ſed aliud ſic, ut non ſit alterum a ſeipſo, ſed quia aliud in alio eſt & alio eſt. Si enim in eodem bis neceſſe eſt ſtare, & continue moueri ponitur, ſic autem & nunc non erit bis accipere. Quomodo ergo cum numeratur ipſum nunc tempus eſt. Vel non ut idem punctum bis uelut principium & finis accipitur, ſed ſi accipitur, uelut duo termini lineæ hoc & hoc, quæ definiunt interuallũ lineæ atque ſpatium cum ſit alterum atque alterum, ſic etiam nunc ipſum enumerat aliud & aliud hoc quidem prius, hoc uero poſterius. Sed bis hoc accipere difficile eſt. Staret enim tẽpus qđ fieri nequit, tamen punctum bis accipere nihil abſurdum eſt, quod habeat poſitionem & permanentiam, ſed ipſum nunc non permanet uelut bis acceptum. Patet autem quod ſi uelut terminus & principium acciperetur punctum, quod linea diuideretur per ſe, & ubi primum fuerit diuiſa, non amplius erit continua quare neq; motus continuus eſſet in ipſa, ſed tempus continuum quoniã & motus continuus ẽ. Numerus ergo ipſorum nunc eſt tempus neq; uelut eiuſdem bis accepti ut punctum bis accipitur, ſed uelut alterius ut principium & alterius uelut finis & neq; ſic principium & terminus uelut partes dicantur ſæpe primum & ultimum. Et qđ non bis accepto puncto ipſa nunc aſſimilentur demonſtrauit ex hoc. Puncto enim medio uelut duobus utetur quare quieſcere accidet. Si ergo tẽpus quieſcit non uelut bis acceptum punctum in ipſo eſt nunc ſed uelut principium & finis. Quod autem non ſi principium & finis uelut partes, ſed uelut termini deinceps facit fidem ex ſimilitudine eius ad ea quæ ſunt cognata quare hæc uerba, { propter id qđ dictum eſt, } & illud qđ deinceps aſſignatum eſt quod cauſam dicit refertur ad hæc uerba, { non ut ipſius puncti quia & principiũ & finis eſt ſed ut ultima ipſius lineæ magis & non ut partes. } Item illa uerba quæ ſequuntur { Et inſuper manifeſtũ eſt quod neq; pars eſt ipſum nunc. } & cætera referenda ſunt ad illa, { Et non ut partes } & ſi quidem fuerit ſic ſcriptũ ut Alexander & Aſpaſius ſcribunt. { Et inſuper manifeſtum qđ nulla pars motus eſt tempus, ut neq; punctum lineæ, } quibus aiunt dicere tempus nunc quod neque motus neq; temporis pars eſt. Terminus enim eius eſt, & terminus non eſt pars. Neque enim punctum eſt pars lineæ. Nam lineæ pars eſt linea. Sic dixit Alexander, ſed Aſpaſius inquit tempus non eſt pars motus, quia numerat ipſum ſecundũ ipſum nunc & hoc eſt terminus motus, ſed non pars. Sed quomodo ipſum nunc diceretur terminus motus. Quorum enim naturæ ſunt diuerſę, horum etiam termini ſunt diuerſi. Si ergo differt tempus a motu & fines ipſorum diſtinguentur. Meliorem ergo exiſtimo ſcripturam quæ fertur in pluribus exẽplaribus quã Porphyrius & Themiſtius uidentur nouiſſe ſic ſe habentem. { Et inſuper manifeſtum eſt quod ipſum nunc nulla eſt temporis pars neq; diuiſio motus ut neq; puncta lineæ. lineæ enim ſunt duæ unius partes. } Nam patet quod lineę ſunt partes lineæ, ſed non puncta. Et diuiſionem appellat terminũ motus tanquam ſm ipſum diuiſus ſit, quem quidem in libris de motu uocant mutatum uel momentum. Sed dum dicit Ariſtoteles, { quare tempus numerus eſt non ut ipſius puncti, } Alexander inquit qđ dixit tempus eſſe nunc, ſed non ſic inquit nunc eſt numerus uelut numerus puncti ut quando unum uel duo accipimus. Niſi forte non neceſſe ſit tempus nunc accipi ſed quod dictum eſt, quod numerus eſt tempus ex ipſis nunc uelut ex unitatibus ſuis numerus & non quoties bis accipitur, ſed quoties aliud atq; aliud accipitur.

Quatenus igitur terminus eſt ipſum nunc, nõ eſt tempus ſed accidit. Quatenus vero numerat, numerus. termini enim illius ſolum ſunt. cuius ſunt termini. Numerus autem horũ equorum, denarius ſcilicet, & alibi eſt. Quod igitur T. 108. tempus numerus motus eſt ſecundum prius & poſterius, & continuum (nam continui eſt) manifeſtum eſt.

Cõ. 112 Cum dixerit ipſum nunc eſſe ita terminum ut extrema ipſius lineæ puncta, quia per ſe terminus temporis eſt nunc quia nihil aliud eſt tempus quam prius & poſterius motus numerata quandoquidẽ fuerint ipſa nunc, compertũ facit ac notat qđ quando ipſum nunc acciperetur uelut numeratũ motus tum motus ſit terminus, & accidit ipſi ut ſit terminus. Tum autem & ſecundum ſubiectum nunc accipitur & in illo ſolo eſt cuius eſt terminus ſed quando uelut temporis acciperetur ut terminus neq; accidens eſt. Nam per ſe ineſt tempori. Et qm̃ numerus nunc ubiq; & qđ ubiq; eſt numerus numerans eſt. Nã numerus decẽ eſt menſurans decẽ equos & decẽ homines mẽſurat & nunc igitur ſimul ubiq; eſt & non ſolum in motu cuius terminus eſt non uelut nunc ſed uelut mutatum aut momẽtum. Sed quærẽs Alex. quõ dixit numerare ipm̃ nunc. Non enĩ erat numerus tẽpus uelut numerãs ſed uelut numeratus. Vel ut inquit ſcriptura quædam nõ numerat ſed numerať. Niſi numerentur ipſa nunc in motu & numeret tẽpus. Secũdũ ipſum nunc enim diuiſio temporis fit, & his ipm̃ numeramus tanquã ſit ipſum nunc numeratũ uelut in motu. Sed numerans uelut ad tempus. Quod enim nunc uelut numerum numerantem accipiat, indicat dicendo, { Numerus autem horum equorum decem & alibi. } Poteſt etiam motus uideri numeratus ab ipſo nunc. Si enim tempus eſt numerus motus ſecundum prius & poſterius, & prius & poſterius ſunt ipſum nunc, quo nunc motus numeratur, ſed quoniam tempus non eſt ipſa nunc ſed interuallum ipſorum nunc quæ quidem ſunt numerantia ipſum tempus eſt numeratum, patet etiam quod omne participans hoc numerare diceretur uelut denarius numerus equo-

rum. Nam ſecundum hunc numerantur equi, ſed talis non dicebatur ubiq; eſſe. Nam hic erat numerus numeratilis, Si ergo nunc diceretur numeratile primi motus & numerãs alios. Nã hoc idem ubiq; eſt. Hęc cum dicat concludit dicta, & quod ſit tempus continuum addit, propterea quod numerus eſt continuus. Tempus enim exiſtit quia eſt numerus motus. Subſtantia ergo tp̃is extenſa continuationi motus enumerati erit etiã ipſa continua quæ cum non deficiat, neq; ipſa temporis deficit. Tempus enim definitur & terminatur terminis motus nõ quatenus ſunt termini motus, ſed quatenus prius & poſterius & quatenus tempus eſt continuum, erit etiam ipſe.

Minimus autem numerus, quidã ſimpliciter quidem eſt, vt dualitas. quidam autem numerus, eſt quidem vt eſt, eſt autem vt non eſt. Vt lineæ minimus numerus, multitudine quidem, eſt duę aut vna. magnitudine autem, non eſt minimus. ſemper enim diuiditur, omnis linea. Quare ſimiliter & tempus. minimum enim ſecundum numerum, eſt vnum, aut duo. ſecundum autem magnitudinem, non eſt.

Cõ.113. Cum affirmauerit tempus eſſe numerum & continuum, uult apparentem contrarietatem in his dictis conciliare. Nam numerus eſt quantum diſcretum, ſed continuum nõ eſt diſcretum & qđ quidem ipſe inquit in numero eſt aliqđ minimum uelut dualitas. Nam hæc primus numerus eſt & indiuiduus in numeros ſed in continuo non eſt minimus, quia continuum in infinitum in cõtinua diuidi ualet. Si ergo numerus eſt minimus & tempus non eſt minimum, quia continuum eſt, non erit ergo tempus numerus. Hoc igitur cum ſoluat utitur prius dicto qđ numerus eſt non uelut numerans, ſed uelut numeratus, cũ dupliciter dicatur numerus, alter ſimpliciter & proprie, & hic eſt quo numeramus diſcretus qui etiam conſtat unitatibus indiuiduis, & ob id in ipſo eſt minimus numerus, & alter eſt uelut numeratus qui non ſimpliciter neq; ꝓprie dicitur numerus & ſubſiſtit in pſis cõtinuis ſed uelut numerus & iſte acceptus uelut duæ lineæ, uel duo anni habet minimum, ſed uelut magnitudo minime. Habent hæc etiam ſecundum magnitudinẽ quantitatem & non ſolum ſecundum numerum. Sed inſtat Alexander, quia dicit minimum numerum dualitatem & non unitatẽ quia unitas ſic numerus eſt, ſi qdem numerus ſit multitudo unitatibus cõſtans & unitas ſit numerus incompoſitus. Similiter enim dicimus lineam unam & tempus unũ quæ uelut minimũ ſm numerum dici poſſunt. Hoc autem uel cõmunius inquit quia de his non eſt nunc ratio ꝓpoſita, uel quia unitas omnino exiſtit in numero incõpoſita uelut numerante quę nondum numerus eſt, ſed de numerato et unum iam numerus eſt. Compoſitio enim in ipſo eſt ex ſubiecto & unitate.

T.109. Manifeſtum autem eſt, & propter quid velox quidem & tardum non dicitur, multum autem & paucum, & longum & breue. Quatenus enim continuum eſt, longum & breue dicitur. Quatenus autem numerus, multum & paucum. velox autem & tardum, non eſt. non enim numerus quo numeramus, velox & tardus vllus.

Cõ.114 Cum oſtenderit quomodo tempus cum ſit numerus uelut numerabilis & continuum uelut magnitudo dici debeat, quia numerus minimum habet, ſed quia cõtinuum eſt non habet, uelut conſequens ex his infert conſentaneum eſſe ut tẽpus multum & paucum dicatur ob numerum, & lõgũ & tardũ uelut magnitudo. Nam his hæc ꝓpria ſunt. Sed uelox & tardũ minime dicitur qa nullus numerus eſt tardus aut celer, neq; enĩ numerus unitatus quo numeramus dicit̃ celer & ſegnis, neq; numerus numerabilis. Vnde. n. hoc habuit celeritatẽ & tarditatẽ numerantis cum non ſit? Vt. n. numerus ſit per illũ ſic & ſi eēt uelox numerus numerãs & tardus & ea q̃ numerant̃ hñt ab ipſo uelox & tardũ. Patet aũt qđ neq; magnitudo q̃tenus magnitudo hẽt uelox & tardũ. Motui. n. ſunt hæc ꝓpria ſed non magnitudini. Demonſtrauit aũt & prius, qđ tẽpus non habet uelox & tardum, ſed motus. Hæc enim definiuntur tempore ſed tempus tempore non definitur.

Et idem etiam ubiq; ſimul eſt. Prius autem & poſterius, non idem. quia & mutatio præſens quidem, vna eſt. facta vero & futura, altera. Tempus autem, numerus eſt, non quo numeramus, ſed qui numeratur. Hoc autem accidit ſecundum prius & poſterius: ſemper alterum ipſa enim nũc altera ſunt. Eſt autem numerus, vnus quidem & idem, centum equorum & centum hominum. quorum autem numerus eſt, altera ſunt, equi ſcilicet ab hominibus. Tex.110.

Vnum erat prius dictum de tempore hoc ſcilicet tẽpus pręſens & ſecundũ ipſum nũc cõſideratũ ſimul ubiq; eẽ ſed prius & poſterius non idem erant, qa ergo & hoc ſequitur aſſignatã intelligẽtiam tẽporis, ut ẽt quæ ſunt ꝓxime dicta oñdit ex hoc ẽt motũ in quo hæc tẽporis ſunt. Nã idẽ motus præſens & aſſiſtens eſt. Non. n. eſt huius ad ipſum differentia, ſed eſt una ſecundum cõmunẽ ſpẽm extenſionis, uñ p̃teritum & futurũ ſunt inter ſe diuerſa. Vt ergo ſe hẽt unus motus quo ad idem & diuerſum. ſic ẽt ſe habet omne tempus qđ ſimul oẽs motus menſurat. Non enim eſt tẽpus huius & huius motus numerus ſed quatenus talis ſed motus qua motus, idcirco unum tempus eſt multorum exiſtentiũ motuũ, quia non quatenus multi, hac rõne eſt tempus numerus ipſorum, ſed quatenus oẽs motus. Et mutatio p̃ſens oĩs una quatenus mutatio eſt, ſed tẽpus non ſolum ſpecie unũ eſt. ſed etiã numero, qa eſt, unius motus ſpecie ſecundum numerum quia nihil ſibi uendicat eius differentiarum, & prius tempus eſt diuerſum a poſteriore, quia etiam motus et ſi unus numero ſumptus ſit quia eſt dum fit q̃ad prius et poſterius erit alterum atq; alterũ. Sed deinceps oſtendit, quia prius & poſterius tempus non idem. Nam numerus quo numeramus ſemper idem eſt, ſiue prius, ſiue poſterius acciperet̃ ut trinitas, tamen quæ menſurantur non amplius. eadem eſſe neceſſe eſt. Equi enim diſtinguuntur ab hominibus. Si ergo tẽpus eſt ſic numerus uelut numeratus in motu & non numerãs & numerans motus non permanet idem ſed aliud & aliud accipitur, merito & tempus aliud eſt prius poſteriore, & præteritum futuro. Etenim ipſa nunc quibus numeratur & definitur diuerſa ſunt. Nam numeratum motus ſecundum prius & poſterius eſt alterum & alterum ratione, ſed idem ſubiecto uelut ſpecie. Sic enim demonſtratum eſt prius. Com.115.

Amplius autem vt contingit motum eſſe eundem & vnum iterum & iterum: ſic & tempus contingit, vt annum, aut ver, aut autumnum. Tex.111.

Cum dixerit omnem præſentem motum & aſſiſtentẽ unũ eſſe ſm cõmunitatẽ, & ob id tempus pręſens idem ſimul ubique & præteritum & futurũ diuerſa & tempora diuerſa, nunc oſtendit quonam modo prius & poſterius in motu & tempore poſſint eſſe in eodem co qđ iterum & iterum redeunt. Et cũ prius aſſeruerit idem nunc ſubiecto eſſe, ſed ratione differens, nunc ut exiſtimo diſtinguit q̃to tum dixit idem & quia ſicut motus eo quod iterum atq; iterum ideſt cum fit idem ſecundũ ſpeciẽ iterum atq; iterum fit. Nam qa motus rurſus & rurſus fiunt uelut ſole ab eodem iterum atq; iterum ꝓcedente & ab ariete & a libra, ſed tempus comitatur motum, patet ergo qđ etiam annus iterum, & æſtas & autumnus redeunt, ſed cur ergo neq; prius dixit nũc idem ſpecie eſſe, ſed ſubiecto. neq; nũc tẽpus ſpecie idẽ, ſed quia iterũ atq; iterũ ut motus fit, reuertitur Com.116.

idem eſt. Atqui eiuſdem maxime eſt facta diſtinctio quomodo idem ſit tripliciter. uidelicet genere, ſpecie, numero. Niſi quia non ſolum genere eadem multam differentiam relinquūt ſed etiam ea quæ dicuntur eadem ſpecie & ſi numero differūt uelut Plato & Socrates magnam differentiam accidentium habent. Sed motus iterum atq; iterum uelut ijdem & ipſa nūc & tempora fere aliquid & eadem numero ſunt. Sic autem & Pythagorei eadem aliquomodo numero quia iterum atq; iterum fiebant, eſſe dicebant. Sed nihil nocebit forte audire contextum Eudemi qui breuiter hæc dicta hic tertio naturaliū interpretatur Sed ipſum tempus an prius fiat, ut aliqui dicūt, uel non, dubitaret aliquis cum multipliciter idem dicatur. Idem nanq; ſpecie fieri uidetur ut æſtus & hyems & reliquæ horæ et circuitus temporum. Similiter & motus ijdē ſpecie fiunt. Conuerſiones enim & æquinoctia & reliquos inceſſus ſol efficit, ſi quis autem crederet Pythagoricis uelut redeuntia eadem numero & ego fatebor habens uirgam nobis ſedentibus, ſic etiā alia omnia ſimiliter ſe habebunt & conſentaneum eſt ut tempus ſit idem. Vnius enim & eiuſdem motus eſt ſimiliter etiam ipſorum plurium prius & poſterius unum & idem, & horum plane numerus omnia igitur ſunt eadem quare tempus. Et uide quod unum & eundem motum dicit qui iterum atq; iterū redit, & ipſum prius & poſterius idem eſſe. Quod uero iſte inquiat motum & tempus ſemper alia atq; alia fieri, audi qualia paulopoſt iam illis appoſita ſcripſit. Vt autem de ipſo motu ſolum ſubſiſtit ipſum indiuiduum momentum, & præteritum effluxit & futurum nondum eſt, ſic etiam temporis aliud abijt, aliud nondum eſt, & aliud p̄ſens qđ ſemp aliud atq; aliud ſit.

Tex.112. Non ſolum autem motum tempore metimur, ſed & motu tempus: propterea quod a ſe inuicem definiuntur, tempus enim, definit motum, cum ſit numerus ipſius. motus autem, tempus. Et dicimus multum aut paucum tempus, motu metientes: ſicuti numerabili numerum. vt equo vno, equorum numerum. numero enim, equorum multitudinem cognoſcimus. Rurſus autem in vno equo, ipſum equorum numerum. ſimiliter autem, & in tempore, & motu. tempore enim motum, motu autem, tempus menſuramus. Et hoc rationabiliter accidit.

Tex.113. Sequitur enim magnitudinem, motus: motum autem, tempus. ex eo quia quanta & continua & diſcreta ſunt, propterea enim quod magnitudo eſt huiuſmodi, motus hæc patitur. propter autem motum, tempus. Atque menſuramus & magnitudinem, motu, & motum, magnitudine. multam enim dicimus eſſe viam, ſi ambulatio multa eſt. & hanc, multam, ſi via multa ſit. & tempus, ſi motus: & motum, ſi tempus.

Com.117. Quia tempus dicitur numerus & menſura motus quaſi per hunc motus menſuretur. Dicebatur autem motus uelocior et tardior maiore & minore tempore menſuratus, nunc addit, q̄ nō ſolum tempus menſurat motum, ſed etiam motus tempus ſed utrūq; menſuratur uiciſſim ab altero, quia unum definitur ab alio uiciſſim uidelicet motus a tēpore, & tempus a motu. Nam in quo tempore multus motus hoc etiā multum dicitur. Verum primarie tempus motum metitur cum ſit eius numerus & determinet eūdem ſm prius & poſterius, uerum per accidens aliquādo econtra menſuratur ab eodem quod quidem in alijs ēt menſuris fieri uidemus. Nā menſuræ ab his quæ menſurantur econtra menſurantē. Iudicamus enim & diſcernimus modio tritici ligneum modiū ſi non fuerit maius uel minus, & cyatho uini econtra metimur æreum cyathum, ſed cum dicat de motu & tēpore & alijs menſuris continuis quia etiam hæc ab ipſis menſuratis remetiuntur, dicit quod idem uidere poſſumus in numeris. Etenim numerus aliq̄ mō econtra numerantē ab his quæ enumeras. Vt.n. decē equos dicimus q̄a decē unitatibus ipſos numerauimus, ſic ēt unitates decē dicimus, q̄a decē equis æquantur. Forte.n. in cognitionē decem haud perueneremus niſi ante piētes unum equū uel hominē unum notes. Cū ergo hæc inq̄at, cauſam ēt ipſius econtra menſurationis affert. Nam ſequitur, inq̄t, ut diximus motus magnitudinē & tempus motum. Quia ergo ut ſe hēt motus magnitudinē, ita tēpus ad motum, & motus menſurat, ſimul magnitudinem & econtra menſuratur ab eadem. Multam enim dicimus eſſe uiam, q̄a inceſſus longus eſt, & multū inceſſum ſi uia longa eſt. Quæ enim uiciſſim ſeſe adęquant unum alterum uiciſſim ēt metiē. Et cum tempus ſit continuum & diuiſibile ob motum, q̄d mirum erit ſi etiam ab eodem menſuretur, ut etiā motus ob magnitudinem hæc hn̄s menſuratur ab eodem. Sed differens fertur ſcriptura quæ eſt in calce huius contextus. Et ſi ita ſe haberet { Et tempus ſi motus & motum ſi tempus, } ut in pluribus exemplaribus iacet quod dicitur manifeſtū eſt, ſi uero ſic iacet. { Et tempus motus & motum tēpus. } Nā & hæc ſcriptura adducitur & ipſam Alexander reprobat, q̄a utroſq; idē ſignificatur, quia tēpus a motu menſuratur. Sed q̄uo hoc { & tempus motum } ſignificaret quod tempus a motu menſurat. Sed hæc ſcriptura dicens { tempus } ſi motus facit fidem de hoc quod motus tempus metitur ſecundum eandem intelligētiam induxit ſtatim, { Et tempus motum, } ſed ſciendum eſt quod etiam impręſentia motum menſurari a magnitudine inquit, & a motu tempus, ſed prius & poſterius quę ex poſitione in magnitudine proficiſcuntur ad motum, diuerſa ſunt ab illis ſecundum extenſionem ſecundum quam tempus conſiderat. Ideo oportet etiam conſiderare p̄portionem decentem ut ſe habet magnitudo & motus, & ut motus tempus q̄uo uera ſit. Cum enim longa uia ſit & multus motus eſt nihil prohibet quin tēpus ſit paucum ſi quod mouetur fuerit uelox. Niſi poſſint hæc in ſe ipſis conſiderari, quia quantum ad motum multum erit tempus ipſius motus qui multus eſt. Poteſt etiam ſecundum proportionem uelocitatis ſumi multum & paucum temporis. Nam celerrime multum erit tempus unius diei, qua ex Elide uſque in ipſum Epidaurum multam uiā abſoluit.

Quoniam autem tempus eſt menſura motus ipſiuſq; moueri, metitur autem hoc, motum determinando quędam motum qui menſurabit totum, ſicut & longitudinē cubitus determinando aliquam magnitudinem quę remetietur totam, & eſt motum in tempore eſſe menſurari tempore & ipſum & eſſe ipſius, ſimul enim motū & eſſe motus menſurat, & hoc eſt ipſum in tempore eſſe menſurari ipſius eſſe. Manifeſtum eſt autem, quod & alijs hoc eſt ipſum in tempore eſſe. menſurari ipſorum eſſe a tempore. T.114.

Cō.119 Cum oſtenderit quid tempus etiam ea quæ dicuntur competere ipſi conuenire diffinitioni patefeciſſet, & quod ea proprie tempore metiri dicimus quæ ab illo continentur, nunc exiſtimo quæ maxime congrua ſunt tempori dicendo indicat ſecundum quid unumquodque dicitur eſſe in tempore. Sed cū uerba ſint longæ explicationis & aſſignationis quandam obſcuritatem habent. Sed aſſignatio huius eſt quia tēpus eſt menſura motus & ipſius moueri, hoc eſt in tempore eſſe, & motū atque alia menſurari a tempore. Illa autem coniunctio in his uerbis, Et, cum dicit { Et hoc eſt } non ponitur fruſtra ut Alexander cenſuit quia copulat ſequentia cum proxime dictis, forte autem ut etiam Alexander indicat, aſſignatio ab hoc { manifeſtum eſt autem quod & alijs } eſt huius, & alijs cum mo

tu pro hoc ſumpto cum alijs. Nam per medium qđ eſt motus ꝓbat quod omnium quę ſunt in tēpore nā metitur a tempore. Et hoc merito. Nam uniuſcuiuſq; nāę & eius qđ eſt motus eſt actus. Vt ergo dixit. { Qm̄ autē eſt tēpus menſura motus, } erit ergo motum eē in tempore & alia ſm ſuum motum nihil aliud q̄ nām eorum & eſſe a tempore dimetiri, oñdit aūt q̄uo motus ſit hoc modo in tempore. Tempus motū menſurat, ſed menſurare motum non ſimul exiſtentem ſed dum labitur exiſtentem ꝓprie idem eſt huic ſcilicet qđ eius eſſe & nā menſuretur id eſt quantū motus durat. Menſuratur enim motus etiā ſm intercapedinem in qua ſit qñ dicimus unius ſtadij motum fuiſſe, ſed per accñs ſic menſuratur & nō quatenus motus. Nā uelut permanente priore ſic hēt talem menſurā, ſed uelut motus & uelut id quod dum ſit exiſtit pro ſua menſura dum durat, tempus habet. Nam hoc eſt menſura illius eē cū ſubſiſtat dum ſit. Ecce nunc ut exiſtimo Ariſto. plane tradidit q̄uo tempus eſt menſura motus, quia uelut menſura ſm extenſionem eius dum eſt qua etiam ſubſiſtit. Nā in motu ut refert Alexan. eſſe motus & motum idem eſt ut etiā alia quæ ſunt dum ſiūt, ideo idem eſt menſurare motum & eſſe eius, patet autem idē eē motum mēſurare & motum eſſe. Etiam patet qđ aliud eſt hoc eſſe, ac dicere ſolent peripatetici & ſignificat formā. Hoc enim extenſionem exiſtentiæ ſignificat & quaſi actionem eius quod eſt, cum ergo motus ſubſtantia ſit actus extenſus, quippe qui erat actus mobilis, merito idem eſt motus & eſſe motus, ideo & ipſe dicens tempus eſſe menſuram motus ſubiunxit & ipſius moueri non uelut aliud hoc addens, ſed quia motus eſt actus & menſura eius eſt tempus. Quod uero motus menſuretur & exiſtentia eius a tempore, oñdit ex eo, quia quicūq; motus acceptus tempore definitur. Quod futurum eſt motus nondum eſt, ideo neq; determinatum eſt. Vt enim dicendo menſuram uitæ hominis tempus eſſe hoc etiam aſſerit tot uidelicet annos, quot homo hac luce potitur tempus metitur & determinat, ſic etiam de motu dicendo aliquis quod duratio eius metitur a tempore nihil aliud dicit quod in quantum motus eſt tempus illum menſurat. Et in alijs quæ non ſunt dum ſiunt, ſed tota ſimul ſubſiſtunt, ut de homine cuius uitam id eſt ſpatium & curriculum uitæ ſuæ tempus metitur, & ipſm hominem id eſt intercapedinem & ſpatium hominis uel cubitale uel aliquid tale metitur ſed de motu eius durationem & ipſm tempus pariter menſurat, quia cum duratione ſua eſt & concurrit quæ tempore poteſt menſurari, & motus idem eſt. Si uero hęc uera ſunt quod erit motus menſuratum a magnitudine. Siquidem non ſolum magnitudo motu mēſuramus, ſed etiam motum magnitudine ut diximus. Vel patet qđ dimenſio eius cum ſit eadem ſubiecto cum extenſione durationis. Nam actu eſt & non permanet, mēſuratur uelut quidē dimenſio & diſtātia permanens ob relationem ad magnitudinē ab ipſa magnitudine. Dicimus enim motum unius ſtadij ſed uelut extenſio durationis eius a tempore dimetitur, ſed quia hæc ſunt ſubiecto eadem, merito dictum eſt quod motus & duratio eſſeque motus ſunt idem. Sed cum dicat tempus eſſe menſuram motus quomodo addit, { Qui menſurabit totum, } omne enim quod menſuratur a propria ſua parte uidetur menſurari, quia etiam pars illa eſt quæ menſurat totum, quantum enim eſt uniuerſum tanta eſt pars toties replicata, motus ergo a motu dimetitur, pars enim motus eſt motus, & omne continuum eſt, quod diuidi poteſt in ipſa æqualia finita, quomodo ergo motus dicitur menſurari a tempore? determinat, inquit, tempus partē motus quę menſurat totum motum & hanc determinat prius & poſterius nunc, & ſimiliter tempus motum menſurat, ut & magnitudo unius cubiti non uelut pars eius, ſed quia determinat aliquam eius partem qua toties ſumpta totum dimetitur. Cum ergo & motus a tēpore ſit determinatus, uelut pars unius horæ totum metitur, ob id motus dicitur a tempore dimetiri. Cum ergo oſtendiſſet motum eſſe in tempore idem eſt ac ſi diceretur a tempore dimetiri ex ipſo motu proficiſcitur etiam ad alia quæ dicuntur eſſe in tempore, quaſi dicat ſi motum eſſe in tempore eſt menſurari eius eſſe, erit etiam in alijs idem, uidelicet eſſe in tempore menſurari a tempore, quia ea ſunt actu, & motus eſt actus eorum quę actu mouentur, ſi ergo primum, & ſecundum. Sed in alijs inquit minime ſit ut natura uel eſſe ipſorum ſit menſurari a tempore propterea quod in motu idem erat motum eſſe & motum ſed de alijs quæ ſunt in tempore non ſimiliter, ſed hoc ſpatium eorum ſecundum durationem eorum ut ſit, exiſtit, ſed illa non ſic ſe habent. Eſt igitur in tempore quod etiam eſſe eius menſuratur a tempore. Ex his proinde accidit opinor, dubitatio. Primum ſi tempus eſt numerus & menſura motus, quomodo quicquam aliud præter motum a tempore metitur & in tempore eſt, quaſi dicenda ſint etiam alia in tempore eſſe. Nam alia quæ ſunt diſtincta a motu uel non mouebuntur uel omnino non ſunt motus igitur neque menſurabuntur a tempore, ſiquidem motus menſura ſit tempus. Secundo hic homo & hic equus & aliorū unūquodque quod non eſt dum ſit, quaſi hoc dici poſſit de his q̄ uerſantur in ortu, quomodo erunt in tempore, ſiquidem tempus dum ſit, eſt & neceſſe ſit id quod eſt in tempore, ut ſimul extendatur cum tempore. Et ad hanc primam dubitationem dicendum eſt forte quod cum faciat rationem de motu præcipue ſecundum locum ut indicat cum dicat motum magnitudine menſurari & hunc multum eſſe quia iter longum eſt reliquas etiam ſpecies motus incrementum, alterationem, ortum dicit. Sed forte melius eſt dicere motum actum eſſe qui eſt dū ſit & duratio eius eſt ipſimet motus cuius eſſe eſt primane in tempore & a tempore dimetitur. Sed alia quæcunq; dicuntur in tempore uelut homo, aut equus & hæc ſecundum naturalē motum ſuum qui eſt actus ſubſtantiæ & exiſtentis, & actus non perfectus neq; ſtans, ſed dum labitur eſt, & ſm hunc cōpoſitum ortui & interitui obnoxium in tempore eſt. Alia ergo præter motum uidelicet ſubſtantiæ quas dicit eſſe in tempore & mobiles ſm ſuum motū qui eſt duratio illorum permanentiæ fatetur eē in tēpore, q̄re q̄ proprie ſunt & nō ſunt dum ſiūt, quæ ſempiterna appellant Plato & Ariſto. non ſunt in tēpore, ſed in æternitate ſemper manente. Et ſi hæc uera ſunt ſoluta ēt eſt ſecunda dubitatio. Subſtantiæ enim ſubditæ ortui in tempore ſunt ſm fluxum & extenſionē ꝓprię permanētiæ quouſque durant. Nam dicuntur eſſe illæ quantum tempus eorum extenditur. Et ſic tempus eſt menſura fluxus & durationis ſecundum eſſe eorum. Et hæc ſunt (ut mihi uidetur) quę Philoſophatur ſubtiliter & ingenioſe Ariſtoteles de tempore.

In tempore enim eſſe, duorū eſt alterum. vnū Tex. 115.
quidē, eſſe tunc, quando tempus eſt. alterū autē,
vt quædam dicimus, quod in numero ſunt. hoc
autem ſignificat, aut vt partem numeri & paſſi-
onem, & omnino quod numeri aliquid eſt, aut
quod eſt ipſius numerus. Quoniā autem nume-
rus tempus eſt, ipſum quidem nunc, & prius, &
quæcunque ſunt huiuſmodi, ſic in tēpore ſunt, vt
in numero vnitas, & impar & par, hæc enim, nu-
meri aliquid: illa vero, temporis aliquid ſunt Res
autem, vt in numero, ita in tempore ſunt. ſi autē
hoc eſt, cōtinetur a numero, ſicut & ea quæ ſunt
in loco a loco. Manifeſtum autē eſt & quod eſt Tex. 116.
non in tempore eſſe quando tempus eſt, ſicut ne
que in motu eſſe. neque in loco, quādo motus et
locus eſt. Si enim erit id qđ eſt in aliquo ſic, om-
nes res in quolibet erunt, & cœlū in milio: quan-
do enim miliū eſt. & cœlum eſt ſed hoc quidem
accidit: illud autē neceſſe eſt cōſequi, & id quod
eſt in tēpore, eſſe quoddā tempus quādo & illud
eſt. & id quod eſt in motu, eſſe tunc motū. Quo- Tex. 117.

niã autem eſt vt in numero, eſſe in tẽpore, accipietur aliquod maius tempus omni eo quod eſt in tempore. Quapropter neceſſe eſi omnia ea quæ in tẽpore ſunt, cõtineri a tẽpore, ſicut et alia, quę cũq; in aliquo ſunt vt ea quę in loco ſunt, a loco.

Com. 119. Cum dixerit motum dici in tempore uelut menſuratum ab eodem deinceps ſignificationes eius quod eſt in tempore enumerat, ut manifeſtum fiat, quõ temporalia ſint in tempore, ut nunc & prius & poſterius & huiuſmodi, & quõ aliæ res. Nam duo ſignificat ipm eẽ in tẽpore. Vnum eſſe qñ tempus eſt. Sic dicimus unum eſſe qa eſt in numero. Et hoc duplex eſt uel enĩ ſic in numero, quia aut eſt pars aut affectio numeri uelut duo, & impar, quorum aliud eſt pars & aliud eſt affectio, uel qa eſt eorum numerus & numeratur, uelut decem equi & decem boues numero. Cum ergo tempus ſit numerus ut ſe habent ea q̃ ſunt in numero, ita ſe habent quæ ſunt in tempore, quare ipm nunc & ipſum prius ſic eſt in tempore, uelut unitas in numero numerante & impar. Nam hæc numeri ſunt & hæc ſunt temporis partes uel accidentia, ſed motus & alia quæ nõ ſunt partes uel affectiones temporis, ſic in tempore ſunt ut in numero decem homines qui numeranẽ ab ipſo. Vt ergo aliquod ſemper tempus eſt. Etenim tempus eſt quidam numerus, ſi autem hoc, quæ ſunt in tempore continentur a tempore & ea quæ ſunt in loco continentur a loco & omnino quæ ſunt in aliquo uelut in continente. Et uide quomodo Ariſtoteles communitatem temporis ad locum & numerum antequam alij dicant poſterius ipſam, intellexit. Hæc ẽ ꝓpior ſignificatio eius quod eſt in tempore ac omnis alia. Dicere enim aliquid in tempore eſſe quia eſt quando tempus exiſtit, magis improprie dicitur. quia hoc modo diceretur etiam immobile eſſe in motu quandoquidem ſit quando motus eſt. Quin etiam nihil intereſſet ſi diceretur cœlum in grano milij eſſe & prorſus ſingula in ſingulis & maximum in minimo, ſiquidem quando eſt cœlum & granum milij ſit ſed ſimul eſſe pluribus accidit, quod ſignificat illud qñ & tunc. At eſſe alterũ in altero eſt alterũ ab altero cõtineri. Et ſequitur quidẽ hæc illud & ſimul eẽ, ſed non qa ſimul idcirco ſimul inter ſe, ſed qa ſimul ſunt inter ſe, ideo ſimul ſunt, quod uero ambo ſint in eodem tempore tamen nõ in tempore, & ſi fuerint exiſtente tempore dicerẽtur ſimul, qa ſimul ſunt in eodem tempore, ſed neq; his competunt hæc qñ & tunc. Cæterum cum patefecerit quæ ſunt proprie in tempore ſic dici uelut quæ a tempore continentur, uelut ea quæ ſunt in numero ab ipſo numero, ſignum eorum quæ ita ſunt in tẽpore & ſimul cauſam cur ſic dicatur affert. Eorũ enim q̃ propria ſunt in tempore, ſemper temporis plus eſt accipere ac uiuunt & durant. Sic enim a tempore continebuntur, & proprie dicentur in tempore, ut etiam in loco & in numero, ideo inquit Alexander, ſempiterna non ſunt in tempore, cum eorũ durationem tempus non contineat. Et ſiquidem ſempiterna dicit quæ perpetua ſunt, ut Plato nominauit in Timæo de exẽplo dicens. {Natura itaque animalis exiſtit cum ſit ſempiterna,} recte diceret. Nam æternum non eſt in tempore, neque continetur a tempore. Quod ſi ſempiternum dicit id quod omne tempus ſubſiſtit, haud uerum eſſe fatebor, hoc non eſſe in tempore, ſi ſolum ſic poneretur uelut in tempore eſſe. Sed hæc cum fiant exiſtant, & non ſimul uniuerſa ſubſiſtant, ut æterna. Teſtatur etiam ipſe Alexander cum ſic ſcribat his uerbis. Sed motus cum ſit ſempiternus, tamen in tempore eſt, qa non ſubſiſtit. neque idem permanet numero ſed exiſtit dũ fit. cum ergo ſic alius atque alius motus fiat hoc modo in tempore eſt. Si ergo etiam alia quæ ſunt ſubdita ortui ſecũdum motum in tempore ſunt, quia ſecũdum eſſe illorum, unde ſit quędam reuertentur & ſubſiſtunt dum fiunt ſiue ſecũdum actionem, ſiue ſecundum qualitatem tranſmutata, ſiue ſecundum locum, nihil prohibet hæc in tempore eſſe ſed quia cũcta ſunt in numero, uidẽtur etiam in tempore eſſe, quia tempus eſt numerus. Etenim eorum quę ſunt in tempore plus numeri eſt accipere ſemper, quia omne quod numeratur eſt in numero finito, ſed omnis numeri finiti eſt ſemper plus numeri accipere qa numerus ita augetur in infinitum. ut magnitudo diminuitur in infinitum. Sed eorum quæ ſunt non eſt ſemper alium & maiorem locum accipere, quia ſi locus eſt terminus continentis, uel debita eorum quæ diſtant poſitio locus circũſcriberetur loco, quod ſi locus eſt interuallum, equidem particularia corpora cum ſint in loco ſemper habent aliquem locum excedentẽ in quem ſæpe etiam mutantur, ſed uniuerſum non habet maiorem locum, quia totum, capit totum, quare iuxta omnem ſuã ſignificationem, erit uerum dicere, quod non quouis loco eſt accipere maiorem ſic omni tempore & omni numero. Sed ſolum utebatur loci exemplo ad oſtendendum ſolum qđ ea q̃ ſunt in tẽpore, ꝯtinenẽ, a tẽpore ut ea quę circũſcribũtur loco ab eodem cõplectuntur. Sed totam rõnem ſic Alexander cõcluſit.

Quæ ſunt in tempore in numero.

Sed eorum quæ ſunt in numero eſt numerus.

Eorum ergo quæ ſunt in tempore numerus eſt.

Sed quorum eſt numerus, horum etiã numero alius amplior accipi poteſt, finitorum enim eſt numerus,

Sed omni finito ampliorem numerum eſt accipere, igitur his quæ ſunt in tempore amplior eſt numerus ſ'm tempus.

Et pati itaque aliquid a tempore, ſicut & dicere conſueuimus quod tabefacit tempus. & ſeneſcunt omnia tempore, & obliuiſcuntur propter tempus. ſed non didicit, nec nouum factum eſt, nec pulchrum. corruptiõis enim cauſa per ſe magis eſt, tempus. numerus enim, ipſius motus eſt. motus autem, expellit id quod ineſt.

Cum oſtenderit quod eſſe in tempore eſt cõtineri a tempore, & ſic contineatur ut etiam ante ipſum ſit tempus & poſt, deinceps addit, qđ etiam quæ ſunt in tempore patiuntur ab eodem. Conſueuimus enim dicere, quod tempus tabefacit, & omnia tempore ſeneſcunt, & obliuioni mandari ſolent ob tempus, quæ quidem ſubſtantiam uitam, cognitionem delent. Nõ enim ſimiliter dicimus qđ didicerit, neq; iuuenis factus eſt, neque pulcher ob tempus quia tẽpus eſt magis cã interitus cum ſit numerus motus, ſed motus eſt egreſſus eius qđ eſt & mutatio, quare merito cum tempus ſit aliqđ motus qđ eſt in ipſo exijt a ſuo eſſe & mutari facit numerus exiſtens uniuſcuiuſq; eorum quę ſunt in ipſo mutat oĩs & egreſſus. Sed ut ſecure dicat, hoc {magis} adiecit. Interitus enim cã per ſe tempus eſt. Et quia neq; patiendi tempus eſſe cãm uidetur ſimpliciter & p ſe, ſed quatenus pati ineſt oĩbus q̃ ſunt in tẽpore Patet aũt qđ nõ ſolũ Interitus ſed ẽt ortus & doctrinę cã uidebaẽ dicenti.
Omnia longum & numerabile tempus ꝓfert quæ incerta ſunt & occulta, & occultat manifeſta & non ſolius obliuionis ſed ẽt diſciplinę cã eſt, tempus enim aliquid me ſcire facit. Sed audiamus illũ. Simonides ergo ſapientiſſimũ tẽpore deſcripſit. Hoc enim dixit oẽs inuenire et diſcere. Euenus autem ex utriſq; fecit tempus ſapientiſſimũ & ſtultiſſimũ. Et Ariſto. tertio lib. duplicem motum dixit alium a forma in priuationẽ & aliũ a priuatione in formam, ergo non ſolum egreditur a forma, ſed etiam a priuatione, ob id etiam eſt magis cauſa interitus quia quæ fiunt, ſemper ẽt in tẽpore fieri uidenẽ, ſed nõ aliqđ a tẽpore, qa ꝑſpicua eſt cã efficiẽs ſed exiſtit ob tp̃s ut ędificator ędis. Quæ uero intereũt nõ ſolũ in tẽpore interire uidenẽ, ſed ẽt a tẽpore, qñ nihil aliud uidereẽ ꝓpria cã interitus. Similr quoq; doctor facit diſcere ſed ad obliuionẽ uidetur ſufficere tempus.

Cõ. 120

Quare manifeſtũ eſt, qđ ea quæ ſemper ſunt quatenus ſemper ſunt, non ſunt in tempore. non enim continentur a tempore, neque menſuratur eſſe ipſorum a tempore. Signum autẽ huius eſt,

quod

quod neq; patiuntur quicquam a tempore, tanq̃ non exiſtentia in tempore.

C. 121. Cum pateſecerit quod hæc ſunt in tempore quorum eſt accipere ſemper aliud tempus maius et quia quæ ſunt in tempore patiuntur à tempore, uelut quoddam corollarium ex dictis concludit, q̃d quæ ſemper ſunt, quatenus ſemper ſunt nõ ſubdita ſunt tempori neq; ab eodem continentur ut ſit plus temporis accipere quam ipſa durent, neq; à tẽpore patiuntur. Adiecit autem illud { Quatenus ſemper ſunt } propterea quod dũ exſtunt tempus eſt, motus tamen ipſorum & mutationes ſunt in tempore, quia uniuſcuiuſq; ipſorum eẽ plus temporis eſt accipere. Quomõ ergo ſempiternus motus eſt. Oſtendetur enim orbiculatio eſſe ſempiterna, igitur uel erit in tempore uel non. Si enim non in tempore eſt ergo tempus non eſt omnis motus numerus, ſi uero in tẽpore, quomodo erit hoc i tempore quod tempus nõ excedit: Niſi quia ſemper alius atq; alius motus & nunquam idem motus numero, neq; ſic ipſum contineret, ſed quia congruunt inuicem & ſeſe adæquant cum unum tantum duret quantum alterum & ſimul uariantur & alterũ egeat altero, ob id ergo motus eſt in tempore. Sed forte ſi quis diceret quod huius gratia & tempus erit in motu, ſed ſempiterna erunt dicta ſecundum ſubſtantiam quæ ſimul tota ſunt qualia intellectua & ea quæ reuera ſunt & actionem ſemper ſimul totam habent & ſupra tempus ſunt omnino ab ipſo æuo menſurata. Et coelum cum ſit ſubſtãtia perſpicuum eſt quod ſecundum illam eſt mutatione immunis. Atqui ſi nullam mutationem ſuſtinet, patet quod ſi nullum habuerit motum neq; extenſionem in ipſo, eſſe etiam ſubſtantiam eius ſupra tempus erit. Tempus enim eſt corũ quæ fiunt, ſed nõ eorum quæ ſunt menſura. Quod ſi aliqua uiciſſim ab uno in alterum detur perfectio ſecundum differentes figurationes ut plane in luna uidemus fieri, & eſt alia atq; alia hæc & ſubſtãtiæ perfectiua, patet quod etiam ſecundum hęc à tempore menſurabuntur. Quod ortus particeps eſt, omnino quicquam habeat quod fiat, & intereat oportet, ſed non ſecundum ſubſtantiam neceſſe eſt. Verum Ariſtoteli & philoſophantibus ſemper eo duce ex manifeſtis ſit eſt coeleſtium ſubſtãtiam expertem ortus eſſe & ſupra tempus, ſed motus temporaneos eſſe. Et niſi forte melius dicẽdum ſit, quod extremorum uelut oĩno immutabilium, & eorum quæ contra mouentur & ſemper tempus eſt menſurę, ſed mediorum uelut animæ & ſempiternorum corporum ſunt quædam aliæ menſuræ quæ carent nominibus.

T. 120. Quoniam autem tempus, menſura motus eſt, erit & quietis menſura ſecundum accidens. omnis enim quies, in tempore eſt. non enim vt quod eſt in motu, neceſſe eſt moueri: ſic & quod in tempore. non enim tempus, motus eſt, ſed numerus motus. in numero autem motus, poteſt eſſe & quieſcens. non enim omne immobile, quieſcit, ſed priuatum motu, aptum autem natura moueri, ſicut dictum eſt in prioribus. Eſſe autem in numero, eſt eſſe quendam numerum rei, & menſurari eſſe ipſius, numero in quo eſt. Quare ſi eſt in tempore, a tempore. Menſurabit autem tempus id quod mouetur, & quod quieſcit, quatenus hoc qnidem mouetur, illud vero quieſcit. motum enim ipſorum menſurabit, & quietem
T. 119. quanta quædam ſit. Quare, quod mouetur, non ſimpliciter erit menſurabile a tempore, quatenus quantum quoddam, ſed quatenus motus ipſius quantus eſt.

C. 122. Cum hactenus dixerit tempus eſſe menſurã motus, merito addit, quod etiam quietis eſt menſura, et ob id quia eſt motus. Illa enim continuatiua coniunctio { Quoniam } hoc ſignificat. Si enim quies eſt motus priuatio, & ſunt eadem illa quæ diſcernere faciunt & menſurant habitus & priuationes, uel luminis & tenebrarũ uiſus, & uocis ſilentijq; auditus & recti inflexiq; regula merito id quod motum metitur, etiam eius priuationem quæ quies eſt, menſurabit, ſed hanc per accidens. Motum enim per ſe tempus metitur, quia ſubſtãtia eius in hoc uerſatur, ſed per accidens quietem & ſecundum relationẽ ad motum metitur. Nam mẽſurat eam quatenus nõ mota eſt, ut etiã ipſe docet. Eſt enim aliquod tempus quod quieſcit ipſum quieſcens cuius mora aliam eſt accipere longiorẽ. Quieſcere enim dici ſolent ea, quæ etiam apta ſunt ut moueantur. Et Alexãder ſane inquit tempus eſſe numerũ quietis, quia accidit motus priuatio motus cuius per ſe numerus eſt tempus. ſed Themiſtius dicit hoc fieri quia alium menſurat motum. Nox enim eſt mẽſura per ſe lationis ſolis quæ eſt ſub terra, ſed per accidens etiã quietis animalium. Forſitan diceretur & aliter. Nam quia omnis quies eſt intermedia inter duos motus, quos per ſe mẽſurat, & eſt quidem prius nunc terminus prioris motus, & poſterius principium ſecundi inter quę curriculum medium erit tempus & quietis intermedię erit menſura per accidens, quia accidit ei quod eſt intermediũ inter duos motus ut ſi quies, ſed quomodo tempus cum in hoc ſubſtantiam habeat ut ſit numerus & menſura, motus etiam quietem quæ eſt priuatio motus menſurat. Erit enim & quies [illegible] motus, ſiquidem quod metitur à tẽpore motus ſit. Hanc igitur inſtantiam ſoluens inquit, non neceſſe eſt quod eſt in tempore moueri, quia motus non eſt tempus, ſed numerus motus & aliquod accidens, ſed non ſi quid eſt in accidente, iam etiam in illo erit cui hoc accidit. Non enim ſi quid in die eſt, iam hoc ipſum in latione ſolis eſt, ſiquidẽ dies ſit tantum temporis quod eſt numerus tanti motus ſolis, quare non neceſſe eſt ut quies moueatur, quanquam ſubſtantia tẽporis in eo cõſiſtat ut ſit numerus motus. Dicimus enim quod morbo laborãs tantum temporis quieuiſſe. Etenim regula & paſſus uulgo eſt per ſe rectum faciens diſcerni per accidẽs torta diſcernere facit. Cæterum cum tradiderit quieſcens in tempore eſſe, quid ſit illud quieſcens inquit, quia non omne immobile. Si enim hoc, non omnis quietis tempus erit menſura. Non enim & ſempiternæ immobilitatis, quia non continet ſubſtantiam eius, ſed ſunt quieſcentia hæc, ut diximus, quæcunq; ſunt apta moueri, ſed tum priuantur motu. Quo uero aptũ eſt moueri non habet ſempiternam immutabilitatem. Deinde etiam cur ſit in tempore addit, quia ut in numero eſt ut ſit aliquis rei numerus, ſic etiam in tempore illud eſt, cuius duratio mẽſuratur à tempore, in quibus etiam adiecit quod quieſcens quatenus quieſcens tempus menſurabit, ut etiam id quod mouetur, quatenus mouetur, ſed non ſubiectum menſurat, ſed motum & quietem ipſorum. Quare inquit Alexander & ſempiternorum motus, ſed non ſubſtantias eorum quæ mouentur tempus menſurabit. Sed ex dictis nonnulli dicerẽt aſſignatam temporis definitionem mancam eſſe. Nam, inquit, oportere non ſolũ tempus determinari per numerum motus, ſed etiam quietis, quos increpat Alexander quaſi, inquit, æque dictum ſit numerum motus tempus eſſe & menſuram motus & ſic intelligunt numerum motus, ideo cenſent cum menſura quietis ſit & non ſolum motus, etiam illud eſſe adijciendum definitioni, ſed non eſt idem. Nõ enim ſubſiſtit tempus quatenus motum metitur, ſed hoc ei accidit, ſed ſubſtantia eius eſt q̃tenus numerat prius & poſterius in motu quæ prius & poſterius, non ſunt in quiete. Non enim huic ut ſit in mutatione à priore quodam in aliquod poſterius & poſt ipſum eſſe ut motui ineſt & hoc plane indicauit dicendo, { In numero autem motus contingit etiam quieſcens, eſſe autem in numerro eſt quendam numerum rei eſſe. } Quæ cum dicat Alexander me admirari fecit quomodo aſſerat quietem non habere prius & poſterius, ut motum, ſi enim non habet, ſed copulatus prius poſteriori non erit temporis intelligentia in quiete, ut neque in

motu , quod ſi prius & poſterius & mutatio ab illo in hoc & priore abeunte poſterius ſuccedit, quomodo non eſt dum ſit & quies et motus quidam exiſtẽs in ipſa apparebit. Niſi forte igitur duplex ſit motus alter oppoſitus quieti, et alter cum ſit quædam duratio atq; extẽſio ipſius quietis. Vt enim omnium aliorum quæ uerſantur in ortu fluxum exiſtentiæ eſſe prius appellabamus & quies etiam eſt in fluxu & prorogatione & duratione, ideo Ariſtoteles quãuis principio dixerit quietem men » ſurari à tempore per accidens, tamen ꝓcedendo inquit, { Mẽ » ſurabit autem tempus id quod mouetur & quod quieſcit qua » tenus hoc quidem mouetur hoc uero quieſcit, motum enim ip » ſorum & quietem menſurabit & quãta quædam ſunt, } ideſt durationem utriuſq; menſurabit illam ſecundum eſſe ideſt ortum & fluxum. Et niſi forte per accidẽs ob id dixerit quietem menſurari à tempore, quia non ut quies ſimpliciter, ſed ſecundum id quod ĩ ortu uerſantur & motus & aliæ ſpecies ſm hoc temporaneæ fiunt. Verum quia in motu idem eſt motus eẽ & motum, merito uidetur motui per ſe competere tẽpus. Quod uero quietem motus priuationẽ non uelut tortũ recti & prorſus ea quæ ſunt præter naturam eorum quæ ſunt ſecundũ naturam, ſed uelut abſentiam illius quod aptũ eſt cum ipſa ſit ſecundum naturam, eſſe dicat, patet quia definiens naturam eſſe principium et cauſam non ſolũ motus, ſed etiam quietis ipſam dixit per ſe. Etenim quietis natura eſt cauſa, forte ob id non appellauit ipſam ſtationem, quia uult proprio nomine appellare ſtationem, in quam & ad quam motus procedit. Etenim ea q̃ ſemper ĩmobilia ſunt, manẽt ut poli cardineſue & axis uniuerſi. Etenim ſtare dicuntur, ſed minime quieſcere, quia quieſcere conuenit aliquando etiam his quæ mouentur.

Quare quæcunque neque mouẽtur neq; quieſcunt, non ſunt in tempore. Eſſe enim in tempore, eſt mẽſurari tempore. Tempus autem, motus & quietis menſura eſt.

Cum prius dixerit quæ ſunt in tempore, quia quæ mouen-
Cõ.123. tur & quæ quieſcunt in tempore ſunt, & quędam aliquãdo & quædam non aliquando, quia ea ſunt quorum duratione tempus longius eſt, in his oſtendit quæ non ſunt in tempore, quia quæcunq; non cienẽ nec quieſcunt non ſunt in tempore. Et deinceps neq; id quod penitus non eſt, neq; quod ſemper eſt, ſed illa quorum ortus eſt et interitus. Quod uero quęcũq; non mouentur, neq; quieſcunt in tempore non ſint ſic oſtendit. Si tempus eſt menſura motus & quietis, quę ergo nec mouentur nec quieſcunt, hæc non erunt in tempore. Sunt autem q̃dam quæ nec mota, nec quieſcentia ſunt, ſed immobilia ſuapte natura. Et patet quod ea ſunt ab omni moto ſeiuncta & libera. Et ſyllogiſmus eſt in ſecunda figura talis.

Quæ ſunt in tempore menſurantur ab eodem.

Sed quæ non mouentur nec quieſcunt haud à tempore menſurantur. Concluſio eſt, ergo ea quæ non mouentur nec quieſcunt non ſunt in tempore.

Sed horum maiorem ꝓpoſitionem poſuit. Nam quod in tempore eſt ab eodem menſuratur, & minorem dicentem, quę nõ mouentur neq; quieſcunt à tempore nõ menſurantur, hanc nõ poſuit, ſed probationem eius dicentem. Sed tempus motus & quietis menſura eſt cum quibus ſubaudiendũ eſt hoc { ſolũ } » tanquam, iam demonſtrata hæc ſint, ꝙ ſi hæc ſola à tempore metiuntur, patet uerum eſſe quod neq; id quod non mouetur neq; id quod non quieſcit à tempore mẽſuratur. Sed quoniam eorum quæ ſunt alia ſemper ſunt immobilia, alia uero ſemper mobilia, & alia aliquando mouentur, & aliquando quieſcunt, patet quod ſemper ĩmobilia prorſus non ſunt in tẽpore, ſed ea quæ ſemper & aliquando mouentur & quieſcunt in tempore ſunt. Quęcunq; autem nec ſemper, nec aliquando mouentur, hæc non ſunt in tempore. Patet autem quod quæ aliquando mouentur, hæc ſint aliquando & quieſcentia. Sed quomodo tẽpus eſt menſura motus & quietis. Qui enim dicunt motus eſſe menſuram tempus per ſe, & quietis uelut priuationis exiſtentis ipſius motus merito horum ſolum mẽſuram eſſe a uot. Sed qui aſſerunt ſolus motus tempus eſſe menſuram & quietis ſecundum eſſe & quatenus in fluxu conſideratur, patet quod nõ ſolius quietis, ſed etiam aliorum omnium quæ ſunt ſubdita ortui, ut ipſe dixit, tempus eſt menſura ſecundum eſſe. Nam motus ſecundum fluxum ſuæ naturæ tempus eſt menſura ꝓpriè, qui proprius eſt in ortu & fit. Sed forte quia omnia quæ ſunt ſubdita ortui uel mouentur uel quieſcunt, uerum eſt dicere ꝙ hæc ſola in tempore ſunt.

Manifeſtum igitur eſt , quod neque omne T.120.
quod non eſt, erit in tempore, vt quæcunque non poſſunt aliter eſſe. vt diametrum , eſſe lateri commenſurabilem . omnino enim ſi menſura quidem eſt motus, tempus per ſe, aliorum autem ſecundum accidẽs: manifeſtum eſt quod quorum eſſe menſurat, his omnibus erit eſſe in quiete aut motu. Quæcunque igitur corruptibilia & generabilia ſunt , & omnino quæ aliquando quidem ſunt, aliquando vero non, neceſſe eſt in tempore eſſe . eſt enim tempus quoddam maius, quod excedet eſſe ipſorum, & id quod menſurat ſubſtantiam . Eorum autem quæ non ſunt, quæcunque quidem continet tempus: alia quidem erant, vt Homerus aliquando erat · alia vero erunt. vt futurorum aliquid . quæ, ad vt. auis continet, & ſi ad ambo, vtraque & erant, & erunt . Quæ autem haudquaquam continet, neque erant, neq; ſunt , neque erunt . Sunt autem huiuſmodi eorum quæ non ſunt: quorum oppoſita ſunt ſemp. vt incommenſurabilem eſſe diametrum , ſemper eſt. & non erit hoc , in tempore. neque ergo, commenſuſabilem eſſe . Quapropter ſemper nõ eſt, quoniam contrarium eſt ei quod ſemper eſt. Quorum autem contrarium non ſemper eſt, hęc poſſunt & eſſe & non eſſe, & eſt generatio & corruptio ipſorum.

Adhuc permanet diſtinguendo & dearticulando ea quæ C.124.
ſunt uel non ſunt in tempore, & nunc oſtendit, quod neque ea quæ prorſus non ſunt , in tempore ſint, neque ea quæ ſemper ſunt neque ea quę tempus non excedit quoad durationem, ſed illa ſolum in eo uerſantur quæ ſunt ortui obnoxia & interitui. Et his euidentiorem facit intelligentiam quam habet de tempore. Dicit autem non omnia quæ non ſunt, non eſſe in tempore, ſed quædam. Eorum enim quæ non ſunt, alia præceſſerunt, uelut Homerus poeta, alia manẽt, ut bellum & deliquiũ. Et hæc quidem omni tempore demonſtrabuntur. Sunt autem quædam eorum quæ non ſunt , quæcunque nequeunt eſſe, ut diameter nunquam lateri commenſurabilis erit neque omnino eſſe poteſt. Hæc ergo non ſunt in tempore. Et cauſam addit. Quia tempus eſt menſura motus per ſe, & aliorum per accidens. Dicit autem alia uidelicet quietem & ea quæ mouentur & quieſcunt, quorum quietẽ etiam menſurat tempus. Mẽſurans inquit Alexander quantum ſpatium fuerit quo non mouebatur quieſcens , ſed exiſtimo, quod etiam durationem ipſius eſſe quietis menſurat, & ob id inquit per accidens, quia ſecundum relationem ad motum, ſed ſubiecta motui & quieti neq; principia ipſa menſurat, ſed hæc per accidens dicuntur menſurari, quia hæc accidunt eis uidelicet motui & quieti, quę menſurantur à tempore. Cum ergo tempus motum & quietẽ

ſolum

ſolum menſurat, patet quod quorum eſſe atq; naturã menſuratur, hæc etiam ſunt, dum ſiũt. Talia uero ſunt ea quæ ſunt orti atq; interitui ſubdita, & omnino ea quę aliquando exiſtunt, & aliquando non. Iccirco & continentur hæc à tempore. Eſt enim tempus al quod maius quod longius eſt, ac id quod menſurat ſubſtantiam ipſorum. Eorum ergo quæ non ſunt, quæcunq; talia ſunt, ut fuiſſe aliquando uel fore, uel etiam fuiſſe & fore illud tempus quod menſurat hęc tempus excedit, etenim etiam illud tempus quando erat uel erit tempus eſt, ideo & talia quę non ſunt in tempore erunt. Sed cum dicat, { ut futurorum, } adiecit illud { ad utraúe continet. } Nam in his quę facta ſunt à præterito tempore in quo fuerant non eſſe illorum continet uel tẽpus huius eſt mẽſura, ideo in tpe ſunt, q̃ hoc mõ nõ ſunt, ſed ĩ futuris à futuro. Na; tpe in quo erũt, poſt hoc in q̃ nõ ſunt amplius eſt in q̃ ſunt, ideo & hęc ſunt in tẽpore. Quæcunque autem prius erant, & poſterius erunt, nunc autem non ſunt ut deliquium uel bellum & prodigia, horum durationis tẽpus ad utraq; continetur. Etenim à præterito quia in illo erat, & à futuro, quia in illo erũt, & utrũq; quod amplius eſt ut uno ſolo in quo non eſt quandoquidem poſt præteritum aliud ſit, & aliud poſt futurum, ideo & in his eſt non eſſe ipſorum in tẽpore, ut etiam eſſe. Nam excedit tempus utrũq; & ob id continentur à tempore & in tempore ſunt, ſed quæ nequeunt eſſe, horum non eſſe neq; eſt in tempore. Sed quæ ſint hæc prius in exemplo dixit. { Vt diametrum eſſe lateri cõmenſurabilẽ, } nunc autem & per uniuerſalem regulam aſſignauit. Quorum enim ſempiterna ſunt oppoſita hæc nequeunt eſſe, quia ergo ſemper & neceſſario diameter eſt coſtæ ĩmenſurabilis non poteſt eſſe cõmenſurabilis. Rurſus quæ ſint, quæ poſſunt eſſe & non eſſe per regulam tradidit dicendo, { Quorum contraria non ſemper ſunt, } ſed aliquando. Nam ſi ſemper erunt contraria, nunquam erunt ipſa, ſi uero nunquam erunt ea quę ſunt contraria eis, hęc ſemper erunt. Quod ſi aliquando ſunt & aliquando non ſunt contraria, & ipſa erunt aliquando & non aliquando ac orientur & interibunt. Quando enim ſunt cõtraria, hæc non ſunt, & quando non ſunt illa, hæc ſunt.

T.121. Ipſum autem nunc, eſt cõtinuatio tẽporis, ſicut dictum eſt. Cõtinuat enim tempus præteritum, & futurum, et omnino terminus tẽporis eſt. eſt enim huius quidem principiũ, illius autem, finis. ſed hoc non ut in puncto manẽte manifeſtum eſt. diuidit autem, potentia. & quatenus quidem huiuſmodi, ſemper alterum eſt ipſum nunc. quatenus autẽ copulat, ſemper idem eſt, ut in mathematicis lineis. non enim idem ſemper, unũq; punctum eſt, intellectu. diuidentium enim, aliud eſt. Quatenus autẽ eſt una, idem penitus eſt. Sic & ipſum nunc. aliud quidem, temporis diuiſio ſecundum potẽtiam eſt. aliud aũt, terminus utrorũq;, & unio. eſt aũt idẽ, ſecundũ idẽ: diuiſio & unio. eſſe aũt, non eſt idem.

C.125. Nunc proponit ſibi dicendum de ipſo nunc quatenus præſertim uidetur eſſe tempus, quod quidem nunc eſt illud quod diuiditur in ipſo nunc proprie & nunc quod dicitur cum quadam latitudine. Et primum dicit de primo, de quo etiam prius dixit, quod eo tempus eſt continuum & diuiditur ſecundum ipſa nunc. Hæc porro in pręſentia de ipſo breuibus dicet, uidelicet continuationem temporis eſſe ipſum nunc, hoc enim eſt quo continuum tempus ſit. Continua enim ſunt, quorum partes copulantur ad unum terminum cõmunem, ut ſexto huius tractationis demonſtrabit, ſed partes temporis præteritum & futurum copulantur ad ipſum nunc quod eſt cõmunis terminus in utriſq; & nunc ſic acceptum facit tempus continuum, ſed quando uelut terminus præteriti & uelut principium futuri aſſumeretur & intelligeretur diuiſit ipſum rurſus. Nam ipſum aliquando continuat, & aliquãdo diuidit, ut etiam ſe habet pũctum in longitudine. Etenim & hoc continuat longitudinem, ſed quando uelut unum intelligeretur & acciperetur. Quando uero ipſo utimur ut duobus dicentes idem eſſe terminũ huius, & principium alterius, tunc diuidit. Sic Alexander continuationem exiſtimans ſignificari uſq; ad hæc uerba, { Continuat enim tempus præteritum & futurum. } Et hæc hinc de diuiſione intelligit quia dixit nunc eſſe unius terminum, & alterius principium non ſic tamen ut in puncto continuat permanens. Nam ipſum nunc temporis fluentis non permanet. Sed cum ſit differens ſcriptura & alia habeat hæc uerba, { Et terminus temporis, } & alia, { Finis temporis } utriuſq; tamen eſt eadem intelligentia. Etenim procedendo cõmunem terminum appellat finem & unitatem amborum, ſed proprior eſt illa quæ dicit terminum, quia continua dicimus illa quæ copulantur ad terminum communem. Et Alexander hoc { diuidit autem potentia } intelligit ad prædictum referendum eſſe, quia non eſt manifeſtum in puncto manente, ſed potentia diuidit nunc. Et ſic rõnem habet interpretatio. Dicit ergo nunc diuidere tempus potentia, ideſt intelligendo, non enim actu uelut punctus, quia habet poſitionem & permanent & ſeparatæ partes demonſtrantur. Nam ob temporis fluxum non poſſunt partes temporis ſic ſe habere ut unum demonſtretur ſine altero & quando uelut continuum acciperetur ipſum nunc, idem etiam ratione & non ſubiecto ſolum eſt. Non enim ſecundum aliam & aliam rationem acceptum continuat tẽpus, ſed quando ad ambas partes eandem haberet rationem cõmunis tunc factus eſt terminus amborum. Sic autem ſe habent ea quæ ſunt in ipſo nũc inquit, ut in mathematicis. Quatenus quidem idem punctum accipimus ſecundum ſubiectum uelut diuidẽs ratione & intelligentia longitudinem, & huius terminus ſit, & huius principium idem facimus plura ratione quod quidem idem eſt ſecũdum ſubiectum. Nam alia eſt ratio ipſius ut terminus, & alia eiuſdem uelut accepto principio. Sed quatenus uelut unum & idem non ſubiecto ſolum, ſed etiam ratione acceptum tanquam continuans lineam ſecundum hoc omnino unum ſit, ideſt non ſecundum ſubiectum ſolum, quod etiam diuidenti ineſt, ſed etiam ſecundum rationem. Poteſt autem inquit Alexander illud { Intellectu } non ordinari nec referri ad ipſam diuiſionem, ſed ad hoc { aliud } Nam intelligentia aliud atq; aliud ſit punctum diuidens. Non enim ſubiecto. Vt autem ſe habet in mathematicis pũctum lineæ, ſic etiam in naturalibus ſe habet nũc temporis. Nam uelutq; diuidens tempus accipiẽ cogitatione & uelut potentia. Non enim ut actu et permanens, ſed ſic in linea punctum diuiſiuum bis intellectũ potentia duo eſt, ſed ſit actu duo quando partes lineę inuicem ſepararentur, ſed nunc potentia & quam ſimilimum huic, quãdo cogitatione utrunq; bis acciperetur. Non enim ſit aliquando hoc actu. Non enim permanet. Vel potentia inquit Alexãder, quia ſecundum potentiam aliquam & rationem unum ſecũdum ſubiectum duo ratione ſiunt. Diuidens igitur ſic, aliud uelut finis ideſt terminus & unitas amborũ cum in ambobus ſimiliter exiſtens accipiatur. Quando enim eandem rõnem habuerint ad ambo tum connectentur ipſa & unum efficiẽt. Sed ſecundum idem punctum, & ſecundum idem nunc diuiſio & continuatio longitudine & tempore ſit. Sed ratio non eſt eodẽ connectẽtis & diuidentis, ſiquidem unum & idem non ſolum ſubiecto, ſed etiam ratione ſit. Illud autem { uelut duo } rõne accipitur. Sed cur in mathematicis magnitudinibus diuiſione & continuatione uſus eſt exemplis, & non exẽplo in phyſicis. Etenim q̃d dicebatur in his uerum eſt. Niſi mathematicis uſus ſit, primum quia proprie nunc indiuiduũ eſt, & punctũ mathematicum pariter indiuiduum & expers partitionis eſt, ſed non naturale. Deinde quia hæc horum diuiſio ſola eſt in intelligentia, ut etiam eſt temporis natura. Nam in magnitudinibus naturalibus & ſubſiſtit talis diuiſio. Niſi forte et in tempore ſit, ſi quis naturales determinationes partium temporis intellexerit, uelut diem & noctem, menſes & annos, ut etiã in motu ſit.

Etenim exiſtimo etiam huius eſſe quaſdam naturales determinationes, alias quidem ex ſubiectis, alias uero ex ipſa differentia ſecundum motum.

Tex. 122. Ipſorum igitur nunc, hoc quidem ſic dicitur, aliud autem, cum tempus quod eſt huius, prope ſit. vt veniet nunc, quia hodie veniet. venit nunc, quia hodie venit. Quæ vero in Ilio geſta ſunt, fuerunt non nunc. neque diluuium, fuit nunc. & tamen continuũ tempus eſt ad ipſa, ſed quia non prope.

Cõ. 126. Cum dixerit de ipſo nunc proprie quod expers eſt dimenſionis & diuiſionis continuans tempus & diuidẽs, addit etiam alias ſignificationes ipſius nunc quibus conſuetum eſt uocari licet non proprie. Nam tempus ad utraque in tali nunc poſitum eſt, quorum aliud eſt preteritum, & aliud futurum quãdo quidem prope fuerit aliquid eius. Nunc etiam dicitur ſecundum appropinquationem ad nunc proprie dictum. Dicimus enim nunc uenturum qui hodie uenit, & uenire nunc qui pauloante acceſſit. Sed quæ in Troano bello geſta fuere non ſunt nunc facta, neque eluuio terræ, quanquam continuum ſit tempus, ſed non erat prope ipſum proprie nũc ea quæ tum geſta fuere, ſed longe.

Tex. 123. Ipſum autem olim, tempus eſt determinatum ad prius & poſterius nunc. vt olim capta eſt Troia, & olim erit diluuium. oportet enim terminari ad ipſum nunc. erit ergo quantum aliquod ab
Tex. 124. hoc, tempus, ad illud & erat ad præteritum. Si vero nullum tempus eſt quod non ſit olim, omne erit tempus finitum. Deficiet ne igitur an non, ſi quidem ſemper eſt motus? aliud igitur, aut idem ſæpe eſt. manifeſtum eſt, quod vt motus; ſic & tempus eſt, ſi enim vnus & idem ſit aliquãdo, erit tempus vnum & idem. ſin vero non, non
Tex. 125. erit. Quoniam autem ipſum nunc, finis & principium temporis eſt, ſed non eiuſdem, ſed præteriti quidem finis, præteritum autem futuri, vt habebit circulus in eodem quodammodo curuum & concauum. ſic & tempus ſemper in principio erit & fine. & ob hoc, videtur ſemper alterum. non enim eiuſdem principium & finis, ipſum nunc. ſimul enim, & ſecundum idem, oppoſita eſſent. & non deficiet itaque tempus ſemper enim in principio eſt.

Cõ. 127. Deinceps de ipſo aduerbio olim & alijs quæcunque temporanea ſunt docere aggredietur, ſimulque earum etiam quæ ſe habent ad nunc habitudinẽ determinabit. Præterea ut oſtẽdat per hoc quod nullum tempus accipitur infinitum. Eſt igitur, inquit, ipſum olim tempus determinatum ad prius nunc & poſterius, ceu olim Troia capta fuit, quod quidem dicimus ſignificantes, quod eſt aliqua diſtantia ab ipſo nunc præſente, quod erat quando erat Troia. Similiter quoque & ad futurum. Nam dicimus olim erit diluuium aut aliquando, quibus deinceps demonſtrabit quod omne tempus aſſumptum definitum eſt. Omne enim tempus habet prædicatũ ipſum olim. Nam hoc eſt quia nullum erit tempus quod non ſit olim, non quia tempus olim erat uel erit, ſed quia nullum eſt tempus q̃d non recipiat prædicationem ipſius olim. Si ergo omne tempus eſt olim & omne olim eſt determinatum. Hoc enim pauloante demonſtratum eſt, ſcilicet tempus omne definitum eſſe, q̃d ſi acceptum tempus definitũ eſt, neq; ceſſabit, ſed ſemper erit, quia etiam motus cuius numerus tempus eſt ſemper ſubſiſtit. Quod uero motus non deficiet aliquãdo in fine huius tractatus demonſtrabitur. Sed ſi tẽpus eſt menſura quietis, uidebitur etiam non exiſtente motu tempus eſſe. Talem autem inſtantiam ſoluens Alexander menſurat, inquit, & quietem tempus tamen eſſe eius & ſubſtãtia in tempore eſt. Huius enim eſt numerus ut demonſtratum eſt prius. Rurſus ergo ad memoriam, reuocemus quod tẽpus non debet intelligi numerus illius quietis quæ diuiſa eſt contra motum, ſed etiam motus qui eſt in gęte & omnium quę fiunt dum ſunt & ſubijciuntur ortus atque interitui, quando tempus eſt conſideratum ab ipſo ſecundum extenſionem propriam. Diceretur autem quod ſi eſſe & ſubſtantia eius eſt in motu, quod primum & maxime proprium motuum eſt illud quod menſurat motuum orbicularem ſecũdum quem, menſurat etiam alios. Sed interrogans de tempore an idem deficiat uel aliud atque aliud, reſpondet etiam nunc quod tempus æque ut motus iterum atq; iterum fieri, ſed numero alium atq; alium ſpecie uero idem. Sic enim etiã in motu fieri uult. Quod uero ſemper aliud atq; aliud & non deficiet tempus oſtendit palam per ipſum nunc. Quia enim idem nũc præſens ut p̃ſens. Neq; enim uelut terminus ſimpliciter ſimul eſt principium & finis temporis, principium quidem futuri, & finis præteriti. Et ſunt in eodem ipſa nunc quæ eadem ſunt, ut in circulo connexum & concauũ, in quo patet alterius eſſe terminum & alterius eẽ principium. Sic etiam diuidit tempus, & fieri nequit ut eiuſdem ſimul ſit principiũ idem atq; finis. Eſſent enim ſimul idem oppoſita, quæ quidem ipſe contraria cõmunia dixit. Sed erunt aliquo modo contraria principium & terminus, & non ſolum uelut ad aliquid opponuntur. Et tempus eſt id quod habet contraria. Si enim cuius terminus eſt ipſum nũc, hoc preteritum eſt, & cuius hoc principium eſt futurum, idem nunc terminus & principium ſumptum erit, ſimul ergo erit tempus præteritum & futurum, ſi quędam in tempore eſt contrarietas. Si ergo nõ eiuſdem, ſed terminus p̃teriti, & aliud eſt principium futuri, neceſſario aliud erit futurum à pręterito, & ob idipſum nunquã deficiet tempus quia præſens nunc pariter ut eſt terminus, ſic etiam principium eſt. Terminus quidẽ præteriti, ſed principium futuri. Erit ergo & futurum ſemper. Principio enim exiſtente oportet etiam eſſe id cuius eſt principium & non deficiet. Quod uero nihil prohibeat idem eſſe terminum & principium & omnino contraria ſecũdum aliam & aliam habitudinem acceptum demonſtrauit de circũferentia circuli in quo omne ſumptum concauum ſimul & conuexum eſt ſm aliam & aliam habitudinem acceptum, & fieri nequit ut uoum ſit in linea circuli, & alterũ non ſit. Sic ergo & rurſus nunc proprie acceptum terminus eſt ſimul & principium ſm habitudinem ad differentia tẽpora, pręſens enim tempus quatenus præſens medium eſt inter præteritum & futurum.

Ipſum autem iam, propinquum præſenti nũc atomo: pars eſt futuri temporis. quando ambulabis? iam. quia prope eſt tempus, in quo futurum eſt. & p̃teriti temporis, id quod non procul eſt ab ipſo nunc. quando ambulabis? iam ambulaui. Ilion autem iam captum eſt, non dicimus, quia procul valde eſt ab ipſo nunc. T. 126.

Et ipſum iam eſt aduerbium temporis, ut etiam olim, definitur autem etiam ipſum hoc modo, quod ſit ꝓpe ipſum nũc indiuiduum, ſed non illud quod latius eſt. Nam illud dicimus iam eſſe quod ad utrãq; partem eſt prope ipſum nunc p̃ſens. Etenim fuiſſe & forte iam, hoc dicitur, quod pauloante fuit & paulopoſt erit. Quando enim ambulabis interrogatus aliquis iam dicit, uel iam ambulaui, quando tempus erat prope ipſum nunc, ſed in his quæ facta ſunt ante multum tempus nullus dicet de his, iam. Nullus enim dicit Ilium iam conſumptum aut captum fuiſſe, quia olim fuit captum. Nam prope ipſum præſens eſſe ſibi poſcit ipſum iam. C. 128.

T.127. Ipſum autem nuper, propinquū præſenti nūc, & pars præteriti eſt. quando veniſti? nuper, ſi ſit tempus propinquum præſenti nunc.

C.129. Et nuper partem temporis eſſe inquit præteriti quod propinquum eſt ipſi nunc pręſenti. Quando enim interrogati fuerimus, Veniſtis? reſpondebimus nuper, ſi tempus in quo uenimus fuerit prope ipſum nunc. Et Ariſtoteles ipſum nuper uelut de ſolo præterito intelligit dictum eſſe, ut etiam exemplum indicat. Sed Alexander & Aſpaſius aiunt de futuro dici poſſe. Nam interrogati, quando uenietis? dicimus nuper, ſi ſtatim & illico ueniemus. Sic autem inquit Alexāder nihil differt ipſum nuper ab ipſo iam, niſi ſecundum ſolum nomen, attamen ſecūdum Ariſtotelem ipſum iam ad utrāq; partem dicitur, ſed nuper ſolum de præterito, & hac ratione differre uidentur. Sed neque hæc ab ipſo nunc differrent, inquit Alexander uidelicet iam & nuper, cum ipſum quidem nunc dicatur in latitudine, quod etiam prope eſt ipſum proprie dictum nūc idcirco & ipſum ſic nominatur, quare inquit nunc in latitudine dictum & iam ac nuper idem tempus ſignificabunt. Verum Aſpaſius inquit ipſum nunc tale admodum prope ipſum nunc propria eſſe. Niſi forte ipſum nunc in latitudine quandoquidem ſit, ppe ipſum nunc proprie hanc habeat nomenclaturam, & iam cum ipſo prope fuerit & habuerit ſignificationem concludendi aliquid quanquā de futuro dicat tēpore. At ipſum nuper uidetur ſignificare recēter, & forte de futuro diceretur nuper, ſed ingens conſuetudo eſt qua ſolemus de pterito ipſo uti.

Quondam autem, quod procul eſt.

C.130 Partem temporis in pręterito quæ remota eſt ab ipſo nunc dicimus { quondam } & opponitur ipſi nuper nomine. Sed in unoquoq; horum tantam habemus intelligentiam.

Repente autem quod in inſenſibili tempore, propter paruitatem remotum eſt.

C.131. Ipſum repente hæc ſibi poſtulat ut fiat in pauco tempore totum ſimul ut uideatur ſine tempore eſſe, quod repente dicimus, & ut fiat eius duratio inſenſibilis nobis ob breuitatem temporis & uelocitatem motus qui fit. Hoc modo quidem repente dicimus fieri fulgorem & coruſcationem quia tota ſimul et breui ac uelociter non præſentientibus nobis neq; aſſuefactis coruſcatio fit, ob id etiam quæ repente fiunt, perturbant fortiſſimos. Sed quærit Alexander quomodo dicat tempus inſenſile ob paruitatem, & in libro de ſenſu & ſenſilibus nullū tempus uoluerit eſſe ſuapte natura inſenſile. Niſi forte, inquit, quia ſenſile & inſenſile tempus diſcernitur affectu ſenſili & inſenſili, quando non poſſumus comprehendere aliquod factum ob celeritatem illius motus & temporis breuitatem in quo fit, uel mouebatur, tum in illo inſenſibile tempus erit, ſed non ſimpliciter inſenſibile. Eſt enim in eodem & ſi non illud, ſed quoddā aliud ſentiatur nos ipſos porro in eo tempore exiſtentes & ſentientes comprehendimus. Non enim eſt tēpus accipere, in quo non poſſumus nos ipſos exiſtentes comprehendere, quare ſimpliciter hoc breue tempus ſenſile erit, ſed inſenſile in hoc quodam quod dicimus repente factum eſſe, tanquam ob motum inſenſilem dicetur etiam tempus inſenſile in quo talis motus ſit. Vel cōmunius inquit nuper tempus nominauit ipſum nūc terminum tēporis quod eſt inſenſile ſuapte natura. Mos enim illi eſt & ipſum tempus appellare. Hęc igitur in hoc facta ſunt. Eſt autem terminus mutationum in hoc, & ſi aliqua fiunt ſine tempore in ipſo nunc inſenſili fiunt, & dicuntur hæc repente. Nam in his quæ repente fiunt ipſum repente dici ſolitum eſt. Sed in quibuſdam exēplaribus ſcriptum eſt, { ob paruitatē } & ſignificat motū.

T.128. Mutatio autem omnis, natura remotiua eſt. In tempore autem, omnia fiunt, & corrumpuntur. Quapropter & alij quidem, ſapientiſſimum dicebāt. Pythagoreus autem Paro indoctiſſimum, quia obliuiſcuntur & in hoc. dicens rectius. Manifeſtum itaque eſt, quod corruptionis magis erit per ſe cauſa quam generationis, ſicut dictum eſt & prius. remotiuum enim, mutatio per ſe eſt. Generationis autem & ipſius eſſe, ſecundum accidens. Signum autem ſufficiens eſt, quia fit quidem nihil, niſi moueatur quodammodo ipſum & agat. Corrumpitur autem, etiam cum nihil mouetur. & hanc, dicere maxime conſueuimus a tempore corruptionem. At vero neque hanc, tempus facit, ſed accidit in tempore fieri & hanc mutationem.

Post dearticulationem aduerbiorum temporis uidelicet ipſius nūc ipſius iam, ipſius olim, ipſius nuper, ipſius repente, qđ prius dixit uidelicet tempus eſſe interitus per ſe cauſam magis quam ortus, idipſum magis diſtinguit, & adhuc addit quod neque interitus per ſe cauſa eſt. Nam aſſumendo prius quod omnis mutatio eſt remotiua. Nam hoc utetur paulopoſt ad demōſtrationem, nunc autem tandem dicit quia omnium inquit & eorum quæ fiunt & intereunt in tempore, alia quidem fiūt, alia uero intereunt, merito alij tempus ſapientiſſimum, alij uero inſipientiſſimum dicunt. Simonides enim dixit ipſum eſſe ſapientiſſimū quia docti & periti euadunt in tempore. Et Paron Pythagoreus aſſeruit ipſum eſſe inſipientiſſimum quia obliuiſcimur in tempore. Hic autem uidetur eſſe ille de quo mētionem fecit Eudemus nō nominando illū dicens Simonide in Olympia laudante tempus uelut ſapientiſſimum ſiquidem in eo diſciplinæ comparētur & recordationes, cuius uoci cum adeſſet quidam uir ſapiens dixit, cur ò Simonides non obliuiſcimur in tempore. Et niſi forte apud Ariſtotelem hoc non ſit dicēdum. Quia cum dicit Pythagoreus Paron, illud Paron non eſſe nomen proprium, ſed participium. Nam inquit aſſiſtentem Pythagoreū Simonidi dicenti tempus eſſe ſapientiſſimum dixiſſe illi tempus eſſe inſipientiſſimum. Videtur ergo qui ſic ſentis rectius dicere. Nam omnis mutatio ſuapte natura eſt remotiua. Patet ergo tempus eſſe magis cauſam interitus per ſe quam ortus, ut antea dictum eſt. Etenim motus & mutatio per ſe id quod prius erat alio deducit. Cum autem accidit quibuſdam è propria ſubſtantia egredi in aliam, mutantur, ob id etiam eſt ortus cauſa per accidens ipſe motus. Si ergo tempus eſt numerus motus & mutationis, & mutatio & motus eſt per ſe cauſa interitus & tempus interitus per ſe eſt cauſa, ſi quidem tempus eſt numerus motus. Signum autem facit quod recte dicta ſint quia his quæ fiunt nō ſolum tempus ſufficit ad ortum, ſed etiā indiget actione alicuius ex qua fit quaſi ex arte uel natura aut doctrina, aut operatione, ſed his quæ intereunt ſat eſt tempus ſolum ad interitum, & ſi nulla exterior cauſa aduenerit uelut fit in his quæ liqueſiunt & putreſiunt in tempore, de quibus etiā dicere conſueuimus quod a tempore hæc pariuntur. Et hic eſt quæ fit à tempore interitus. Quæ cum dixerit ſubiunxit cuius gratia repetit illa prius dicta, quia tempus nec per ſe facit interitum, ſed accidit in tempore fieri etiam hęc trāſmutatio. Quid ergo eſt interitus cauſa. Inquiunt expoſitores quod uniuſcuiuſque natura & ſubiecta materia eſt cauſa. Nam menſuræ omnium quæ ſunt in ortu à natura determinātur & incrementi ac ſtatus & declinationis, & iam diximus compertum eſſe ut natura ſit cauſa incrementi & uigoris. Sed quæ cauſa eſt interitus? Dicimus enim reuera eſſe eam quia habent res naturam ad interitum pronam. Vel proprie natura dicta quæ eſt effectrix & motrix corporum principum ortus eſt, et ut ſit res primaria cauſa, ideo etiam Poetam in ſecundo huius tractationis libro tradit ridicule illud dicere. Cō.132.

Extremum ob quod natus erat, fatumq; petiuit.

Non enim eſt naturæ reſpicere ad mortem & interitum uelut in finem, ſed ad ortum & exiſtentiam. Sed cum talis ſit ortus rerum caducarum & fragilium, ut dum fit unum aliud intereat, interitus ſimul ſubſiſtunt cum ortu & motus per ipſos cum motionibus efficientibus. Illud autem eſt natura interitui obnoxium quatenus dicimus idem materiatum & imperfectũ aptum eſſe ut intereat. Vnde ſi quis interitus cauſam quęrat dicendum ei eſſet q̃d eſt natura ſubiectæ materię quæ nõ poteſt ſemper formas tolerare, atq; cõtrariorum hic ob remiſsionem diſtractio cum inuicẽ ſimul permanere nequeant, uelut in prima & intellectuali ipſorum cauſa. Si ergo hæc uera ſunt etiam tẽpus erit primaria cã ortus & deinde ipſius interitus ſecũda & poſteriore quadam ratione. Verum Ariſto. cum hoc loco euidentiores cauſas quæ uidentur accipiat, efficit tempus eſſe magis cauſam interitus, ipſo porro adiecit hoc { magis, } quia omnis mutationis cauſam fecit eſſe materiam ob ſuam habilitatem ad contraria, ut etiam docuimus in calce librorũ de cœlo. Sed item quomodo tempus cum ſit menſura dicitur ortus & interitus cauſa. Niſi quia etiam menſura poteſt conficere & menſurare, uelut etiam tricubitum uel quadricubitum conficit magnitudinem & metitur, durationem ortus & interitus quantum durarint.

Quod igitur tẽpus eſt, & quid eſt, & quot modis dicimus ipſum nũc, & quid ipſum olim, & nuper, & iam, & quõdam, & repente, dictum eſt.

Cō.133. Videtur non demonſtraſſe ipſum eſſe immo cõtrarium quia principio diſputationis de tẽpore argumenta acute fecit ut tolleretur de medio. Verum cum demonſtraſſet quid ſit tempus de aliquo eorum quæ ſunt, cuius etiam intelligentiã habemus faciendo ſermonem, ſimul etiam oſtendit ipſum eſſe. Demonſtrabit & deinceps ſtatim, quando demonſtrabit omnem motum & omne quod mouetur, in tempore moueri & prius & poſterius in tempore eſſe.

Tex.129. His autem nobis ſic determinatis: manifeſtum eſt quod omnem mutationẽ, & omne quod mouetur, neceſſe eſt moueri in tempore. velocius enim & tardius, ſecundum omnem mutationem. in omnibus enim, ſic videtur. Dico autem velocius moueri, quod prius dum trãſmutatur ad ſubiectum ſecundũ idem ſpatium & regularem motum mouetur. vt in latione, ſi vtraque ſecundum circũferentiam mouentur, aut vtraque ſecũdum rectam. ſimiliter autẽ eſt, & in alijs. At vero prius, in tẽpore eſt. prius enim & poſterius dicimus, ſecundum eam quæ ad ipſum nunc eſt diſtantiam. ipſum autẽ nunc: terminus præteriti & futuri eſt. Quare quoniam ipſa nũc in tẽpore ſunt, & prius & poſterius in tempore erunt. in quo enim eſt ipſum nunc: & ipſius nunc diſtantia. econtrario aũt dicitur prius & ſecundum præteritum tempus, & futurum. in præterito enim prius dicimus, quod longius eſt ab ipſo nunc, poſterius aũt, quod propius eſt. In futuro autem prius quidem, quod ꝓpinquius eſt. poſterius autem, quod longius eſt. Quare, quoniam prius in tempore eſt, omnem autem motum ſequitur ipſum prius: manifeſtum eſt, quod omnis mutatio & omnis motus, in tempore eſt.

Cō.134. Cum pauloante dixerit omnia tempore interire & oriri idẽ nunc proponit oſtendere cum efficiat demonſtrationem uniuerſaliorem, quia omnis mutatio & omnis motus in tempore fit. Nam huius demonſtratio cõfert proprie ad quæſtionem de tempore et cõfirmat ipſum prius et poſterius in tẽpore demõſtratum, quod ſit interitus magis tẽpus q̃ ortus cauſa. Et eſt argumentum tale in prima figura concluſum.

Omnis motus prius & poſterius habet.

Quod habet prius & poſterius in tempore eſt.

Sequitur ergo ut omnis motus in tempore ſit.

Sed quoniam non ſunt manifeſtę propoſitiones utrãq; probauit. Sic minorem, omnis motus uelocitatẽ & tarditatem habet quoniam omni motu quicquã dicitur ocius et ſegnius moueri. Sed omne q̃d habet celeritatẽ & ſegnitiem id prius & poſterius habet, quãdoquidem his definiatur celerius & tardius. Celerius enim dicimus quod prius in illud mutať ad quod motus eſt, & ſegnius id quod mouetur poſterius. Sed comparatio recte fieret, ſi etiam eandem ſpeciem motus acciperemus ut ſecundum locum acciperemus æquale ac ſimile ſpatiũ, ut in circũferentia uel in recta linea & motum uniformem, quoniam ſi acciperetur unum quod mouetur irregulariter motum, & alterum regulariter, poſſet etiam motum poſterius ad finem motus peruenire celerius. Fit etiam quędam differentia motus ob figuram ſubiecti, ſi alterum fuerit rectum & aliud orbiculare. Sed maiorem propoſitionnem dicentem prius & poſterius in tempore eſſe demõſtrauit quia prius & poſterius dicuntur per remotionem & diſtãtiam ab ipſo nunc. Nam prius eſt quod à parte præteriti diſtat plus à pręſente, ſed poſterius ponebatur proximius ipſo nunc, ſed de futuro econuerſo. Prius enim proximius eſt ipſi nũc, & poſterius remotius, quare prius & poſterius ſecundum remotionem & diſtãtiam ad ipſum nunc ſubſiſtit. Nunc enim eſt terminus præteriti & futuri, quare cum ipſum nunc ſit in tempore & prius & poſterius in tempore erũt. Nam in quo nunc & eius nunc diſtantia eſt, quod quidem eſt prius & poſterius. Si ergo omnis motus prius & poſterius habet, & hæc ſunt in tempore, & oĩs motus eſt in tempore utraq; propoſitione uere ſumpta. Nam quia uelut ꝓximas demõſtrationis propoſitiones poſuit aliam dicẽtem quod omnis motus prius habet & poſterius & aliam dicentem prius & poſterius in tẽpore, ſignificauit deinceps poſt demonſtrationẽ inferẽdo. { Quare q̃m prius in tempore oẽm autem motum ſequitur ipſum prius manifeſtũ eſt quod oĩs mutatio & omnis motus in tempore eſt. } Ipſum autem ſequi eſt prædicari.

Dignum autem conſideratione eſt, & quomodo tandem ſe habet tempus ad animam. & propter quid, in omnibus videtur eſſe tempus, & in terra, & in mari, & in cœlo. An quia ipſius motus paſſio quædam eſt, vel habitus, cum numerus q̃dem tempus ſit, hæc autem, mobilia omnia: in loco enim, omnia ſunt. tempus autem & motus, ſimul ſunt, & ſecundum potentiam, & ſecundum actum. T.130.

C.135. Duo proponit quærere in his, unum q̃uo tempus ſe habeat ad animam, hoc autem eſt, num poſsit eſſe tempus aĩa nõ exiſtente, quod dictu idem eſt num poſsit eſſe numeratũ non exiſtente numerãte, ſi quidem anima ſit illud numerans. Sed cum hoc primum proponat poſterius enitetur determinare. Alterũ uero eſt, quia tempus ubiq; eſſe uideť & mari & terræ ac cœlo adeſſe, & ſane huius primum cauſam aſsignat quia tempus cũ ſit numerus motus eiuſdem erit habitus uel affectio, quare accidẽs erit inſeparabile motui. Etenim numerus uidetur eẽ in ipſis numeratis & contineri ab ipſis. Quoniam igitur hęc omnia in quibus tempus dicitur eſſe uelut terra, mare, cœlum corpora ſunt, & omne corpus eſt in loco, & quod eſt in loco mobile uel ſm totum uel ſm partes mouetur, atq; mobile cum motu, habet etiam motus accidens uelut affectionem aut habitum tẽpus, merito in terra mari & cœlo in quibus eſt motus, erit etiã

in eiſdem

in eiſdem tempus. Hęc autem breuiter cōcludendo ſubiunxit. Sed tempus & motus ſimul ſm potentiam & actum ſunt. Nā cum dixerit tempus una cum motu ſimul eſſe, & in quot erit motus, etiam erit tempus, addit quod tempus uniuſcuiuſq; eodem modo ſe habet cum motu, q; ſi potentia eſt motus, etiā potentia eſt tempus. Quod ſi actu erit, etiam tempus actu erit. & ob id in ipſa collectione rationis mobilia dixit quę ſunt in loco & non mouentur, ut ambo capiat cum ea quæ potentia, tū etiam ea quæ actu ſunt. Mobile enim & id quod mouetur & aptum moueri uelut quieſcens ut ait Alexander. Dicit aūt affectionem motus eſſe tempus uelut accidens tanquam numerabilium numerus ſit affectio, & habitum quia inhæret ſixe motui. Sed ſi potentia motum dicitur quieſcens nunc ut Alexāder intellexit in quo motus eſt potentia, in hoc etiā eſt potentia etiā tempus, patet quod in quieſcente potētia erit tempus, atqui nō ſolum ea quæ mouentur, ſed etiam quæ quieſcunt in tempore eſſe dicebātur actu. Nam menſura quietis actu eſt tempus uelut durationis eius, ut etiam durationis motus menſurari à tempore. Niſi ergo non ſint intelligenda ipſa quieſcentia ad tēpus mota potentia, ſed ea quæ nōdum accedunt ad ortum, tamen poſſunt accedere. Si enim tempus erat numerus motus ſm ortum, eodem etiam mouebantur ea quę dicunt quieſcere, patet quod etiam motus actu erit in his et tempus menſurans talem motum erit. Sed quoniā per accidens Alexāder intellexit quietem in tempore, diceret per ſe in tempore motū interdum potentia ut quieſcens, ſed tūc quies accipit iam in ipſo moto. Narrat quoq; aliam ſcripturam Alexander, ob eam dubitationem forte quæ ſic formata fuerat. Sed locus & motus ſimul ſm potentiam & actum quæ ad fidem huius erat quod coelum terra & mare mobilia erant cum ipſe nunc adderet hoc dictum tanquam eorum aliqua ſint actu in loco & per ſe cietur, & aliqua potentia uelut partes uniuerſi, quæ etiam mouentur potentia. Signum ergo quod motus ſit de numero eorum quę ſunt in loco hoc eſt quia unumquodq; quod eſt in loco ipſo motu participat & ut eſt ſic participat, ſi illud eſt potentia in loco ita participat potentia, ſi uero actu & actu. Sed cū in promptu ſit ambigere quomō tempus ſit in coelo quod non eſt in loco ſi quidem ſola quæ mouentur ad locum hæc ſola ſint mobilia in tēpore. Quam dubitationē ſentiens & ſoluens Alexāder inquit quod in coelo eſſe tempus & ſi nō ſit coelum in loco perſpicuū eſt. Semper enim cietur, & ubi eſt motus, ibi adeſt etiam tempus, ſed in alijs quę ſemper mouent̄ opus eſt loco quia demōſtrauit eadem quæ ſunt in loco etiam mobilia eſſe. Sed diuinū corpus non egebat demonſtratione ut probaret̄ moueri quippe eius motus manifeſtus eſt & euidens ſempiternus. Hęc igit̄ Alexander ſuis uerbis ſcripſit. Quia ſi coelum mouetur motu orbiculari, patet etiam motum hunc eſſe ſecundum locum & non ſecundum aliam ſpeciem motus, ſed quod mouetur ſecundum locum obtinet etiam locum.

T.131. Vtrum autem cum non ſit anima, erit tempus, an non, dubitauerit aliquis. Cum enim impoſſibile ſit numeraturum eſſe, impoſſibile eſt numerabile aliquod eſſe. Quare eſt manifeſtum, quod neque numerus eſt. numerus enim eſt, aut numeratum, aut ipſum numerabile. Si autem nihil aliud aptum natura eſt quam anima numerare, & animæ intellectus, impoſſibile eſt tempus eſſe, cum non ſit aīa. niſi hoc, quod aliquādo exiſtens tempus eſt, ut ſi contingit motū eſſe ſine anima. prius autem & poſterius, in motu eſt: tempus aūt, hæc ſunt, quatenus numerabilia ſunt.

C.136. Seſe transfert ad alterum quod propoſuit, quod etiam prius erat ibi enim propoſitum erat quomodo ſe haberet tempus ad animam, hic autem apertius aſſumptum eſt. Quærit̄ enim an ſi anima non fuerit, erit tempus uel non. Nam quia conſentaneum uidetur, ut ea quæ ad aliquid ſimul exiſtunt, ut etiam ſimul pereant. Cum enim dextrum non eſt, neq; læuū ſit oportet. Sunt enim ad aliquid id quod poteſt numerare, & quod numerabile eſt. Anima aūt eſt id quod poteſt numerare & mens animæ, non enim aliter quam ratione numeramus, & tempus eſt numerabile, quare ſi non fuerit animus, nec tempus eſſe uidetur. Oppoſuit autem ipſum numeraturum numerabili cum decorum eſſet ut potens numerare aut numeratiuū ipſi numerabili opponeret. Sed idem eſt numeraturū & numerans, aliud quidem potentia, aliud uero dicit̄ ſm tēpo futurū. Itē aſſumpſit numerum uel eſſe numeratum, uel numerabilem. Dicimus.n. numerū uel id q̄d iā numeratū eſt, uel id q̄d numerari pōt, ut militum multitudo numerabilis quia poteſt numerari, eſt etiā numerabile quod iam numeratū eſt. Cum ergo non fuerit numerabile, neq; numerus erit quare tota collectio eſt ſecundum deductionem per tria talis. Si non eſt id quod numeraturū eſt, neq; numerabile erit, ſi non numerabile neq; numerus ut numerabilis, ſi ergo id quod eſt numeraturū anima eſt ſm ſuam mentem, & tempus eſt numerus, cum ergo anima non fuerit non erit tempus. Sed contra hanc rationem, inſtat Boethus dicēdo quod nihil prohibet numerabile eſſe etiam ſine numerante, ut etiam ſenſile ſine ſentiente. Verum Alexander etiam hanc obiectionem pluribus poſuit, & ſolutionē adduxit ſequendo Ariſtotelē. Nam dignum fuit quærere quō hoc ualeat non exiſtente numeraturo, neq; numerabile erit. Nam hoc numerum non eſſe neq; numeratum qua numeratum erit non exiſtente numerante, quaſi eo tendat ratio, ut uideat̄ aſſerere numeri naturam conſiſtere dum numeratur, atqui numerabile ipſum & q̄d uelut numeratur, ceu homines, uel equi, non uidet̄ ſimul cum ipſo numerante deſtrui ac tolli, prius porro & poſterius cum ſint in motu numerabilia, oñdit ipſe hęc poſſe ſubſiſtere etiam non exiſtente anima, ſiquidem motus eſſe poſſit, non exiſtente anima. Sed ſoluens dubitationem tendit, non forte uel numerabile ſi ita eſſet, ſed eēt id cui accidit numerari, ut equi, homines, ſed tamen non erit numerabile qua numerabile. Etenim & in alijs quæ ſunt ad aliquid, non exiſtente dextro qui forte erat ſiniſter ut Socrates erit, ſed non uelut dexter. Si ergo prius & poſterius erunt qua numerabilia tempus numerabile, ſi non fuerit numeraturum non erit tempus, tamen eſſe tempori ſubiectū, quod quidem erat motus, nihil prohibet. Hanc autem ſolutionem Ariſto. breuiter tradidit per hæc uerba, { Niſi hoc quod aliquando exiſtens tēpus eſt. } Subiectum enim temporis uel numerabilis nihil uetat, eſſe etiam non exiſtente anima modo poſſit omnino motus eſſe ſine anima, ſed tempus non erit. Si enim dicuntur actu ad ea quę actu, & potentia ad ea quæ ſunt potentia, ſi non poterit eſſe numeraturū, non poterit etiam eſſe numerabile ſiquidem numerabile hoc poſſit numerari. Neque enim ſenſu ſublato manēte colore erit color ut uiſibile, ſed uelut color ſolum. Et admodum diligenter adiecit hoc, { Si contingit motum eſſe ſine anima } Quantum enim ad oppoſitionem quæ eſt ad aliquid & ſublata anima ratione & ſi non tēpus fuerit tamen nihil prohibet motum eſſe, tamen ſi non pōt motus ſine anima eſſe, non ſolum tempus, ſed etiam motus deſtruetur aīa non exiſtente. Si enim orbiculatio qua & alij motus & mutationes, ſunt etiam qui ob mentem & appetitionē ſunt, ut fatetur etiam Alexander, ſublata anima tolleretur omnis motus. Nam ille eſt ſm locum qui fit in orbem, ſi quidem mutationes ſimplicium corporum debeāt fieri inter ſe ob illū. Nam ſecundum ponderoſitatem & leuitatem fiunt & ſi ſecūdum locum motus ſit prior ſm naturam & poſterior ſit his q prẽter naturam eo qui eſt ſm naturā & motus animalium ſm naturā cauſa propria eſt anima & orbiculatio. Nam homo generat hominem atq; ſol, quare etiam mutationia ſm ortum cā eſt orbiculatio, etiam mutationes ſm alterationem accretionē, diminutionem ab illa emergūt. Solis enim acceſſus & receſſus eſt cauſa plurimum harum. Sed his dictis cenſeo ſciendum q ſublato numerāte uelut numerus numerabilis tempus tollitur, ſed uelut prius & poſterius ſecundum extenſionem duratio-

nis motus non deſtruitur,& ſecundum hoc tēpus ſubſiſtit.Nā ut ſit numerabile accidit ipſi ſm prius & poſterius.Sed anima ſublata quæ principium eſt ortus & omnis motus ſecundum ortum cum adeſt tempus,tollitur etiam tēpus.Merito ergo Ariſtoteles tanquam anima numerante ſublata inquit tempus uelut numerabile deficere,tamen uelut principio ortus & motus, ſublato etiam motus nec tempus permanere poſſe his uerbis indicat. { Si contingit motum eſſe ſine anima, } non ſolū aūt id fit quia ſi auferatur motus una ſimul tollatur tempus motus aliquid exiſtēs oportet,ſed etiam ipſum per ſe cum ſit dum ſit, deſtruetur ſublata anima, quæ erat cauſa omnis ortus & motus:Et unde q̄uo & hic Ariſto.conſona ſcripſit ſuo magiſtro dicendo. { Si contingit motum eſſe ſine anima, } ideſt ſine mouente cum ille dicat: Quod aliorum quæcunque mouentur, fons & principium motus eſt anima & quod ex hoc principio omne quod producitur fit.

Tex. 132. Dubitauerit autem aliquis,& qualis motus,numerus tempus ſit an qualiſcūq; . Etenim generatur in tempore,& corrūpitur,& augmentatur,& alteratur in tempore,& fertur. Quatenus igitur motus eſt,eatenus eſt vniuſcuiuſq; motus, numerus. Quapropter ipſius motus ſimpliciter eſt numerus continui,ſed non cuiuſdam.

Cō. 132. Cum oſtēdiſſet tempus eſſe numerum motus & hactenus feciſſet ſermonem longum de motu ſm locum,huic enim cōpetebat menſurari à magnitudine, quia multam dicimus eſſe uiam,ſi fuerit inceſſus longus,& hunc longum ſi longa uia fuerit, quoniam motuū plures ſunt ſpecies, alius ſm locum, alius ſm qualitatem,alius ſm quātitatem.Eſt autem etiam ortus & interitus ſm ſubſtantiam mutatio, ſi etiam non ſit motus ipſe uelut poſt hunc librum diligenter cōſideranti apparebit,tamē etiam in hoc uidetur prius & poſterius tēpore participare,merito dignum dubitatione inquit eſſe,qualis horum motuū tempus ſit numerus,& dicit non eſſe alicuius quatenus aliquis eſt, ſed cuiuſcūq; motus.non enim quatenus interitus,alteratio uel quædam alia mutatio eſt, ſm hoc tempus eſt numerus ipſius, ſed motus & mutationis q̄tenus talis qui quidē eſt cōis oībus dictis motibus,igitur tēpus eſt numerus ſiſr omnis motus.Nā in cunctis prius uidetur & poſterius, & quod quidem tempus eſt numeratum.Quatenus ergo motus ſimplr,ſed non quatenus aliquis motus in tempore.Sed pulchre dicens quod tēpus eſt numerus motus adiecit hoc { continui. } Sed nō alicuius. Nam motus qua continuus habet prius & poſterius ſm tēpus numerata.Quod ſi diuiſus acciperet non à tempore, ſed à numero menſuraretur. Nam duo uel tres uel plures fiunt motus numerati numero qui unitatibus fit.Si enim alteratio fuerit & interitus,& accretio nulla exiſtente continuatione ipſorū inter ſe tres fiunt motus,ſed quatenus horū unuſquiſq; eſt cōtinuus priora & poſteriora in ipſo numerantur non numero monadico quo numeramus uidelicet,ſed tempore. Verum Alexan.inquit durationem temporis cōtinuare prius & poſterius motus omnis quatenus eſt continuus,& quatenus ſequitur magnitudinem in qua fit & in qua primum ſunt hęc prius & poſterius. Sed dubitanda ſunt hæc etiam contra Ariſt. quæ ego quidem prius exiſtimo breuius dubitaſſe & Themiſtius latius dubitat. Si enim prius & poſterius primum ſunt in magnitudine & diſtantia in qua motus labitur deinde ad motum & tēpus ſic ꝓficiſcitur,quō in accretione & alteratione erunt prius & poſterius.Non enim hæc fit in aliquo ſpatio, neq; aliūde ad aliquid proficiſcitur,ſed totum corpus calefit ſenſim et totum augetur & denſatur. Vnde ergo in his tempus habet prius & poſterius uelut ex latione quæ fit in ſpatio & poſitione. Item quomodo quod non habet prius & poſterius habebit numerū ſm eadē. Niſi quis dicat in accretione eē unde & quo.Nam à minori loco in maiorē fit mutatio.Sed quid dicturi ſumus de ortu, interitu,& alteratione. Vnde enim prius & poſterius habebit motus uel tempus. Niſi ergo tempus metiatur ſolum motum ſm locum primarie , uel ſi etiam alios primarie,nihil egebit priore & poſteriore poſitionis,ut etiam ipſum obtineat prius & poſterius.Sed quia Themiſtius uidetur cedere dubitationi iubet hęc ſæpe quærenda & non ſine examinatione ſuſcipienda. Sed forte nil prohibet quin nūc meam opinionem afferam cum dubitatione & illam proponere illis ad indagationem huius ſum parati. Equidem prius & poſterius cum ſint ſignificantia ordinē, alia proinde exiſtimo eſſe temporis,quæ ſunt ſecundum numerum & ordinem ipſorum plurium nunc definiētium tempus, & alia q̄ ſunt cōſiderata ſm ordinē in poſitione. Sed hęc dupliciа alis in magnitudine, ut prius uiæ eſt illa pars unde auſpicamur motum,poſterius uero ea eſt in quam definimus,ſed hæc in numero aliter & dupliciter ſe habent, uel in numero numerante & monadico,ut dicimus unitatem eſſe priorem dualitate & dualitatem trinitate,uel in numero participante & numerato uelut intellectualia ſunt priora ſenſibilibus & colūna prior eſt altera.Etenim etiam incorporea habere poſitionem uidentur cum poſitio dicatur ſm metaphoram. Tertia autem ſignificatio prioris & poſterioris eſt in actionibus & motibus,alia ſunt ſm numerum terminorum definientium motum,quæ momēta ac mutata eſſe appellamus,quæ habent ꝓportionem ad pūcta lineę & temporis nunc,alia uero ſecundum eaſdem partes motus cum ſit continuus ſm ſe, ſed motus in loco habet prius & poſterius ſm poſitionem in ſeipſum recipiens, conuenit aūt hoc proprio priori & poſteriori huic ut termino & huic uelut parti,ceu quando primum motum illum curſorum dicimus q̄ præmij ſpe certant,& poſteriorem illum qui eſt in termino ſtadij. Et ſunt hæc prius & poſterius ꝓpria ſm poſitionem ipſius motus ſm locum, & hac ratione etiam alijs motibus qui ſunt dum fiunt tempus ſuum prius & poſterius dat quæ conueniāt & æquentur priori & poſteriori motus.Nam quæ definiunt tēpus aduenientia terminus motus,definiunt etiam tempore motum,igitur menſura motus eſt tempus. Nam ſecundum ſuum prius & poſterius conueniens priori & poſteriori motus menſurat tempore motum,ſic autem motus fit menſura temporis, quando prius & poſterius motus ꝓpria adæquata priori & poſteriori temporis definiens motu tempus. Sic quoq; magnitudo loci motum non oēm,ſed localem metitur, quādo prius & poſterius loci ſecundum poſitionē adæquarentur priori & poſteriori motus. Quod ſi Ariſto.uelut cōmuni hoc utitur uidelicet menſurari motum à magnitudine, par eſt ut utatur ipſo quia eſt manifeſtum,idcirco etiam plurimum in his moratus eſt faciens rationem tanquam de motu ad locum.

Sed eſt nunc motum eſſe & aliud, quorū vtriuſque motus erit numerus.Alterum igitur tēpus erit,& ſimul duo ęqualia tempora erunt,an non? omne nāque tempus, vnum ſimiliter & ſimul eſt. ſpecie autem,& quæ non ſimul.ſi enim ſint hi canes,illi vero equi,vtrique autem ſeptem,idem numerus eſt. ſic & motuū ſimul terminatorū, idem tempus eſt. ſed hic quidem, velox fortaſsis, alius vero,non.& hic quidem,latio eſt:alius autem alteratio,tempus tamen idem eſt,ſiquidem & numerus æqualis ſit & alterationis & lationis, & ſimul ſint. Atque propter hoc, motus quidem alteri,& ſeorſum ſunt. tempus autem , vbique eſt idem: quia & numerus vnus & idem vbiq; eſt, qui eſt æqualium & ſimul.

Dubitationem ponit quæ conſequitur ex dictis de tempore & ſimul quod ſæpe dixit tempus eſſe ubiq; ſimul cenſet diſtinguendum eſſe.Sed dubitatio talis eſt. Si numerus motus eſt tēpus & eſt æquus in eo quod mouetur ut diximus, & tempus C. 133.

in motu, totidem ergo tempora eſſet quot motus. Plura igitur ſimul eſſent tempora & non unum uelut cōtinens & aliud uelut contentum. Hoc enim nihil abſurdum erat. Soluens igitur dubitatione non ſic ſe habere inquit. Non enim plura ſimul tēpora fient, ſed totum tempus eſt in præſenti quod unum eſt ſimul numero, ſed ſpecie ſunt eadem quæ non ſimul ſunt, id eſt præteritum cum futuro, quod cum dicat, quomō plurium motuum unum tēpus cum ſit numerus motus docet. Vt enim in numero monadico non differētia numeratorum una diuiditur numerus, ceu ſi equi, illis canes fuerint numerati & utrinq; ſeptem fuerint, hi inter ſe differunt. Sed numerus ſeptenarius idē eſt in ambobus, non enim quatenus differunt eundem habent numerum, ſed quia ſunt tot, quod quidem eſt ipſis cōe. Sic neque in motibus & tempore cum ſit numerus. Nam idem nunc in omnibus & unum ſm numerum, & ſi alter ſit latio, & alter alteratio, & eſt in cūctis numeratum, & prius & poſterius nūc acceptū. quare ſi hoc idem in oībus, merito & tempus in oībus idem erit. Si enim aliter accidēs eſſet tempus motibus ut caloe & albedo non ab re cum illis ſimul diuideretur. Sed quoniam numeratum eſt eorum & quātum, nihi ꝓhibet hoc idem, eſſe etiam in pluribus, ut etiam in monadico numero idem eſt numeratum ut unū & ſi plura ſint numerabilia & differant inter ſe. Sic ergo & motuum ſimul idem tempus, ſed non eadem celeritas neq; idem locus Non enim ſm celeritatem & tarditatem, neq; ſm differentes ſepecies motus numerati efficiunt tēpus, ut ſi unus eſt alteratio, & alter latio, & alter accretio, ſed ſm ſolum prius & poſterius, quæ in cunctis ſimul ſunt & ſic ſunt accepta nunc. Si ergo nunc eadē ſunt cum his quibus numeramus tempus, & ipſum tempus ab ipſis nūc definitum eſt & continetur. Vt enim eorum quæ cientur ſm locum differētia eſt ſm quicquam aliud uelut ſm colorem, aut ſaporem & non quatenus mouentur uelut ſm leuitatem & grauitatem nō facit motus differre, ſic neq; motuum differentiæ faciunt tempus differre quia non quatenus differunt tempus eſt numerus ipſorum, ſed ſecundum prius & poſterius in ipſis quod habent indifferenter. Nam horum numerus eſt indifferens, & numerus inquit Alexander nō eſt cum his quę numerantur inſunt, quare neq; tempus cum ſit numerus ſic i motu eſt. Neq; enim nomen huic cuius eſt nomen ſic ineſt, ut album, quia idem nomen ſm numerum eſt plurium ſimul, ut etiam numerus. Sed album non eſt idem in pluribus ſm numerum. Et hæc adiecit Alexander, ſignificans q̄d non ſic in motu tempus eſt tāquam numerus ſimul diuiſus cum ipſo, ſit & cōſiſtat dum numerat, quia non exiſtente numerante ut demōſtrauit Ariſtoteles neq; tempus erit numerus & ſi motus fuerint. Quod ſi tēpus eſt ob ipſum numerans & ſic eſt in motu, tamen non ſic ineſt in motu tanquam ſit aliquid eius, ideo neq; ſimul diuiditur cum illo, in his porro interrogandus eſt Alexan. quomodo dum numerus numerat non ineſt numerabili, uel quomodo tempus cum ſit numerus motus, uelut numerabile non ineſt motui, neq; eſt aliquid illius. Atqui affectio et habitus dicitur illius. Dixit enim quod tempus uel eſt motus affectio uel habitus cum ſit numerus. Item magis quomodo habet rationem numerus numerabilis & habitus uel oīno accidenos ſi ſic ſe habet ad illud cuius eſt uelut nomē, ut idem numero pluribus inſit. Numerus enim numerans quando eſt ſeiūctus ab ipſis numeratis unus & idē eſt in pluribus, ſed numerabilis iam & ordinatus in participante & una condiuiſus cum illo, ſimiliter ſe habet ut albū. Nomē uero hoc ad quod reſpexit Alexander ſm poſitionem eſt aduētitium & ſimiliter eſt abſurdum exiſtimare quod ea quæ ſm noſtram poſitionem habent habitudioem, una ordinare cum his quæ ſm naturam ordinātur. Hoc autem accidit dicentibus numerum fieri à numerante & ob id tempus ab anima, quod nimirum ſuſpicabatur quia numerās & numeratū erant ad aliquid, & ut numeratum eſto ſimul, ut etiam color quatenus uiſibilis, licet ſecūdum propriam naturam & ſeorſum ſubſiſtat. Item Ariſtoteles accuſabit poſt eos qui definiebant colorem eſſe proprium ſenſibile uiſus quia nō naturam eius declarauit.

Sic opinor accuſaret aliquis dicentem numerum qui participatur & ſubſiſtit dum numerat ſolum eē. Nā digiti mei quinque ſunt, & ſi nullus numeraret. Sed contra ea quæ dicta ſunt ab Ariſtotele dubitat Themiſtius & ſatis ſit afferre illius dubitationem his uerbis poſitā. Inquit. Si enim cōmuniter omnis motus eſt tempus numerus uidebitur non eſſe præter motum. qa ſi non præter hunc neq; præter illum neq; omnino præter motum. Abſurdum eſt etiam dicere quod prius & poſterius ſint idem in cuncti motibus. & ideo hoc quærendum eſt, quomodo ſcilicet idem nunc. Vtrum genere, an ſpecie, an numero. Si enim genere uel ſpecie, plura nempe erūt numero. Si uero unū numero quomodo differenoum numero erit una affectio uel habitus ſecūdum numerū: Sic enim nominat tempus motus. Nam fieri non facile eſt ut idem & unum ſit numero. Sic enim unum ſimul ac non unum fiet, quare ſi plura nunc ſunt in pluribus motibus, etiā in his q̄ ſimul ſunt, plura nunc ſimul erunt, quod quidem neq; in cogitationem uenire poteſt. Quod ſi nō plura, ſed unum et idem ſeparatum erit, et tempus motus nihil erit. Neq; enim illud habet aliquam rationem, quia ut numeratum in decem equis et decem ouibus, ſic etiā in motibus. Neq; enim idem numeratum ſi non ratione ſolum ſit quia ambo decem ſunt, quod quidem noſtra cogitatio ut conſideratio facit quæ eſt in differentibus, ſimiliter ſubſiſtentia nulla eſt per ſe. Sed hoc de tempore quomodo conſentaneum eſt, tempus eſſe uidelicet animi noſtri ſolum intellectionem & non habere naturam propriam, ut uidetur concedere Ariſto. quando concedat non exiſtēte anima neq; tempus eſſe, ſed dat hāc ſuſpicionem quia dicit tēpus eſſe metrum & numerum motus, ut etiā Boethus inquit quod nulla menſura à natura ſit, ſed noſtrum opus eſt menſurare, & numerare. Hæc cum Themiſtius ſcripſerit, & alia quidem pulchre cenſeo contradicenda. Quomodo enim poteſt affectio uel habitus eſſe motus ipſum tempus & rurſus uelut ſeparatum ſimul ubiq; idem eſſe, attamen dicere quod cōmunitas numerorū in participatione eſt noſtræ cogitationis & intelligentiæ & Peripateticorum eſſe uidetur, ſed tamen ut opinor eget determinatione quadam. Etenim ſubſiſtit etiam talis, cōmunitas ideo & ea quæ participant cōmunē habent naturam, ſed cum differentia ſubſiſtunt, ſed ipſam per ſeipſam cōmunitatem uidere eſt noſtræ intelligētiæ. Sed neq; Ariſtoteles tollit propriam naturam temporis, neq; ſolum illud uerſari in cogitatione poni, quāquam dicat non exiſtente anima neq; tempus eſſe. Etenim ſubiectum temporis eſt motus & exiſtimans numerum ab anima dari uelut formam quia anima eſt omnis motus ac ortus cauſa, merito ſublata anima inquit tempus deſtrui, non tamen in intelligentia ob id tempus eſt quia una cum cauſa deſtrueretur. Sed quomodo nulla mēſura à natura ſit, ſi quidem omnes naturales ſpēs numeris & menſuris diſponantur & ornētur. Niſi ergo dicat nil fieri quod ſolum ſit menſura, ſed etiam non menſuratum. Non enim eſt cubitus naturalis uel unitas menſura ipſorummet. quod ſi hoc intelligēdum eſt, quod etiam & ſi menſura fuerit motus, tamē habeat propriam naturam, & ipſum etiam ſit menſuratum à motu. Sed hæc quidē aliqualiter bene uel non male ab his hominibus quæruntur. Cæterū quomodo Ariſtoteles ambo contraria uidetur dicere de tempore, & quod eſt affectio uel habitus inſeparabilis à motu, & quod ipſum ſecūdum numerū eſt in differentibus motibus uelut ſeparabile. Niſi ergo uniuerſe tēpus ſtatuens eſſe numerum, & proprium numeri attribuit ipſi hoc ut ſit in participato numero & ſi differant ſubiecta, æqualis autem numerus eſt uelut unitas equi, unitas hominis ſublata ſecundum intelligentiam ex ſubiectis ſunt omnino indifferentes. Sed albedo in niue & in cerusa ſeparatæ per cogitationem à ſubiectis differūt inter ſe differentijs albedinis. Sunt enī differentiæ albedinis & dulcedinis & aliorum accidentium ipſorum per ſe & ſi abſq; ſubiectis acciperentur, ſed numero æqualium non ſunt differentiæ. Non enim differt unitas ab unitate, neq; participata quatenus unitas neq; quinque quatenus quinque ab ipſo alio quinquenario numero differt, ut neque in nu-

meris monadicis eſt uidere differentiam unitatis ad unitatem. Dicet autē de hoc et ipſe procedens, attamen Iamblicus in his ab inſeparabili tēpore putat ipſum recurrere ad ſeparabile & ob id dicit ipſum per ſe numerum in differentibus motibus eē. Sed reuocanda eſt ad memoriam, etiam prior dicta ſolutio q̄d motus menſura eſt tempus ſm cōmunitatem motus & ſecundum durationem eius quod ubiq; idem eſt.

Tex. 133. Quoniam autē eſt latio, & huius circularis, numeratur autem unumquodque uno quodam congeneo, unitates unitate, equi uero equo, ſic & tempus tempore quodam finito (mēſuratur autē, ſicut diximus, & tempus motu, & motus tempore. hoc autem eſt, quia a determinato motu tempore, mēſuratur & ipſius motus quātitas & temporis) ſi igitur primum menſura omnium congeneorum eſt, circulatio regularis, menſura maxime erit. quia numerus huius, notiſſimus eſt. Neque igitur alteratio, neque augmentatio, neque generatio, regulares ſunt. latio autem, eſt.

Cō. 139. Cum dixerit tempus eſſe numerū uelut numeratum & mēſuram uelut menſuratam, quia unumquodq; menſuratum & numeratum menſuratur & mouetur quodam ſibi cognato, ut unitas unitate & cubitus cubito & equi equo, & prorſus ꝓpria parte ſimpliciſſima eorū quæ ſunt in ipſo. Quæcūq; enim partes ſunt, totidem etiam mēſuras eſſe inquit Plato. Nam et ſi ab aliquo alio mēſurantur, ob id etiam ab illo menſurantur, quia eiuſdem parti æquale eſt mēſurans. Quia ergo, ut diximus, mēſuratum aliqua menſura ſuꝑſtius menſuratur, quęrit igitur q̄d erit tempus primum & ſimplex quod omne tempus menſurabit. Si ergo motus menſura eſt tempus, ſi aliquis motus inuentus eſſet qui mēſura eſſet aliorum motuum, patet quod etiam eiuſdem tempus menſura eſſe uidebitur. Quis eſt ergo motus talis? Niſi ſit primus regularis et motus. Qui enī primus nō eſt is etiam irregularis & ignotus atq; ad mēſuram non idoneus, ſed ſunt motus eorum quæ fiunt proprij, alteratio, accretio, diminutio, ortus, interitus & latio in rectum qui non ſunt primi. Non enim priora ſunt ortui ſubdita ipſis ſempiternis, neq; ſunt regulares tales motus, ſed ſunt irregulares ſine omni norma. Non enim æquales inæquali tēpore factæ alterationes, uel accretiones, uel ortus ſunt, neque notæ. Sed ſola orbiculatio talis eſt, quare hæc eſt menſura motus, & ob id etiam temporis, & menſura ſit motus definita à tempore & tanta ſit, ut hora temporis eſt pars, definit autem tātum motum orbiculationis uniuerſi. Similiter etiā dies & annus cum definiat uniuerſi & ſolis motum menſuram fecit omnium motuum & uniuerſi temporis. Prius & minus tempus mēſurat tempus. Tempus enim eſt hora diei, & dies mēſis, & menſis ipſius anni. Menſurat quoq; motum unius horę & diurnum. Si uero & hæc tot ſolis orbiculationis patet quod econtra menſurantur à motu. Iccirco & ipſe dixit quod menſuratur & tempus motu, & motus tempore. Nam à tempore motus definiti motus menſuratur & tempus, forte etiam tempus econtra menſuratum à prima orbiculatione quę eſt prima & regularis menſurat omne tempus. Si ergo prima ubiq; mēſura eſt cognatorum, patet etiam quod in motu orbiculatio & prima exiſtens & regularis menſura maxime eſt propter hęc & quia numerus huius eſt notiſſimus. Verum Alexander tempus eſſe numerum orbiculationis primam orbiculationem intellexit tāquam temporum notiſſimam. Nam dies noctesq; ſunt orbiculationis numerus qui notiſſimus eſt temporum. Vel numerum motus regularis, inquit, numerum notiſſimum dixit, propterea quod ęquale eſt numerans in ipſo & eſt dum numeratur quod quidem eſt tempus & non eſt in ipſo accipere uelocius quicquam non ſegnius quorum ſunt tēpora, regularis ergo & notiſſimo tēpore definitus motus menſura eſt. Poteſt autem, exiſtimo, dicere numerum notum orbiculationis non proferenda tempus, ſed illud quo ipſa orbiculatio numeratur, ut quia bis uel ter conuerſum eſt uniuerſum. Nam hoc manifeſtum & cognatius eſt demonſtrari mēſuram eſſe orbiculationis & quod talem definit eſt tempus primū & notiſſimum. Diebus enim menſem & menſe annum, & annis omne tempus menſuramus. Quod uero regularis ſit ſola orbiculatio motuum demonſtrabitur ultimo huius tractationis libro. Sed quiſpiam dubitaret, quod etiam Plotinus dubitaſſe uidetur. Si enim regularis & cōtinui motus tempus eſt numerus & menſura, quid erit menſura irregularis et inordinati motus. Si uero omnis ſimiliter numerus tempus eſt quomodo adhuc uelut numerabilis, ſed non uelut ſeparabilis accipief, ut ipſe denarius numerum elephantum & formicarū quia ſeparari pōt numerando. Niſi ergo uelut primo ſubſiſtens regularis & continuus motus & ordinatus, & hac ratione una ſubſiſtit etiā inordinatus & irregularis, ſic etiam regularis primo menſuratur tempore & ſecundo ipſe irregularis. Etenim & hunc horis & diebus menſuramus. Sed ſciendum eſt quod Alexander cum ſcripſerit hæc uerba contextus. { Hoc autem eſt quia à determinato motu tempore } pro hoc dici à definito motu à tempore cenſuit. Sed quædam exemplaria ſic ſcripta ſunt { à determinato motu } quæ addita ſunt ad explicationem quorundam quæ addita ſunt.

Quapropter & uidetur tēpus eſſe ſphæræ motus, quia hoc menſurantur alij motus, & tempus hoc motu. Propter hoc autem, & quod cōſuetum eſt dici accidit. dicunt enim circulum eſſe, humanas res, & aliorum motum habentium naturalem, & generationem, & corruptionē. hoc autem eſt, quia hæc omnia tempore dijudicātur, & accipiūt finem & principium, ac ſi ſecūdum quandam redditionem fit. etenim tēpus ipſum, eſſe uidetur circulus quidam. hoc autem rurſus uidetur, quia huiuſmodi lationis menſura eſt, & mēſuratur ipſum ab huiuſmodi. Quare dicere rerum eas quę fiunt, eſſe circulum, eſt dicere temporis eſſe quendam circulum. hoc autem eſt, quia menſuratur circulatione. Præter enim menſuram nihil aliud uidetur eſſe menſuratum, q̄ multæ menſurę, totum.

C. 140. Cenſuit Ariſtoteles ſubſidium afferre diligenter argumentantibus ad cognitionem ueritatis cum non comprehendat ipſam, ſæpe conſentaneam occaſionem deductionis & cauſam opis dicens ſimulq; ſuam confirmat rationem, quiam oſtendit etiam eos qui errarunt ad quicquam tale reſpexiſſe. Adiecit ergo primos dicētes tempus eſſe orbiculationē. Quandam enim haberent rationem, ſiquidem hac ratione motus omnes menſurantur & tempus. Deinde quia conſuetudine receptum eſt, ut dicantur res humanę in circulo uerſari quodam & omnes res quæ ſubditę ſunt ortui atq; interitui, oſtēdit porro quid accidat dictis de tempore & orbiculatione, propterea quod hæc omnia tempore menſurantur & diſcernuntur & habent principium ſuum & finem temporaneum. Sed tēpus eſt etiam ipſum circulus quidam, quia etiam eſt menſura orbiculationis & ab eadem econtra menſuratur, quare affirmare res eſſe quendam circulum idem dictu eſt ac ſi diceremus eſſe quendam circulum temporis, & hoc quia menſuratur orbiculatione. Si ergo menſuratum nulli uidetur differre à menſurāte, uel ſola multitudine. Quod enim menſuratur id eſt multa menſurantia. Etenim menſuratum à cubitu quia plures cubitus differunt à cubitu, & tempus à circulo menſuratum erit circulus et idem ſæpe. Nam & ſi aliquod aliud ſubiectum eſt mēſuris, & menſuranti & mēſurato, ut ſi cubitus menſurans eſt æreus &

menſuratus ligneus tamē idem eſt cubitus uel eadem eſt ulna quatenus mēſurat & altera quatenus menſuratur, quod dictū eſt tantam eſſe longitudinem quatenus eſt circulus.

T.134. Dicitur autem recte, & quod numerus quidē eſt idem ouium & canum, ſi æqualis vterque ſit. denarius autem, non idem, neq; decem eadem. ſicut neque trianguli ijdem, æquilaterus in quam & ſcalenus. & tamen figura eadem eſt, quia ambo trianguli ſunt. idē enim dicitur cuius non differt differentia, ſed non cuius differt. vt triangulus, trianguli differenria differt (diuerſi enim, triāguli ſunt. figurę autem, non, ſed in vna & eadem diuiſione. figura enim, talis quidem circulus eſt, talis vero, triangulus. Huius autem talis quidem eſt æquilaterus, talis vero ſcalenus. figura igitur eadem & hæc. triangulus enim eſt. triangulus autem. non idem eſt. Et numerus igitur idem. non enim differt numeri differētia numerus horum. denarius autem, non idem eſt. in quibus enim dicitur, differūt. hæc enim, canes, alia vero, equi ſunt. Et de tempore quidē & ipſo & de his q̄ circa ipſum, cōſiderationi ſunt ꝓpria, dictum eſt.

C.141. Quod dicit prius etiā dixit, quia ut idem eſt numerus ęqualium & differentium numerorum ut ſeptenarius numerus idē eſt ſeptem equorum & canum, ita tēpus cum ſit numerus unū & idem eſt differētium & ſimul exiſtentium motuum. Poſuit autem idem rurſus quia mos ſit Ariſtotelis ſuperuacanea dicere, ſed ſimul nititur diligētius determinare de ipſo quod habet magnam inſtantiam. Simul etiā hoc coordinauit cum his quæ ab alijs uno conſenſu dicuntur. Nam perſpicuum eſſe uidetur quod idem numerus eſt ſeptem canum & ſi differant ſecundū ſubiectum hæc. Sed coniectura oſtēdo, quod etiam à tali intelligentia hæc rurſus repetat, quia dicit, { Dicitur autem recte, & quod numerus quidem eſt idem ouium & canum ſi æqualis uterq; ſit, denarius autem non idem neq; decem eadem. } Docet autem nos inquit Alexander ex his quomodo oporteat nos iudicare ea quæ ſunt ſub eodem differentia inter ſe & quo modo eadem. Quæcunq; enim non differunt propria differentia huius quatenus dicuntur hæc quædam, & hæc ſunt eadem inter ſe ſecundum idem, ſed quæcūq; differunt propria differētia illius ſunt diuerſa ſm hoc. Triangulus enim ęquis lateribus & triangulus æquis cruribus, ſunt etiam figuræ. Sunt etiā triāguli, ſed figura ſunt ijdem inter ſe q̄a non differunt figuræ differentia proxime. Nam rectilineum & circulare ſunt differentiæ figuræ & omnes trianguli ſub eadem differentia figuræ ordinantur. Nam rectilinei ſunt & tribus lineis continentur, tamen non ſunt ijdem inter ſe. Nam trianguli differētia differunt inter ſe. Nam trianguli quatenus triangulus differentia eſt æquis lateribus eſſe conſtitutum, æquis lateribus, & ſcalenum eſſe, & numerus porro æqualium non differentium numero nec differentia numeri erit idem ſecundum numerum, & ſeptenarius ouium & canum. Numeri enim differentiæ ſunt par & impar & horum unuſquiſque conſtat ex tot unitatibus & tantis. Sed ſeptem in quibus dicitur eſſe, numerus idem & indifferens eſt, quatenus numerus, ſed numerata tamē uelut ſeptem oues ſeptemq; canes & ipſe numerus ſeptenarius idem non eſt. Nam aliæ ſunt oues, & alij canes quæ quidē erant numerata, ſic autem homo & equus ſunt eadem ſubſtātia, quoniam inter ſe nō differunt ſubſtantiæ differentia. Subſtantiæ enim differentiæ ſunt animatum & inanimatum. Et ſunt ea quę dicta ſunt quatenus animata ſubſtantiæ, ſed tamen non ſunt eadem animalia, quia animalis differentia differunt inter ſe. Rationale enim & irrationale ſunt differentię animalis. Rurſus Plato & Socrates quatenus animalia ijdem ſunt, quia non differūt inter ſe animalis differētia, ſed homines nō ſunt ijdem. Nam quibus hoīes apti ſunt inter ſe differre, his etiā inter ſe differunt. Sūt quoq; & decē ad decē ſe hñt, & numerus idem eſt. Non.n.numeris dr̄a differūt decē ab ipſis decē. Nā pares ſunt, ſed neq; nūeris paris dr̄a differunt, quæ erit quatenus componitur ex pluribus uel minoribus unitatibus, attamē ſubiecta ipſorum de quibus illi prædicantur & ſunt ipſa numerata, uel genere diuerſa uel ſpecie, uel numero, ideo non amplius eſt denarius idem neq; ipſa decem ſunt eadem. Ambo enim dicuntur numerata. Et tēpus porro præſens ubiq; idem eſt. Non enim differt temporis differentijs cum ſit ſubſtantia & in Europa ſimul. Differentię enim temporis ſolæ ſunt pręteritum & futurum. Non enim temporis differentiæ ſunt ſecundum motuū differentias quia non uelut alium & aliū numeramus eos qui ſimul ſunt. At motus nō ijdem ſunt, quorum tempus eſt numerus, ſiquidē alter fuerit alteratio, & alter latio. Numeri enim differentiæ ſunt eædem, porro in his animaduertendum eſt, primum quo differat hæc regula ab illa de identitate & diuerſitate quæ dici conſueuit & diſcernit quę ſunt eadem genere uel ſpecie uel numero uel diuerſa, aut diſcernit unum & multa. Niſi in hac dicamus genere & ſpecie eadem & unum, de quibus genus idem & ſpecies ꝑdicatur, uelut homo & equus genere unū ſunt, quia ambo animalia, ſed ſpecie Socrates & Plato, quia ambo ſunt homines. Sed numero idem unum de quo unitas prædicatur eadem & una. At regula tradita nūc eſt quod ſi de aliquibus duobus uel pluribus idem nomen prædicatur, hæc autem dicentur ſecundum illud, quando non different illius differentijs, ſed differentia erunt quando different. Nam triāgulus æquis lateribus & ſcalenon triangulus figura ſunt ijdem, quia non differunt differentijs figurę. Sunt nempe rectilineum et circulare ac mixtum ſi uis differentiæ figuræ. Ambo enim triāguli ſunt rectilinei q̄tenus ex tribus lineis conſtant, tamen non ſunt ijdem trianguli ſed differentes, quia differunt æquis lateribus triangulus & ille æquis tibijs & ſcalenon differentijs trianguli. His enim diuidit̄ triangulus, quare etiam eorum quæ dicuntur in priori regula eadem genere & ſpecie uelut triangulorum hic aliqua differentia inueniretur quia ibi identitas ſecūdum illam eſt qua cōmune comperit pluribus ſiue ſit genus ſiue ſpecies quæ participatur à pluribus, & differentia erit ſecundum aliam & aliam ſpeciei uel generis. Sed hic identitas eſt quatenus aliquid continetur ſub aliqua differentia cōmuniter prædicati. Nam triangulos eoſdem dicimus omnes qui ſunt ęquis lateribus, & animalia rationalia eadem omnia. Sed diuerſitas ſecundū aliquid eſt quando ſecundum differentias cōmuniter prędicati different. Nam triangulus ęquis lateribus triangulus à ſcaleno ne differt uelut triangulus à triangulo, quia differunt inter ſe differentijs trianguli, quare ibi identitas & diuerſitas ſecundum genus & ſpeciem erit, ſed hic ſecundum differentias. Niſi forte & ſecundum ſpeciem ſtatim. Nam diuerſæ differentiæ cum ipſo genere diuerſas efficiunt ſpecies. Ex dictis porro manifeſtū eſſe exiſtimo quomodo Ariſtoteles ipſum nunc ſecūdum præſens, & ſi quæ ſunt differant in eodem dicat idem eſſe, tāquam non ſit differens differentijs ipſius nunc uelut prius & poſterius differunt differentijs ipſius nunc, ſed non ſunt amplius eadē ut triāguli æquis lateribus & illi æquis cruribus non ſunt ijdem trianguli, quia differunt differentijs trianguli, ſed omnes æquis lateribus trianguli ſunt ijdem quia non differunt differentijs trianguli, & quāuis numero & differant non uelut tamē differentia numeri differunt, ſed uelut ſecundum unitates diſcreti, ſi autē & unitates nulla differentia inter ſe differunt q̄a nihil aliud ſunt quam unitates, & unitates monadici numeri non dicerent̄ numero differre inter ſe. Socrates enim & Plato genere & ſpecie ijdem dicuntur quia ambo ſunt animalia et homines, quia numero differre inter ſe dicūtur, quia differentes ſunt unitates & multis accidētibus differūt, ſiquidem alter erat filius Sophroniſci & Phænaretę, & alter Ariſtonis & Perictione, & alter fi-

mul uentricoſus, habens oculos eminentes; & alter nares habebat bene collocatas & corpus bene ad oculos formatos. Itẽ alter erat magiſter Platonis, & alter diſcipulus Socratis & ſm differentias actionum, igitur & unitates ipſorum nunc quæ accipiuntur ſm præſens, quatenus ut nunc accipiuntur non differunt imo eadẽ ſunt ut in numero monadico ſunt unitates. Qđ ſi quis cum ſubiectis ſpeciebus eaſdem accidentium differẽtias ſecũ animo conſideret, dicerenť differre numero. Atqui prius & poſterius nunc ipſius nunc quod eſt ſpecies differentijs differunt, quare quando Ariſto. nunc dicebat eadem uel tempus dicebat cum ipſe proferebat q̃d ipſum erat ubiq; ſimul et in alijs ſed idem tempus ęquale et totum ſimul. Specie enim unum & id quod non eſt ſimul, unde patet quod dicit unum & idem q̃d non differt differentijs ipſius nunc, & tẽpus tale eſt ſemper ęq̃le. Sed prius & poſterius ſpecies ſolũ unũ ſunt, non quia eiuſdẽ ſpeciei differentijs differũt. Sic enim non eſſent unum & idem, ſed quia ſunt eiuſdem ſpeciei ut ipſius nunc uel temporis ſunt participantia. Hæc ergo ſufficiant quo ad explicationem dictorum Ariſto. de tẽpore, quia à principio uſq; ad finem quæ ille dixit ſecutus determinaui pro uiribus et explicaui. Sed quia nõ ſolum is nobis eſt propoſitus finis qui ſumus cupidi exercitij q̃ quicquam diſcere poſſumus, uidelicet diſcere opinionẽ Ariſt. quæ fuerit de tempore, ſed magis quid eſt tempus diſcere. Sic enim exiſtimo ad ſententiã Ariſtotelis proxime accedemus, ſi hoc breuiter recte tractauerimus & diiudicauerimus. Quo facto ſententias Philoſophorum de tẽpore conſiderabimus. Itẽ argumenta Ariſto. quibus probabat tempus nõ eſſe principio ſermonis cum ille non ſoluerit argumenta, recte fecerimus ſi eadem ad calcem pro uiribus diſſoluerimus. Non enim aliter finem de tempore ſermo faciet.

DIGRESSIO DE
Tempore pulchra.

CVM Ergo natura una in ſimplicitate maneat, excedit omnem diſtinctionem & ſegregationem. Et altera eſt unũ, & altera inferior uno, & paulum euariana ab uno quoad ipſm eſſe unum eos et ibi natura illius nõ ſecernič nec diſtinguitur ab ipſo quod eſt. Sed ubi uelut in unum collectis apparet oino diſtinctio, ibi etiam apparet multitudo cum ipſo uno & tum fit totum et partes, & eluceſcit quędam prior circũſcriptio ibi aliorum q̃ diſtant ab alijs alibi, et natura aut eſſe eius fit aliud ab eo quo eſt. Sed ubi eſt quęuis diſtinctio, mox oportet etiam menſuram eſſe diſtinctionia, ne cum ab uno exierint et remota fuerint transferãtur ad infinitionem, ideo multitudo menſuratur numero ne ſit innumerabilis & reuera infinita & indeterminata, & diſtãtia ſm continuationem menſuratur termino magnitudinis, quo aliquid tãtum & continuũ ut diſcreta ſit quãtitas ſiſtit exitum in infinitum. Similiter autem et diſtinctio partium inter ſe quatenus una eſt alibi & alia hic bona poſitione & ordine indigebat loci, & hæ ſunt menſuræ diſtinctionis ſm ſubſtãtiam & id q̃d eſt. Sed qm̃ & ipſm eẽ entis uelut in illis diſtinctum eſt, uelut q̃dam uita extenſa eiuſdem eſt, tamen permanſit in uno ente ꝓpterea quod & actio in ſubã eſt. Nam ibi quę ſunt actione & actu ſunt, ut etiã Ariſt. diuinitus cõſiderando locutus eſt, quod habet menſurã ſm æternitatem conducentẽ ſuæ nãę extenſionẽ in ipſam mãſionem imobilem in eo quod eſt ſemper ens, & ſic cum facta ſit diſtinctio quadrifariam, quatuor apparet menſuræ, numerus magnitudo, locus, æternitas. Sed ſenſile ab intellectuali ꝓcedens & obnoxium ortui ab eo quod eſt ſm quandam iterationem & permutationẽ. Non. n. manet in mẽſuris ipſius quod eſt, ſed cum ipſo quod non eſt contrahit ſecum illam nãm quę inclinatur ad quãcũq; perfectionem & eẽ, quæ etiã ab ipſo q̃d eſt ad illud quod nõ eſt procedit, ideo etiam ſimulachrũ cum factum fuerit ipſius q̃d eſt ſubſiſtit, merito ergo etiam non habuit ſpecificam diſtinctionẽ ut ibi cum unũquodq; nõ ſolum ſit unitum alijs oĩbus, ſed etiã eius q̃d eſt q̃d reuera eſt alia. Sed patibile magis diſtinctionẽ ortus ſuſcipit & ex imperfecta natura in ipſam partione ſecedit et ob id determinatio multitudinis ibi, hic fit diſtinctio, & ibi uniuerſitas ſimul cõnexa hic diſtans continue quãtitas materiata apparet, & ibi partium diſtinctio, hic uero aliarum & aliarũ alibi ac alibi partiũ diſtractio fit, ſic autem & ipſius nãæ aut eſſe extẽſio cum ſm formã ibi diſtracta eius quod eſt, & minuatur in ipſo uno quod ſubſiſtit, hæc extenderetur ſm exiſtentiã accipiens eſſe in ipſo opifice ortus. Proinde & menſuræ patibilium diuiſionum hñt etiam fundamentum quod eſt ſubditum ortui, & numerus cum ſit unitatibus diffuſus etiam diſtat mẽſura magnitudinis & locus cõmẽſuratus & tẽpus fluens priore et poſteriore determinatũ. Et ſic aliquid atq; hæc participant ortu, ut etiam ipſam uideãtur mẽſura indigere. Etenim numerus hic uidetur numerari, et menſura magnitudinis ut cubitus menſurari, & partes loci etiã bona poſitione & locatione indiget, & tempus in tempore eẽ uelut ꝓcedentes ſciemus. Sed hoc in loco excuſo meum p̃ceptorem Damaſcium qui non uult quatuor eſſe menſuras ſed tres, uidelicet numerum, locum & tẽpus, quod quidẽ aſſerit in his libris quos ipſe cõſcripſit de numero & loco & tẽpore. Vt enim multitudinis numerus eſt menſura, ſic etiam inquit magnitudinis eſt locus. Atqui plane opinor manifeſtum, quod alia ſit mẽſura & alius ſit terminus ſm quem dicimus aliq̃d bicubitũ, uel tricubitum eſſe, & alia eſt ſm bonam poſitionem, ſm quem alia eſt pars ſuperior & alia inferior & alia dextra, & alia ſiniſtra. Eſt ergo tempus menſura illius eſſe. Sed dico illud eſſe non ſm ſubſtãtiam ſolum, ſed etiam illud ſm actionẽ & actũ. Et mirabiliter Ariſt. nouit temporis nãm & explicauit dicens, quia etiam motui & alijs idem eſt in tẽpore eſſe & eorũ durationem et naturam menſurari à tempore, ut autem motus non fit ſm indiuiſibilia. Neq; enim ex momentis componitur. Neq; enim linea ex punctis, ſed termini lineæ & motus ſunt indiuiſibiles. Et partes ipſorum ex quibus componuntur cõtinua non ſunt indiuiſilia ſed diuiſilia, ſic autem temporis alia quidem uelut termini ut nũc ipſa indiuiſilia, alia uero ut partes minima tñ ut indiuiſilia. Continuũ enim tempus cum ſit, habet etiam ipſe partes diuiſiles in ſemper diuiſiles, quare & ſi in cõtinuo fluxu fuerit motus & tempus non eſt permanens, ſed eſt dum fit, & illud q̃d fit non dicitur non eſſe ſimpliciter, ſed alia & alia eius pars fit. Vt enim æuum ſemper eſt cauſa ut aliquid ſemp̃ maneat cum faciat permanere diuiſionem illam intellectualẽ ab ipſo proprio quod eſt ꝓficiſcẽtem, ſic etiam tempus eſt cauſa ultro citroq; ꝓficiſcendi circa intellectualem ſplendorem formæ, quod abiens illinc in ſenſum etiam habet ordinatã continuationem reditus. Vt enim ꝓpter locũ non cõponuntur partes eorum q̃ diſtant, ſic etiam ob tempus nõ componitur illud eſſe Troianorũ cum eo quo res Peloponenſium fuerant, neq; etiam ætas pueritiæ eadem eſt cum ætate iuuenis. Et patet q̃d ubiq; ſimul adeſt tempus & mutatio cum motu cum cõtinuet ea quę ſunt, dum fiunt, quod idem eſt facere ut ipſum ſuccedat circa idem quod fit. Et quia omnium quę ſunt ſubdita ortui & oĩs ortus dum fit tẽpus eſt q̃d obtinet et copulat, partim ſemp̃, partim aliq̃ñ bene dixit Damaſcius. Cæterum illud aiaduertendum eſt, quia deinceps erit per ſe cauſa immutabilitatis eorũ quæ quod ad ſeipſa exeunt à ſua natura & remouẽtur q̃ line, quare erit tempus magis quietis cauſa quã motus. Videtur q̃dem dici ob ſimilitudinem quã habet tempus ad æternitatẽ & continuationẽ q̃ fit. Vt enim illa eſt cauſa ut maneat aliq̃d ſemper, ſic etiam tempus eſt cauſa dum res fit ut ſemper maneat. Niſi forte non conuenit manere tempori prorſus, ut neq; ortui competit, ut ſit, ſed ut ortus eſt q̃dam reuolutio repetita & rediens eius quod eſt, ſic etiam ipſe reditus circa ens eſt q̃dam reuolutio manſionis in ipſo q̃d eſt. Sed hæc dicta ab ipſo nõ mõme turbant, ſed illa magis q̃ quidem dum uiueret hoc mihi pſuadere nõ potuit, uidelicet tẽpus uniuerſum ſimul ſubſiſtere. Hoc ergo cũ explicaſſet in ipſis conſcriptis de tẽpore uolo be-

ne animo

ne alio ꝑpendere. Cum.n. Ariſto. dicat illud eē in tēpore extra cuius tempus eſt aliquid accipere. Sic enī eſt a tēpore cōprehē di & contineri inſtans, ille contra hoc hæc ſcripſit.

Admiraretur forte quis adhuc maius cū audiuerit determinationem eius qđ eſt in tempore eſſe hanc, ideſt cuius eſt tp̄s extra accipere. Sic enim cōplecti a tēpore & contineri, tanq̃ ſm cōprehendendi uim menſurantē & numerantē tp̄s, uidēs ui ea quæ cōtinētur ab extrinſeco, ceu a loco dixit hoc etiā ipſe. Sed ſi hoc eſt, q̃ to tēpus ē aliqua motus affectio, uelut mēſuratio. Locus.n. nō eſt huiuſmodi, et ſi mēſuratio ſit, nil erit extra acci pere. Mēſuratū eſt ēt in tp̄e. ſed abſurdū accidit & hoc non eē tp̄s qđ eſt ſimul totū tp̄s, nō dico ſpēm quaſi formā, ut ipſe inquit tp̄s eē oīa ſimul qđ cōprehēdi dicit ab ipſa æternitate. Atqui tp̄s idē ſemꝑ fluens fatemur, in q̃ ēt ſemꝑ fit mutatio ſpērū & ſemꝑ mobilitas cœleſtiū corporū, ſed tñ non in tēpore eędē ſunt ſm determinationem. Nā tp̄is qđ fit, ſemꝑ erit aliqd extra intelligere. ſed ꝑter opinionē eſt non aſſerere uniuerſi tp̄is partes tp̄s eē, oportebat.n. ſi ꝑteritū, p̄ſens & futurū ſunt tp̄is partes, uel anno ſuperiore, uel ꝓximo ſi partes tp̄is ſunt ēt uniuerſum tp̄s ex ipſis facere cuius nomē eſt ſemꝑ. ſed abſurdū ē etiā illud ſemꝑ idē non eē in tp̄e, q̃a non fluit ſubā, neq; apta ē fluere, ſed ſolū ſemꝑ eſt uelut diameter eſt incōmēſurabilis lateri. Atqui qđ eſt longiſſimum in tp̄e. cur etiā ſi quis nominaret Panchronon totū tēporaneū ſcilicet non erit hoc in tempore? Sed cur ubiq; uelut omne, uel ſi uis dicimus omne ſupra cœleſte in loco qđ comprehēdit oēm locum. Vniuerſum enī ubiq; eſt. Sed de tēpore non ſic intelligimus in tēpore eē ut in uniuerſo id q̃ ſemꝑ idē eſt in eodē ſm numerū. Vt.n. ē ubique ad locū, ſic ſe hēt hoc ſemꝑ ad tp̄s. Cur autē locus eſt ſempiternus, ut cauus peripheria cœli. Sed tp̄s ſolū unū eſt obnoxiū ortui & interitui extra qđ ſemꝑ eſt aliqd plus accipere. Etenī ſi ſm numerū ſed tñ neq; extra numerum ſempiternum & aliquod ſempiternū, ſed oīs & idem numerus. In his porro temporis ſimilitudinē cum Ariſto. accipiat ad locum quatenus & tp̄s definit id qđ eſt in tp̄e & continet, ut ēt locus id qđ ē in loco & numerus id quod dicitur eſſe in numero. Vnde ipſe putat quod ſi non omnis loci eſt extra locum accipere, neque omnis temporis eſt extra tempus accipere. Atqui manifeſtum eſt quod etiam Ariſtoteles putat locum a tempore differre, quatenus locus ſimul eſſe non prohibetur ſed tempus eſt dum fit ut etiam motus, non tamen totum ſimul ſubſiſtit. Si ergo tempus dum fit, ſubſiſtit, ut motus quomodo abſurdum eſt non eſſe ſimul uniuerſum tempus. Contrarium enim erat abſurdū uidelicet ſimul eſſe uniuerſum & dum fieret, ſubſiſtere. Si ergo non eſt abſurdū motū uniuerſum non eē ſimul quia fluit, neq; abſurdum eſt nō eſſe ſimul tēpus fluens, & ſi cōmunis forma maneat q̃a iterum atq; iterū fit ut patet in motu. Qđ ſi ſemper tēpus dicimus fluere, & illud ſemꝑ nō uelut ſimul ſubſiſtens infinitum ſed ſm ſpēm in infinitū dicimus. Sic.n. & tēpus & motum ſemꝑ eē dicimus tanq̃ nūq̃ deficiat & nō uelut qđ ſimul totū eſt. Duplex.n. eſt illud ſemꝑ aliud ſimul totū ut ęternum aliud quod dum fit, ſemꝑ eſt ſm tēpus indeficiēs, in hoc ergo & ſemꝑ mutatio ſpērū fit, & motus fluit licet maneat q̃a iterū atq; iterū fit, & cœleſtiū eſt ſemꝑ mutabilitas ſeu reuolutio. Et ut motus cœleſtiū nō ſimul totus eſt, ſic neq; uniuerſum tempus menſuratiuū eius. Et ob id ſimul uniuerſi tp̄is q̃nquidē neque ſubſiſtētis ē aliqd minime extra accipere, ſed illius quod ſemꝑ ſubſiſtit eſt aliqd extra accipere q̃a ſemꝑ eſt & nūq̃ deficiet eius fluxus. Sed neq; ꝑter opinionē exiſtimo hoc ſcilicet nō ſimul uniuerſi exiſtentis tēporis partes tp̄s facere, ut ꝑteritū præſens & futurū. Si.n. ſimul has eē partes dicebamus, abſurdum erat ut partibus ſimul exiſtentibus non ēt totū ſimul eſſe. Qđ ſi hoc mō ſunt partes uelut ea q̃ nō amplius eſt, nec non dum eſt q̃to fieri non pōt, ut ſimul totū fit. Siquis forte enim ſcripſerit euidentius, demonſtraret hoc præter opinionem. Cum enim totum tempus ſimul ſit, præter opinionem quoq; erit ſcilicet non ſimul eſſe partes. Et ſi non ſimul ſunt partes erit præter opinionē ut ſit omnino ſimul. Illud autem ſemper nomen temporis non tanquam ſimul exiſtentis ſemper qđ etiā prius dicebam, ſed illius eſt qđ ſemper eſt indeficiens. Sed abſurdum inquit dictum eſſe ab Ariſtotele, quod ſempiterna nō ſint in tempore, uelut non eſt cōmenſurabilis diameter lateri. Atqui ſi eorum quæ præſentia ſunt & uniuerſa hoc habent, patet quod eorum quæ ſunt & non fiunt eſt uelut eſſe parem dualitatem & ideas incorporeas. Et non erunt hæc in tempore ſed magis in æternitate. Quod ſi in tempore patet quod etiam in motu, & non amplius uniuerſum ſubſiſtet. Non enim quia in tempore nos cognoſcimus ea quæ ſub tempore, ob id etiā illa in tempore eſſe faciemus. Quod ſi illud quod eſt diuturnū dicit in tempore, cur non etiam uniuerſum tempus. Et ſit hoc etiam in tempore, ſiquidem in motu & non ſimul totum ſubſiſtit, porro ſempiternam dicimus orbiculationem, ut etiam ipſam indeficientem & a tempore indeficienti menſuratam. Sed neque hoc neceſſarium eſt. ſi eſt aliquid in toto loco ſimul qđ ubique dicimus, ut totum corporeum mundum eſſe & in toto ſimul tempore quod ſemper eſt idem in hoc ſecundum numerum. Totum enim locum ſimul eſſe non eſt abſurdum, neque enim locus eſt dum fit, ut motus. Sed quomodo tempus pōt eſſe menſura motus? quare et ſi proportionē haberet ipſum ubique ad ſemper, tamen illud permanet & illud fluit. Et ſi contingit infinitum eſſe ubique, aliud quidem erit infinitum ſolum, aliud uero in infinitū. ſed cur inquit locus & numerus eſt ſempiternus ante id qđ eſt obnoxium interitui, ſed tempus nō eſt? Niſi ergo ſit etiam tempus ſempiternum. Tempus igitur indeficiens Ariſtoteles oſtendit, ſed aliud eſt dum fit, ut motus & illud ſemper eiſdem ineſſe, ſed non ſimul totum exiſtit ſed in infinitum procedens. Vt autem colligens omnia dicam meam ſententiam, ſi eſt aliquis ortus & motus qui non ſit dum fit, neque altera eius pars ſuccedat alteri, ſed tota ſimul ſubſiſtat, uelut ſubſtātia animæ, uel ſi nō eiuſdem & ꝓinde aliquis diceret corporis cœleſtis generanſē eē uelut a ſola cā cōſeruatā & mobilem eē ſm motum ipſius ortus ſm quem ab ipſo qđ reuera eſt exit ad ſuam nām ut fiat ſemper, & ab ipſo exemplari in ipſum ſimulachrum. Siquis ergo talem ortum & motum uiderit ut meus ſæpe propoſuit Damaſcius merito etiam tempus ſimul totum uidere contendet quod ſit menſura motus & eius quod ſimul eſt. Quod ſi Plato definit obnoxium ortui id qđ oriri ac interire poteſt, nunquam erit reuera ens. Et ſi omnis motus eſt mutatio & aliam oīno pōt habet poſt aliā nō oportebat dicere q̃ ſunt ortui obnoxia uel motui ſil' uniuerſa eē. Niſi aliq̃ mō poſſim' mutationē iuenī in ipſis. Et certo ſcio Damaſciū dixiſſe nām q̃ ſubdita ē ortui & iteritui dū exponit q̃to ſit ort' & iteritus in his q̃ ſunt ſm ſubām imutabile, mediā eē iter id qđ ē & qđ nō ē & ſm talē egreſſum ad id qđ eſt dixit ipm fieri & ſm reditū in id qđ nō ē iteritui obnoxiū affirmauit. Sed nūq̃ mediū ē q̃le illud alīæ ſubæ. Neq; ē ſubditū ortui ꝓprie, ſ; mediū inter ꝑtibile & īpartibile, qđ ē dictu inter id qđ ē & ipſum ortū & ob id aliq̃ media mēſura ęternitatis & tp̄is mēſurat, qđ q̃a nō hēt ꝓpriū nomē Plā appellāt aliq̃n ęuū aut ęternitatē, & aliq̃n tp̄s, tñ cœleſtiū corporū ſuba tota ē ſubdita ortui. Videri.n. et tāgi pōt et corp' hēt, ſed cū ſit ortui ſubta & nō ꝑmanēs in eodē mō ſemꝑ hēt motū & mutationē & ſi nō illū ſm ſubām, ut aliq̃n fit aliq̃n nō ſit, ſed illū q̃ ē q̃ſi ſm aliquā alterationē ſm quā ē in differētibus figurationib' differēte uita & ꝑfectione, eædē mutanē in ſubās ꝑporūmet a ꝓprijs exēplis et iperātē uiciſſitudinarijs actiōib' his q̃ ſub luna ſunt. ſed q̃m Damaſci' cū faciat diuiſionē ſubſiſtentis tp̄is plura ſil' de toto ſubſiſtēte tp̄e dicit. Proinde & illorū nōnulla ꝯſiderem'. Sic ſe hñt. Qđ ē, ſil' uniuerſū tp̄s, uel id extra q̃d nō ē aliqd accipere. Sed cū' tp̄is diceremus hoc ſemꝑ aliqd accipe extra ſignificationē eē? Porro Ariſt. hoc uidebat eē ſuꝑ tp̄s & æternitati cōpetere, igit ſemꝑ ē maximū tp̄s. Verū ergo qđ ſemꝑ uerſet in ortus & fluxu hoc ſit tp̄s maximū, ſ; nūq̃ idē ſil' uniuerſu exit ad eē neq; totū ſil' fit, neq; eſt ſemꝑ ipm ſemꝑ. S; magis nunc, q̃to enī eēt ipm ſemꝑ in ipō aliq̃n, difficile.n. eſt aſſignare, q̃a idem erit ſil' aliq̃n & ſemꝑ, ſ; neq; in ipſo ſemꝑ, illud.n. nō dicim' ſil'

eẽ ſemp̱,ſed fluere ſucceſſiõe. Abſurdũ ergo eſt aliqđ & mini
mũ ſubſiſtere tp̄s & totũ ſil' nũq̄. Sȝ ſi ſignificat aliqd ſemp̱ &
nõ ẽ nomẽ uacuũ fieri neqt ut res q̄ ſemp̱ ſit nõ ſemp̱ ſit. Nam
ſempiternũ ſigñat & ſempiternũ eſt qđ ſic fieri neqt,ut aliqñ
nõ ſit,uel nũq̄ & qđ nõ ↄtigit nõ eẽ,et neceſſariũ ẽ,qa etſi ſem
per nõ ẽ uel ẽ nõ ſemp̱ nihil erit eorũ q̄ ſubdita ſunt ortui ſem-
piternũ,q̄re neq̄ cœlum ſp̱,neq̄ mũdus nũero erit idẽ,ſed oĩa
fluũt. Qđ ãt ẽ ſemp̱ in fluxu,neq̄ id ẽ,neq̄ factũ. Nã aliqñ ſem
per fiet,& nõ ſemp̱ & ex his ſempiternitatẽ cœli & toti⁹ mũdi
ſil' totã eẽ uult nõ ſm tp̄s in iñfinitũ & q̄d ſemp̱ fit,& fluit ſȝ ſm
ſil' totũ ſubſiſtẽs. Sed in cęteris diligẽtius exiſtimo inſpiciẽs ali-
bi prio tale tp̄s ſtatuit & ex illo & i ſubã cœli tale ſubſiſtere in
qt. Sed neceſſe ẽ plura deſcribere. Querẽs.n.qd erit ſemp̱ effi-
ciẽs aliqñ,olimue rurſus & rurſus factũ nũq̄ qeſcẽs ab ip̄a itera
tione iducit. Vel nãlis res uel nã faciet & aĩa ante nãm. Hęc.n.
eſt principiũ oĩs mutatiõis. Et qũo nã cũ ſit opifex ſempiterno-
rũ corporũ & i ſeipſa infundẽs ſemp̱ tp̄s fluẽs,qũo ẽt nõ ſempi
ternis & plena erit ſempiternarũ rõnũ. Proide & tp̄is rõ ſempi
terna et ſubſiſtẽs in ſeipſa erit tp̄s ſemp̱ p̄ſens totũ et uniuerſuȝ
ſil'. Similr ãt & ratio tp̄is q̄ p̄eſt in aĩa ſemp̱ ſm nũerũ idẽ erit
tp̄s. Qđ ſi in aĩa imutabili & nã tali tp̄s erit cõpoſitũ in totam
tp̄is ſpẽm & hoc erit ẽt uniuerſuȝ tp̄s ſil' ſemp̱ manẽs i ip̄o ſem
per & nullo pacto fluẽs & hñs pri⁹ & poſteri⁹ ſemp̱ eodẽ mõ
& nũc ip̄m qđ dicim⁹ p̄ſens tp̄s. Proide a p̄ſenti idiuiduo qđ
fluit triſariã diuideret q̄tenus diuideret. Nã de hoc nõdũ. Sed p̱ce
dendo dicit aliqđ eẽ in ipſis actionibus mutatis ipſarũ nãrũ imu
tabiliũ,ſiue illa ſint aĩæ ſiue ſint corpora q̄ actiões ſemp̱ ſeruẽt
ip̄m ſemp̱ ſm ſpẽm & aliud in ipſis mutatis ſubiectis in iñfinitũ ui
detur ſemp̱ qđ qdẽ ſuaẽ ſemp̱,ſemp̱ ſm ſpẽm in ipſis uniuer
ſitatib⁹ ipſorũ. Sed ſimiliũ in his q̄ fiũt uel intereũt ẽ ſm circulũ
uelut uniuerſi qđ ſubditũ ẽ ortui,p̱iodus,uel ſolis forte ab eo-
dẽ in idẽ una reuolutio uel ſm rectũ uiuẽdi et p̱manẽdi ſtatum
& tueri licet in ipſis idiuiduis & ſubditis ortui. Sic.n. tp̄s fluẽs
diuiſit,& p̄dictis hæc copulauit. Si ergo qđ facit ſempiternũ in
tp̱e qa ſemp̱ ẽ ẽt efficit ut ſint pris eorũ q̄ fiũt. ſi.n.facit actioni
bus,multo magis ipſo eẽ. ſubã.n.opificis añ actiões ẽ & ſem-
piternũ añ illud qđ nõ ẽ tale,q̄re & in ipſis ſempiternis eorũ q̄
fiũt ↄfirmabit illud qđ ſemp̱ ẽ ſm ſubãm & nũq̄ tp̄s fluẽs. Sed
magis hæc illi fauebũt ad ſempiternitatẽ. Nã cũ ſubã cœli pri-
cipet ip̄o ſemp̱,factũ ẽ ſemp̱ ſm idẽ,qđ ẽ dictu facere qđ ſem
per ſubã tp̄is uniuerſi ſil' ſit,igit̃ toti & ſempiterno tp̄i ↄgenita
& coœua ſiue ab aĩs p̱ficiſcat̃ ſiue & ſuapte nã. Nã hoc in po
ſterũ nõ fluẽs neq̄ una exñs cũ fluẽte eſt reuera totũ tp̄s ſil' a q̄
emergẽs illud qđ fluit,ſucceſſiõe q̄dã p̱tendit̃ & ob id nõ ceſ
ſat illud qđ fit,atq̄ ſemp̱ ceſſãdo & ſemp̱ redeũdo & p̱ſeuerã
do p̱manet,qa illud ſemp̱ p̱manẽs ſm nũerũ idẽ p̱mãſit agẽs
illud ſm ſpẽm. Vt.n.cœli actio ẽ orbiculatio iterũ atq̄ iterũ re
diẽs,ſic ẽt tp̱e ibi collecto i unũ ẽ ip̄m met actio orbiculatiõis.
Sed ſi qs diceret qũo differet tp̄s collectũ i unũ ut dicim⁹ ab ip
ſa æternitate. Ariſt.porro diceret hãc eẽ ęternitatẽ ip̄m. vȝ.tp̄s
q̄tenus ſemp̱ fit. Et forte magis ſeq̄ret̃ Ariſto. Alex.q dicit hoc
qđ diximꝰ. Niſi aliqs Alex.reſpõderet ut ↄſiderabimus,qđ ſi
idẽ Ariſto.poneret ip̄m eẽ & ſemp̱ i ſubã q̄nti corporis & i ea
imobilis appetẽtis. ſi.n.hæc ẽ cã,& illa ẽ a cã,ut ipſe fatet̃,& ſi
nõ cẽſeret ortũ p̄dican de corporea ſempiternitate. Hoc.n.ſolũ
nomẽ iqt euitari. Qđ ſi differet,ↄcederet ẽt ip̄m ſemp̱ duplex
eẽ,alterũ cãm,alterũ ỿo a cã. Nos ãt fatẽtes illud qđ gigni põt
et fit ab altero depẽdere et p̱ficiſci,merito nõ appellarem⁹ tp̄s
ſempiternitatẽ ſȝ tp̄s ponẽtes hoc tẽ primũ ſimulachrũ primã-
ue imaginẽ æternitatis. In his p̱inde ut ordiamur ab ultimis,ſi
qđ fit tp̄s ẽ,oĩno qa ẽt motũ ẽ. Vbi.n.ẽ ortus,ibi etiã mot⁹ &
mutatio oĩno ẽ. Plato.n.illud inqt ſubditũ ortui qđ fit & diſſol
uitur. Sic ãt nũq̄ ẽ,& tp̄s maxĩe primũ inqt ſil' fieri in cœlo q̄
ſimulachrũ p̱cedẽs ſm numerũ ip̄ius ęternitatis manẽtis eodẽ
mõ tãq̄ itelligat oĩno motũ ſil' eẽ cũ tp̱e. ſed Alex.uel ẽt ante
hũc ip̄m Ariſto.dicere bñ reſpõderet aliqs qđ differt eẽ & ip-
ſum ſemp̱ ip̄ius q̄ntæ ſubæ ab ipſo eẽ & ſemp̱ primę cãæ ſm
ipſos. Diceret ãt exiſtimo illud eẽ & ſemp̱ & ſempiternũ uelut
hñs iñfinitũ collectũ in eodẽ,& qđ qdẽ ſi qs acciperet, totũ ac-
ciperet. Sed hoc q̄ntæ ſubſtãtiæ ſempiternũ qdem ſed non ue-
lut ſil' totũ,ſed uelut in infinitũ p̱cedens,ideo & tẽporaneũ eſt.
Nã qđ qdẽ aliqs ip̄ius eẽ partẽ acciperet,hr̃et ẽt aliqd extra idẽ
qñ qdẽ p̱cedat in iñfinitũ,& ſi aliqs diceret talẽ ęternitatẽ uolẽs
qđ oẽ ſemp̱ ſit æternũ,& hoc diuidẽs in ip̄m totũ ſil' & hñs eẽ
dũ fit,is tm̃ uocabulis diſſentiet a Platõe. ſed res recte diuidet
& ↄſentiet cũ illo. Sed ↄtra ea q̄ ſunt in principio hui⁹ nũc ad-
ducti ↄtextus iterũ obijciẽdũ ẽ,qa ſemp̱ ſm unũ modũ accipit
ip̄m infinitũ in unũ ſil' cõprehẽdẽs. Atq̄ noui id qđ ſemp̱ fit ad
ſiſtẽs tp̄i fluẽti aliqd aliđ ſemp̱ tp̄is accipere in iñfinitũ. Et tale
ſemp̱ neq̄ Ariſto.uidet̃ æternitati cõuenire,ut inqt Damaſci⁹.
Dicit ãt Ariſt.in tertio hui⁹ tractatiõis. Patet quoq̄ infinitũ eẽ
in tp̱e & in hoĩbus & diuiſiõe magnitudinũ. ſic.n.oĩno ẽ infi-
nitum qđ ſemp̱ aliđ atq̄ aliđ accipit̃ & acceptũ ſemp̱ finitũ ẽ
ſed ſemp̱ alterũ atq̄ alterũ. Itẽ eẽ multipľr dicit̃,q̄re ip̄m in infi
nitũ nõ oportet acciperet,ut hoc aliqd,uelut hoĩem,uel domũ
ſed uelut dies dicitur & certamẽ,qbus ip̄m eẽ ẽ nõ uelut ſubã
ſit,ſed ſemp̱ in ortu & interitu uerſat̃ & ſi finitũ ſit,uerũ ſemp̱
alterũ atq̄ alterũ. ſed in magnitudinib⁹ p̱manẽte eo q̄ ſumit̃,
hoc accidit,i tp̱e ãt & hoĩb⁹ q intereũt ita erit,ut nõ dificiat.
Sed adhuc apert⁹ ip̄m ſemp̱ in infinitũ dicit dicẽdo. Accidit ãt
cõtra infinitũ eẽ ac ut illi dicũt. Nõ.n. cui⁹ nihil ẽ extra,ſed cui⁹
ſemp̱ ẽ aliqd extra accip̱e hoc ẽ infinitũ. Videt̃ ãt uelut abſurdũ
rõni & definitiõi ſerre tale nũq̄ eẽ ſil' totũ, neq̄ eẽ ſemp̱ ip̄m
ſemp̱. Sed qd erit abſurdi i hoc qđ ẽ dũ ſemp̱ fit. Et aliud ab-
ſurdũ ſeqt,qđ ẽ qa ſubſiſteret aliqđ & minimũ tp̄s,ſed ip̄m ſil'
uniuerſus nũq̄. Sed abſurdius ẽ & fieri nõ põt,et ſil' tota ſubſi-
ſtãt,q̄ ſunt dũ fiũt. Sed oĩno inqt,qđ ſit ſemp̱ nomẽ nõ ẽ uanũ
fieri neqt,ut ſemp̱ res nõ ſit ſemp̱. Sigñat.n.ſempiternum,ſed
ſempiternũ ẽ,qđ p̄t aliqñ nõ eẽ,uel nũq̄ eẽ,& qđ qdẽ nõ ↄtin
git nõ eẽ & neceſſariũ ẽ. Et hæc rõ uidet̃ mihi ſophiſtica eẽ, q̄
accipit ſemp̱ ens p̱ eo qđ ſemp̱ fit. Neq̄.n.ſemp̱ ens ſic ſemp̱
fieri ẽ nomẽ uanũ,ſed ſic ſubſiſtit,ut ſemp̱ fit. Eſt.n. aliqd ip̄-
ſius eẽ & hæc ſigñatio,q̄tenus p̱ticipat parti ẽt ortu eius q̄ fit.
Etenĩ ſaltatio ẽ qñ fit,& ſaltatorẽ dicim⁹ ſaltare ſed nõ ita ut ſi-
mul tota ſit ſaltatio,ſed uelut id qđ ẽ dũ fit. Deinceps ãt uidet̃
uelle hoc ſemp̱ ẽt eẽ i ipſis q̄ ſubdita ſunt ortui illud qđ ſtat ſe
cũdũ nũerũ idẽ qđ qdẽ aliqs forte admiraret̃. Si.n. ſemp̱ nõ ẽ
inqt,uel ẽ nõ ſemp̱ nihil erit eorũ q̄ gignũtur ſempiternũ q̄re
neq̄ cœlũ ſemp̱,neq̄ mũdus nũero idẽ ſed cũcta fluẽt,& quia
mũdus ſemp̱ fluit,ob id neq̄ ẽ,neq̄ factus ẽ. Nã ſemp̱ genera-
bit̃ et nõ ip̄m ſemp̱. Si ergo ip̄m ſemp̱ cœli et mũdi ſubditi or-
tui tanq̄ ſtãs cẽſet ↄſiderãdũ eẽ,et uelut ſil' totũ exñs dicit qũo
ip̄m ortui ſubditũ differret ab eo qđ reuera ẽet æternũ,ſed ui-
det̃ p̱ceſſus p̱ medietatẽ cã eẽ ip̄m pulchre iterrogãdi qũo cœ
lũ et mũdus nũero idẽ erit ſi eẽt dũ fieret,et me rurſus ↄtra in-
terrogãdi,cũ cœlũ et hic mũdus ſit ſemp̱ corporeus ſe habeat
ſemp̱ ſic,ut ſemp̱ ſit et totũ ſil' ſubſiſtat,qũo tale ſubiectum ortui
differret ab ipſa æternitate et p̱prie ſempiterno et reuera qđ ẽ
et ſil' toto ſubſiſtẽte et fluẽte ſm ſubãm et ab eo qđ hẽt aliđ et
aliđ nũero ſm ſubãm factũ,ut mot⁹ cœleſtiũ manifeſte uĩ,et
oẽs ſpẽs q̄ ſunt ſub luna. Nã hũana ſpẽs i alijs & alijs idiuiduis
ſemp̱ ↄſiderat̃ q̄ fiũt et intereũt. Cũ ergo ſint hæc extrema duę
medietates ſunt,alia nãlis ſil' et corporea et aĩaſtica,ſed aĩaſti-
ca p̱pinqua ẽ ei qđ uere ẽ,et ſempiternorũ corporũ nãlis ↄſti
tutio ei qđ ſolũ fit q̄rum aĩaſtica ſubã & ſi deficiat ab illa æter-
na collectione & indiuidua tãdẽ ſubſiſtẽtia,tñ non laberet̃ in
ip̄m qđ oĩno ẽ diuiduũ neq̄ ſcđm ſubãm neq̄ ſcđm p̱dura-
tionem nãę ſuę. q̄circa & Plato & Ariſt.diuidẽtes in duas mẽ
ſuras durationis ip̄ſius eẽ in ęternitatẽ & tp̄s, Plato qdẽ ambas
medietates i tp̱e uidet̃ poſuiſſe de aĩa dicẽdo,q̄ originẽ traxit
ab inceſſabili & prudẽti uita ad tp̄s ſil' totũ p̱cedẽs. Et de toto
cœlo ſiue mũdo iqt,qa tp̄s cũ cœlo factũ ẽ Ari.i ęternitate ma
gis poſuit tp̄s aſſignãs his q̄ ſemp̱ fiũt & itereũt. Et euidẽti rõ
ne erueret mediæ mẽſuræ mediorũ & alijs nominibus cõmẽſura
bilia & ip̄m ſemp̱,igitur tribuendum erit ſubſtantiæ animæ
& aliud ſemper uniuerſitati cœleſti & mũdanæ neque totum

ſimul

ſimul intelligēdum uelut proprie ſempiternū, neq; fit, & interit ſic, uelut id quod eſt eorum quæ ſub luna ſunt, ſed uelut ſubſtātiæ mediam naturā habent, ſic etiā eſt duratio eorum & menſuræ durationis ſe habēt. Et ſi quis uult tēpus appellare, nullus nominibus inuideat, quanq; non ſit hæc tēporis ſignificatio cōſueta. qua tempus diuidit in præſens p̄teritum & futurum, ſed quia Ariſtoteles & Plato nomen impoſuere, teneat ergo & tribuatur illis partibus tēporis neq; ſemper ſolū illud cognoſcat quod eſt totum ſimul ſubſiſtens & ſemper manens ſed uideat ipſum in infinitum ſemp̄ eſſe dum fit & differentias ipſius ſemper ordinatas io medio horum, quas ſi quis diligenter examinarit, neq; æternitati proprie conuenire neq; tempori affirmabit. Cum motu enim eſſe oīno, & aliquid motus eſſe tempus uidetur. Si uero hoc tempus fluens menſuram motus corporei qui alius eſt ſm ſubſtantiam, & alijs ſm alias mutationes dixerit, ratio ſempiterna temporis in natura quæ una eſt cum ſubſtantia naturæ, eſt continuans & ꝓducens & hæc eſt, ut inquit, tēpus ſemper p̄ſens totum & uniuerſum, ſimiliter quoq; & ratio temporis in anima p̄exiſtens ſemper ſm numerum hęc eadem eſt ſimul uniuerſum tempus qđ inquit totum ſimul ſubſiſtere quod dogma non amplius mihi durum uidetur. Rationē enim temporis ut etiam motus ſimul totam eſſe in anima & io natura ut eſt in illis ipſum ſimul non eſt mirandum. Etenim corporis ratio illa præeſt quæ eſt incorporea & expers dimenſionis & ab illa nequit eſſe hæc dimenſa. Sic ergo & tempus & motus in exemplaribus & ſpecificis rationibus ſint tota ſimul, ſed in his imaginibus & ſubſtantijs quæ ſemper fiunt ut exiſtimo nequit eſſe ut exiſtimo, hoc totum ſimul. Niſi forte nec naturales nec animaſticæ rationes, ſi quidem ab ipſo quod uere eſt & eodem modo manet degenerent, poſſunt habere ſimul totum eſſe, ut diligenter & certe dicam, ſed ſic ut illis conuenit medietatibus. Sed ut breuiter dicā exiſtimo fieri non poſſe ut ſimul totum tempus in praticipatione conſideretur, ſed a proportione æternitatis ueni in notitiam & ego primi temporis quod eſt ſupra omne temporaneum quod illa in ſuis participationibus facit eſſe temporanea ideſt durationem eorum menſurat & facit partes habere ordinem talis durationis. Vt enim æternitas ſubſiſtens ante æterna media eſt inter excellentem unitatem entis & ſegregatum diſperſumq; mentis egreſſum ſm ipſum ſeiunctum ſubſiſtens & diſſeminatum, ideo & uita æterna cognata eſt quia ipſa etiam cum ſit media inter id qđ eſt & mentem, idem eſt dictu inter ipſum quod eſt collectū & ipſum qđ eſt ſparſum & fuſum ſubſiſtit ſecundum ipſum quod ſparſum eſt. Sic ergo medium quod eſt iter id quod reuera eſt & id qđ fit, quod eſt dictu inter ipſum immobile & mobile, ſiue inter ipſum quod habet ſimul totum eſſe ſubſtātias. potētiaq; actionis oportet omnino eſſe id quod eſt proxime ſeparatum ab ortu, uerum deficit ab eo quod eſt & ob id menſurans & continuans & ordinans durationē ortus ſuamet participatione. Nō enim duratio eſt tempus quod participatur, ſed mēſura & ordo durationis, & ſi hæc uera dico, ut ſe habet ad uitam æternitas imparticipabilis, ſic ſe habet ad animam hoc primum tempus, neq; autem uita ſempiterna eſt. Sempiternum enim a ſempiterno metitur, ſed etiam hæc ſempiterna ſubſtantia ſecundū aliam proprietatem eſt cōſiderata neq; anima eſt temporanea ſed ipſum tempus. Verum quia anima eſt quatenus uitam efficit, & tempus eſt quatenus menſurat durationem eius, niſi ergo proceſſus in his diſtet a ſubſtantia, q̄ſi alia ſit anima & aliud ſit tempus. Etenim ibi etiam erit medietas illa triplex, alia ut uita, alia ut æternitas, alia ut uniuerſitas cōſiderat nō diuiſis illis ſed nos diuidimus uniuerſitatem illorum in unum collectam, & patet quod hoc erit tēpus qđ uelut deus a Chaldeis & alia ſacra ueneratione ueneratum eſt. Sed de hoc ad naturales non ſpectat differere, ſed de illo quod participatur ideo ſatis ſit de his hactenus dictum. Sed deinceps conſiderabimus opiniones ueterum de tempore. Nam forte quidam ipſorum uidebuntur tempus quod diximus attigiſſe. Pythagoreus ergo Archytas qui etiam primus eorum quos audiuimus, uidetur ſubſtātiam temporis determinare. Et hæc de ipſo ſcripſit in eo libro quem edidit de uniuerſo.

Sed aliquando etiam tempus uniuerſale habet proprium indiuiduum & per ſe ſubſiſtens. Cum enim nunc ſit indiuiduum & ſimul ac dictum & intellectum præterit & nō eſt unum aliquid permanens. Fit enim continue, idipſum neq; aliquando ſeruatur ſecundum numerum, licet ſecundum formam. Præſens enim nunc tempus & futurum non unum aliquid tale permanet cum præterito, quia abijt & non amplius eſt aliqd. Sed ſimul atq; intellectum & exiſtens eſt præterijt, & ſic ſemper continuat ipſum nunc continue, quia aliud & aliud fit, & interit, uerumtamen ſecundum talem formam. Omne enim nunc indiuiduum eſt, & indiuiduum, quod eſt terminus p̄teriti, & initium futuri ut etiam in lineis fractis punctum ubi fit fractio eſt principium alterius lineæ, & finis alterius. Sed continuum tempus & non diſcretū eſt ut numerus oratio, harmonia. Orationis enim partes ſunt ſyllabæ, ſed hæ ſunt diſcretæ & concētus ſoni, & numeri unitates. Linea autem, locus & receptaculū continua ſunt. Nam horum partes cōmunes ſectiones efficiūt ſemper diuiſiles, diuiditur enim linea ſecundum punctum, ſuperficies ſecundum lineam, & ſolidum ſecundum unum aliquid quorum etiam tempus eſt continuum. Nō enim cuius eſt ipſius quando natura, quando tempus nō eſt neq; motio quādo nunc non eſt præſens, ſed ſemper eſt & erit, & nunquam deficiet ipſum nunc cum aliud & aliud fit. Et numero quidem alterum, ſed ſpecie idem. Differt autem linea ab alijs cōtinuis quia partes lineæ loci & receptaculi ſubſiſtunt, ſed temporis q̄ factæ ſunt interiere, & quæ fient interibunt, ideo tempus uel omnino non eſt aliquid, uel obſcure ac uix eſt unum aliquid. Quatenus enim præteritum eſt nō eſt amplius unum aliquid & futurum nondum unum aliquid. Sed illud nunc indiuiduū eſt & inſectile, quomodo ergo erit hoc ſm ueritatem?

Attamen diuus Iamblicus in primo libro ſuorum commentariorum in p̄dicamenta inquit Archytam definiſſe tempus ut eſt quidam numerus motus uel etiam uniuerſum ſpatium ipſius naturæ uniuerſi. Sed ipſe exponit definitionem tanquam tempus dicatur alicuius motus ſed non unius multorū numerus. Nam alij tempore comprehenduntur neq; communitas multorum. Nam ipſa non eſt una ſed reuera unius motus eſt qui alios præcedit ut unitas motus. Vel eſt merito prima & cā omnium animaſtica ſecundum primam notionem rationum producta mutatio, cuius numerus non aduenit extrinſecus ut putat Ariſto. ſed prius ordinatus ordine eius in cauſis & prius impediens ipſum ſecundum menſuras conuenientes, qui efficit actionem eſſe ſubſtantiam quaſi depromens notiones animi per ſe mobiles rationum, ſed uniuerſum ſpatium uniuerſæ naturæ inquit ueteres dicere, quod continuum eſt conſideratum in rationibus & quoad diuiſionem diſtans. Quod enim oſtendit in mutationibus hic quæ ſunt in ortu uidelicet quod hoc nunc eſt prope ipſum ante & hunc motum prope motum antecedentem, hoc etiam multo prius & principalius eē in ſubſtantia uniuerſum naturalium rationum conſideratur, & proprie complet ſpatium antiquiſſimi omnium temporis qđ naturæ rationes continuat. Conſentit autem inquit ipſi & opinio ueterum. Alij enim ut etiam nomen indicat quadam mentis chorea, alij circuitibus animæ, alij naturali receptaculo horū, alij reuolutionibus tempus diffiniunt, quę omnia ſecta Pythagorea comprehendit, & nūc inquit uelut duas definitiones expoſitionibus definiemus. Oportet autem has ambas rationes in unam contrahere & uelut continuum & diſcretū ſimul tempus facere, quāquam ſit magis proprie cōtinuū. Sic ergo Iamblicus animaſticum & naturale tempus inquit ab Archyta aſſignari, ſed per contextum Archytæ appoſitū ab ipſo prius inquit ſignificari actionē tēporis apparentē extra. nō ergo ſolū Archytas cēſuit ſubſiſtere ſed & tp̄s eē p̄cedens in his quę ſunt bene diſpoſitum ſecundum ſuum ordinem ad quem refertur prius & poſterius noſtrarum actionum, quod non eſſet, niſi præcederet tempus, ſed impartibile & non ſubſiſtens

Iamblicus in alio & alio tēpore cēſuit intelligendum eē ſecundum ſpecies rōnum ſtantes in ſeipſis determinans eē illud impartibile,& ſecundum procedentes motus ab ipſis, quia ipſi non ſeruant impartibilem ſubſtantiam immobilem & non ſubſiſtentem,& ſecundum manentem in ipſis nunc ſubſtantijs actionē & perfectionē eſt impartibile ſed ſm fluxū exeuntē ab ipſo quod eſt ad ortum eſt non ſubſiſtens quia puritatem primæ ſubſtantiæ non ſeruauit. Et ubi inquit intelligendum eſſe temporis fluxum & exitum dicemus hunc eē in his quæ participant eodem. Nam hæc ſemper facta nequeunt illius ſtabiliorem ſubſtantiam immutabiliter recipere, ſed una pars alteram eorum attingit & recipit,& hoc ipſorum impartibilitatem falſo dicunt,& ipſum fieri nunc eiſdem quæ ſemp participant competet,qđ eſt proprium ipſi nunc impartibili, & ab ipſo proficiſcitur hoc ut aliud atq; aliud ſemper fiat, quocirca & diuerſitas ſecundum numerum ſemper uaria eſt, qđ etiam eſt eorum quæ participant differentiæ indicium ſed ſpēs eadem manens indicat identitatem ipſius impartibilis nūc. Sic ergo Iamblicus Architam interpretatus eſt & multa alia expoſitioni adiecit. Sed Damaſcius exiſtimo & ſi debilius tamen propius accedit ad uerba Archytæ qui intelligit tempus eſſe numerum motus non uelut ſpeciei & immobilis, ſed mutationis, quare non ſolius animaſticæ ſed omnis ſimiliter mutationis. Forſitan autem & quia indiuiduorū ſemper & indiuidua, eſt mutatio ob id eſt alicuius. Vniuerſale enim eſt immutabile, uniuerſale eſt ſpatium uniuerſæ naturæ, quod non ſolius motus ſed etiam quietis, quod etiam Ariſtoteles pulchre intelligendo dixit quod hoc eſt, motum eſſe in tempore, uidelicet menſurari eius, eſſe a tempore, quare & quietis ipſius eſſe diſtantia ab ipſo tempore menſuratur. Et uidetur Ariſto. ſpatium naturę ad durationem cuiuſcunq; transferre. Cum ergo numerum motus Ariſtoteles dicat ad aliqđ communius ſpatium proprium his quæ fiūt natura profectus eſt, quod quidem etiam in quiete conſideratur & omnino in omni natura ſubdita ortui naturali, ideo & ſic dixit,& uniuerſale ſpatium naturæ uniuerſi tanquam in naturalibus uelit tempus maxime conſiderare, etenim & anima tempore participat quatenus natura & ortu communicat, ut æternitate, quando eſt recurſus ad id quod uere eſt,& magis proprium eſt tempori interuallum ſiquidem eſt numerus. Non enim ut unitates diſtant inter ſe, ſic etiam ipſa nunc. Non enim intercidit aliquod inter ipſa nunc quod non ſit nunc ideo etiam tempus eſt continuum, ſed non diſcretum ut oratio nomini & uerbo & ſyllabis & elemētis,& harmonia ſonis. Sed quoniam & aliud eſt interuallum in magnitudine adiecit hoc, naturæ uniuerſi, ubi uocat naturam eius quod ſit egreſſum ab eo quod eſt qui ſemper ſit & fluit,& procedens adhuc ſapientius facit, quia non ſecundum magnitudinem diffiniuit ſpatium, ſed ſecundum cōtinuationem eius ſemper. Vocat autem impartile & non ſubſiſtens tempus quias ſecūdum ipſum nunc uidet eē indiuiſibile,& nō ſubſiſtens quia non permanet idem numero. Talis enim natura eſt eorum quæ fiunt dum ſunt, ideo etiam motus & prius et poſterius in his ſunt,& uide quando impartibile & non ſubſiſtens dicebat tempus,& quando terminum præteriti temporis & principium futuri dicebat ipſum nunc tum eſt alterum, & quando nunc dicebat indiuiſile & tempus continuum, & quando tempus numerum definiebat. Nam minime dicebat nunc numerum cum ſit indiuiduus. Videtur ergo Archytas quemadmodum & Ariſtoteles tempus ponere continuum ipſorum nunc & indiuiſilem fluxum & hunc maxime dicere illū qui eſt cognatus in ortu & proprie dicitur tempus imago ueræ æternitatis. Verum Plato & Ariſtoteles quam opinionem habuerint de tempore diximus prius, & Theophraſtus ac Eudemus ſocijs Ariſtotelis uidentur eadem opinari de tempore & docere ut fecit Ariſto. tamen Lampſacenus Straton accuſando definitionem temporis aſſignatam ab Ariſtotele quanquam fuerit diſcipulus Theophraſti qui in omnibus ſecutus Ariſtotelem recentiorem uiam ingreſſus eſt, quia non admittit tempus eſſe numerum motus, quia numerus eſt quantitas diſcreta,& motus & tempus continua, ſed continuum non eſt numerabile. Si uero quia alia & alia pars motus eſt, & harum alia prior & alia poſterior, ſecundum hæc eſt aliquis numerus motus, ſic etiam & longitudo erit numerabilis. Etenim & hæc quantitas eſt & aliam atque aliam habet partem, & eorum q̄ fiunt ſecundum continuationem, aliud eſt prius & aliud poſterius, quare etiam temporis erit temporis tempus. Item numeri non eſt ortus atque interitus, & ſi numerabilia intereant. At tempus continue oritur & interit, ſed numeri neceſſe eſt, ut omnes partes ſimul ſint. Nam ſi non ſint tres unitates, neq; erit trinitas, ſed temporis partes omnes eſſe non poſſunt. Sin eſſet prius & poſterius ſimul. Item idem erit unitas & nunc ſi quidem tempus eſſet numerus. Tempus enim componitur ex ipſis nunc, ſed numerus ex unitatibus. Et hoc etiam dubitat cur magis eſt tempus numerus prioris & poſterioris in motu quā prioris & poſterioris in quiete. Etenim in hac ſimiliter ē prius & poſterius. Sed hoc ex dictis iam facile ſolui poteſt. Fluxus enim in ortu qui communis eſt etiam motui & quieti contrariæ illi & tempus dicebatur ab Ariſtotele menſura durationis eorum omnium quæ fiunt & intereunt. Dixit autem numerū tempus non quia ſimpliciter ſit numerus, quia oſtendit tēpus eſſe continuum, ut etiam magnitudinem & motum, ſed uelut id quod determinatur & cognoſcitur diſcretione prioris & poſterioris in cōtinuatione ab his qui poſſunt tempus ſentire quare nihil argumenta de numero contra Ariſtotelem faciūt. Sed uidetur bene inſtare cōtra illud quod dicitur eſſe in tempore. Si enim hoc eſt, inquit, in tempore eſſe contineri ab eodem, nihil profecto ſempiternorum in tempore erit. ſed uidetur Ariſtoteles dicere ſubſiſtentem æternitatem eſſe in omni tempore, ſed non temporaneum, quandoquidem non contineatur a tempore. Niſi forte tempus ſemper ſit dum ſit ſemper, & tale in tempore ſempiternum eſt, uelut cœli motus, qui a ſemper ſe habet in infinitum, uerum eſt dicere quod omne tempus acceptum ab alio tempore continetur. Et alia plura contra aſſignationem Ariſtotelis Straton obiecit, quanquam ponat ipſm tempus quantum eſſe in actionibus. Multum enim, inquit, tēpus dicimus aliquē conſumpſiſſe dum peregrinatur & nauigat, expeditiones parat, bellum gerit, eodem modo dum ſedet dormit,& nihil facit,& multo tempore & pauco dicimus hæc fieri. Et quorum quantum eſt multum, multum etiam eſt tempus,& quorum paucum etiam tempus paucum. Tempus enim eſt quantum horum in ſingulis. Ideo etiam aiunt alij illud celeriter alij tarde uenire ut uidetur eſſe quantum in his. Nam uelox dicimus in quo quantum a quo incepit & in quod quieuit paucum, ſed quod ſit in ipſo multum, tardum autē cōtra ſe habet, quando quatenus alterum quantum in ſeipſo multum,& alterum factum paucum, ideo inquit non eſt in quiete uelox & tardum. Omnis enim æqualis eſt quantitati ſuæ & neque multa eſt in exiguo quanto neque in multo breuis, ob id ergo inquit. Dicimus & plus & minus temporis eſſe. Sed celerius uel ſegnius non dicimus. Actio enim motus eſt uelocior & tardior, ſed quantum eſt id in quo actio nō eſt uelocior nec uelocior ſed plus & minus ut etiam tempus. Dies enim nox & annus inquit, non eſt tempus neque temporis partes, ſed alia quidem ſunt illuminatio & umbra, alia uero ſolis & lunæ circuitus, ſed tempus eſt quantum in quo hæc ſunt, ſed ſi alterum quidem eſt finitum & alterum quantum eſt in quo actum eſt aliquid & hoc eſt tempus, quia quantum dictum eſt. Sed quale quantum ſit incertum eſt ideo neque eſt ab hoc intelligentiā temporis accipere. Et quod ſit alterum quantum ab illo proprio motuum & quietum patet, ſi quidem dicamus multum motum pauco tempore fieri quando celer fuerit, & paucum multo, quando ſegnior erit. Sed quid hoc ſit non aperuit ratio, & ob id inquit omnia dicimus eſſe in tempore, quia quantum omnia quæ fiunt & ſunt ſequitur. Sed multa ſecundum contrarium dicimus. Nam ciuitatem dicimus eſſe in tumultu & hominem in metu uoluptate, quia hæc in illis. Hæ igitur ſunt

ipſius Stratonis breuiter commemoratæ ſententiæ & dubitationes de tempore & omnes quos meminimus circa tempus naturale uerſati ſunt & ſi de aliquo ſeparabili & abſtracto tēpore quod habeat rationem cauſæ dixerint. Sed inter recentiores Plotinus uidetur primus cum quæſiuiſſet primum tempus dixit ipſum eſſe uitam animæ in motu qui mutabilis eſt ex alia uita in aliam aſſerens hoc proprie competere dictis de æternitate. Aeternitatem enim eſſe dicit & circa ipſum quod eſt dum eſt uitam ſimul omnem & plenā ubiq; ſine diuiſione. Sed melius forte eſt audire uerba Plotini quæ intelligi poſſunt.

Si ergo aliquis diceret tempus animæ in motu qui mutare pōt ex alia uita in aliam eſſe uitam, forte uidebitur aliquid dicere. Si.n. æternitas eſt uita q̄ ſemper ſtat in eodē et eodē modo & infinita iam, oportebit tempus eſſe quandam imaginem æternitatis, ut etiam ſe habet hoc uniuerſum ad illud pro uita quæ ibi eſt, aliam oportet uitam hanc quæ eſt huius potentiæ animæ æquiuocam dicere & pro motu animæ intellectualis alicuius partis motum intelligere opus eſt, ſed pro identitate & eo quod eodē modo ſe hēt & manet aliud inueniendū eſt qđ nō maneat in eodē ſed aliud atq; aliud faciat. Et pro ipſa indiuiſione & uno ſimulachrum erit unius quod eſt in continuatione & pro infinito & toto illud in infinitum ad id quod deinceps ſemper erit, & pro toto ſimul erit id quod ſemper erit & futurum eſt totum. Sic enim imitabitur iam totum collectum & iam infinitum ſi uoluerit ſemper additum eſſe dum eſt. Etenim eſſe ſic imitabitur illud eſſe. Oportet autem nō extra animam tempus accipere, quemadmodum neque ibi extra id qđ eſt æternitatem neque uelut conſequēs neque poſterius, ut neque ibi ſed ſimul ſint & maneant, ut etiam ibi æternitas. Item addit quod tempus non menſurat motum ſed motus tempus. Siquidem tempus ſit occultum & motus manifeſtus, & ab ipſis manifeſtis occultum menſuratur & cognoſcitur per illa. Dicit ergo quod illud quod menſuratur a circumlatiōe, quod eſt manifeſtum tempus eſſe non factum ab illa ſed patefactum, ideo inquit & motum intulerunt cum dicerēt menſuram pro hoc quaſi dicant motu menſuratum, deinde addant aliquid eorum quæ menſurantur tempore. Addit autem & hoc. Nonne & in nobis tempus, uel in omni anima tali & ſimiliter in cunctis & in omnibus una, ideo neque diſtrahitur tempus quia neque æternitas quæ eſt ſecundum aliud in omnibus quæ ſunt eiuſdem ſpeciei. In his porro tempus putat eſſe uitam mutabilem animæ, quia etiam æternitatem circa id quod eſt dum uita eſt ſimul omnis & plena indiuidua ubique ut diximus prius & uidetur ex proportione Plotinus talem habere ſuſpicionē. Vt enim in ipſo intellectuali poſt ipſum quod primo ſit, quod quidem etiam nunc uocat, intellectualis uita eſt in idem procedens æternitate ideo illud poſt ipſam & animal & æternum eſt, ſic etiam in extremo illius quod gignitur poſt impartibilē ſubſtantiam eſt uita animæ, quæ in idem uenit cum tempore. Sed inſtat contra eum Damaſcius, quia accipit pro æternitate ipſam mentem æternam. Nunquam eſt uita circa ipſum qđ eſt dum eſt, ſiquidem quæ poſt id quod eſt illico adeſt non ſit ſecundum æternam mentem tertium, ſed ea quæ eſt ſecundū medium quod etiam mentem appellat Plotinus, ut etiam primum. Sed illud exiſtimo dignum notatu, niſi forte etiam in ipſis intellectualibus uita & æternitas in unum concurrant & nos diuidentes circa ibi unionem interdum uitam, interdum æternitatem, interdum totum & partes, quæ medietates appellamus ut in Parmenide didicimus, ſed in ipſis ſubditis ortui nō amplius manet in ipſo ortu unio procedens ad naturam ſimulachri & ſi habeat aliquid imaginis ſeparatū ab ortu ſed animæ uita intellectualis eſt ſimulachrum. & tempus eſt imago æternitatis, ut etiā Plato inquit. Non ergo erit tempus ſimpliciter uita animæ mutatrix ſed temporanea, ut æternitatis illa mentis immutabilis. Et eſt hoc primum tempus quod menſurat aīæ mutationē, ſi qdē primaria mutatio ſit illa aīę & ab illa alię proficiſcantur. Et hoc forte eſt quod etiam Ariſto. cum attigiſſet dixit non eſſe tempus niſi anima ſit, quia non eſt numerans. Incipiat ergo tempus ab anima, ſed aliud eſt præter animam quod actiones eius mutabiles metitur. Subſtantiam enim & ſubſtantiales eius actiones in medietate impartibilis & diuiſæ naturæ circa corpora cum ſtatuat medium aliquid metrum æternitatis & temporis continuabit & menſurabit ſecundum iuſtiſſimam menſuram. Sed poſt Plotinum ueniat in medium Iamblicus qui lumen in noſtris intellectionibus accendit. Dicit ergo de primo & imparticipabili tempore in ipſo commentario prædicamentorum exponens uerba Archytæ.

Neque enim uelut flamma lychni, ſic actio impartibilis ſemper ſit neque eſt ſenſilis neq; fluendo manet dum ꝓcedit, ſed ſemper eſt, ſemperq; manet & agit & nunquam ſit. Item ſupereſt immutabiliter cum ſit ingenita in eadem ſpecie ſemper manens atque ortus expers ſed ipſum nunc fieri ſemper dicit. Exiſtimo autem ipſum per ſe uideri tanquam id quod ſit & aliquando fieri incepit & non ſemper ſit. Et quia nunc eſt & nō ſit. Si uero ſit & ſolum dum durat ſupereſt, non ſit in ipſo nūc. Quies enim magis conſideratur ſecundum ipſum nunc quam motus, ſed continuum aliquid inquit & motus continui menſuram & cauſa ipſius intentus eſt exiſtimandum tempus. Vbi ergo tempus fluens ſit. Certe in ipſis quæ participant. Hæc enī inquit, ſemper fiunt quæ non poſſunt ſtabilem illius ſubſtantiam immobiliter accipere, ſed aliam atque aliam partē illius in ſeipſis capiunt & ipſorummet patibilitas illius eſſe falſo apparet. Igitur his inerit ipſum fieri quæ ſemper participant ipſo nunc, ſed identitas quæ eſt in his quæ aliter & aliter ſe habent ſecundum unum continuum cum ſit eſt propria ipſi nunc indiuiduo. Videtur autem & in his unum quidem eſſe ponendum nunc quod præcedat ea quæ participant. Sed ex hoc proficiſcuntur ea quæ traduntur ipſis participantibus. Vt autem nūc ſic etiam tempus unum ante illa quæ tempori ſubijciūtur, ſed plura fiunt in illis quæ participant, in quibus & præteritum, & præſens, & futurum non ſecundum bonam poſitionem ut quidam putant noſtrarum actionum ſed ſecundum ſubſtantiam temporis bene ordinantis noſtras actiones. Neq; enim primū & ſecundum inquit poſſunt in actionibus numerari animo niſi tempus per ſe ſubſiſtat ad quod ordinatio actionum refert.

Quod uero tempus contineat per ſe animam illa uerba indicabunt. Merito ergo imago æternitatis mobilis determinatū eſt tempus tanquam anima ſit aſſimilata menti, & eius conceptiones intellectionibus mentis aſſimilentur. Et aſſimilatio etiam ſit ipſius nunc in ipſo ad ipſum unum permanens & contentiuum horum omnium ſit aſſimilatum ſimul ad illud contentiuum illius, & ſemper ea quæ ſunt in ipſo continet & ad ſtans illius & huius motum aſſimilatur & menſuræ ſubſtantiarum menſura rerum ortui ſubditarum perſimilis eſt. Sermo itaque palam ponit menſuram continentem ipſam æternitatem, ſed tempus ſubſtantiam ipſam quæ menſurat ortum & primum animæ & ab hac procedit ad ortum, ibi reliquum menti cognatum & non per ſe ſubſiſtens eſt tempus quod eſt dum ſit.

Vult autem non ſolum ipſum nunc ſtare ſed etiam tempus inter duos terminos. Sed addantur etiam hæc ex commentarijs in Timæum. Vnde in octauo libro maxime ſequens Platonē tradit conuenientiam temporis ad æternitatem, ideo & de illo maxime facit ſermonem ſeparato quidem a mundo ſed omnis motus in ſeipſo menſuras continentis & ſuppeditantis qđ aliud erit a naturali tempore quod quæritur. Dicit autem in ſexto capite hæc. Sed ſubſtantiam eius eſt ſecundum actionē procedente mundi ordine & coordinante ad ea quæ condita ſunt & in ipſo inſeparabili per ſe perfectorum exiſtente hanc coordinamus. Simul enim ordinatum cœlum facere hoc indicat, quia coordinatum eſt una cum ipſa diſpoſitione quæ ab ipſo opifice procedit & temporis ſubſtantia. Et certe hæc præcedit cœli circuitum. Vt etiam digeſtio elegans mundi diſponens atq; bene aptans ipſam proxime eidem præordinata eſt ſecundum eadem quæ ſunt in illius adminiſtrationibus & mētibus totam & ipſam collecta comprehendit quibuſdam definitis terminis quandoquidem ſeruans rationem cauſæ a qua

deducitur & procreatur. Ordinem igitur eſſe temporis etiam nos concedimus non tamẽ ordinatam ſed ordinantem neq; ſequentem præcedentia ſed primariũ effectum eorũ quæ perfecta ſunt & antiquiora erant, neq; illam partibiliter ſm rationes uel motus, uel alias determinatas potẽtias determinantẽ ſed illã omnino ſm totas productiones opificis cõplentem. Sed prius & poſterius in ordine nõ ſm mutationes motuũ neq; ſm uitę reuolutiones neq; ſm progreſſus mundanorũ ortuum, neq; ſm aliud nihil tale poſuimus ſed ſm præceſſionẽ cãrum & cõplexionem cõtinuam ortuũ & primariam opificis actionẽ & uim perficientẽ motus et ſm oĩa talia determinamus. Item nõ cum procedente motu ab anima uel uita tẽpus & ſimul totum cœlum dicimus fieri ſed a ꝓcedente diſpoſitione intellectuali q̃ prouenit ab ipſo opifice. Nam poſt hanc tempus in ipſo ſubſiſtit & mundus. Et ipſa uetus rõ plane deum digerentẽ & ꝓducentem tempus ſimul & cœlum feciſſe aſſerit. Et aliquis poneret illud eſſe menſurã neq; ſm id quod menſurat lationem uel motu menſuratã, uel indicat circũlationem uel indicatur ab eadem ſed quatenus eſt cã & unũ ſimul oĩum. Hæc igitur de illo tempore ſeparatim ab ortu & per ſe ſubſiſtente ſcripſit. Simul autẽ de hoc & de ipſo qđ ab illo ꝓficiſcens permanat ad ipſum mundum in decimo capite hæc ſcripſit. Proinde ob hęc & ſm exemplum naturę ſempiternæ ſimilimũ eſt tempus ipſi ſecundũ potentiã & aſſimilatẽ æternitati et ſib met quã ſimilimum eſt quo ad poteſt ſm ſuam naturã ſimilarẽ, qđ per unã actionem adeſt & procedit ſm eandem & definit oĩa quæ fiũt eodem modo & ſi ſint differentia. Dicit igitur de his etiã talem demonſtrationem. Exemplar oĩum eſt æternitas, ſed iterũ atq; iterũ rediens uniuerſum tẽpus fit, q̃re futurũ eſt & præſens qđ igitur eſt uelut exemplar in ipſo mundo intellectuali ideſt uelut imago in hoc mundo ortui ſubdito. Et qđ quidẽ eſt ibi ſm æternitatem, hoc ibi ſecundum tempus, & illud in mundo intellectuali ſecundum ipſum nunc iam præſens hoc eſt qđ aduenit his quę continuantur uſq; in finem. Et qđ eſt eodẽ modo in ipſo, hoc eſt qđ fit & eſt & futurum eſt ſecundum locos hic inferius. Et qđ eſt ibi indiuiduum, hic conſpicitur diuiduum. Et nunc porro temporis ſit ꝑſpicua media duplex natura, media qdem inter æternitatem & cœlum. Duplex aũt eſt quatenus ſubſiſtit una cum mundo & coordinatur cum æternitate. Et hoc quidẽ p̃cedit, & huic aſſimilatur. Talis eſt ꝓpoſitorum uerborum Timæi explicatio ſecũdum diuinum Iamblicum. Sed etiã Proclus ex Lycia Philoſophus noſtrorum p̃ceptorũ magiſter qui de tempore ſeparato eadem aliquo modo cum Iamblico Philoſophatur & nõ ſolum mentem, ſed etiã deum ipſum nititur oſtendere tanquã ab ipſis dei operibus in illius altitudinem peruenire cognoſcendo ualeamus. Hunc autẽ ſemper æqualiter manentes actiones immutabiles inquit habere, ſed extenſas ad ipſum extra & mutatas, uerum de ipſo participato tempore & inſeparabili ortus eadem cum Ariſtotele ordinat exiſtimans Ariſto. tempus dixiſſe ſecundum ipſum nunc ſolum ſubſiſtere. Qui uero poſt Proclum uſq; ad nos pene omnes non in hoc ſolum ſed etiam in cunctis aliis ſecuti ſunt Proclum, excipio Aſclepiodotum optimum diſcipulum Procli & Damaſcium noſtrum præceptorem quorum alter ob ſummam indolem ingenij delectatus eſt recẽtioribus dogmatibus. Damaſcius autem ob ſummum laborem & affectionẽ quam habebat erga Iamblicum non ueritus eſt obijcere multis dogmatibus Procli. Mihi autem contra dictas duas Philoſophorum opiniones tanta dicenda eſſe uiſum ſit. quod ſi quęramus cãm temporis quæ eſt in mentibus & diis dixerunt eſſe mentem & hoc ſtans atq; deum quem neceſſe eſt fateri eſſe cauſam. Etenim & motus & ortus ſiquis primas cauſas indagauerit, mentem omnino & deum inueniet. Et nihil mirum eſt ſi etiam eiſdem nominibus ipſum appellauerit, quia hoc multis etiam placuit his qui de diuinis rebus diſſerunt forte autem & ipſis diis. Veruntamen ſiquis tempus hoc cognitum atq; perceptum una cum motu exiſtens quærit, neq; immobile neq; ſimul totum ſubſiſtens, neq; mẽtem exiſtimo dicere poſſe quẽadmodum neq; motum immobilem neq; ſimul totum ſubſiſtentem eſt intelligere, ſed quod quidem nobis reliquum eſt, ut nunc tractemus reliquam quæſtionem de tempore, & dubitationes Ariſto. initio dictas quibus uocabatur in dubium an tempus eſſet abſoluamus. Patet enim quod his non ſolutis & ſi eſt omnino tempus nullus firmiter perſuadebit. Eſt porro ſolutio dubitationum ſtudio maxime digna, quia & ipſe Ariſto. in rationibus de loco dubitationes quas a principio poſuit in calce diſſoluit, & has reliquit ſine ſolutione. Sed interpretum poſt ipſum nullus ut opinor has ſolutiones tradidit neq; Alexander Aphrodiſieus qui omnium interpretum fuit laborioſiſſimus, ut autem in promptu fiat mentio eorum quæ dubitantur Ariſtotelis nobis proponenda uerba ſint.

Quod igitur uel omnino non eſt, uel uix & obſcure ex his aliquis ſuſpicaretur. Nam eius aliud factum eſt, & nõ eſt, & aliud futurum eſt, & nondum eſt.

Sed quod ex his eſt infinitum & ſemper acceptum tẽpus componitur & quod ex his quæ non ſunt, componitur, id uidetur, non poſſe participare ſubſtantia.

Præterea cuiuſcunq; partibilis ſi quidem ſit, neceſſe eſt quando ſunt, uel omnes partes eius eſſe uel aliquas. Sed temporis aliquæ abiêrunt, aliquæ uero futuræ ſunt, ideo nihil eſt ipſius diuiſibilis. Equidem nunc non eſt pars quippe pars menſuret & uniuerſum ex partibus componatur oportet. Sed tempus non uidetur componi ex ipſis nunc. Item ipſum nunc quod apparet determinare præteritum & futurum utrũ unum & idẽ permaneat, uel aliud & aliud fiat, non eſt facile uidere. Si enim ſemper alterum atq; alterum fit & nulla earum quæ ſunt in tempore alia & alia ſimul quæ non contineat, & alia contineatur ut qdem tempus minus a maiore, nunc uero cum nõ ſit & prius fuerit, neceſſe eſt ut intereat aliquãdo, & ipſa nunc ſimul inter ſe nõ ſunt. Nam ſemper prius corruptum eẽ neceſſe eſt, itaque uel eſt corruptum in eodem quod fieri nequit, quoniam tum eſt Sed in alio nunc corruptum eſt ergo prius nunc quod nõ ꝯtingit, quia non poſſunt eſſe continua nunc deinceps, ut neque punctum eſt deinceps puncto. Si ergo non eſt corruptum in ipſo quod eſt deinceps, ſed in alio, erit ergo ſimul cum infinitis nunc intermediis. Sed hoc fieri nequit, ſimiliter neque idẽ permanere poteſt, quia nullius diuidui eſt unus terminus, neq; in unum eſt quatenus continuum neq; in plures, ſed nunc terminus eſt & eſt accipere tempus finitum. Item ſi ea ſimul eſſe dicuntur ſecundum tempus & non prius & poſterius, & quæ ſunt in eodem tempore ſunt in ipſo nunc, ergo ſi ea quæ prius & poſterius fiunt in hoc nunc ſunt. ſimul erunt ergo ea quæ futura hinc ad mileſimum annum cum his quæ hodie fiunt & neque prius neque poſterius erit unum altero. Has ergo dubitatiões Philoſophus Damaſcius ſoluere nititur exiſtimans nõ eſſe tempus præſens accipiendo ſecundum ipſum nunc impartibile. Nam terminus temporis eſt tale nunc & nõ tempus. Sed eius terminatio quod non eſt neque terminus ſubſiſtit. Veruntamen neque motus neque aliqua mutatio in tali nunc apparet. Nam aliqđ partibile in ipſo impartibili aliquo modo ſubſiſtet. Sed hæc quidem & ipſa ratio dubitando dicebat. Sed admirabor inquit, ego ſuis ſic uerbis dicendo quomodo ſoluunt rõnem Zenonis tanquã non ſit motus terminatus ſm aliquod indiuiſibile ſed ſecundum uniuerſum ueſtigium collectum interceptus & non ſemper dimidium eius eſt ante totum ſed aliquando eſt totum & pars quaſi ſit tranſiliens. Sed ſimul non intelligunt hoc qui dicunt, ipſum nunc indiuiſibile eſſe & idem accidere in tẽpore quandoquidem una ſint & extendantur ſimul motus & tẽpus quare in toto proceſſu continuantur una & eodem ueſtigio inſiſtunt & non ſecundum nũc percurrunt in infinitum. Et hæc cum ſint ipſius motus qui liquido eſt in rebus. Verum cum Ariſtoteles ſic dilucide oſtendat quod nihil in ipſo nunc mouetur neq; mutatur, ſed in hoc qdem motum eſt & mutatum, mutaẽ autẽ & mouetur omnino in tempore, ꝓinde cum ſimul pars ſit motus dum mouetur cum ipſo motu non erit motum in ipſo nunc, neq; erit in ipſo tempore

præſenti præſens, quare in quo motus pſens, hoc erit tpſ præſens qđ eſt infinitum in diuiſione cum ſit infinitũ. Vtrũq; enim cõtinuum eſt. Et oẽ cõtinuum eſt diuiduũ in infinitũ. Hæc aũt dicendo ẽt Ariſto. uerba apponit, in qua Zenonis dubitationẽ ſoluit quæ ſic erat. Eędẽ enim erunt diuiſiones tẽporis & magnitudinis & ſi qualecũq; infinitum & alterũ, & ut alterũ & alterum, quaſi ſi tpſ eſt infinitum in ipſis extremis & longitudo in extremis, ſi uero diuiſione, ſic ẽt diuiſione ẽt longitudo, & ſi ambobus in ambobus ẽt magnitudo, q̃circa & Zenonis ratio falſum accipit ſcʒ non cõtingere infinita pcurri, uel tangere infinita ſm unũquodq; in tempore finito. Dupľr enim dicitur & tẽpus & longitudo infinita & oĩno omne cõtinuum uel ſm diuiſionem uel ſm extrema eſt infinitũ. Sed ea q̃ ſunt infinita ſm qñtitatem in tẽpore finito pcurri nequeũt, ſed ea q̃ ſecũdum diuiſionem ſunt infinita utiq; poſſunt. Etenim ipm tpſ ſic infinitum eſt, q̃re in infinito & non in ipſo finito accidit ptranſiri infinitum & tangere infinita poſſunt alia infinita nõ in ipſis finitis. Ex his pinde patet qđ in cõtinuis nõ uult actu eẽ infinitum attamẽ neq; totius eſt ueſtigiũ ſimul collectum neq; totius partis eſt ſaltus, id uidetur mihi hr̃e rõnem in motu uel in tempore. Nã de loco cuius partes permanent exiſtimo poſſe talẽ comprehenſionẽ ꝯſiderari, tñ in his quæ ſunt dum fiunt nõ erit aliquid accipere ſimul collectum niſi ſm noſtram intelligentiam Qđ enim ſimul collectũ eſt illud neceſſe eſt nõ ut fluens, ſed uelut ſtans accipere, & non uelut factũ ſed uelut qđ eſt. Atqui quid eſt tale in his exiſtens q̃ ſunt dum fiunt, ſed magis eſt adhibenda fides dictis uerbis ipſius Damaſcij Phi. Illud qđ nunq̃ collectum eſt in unũ ſed eſt dum ſit tpſ eſt, uelut dies, nox, mẽſis, annus. Nihil enĩ horũ collectũ ſimul eſt, neq; certamẽ, quãquam alijs ſuccedat certãdi hora neq; ſaltatio q̃ ſucceſſiõe fit. ſed tñ aliqs dicitur ſaltare pſenti ſaltu. Sic ẽt totum tempus qđ fit ſubſiſtere ſed nõ adeſt. Etenim ſpẽs cõmunes ſunt ſempiternæ ut genera ſemper & fluunt ſemper ſm numerum & ipſa ſecundum ſpẽm indiuidua ſm cõtinuationem quæ eſt trifariam diuiſa uelut ad nos & ſm præſens tempus quoad nos pinde aliud præſens eſt alijs quia tpſ per ſe unum eſt cõtinuum quæ igitur cum pulchre dicta ſint dicendum eſt qđ tempus eſt potentia diuiduũ, et ipſum nũc eſt impartibile potẽtia. Vnde mẽs noſtra diuidit & nũc ſubſiſtere uelut terminũ & indiuiſile accipit atq; illud cõprehendit ſm quaſdam temporis partes uelut ſtans non ſm unam ſpẽm determinando uelut dies, menſes & annos. Atqui harum ſpẽrum diſtãtia comprehẽdit quãdam magnã durationis partẽ quãquã ſucceſſione quadã ſtat. Et ſi qs ſpẽm totam collectã firmare uoluerit nõ amplius idẽ in ortu accipiet ſed ſeparabile & abſolutũ nõ ſm participationem fluentẽ, ut fluuius hic ſubſiſtit. Etenim fluuiorũ unaquęq; ſpẽs ſtat in qua fluuius ſubſiſtit recipiendo formã in fluxu. Et ſi fluuius ſtaret non amplius fluuius erit. Sic ergo & pſens & præteritum & futurum ſm formã in una ſpecie temporis comprehendiť, ſed ortu reuertitur & uarium fit & qđ dicitur ſubſiſtere ſemper pcedit ad eſſe & qđ interit pteritum & qđ nondum eſt futurum dicitur. Sed omne tpſ eſt fluens indeficienter ut ẽt motus & ſi accipiendo pſens utrinq; ipſis nũc uelut actu terminatum ſimul collectũ ſtare nolueris, perdet formã & ſpeciem temporis cum ſit dum fit ut motus. Exiſtimo ergo dubitationẽ fieri num aĩa tentante cognoſcere omnia ſm ſpecies ſtantes in ſeipſa, ſic etiã periclitetur motum ſtabilem cognoſcere & non ſm nãlem eius fluxũ. Et ut unitatem & copulationem diſcernit cũ nequeat cõtrahere uniuerſitatẽ illius ſed ſeorſum iuſtitiã, ſeorſum temperãtiam, ſeorſum ſciam corrigat, & tñ cũ ibi unũquodq; ſit ẽt rõcinať animũ eſſe ĩmortalem tres terminos ponens. Animus eſt per ſe mobilis ĩmortalis cũ aĩa in ſeipſa habeat quatenus aĩa hoc ſcilicet, p ſe mobile et ĩmortale. Ve igiť hæc patiť ad ea q̃ ſunt intellectualia & ad ea q̃ ſunt inter res copulata q̃rum cõnexionem in ſeipſa diſtinguit, & talia exiſtimat q̃lis eſt in ipſa cognitio eorũ, ſic exiſtimo ſtatione ſpecierum in ipſa nitiť firmare fluuiũ ipſius rerum ortus & ter partes temporis deſcribẽs determinatas ſm præſens firmat cõprehẽdens quandã determinationem ſimul collectã. Cum enim ſit media inter ea quæ fiunt & ſunt utraq; nititur intelligere ſecundum ſuam naturam concludens ea quæ ſunt ſm deterius illorum in ſeipſa cõnaturale, & quæ fiunt ſm melius ortus ſed ipſa met eſt notius. Sic ergo diem menſem & annum cognoſcit unumquodq; contrahens in unam ſpeciem uel deciſiones temporis totius fluentis circũſcribens. Si ergo non prorſus mea intelligentia in caſſum procedit hæc dicens, ex hac puto quoſdã dubitationes cõtra tempus diſſolui poſſe. Harum enim prima inquit quia neq; præteritum, neq; futurum eſt, & ex his infinitum tempus & ſemper acceptum tempus componitur, & cũ id quod conſtat ex his quæ non ſunt uidetur non poſſe ſubſtantia participare. Et patet qđ hæc qui dubitat non animaduertit fluxum ortus neq; determinat aut diſtinguit ea quæ ſunt dum fiunt ab his quæ tota ſimul ſunt, quoniam in illis dicendum eſt contrario modo q̃nquidẽ in illis aliqđ præteriſſe, & aliud eſſe quod nondũ eſt uel aliquas uel omnes partes eſſe oportet. Vniuerſe enim ipſum eſſe non conuenit, ſed fieri & his modus eſt ſubſtantiæ eorum dum fluit tota ſpecies indeficienter. Sed quoniam ſm ipſum nunc ſtare & ſubſiſtere uideť & hac rõne uidetur poſſe ſolui dubitatio. Quod igiť ipm nunc nõ ſit menſura diuiſibilis oñdunt, q̃a nunc nõ eſt pars temporis ex duobus argumentis. Omnis pars metitur totũ, quare etiã temporis pars. Si ergo nunc indiuiſibile eſt non menſurat tpſ ꝯtinuum, patet q̃a nũc nõ ẽ ſemp pars tẽporis. Itẽ & ſic oñdit. Pars tẽporis cõponit totũ tpſ. Pars enim eſt e qua cõponiť totũ, ſed nunc nõ cõponit tpſ. Nõ.n.cõponitur ex ipſis nũc, ut oñdit in libris de motu, nunc ergo non eſt pars temporis. Et ſint hæc pulchre dicta. Neq; enim ſm hoc nunc tẽpus eſt, neq; enim eſt actu nũc determinatũ, q̃a ſi nunc ut terminus dat eẽ nihilominus dabit poſtq̃ fuerit terminatum. Sed dubitationes deinceps nituntur oñdere qđ nunc non eſt terminus temporis quia non ſubſiſtit ſed neq; ut tpſ põt ſubſiſtere, ſi q̃dẽ neceſſe ſit ſi adeſt, uel idẽ pmanere, uel aliud & aliud fieri. Sed utrũq; non põt demõſtrari. Hæc aũt quẽadmodũ actu dicunť de ipſo nunc ſubito, & uelut pars temporis accepti ſit, q̃rum neutrũ eſt uerũ. Deinde putat qđ ſi interit nũc, uel eodẽ interit uel in alio nũc, q̃a qđ interit in tempore interit, ut quod fit in tempore fit, & patet quod hæc ratio temporis tempus requirit q̃muis motus eſſe motum ipſe neget. Et omnino ſi menſurarum menſuras tẽtemus accipere in infinitum ibimus unius ulnæ aliam ulnã menſurã uelut mẽſurabilẽ accipiẽtes & ante nũeros alios nũeros ponẽtes. Quod ſi hæc abſurda ſint cum ſatis ſit unaquæq; ſuipſius proprietas quæ alij indigentibus communicetur, quãquam nõ opus ſit ut id quod ea eget eandẽ alijs impertiat q̃a etiam hoc abſurdum eſt. Quod ſi aliquis diceret indigere coactus ut opinor, dicit & contentus eſt tamen ſibi impartiri, quare non neceſſe eſt, ut tempus in tempore intereat, neq; ipm nunc in ipſo nunc, ſed neq; ſimul plura eſſe queunt. Nam in fluxu temporis ſecundum qualecunq; & intellectam ſtationem ſubſtantia ipſius nunc conſideratur. Sed quonam pacto ſi tempus dum ſit, & motum ſit. non eget tempore menſurante & ordinante temporis partes, quare non oportet ut confundentur mutuo. Niſi ſic moueatur tempus tanquam motui aſſiſtens teſtis quia eſt menſura motus. Etenim & multum una cum ipſa menſura diſtat manendo in proprietate menſuræ, cum ſit non egens menſurante. Vnde ex his ſolutionibus, etiam Stratonis dubitationes quæ tẽpus non eſſe probant diſſoluere poſſumus, & ipſas Ariſtotelis iam patefactas & accipientes ipſum nunc actu. Sed cui hæc non ſuppetunt quantum ad ſolutionem earum dubitationum quas diximus recurrat ad opuſculum Damaſcij Philoſophi de tempore. Sed cur Ariſtoteles dubitationes quas præaccepit non diſſoluerat? Vel quia ſermo ſibi poſtulabat notitiam de indiuiſione ipſius nunc & de hoc quod actu non ſit nunc quandoquidem ſexto libro huius tractationis in ſermonibus de motu demonſtrabit, in quibus plura de habitudine motus & temporis inter ſe docet & pulchra theoremata tractat.

PROOEMIVM

SIMPLICII COMMENTARIVM IN QVINTVM ARISTOTELIS LIBRVM DE NATVRALI AVDITIONE

LVCILLO PHILALTHEO INTERPRETE.

QVOD Tertio huius tractationis libro motum qui communis eſt & idem mutationi cum docuiſſet, & nomen ſine diſcrimine & differentia motus & mutatiōis uſurpaſſet, nunc oſtendere uult & determinare communiorem & magis uniuerſalem mutationem eſſe q̄ motum, & motum minus cōmunem ac ſub mutatione uelut ſub genere collocandum eſſe, ſi qdem ortus ac interitus mutationes ſunt, ut demonſtrabit, & motus non. Sed cum diſtinguat motum à mutatiōe, deinceps ſpecies motus proprie affert. Et hic liber merito pendet ab eo qui eſt de cōmuni motu aut de mutatione, eiſque continuus. Et ſi multa de infinito loco, inani & tempore interiecerit, idcirco Quintum librum inter eos Ariſto. & ſocij eius enumerant, qui ſunt de principijs, ut deinceps tres cōſueuerunt appellare de motu. Poſt enim diuiſionem motus ſecundum hæc tria prædicamenta, Quantum, Quale, & ubi, addit in his quædam Theoremata naturalia, quæ cum aperit ea quæ conſequuntur cōmuniter res naturales & ea quæ ſunt in loco & mouentur ad locum docet. Proinde quid ſimul, quid ſeorſum, quid attiguum, quid intermedium, qd deinceps, quid conſequens, quid continuum, & quomodo unūquodque iſtorum quibuſdam inſit declarat. Trifariam autē dicitur unum, genere, ſpecie, numero, & in calce addit, q̄lis motus quali motui & qualis quies cōtraria. Verum admiror Porphirium maximum Philoſophū, quonam modo in compēdio huius libri, quāuis eleganter de diuiſione octo librorum narrauerit, quinque eſſe libros de principijs, & tres de motu afferat, ſed tamē ſuis uerbis fateatur reliquos quatuor libros ab hoc quinto uſque ad octauum enumerando de motu dici, & ſeparatim inſcripſit de motu.

Tex. 1. TRANSMVTATVR autem quod tranſmutatur omne. hoc quidem ſecundum accidens, ut cum dicimus muſicum ambulare, quoniam cui accidit muſicum eſſe, hoc ambulat. hoc autem ex eo quia huius aliquid mutatur, ſimpliciter dicitur mutari, ut quæcunq; dicuntur ſecundum partes. ſanatur enim corpus quia oculus, aut thorax. hęc autem, partes ſunt totius corporis. Eſt autem aliquid quod neq; ſecundum accidēs mouetur, neque ex eo quia aliqua partium ipſius, ſed ex eo quia ipm mouetur primum, & hoc eſt ſecūdum ſeipſum mobile. Secūdum alium autem motum, alterum eſt, ut alterabile & alterationis, ſanabile & calefactibile alterum. Eſt autē & in mouente, ſimiliter. aliud enim ſecundum accidens mouet, aliud uero ſecundū partem, ex eo quia partium huius aliqua. aliud uero, per ſeipſum primum. ut Medicus quidem ſanat, manus uero percutit. Tex. 2.

Com. 1. CVM Propoſuerit oſtendere motū eſſe magis particularem quàm mutationem diſtinguit, primum differentias mutationis, aliam dicit eſſe ſecundū accidens, qñ dicimus muſicū ambulare, quia homo cui accidit ut muſicus ſit ambulat per ſe, & quando nautā quieſcentem in naue moueri dicimus quia nauis, cui aliquo modo accidit nauta, per ſe mouetur & mutatur. Præterea inquit nōnulla mutari, quia ſecūdum partes mutantur, quando corpus dicimus ſanari, quia oculus uel pectus, quæ eius ſunt partes ad priſtinam reuocantur ſalutem, aut dicimus hominem moueri, quia manus eius mouetur. Tertia uero differentia mutationis eſt qñ neq; per accidens mouet id quod cietur, neq; ſecundū partem, ſed primario mouetur & nō quia aliud mouetur, ideo etiam idem dicitur moueri, quod quidem primum repugnat, ei quod eſt ſecūdum accidens, & per ſe totum quod certe ſeparatum eſt ab eo quod eſt ſecūdum partem. Et hoc eſt id quod eſt per ſe mutabile uel per ſe mobile. Nam de mutatiōe adhuc facit ſermonem, & ſi exempla ſint de motu. Cæterum primū de articulando, id quod eſt per accidens & ſecundum partem ſic infert id quod per ſe, quia ex deſtructione illorū hoc affert. Et inducit quòd cum multæ ſint ſpecies mutationis in cunctis dictæ differentiæ mutationis ſunt. Nam alia ſpecies ſecūdum aliud habet dictas differentias, uelut alterabile ſecundum alterationem. Sed quoniam ſunt plures alteratiōis ſpecies & ſecundum unūquodque ſunt tres differētiæ, inducit etiam alterationis ſubiectum, quod poteſt ſanari, uel id quod poteſt calefieri, & recte ualere & calefieri. Et in hac ſpecie motus ſunt illæ tres differentiæ per accidens, ſecundum partem, & per ſe. Etenim per ſe calefit aqua, per accidens aqua dulcis ſecūdum uero partem, quando parte aquę unius ſextarij ex calefacta, dicimus ſextarium calefieri. Sed cum dicat de eo quod mouetur, ſecundum unamquāque ſpeciem tales differentias, inducit q. etiam de mouente totidem ſunt, & patet quod etiam de hoc ſecundum unāquāque ſpeciem. Sanus enim fit muſicus per accidens quando ei quod medicinam affert muſicum eſſe accidit, & calefacit per accidens aliquando infuſio ipſius aquę frigidæ, quando accidit caliditati interiori. Et ſecundum partem mouet quando manu moueret molam. Illud uero mouet per ſe quod neque per accidens, neque ſecūdum partem mouet, ſed per ſe primo. Sic enim ei quod eſt per accidēs, id qđ eſt per ſe, & ei quod eſt ſecundum partem illud primo (ut inquit Alexander,) Vel forte utrūque ambobus opponitur. Per ſe enim ei quod eſt per accidens opponitur, & ei quod eſt ſecundum

partem, quia illud non per ſe totũ. Item ipſum. Primo ſimiliter non ſolum ei quod eſt ſecũdum partem, ſed etiam ei quod eſt ſecũdum accidens, ꝓpterea ꝙ illud non primo mouet, ſed quia ei quod primo ciet, accidit. Quod uero ambo de utroq; acceperit, indicat etiam ipſe primũ pro ambobus dicens, quãdo dicit, { Quoniam autẽ eſt quidem aliquid mouens primũ, eſt autem aliquid quod mouetur. } Verum Alexander inquit illud { primum } ſignificare per ſe. Inquit enim ꝙ primo mouet non ſecũdum partem neq; ſecũdum accidens mouet. Et ꝙ quidem illud { Primum } ambobus opponi exiſtimat uidelicet ei quod eſt per ꝑtem & per accidẽs patet non tamẽ ſic primum exiſtimo, ꝙ quia non ſecũdum partem moueat, neq; per accidẽs. Medicus.n.muſicus non ſecundum partem mouet. Non.n.medicus eſt muſici pars, ꝙ per accidens medetur. Si enim aliquis diceret medicum eſſe medici muſici partem cogetur quando muſicus medicus mederetur dicere non per ſe illum mederi, ſed ſecundum partem.

Tex. 3. Quoniam autem eſt quidem aliquid mouens primum, eſt autẽ aliquid quod mouetur, ad hæc in quo tempus, & præter hæc ex quo, & in quod (omnis enim motus, ex quodam, & in quiddam. alterum enim eſt quod primum mouetur, & in quod mouetur, & ex quo ut lignum, & calidum, & frigidum. horum autem, aliud quidem quod, aliud uero in quod, aliud autem ex quo) manifeſtum eſt igitur quod motus in ligno eſt, non in ſpecie. neq; enim mouet, neq; mouetur ſpecies, aut locus, aut ipſum tantum.

Com. 2. Cum ſeiunxiſſet mutationem per ſe ab illa ſecũdum partẽ & per accidens, de moto & mouente, ꝓpoſuit illam primo & per ſe ob diſtinctionem ſpecierum mutationis, quia omnis cognitio effectrix ſciẽtię & demõſtratiuę ab his quę per ſe inſunt cõcluditur. Sed anteq; mutationis ſpecies & motus tradat, primum oſtendit in quo ſit motus. Nam quia motus nõ eſt inter ea, quę per ſe ſubſiſtũt, ſed inter illa numeratẽ, quę ſunt in alijs, niſi prius uideatur in quo ſit, neq; eius natura cognoſceretur, neq; ſpecies determinarẽtur & diſtinguerẽtur. Sed nonnulla ſunt ante hoc quę cum motu cõcurrũt, ideſt quędã eſſe omnino oportet, ſi eſt motus & mutatio, quare ex his quęrẽdum eſt in quo ſit motus. Et ipſe quidẽ hęc uelut mãifeſta accipit, ideo etiam utitur coniũctione continuatiua. Et ꝑſpicua eſt rat onis neceſſitas. Quia enim motus uel mutatio eſt quędam affectio moti effectrix, oportet etiam eſſe id quod patitur, quo introducto neceſſe eſt illico una introduci id quod agit. Nam qd' patitur ante id quod agit, eſt & dicitur, ſed mutatio dum eſt, & aliud atq; aliud ſignificat, etiam id ex quo & illud in quod omnino patefacit quãdo quidem compertum ſit diſtingui in ipſa latione illud ex quo & illud ad quod. Loci enim ſunt contrarij. Sed in alijs motibus alia ſunt. Et quia prius et poſterius omnino habet, ſi quidem aliud eſſe poſt aliud conuenit corporibus, Nam de his eſt ſermo pręſens neceſſe eſt, ut etiam ſimul introducatur tempus & locus, quippe omnis motus eſt in tẽpore, ut demonſtrauit libro ſuperiore, & omne corpus in loco eſt. Verum dum ponit nomina ipſi qđ mouetur uidelicet (Quod) de ipſi termino ex quo cietur & diſcedit hoc.ſ. (Ex quo) & ei ad quod mouetur illud (In quod) et dicit diuerſa eſſe illud unde licet ex quo & illud in quod euiſdẽ quod mouetur, uelut ligni frigidum eſt id ex quo mouetur, & calidum in quod mouetur, oſtendit ex differentibus nominibus diuerſitatem. Sed dum inquit diuerſum eſſe id quod mouetur, adiecit { primum } indicans per ſe motum. Nam de hoc uerum eſt quod alterum eſt id ex quo. Verum in his quæ per accidẽs moueri dicũtur nihil prohibet idem eſſe id quod mouetur cum eo ex quo mouetur, ceu quando diceret aliquis albũ moueri cum moueatur id cui accidit eſſe albũ. Erit aut illi motus ex albo. Nam ſic unũ idẽ illud quod mouetur per ſe & illud ex quo. Item mouens eſt alterum ab eo quod mouetur. Nam per accidẽs nihil uetat quin idem ſit mouens & id quod mouet, ut gubernator dum nauẽ mouet ſeipſum mouet, & Medicus quãdo ſibi mederetur. Sed cum unum horum ab altero diſtinxerit, inducit { Manifeſtũ eſt igitur quod motus ſit in ligno } Id eſt in eo ꝙ mouetur, & ſiue ſcriptum ſit hoc modo { motus autem } ſiue ſic { motus igitur } ambo exiſtimo conſequẽter adduci & cõſentanea his, { Quoniam autem eſt quidẽ aliquid mouens primũ } & cætera. Nam quia ꝓdicta oportet eẽ, ſi motus eſt, patet quòd motus non eſt in aliquo prędictorũ, ſed in eo qd' mouetur. Forma enim uel magnitudo, uel locus, uel omnino id ad quod mouet id quod mouet, neq; mouet neq; cietur, ſed aliud horũ utrũq; eſt, Alexãder autem inquit ſi fuerit ſcriptum { motus igitur } hoc ſequi ea quæ prius diximus aſſerit. Si uero ſcriptum fuerit { motus autem } ob quintũ uidetur dicere quędam eſſe oportere ſi motus fuerit, quia hęc eſſe oportet, mouens, qd' mouet, tempus, locus, terminus ex quo, et terminus ad quẽ, & qd' hęc diuerſa & ſeparata ſunt mouens, motũ, & illud ad quod addit de ipſo motu & dicit quod idem motus cui prędicta erant opportuna, eſt in ipſo quod ciet. Neq; enim per ſe, neq;.n.eſt affectio per ſe, neq; in eo quod mouet, quia mouens qd' actu eſt immutabile eſt quatenus mouet, et motus mutatio eſt, & id in quo inſidet motus per illũ mouet. Sed neq; in loco eſt motus, & quia locus eſt per ſe imobilis & quoniam aliud eſt locũ eſſe & aliud quod fertur ad locum in quo oportet collocare motũ, ſed non in eo ex quo motus ſit, quia ꝙ diſtat ab ipſo non mouetur, ſed illud quod eſt in ipſo, nunc autẽ econtra ſit, illud qd' eſt in ipſo non mouetur, quod autem ab ipſo diſtat mouetur, ſed neq; motus ponẽdus eſt in hoc ad quod eſt motus, quia ꝙ procedit ad idem mouebitur anteq; moueretur & quia per ſe mouebitur & quieſcet. Quatenus enim in motu eſt, mouebitur, ſed quatenus in fine iam collocatũ eſt, quieſcet. Cęterum quia non ſolum ſecũdum qualitatẽ motus ſit quẽ in ſpecie dicit eſſe alterationem, neq; ſecũdum ortum & interitum, quę dicuntur ꝓprie maxime mutationes ſecũdum ſpeciem, ſed fiunt motus etiam ſecũdum locum, ut latio, & ſecũdum quãtitatem ut auctio & diminutio, ob id poſt hanc ſpeciem, adiecit etiam has dicẽdo, { Aut locus, aut ipſum tãtum. } Vt enim ſpecies quæ eſt in his quę mouẽtur ſecũdum ſpeciẽ neq; mouens eſt, neq; id quod mouetur, ſic neq; locus in his quę mouẽtur ſecũdum locum, neq; quãtum in his quę ſecũdum quãtum cietur. Quod uero in ipſo mouente non ſit motus ullo modo etiam tertio huius tractationis libro demõſtrauit, ubi etiam primariè docet in quo ſit motus. Demõſtrauit pręterea ibi quod neque in tẽpore eſt, ſi quidem tẽpus ſit numerus motus. Reſtãt ergo tria, uidelicet mouens, illud ex quo, & illud in quod, ideo & in his maxime quærit in quo ſit motus. Et inquit forma, locus, & magnitudo neq; mouet, neq; mouet hoc uidelicet motus quo in idem quod mouetur procedit. Nam qd' alteratur ſecundum alterationem mouetur, & forma eſt id ad quod alteratum mouetur ut album non albeſit, ſed neq; forma ad quã mouetur id quod ſit ſecũdũ illum ortũ ſit. Fit.n.qd' prius non eſt. Et bene exiſtimo Straton motũ non ſolum in eo qd' mouetur duxit eſſe, ſed etiam in eo ex quo, & in eo ad qd'. Verum alio mõ in uno quoq;. Subiectum.n.inquit, mutatur ut id qd' recipit motum, ſed illud ex quo uelut id qd' iterit, et illud ad qd' uelut id qd' ſit. Quod ſi aliq̃ formę mouere dicũtur ut anima aial, et põdus lapidem, nũc non q̃rit cãm motus qualis eſt aĩa & põdus, ſed in quo ſit motus. Sed nõ mouet põdus primar, ſed per accidẽs, uelut nauta in naue. Sed idonea erat etiã motus definitio oſtẽdere quod in eo qd' mouet, & nõ in alio eſt motus. Dicebatur.n. motus entelechia uidelicet actus internus mobilis.

Sed eſt mouẽs, & quod mouetur, atq; in quod mouetur. Magis autem ab eo in quod, quam ex quo mouetur, denominatur mutatio. Quapro- Tex. 4.

pter

pter & corruptio, in id quod nõ eſt, mutatio eſt. quãuis & ex eo quod eſt mutetur, quod corrumpitur. Et generatio in id quod eſt, quãuis ex eo
Tex. 5. quod non eſt. Quid igitur motus ſit, dictum eſt prius. Species autem, & paſſiones, & locus, ad quę mouẽtur ea quæ mouentur, immobilia ſunt, ut ſcientia & calor. Attamẽ dubitabit aliquis, ſi paſſiones motus ſunt. albedo autem, paſſio eſt. erit enim ad motum, mutatio. ſed fortaſſis non eſt albedo, motus, ſed dealbatio.

Com. 5. Cum patefecerit quinq; eſſe illa quæ ſibi poſcit motus, mouens, quod mouetur, tẽpus, id ex quo motus, & illud in quod motus eſt in eo quod mouetur, & in nullo alio. Ex his quinque tria accipit quæ utilia erunt rationi ſequenti, mouens, motũ, & id ad quod motus ubi reliquit tẽpus uelut extrinſecus exiſtens. Sed cur ꝓtermiſit illud ex quo cum acceperit id ad quod ipſe docet. Inquit, nã mutatio magis denominatur ab eo ad quod aliquid mutatur, ꝙ ab eo à quo diſcedit. Nam interitum dicimus mutationẽ ad id quod nõ eſt, & ortum ad id qđ eſt, quã quã interitus ſit ex eo qđ eſt, & ortus ex eo qđ non eſt, ſed tñ à fine magis nomẽclaturam capit. Declarat hoc maxime alteratio quæ nomẽ habet ex ipſo termino ad quẽ. Nam dicimus albeſit id quod ad albedinem ꝓcedit & caleſit id quod ad calorem ꝓgreditur. Sic etiam interitus nomen habet ex ipſo qđ non eſt, & ortus ab ipſo quod eſt. Reuocat autẽ nos ad memoriam definitionis motus aſſignatæ in tertio libro, oſtẽdens etiã per illam quod motus eſt in eo quod mouetur. Si enim motus eſt ꝑfectio interna mobilis qua mobile, & illa perfectio eſt forma uel actio ꝗ in illo eſt cuius eſt interna perfectio, patet quod motus eſt in eo quod mouetur, ſed neq; in ipſa forma, ſiquidẽ mutatio fit ad formam uelut in his quę fiunt, neq; in ipſa affectione uelut in his quę alterãtur, neq; in loco uelut in his ꝗ feruntur, ꝓpterea quod mouẽtur ea in quibus eſt motus, ſed forma, affectus & locus ad quę eſt motus ſunt expertia motus ut demonſtrauimus. Et hoc nobis perſuadet exẽplo ſcientię & caloris. Si enim hæc ſunt, quæ mouẽtur, & quæ ad ea ꝓcedunt, nondum mouẽtur, & ea quę ad illa ꝑuenerint nõ quieſcẽt, ſed mouebũtur. Sed cũ dicat de forma, affectibus et loco patet, qđ etiam de quãto dicat, in ꝗ mouẽtur, ea ꝗ mouenẽ ꝗ, ſunt ĩmobilia, Vnde dubitationẽ talem adducit contra rationem. Si albedo eſt affectio, & affectio eſt motus, ergo mutatio ad affectionem erit ad motũ per motum, & non erit motus ſolum in eo quod mouetur, ſed etiam in eo ad quod eſt motus, quod ſi hoc uerum eſt, ergo erit id quod mouẽ ad affectionẽ, uel etiã quãdo mutatum eſt adhuc moueretur, ſi quidẽ ac motum mutetur, uel quãdo moueretur & dum mouerẽ, non moueretur. Soluit autem dubitationẽ ſtatim cum inſtet maiori propoſitioni ꝗ dicit affectiones motus eſſe. Non enim inquit albedo motus eſt, ſed albatio, ideſt non albũ quod eſt affectio, motus eſt, ſed albatio, quę eſt ad album mutatio, ideo id quod patitur qđ quidem eſt illud quod albeſit, mouetur, ſed non album. Niſi facta dubitatio ſit ex æquiuocatiõe affectio quia affectionem dicimus etiam finem patiẽdi & afficiendi, ideſt albũ, & ipſam patiendi rationẽ ꝗ paſſionem dicunt uelut albationem. Quocirca ſoluit dubitationem ex diſtinctione ęquiuocationis. Propoſitiones enim non eundẽ terminum medium accipiunt. Sed minor dixit album eſſe affectionem quę eſt terminus patiendi ad quem motus peruenit. Et maior dixit affectionem illam ꝗ motus eſt cum dicat affectionem illam quæ eſt ſecũdum pati mutatio uelut dealbatio.

Eſt autem & in illis & quod eſt ſecũdum accidens, & quod eſt ſecũdum partem, atq; ſecũdum aliud, & quod primo eſt, & non ſecundũ aliud. ut quod fit albũ, in id quod intelligitur, mutatur ſecundum accidẽs. colori enim accidit, intelligi. in colorem autẽ, quia albũ, pars eſt coloris, & in Europam, quia pars Europę, Athenę ſunt. In album autem colorẽ, per ſe. Quomodo igitur per ſe mouetur, & quõ ſecũdum accidens, & quomodo ſecundum aliud aliquid, & quõ idem primũ & in mouẽte eſt, et in eo quod mouetur: manifeſtum eſt. & quod motus non eſt in ſpecie, ſed in eo qđ mouetur & mobili ſecundum actum.

Cum oſtendiſſet motum eſſe in eo quod mouẽ & non in alio quod motus ineſt, deinceps qđ prius demõſtrauit de mouente dicit quia aliud eſt per accidens, aliud per partem, aliud per ſe primo, nunc dicit quod hęc diuiſio etiã ad alia extẽditur quę una motui cõpetunt uidelicet termino à quo & illi ad quẽ & ipſi in quo. Nam hęc ſignificauit, cum dixit { Eſt autem & in illis, } Sed de ipſo in quo quod tẽpus eſt demõſtrauit dum de illo diſſeruit. Cęterum cum de duobus ꝓponat dicere rationem facit de uno quod eſt ad qđ mutatio affectus, uel formæ uel loci fit. Quod enim mutatur in album, quod quidẽ albeſit in ipſum quod intelligitur per accidens mutatur. Accidit enim albo intelligi, ſed dicitur mutari in colorem ſecũdum partem, quia album eſt pars coloris. Species enim ſunt aliquo mõ partes generum, uerũtamen ſi album quod dicitur mutari fiat album neq; per accidens, ſed per ſe mutatur, neq; ſecũdum partem, ſed primo. Similiter autem & id quod mutatur ſecũdum locum proficiſcens Athenas in id quod intelligitur per accidẽs mutatur. Accidit enim ut intelligatur Athenæ, ſed hoc ipſum ꝓficiſcitur ad Europam ſecũdum ꝑtem, quia Athenę eſt pars Europæ, uerum proficiſcitur Athenas per ſe, & primo, & in ipſo ex quo. Et ſi ipſe prętermiſit idem quod aliquo modo põt dici. Quod enim ex albo mutatur per accidens ex eo quod intelligitur mutatur, ſed ſecũdum partem ex colore, & per ſe ex albo. Deinde cõcludens totam rationẽ, qua demonſtrauit quę ſimul inſunt ipſi motui, & quod in cunctis ſunt per ſe primo atq; ipſum per accidens & ſecũdum ꝑtem, & quia motus eſt in eo quod mouetur & non in forma in qua præ cęteris maxime uidebatur eẽ. Neq; enim in mouẽte, neq; in loco eſt, ſiquidem illa non mouẽtur neq; magis in eo ex quo. Vnde patet, inquit, motum eſſe in eo quod cietur, & id qđ mouetur, trãſtulit in mobile actu ut nos reuocet ad memoriam definitionis motus. Nam ſi motus eſt interna mobilis actio, profecto motum eſt id quod eſt mobile actu.

Quę igitur ſecundũ accidẽs eſt. mutatio, dimittatur. eſt enim, & in omnibus. & ſemp, & omniũ, Tex. 6.
Quę uero non ſecũdum accidẽs, non eſt in omnibus, ſed in cõtrarijs, & medijs, & in cõtradictione. Huius autem fides, ex inductione eſt. Ex medio autẽ, mutatur ut cõtrario. utitur enim ipſo ut contrario, ad utrũq;. Eſt enim quodãmodo medium ipſum extrema. Quapropter & hoc ad illa, & illa ad hoc quodãmõ dicuntur contraria. ut uox media grauis ad ultimã, & acuta ad primã. Atq; fuſcum, albũ ad nigrum, & nigrum ad album.

Cum patefeciſſet per ſe & per accidens eſſe in ipſo mouẽte & in eo quod mouetur ſicut inſunt motui hæc uelut utilia ad rationem ſequentem comprehendit, ſed illud per accidens in quo & illud ſecundum partem ſimul accipiens uelut infinitum & indeterminatum refutat, & quia tale eſt, oſtẽdit ex hoc quia mutatio per accidens eſt in omnibus & ſemper & omnium, in omnibus quidem, quia in decem generibus eſt mutatio per accidens. Nam quia ſubſtãtia, mouetur etiam omnia quæ ei inherent accidentia mouentur & unumquodque ipſorum poſſumus dicere quod moueatur quando ſubſtantia quæ illis Com. 5.

ſubijcitur, per ſe mouetur. Illud autem { omnium } dixit uel quia de omnibus quæ mouentur & mouent ipſum mouere & moueri prædicantur quando per accidens prædicantur, ut de anima. Cum enim anima ſit ſuapte natura immobilis diceretur per accidens moueri. Vel dixit { omnium } pro omnium ad omnia. Etenim cum album in muſicum mutatur per accidens mutari dicitur, & dulce in illud quod ſupra eſt. Illud uero { In omnibus & omniū } de naturalibus intelligere oportet, quæ poſſunt per accidens moueri. Quæ enim ſunt ſupra naturam quæ quidem ſunt primo mouentia, non ſolum per ſe ſunt imobilia, ſed etiam per accidens ut demonſtrabitur octauo libro. Item illud { Semper } ſignificat etiam quando non mouetur aliquid quod poteſt moueri per accidens, idem eſſe in eo quod mouetur, uelut qui in naue quieſcit dum illa per pelagus nauigat, uel quia ipſum moueri prędicatur, ſic etiam de his quæ amplius non ſunt. Socrate enim non exiſtente adhuc prædicaẗ motio de ipſo, quia corpus eius & materia quæ erat quōdam Socratis mouetur. Cum enim accidit ut ſit Socrates hoc mouetur. Si ergo per accidens eſt ſic infinitum atque indeterminatum, & nulla ſcientia eſt circa infinitum & indeterminatum merito recuſat mutationem per accidens. Excipit autem illum non per accidens tanquam non in omnibus & ſemper & omnium communem, ſed in quibuſdam determinans. In contrarijs enim medijs & in contradictione ideſt ſecundū contraria & media & contradictionem. Sed quod omnis mutatio ſecundum aliquid horum fiat, fidem facit ex inductione, quam quidem ſi quis pertractabit de his adductam eſſe comperiet. Et ratio ſic ſe habebit. Neque enim aliquid ex eodem in idem mutaẗ, neque ex ſimile in ſimile, cur opus eſſet ei mutatione, ſed uel ex contrario in contrarium, uel ex medio, uel omnino ex non tali, quod quidem eſt ſecūdum contradictionem. Sed oſtenſum eſt primo huius tractationis libro quādo contraria principia poſuit ubi demonſtrauit non ex quouis fieri mutationem. Sed cum dixerit mutationem eſſe ex his medijs cauſam huius adiecit, quia fit ex intermedio uelut ex cōtrario. Et hanc rurſus adiecit huius, quia intermedium relatum ad utrūq; extremum rationem habet contrarij. Nam media uox eſt acuta ad grauē & grauis ad netem id eſt ad ſuperiorē ictū. Item fuſcum eſt album comparatum ad nigrum, ſed ad albū eſt nigrum. Si enim media fiunt ex mixtione & temperamento contrariorum, ut fuſcum commixtione albi & nigri & tepidum frigidi & calidi, uel ſecundum unam talem formam ex eo quod eſt intermedium mutatum non ſecundum id quo cōmunicant & participant eo ad quod mutantur ſecundum hoc mutari dicitur. Nihil enim in id quod ipſum eſt mutatur, ſed quatenus unum ab alio eſt diſtinctum, ergo intermedium eſt aliud ab extremis quatenus participauit altero contrariorum, quare uere dictum eſt quod uelut ex contrario mutatio quæ eſt à medio fit. Si enim fuſcum cōſtat albo & nigro in album mutatur ob nigrum, quod eſt contrarium albo, item in nigrū mutatur quatenus in ipſo album eſt.

Tex. 7. Quoniam autem omnis tranſmutatio eſt ex quodam in quiddā (manifeſtat autem et nomen. poſt aliud enim aliquid, & aliud quidem prius ſignificat, aliud autē poſterius) mutabitur quod mutatur, quadrifariam. Aut enim ex ſubiecto in ſubiectum, aut ex non ſubiecto in non ſubiectum, aut ex non ſubiecto in ſubiectum, aut ex ſubiecto in non ſubiectum. Dico autem ſubiectum, quod affirmatione monſtratur. Quare neceſſe eſt ex ijs quæ dicta ſunt, tres eſſe mutationes, eam qnæ eſt ex ſubiecto in ſubiectū, & eam quæ ex ſubiecto in non ſubiectum, & eam quæ ex non ſubiecto in ſubiectum. quæ enim eſt ex non ſubiecto in nō ſubiectum, non eſt mutatio, propterea quod non eſt ſecundū oppoſitionem. neq; enim contraria, neq; contradictio eſt.

Cum refutaſſet mutationē per accidens & illam per ſe tractauiſſet proponit ſibi ſumendas eſſe omnes mutationes, ſed prius ſumit omnem mutationē eſſe ex aliquo in aliquid quod quidem cum ſit manifeſtum & nomine mutationis comprobauit. Nam mutatio indicat aliud poſt & aliud ſignificat ipſm, poſt, quia aliquid prius fuerat in ipſo & aliud poſterius. Hoc proinde ſumens prius ex diuiſione deinde inuenit omnes mutationes ſufficientes. Nam quia ex aliquo in aliquid omnis mutatio eſt, inquit uel ex ſubiecto ad ſubiectum, uel ex non ſubiecto ad ipſum non ſubiectum, uel ex ſubiecto ad ſubiectum. Præter quos modos non eſt aliū inuenire dum aliquid ex aliquo in aliud mutatur. Ipſum { aliquid } apud ipſm ſignificat ſubiectum unde dicit. { Dico autem ſubiectum quod affirmatione monſtratur, } ſed non quia per propoſitionem affirmatiuam mōſtretur, ſed ſine negatiua particula, ut homo & albū & quæcūque huiuſmodi. Etenim affirmationes, appellabant etiam ſimplicia & compoſita & quædā noīa cū particula negatiua uocant negantia, uelut non homo. Et ſubiectum eſt id quod eſt uidelicet affirmatione mōſtratum, & non ſubiectum eſt id quod non eſt quod negatione ſignificaẗ. Et hoc merito. Omnis enim mutatio ex contrario in contrarium fit, aut ex nō tali ad tale. Et contraria affirmatione ſignificantur. Nam ambo ſunt ſpecies, & ob id mutatio alia eſt ex eo qđ eſt ad id qđ eſt aut ex contrario ad contrarium, quæ ex ſubiecto ad ſubiectum dicitur, & alia ex non tali, id eſt ex eo qđ non eſt ad non tale, & alia ex non ſubiecto ad ſubiectū id eſt ex negatione ad affirmationem, & alia eſt ex ſubiecto in ipſum non ſubiectum, quæ ultimæ ambæ ſunt ſecundum cōtradictionem ipſius qđ eſt & ipſius quod non eſt, ideo & quarta quę eſt ex non ſubiecto ad ipſum non ſubiectum eſt. quāuis ut compleat complexiones ſufficienter aſſumpta ſit, non eſt mutatio per ſe cum ſit indeterminata. Quod enim ex non albo ad ipſum non calidū mutatur, habet mutationem indeterminatam, niſi forte non calidum ſit nigrum. Sed per ſe hęc non ſunt contraria ſi quidem non ſecundum affirmationem ſignificentur, neque ſecundum contradictionem accipiantur, ſiquidem ambæ ſint negationes. Sed proxime oſtenſum eſt, quod omnis mutatio eſt inter contraria & ea quæ ſecundum contradictionem opponuntur. Dixit ergo aliquid quadrifariā mutari, quod non dicit uelut in cunctis ſectionibus & partibus diuiſionis ſit mutatio, ſed quia in hac diuiſione oīs mutatio continetur. Nam una ipſarum quatuor ea uidelicet, quæ eſt ex non ſubiecto ad non ſubiectū non eſt mutatio. Verum Eudemus inqt priuationes aſſimilare ſubiectis. Non. n. ſimiliter dicitur cęcus & is qui nō habet oculos, neq; caluus qui nō habet tricas et capillos. Subiecta igiẗ hęc etiā inquit, ſed nō eodem mō ut affirmationes.

Quæ igitur ex non ſubiecto eſt in ſubiectum mutatio ſecundum contradictionem: generatio eſt. alia quidem ſimpliciter, ſimplex: alia uero quædam, cuiuſdam. ut ea quæ ex non albo in album generatio huius eſt. Ea uero quæ ex eo qđ non eſt ſimpliciter in ſubſtantiam: generatio ſimpliciter eſt, ſecundum quam ſimpliciter fieri, & non aliquid fieri dicimus. Quæ uero ex ſubiecto in non ſubiectum, corruptio eſt, ſimdliciter quidem, quæ ex ſubſtātia ad ipſum non eſſe eſt. quædam autem, ea quę eſt in oppoſitam negatiomem, ſicut dictum eſt & in generatione.

Cum ſeparaſſet à cæteris illam coniugationem reprobandam atque inutilem illam uidelicet ex non ſubiecto ad ipſum non ſubiectum, quia non eſt inter contraria neq; contradicentia deinceps tres ſpecies mutationis accommodat atque ſubijciendas Com. 7.

ſubijciendas eſſe uult. Et primum illam ex non ſubiecto ad ipſum ſubiectum quæ fit ſecundum contradictionẽ, ortum eſſe inquit, ubi recte adiecit ſecundum cõtradictionem. Non enim ex non albo in dulce mutatio fit niſi ſecundum accidens. Sed neceſſe eſt, ut omnis mutatio quæ eſt ex non ſubiecto in ſubiectum fiat ſecundum contradictionem. Quia enim dupliciter dicitur ortus, alter ſimpliciter, & alter quidã. Simpliciter quidem ortus de ſubſtantijs dicitur quando ex eo qđ non eſt ſimpliciter mutatio fieret. Sed ortus quidam eſt in alijs, quãdo ex aliquo non quod non eſt in oppoſitum eius mutaretur, ut ex homine non albo in hominem album eſt quidã ortus non ſimpliciter neque ſubſtantiæ. Neque enim ex eo quod nõ eſt ſimpliciter fit. Quod ſimpliciter non eſt non dicit illud eſſe quod nihil aut nullo pacto eſt, quia ex nihilo aliquid fieri nõ poteſt, ſed dicit illud qđ actu non eſt, ſed tamen potẽtia. Quod enim ſimpliciter non eſt tale ſimpliciter eſt non hoc, ſed ſimpliciter non hoc eſt illud quod non eſt ſecundum actum. Sed quomodo ſubſtantiæ ortus non eſt etiam ex hoc qđ non eſt, ſed aliud quid eius quod eſt, ut etiam albi, ſed ex eo quod ſimpliciter nõ eſt. Siquidem nũquam materia per ſe fit, ſed ſemper cum aliqua forma & actu. Etenim homo ex ſemine fit & ficus, at ſemen genitale non ſolum potentia eſt homo, ſed etiam actu ſemen, ut etiam nõ album ex quo album fit. Quomõ ergo ſubſtantia fit ex illo quod ſimpliciter non eſt, & albũ ex eo quod non eſt aliquod ens. Soluunt autem hanc quæſtionẽ dicentes, quòd ſubſtantia non eſt ex contrario, ſed ex priuatione fit. Nõ enim ſubſtantia habet contrarium. Sed album ex nigro uel intermedio ut nigro fit. Quo ergo differt priuatio ex contrario, hoc nunc differt id quod ſimpliciter non eſt ex quo ſubſtantia fit ab eo quod eſt non aliquod ens ex quo eſt aliorum ortus. Quatenus autem ex hoc fit hoc & ex cõtrario eſt alteratio. Et ingenioſius ſoluunt dicentes mutationem in ſubſtantiam fieri nullo ſubiecto actu permanente de quo poſſumus prædicare quod hoc eſt quod mutatur. Sed de ipſa mutatione in ſubſtantiam ipſum ſubiectum aliud & aliud fit, uelut ſemen genitale, ideo ex eo qđ non eſt ſimpliciter mutatio fit in ſubſtãtiam, & mutationes ſecundum contraria accidentia, quæ actu habent aliquod ſubiectum idem manens cui accidunt contraria de quo ipſum alterari prædicatur, uelut homo manens homo niger fit, uel hoc corpus & non aliquid aliud fit, ut ſemen genitale nõ ſolum genitale ſperma eſt, ſed ſemper aliquid aliud fit quod mutatur in hominem. Et hoc pulchre addit Aſpaſius ad diſtinctionẽ ortus ſimpliciter & ortus alicuius, quia ortus ſimpliciter ſine additione dicitur. Homo enim dicit factus eſſe & equus. Sed album cum additione. Hominem enim album dicimus fieri. Cæterũ poſteaquã dixit de mutatione ex non ſubiecto ad ſubiectum, quia ſimpliciter ortus eſt, de oppoſita eidem dicit quæ eſt ex ſubiecto ad ipſum non ſubiectum, & inquit talem mutationem interitum eſſe, et alium ſimpliciter, qui eſt ex ſubſtantia in ipſum quod non eſt, & quẽdam, qui eſt in oppoſitam negationem. Non enim ex dulce mutatio fit in ipm non album eſt quidam interitus determinatus, ſed hic debet eſſe in propriam negationem, uidelicet in ipſum non dulce, ut etiam aſſeruit de ortu ſecundum contradictionem. Nam dicere ſecundum contradictionem eſt dicere per ſe ac oppoſitã negationẽ, ſed ſi interitus eſt mutatio ex eo quod eſt ad id qđ nõ eſt, & omnis mutatio eſt eo quod eſt potentia ad id quod eſt actu, erit ergo aliquod quod eſt potentia & aliquod quod non eſt actu. Vel etiam quod mutatur ex eo quod eſt in illo quod non eſt, quatenus id quod eſt potentia ſit, & aptum eſt fieri id quod non eſt. Et ſecundũ hoc mutatur ad id quod non eſt & quod actu non extat.

Tex. 8. Si igitur id quod non eſt dicitur multipliciter, & neque id quod eſt ſecundum compoſitionem aut diuiſionem contingit moueri, neq; quod eſt ſecũdum potẽtiam, quod ei quod eſt ſimpliciter ſecundum actum, oppoſitum eſt (quod enim eſt non album, aut non bonũ, fieri poteſt ut moueatur ſecundum accidens. fuerit enim homo, non album. quod autem ſimpliciter non hoc eſt, nullo modo. impoſſibile enim eſt, quod non eſt, moueri) ſi autem hoc, & generationem, motum eſſe impoſſibile erit. Generatur enim, quod non eſt. nam & ſi quam maxime ſecundum accidens generatur, attamen eſt uerum dicere, quod eſt id quod non eſt, de eo quod generatur ſimpliciter. ſimiliter autem, & quieſcere. Hæc igitur omnia accidunt difficilia, moueri ad id quod non eſt, & ſi omne quod mouetur in loco eſt, quod autem non eſt, non eſt in loco (eſſet enim, alicubi) neque ergo corruptio, motus eſt. contrarium enim motui, motus eſt, aut quies. corruptio autẽ, generationi contrarium eſt.

Cõm. 8. Propoſitum eſt oſtendere ortum ac interitum non eſſe motus, quia ortus ex eo quod non eſt ad id quod eſt dicitur mutatio, & interitus ex eo quod eſt ad id quod non eſt. Sed quod non eſt multipliciter dicitur. cuius ſignificationes primum enumerat, & oſtendit quomodo id quod non eſt ortui atque interitui ſit conueniens & non poſſit moueri. Illud ergo quod ſic non eſt, ut nullo pacto ſit, uelut omnino obſcurũ omiſit. Hoc quod qualitercũque non ſubſiſtit diuiſit trifariã. Dicitur enim quod non eſt aliud uelut falſum, quod quidẽ in compoſitione & diuiſione eſt. Vel enim non compoſita componit uelut qui dicit albũ cornua habet, uel diuidit ea quæ non ſunt diuiſa, qñ diceret Ariſtoxenum non eſſe muſicum. Sed ipſum componi & diuidi proprie quidem dicitur de corporibus, ſed ſecũdum translationem de illo quod eſt & quod non eſt, id eſt in affirmatione & negatione. Compoſitio enim eſt affirmatio, & diuiſio eſt negatio. Sed nihil falſum & uerũ eſt. Oratio enim enũciatiua hæc habet. Item dicitur aliquod non eſſe quod eſt potentia, ſed non actu quod quidem opponitur ei quod eſt actu, quod dicitur ſimpliciter non eſſe, quia opponitur ei quod ſimpliciter eſt. Nam opponitur quod eſt actu ei quod eſt potẽtia, uelut quod nondum eſt omnino illi quod iam eſt, & mutatio q̃ eſt ex tali qđ non eſt, in oppoſitum ipſi quod eſt, ſimplex ac ſimpliciter ortus erat. Dicitur aut qđ non eſt & hoc qđ eſt nõ aliquid, cuius eſt id quod eſt aliquid actu, ut calidum non eſt, ſed corpus eſt actu quo exiſtente ipſum quod nõ eſt calidum mutatur in calidum, ideo & quẽdam ortum & alicuius, ſed nõ ſimplr ortũ hũc appellat mutationẽ. & erat qdẽ primus ortus ex eo q̃d ſimplr nõ eſt in ſubſtãtijs ſimplex ortus exñs & ſimpliciter, q̃a ex eo q̃d non eſt oppoſiti actu mutatio erat. Nam in his q̃ non ſunt q̃cunq; prorſus cõtingũt eẽ cum nõ ſint ipm qđ ſimplr non eſt opponit̃ ei q̃d ſimplr eſt, & q̃d ſimplr eſt, eſt id quod actu eſt, quare & ſimplr quod nõ eſt, eſt id quod eſt potẽtia. Cum ergo indicaſſet diuiſionẽ eius q̃d nõ ſubſiſtit in hæc tria, dicit id q̃d nõ eſt ſcd̃m cõpõnem et diuiſionẽ ideſt ſcd̃m affirmationẽ & negationẽ nõ moueri. Neq; n. oratio falſa, neq; opio qñ in uerã cõuerteret̃ moueri dicit̃, ut demõſtrauit in p̃dicamẽtis. Non. n. ſcd̃m ſuam mutationẽ ſemp hæc accidunt, ſed alijs q̃buſdã ſæpe mutatis. Nã cũ prius aliq̃s opione falſa duceret̃, et orone dicebat Socrates ſedet ſi ſteterit, ſed ubi primũ Socrates ſederit uera erit oratio, nõ ea tñ de cã q̃a ratio aut opio mutatæ ſint, ſed q̃a res mutata eſt, igit̃ ſcd̃m cõpõnẽ & diuiſionẽ nõ cõtingit moueri, ſi qdẽ neq; hoc mutet̃ p ſe oino, ſed cũ aliud mouet̃ & id ip̃m mutat̃, neq; q̃d nõ eſt potẽtia ideſt uelut potẽtia id q̃d nõ eſt q̃d oino opponit̃ ei q̃d eſt, põt moueri, q̃a motus & ſi actus ſit ip̃fectus, tñ actu aliq̃ mõ ẽ, & oportet ip̃m q̃d mouet̃ aliq̃ mõ eẽ aliq̃d & hoc aliqd & p̃manere. Sed q̃d dr̃ hoc mõ nõ eẽ nihil eſt actu eorũ q̃ ſunt. Neq; enim ſemen mutat̃ in plãtã aut aĩal, ut hõ manẽs hõ ſcd̃m ali-

quod eorum quæ accidunt ſeipſo mouetur ex non albo in album & ex non bono in bonum mutatur & ob id moueri dicerentur quæ alterãtur & non ſolum mutari, quia actu aliquod permanens agit ſecundum motum. Additione ergo eius quod non eſt tertio modo dictum quatenus quidam ortus dicitur, diſcrimē inter quēdam ortum & illum ſimpliciter ſignificauit & cauſam aperuit huius cur quod ſimpliciter fit & in ſubſtantiam mutatur non dicitur moueri, & cur uocet aliorum mutationem motũ. Nam eius quod eſt aliquid actu uelut hominis & aliquid eius quod non eſt uidelicet albi quia potentia eſt albus, poteſt enim homo qui eſt actu moueri non per ſe. Permanet enim homo, ſed per accidens eſt illi motus, ideo dicitur moueri ſecundum accidens ubi nō utitur conſueto nomine. Nam mutatio ex eo qđ non eſt album ad album per ſe eſt & nō per accidens, & uocauit ipſum per accidens, quia quod ſic non eſt uelut non album accidit ei quod actu eſt. Si autem ſic ipſum, quod eſt aliquod quod non eſt mouetur, ipm autem quod ſimpliciter non eſt, id eſt quod non eſt actu neque permanet neq; per ſe neque per accidens moueretur. Neque enim quatenus non eſt mouetur, neque quia eſt aliquid aliud actu idem manens, ut homo, erat non album. Si ergo hoc quod non eſt hoc modo non poteſt moueri, mutatio autē ex eo quod ſic non eſt quod dicebatur ſimpliciter non eſſe, in id quod ſimpliciter & actu eſt ortus erat, non poterit ortus eſſe motus. Quod enim non eſt fit, & non id quod eſt, ſed quod mouetur iam eſt, ſi quidem motus ſit aliquis actus. Ideo ſciendũ eſt quòd in his quæ mutantur ſecđm ſubſtantiam motus prorſus non eſt, quia in ipſis non eſt aliquid quod actu ſit, ut motum efficiat actum eſſe, ſed in illis ſolum eſt mutatio ſecundũ ortum, & in ipſis mutationibus quæ ſecundum qualitatem, quãtitatem, uel locum ſunt, uel cōmuniter in his quæ mouentur præter ſubſtantiam motus quidem eſt actus ipſius actu permanentis, uelut hominis qui mouetur. Sed ortus albi eſt ex non albo, & totum eſt alteratio. Sic etiam in alijs, ob id ergo ortus non eſt motus, quia quod mouetur, non eſt aliquod actu ſubiectum uelut id quod augetur & fertur. Nam homo permanens albus fit. Sed non album in ipſo non eſt permanens, ut homo mutatur in album, ideo non mouetur ipſum nō album, ſed fit album, quare ortus non erit motus. Et cum dixerit id quod nō eſt ex quo eſt ortus quod non mouetur, ſed fit. Nam inquit quod nō eſt fit, idcirco quomodo dixerit id quod non eſt fieri explicat quia quod non eſt non per ſe fit, ſed cui accidit id quod non eſt. Materia enim & omnino id quod eſt potentia ex quo fit, id quod generatur non eſt per ſe id quod non eſt, ſed quia accidit ipſi, id quod nō eſt, ut priuatio quæ non permanet in ortu. Niſi quia ob priuationem id quod fit quatenus fit, uerum ſit dicere quod id quod non eſt de ipſo quod fit ſimpliciter dicatur. Nam quod ſimpliciter fit, uelut materia hominis nil habet actu permanens cum totum potentia & ſecũdum priuationē hominis ſubſiſtat. Sed homo qui albus fit permanēte homine ſecũdum actum albus fit. Si ergo id quod fit uerum eſt dicere quod nō eſt, quia nihil eſt actu, & id quod non eſt actu non mouetur, ortus non erit motus. Dicit autem & aliam expoſitionem Alexander propoſiti talem. Ei quod ſimpliciter non eſt, ideſt ei quod eſt potentia, ex quo fit id quod fit ipſum fieri per accidēs competit, quia cui accidit, id quod ſimpliciter nō eſt ideſt priuatio, hoc fit, ſed ipſum moueri non ſecũdum accidēs ineſt ipſi, ſiquidem neque omnino fit, ſed ſi eſt huic qđ nō eſt competit, quod opponitur alicui quod eſt, quod quidem eſt non ipſum quod ſimpliciter non eſt, ſed aliquod quod non eſt de quo quidam ortus prædicatur, & hoc quidem per accidens. Non enim quatenus quod non eſt, ſed quatenus quoddam aliud quod eſt. Oportet enim quod mouetur eſſe. Sic enim motus eſt actus. Accepit autem ſignum huius quod id quod fit nō moueatur, illud uidelicet qđ non eſt competere eidem. Sed Aſpaſius ſic interpretatur hunc contextum dicēdo. Inquit ipſum quod non eſt fieri, quia hoc dubitandum erat. Nam quiſpiam diceret quod nō eſt fieri, ſed ex eo quod non eſt, ob id dicit, quia & ſi maxime concederemus id quod non eſt per accidens fieri & non proprie, tamen cōuerſum illius uerum eſt quod illud quod fit, eſt id quod nō eſt. Sin autem nō fieret quoniam eſſet. Cum ergo quod fit ſit id quod non eſt, & id quod non eſt, non mouetur, igitur quod fit non mouetur neque ortus erit motus. Eodem inquit modo quieſcere non competit his quæ ſimpliciter fiũt. Etenim quies priuatio cum ſit eius quod eſt aptum natum moueri, & quod aptum eſt ut moueatur, eſt, quare quod nequit moueri, neque quieſcere. Vtraque enim ſunt actus eius quod eſt. Cum ergo oſtenderit id quod non eſt competere ei quod fit, quia neq; cietur neq; quieſcit id quod fit. Quia enim hæc ambo ſunt actus eius quod eſt, deinceps alio argumento idem oſtendit dicendo abſurdum quoddam accidere illis qui aſſerunt id quod fit, moueri ſi quidem non ſit id quod fit. Si enim omne quod mouetur, in loco ſit, ut proceſſu operis demonſtrabit, & quod non eſt haud per ſe locum occupat, ergo quod non eſt non mouetur, quæ ratio eſt in ſecũda figura deducta. Et quòd ipſum quod fit, ipſum quod non eſt affirmandum ſit prius probauit. Quod uero quod non eſt neque occupet locum breuiter his indicauit. { eſſet enim alicubi, } ſi autem alicubi eſt, patet etiã illud eſſe & actu, quod enim potentia eſt neque ſimpliciter eſt neq; alicubi, quare etiam in prima figura ſic cōcludi poteſt. Quod fit non eſt actu, quod non eſt actu non eſt in loco per ſe, quod non eſt in loco non cietur, igitur quod fit nō mouetur, ergo ortus non eſt motus. Poteſt etiã fieri ſyllogiſmus hypotheticus. Quod uero neque interitus ſit motus oſtendit breuiter aſſumēdo prius quod motui uel motus eſt contrarius aut quies. Quia ergo interitus eſt cōtrarius ortui, ſi eſt interitus motus, neceſſe eſt uel ortum eē motum uel quietem. Si ergo ortum neutrũ horum oſtenſum eſt, patet neque interitũ eſſe motum, ſed neque quietem. Sin ſurſus eſſet ortus motus, ſi quidem hic eſt cōtrarius interitui. Verum nunc cōmunius quietē cum dicit oppoſitam uoluit dicere contrariam motui cum ipſam quietem contrariam ipſi motui ſit oſtenſurus.

Tex. 9. Quoniam autem omnis motus mutatio quædam eſt, mutatiões autem tres quæ dictę ſunt, harum autem eæ quę ſunt ſecundum generationē & corruptionem non ſunt motus, hæ autem ſunt quæ ſecundum contradictionem fiunt: neceſſe eſt eam quæ ex ſubiecto eſt in ſubiectum mutationem, motum eſſe ſolum. Subiecta autem, aut contraria ſunt, aut media. etenim priuatio, ponatur contrarium. & monſtrantur affirmatione, nudum, et album, & nigrum.

Com. 9. Cum mutationem quadripartitam fecerit, aliã ex ſubiecto ad ſubiectum, & aliam ex non ſubiecto ad ſubiectum, & aliã ex ſubiecto in non ſubiectum, & quartam ex non ſubiecto ad non ſubiectum, & ultimam coniugationem uelut in conſtantem ſecernens demonſtrauit neutram duarum mutationũ motum eſſe. Neq; enim ex non ſubiecto in ſubiecto, quæ erat ortus neque illa ex ſubiecto in non ſubiectum, quæ erat interitus reliquum ſubiungit. { Quoniam autem omnis motus mutatio quædam eſt. } Nam aliud poſt aliud in ipſo conſideratur, & iam demonſtratum eſt omnes mutationes tres eſſe, quarũ duæ ſunt ſecundum cōtradictionem, quæ fuerant mutationes ſecundum ortum atque interitum & non motus, igitur neceſſe eſt, ut reliqua mutatio ſola ſit motus, quæ eſt ex ſubiecto in ſubiectum. Sed ſubiecta ex quibus, & in quæ ſunt mutationes uel ſunt cōtraria, uel intermedia. Dixit autem quia & intermedia in extrema uelut in contraria mutantur, quoniam etiam ex priuatione ſit mutatio quæreret aliquis utrum talis ſit ex ſubiecto in ſubiectum, aut ſecundum contradictionem. Et reſpōdet eam eſſe uelut ex ſubiecto in ſubiectum. Inquit { etenim priuatio ponatur contrarium, } Quod ſi contrarium, patet q;

affirmatione

affirmatione ſignificabitur, & q̄d affirmatiōe ſignificatur dixit eſſe ſubiectum prius, quare priuatio erit ſubiectum, & quod ex priuatione mutatur in habitum uelut ex ſubiecto in ſubiectum mutatur. Cur ergo etiam ortus non ex priuatione eſt, quomodo ergo & ipſe non erit & ſubiecto. Niſi quemadmodum id quod eſt potentia duplex eſt aliud ad ſubſtantiā, aliud uero ad accidens, ſic etiam priuatio altera eſt ſubſtantiæ, altera eſt accidentis, & illa accidentis, propterea q̄ illa eſt in ſubſtantia, participat eo quod eſt, & affirmatione ſignificatur, & eſt ſubiectum & poteſt moueri id in quo eſt priuatio uelut his qui laborat morbo & immuſicus eſt ac nudus. Sed ſubſtantię priuatio, quia à ſubſtantia decidit, ab eo quod eſt quoq; decidit negatione inſinuatur. Quod eſt nūc dicitur ipſum quod eſt actu & ſubſtantia, & non illud quod eſt, quo priuatio & ipſm quod eſt potentia ac materia participat. Exemplum autem ipſius priuationis affert ſecundum affirmationem accipiēdo nudum, ſubiunxit etiam album & nigrum, indicans quòd uelut hæc affirmatione ſignificātur, ſic etiam nudum. Niſi forte per hoc uelit aliquid aliud indicare, quia cōtraria quæ mutuo fiūt, non ſolum uelut ex contrarijs fiunt, ſed etiam uelut ex negationibus. Album enim ex nigro fit, quia nigrum non eſt album, & tamen eſt etiam uelut ex priuatione. Corpus enim cū nigrum eſt ab eo abeſt albedo, tamen eſt aptū ſuſcipere eam. Priuatio autem nihil aliud eſt q̄ abſentia eius quod poteſt ineſſe. Sed nudum non eſt proprie priuationis exemplum. Nam illa nunquā reuertiť in habitū, ut nudum q̄ induitur. Sic ergo motum quādam mutationem Ariſto. fatetur cum ſit mutatio cōmunior ipſo motu. Vnde aſſerit ortum & interitum mutationes eſſe, ſed minime motus. Contra Plato uidetur affirmare motum eſſe ampliorē mutatione. Etenim mutationes quas Ariſto. dicit, Plato uocat motus. Etenim ortum atque interitū decimo legum Dialogo inter motus naturales enumerat, & actionem mentis nominat motum aſſimilans motum mentis & intelligentiæ quæ redit ad ſe motui ſphæræ quæ fit in ipſo torno. Cum ergo ij tantum diſcrepent admiror, niſi ſit ſolum diſſenſio quo ad nomina ſolum. Equidem uterq; mutationem eodem modo ponit in omnibus quæ mutantur & uariātur ſecundum tempus. Sed motum Plato ponens omnem exitum, ab eo quod eſt, merito omnes mutatiōes motus dixit. Et quāuis actiones ſemper & eodem modo & ſecundum eadem immutabiles ſe habeant non uerius eſt motus appellare ob proceſſum actionis ab eo quod eſt. Nam egreſſus eſt ſubſtantiæ actio rurſus ad ſubſtantiam rediens. Sed Ariſto. cum philoſophiam ſuam feciſſet, de his quę ab hominibus noſci potuiſſent & ut eorum auditum ſibi captaret ſic philoſophatus ſit, cauit mentis actionem cum ſit immutabilis, uel ut ipſe exactius dixit cum ſit ſubſtantiæ eadem actio, motū appellare. Qui enim audit motum ſtatim intelligit mutationem, & ſuſpicatur quod mouetur patibile eſſe, & tempus ſtatim cum motu infert. Sed in mutationibus cum quādam differentiam ſpectaſſet, quatenus aliæ ſunt actus iam actu exiſtentis quod mutatur & permanet, ut alteratio, auctio, diminutio & mutatio ſecundum locum. Nam in his omnibus mutationibus quod mutatur uelut homo qui albus fit, uel augeť, uel ambulat cum ſit actu homo & permanens homo mutatur ſecundum hæc: Sed quædam mutationes non ſunt eius quod eſt actu, ſed eius quod eſt potentia neque permanētis, ſed ſemper alterius atque alterius facti, ut hominis ortus ex ſemine genitali quod quidem eſt, in hoc ſubſtantia & potentia homo, ſed actu nihil eſt. Quod indicat, quia non permanet in ipſa ſpecie ſeminis genitalis q̄ ineſt perfectis & iam actu exiſtentibus, ſed aliud & aliud fit q̄uſque occurret ad id quod actu eſt. Hanc igitur differentiam cum in ipſis mutationibus conſideraſſet, & quia aliæ ſunt ex eo quod eſt in potentia, in id quod actu eſt, ex eo quod ſic non eſt in id quod ſic eſt paſſibiles magis ſunt. Et ſi quicquā ſit in his quod ad agendum exiguam uim habeat. Quod enim potētia eſt obnoxium affectioni maxime eſt. Aliæ autem quæ ſunt ex his quæ actu iam ſunt & poſſunt agere mutatione ſunt patibiles & eædem exiſtentes. Sed obſcuram habent actionem. Cum ergo motus quāuis ſit quædam mutatio & affectio eius quod mouetur, uidetur tamē eſſe quidam actus ipſius eſſe, & eſt imperfectus quia cōmiſcetur multum ipſi affectioni & patibilitati licet ſit actus, quocirca mutationū alias motus uocat ad actionem accōmodatos, & alios ſolum patibiles mutatiōes quæ ſunt maxime ſecūdum ipſam affectionem deſignatæ, & ſi habeant ipſa uim agendi exiguam. Et admiror ſapientiā impoſitoris nominis quomodo ipſum mutare quod dicitur actiue ſignificet patibilitatem. Si ergo nomen motus ſecundū aliā ſignificationem Plato accepit & uocat exitum qualiſcūq; exiſtentis motum. Et Ariſto. ſecundum cōmunes impoſitiōes nominum actionem mutandi uocat motum, ſed non illam quæ omnino eſt mentis immutabilis, & non ſolum eam quæ eſt ferè, ſecundum aliquā patibilitatem, quę minimam uim uel nullam habet agendi, exiſtimo eſſe ſolum de nominibus contentionem & non de re. Cum etiam Plato motum mentis dixerit uelut immutabilem & mutationum diſcrimen ſic craſſe dictū demonſtrauit. Ariſto. quoque actionem mentis & intelligentiæ cum eſſe fateatur dicit actionem & ſubſtantiam eandem eſſe, ſi quid daret ipſi quod multi homines poſſunt intelligere motum eſſe immutabile & ſine tempore exiſtimo non refutaret actionem mentis appellare motū. Sed ſic ſentire de his qui fuerunt ſtudijs philoſophiæ coniuncti placuit gratumque fuit ſentire. Sed quidam corrigunt Ariſto. abijcientem ortum & interitum à motibus, ex eo quia quod moueť in loco eſt, ſed qđ non eſt ex quo fit ortus & in quod interitus recidit, non eſt in loco aſſerentes male quod ipſe quod non eſt ex quo fit ortus accipiat materiam, & ob id ipſe fatetur illam eſſe in loco. Neq; enim circa primam materiam, neque circa ſimpliciter corpus eſt ortus. Neq; enim corpus fit quatenus corpus, ut ipſe demōſtrauit in libro de coelo, ſed quod fit etiam interit tale corpus eſt, & hoc omne occupat locum. Falſa ergo inquiunt eſt propoſitio quæ dicit quod non eſt ex quo ortus eſt, non eſſe in loco. Sed reſpōderet exiſtimo ad hæc, quod neque primam materiam, neque ſimpliciter corpus dicēs eſſe id quod non eſt ex quo fit ortus dixit ipſum non in loco eſſe, ſed illud quod eſt potentia quatenus potentia. Vt enim quod eſt non eſt ſecūdum actum id cuius ſubſtantia conſiſtit in potentia, ſic neque quod eſt in loco ſecūdum actum. Eſſet enim alicubi inquit. Si enim in loco eſſet ſecūdum actum, eſſet etiam actu. Si uero & quod ſimpliciter non eſt inquiunt acciperemus, cogeremur fateri q̄ ipſe dixerit ortum motum eē ob definitionem motus. Si enim quod ſimpliciter non eſt potentia eſt hoc quod fit, ſed uia eius quod eſt potentia in id quod eſt actu motus eſt, ut ipſe diffinit erit etiam motus uia ex eo quod ſimpliciter non eſt ad id quod eſt actu quod erat illud potentia quod eſt. Si ergo hic eſt ortus patet quod accidit. Tale ergo argumētum ſecūdum hunc contextum eſt ſecundum quod, ut opinor, poteſt magis abſolui q̄ primum. Nam aſſignata definitio motus in tertio libro erat ipſius mutationis. Et hactenus uſus eſt nomine motus indifferēter pro mutatione accipiens id quod eſt potentia indeterminatum. Nunc autem diuidēs ipm̄ in id quod ſimpliciter non eſt, & in id quod eſt aliquod non ens ſecūdum eādem diuiſionem motum ſeiungit ab ortu & interitu. Cæterum quādo dicit nō omnem motum eſſe mutationem, ſi quidem mens moueatur motu immutabili & ſine tempore, ex hypotheſi ꝓcedēdo euertit cōmotam & agitatā hypotheſim. Ariſtoteles enim ut dictū eſt ſecundum opiniones multorum omnem motum mutationem & temporaneū affirmans non cenſuit actionem intelligentiæ & mentis appellandam eſſe motum, ne mutationem illico & tempus intelligens quis idem in illa eſſe exiſtimet. Sed Plato quāquā diceret mentē moueri & animam ac naturalia corpora, tamen ſecūdum aliam & aliam ſignificationem unicuique horum motum aſſignat, quia & aliquo modo mentem moueri qui dicit, etiam animum ſeipſo mobilem ſecundū ſubſtantiam dicit. Si enim omne quod moueť, uel à ſeipſo uel ab alio mouetur. Hoc enim etiam Plato ante Ariſtotelē cenſuit,

& prius eſt à ſeipſo motum quàm illud quod ab alio mouetur, mens erit ſecũdum ipſum ante animam per ſe mobilis. Verum motum in mente ſecũdum primum exitum ab eo quod uere eſt ad actum conſiderauit, ſed per ſe mobile ineſt animæ ſecũdũ ſuam diſtinctionem in ſeipſa & duplicitatem quæ in ipſamet eſt, qua per ſe genitus ſubſiſtit. Nam per ſe animal & per ſe ſubſiſtens exiſtimo etiam menti cõuenire, ſed naturalem motum ſecũdum mutationem prioris & poſterioris ſecũdum tempus & ipſe conſiderauit ut Ariſtoteles. Niſi quia Plato omnes naturales mutationes cenſuit appellandas eſſe motus, quam opinionem etiam Ariſtoteles ſecutus eſt in prædicamentis & in hac tractatione hactenus. Proinde diffinitionem mutationis uelut motus in tertio aſſignauit. Sed cum inueniat dictam differentiam in ipſis mutationibus ſecundum hanc diſtinguit motum ab ortu atque interitu. Quòd ſi uidetur ob eos qui moleſte differentiam motus & mutationis quãquam longior fiat oratio, tentemus aliquid apertius de ipſis dicere. Rerum quoniam aliæ ſunt ſubſtantiæ aliæ uero accidẽtia, patet etiam mutationum alias eſſe ad ſubſtantias, alias uero ad accidens. Et id quod potẽtia eſt, uel non eſt ex quo eſt mutatio, aliud eſt potentia ad ſubſtãtiam, aliud ad accidens. Cõmuniter tamen quatenus ex eo quod non eſt ad id quod eſt talis mutatio eſt ortus. Prius enim eſt id quod non eſt, & poſterius eſt quod eſt cum ſit ob motum, ſed mutatio ad ſubſtantiã ſimpliciter ortus eſt, uelut homo ex nõ homine quia quod proprie eſt ſubſtantia eſt, & alia eſt ad accidẽs ut ex albo in non album quidam ortus. quia etiam aliquod quod eſt ſit accidens non per ſe exiſtens, ſed ſubſtantiæ omnino adueniens. Attamen uterque ortus eſt quatenus, aliquid ex eo quod non eſt ad id quod eſt mutatur & ſecundum contradictionem quod peculiare eſt ortui atque interitui. Sed quia rurſus eorum quæ ſunt poteſtate in quibus eſt mutatio aliud quod aptum eſt ad accidens ſubſtantia eſt permanens eadem ſecũdum ſubiectum per ſe perfecta & operans & non complens aliam ſubſtantiam cum accidente, ut homo ex nigro in album mutatur. Vel ex minore in maius, uel ex imo ad supernũ, quãdo etiam cõtrarium illi omnino habeat ad quod ſubiecta ſubſtantia mutatur. Vel enim quod prius erat nigrum in album mutatur uel aliquid habens quicquã coloris intermedij ſic in albũ mutatur. Et in alijs eodem mõ. Sed illud quod eſt potentia ad ſubſtãtiam, ut non aer ex quo in aerẽ conuertitur, & corpus expers qualitatis complementum eſt utriuſque ſubſtantiæ, neque cõtrarium eſt ei in quod mutatur, ſed eſt in potentia ad ſubſtantiam. Non eſt enim aliquid ſubſtantiæ cõtrarium, quia ambæ illæ ſubſtantiæ quæ eſſent contrariæ requirerent aliam quæ ſeparatim et ſucceſſione quadã recipiat contraria. Et ſi cõmune ambabus mutationibus, hoc ſcilicet ex eo quod non eſt ad id quod eſt mutari & ex potentia ad actum, tamẽ quædam differentia eſt quæ digna eſt ut in his uideatur. Equidem quatenus alia alicuius ſubiecti eſt perfecti & permanentis & ex accidẽte ei & non complente ſubſtantiam ſui contrarij in contrariũ mutati, alia autem eſt ex non tali, ſed ex eo quod eſt potentia imperfectum tanquã ad id quod eſt, & ex eo quod ſic non eſt ad id quod eſt, & à priuatione in formam non exiſtente ſimul forma contraria priuationi cum eo ad quod mutatur, ut in accidentibus. Non enim eadem eſt permanens ſubſtantia, ſed priuatio & id quod eſt potentia materiæ & ipſa materia. Nam & ſi corpus qualitatis expers permaneret, tamen & hoc materiatũ eſt & non aptum ad actionem donec participauerit qualitatibus. Et id quod potentia eſt, & id quod nõ eſt ſic eſt ad formã compoſitam, ut etiam prima materia. Etenim ex hoc uelut ex illa eſt compoſitum. Non enim ſic ſe habet hoc ad qualitates, quas ſubſtantiales uocant, uelut ſe habet homo ad album, quod multa quædam differentia harum mutationum uideatur ex dictis patet. Sed cum dicat ortum eſſe ſecũdum contradictionẽ & motũ ex contrario conſideratione dignũ eſt. Etenim egreſſus emanatioque cum ſit ſecũdum contradictionem ab eo quod non eſt ad id quod eſt uel econtra uidetur motus & quæ eſt in contrarium quod prius nõ eſt, & poſtea eſt ortus dicitur. Secundum quas ſignificationes igitur nomina una cum rebus diuidit. Niſi quia motus cum ſit actiuus uidetur eſſe quædam mutatio. Mouetur igitur non quippiã aliud quàm id quod poteſt agere. quod uero agit eſt id quod eſt actu & actus forma perfecta, quare & ſi haberet aliquod imperfectum & id quod potentia eſt hoc erit, quatenus mutatur, ſed quatenus agit & actus. Attamen ortus cum ſit mutatio in ipſum quod eſt, & in ipſam ſubſtantiam omnino imperfecti & non ſubſtantiæ eſt, quod quidem magis ſecundum id quod eſt potentia, et non ſecundũ id quod eſt actu conſideratur, ob id ergo motus ex contrario uel medio in contrarium eſt quod eſt dictu ex ſubiecto in ſubiectum, quia contrarijs ſubijcitur ſubſtantia. Sed quoniam ſubſtantiæ eſt mutatio et actus alicuius quod eſt, ut hominis motus eſt & non ortus. Non enim fit homo ſi niger fieret aut ambularet, quia non eſt aliqua ſubſtantia quæ nigra ſit aut homo ſuapte natura ambulans, ſed eſt ſubſtantia & accñs ob id talis mutatio uelut actus motus dicitur. Sed id quod ẽ imperfectũ & potentia & nõdum quod eſt, ſi etiam patiatur mutationem in id quod eſt, ſed ſic patitur uelut id quod eſt & ſubſtantia fit, ſed non uelut actu exiſtens homo ſubſtãtia ex nigro in album mutatur. Non enim in formam neque in ſubſtantiam talis mutatio eſt ideo non ortus, ſed etiam perfecti. Ideo actus & motus eſt. Idcirco Ariſto. proponit quod non eſt non moueri. Nõ enim agit. Quod enim agit hoc eſſe omnino oportet, & quia ſimul deſtruitur id quod eſt cum ipſo agere, quare etiam ſimul infertur. Et tamen quia illud quod eſt nominamus, ut etiam Plato teſtatur, quod poteſt agere, & pati. Et quod non eſt, ſiquidẽ procedit id in quod eſt & in ſubſtantiam dicetur fieri & moueri minime. Signum autem imperfectionis eius Ariſto. aſſumpſit hoc ſcilicet nõ eſſe in loco. Quod enim iam perfectum eſt & agere poteſt eſt naturale & quando fuerit proprijs qualitatibus perfectum erit aut leue aut habebit pondus, & prorſus uel ſurſum erit, uel deorſum. Etenim ipſe omne quod eſt in loco uel leue uel pondus habẽs inquit. Imperfectum autem eſt & quod non eſt ſiue materiã aliquis dicat, ſiue corpus qualitatis expers, cum eo quod eſt potentia uel priuatione, quando quidem non habeãt leuitatem nec pondus non ſunt in loco, ſed ſi motus eſt affectio eius quod mouetur & tamen dicitur actus, cur non etiam ortus cum ſit affectio eius quod fit, diceretur etiam ipſa actus & ob id motus. Vel neque diceretur affectio quæ omnino eſt ortus, quia affectio eſt aliqua diſpoſitio eius quod eſt per ſe. Proinde dicit in ſequentibus de qualitate ſcribens. Dico autem quale non id in ſubſtantia. Etenim differentia eſt quale, ſed patibile qua dicitur aliquid pati uel impatibile. Vt enim quod non eſt moueri nequit, ſic etiam pati. Si autem aliquis etiam cogeret ortum eẽ affectionem quãdã, alia eſſet ipſius affectionis ſignificatio quæ quidem non in idẽ ueniret cum motu. Item ſi quis & hic uideret differentiam motus contra ortum & interitum, aliquid quod mouetur cum ſit aliquid ſic diceremus moueri. Homo enim ambulat & albus fit manens homo. Sed quod fit quando idem totum quod per ſe mutationẽ habere debet, non permanet. Signum autem huius manifeſtum eſt. Motum enim illud dicimus quod paulopoſt erit motum & quod mouebatur ante id quod mouetur erat, tanquam idem permaneat ſecundum ambo, ſed in ipſo ortu aliter ſe habet hoc. Non enim quod fit hoc eſt iam factum. Nam quod fit aqua eſt aer non tamẽ iam factus aer erat aqua, neque omnino eſt. Quod enim ſæpe dixit ſecundum ipſum totum & non ſecundum aliquid mutatur, ideo in ortu non eſt ſubiectũ. Sed diceret aliquis cur in ipſa mutatione ab aere in aquam nõ mutando aer qualitatem calorem ſcilicet in frigidum, manente humiditate fiebat aqua & corpore ſine qualitate permanente, & alijs forſitan multis? Vel ſi abijciens calidam qualitatem & aſſumens frigidam aer, manſit tamen aer ipſe, qui interdum humidum interdũ calidus fit, ut in æſtate & hieme patitur, ubi neque erat mutatio in ſubſtantia, neque ortus, ſed alteratio. Quod ſi abiecta caliditas erat ſubſtantialis, non amplius permanſit aer abijciens. quare neque permanet ſubſtantia, neque forma. Sed

rurſus imperfectum & quod eſt potentia et qđ non eſt ex quo eſt ortus reuertitur. Sed neque humidum aeris permanere exiſtimo in ipſa mutatione in aquam niſi ſecundum cognationẽ, quia humidum eſt aliud formæ aeris & aliud formæ aquæ. Indicium autem eſt huius eſt, quia in ortu non permanet aliqua ſubſtantia. Sed in motu. Item ortus atque interitus ſecundum contradictionem eius quod eſt & eius quod non eſt, fit, ſed motus ex contrario in contrarium quibus neceſſe eſt ut ſubijciatur ſubſtantia permanens quæ ſit apta recipere ſeorſum contraria, uel intermedia, uel oppoſitam accidenti priuationem, uelut immuſicum, ægrum, nudum, quæ quia inſunt ſubſtantijs ſimul permanentibus & affirmatiue dicuntur & aliquo modo in ſpeciem rediguntur. Sed ſubſtantiæ priuatio reuera eſt quod non eſt. Sed aliter ſecundum proprias poſitiones. Ariſtotelis hic aliquis exiſtimo noſcet differentiam ortus & motus. Nam omnem mutationem inquit omnino habere aliud poſt aliud, ſed ſpectans quandam ſubitariam & ex tempore & non in duratione conſiſtentem appellaret ortum, quia ex eo quod non eſt in id quod eſt. Etiam interitum quia ex eo qđ eſt in id qđ non eſt. Sed motus aliter eſt, quia oīs motus eſt in tẽpore & duratione, ſed forma, inquit, aduenit atque recedit ſubito. Et ſi uideatur aliqđ tẽpus in ortu cõſumi, id tñ nõ eſt menſura ortus, ſed motus earũ formarũ & alteratorum quæ ſunt in ortu, quorum multiplici uerſione & alteratione ſubito aduenit forma. Ideo motus eſt dum fit, & eſt ortus ipſius motus terminus, quia quod ſemper eſt durationis ſecundum motum eſt, ſed ortus non eſt ortus ut ipſe demonſtrat. neque motus eſt motus. Atqui ſi etiam ortus haberet durationem, ut motus & ſemper aliud atque aliud eius ad id quod eſt accederet, eſſet dum fieret, & eſſet ortus ortus, ſed ſi cõmune nomen mutationis exponendo. Nam inquit poſt aliud aliquid fit & ipſum prius indicat & poſterius, quomodo non uidebitur omnis mutatio prius & poſterius habere atque temporis durationem, quare & ortus, uel eſt in priore tempore id ex quo ortus fit quaſi ſperma, & eſt in poſteriore tempore id in quod uelut homo, & eſt etiam tempus intermedium, ſed non formæ hoc tempus eſt, quia nondum eſt, ſi quidem ſubito aduenit, ſed eorum ante formam & quæ pro diſpoſitione formæ ſuſcipiendæ & conſeruandæ ponuntur, quibus forma uiget. Et horum unumquodque ſi uelut quod fit conſideraueris, uelut carnem, oſſa, neruum, & horum ortum ſimul ſubitarium que dices, ſi uero non uelut aliquam aliam formam accipiendo, ſed uelut ſecundum patibiles qualitates calefactum alteratio erit hoc & non ortus.

Si igitur prędicamenta diuiſa ſunt ſubſtantia, & qualitate, & ubi, & quando, & ad aliquid, & quantitate, & ipſo agere, & pati.

Com. 10. Cum diuiſerit mutationem in ortum atque interitum, & in motum & oſtenderit mutationem ſecundum ſubſtãtiam eſſe ortum atque interitum, & eã quæ eſt ſecundum accidentia motum eſſe, & diuiſerit adhuc ortum atque interitum in eum qui eſt ſimpliciter & in eum qui eſt aliquis, uelut deinde etiam motum diuidere faciens diuiſionem eius ſecundum prædicamenta. Nam in quot prædicamentis demonſtratum erit motum eſſe, totidem etiam erunt motus ſpecies. Sed quia motus erat mutatio quædam ex ſubiecto in ſubiectum & ex contrario in contrarium, exponendo ſeptem prædicamenta, in quibus uidebatur eſſe motus, ſubſtantiam qualitatem, ubi, ad aliquid, quantum, facere & pati, & oſtenderit in quatuor horũ non eſſe motum, reliquit ipſum in tribus collocandum eſſe, uidelicet in quali, quanto, & ubi ideo & tres omnes motus ſecundum genus. Sed in enumeratione prædicamentorum prætermiſit ipſum quando, poni, & habere, tanquam in his perſpicuo non ſint motus ut inquit Alexander quia non eſt in ipſis contrarietas. Neque enim in ipſo poni, neque in ipſo habere neque in tempore eſt. Sed motus ex contrario in contrarium eſt. Sed poni & habere uidentur potius aſſimilari quieti quàm motui: Sed quoniam in tempore uidetur eſſe quædam contrarietas præteriti ad futurum & iunioris ad ſeniorem. ideo Alexander dat operam diligenter quo pluribus oſtendat motum non eſſe in tempore. Omnis enim motus, inquit, cum tempore eſt, & in tempore. non tamen in tempus aliquid mouetur. Vt enim in motum nihil mouetur, ſic neque in tempus. Motus enim eſt aliquod tempus. Si enim aliquid in tempus mouetur, uel non habens tempus, ut habeat moueretur, uel habens ad aliud ex alio, ſed ſi quia non habet tempus mouetur ad tempus, profecto antequam eſſet in tempus eſſet in tempore. Si enim ut obtineat tempus, mouetur. Et omnem motum ſequitur tempus, erit ergo iam in tempore, quatenus etiam in motu. Item ortus, ſed non motus ex non ſubiecto in ſubiectum eſt, ſed neque ex alio inquit tempore in aliud tempus mouebitur. Erit ergo aliquod tempus intermedium inter illud ex quo & illud ad qđ & hoc ſequitur motum, quare quod nondum eſt in alio tempore, ſiquidem ad illud moueatur, erit in alio quod eſt ipſius motus. Item motus eſt ex contrario in contrarium. Sed tempus non eſt tempori contrarium. Et cõmuniter ſi omnis mutatio uel ex contrario, uel ex contradictione eſt, ſed ea quę mouentur ad tempus, ſic mouerentur. Sed non poteſt moueri ſecundum contradictionem, quia demonſtrauimus quòd ex nõ tempore in tempus aliquid non poteſt moueri. Nam eſſet in tempore antequam eſſet in tempore, ſed neque ex contrarijs, quia in tempore non eſt contrarietas. Præterea inquit qđ in tempus mouetur, in mẽſuram motus mouetur. Sed ubi eſt, menſura etiam eſt id quod menſuratur, quare ſimul etiam in motum mouetur. Sed oſtendet Ariſtoteles, quòd motus nõ eſt ad motum, quia neque motus eſt motus. Item aiunt motus eſt ex ſubiecto in ſubiectum, ſed tempus eſt dum fit, & nõ ſubiectum. Vel ſi ſubiectum eſſet inquit, uelut affirmatione ſignificatum, erat etiam tempus & non fiebat. Sed quidam etiam hoc adducunt ut oſtendunt motũ non eſſe ſecundũ tempus quia ſecundum quot poteſt moueri ſecundum, tot etiam quieſcere. Etenim ſecundum quale & quantum & locum & moueri etiam quieſcere poteſt. Si ergo ſecundum tempus nõ poteſt quieſcere, quia ſemper adueniens tempus alterum eſt neque moueri poteſt ſecundum tempus. Item euariatur tempus nihilominus etiam quieſcens uelut ipſe ſuperioribus demonſtrauit. Quòd uero in tempore non ſit contrarietas, ſic exiſtimo aliquis demonſtraret. Contraria apta ſunt inter ſe uiciſſim mutari, ſed non unum ſolum in alterum, ſed in tempore uel in his quæ ſunt in tempore quæ uidentur contraria præteritum & futurum & iunius & ſenius, præteritum in futurum mutatur, & futurum in præteritum nunquam, & iunius in id quod magis ſeneſcit, quare hæc non ſunt contraria. Quòd ſi non ſint, neque aliam eſt inuenire contrarietatem ſecundum tempus, proinde in his ſciendum eſt, quod & ſi non proprie cõtrarietas eſt in tempore, tamen quædam oppoſitio eſt & mutatio ex præterito in futurum & ex ſubiecto in ſubiectum ſecundum oppoſitionem. Eodem quoque modo & mutatio ex iuniore in ſenius. Subſtantia enim eſt permanens uel animalis uel plantę uel totius corporis uel incorporei quæ ſecundum tempus mutatur, ut ſecundum qualitatem, quantitatem, locũ. Vnde patet quòd id quod mouetur ſecundum tempus non ex non tempore ad tempus ſcilicet, non quia nunc habet tempus & prius nõ habebat, ſed ex alio in aliud, ſic tamẽ uelut in qualitate & quantitate. Vt enim quod mouetur ex nigro in album per colorem mouetur, licet non definitum, & ex magnitudine puerili in uirilem per magnitudinem procedit, ſed indefinite, & nihil abſurdum quod nondum eſt in colore ad quod mouetur, eſſe tamen in alio colore, & quod nondum eſt in magnitudine ad quã mouetur, eſſe tamẽ in alia magnitudine, et qđ nondum eſt in loco ad quem fertur in alio loco eſſe eo ſcilicet, per quem fertur: ſic etiam ex tempore aliquo in aliud motũ cum nondum ſit in illo ad quod mouetur, erit tamen in alio tẽpore motus. Et nihil exiſtimo eſſe hoc abſurdũ quod adduxit Alexander. Item dicẽdum eſt ad id quo dicebat non quieſce-

re In tempore eſſe, quia ut unumquodque dicitur eſſe in tempore ſecundum quandam comprehenſionem temporis conſiderari, uelut horę, & menſis, & anni, ſic etiam quieſcere ſecundum tempus & moueri in alio atque alio poteſt. Cęterum poſitio etiam contrarietatem habere uidetur, ut ab ipſa denominatiuum ſit hoc poni. Stare enim ipſi ſedere aduerſatur & ſupino ipſum erectum. Item in ipſo habere uidetur ipſe poſuiſſe contrarietatem. Etenim priuatio inquit ponatur contrarium & ſignificetur affirmatione nudum. Sed nudum priuatio eſt ipſius indui & habere palium. Niſi ergo hæc tria prędicamenta. Quando, Poni, & Habere hic prętermiſerit ob eãdem cauſam ob quam in prędicamentis doctrinam ipſorum prętermiſit ſola deſcriptione contentus ipſius ſignificationis. Sed cauſa eſt, quia non ſunt ꝓpriæ prædicamenta ut alia. Subſtantia enim ſubiectum facit ſubſiſtere, & eſſe atq; exiſtere, ideo mutatio ſecundum ipſam eſt interitus & ortus. Sed aliorum alia aliquo modo afficiunt ſubiectam ſubſtantiã, & alia ſunt habitudines quędam & debiles. Etenim tempus & imbecille aliquo modo uidetur dicere Ariſto. quod minime ortus cauſam dicere uidetur, ſed ſolum interitus & neque huius proprie, ſed quando inquit non uidemus, aliam cauſam, tamen ad hoc multam uim loci uidet, ſiquidem in ipſe inquit, ortus ignis eſt lato ſurſum. ideo, & ſuapte natura appetunt corpora naturalia propria loca, ſed ponere & habere nullam dignam ſermone affectionem ingerere corporibus uidentur, hęc igitur quia parum momentum habent nunc forte & tunc Ariſtoteles prętermiſit. Verumtamen quia ad aliquid complectitur omnem habitudinem merito de illo nunc faciendam eſſe mentionem cenſuit. Sed hoc quidem eſt dignum magna quęſtione qua de cauſa Ariſtoteles hęc tria prætermiſit enumerando prędicamenta. Sed illud eſt maxime dignum inquiſitione in quibus prędicamentis ſit motus, & ante hęc quærendum eſt ſi Ariſtoteles negat in alijs prædicamentis eſſe motum præterquã in tribus, uel etiam mutationem. Sequentes igitur Ariſtotelis dicta hæc quærenda eſſe duximus.

Tex. 14. **Neceſſe eſt tres eſſe motus, eum qui quantitatis, & eum qui qualitatis, & eum qui ſecundum locum eſt. Secundum ſubſtantiam autem non eſt motus, propterea quod nullum eſt entium ſubſtantiæ contrarium,**

Com. 13. Cum expoſuiſſet ea prędicamenta quę eſſent digna mentione dicit motum collocandum eſſe in tribus prędicamentis in qualitate, quantitate & ubi. Et primum oſtendit in alijs prædicamentis non eſſe motum neque in ſubſtantia, neque in ipſo ad aliquid neque in ipſis agere & pati, & deinde quod in ipſis tribus dictis motus ſit. Et quod in ſubſtantia non ſit motus oſtendit ex eo quod motus eſt ex contrario in contrarium. Sed nihil eſt ſubſtantię contrarium. Si enim eſſet contrarium eidem mutatio in ſubſtantiã ex contrario fieret. In quibus enim ſunt contraria mutationes in eiſdem collocantur, igitur in ſubſtantiam mutatio non fit, ex contraria ſubſtantia, ſed ex priuatione fit, & mutatio rurſus ex ſubſtantia in ſubſtantiam non fit, ſed in priuationem & interitum. Non enim eſt homini aliquid contrarium ut albo. Si ergo motus eſt inter contraria, & ſubſtantia non eſt inter contraria, igitur in ſubſtantia non eſt motus. Non enim ex ſubiecto in ſubiectum, neq; ex eo quod eſt aliquid actu & permanente fit mutatio in ſubſtantiã, ſed ſecundum contradictionem. Nam ex non hoc fit hoc & ſubſtãtia, ut demonſtrauit primo huius tractationis libro cum dixerit ex priuatione fieri ſubſtantiam. Et communiter ibi dixit priuationem contrariam eſſe formæ. Si ergo priuatio eſt quædã abſentia & quod non eſt, & ipſum quod non eſt & non ſubſtantia neque affirmatione ſignificatur, patet quod non ex contraria ſubſtãtia fit ſubſtantia. Quod ſi quis ſemen genitale ex quo homo fit uidendo eſſe ſubſtãtiam contenderet mutationem ex ſubſtantia in ſubſtãtiã fieri & ob id exiſtimet motum eſſe in ſubſtantia ponendum, non intelligit quod homo ſit ex ſpermate non quatenus ſperma eſt ſubſtantia, ſed quatenus eſt potentia homo. Quod eſt idem dictu ex priuatione hominis & ex eo quod non eſt. Si ergo dicit motum eſſe talem mutationem, quid erit id quod moueť in ipſa quod actu ſit & permaneat. Neque enim homo, quia nondum eſt, quia fit, neque ſperma, quia non ſeruatur, ſed eſt materia quæ eſt ſubiectum ſpermatis potentia exiſtens, ſed non actu. Quod autem non eſt actu ens non poteſt moueri. Si uero motus eſt ex contrario in contrarium, & ſperma non eſt contrarium ei quod fit, igitur mutatio ex ſpermate non erit motus. Sed quæret aliquis quomodo ſubſtantiæ inter ſe non ſint contrariæ ut ignis & aqua, ut ſit ſubſtantia ſubſtantiæ contraria. Si autem hoc quomodo mutatio ignis & aquæ inter ſe cum ſit ex contrario in contrarium non eſt motus, quare & ſubſtantia habet motum. Vel dicendum quod in aqua & in igne ſunt contrariæ qualitates frigidum calido, & humidum ſicco in quibus non eſt ſolum ignis natura, ſed etiam in leuitate & claritate, quibus uideretur magis terra eſſe contraria. Sed ignis forma in omnibus qualitatibus eſt & in ſubſtantia quę ſubijcitur qualitatibus, quare igni ſimpliciter nihil eſt contrariũ, & ſi qualitates ignis & aquæ inter ſe ſint contrariæ. Et ſi aliquis concederet ignem & aquam eſſe contraria, mutatio tamen ipſorum inter ſe non erit motus. Quid eſt id quod mouetur quando aqua in ignem mutaretur. Neq; enim aqua eſt, quia interit, neq; ignis, quia nondum eſt, quod uero eſt poſt motum poſt ipſum motum, hoc etiam erat & id quod mouetur. Sed ſciendum eſt ꝙ ex his dictis motum negat in alijs prędicamẽtis, ſed non mutationem. Nam in ſubſtantia mutatio eſt ortus & interitus.

Neq; ei quod ad aliquid. Contingit enim, altero mutationem patiente, uere dici alterum nihil mutationis ſubire. quare, ſecundum accidens motus horum eſt.

Deinceps oſtendit neque motum eſſe in ipſo prædicamento ad aliquid per ſe. Non enim ſecundum propriã mutationem quæ ſunt ad aliquid ſemper accidunt, ſed etiam nihil habent quod unum ſit poſt aliud ſi mouentur, quare non ſecundum motum proprium eſt mutatio ad aliquid, ſed ea quę moueantur per ſe, augentur, & feruntur, ſed prius dextrum fit ſiniſtrum altero moto, & ipſum nihil mutatur. Item maius & minus, duplum, dimidium, & ut eadem oratio aliquando uera & aliquando falſa re mutata. Si ergo mutatur aliquid ſecũdum aliquid non motum, non eſt mutatio ad aliquid motus, niſi ſecundum accidens. Illud enim per ſe mutatur non hoc cui accidit dextrum eſſe, & ſic hoc fit ex dextro ſiniſtrum. Et hæc per ſe mota & per proprium motum mutant aliquam habitudinem ad aliquid, uel ſecundum locum mota hoc faciunt, ut ex dextro cum factus ſit ſiniſter, uel ſecundum qualitatem, ut ex diſſimili ſimile, uel ſecundum quantitatem, ut æquale, ex inæquali factum, quare habitudinis uariatio fit ſecundum motum illorum. Hæc Alexander pulchre de his quæ ſunt ad aliquid aperiens ea quæ dicit Ariſtoteles ſcripſit. Sed aliquis forte inſtaret. Primum ſi motum, negat eſſe in eo quod ad aliquid eſt prædicamentum negat etiam mutationem, ut uidetur dicere, {Contingit enim altero mutationem patiente ue- »
re dici alterum nihil mutationis, ſubire.} Niſi ergo aliquis di- »
cat quod nomine mutationis pro motu nunc uſus ſit. Indicat »
autem deinceps mutationem in motum transferendo, quare per accidens eſt motus ipſorum. Nam alio per ſe moto, uel ſecundum locum, uel ſecundum qualitatem, uel ſecundum quãtitatem, uidetur ipſum ad aliquid mutari. Sed mutatio ſecundum hæc eſt motus. Secundo cur prædicamentum ad aliquid nullum ſubiectum proprium habens, ſed ſolum habitudo eſt exiſtens in ſubſtantia in qualitate, quantitate & alijs prædicamentis & in utriſque aſſeuerat habitudinem eorum quæ mutuo ſeſe reſpiciunt altero moto facit omnino ut alterum mo-

Com. 14.

ueatur non per accidens, ſed per ſe, propterea quòd manet habitudo in ambobus hæc mo uetur, ut uno termino uirgæ moto & alterum moueatur, ſic etiam prius dextro moto ſecundũ locum mouetur & habitudo, & mutatur utrunque ſecundum habitudinem aliud prius dextrum in ſiniſtrum & ſiniſtrum in dextrum. Et ſi enim immobile permaneat ſecũdum locum id quod primo eſt ſiniſtrum, tamen habitudo ſecundũ quam erat ſiniſtrum mota eſt, & poſitionem mutauit. Sed inſtare oportet non de habente habitudinem, ſed de ipſa habitudine ſiue per ſe ſiue per accidens ipſam moueri dicendum ſit. Nam quod habitudine per ſe mota & ea quæ habent habitudinem, habeant etiam motum per ſe ſecundum illam habitudinem perſpicuum eſt. Et habet aliquam differentiam quod interdum altero moto interdum altero mutari dicitur eiuſdẽ habitudo, ſed primo et amborũ quæ mouentur habitudo mutatur, uelut habitudo æqualitatis in eam dupli & dimidij mutatur, quando tribus & tribus demeretur unum uni ternario. & alteri adderetur. Et in his & in quibus altero mutato mutatur habitudo, cum una ſit habitudo amborum & hęc mota ſit ſiue in ambobus, ſiue in uno quomodo non per ſe ambo mouentur cum ſint mota ſecundum unam habitudinem. Et ſi prius exiſtens omnino habitudo fieret poſterius ſecundũ ſubſtantiam exiſtentis mutationis, uelut quando puer exiſtens fieret poſtea pater, & alter filius ſimpliciter eſſet ortus habitudinis. Item alio corrupto uel ambobus ſimpliciter corruptio eſſet habitudinis. Sed ſi ſecundum aliquod aliud prædicamentum fieret habitudo non prius exiſtens, quidam ortus eſt, & rurſus quidam interitus. Si uero ſubiecta mutantur ſecũdum habitudinẽ ex alia in alia mutata, ut à dextro in ſiniſtrum, uel ab ipſo diſſimili in ſimile, uel ab inæquali in ipſum æquale mutata & ab ipſo contrario in contrarium manente ſubiecto talis motus uidetur eſſe ſecundum habitudinem & ad aliquid. Et omnino ſi eſt contrarietas in ipſo prędicamento ad aliquid uelut in prædicamentis audiuimus eum dicentem. Ineſt autem & contrarietas etiam in his ad aliquid ut uirtus & uitium ſunt contraria, & ſcientia & ignorantia. Et eſt quædam ſubſtãtia quæ ſubijcitur ipſis ad aliquid & permanens in mutatione ex contrario in contrarium, ut in his exemplis anima eſt, cur non motum dicimus talem mutationem. Etenim ex ſubiecto in ſubiectum eſt id quod ex dextro in ſiniſtrũ mutatur. Nam ex corpore in corpus, & ex ſcientia in ignorantiam mutatur. Ex anima enim in animam, & ſubiecta ſunt contraria. Anima equidem ſciens aduerſatur ignoranti. Hæc igitur forte quis cõtra rationem obijceret. Niſi forte fiant ea quæ ſunt ad aliquid & moueantur, ſed non per ſe, ſed per accidens, quod quidem & ipſe conceſſit dicens, quare per accidens eſt motus ipſorũ. Si enim non ſunt prorſus per ſe ea quæ ſunt ad aliquid, ſed alijs adueniunt conſiderata in habitudine eorum quæ mutuo ſeſe reſpiciunt, igitur fiunt ſecundum accidens & iidem mouentur. Qui enim habitudinem per ſe moueri aut fieri dicit, is uidetur dicere perinde ac diceret ipſum per ſe eſſe per accidens. Cum ergo Ariſtoteles miſſo motu per accidens & mutatione quia ſunt indeterminata quando dixit { Mutatio ſecũdum accidens dimittatur, in omnibus enim eſt & ſemper & omnium, } & illa quæ eſt per ſe, quæſita, merito dixit ipſam non eſſe in his quæ ſunt ad aliquid & ſi fieret & interiret habitudo ſecundum ea quæ ſunt ad aliquid. Sed ut ipſe in ſeptimo libro determinauit, fiunt & intereunt tales habitudines quorundam alteratorum, in quibus primis ſunt. Sed hoc eſt per accidens.

Neque etiam agentis & patientis, neq; omnis mouentis & eius qui mouetur. quia nõ eſt ipſius motus, motus, nec generationis generatio, neq; Tex. 11. omnino mutatio mutationis. Primum enim dupliciter contingit motus eſſe motum, aut ut ſubiecti, vt homo mouetur, quia ex albo in nigrum mutatur. An ne ſic & ipſe motus, aut calefit, aut frigefit, aut locum mutat. aut augetur, aut diminuitur? hoc autem, impoſſibile eſt. Non Tex. 12. enim ſubiectorum aliquid, eſt mutatio. Aut ex eo, quia aliquod aliud ſubiectum, ex mutatione mutatur in alteram ſpeciem. vt homo, ex ægritudine in ſanitatem. Sed neque hoc, poſſibile eſt, niſi ſecundum accidens. hic enim motus, ex alia ſpecie in aliam mutatio eſt. & generatio etiam atque corruptio, ſimiliter. verum hæ quidem in oppoſita ſic, motus autem non ſimiliter. Simul igitur mutatur ex ſanitate in ægritudinem, & ex hac ipſa mutatione, in aliam. Manifeſtum autem quod cum æger fuerit, mutatus erit in quamlibet. contingit enim, quieſcere. Et amplius, non ad quamuis ſemper. & illa, ex quodam in quoddam alterum erit. Quare & oppoſita erit ſanatio, ſed ex eo quia accidit. vt ſi ex recordatione in obliuionem mutaretur: quoniam cui ineſt, illud mutatur, aliquando quidem in ſcientiam, aliquando vero in ſanitatem.

Deinceps oſtendit quod motus non eſt ſecundum agere & Com. 13. pati, ubi transfert agere & pati in agens & patiens. Si enim eſt motus ſecundum agere & pati, ſic eſt uelut agentis & patientis quod mutatur ſecundum agere & pati, ut etiam ſecundum qualitatem eſt, quia corpus quare ſecundum qualitatem in ipſo mutatur. Erit quoq; mutatio agentis ſecundum agens quãdo quod agit ex ipſo agere in aliud quicquã mutaretur, & patientis quando id quod patitur ex ipſo pati mutaretur in aliud pati ex alio. Adiecit autem inquit Alexander, { Neque omnis mouentis & eius quod mouetur, } demonſtrans propoſitum uniuerſalius. Eſt enim facere ſub ipſo mouere & pati ſub ipſo moueri. Sed ſi hoc uerum eſt quod facere & pati ſint ſub ipſo mouere & moueri, & mouere & moueri ſub ipſo mutare & mutari, oĩno q̃rendũ eſt cur in p̃ntis facere et pati ordinauit in p̃ntis uelut uł ora, ſed nõ moueri et mouere, uel magis mutari & mutare. Niſi ergo uniuerſaliora his ſint agere & pati. Etenĩ quieſcere & in eodem permanere eſt aliquid facere, non tamẽ mouere neque mutare. Quòd ſi hoc uerum eſt, facere & pati non uelut uniuerſaliora reduxit ſub ipſo mouere & moueri, ſed tranſtulit hæc quoad hypotheſim. Qui enim dicit motum eſſe in agente & patiente ſic, ut ſit mouentis & eius quod mouetur. Si ergo aliquis hoc concederet ex abundantia oſtẽdit, quod neque cuius uis moti & mouentis eſt motus, ideſt quia non mouetur motus, neque ille ſecundum quem mouens mouet, neq; ille ſecundũ quem quod mouetur dicitur moueri, cũ etiam mouens ſecundum motum moueat, & quod mouetur ſecundum motum moueatur. Vnde patet quod in patiente & eo quod mouetur eſt motus ut ipſe demonſtrauit. Non dicit igitur quod patiens aliquid non moueatur in quo eſt motus, ſed quia non ſic hęc hñt motum ut motus in illis moueatur. Quod etiam manifeſtum his fecit, { non eſt motus motus. } Si enim non eſt motus motus, neque mouentis eſt motus neq; motus eius quod mouetur cieretur. Item neque agens & patiens ſi quidem motus eorum non mouentur. Dixit autem de patiente & agente non in ſubſtantijs. Nam hæc mouentur, ſed pro agere & pati quæ erant prædicamenta & pro actione & ipſa patibilitate accepit agens & patiens, quia agens ſecundum actionem agit, & patiens ſecundum patibilitatem patitur. Quod uero hoc non ſolum in motu uerum ſit, ſed etiam in ortu oppoſito motui & in mutatione quæ continet ambo indicauit dicẽdo. { Nec generationis generatio, neq; omnino

mutatio mutationis. } Cum ergo oſtendiſſet eum qui aſſerit motum eſſe in ipſo agere & pati dicere motum eſſe motus, ſi quidem agens ſecundum actionem moueat & patiens ſecundum patibilitatem, & actio & patibilitas ſint quidam motus, reliquũ oſtendit duobus argumentis quod non eſt motus motus, quare neque in ipſo agere & pati motus erit. Sed duorum argumẽtorum aliud primum eſt ex diuiſione neceſſaria ſumptum quod tale eſt. Si eſt motus motus uel motus eſt aliquod ſubiectum tanquam ſit id quod mouetur ſecundum aliquam ſpeciem motus, ut dicimus motum hominis mutari uel ſecundum quale, uel ſecundum quantum, uel ſecundum locum, ſi autem hoc, erit motus id quod calefit, uel augetur uel quadam alia mutatione mutatur ut ſit motus motus. Sed ſubiectum non eſt motus, neque enim dicitur calefieri neque frigere. Subſtantię enim hoc proprium eſt. Sed motus non eſt ſubſtãtia cum in ſubiecto inhęreat atq; in eo quod mouetur uelut in ſubiecto & ſubſtantia, ſi ergo ſic non eſt motus motus, reliquum eſt quòd ſi omnino ſit, ut ſic eẽ uideatur in ſubiecto ipſius exiſtentis motus ut ſubiectum de uno motu tranſmutetur ad alterum motum ut dicimus quod ex dealbatione mutatur in hoc ſcilicet nigrum fieri, quia ſubiectum aliquod ipſius uelut homo ex altero ipſorum in alterum mutatur. Sed inquit neq; ſic poteſt dici motus eſſe motus uelut alicuius alterius ſubiecti ex motu quodam in altero mutato. Sed quomodo per accidens ex motu poſſit in motum mutari ipſe dicet. Quando enim aliquis mutaretur ex obliuione in memoriam, tum uideretur ex motu in motum mutari. Nam quidam motus ſunt memoria atque obliuio, ſed ſecundum accidens motus uidetur eſſe motus, propterea quòd cui accidit obliuiſci hoc in memoriam redit. Similiter quoque ex ipſo ægrotare in ipſum recte ualere mutatur. ex morbo enim in ſanitatem ſic dixit uelut ex motu in motum. Sed illud { in alteram ſpeciem } pulchre additur, & cauſam ipſe ſubiunxit dicendo. { Hic enim motus ex alia ſpecie in aliam eſt mutatio, } & non ſolum motus, ſed etiam ortus atque interitus eodem modo ſe habet. Nam ex alia ſpecie in aliam & in his eſt mutatio. Omnis enim mutatio ex oppoſito in oppoſitum eſt, niſi quia ortus & interitus ſic ſunt in oppoſita, ut ſecundum contradictionem eſſe uideanť, ſed motus eſt in oppoſita uelut in contraria. Hoc enim apud ipſum ſignificat illud, { Verum hæ } ideſt ortus & interitus { in oppoſita ſic } ideſt ſecundum contradictionem. Et alia ſic ideſt motus in contraria. Demonſtrauit autem exemplo quod omnis mutatio ex alia in aliam ſpeciem fit, cum dicit, { Vt homo ex ægritudine in ſanitatem, } Vt enim in hoc motu differunt id à quo & id ad quod, ſic etiam ſi aliquid ex motu in motum moueretur motus à quo differret à motu ad quem. Nam ex ſegniore motu in celeriorẽ fit mutatio & forte eadem ex oppoſita ſpecie in oppoſitam. Et forte non ex motu in motum eſt. Nam unus eſt ad idem, ſit autem intenſio ex intermedio, & uelut ex ſtatione & quiete. Motus enim tardus miſcetur cum quiete, & ita ſe habet ad celerem ut fuſcus color ad albũ. Itaq; per accidens poteſt eſſe motus ipſius motus quando uidelicet ſubiectum ex altero in alterum mutaretur, ſed per ſe non poteſt. Et conſequens abſurdum induxit dicendo. { Simul igitur mutatur ex ſanitate in ægritudinem & ex hac ipſa mutatione in aliam } Si enim ex ſanitate in morbum mutatio quando fit motus diceretur moueri, quod mouetur ex ſanitate in morbum ſimul eodem motu moueretur et ex hoc in alium uelut in dealbationem ſiquidem motus mouetur, igitur ſimul in morbum erit mutatum & in illud quod eſt finis mutationis in quam mutatus eſt ex mutatione ſanitatis in morbum ut albũ. Quando igitur in morbo erit patet quod ſimul erit mutatum in morbum & in quoddam aliud in quod erat motus in quem prior motus eſt mutatus. Sed quoniam non erat definitum in qualem ob id quando ęgrotaret, inquit, erit mutatus in qualẽcunque. Contingit enim & id quod mutatum eſt mutari & quieſcens quieſcere à mutatione, quando tamẽ ex motu in motum moueri diceretur, neceſſe eſt in qualẽcunque motum mutatum eſſe & minime in quietem, igitur quod ex motu in motum mutatur, patet quod mouetur adhuc illo motu ex quo dicitur mutari, & alio motu ad quem dicitur ex hoc moueri. Vt enim ex albo in nigrum quia quod eſt in albo & ex ipſo mutatur habet aliquid ipſius donec perfecte eſt ex eo mutatus, ſic etiam ſi ex motu aliquid in motum mutatur dum exiſtit in motu ex quo dicitur mutari & id quod mouetur ſecundum ipſum ſimul & ſecundum illum mouebitur ad quem mutatur. Et ad hoc quando fuerit ad aliud mutatum, quod quidem dixit quando ęgrotaret, tum etiam in qualecunque alterum erit mutatũ, quare primum abſurdum eſt quod ſimul in plura & differentia moueretur. Deinde illud quod ſimul eſſet in pluribus. Tertium quòd ſi motus mutatio eſt ex contrario in contrarium, & aliquid mutatur ex motu in motum, patet quod ex mutatione contrarij in contrarium mutaretur in mutationem, quæ etiam eſſet ex contrario in contrarium. Nam ij ſunt contrarij motus. Vt enim ex colore in colorem quod mutatur non ex quouis in quẽuis, ſed ex contrario in contrarium mutatur, ſic etiam ex motu in motum qđ mutatur & mouetᷓ nõ in quẽuis mutatur, ſed in contrarium. Hic autem erat ex contrario in contrarium & in motu, hoc etiam magis fit, ſiquidem natura motus eſt, ut ſit mutatio ex contrario in cõtrariũ, quare accidet etiam dictis prius abſurdius. Non.n.ſolum in plura ſimul et differentia mouebitur, ſed etiã in cõtraria, & nõ ſolũ in pluribus ſimul & differentibus erit, ſed etiã in contrarijs. Quatenus.n.in motu eſt hac rõne ſecũdũ ipſam ualetudinẽ & ſalutẽ ex morbo in ſanitatem mutaťᷓ, & quatenus ex hoc motu mutaťᷓ in aliũ contrariũ eidem. Non enim in quẽuis ſimul in ſanitatem mutaret dum ſanatur ſecundum eandem hanc mutationem, & in contrariũ ſanitati morbum mutaretᷓ, ſi mouetur per ſe motus. Sed quoniam quod mouetur in aliquid, ſi fieret in illo ad quod mouetur, quando quieſceret à motu, ſimul eſſet in his ad quæ ſimul mouebatur ſecundum ambos motus. Erant autem hæc morbus & ſanitas, igitur ſimul erit morbo & ſanitate & omnino in contrarijs quod ex motu in motum mouetur. Et ipſe Ariſtoteles hoc ad plura ſcilicet differentia idem moueri atq; in pluribus eſſe oportere his ſignificauit. { Simul igitur mutatur ex ſanitate in ęgritudinem & ex hac mutatione in aliam. } Patet autem quod quando ægrotaret id quod mutatum eſt, erit in qualecunque. Illud item ſimul moueri ad contraria, & in contrarijs ſimul eſſe ſignificauit per hoc { & amplius non ad quamuis ſemper & illa ex quodam in quoddam alterum erit, } quare & oppoſita erit ſalus & ſanatio. Cur ergo non mutatur aliquid ex memorari in ipſum obliuioni mandare, & ex ægrotare, in ſanitatem uel in ipſum ſanari? Si ergo ipſi, motus etiam ſunt contrarij, quomodo non erit mutationis mutatio & motus motus? Hanc diſſoluit inſtantiam. Inquit enim quod non erit per ſe ex motu in motum ipſa mutatio, ſed per accidens. Quia cui accidit recordari, hic obliuiſcitur rurſus. Si enim qui meminit dum meminit obliuiſceretur, eſſet ſic ex motu in motum mutatio. Opus enim eſſet ut aliquid manens in memoria moueretur in obliuionem. Quod enim mouetur adhuc manet quod eſt. Non enim ſic ſe habet ut id qđ fit. Sed quoniam uniuerſe oportet id quod motum eſt ſtare in eo ad quod mouetur, ſi debet iterum contrario motu moueri etiam qui meminit quando recordaretur ſtaret, ſiquidem debeat obliuiſci. Illud ergo quod ambobus ſucceſſione & ſeorſum mouetur dicere conſueuimus quod mouetur ex hoc in hoc. Sed quomodo ſecundum accidens ipſum recordari mutetur in obliuionem ſignificauit dicendo, { Quoniam cui ineſt illud mutatur, } ideſt homo uel anima ſecundum hæc mutatur. Si ergo neceſſe eſt motum uel eẽ ſubiectum, uel in ſubiecto eſſe, ſed neque ut ſubiectum neq; in ſubiecto exiſtens poteſt moueri, ſecundum nullum motum erit ipſius motus motus. Sed in id animaduertendum eſſe exiſtimo quod non omnem mutationem negat motui, ſed ſolum motũ. Simul enim mutari ex ſanitate in morbũ & ex hac ipſa mutatione in aliã quod quidem uelut abſurdum intulit ſequitur hoc abſurdũ ſi

motus

motus moueretur. Quod enim mouetur permanet, ſi ergo ægrotare moueretur manens quod eſt mutaretur in contrarium ſcilicet in ipſum ſanari, quare idem ægrotaret & ſanaretur. Hoc autem abſurdum non accidit ortui. Non enim manet aliquid qđ uere fit, ut manet id quod uere mouetur. Non enim ex eo quod eſt in id quod eſt, ſed ex eo quod non eſt in id quod eſt, & ex non ſubiecto in ſubiectum. Sed cum ex eo quod non eſt in id quod eſt ortus ſit, ſi mutationis huius mutationem aliquis diceret, quoniam & id quod mutatur ex oppoſito in oppoſitum mutatur ſimul ex eo quod non eſt ad id quod eſt & ex eo quod eſt in id quod eſt mutaretur, quare quatenus fit corrumperetur atque interiret.

Tex. 15. Amplius autem in infinitum fiet abitio, ſi erit mutationis mutatio, & generattionis generatio. Neceſſe igitur eſt eſſe primam, ſi vltima erit. vt ſi ſimplex generatio fiebat aliquãdo, & quod fit fiebat. Quare nondum erat quod fit ſimpliciter, ſed aliquid quod fit & quod fit iam, & rurſum fiebat hoc aliquando, quare nondum erat tunc, id quod fit. Quoniam autem infinitorum nõ eſt quicquam primum, nõ erit primum. quare, neq; contiguum. neq; fieri igitur, neq; moueri poſsibile eſt neq; mutari quicquam.

Com. 14. Cum oſtendit motus non eſſe motum ideſt qđ motus non mouetur, ad huc uniuerſalius oſtendit problema, quod neque omnino mutationis eſt mutatio, & ut demonſtret nunc mutationem non pro motu accipere dixit, ſed de propria mutatione nomen poſuit communis ſub qua & motus ac ortus & interitus continentur, ſubiunxit hoc { Et generationis generatio, } oſtendit autem hoc idem per deductionem ad abſurdũ, hoc modo faciens ſyllogiſmum. Si eſt motus motus uel ortus ortus uel omnino mutationis mutatio, non eſſet motus, nec ortus, nec omnino mutatio, quòd ſi hęc non fuerint, neque fieri, neque moueri, neque omnino mutari aliquid poterit. Si autem non hæc erunt neque ea quæ mouentur, neque ea quæ mutantur erunt. Et quod hæc abſurda & fieri nequeant, & ob id illa quæ hæc ſequuntur ſiquidem ſequuntur, ideſt motus eſſe motum & ortus ortum, & mutationis mutationem perſpicuũ eſt. Sed connexum per duos terminos oſtendit. Si enim eſt ortus alter ortus & mutationis altera mutatio, neceſſe eſt in infinitum procedere, ſi hoc autem fit, neque primum erit, neque ultimum, quare nõ erit ortus neque mutatio. Quod uero in infinitum neceſſe ſit procedere ſi ſit mutationis mutatio demonſtrat ex hoc quia ſi omnino eſt mutationis mutatio non ſolum huius iam productæ erit, ſed etiam illius ex qua hæc in hanc fit, & rurſus illius alia & ſemper acceptæ mutationis neceſſe eſt accipere aliam quandam præexiſtentem mutationem. Si autem hoc in infinitum erit procedere accepta una ſemper ante aliam. Quòd ſi hoc conceditur, & illud deinceps ſequetur. Nam cum prima fuerit mutatio, neq; alia erit poſt hanc, neq; huius deinceps, neque quædam alia donec peruenient ad ultimam, quare ſi erit mutationis mutatio non erit mutatio. Sed ipſe affert rationem magis de ortu ſeparata mutatione ab ipſa intelligentia & cogitatione, quam communiter, & abſurdum apertius deducit ad hoc quod nihil fieret, quod ſequitur illud ut nihil ſit ortui ſubditum quod palam abſurdum eſt. Verũtamen etiam quoddam aliud abſurdum patefacit ſecundum hanc demonſtrationem, uidelicet quod non exiſtens ortus iam eſſet. Sed cum uaria hoc in loco adducatur ſcriptura Alexander apertiorem ſcripſit quæ ſic ſe habet. Quòd ſi ſimplex ortus fiebat olim, & quod fit fiebat, quare nondum erat iam. Et exponit Alexander ſimplicem ortum illum intellectum ſeorſum ab eo quod fit, de quo quęrimus an fiat. Si ergo aliquãdo ortus fieret, & quod fieri debet aſſidue fit, & nondum eſt. Non enim põt id quod fit non fieri, nondum exiſtens ergo ortus iam eſſet. Non enim poterat fieri non exiſtente ortu. Sed nouit hoc additum dictis Alexander. Sed quod fiebat iam fit, quod quidem dicta abſurdo uidelicet nondum ortum exiſtentem iam eſſe hoc abſurdum æquiualens aſſignat iam ſcilicet exiſtentem ortum adhuc quod fit eſſe ideſt nondum eſſe. Et aliam ſcripturam talem addit, quare nõdum erat quod fit ſimpliciter, ſed aliquid quod iam fit. Et erit dictum. Quod ſimplex ortus fiebat iam cum eſſet quidam ortus. Nam per quẽ ſimplex ortus fiebat idem erat ortus iam exiſtens. Et in multis exemplaribus hæc ſcriptura fertur. Niſi forte ſic ea exponenda ſit. Si fieret ortus nondum eſſet ſimpliciter ortus quod fit, ſed aliquid iam factum erat, ideſt ſed etiam aliud quid cum ortu paſſum erat ortum, quare totum eſt hoc quod fit, ut eſt homo qui fit. Si ergo fieret ortus non erit ſimpliciter ortus, ſed unum aliquid eorum quæ fiunt. Hęc igitur intermedia abſurda cum indicaſſet, deinceps addit quomodo in infinitum procedet ortus & quomodo tolletur ſi ortus eſſet alter ortus. Si ortus fit per ortum, & rurſus ille per alium & ſimiliter omnis ortus per alterum. Non enim eſt dicere cur hæc fiat per quem fit ortus & non ipſa fit. Si ergo hæc ita ſe habent, neceſſe eſt ut in infinitum procedat aſſumendo alium ante alium ortum. Sed in ipſis infinitis inquit non eſt primum. Quocunque enim accepto eſt aliquid prius accipere, ſi autem non eſt primum inquit, neque conſequens, igitur neque poſt illud, quare neque ultimum hoc à quo cœpit oratio. Sed Aſpaſius ſi ſcriberetur inquit, quod ſi ſimplex ortus fiebat aliquãdo & quod fit fiebat, ut nondum ſit quod fit ſimpliciter, ſed iam factum ſit, erit ſolum inquit per hæc uerba demonſtratum quod propoſuit, quod abibit in infinitum ortus. Si enim ortus fiebat, et qđ ſimpliciter fit procedit ad ſubſtantiã. Si ergo quod fit idipſum fit nõdum erit quod fit ſimpliciter. Non enim perueniet ad ſubſtantiam, ſed in illud quod fit ſimpliciter. Rurſus illud ex quo fit ſi fiebat oportet eſſe id quod fit, & hoc in infinitum. Et rõni de motu inquit talis ſcriptura erit conuenientior. Sic enim de motu infinitas ſolum demonſtrabatur ſecũdum eundem modum. Si eſt ipſius motus alter motus. Hæc quidem ſunt ipſius Ariſtotelis atque interpretum Ariſtotelis. Sed ut exiſtimo inſtandum eſt quomodo in his quæ abeunt in infinitum ſi non eſt primum neque conſequens eſt, ut dixit Ariſtoteles. Et ob id ſi in infinitum eſt ortus ante ortum & mutatio ante mutationem non erit ortus neq; mutatio. Nã hæc ratio deſtruere uidetur proceſſum in infinitum eorum quæ fiunt & intereunt, cui maxime rationi uidetur Ariſtoteles inſiſtere. Etenim quod fit oſtendit & cauſas eius inuenit in libro de ortu & interitu quas materiatam, affectricẽ, & finalem aſſerit. Et hæc eſt dicens in ſecundo illius tractationis, quod relicto modo Deus totum compleuit qui fecit ortum indeficientem, quod indeficiens ſignificat in infinitum. Et in tertio huius tractationis deſtruens infinitum actu & magnitudine, numero & in infinitum eſſe concedit quod quidem in his uidetur deſtruere. Quod ſi ut ipſe probat de aliquo induiduo probauit ut de hoc hominem uel de hoc patre neceſſe eſt patrem eſſe, & illius patrem & hoc in infinitum, quia infinitorum non eſt primum, ſi autem non eſt primum, ut inquit, neque conſequens erit, neque hic pater, uel homo neque omnino erit pater uel homo ſecundum talem interrogationem aut probationem, ſiquidem ante patrem neceſſe ſit patrem eſſe & ante omnem hominem hominem. Nam homo hominem generat & ſol ut ipſe inquit. Si ergo ſic etiam ortum præcedit ortum & ob id ortum deſtruxit, quia neceſſe eſt abire in infinitum, & in ipſis infinitis, ut inquit, non eſt primum quare neque conſequens, qua ratione deſtruetur omnis proceſſus in infinitum, quãquã ut dicebam ipſe alias infiniti ſignificationes ſecundum actum quocunq; modo ſimul ſiue numero, ſiue magnitudine deſtruens, inquit, ſolã ſignificationem in infinitum reliquit ſic dicens. { Omnino eſt infinitum quia ſemper aliud atque aliud accipitur & quod

» accipitur ſemper eſt finitum, ſed ſi alterum & alterum ut dies » & certamen quorum eſſe ſit non uelut ſubſtantia, ſed ſemper » finitum eſt io ortu atque in interitu, tamen ſemper alterum at» que alterum. } Quod in infinitum inquit eſſe in tempore & in hominibus. Patet autem quod etiam omnium quæ ſunt in ortu & in ipſa diuiſione magnitudinis eſt infinitum. Sed in omnibus talibus non eſt primum. Tempus enim ſemper eſt ante tempus, & homo ante hominem. Cur ergo & non ſic ortus & ſi alius ſemper ante alium, & non eſt primus, eſt tamen ſecundum infinitum. Niſi forte neceſſario rationi appoſuit quod abire oportet in infinitum & ſic non eſſe primum in infinitis hoc modo. Nam quocunque accepto eſt aliquid prius accipere, & ſi non eſt primum neque conſequens eſt neſcio quomodo, hoc uerum eſſe uidetur. Nam in proceſſu in infinitum primum non eſt neq; ultimum. Sed quocunque aſſumpto eſt aliquid ſequens & ſupra uerſus ac imum, ideo nihil prohibet etiam in infinitum patrem ante patrem eſſe et hominem ante hominem, ſic etiam quiſpiam diceret ortum ante ortum cum ſimiliter ponamus nos eſſe ſimul patrem & ortum & ſi non ſit primus pater & primus ortus. Nam ſemper accepto conſequens non deficit. Etenim in quibus infinita actu aliquis ponit præcedere id quod accipitur, ceu ante hunc patrem actu infinitos patres ideſt ſimul omnes ſubſiſtentes uerū eſt quod nequit fieri hic patet, quia tale infinitum pertranſiri non poteſt. Sed in his quæ ſunt in infinitum in quibus non omnia infinita ſimul ſubſiſtunt, ſed acceptum ſemper finitum eſt ſubſiſtens in fine terminoque præexiſtentium, ſemperque alterum & alterum ſit, & ob id in infinitum, in his non deſtruitur propoſitum, neque proceſſus, & ſi in infinitum cauſæ eiuſdem procedant dum alia ante aliam capitur. Nam terminantur in propoſito uelut in Socrate omnes patres atque humanæ cauſæ, ob id ergo & in infinitum alius ante alium pater eſt & alius ante alium homo, & non eſt primum accipere, & tamen non tollitur Socrates ut pater uelut homo, quia cauſa terminata eſt in ipſum. Vbi tamen infinitum actu id eſt ſimul omnibus ſubſiſtentibus præcedenobus cauſis Ariſtoteles deſtruit illud quod dicitur ſequi illam, recte ratio ſe habet & illud nō eſſe ortum ante ortum & motum ante motum & omnino mutationem mutationis per priora argumenta oſtenſum eſt, & per ea quæ deinceps demonſtrabuntur ab Ariſtotele. Sed contra illud ob rationem in infinitum quæſco nunc mihi accidit ſi uerum accepis illud quod non exiſtēte primo in infinitum neque conſequens erit, quod ſequebatur illud, quòd ſi ortus eſſet alter ortus tolleretur omnino. Si enim eſt ortus alter ortus neceſſe eſt, ut in infinitum procedat. Si autem hoc inquit quare neque conſequens, quare neque propoſitus ortus. Sed ratio exercebatur mediocriter hoc modo, uel quia eum latebat uel ignorabat hoc quod diceret Ariſtoteles ſcilicet quod in his quæ ſunt in infinitum non eſt primum, quare neque conſequens non de cunctis atque omnibus quæ ſunt in infinitum & abeunt, ſed de his nunc quæ ponuntur abire in infinitum ortus atque mutationis. Si enim ſimplex, inquit, ortus qui non ſit ortus ortus, ſed alicuius alterius uelut hominis, ſi ergo hic fiebat aliquando ut dicunt qui ponunt ortus eſſe ortū, quod ergo ſit fiebat. Nam quia ortus eſt dum ſit, ſi fieret ortus quod ergo factum eſt ſit & nondum factum eſt. Nam quod factum nondum eſt quod ſit. Et patet quod etiam huius ortus fiebat & nondum erat. Nam fiebat, ſed non habet ut ſit factum. Et ſi hoc in infinitum, & in omnibus quæ ſunt in infinimm communiter non eſt accipere primum. Nam aliud ſemper ante aliud, ſed in his & proprie quia nihil eſt acceptorum quod dicitur. Non enim eſt ortus, ſed ſit ſi eſt ortus ortus. Si ergo non eſt aliquis ortus prorſus à quo poſſit incipere neque conſequens erit, ideſt neq; deinceps erit alius ortus, quia non eſt ante eundem ortus quo fiet. Etenim & ortus ante ipſum fiebat, & iam quod factum eſt habuit ipſum fieri, quia ortus eſt dum ſit, non tamen eſſe aliquomodo hoc quod fiebat ideſt ortus, igitur neq; deinceps ſunt ortus, ſi quidem ſupponantur fieri. Equidem ortus ipſorum non præexiſtit ſecūdum eos qui aiunt ortum eſſe ortus, id eo etiam hoc induxit abſurdum quod neque ipſum fieri eſſet, neque moueri, neque mutari, quod accidit his qui aiunt ortum eſſe ortus & mutationis mutationem ſtatuunt. Vnde aliquis ponens hominem ante hominem in infinitum non incidit in hoc abſurdum. Etenim & ſi primus homo non ſit, tamen acceptus omnis homo iam eſt, ut poſſit facere hominem & minime quod ſemper fiat, ut ortus qui ubi factus eſt non amplius ſubſiſtit.

Amplius, eiuſdem eſt, motus contrarius & inſuper quies, & generatio & corruptio. Quare id quod ſit, cum ſit id quod ſit, tunc corrumpitur, neq; enim quod mox ſit, neq; poſterius. eſſe enim oportet, quod corrumpitur. Tex. 14.

Com. 15.

Et alio argumento oſtendit non eſſe ortus ortum deducendo ad abſurdum hoc quod factum dum fieret tum corrumperetur. Fit eſt ſic abſurdum quod idem moueretur motibus cōtrarijs ſimul. Oſtendit autem hoc aſſumens uelut dignitatem hoc contrarios eſſe eiuſdem motus, ſed non ſimul, patet quia ambo, neque omnino ambo ſecundum naturam, ſed quia qđ mouetur aliquo motu mobile eſt etiam ſecundum motum contrarium ei. Similiter aſſumit quod cuius eſt aliquis motus, huius etiam motui quies illa contraria eſt. Etenim in alteratione, accretione, & latione, adhuc in ortu & interitu hæc uera ſunt. Si ergo eſt ortus alter ortus, ut ortus ſit aliquid quod fiat, patet etiam quod corruptum erit. Nam eiuſdem eſt fieri & interire, aliquando igitur hoc quod ſit corrumperetur, ſcilicet ortus. Si enim neque in principio ipſius fieri, quod quidem dixit ipſe illud quod mox ſit. Non enim fieret amplius, neque poſterius poſt ipſum fieri, quando omnia quæ ſunt obnoxia interitui intereant. Ortus enim dum ſit, exiſtens, & poſtquam ſit non exiſtens non tum corrumperetur. Oportet enim obnoxium eſſe interitui ut intereat, ſed ortus poſt ipſum fieri non amplius eſt, ut neque motus poſtquam ceſſauerit ipſum moueri id quod mouetur ſecundum ipſum. Si ergo neque ſtatim factus ortus interit, neque poſterius poſtquam factus fuerit, neceſſe eſt quando fieret, tum interire. Socrates enim quando ceſſat & non amplius ſit & iam factus erit, tunc interit. Sed ortus ſi quidem ſit, quando factus eſt non amplius eſt, quare neque interit tunc. Nam oportet eſſe id quod interit, quare ſi ortus fuerit id quod ſit, quando fieret id quod ſit tum interit, qđ quidem abſurdum eſt ut idem ſimul fiat & intereat. Si enim ſit ortus, patet quod etiam interit ob dignitatem aſſumptam, uidelicet quod eiuſdem ſunt motus contrarij. Et Ariſtoteles de ortu breuibus abſurdum indicauit. Quòd ſi ortus eſt alicuius ortus, & quod ſit quando fieret tum interibit, ut Socrates uel aliquid aliud eorum quæ fiunt, in quibus abſurdum eſt euidentius hoc ſcilicet idem ſimul oriri & interire, ſublato ortu & interitu. Sed apparet etiam alia concluſio ex dictis. Si enim non interit ortus, neque ſtatim principio, neque poſt ipſum fieri quia incipiens nondum eſt, ſed facta non amplius eſt, haud tamen neque facta interiret & ne idem ſimul contrarijs motibus moueatur, patet quod omnino non interit. Quòd ſi non interit, neque ſit ſecundum prius aſſumptam dignitatem dicentem quod eiuſdem motus eſt qui eſt ad contraria, ſed utens hoc effato quod eiuſdem ſunt motus contrarij & ob id ortus & interitus eſt eiuſdem demōſtrauit ea quæ diximus, & quod ſumptum etiam erat hunc in modum quietem etiam eſſe eiuſdem quandam opportunitatem eidem in his præbet. Dicunt autem pulchre expoſitoris quod per quietē indicauit eandem rōnem competere etiam motui. Si enim motus mouetur, & quod mouetur aliquo motu et aptum eſt quieſcere quiete oppoſita illi motui. Patet etiā quod motus quieſcet dum motus eſt, quod eſt abſurdū. Item abſurdius eſt ſimul eodē moueri motu & quieſcere. Si enim oportet eſſe quieſcens ut etiam

quod

quod interit. Sed motus ſtatim incipiens nondum eſt,& quieſcens non amplius eſt,ſed dum motus fit ſiquidem moueretur, eſſet,patet quod ſimul mouebitur & quieſcet, & ex altero eſſato dicente. Eiuſdem eſſe contrarios motus & de motu abſurdum concludetur. Si enim motus eſt dum ſolum dum aliquid mouetur,ut ortus eſt dum fit,& non ante neque poſt,ſi moueretur motus,quia in contrarium mouetur manens quod erat, ſimul contrarijs motibus mouebitur. Sed quoniam, ut oſtenſum eſt,ortus neque fit neque interit,quærere exiſtimo rurſus neceſſarium eſſe. Si non de ortu ſimpliciter tamen de ortu alicuius uelut de Socrate demonſtratum eſt, quia neque fiebat neque interijt,quomodo ergo erit inter ea quę ſunt. Si ergo Socratis ortus quo fit Socrates non eſt de numero eorū quę ſunt ſemper,neceſſe eſt ut idem ſit eorum quæ fiunt & intereunt, & omnino ſi prius non fuerit poſterius erit. etiam rurſus non eſt, quomodo non dicemus ipſum factū eſſe & corruptum. Niſi ergo neceſſe ſit eſſe mutationem & circa particularem ortum. Siquidem prius non eſt cum ſit poſterius & rurſus non eſt,& ſi tempore menſuretur ſubſtantia eius. Sed Ariſtoteles & hæc per accidens mutari dicet paulo poſt. Per ſe enim mutatur ſubiectum. Sed mutatio per accidēs mutatur quia eſt in eo quod per ſe mutatur. Niſi forte neceſſe ſit mutationem quę fit & interit per ſe mutari. Sed nominum inopia facit dubitationem. Rerum enim mutationes in duas uel in tres diſtinguētes in motum uidelicet ortum & interitum,cum aliarum mutationum mutationes alio modo fiant non amplius habemus propria addere nomina. Vt enim aliquid aliud eſt Socr. & alia omnino ſecundum ſubſtantiæ formam Socratis mutatio,ſic & harum ambarum mutationes differunt tota natura. Et ſiquidem eſſent nomina propria mutationibus ortus atque interitus,forte dicta abſurda non ſequerentur. Non enim eſſet qđ fit ortus,neque id quod interit,ſed aliquo modo aliter mutata ad eſſe atque ad non eſſe. Hoc autem coniectura ex motu oſtēdo. Qui enim motum moueri uel quieſcere dicunt, in quibus abſurdis incidant uidelicet in hoc quia coguntur dicere motū fieri & interire, dicere non recuſabimus. Nam dicimus motū omnino eſſe dum fit atque interit. Et forte etiam ab Ariſtotele hæ uidebuntur paulopoſt dici. quādo mutationem eſſe motus diceret,non concederet ipſum motum eſſe. Non enim eſt, inquit diſciplina ortus diſciplinæ. Nin forte & couclusum uelut abſurdum,ſi eſt ortus alter ortus, fieret ſimul atque interiret ortus ſiquidem dum fit interit,& neque in principio,neque in fine, non ſit abſurdum in his quæ habent eſſe dum fiunt. Etenim dies & ludus certatorius quāuis obnoxij interitui non intereāt in principio quia nondum eſt,& id quod interit oportet eſſe,neque in fine,quia tum non amplius eſt, ſed conſequitur ipſum fieri atque interire. Sic autem etiam motus ut tempus quāquam ratione diſcrepent in his ortus atque interitus, ſed quam acceperis partem hanc factam eſſe uidebis. Si enim aliqua temporis pars prius facta uel motus poſterius interit, ut domus neceſſe eſt ut ſit tempus intermedium in quo neque fit neque interit,ſed manet & manſu ſecūdum eſſe, quāquam in motu tempore & omnibus quæ ſunt dum fiunt non eſt accipere ſtationem. Sed mirum uidetur quomodo in his tria mixta ſint, ortus, interitus, & ipſum eſſe. Etenim & hoc in quacunque talium parte uidere licet, quatenus etiam eſſe uidentur, ſecundum menſuram ipſius quod eſt, quæ accidit illis, ut etiam fieri & interire ſecundum hanc mixtionem ortus atque interitus, & non ſecundum illas differentias inter ſe, & natura uelut contrarias & non potentes ſimul eſſe neque eodem tempore, ut alia ſit prior & alia poſterior. Et mixtum hoc apud Platonem eſt id quod fit & diſſoluitur, neq; unquā eſt reuera id quod eſt. Nam eſt imago eius quod uere eſt quod apparet in ipſo poſt ortum atque interitum. Forte autem & ſi fuerit in his exiſtentibus ipſa mixta natura ſecundum quam ſimul fit & interit, nihilominus abſurdum erit id quod eſt deductum ab Ariſtotele, ſi fieret ortus & motus moueretur. Cum enim mutatio ſit in contrarium, erunt ipſum fieri & interire contraria & moueri & quieſcere. Sed quia etiam Ariſtoteles concedit mutationem mutari ſecundum accidens ipſum dicentem audiamus. Si per ſe ſecūdum quēdam alium modum adhuc quęratur. Sed ſequens argumentum exiſtimo eſſe præpoſitis magis accommodatum quod eſt demonſtratiuum hunc in modum.

Amplius, oportet materiam ſubeſſe, & ei quod fit, & ei quod mutatur. quæ igitur erit ut alterabile aut corpus, aut anima eſt, ſic id quod fit, motus aut generatio. Tex. 15. Et rurſus, aliquid in quod mouentur. oportet enim quod aliquid ſit, huius ex hoc in hoc motus. & non motus aut genratio. Tex. 16.

Com. 16. Et hoc argumentum commune eſt de omni mutatione. Si enim ortus eſt ortus, & omnino mutationis eſt mutatio, quia omne quod fit ex aliquo ſubiecto fit & materia alicuius quæ cum formam recipit illud fit quod fit. Sed ſi fieri dicitur ortus & mutatio mutari erit aliquod ſubiectum ex quo ortus & mutatio fit. Vt enim igni qui fit quædam materia ſubijcitur ex qua fit,& ſtatuę æs & alterationi ſubijcitur uel corpus uel anima,ſic etiam ei quod fit,& non ſolum ei quod ſimpliciter fit, ſed etiam alicui ortui et motui atque omnino mutationi. Huius enim gratia uſus eſt exemplo alterationis. Si enim nullum eſſet ſubiectum, neque aliquid fieret. Si ergo ortus fit, & quod fit eſt ortus,oportet omnino, ut etiam huic quod ſic fit materia ſubſtet,quæ participatione ortus fit. Et ſi mouetur motus,ſimiliter ſubiectum aliquid erit quod mouetur ſecundum motum, & ex hoc in hoc,ideſt ex alia forma in aliam ut quam mutatur id quod eſt ſubiectum ei quod fit & mouetur, & ſic motus & ortus fieret, ut etiam in ipſo quod album fit ſubiectum ſecundum albedinem mutatum, in album mutatur. Si ergo oportet eſſe aliquod ſubiectum quod fit. & illud non eſt ortus nec motus, ſed aliquid diſtinctum contra motum. & ortum, quid hoc eſt,ut quod eſt aptum,ut alteretur uel corpus eſt quicquam aliud ab alteratione. Quòd ſi motus mouetur, & ortus fit, & non eſt aliquid uelut materia ſubiecta, abſurdum eſt & fieri hoc,non poteſt ſiquidem neceſſe eſt, ut materia ſubijciatur ei quod mouetur & ei quod fit. Hoc igitur abſurdum unum breuiter concluſit ex his uerbis. { Quædam igitur erit ſubiecta materia ut alterabile aut corpus aut anima, } ſed alterum oportet eſſe in quod mouentur ea quæ mouentur,ut ſi album fit corpus eſt album aliquod aliud prę ter corpus, ad quod mouetur corpus, ſed nihil in his quæ prius poſuimus aliud eſt præter hæc. Si enim mouetur motus & ſit ortus quædam erunt præter motum & ortum alia ad quæ motus mouetur & ſit ortus, ut album & ſcientia quæ diſtinguūtur ab anima & corpore, ad quæ mouentur corpus & anima. Si ergo non in his eſt aliquid aliud hoc ad quod & oīno eſſe oportet id quod fit,& mouetur,patet quod neq; motus mouetur,neque ortus fit. Secundum igitur abſurdum eſt hoc,quia oportet eſſe aliquid in his quæ mouent ad quod fiūt & cientur,ut etiam eſt id ex quo mouentur,& ex quo fiunt. Si autem aliquis dicit motum moueri & ortum fieri, & non habet aliquid afferre ad quod mouetur motus, & in quod fit ortus aliud quid præter hæc, ut etiam neque habemus dicere prius illud ex quo. Hæc igitur ſi ita fuerit ſcriptum. { Oportet enim huius ex hoc in hoc motum & generationem. } Verum Alexan. cum aliam etiam ponat ſcripturam dicentem { ex hoc in hoc motum } exponit etiam hanc hoc modo. Si motus eſt quod mouetur, & aliud eſt quod mouetur,& aliud eſt quatenus eſt motus ut corpus & dealbatio, patet quod motus eſt motus & ille qui eſt ex hoc in hoc non erit motus, quare neque uerum eſt quod motus moueatur. Et Themiſtius hanc ipſam interpretationem uidetur admittere. Sed notat pulchre Alexander quod prior ſcriptura magis ꝓpria eſt prępoſitis,quia hanc cōcluſionem uidelicet motum non eſſe mo-

tum deinceps oſtendit Ariſto. Et hoc dicendum eſt quia hoc argumentum factum eſt quia oportet eſſe in his quæ mouentur & fiunt id ex quo & illud in quod. Quod ſi aliquis dicit motum moueri, & ortum fieri, neutrum poterit nec illud ex quo, nec illud ad quod aſſignare.

Simul autem, & quomodo erit? non enim erit diſciplinatio, diſciplinationis generatio. Quare neque generationis, generatio, neque quædam, cuiuſdam.

Com. 17. Quintum exiſtimo hoc eſſe argumentum quod demõſtrat neque ortum eſſe ortus, neque motus motum, deducit etiam hoc ad abſurdũ. Si enim eſt motus motus & ortus ortus. Sed neque motus motus poteſt motus eſſe, neque ortus ipſius ortus. Oſtendit autem etiam hoc ex ſimili appoſitione. Vt enim inquit, non eſt diſciplina ortus diſciplinæ, alter eſſet diſciplina antequam fieret. ſic neque ortus ortus alter erit. Si enim ortus eſt quod fit, ſiquidẽ eſt ortus ortus, & id quod fit nondum eſt, non eſſet ortus qui fit ipſo ortu. Item ſi aliud eſt qđ poteſt alterari, & aliud eſt alteratio eius, et aliud quod diſcit, & aliud diſciplina eius, ſic etiam & aliud quod fit, & aliud eius generatio ſi quod fit eſt ortus & ortus ipſius ortus non erit ortus neque motus motus erit motus, ob id ergo principio argumẽti ſic dixit, { Simul autem & quomodo erit? } Nam utroq; modo inuenitur ſcriptum. Sed hoc ſignificat. Quomodo enim inquit, erit motus qui motus eſſe dicitur motus, aut ortus alterius ortus ortus. Adiecit autem hoc { neque quidam alicuius } ne exiſtimet aliquis uniuerſalis ortus ortum eſſe, quia neceſſe eſt etiam hanc eſſe uniuerſalem, ſed duo uniuerſales eſſe nequeũt, & quia uniuerſalium non eſt ortus, ut ipſe in primo libro de ortu dixit. Sed alicuius nihil prohibet eſſe aliquem alium ortũ, & hoc porro deſtruxit. Simpliciter enim aliud eſt genere & ſpecie id quod fit, & aliud ortus eius. Sed ſciendum eſt quod quidem à prius dixit, quod Ariſtoteles mutationem motus eſſe inquit, ortum autem, ſed non motum ipſum eſſe uult, quando diceret. { Non enim erit diſciplinatio diſciplinationis diſciplinatio, } motus enim eſt diſciplinatio, ſed eius mutationem eſſe ortum uult, ſed non diſciplinationem. Et alicuius ortus eſt omnino mutatio ſecundum quam ad eſſe uel non eſſe procedit, ſed neque ortum neque interitum hæc dicere debemus ob ea abſurda quę diximus. Sed quemadmodum hę mutationes ſunt aliquorum aliorum genere, ut hominis, equi ſic & horum ſunt alię ponẽdę mutationes genere diſtinctæ, uerum cõmuni nomine appellandę ſunt quia non habent proprium.

Tex. 17. Amplius ſi tres ſpecies motus ſunt. harum aliquam neceſſe eſt eſſe ſubiectam naturam, & ea in quę mouentur. vt neceſſe eſt, loci mutationem alterari aut ferri.

Com. 18. Recte ex ſuppoſitione dixit ſi tres ſunt ſpecies motus. Hoc enim oſtendere propoſuit quod ſolum in tribus pręducamẽtis eſt motus, in quantitate, qualitate, & ubi, neque autem in alijs neque in ipſis agere & pati, quia motus non eſt motus, contra quod etiam dicta argumenta & hoc nunc propoſitum aſſumpſit. Quia ergo ſit quoddam proprium problema, ſcilicet qđ non ſit motus motus oſtendit idem petendo ſibi dari tres eſſe motus ſpecies, et addẽs quod neceſſe eſt ut omne quod mouetur ſecundum aliquam harum ſpecierum motus mouetur. Et ob id ſubiecta natura ratione ideſt motus quem dicimus moueri, aut alteratio eſt, aut latio, aut ſecundum quantitatem mutatio, non ſolum autem motum quem dicimus moueri ſubiectum motui ſecundum quem affirmamus moueri, neceſſe eſt ut aliquid horum ſit, ſed etiam ea ad quæ mouetur. Vel enim quale, uel quantum uel ubi & horum unumquodq;. Vel enim in album, uel ad maius, uel ſupra uel in ea quæ ſunt his cognata. Vnde cum ſic ſe habeant hæc, accipiens illud { neceſſe eſt communiter, } intulit quod neceſſe eſt aliquam lationem (ſi quidem ipſa fuerit motus quem dicimus moueri) uel alterari uel ferri uel ſecundum quantitatem mutari, quod quidem etiã ridiculum uidetur dicere lationem fieri albam uel calefieri imo fieri nequit.

Omnino autem quoniã mouetur omne quod mouetur, tripliciter, aut quia ſecũdum accidens, aut quia pars aliqua, aut quia per ſe, ſecundum accidens ſolum cõtinget mutari mutationem. vt ſi is qui ſanatur, currat, aut diſcat. Eam autẽ quæ ſecundum accidens, dimiſimus olim.

Cum oſtenderit non poſſe motus motum eſſe, aut ortus ortum eſſe per ſe, uel omnino mutationem mutationis pluribus argumentis addit quod trifariam motu dicto, ut determinatũ eſt prius, uel per ſe, uel ſecundum partem, uel per accidens, ſed per accidens ſolum poteſt eſſe motus motus, & ortus ortus & omnino mutationis mutatio, quando qui reſtitutus ſaluti curreret aut diſceret. Et non ut Alexãder (ut exiſtimo) dicit, quod per eundem motum ſanatur, ſed neq; ex eodem in eodem mutatur. Quia enim nõ uelut cauſa ſanationis currere accepit, ſed uelut quẽuis motum, indicat primum quod non poſuit currẽtem ſanari, ſed ſanum currere. Deinde quia induxit hoc { uel diſcit, } non enim & per diſciplinam ſanatur, ſed neque ſi eſſet motus motus ex altero in alterum erat mutatio, ſed altera alteri competit atque inerat ut ſecundum eundem moueatur. Sed diceret aliquis ſi motus motum eſſe per accidens cõcedit quãdo ei quod mouetur motus uelut ſanatio inſit ei quod iam ſanum eſt, & alius motus currere ſcilicet et diſcere per accidẽs tum aliquis horum inerit ipſi ſanari, quare per accidens motus ſanandi dicitur currere uel diſcere, quia cui accidit ſanari ut Socrati, hic currit aut diſcit. Sciendum autem quod nõnulli libri habent ſic ſcripturam. { Secundum accidens ſolus continget mutari mutationem, ut ſi quis ſanus curreret aut diſceret } & nonnulli ſic { ſecũdũ accñs ſolum cõtinget mutari mutationẽ ſi accidit alicui currenti ſanari, ut qui ſanus ſit ſi curreret aut diſceret. } & ſciuit etiam hanc ſcripturam Alexander, & ſi ſic fuiſſet ſcriptum, non ſic exiſtimo dicendum eſſe tanquam curſus ſit cauſa ſalutis, ſed uelut ambo inſunt eidem. Et hoc exiſtimo cum indicaſſet Ariſtoteles intulit ac ſubiunxit dicẽs { aut diſcit. } Non enim ut currere ſic etiam diſcere eſſe cauſa ſanitatis uidetur, ſed currere uelut quẽdam motum aſſumpſit, ut etiam diſcere, ſolus ergo per accidens poteſt eſſe motus motus & non per ſe ut oſtenſum eſt prius, neq; ſecundum partẽ. Vt enim alteratio non uniuerſe ferretur, ſic neque ſecundum partem. Si ergo ſolũ ſecũdũ accñs, & quod ſecũdũ accñs explosum eſt uelut ad ſcientiã ineptũ cõcludit qđ non eſt motus motus ex quo patet qđ nõ eſt in ipſo facere & pati motus qđ quidem ꝓpoſitũ eſt demõſtrare, ſed de patiente ſolũ rõnẽ fecit, quia unus cum ſit actus ex agente in paciente eſt.

Quoniam autem neq; ſubſtãtię, neq; ipſius ad aliquid, neq; ipſius facere & pati, relinquitur ſecundum qualitatem, & quantitatem, & vbi, motum eſſe ſolum. in unoquoq; enim horum, eſt cõtrarietas. Tex. 18.

Cum propoſuiſſet oſtendere non in omnibus pręducamentis eſſe motum, ſed in tribus ſolis collocari quãtitate, qualitate, ubi dixerit atque demonſtrarit quod nec in ſubſtãtia neque in ipſo ad aliquid neque in ipſis agere & pati, quoniã hi ſunt quidam motus, & motus non eſt per ſe motus, quod quidem pluribus demonſtrauit concludit deinceps quod non exiſtẽte motu in alijs p̃dicamentis, relinquitur ut ſit ſolũ in quãtitate, qualitate, & ubi, & cãm cur motus ſit in his addit dicendo { in unoquoq; horũ eſt cõtrarietas. } motus. n. eſt ex cõtrario in cõtrarium mutatio. Si ergo eſt cõtrarietas in p̃dicamẽto eorum quę ſunt ad aliqd ut ipſe in p̃dicamẽtis ſignificauit dicendo. { In- Com. 19.

eſt

eſt autem & contrarietas in his quę ſunt ad aliquid, } nihil ꝓhibet & ſecundum hanc motum eſſe. Quod enim mouetur hic ſubſtantia eſt, ſed mouetur ſecundum habitudinem, ut ſecundum qualitatem, quantitatem & prędicamentum ubi. Etenim ibi ſubſtantia eſt ſecundum illas permanens mota. Sed qualitates ipſę & quantitates & ſecundum locum lationes fiunt & intereunt magis quam mouentur, Non enim permanent, quod quidem aduenire oportet his quæ mouentur, ſed ſubiecta ſubſtantia permanens, permanens in mutatione moueri dicitur, & quatenus aliud agit & aliud patitur, ſubiectum mouetur, & ſi hęc actio, & patibilitas non moueantur, ſed fiũt & intereunt & hac ratione mutantur. Opponuntur autem agere & pati uelut ea quę ſunt ad aliquid, ideo unum in aliud uiciſſim mutatur & ſępe ſimul ſunt inter ſe. Nam aer cum humidus factus eſt ab aqua, humectat etiam terram, & cum calefit ab igne calefacit, & ſecundum reliqua prædicamenta ſubiecta ſubſtantia, exiſtimo, diceretur moueri, ſecundum tempus quidem ex pręterito in futurum. Et ſi non ſint proprie contraria quia præteritum mutatur in futurum, & futurum non amplius in pręteritum. Pręterea in ipſo poni uidetur contrarietas ſtationis ad ſeſſionem & ſuperſtantiæ ad ſupinum. Et neque abſurdum eſt ſubiectam ſubſtantiam moueri & ipſa maneat ſecundum has oppoſitiones, & in ipſis habere eſt quędam mutatio ſubiecti ex priuatione quę ſignificatur affirmatione in habitum, ut ex nudo in id quod pallium habet. Et hoc etiam ipſe Ariſtoteles priuationis affirmatiuę poſuit exemplum indicans mutationes ſecundum motum, quando dixit. { Etenim priuatio ponatur contrarium } & ſignificatur nudum album & nigrum affirmatione. Sed nunquam Ariſtoteles motum ut mutationem ſubiecti ſecundum diſpoſitionem conſiderans negauit ipſam eſſe omnium prędicamentorum quæ ſunt pauci momenti & habent habitudines, & non afficiunt plane ſubiectũ; Poni enim & habere nullam diſpoſitionem firmam quæ imprimat in ſubiecto immittit. Nam ad corpus nihil facit ſi ſupinum ſit an eminens digito annulum circumponi aut non. Et tempus autem uelut obſcurum & imbecille uidetur conſiderari, ideo ortus cauſam illud eſſe nullo pacto aſſeruit, ſed uidetur ſolius interitus eſſe & huius quia nullam aliam cauſam uidet. Talis autem eſt habitudo ad aliquid, qua exiſtimo etiam indicauit cauſam cur motus non eſt in prædicamentis quæ habent habitudinem quia non efficitur ſubiectum, quando dicebat. Contingit enim altero mutato uere dici alterum non mutari ideſt non uerſum, quoniam neque abiiciendo uel aſſumẽdo aliquam affectionem ſic ſtat, quod quidem competit omnibus prædicamentis quæ uerſantur in quadam habitudine, quod inſinuauit per unum prædicamentum quod eſt eorum quę ſunt ad aliquid. Quale enim & quantum, & mutatio ſecũdum hæc uertit & diſponit aliter atque aliter ſubiectam ſubſtantiam. Eodem quoque modo etiam locus nõ quãuis poteſtatem habet ſecundum ipſum ſi quidem ortum elemẽtorum exiſtimet eſſe lationem ad proprios locos. Sed in ipſis agere et pati negat eſſe motum, quia illa ſunt motus. Sed motus nõ eſt motus. Et ſi ortus fuerit & interitus eius. Sed ortus ortus non eſt, & ſi mutatio fuerit, neque mutatio mutationis & ſi aliquis alius modus ſit, quo mutatio ab ipſo non eſſe ad eſſe procedit, & ab ipſo quod eſt ad id quod non eſt. ob dictas igitur differẽtias forte Ariſtoteles negat motum eſſe in dictis prędicamentis in quibus omnino mutatione eſſe concedit, ſi quidem non ſint ſempiterni. Verũtamen Eudemus in ſuo libro de rebus naturalibus cum dicta Ariſtotelis breuibus explicet et paraphraſtice & dicens quod in prædicamento ad aliquid non eſt motus niſi per accidens, & cauſam addens, hæc inquit. Et eſt bicubitum duplum quoddam immobile omnino unius cubiti. Et cum dicat eodẽ modo in aliis ad aliquid accidere ſubiunxit. Si in tempore omnia mouentur. Sed quodam alio modo exiſtimo hoc indicans quia motus ſubiectorum eſt ſecundum habitudines, & alio modo quam ſecũdum diſpoſitiones, ut alio modo ſecundum ſubſtantiam quia neque motum talẽ mutationem cenſent appellandum eſſe qui ſunt peripatetici, ſed ortum atque interitum quia non permanet id quod mutatur. Verũtamen Theophraſtus in primo ſuorum naturalium inquit contemplandum eſſe motum ſecundum unumquodque genus prędicamentorum ſic ſcribendo. Sed de motu uniuerſalem & communem ſermonem, ſed non difficilem aſſignare & dicere quod uelut quidã actus eſt imꝑfectus eius quod eſt in potentia quatenus tale ſecundum unumquodque genus prędicamentorum. Videtur etiam nunc motum communiter mutationem dicere. Etenim definitio quæ dicit motum eſſe actũ eius quod eſt poteſtate quatenus potentia eſt non proprie motus eſt, ſed etiam ortus atque interitus & omnino omnis mutationis. Ideo paulo procedens Theophraſtus inquit inquirẽdum eſſe de motibus, ſi quidem alii ſint motus, & alii uelut actus quidam. Sed quod omnino neceſſe ſit ut in ꝑdicamentis quorum ſubiecta habent habitudines mutatio ſi ſecundum eaſdem perſpicuum eſt, ſi quidem non ſint ęternę habitudines ſubſtantiarum ſecundum ipſas, ſi ergo ſubſtantię mutantur ſecundum ipſas, uel ergo ſecundum ortum atque interitum neceſſe eſt ipſas mutari, uel ſecundum motum, ſi quidem hę differentię mutationis ab Ariſtotele ex diuiſione aſſignantur, ſed non diceremur fieri hominem, quando indueretur annulo, uel ſecundum habitudinem mutaretur, ut moueri neceſſe ſit ſecundum tales mutationes. Sed ſecũdum alium modum motus dixit Eudemus & non ſecundum illum quo mutationes fiunt ſecundum affectionem. Etenim & ipſe Ariſtoteles procedendo inquit abiectionem cõtrariam eſſe aſſumptioni, & has mutationes cenſet appellandas eſſe inquiens. { Propter quod ortus eſt contrarius interitui & abiectio acceptioni, } hæ autem mutationes, ſed non motus. Quod ſi quis uult non omnino eſſe motum in his prædicamentis non amplius diuidat mutationem in ſolum ortum atque interitum & motum, ſed addat aliquid & aliam ſpeciem congruentem mutationibus ſecũdum habitudinem, ut dicatur mutatio quæ eſt ab eo quod nõ eſt ad id quod eſt ortus, & illa quæ eſt ex ſubiecto ad non ſubiectum interitus, & reliquam ex ſubiecto in ſubiectum diuidatur in illam ſecũdum diſpoſitionem, quam motum Ariſt. cenſuit appellandum eſſe, & in illam ſecundum habitudinẽ, quã motum negat eſſe appellandum tanquam nulla appareat ſubiecti euariatio. Sed quia non ponitur nomen ſempiternum, quia nomine generis uocat mutationem, & hoc uerum exiſtimo dictum eſſe quod ſi ea quæ ſunt particularia mota nõ cenſet dici mota per ſe, ſed ſimul ordinat cum his quæ mouentur per accidens multo magis ea quæ mouentur ſecundum habitudinem non dicerentur per ſe moueri. Sed de his quę mouentur per ſe erat quęſtio. Quare & ſi Theophraſtus dicat in omnibus prędicamẽtis eſſe motum, indeterminate dixit, quia nõdum diſtinxit motũ à mutatione per ſe nec ꝑ accidẽs. Sed hęc quæruntur latius, ſiquidem digna inquiſitione ob contentionẽ interpretum in ipſis uideantur. Sed ad cætera proficiſcendũ eſt.

Motus igitur ſecundum qualitatem, alteratio ſit. hoc enim inditum, eſt commune nomen. Dico autem qualitatem, non quæ in ſubſtantia (etenim differentia, qualitas eſt) ſed quę paſſiua eſt, ſecundum quam dicitur pati, aut impoſſibile eſſe. Quæ uero ſecundum quantitatem eſt, ſecundum commune quidem innominatus eſt. ſecundum autem vtrunque, augmentatio & diminutio. Is quidem qui eſt in perfectam magnitudinem, augmentatio. qui uero ex hac, diminutio. Qui autem ſecundum locum, & ſecundum proprium, & ſecundum commune innominatus eſt. uocetur autem latio, nomine communi. quãuis dicantur ferri hæc ſola proprie, cum non in ſe

ipſis ſit mutantibus locum, ſtare, & quęcunq; ipſa non ſeipſa mouent ſecundum locum.

Cõm. 21. Cum diſtinxiſſet prædicamenta in quibus collocandus eſt motus per ſe ſcilicet in quãto, quali, & ubi, cæterum docet qui ſit motus in unoquoque horum generum, & quæ ſint differentię horum & uſque ad nomina. Et tandem quia ſecundum qualitatem motus communi nomine alteratio appellatur. Sed quoniam qualitates dicuntur etiam differentię ſubſtantiam uelut rationale hinnibile. Quales etiam dicuntur qualitates patibiles, ut caliditas, ſiccitas quibus pati uel impatibile quicquã dicimus diſtinguit pulchre, quia mutationem ſecundum has qualitates & motum appellare debemus & alterationem nominamus. Nam ſecundum differentias ſubſtantiales eſt mutatio non motus, ſed ortus appellatur & interitus, ideo neque alteratio, ſed ortus magis. Quod enim fit aliud & non alterañ. Non eſt autem motus, quia nullum ſubiectum actu eſt & idẽ manens quod ex rationali in irrationale mutatur, uel omnino ex contrario in contrarium. Qualitates autem dicuntur differẽtiæ conſtitutrices ſpecierum, quãquam ſubſtantię ſint quia determinant quale circa ſubſtantiam. Videtur autem & alterationis nomen ipſe impoſuiſſe motui ſecundum quale. Sed de mutatione ſecundum quantitatem non eſt commune nomen poſitum, ut in alteratione ſecũdum qualitatem, ſed motus qui fit ad magnitudinem perfectam auctio dicitur, & ille qui fit ex magnitudine perfecta ad imperfectam diminutio. Demonſtrauit etiam his quæ ſit contrarietas ſecundum quantitatem, quia perfecta magnitudo ſecundum unumquodque eorum quæ ſunt apta augeri imperfectę opponitur, ſed ſecũdum quale mutatio commune nomen habet, & alia ſecundum quantũ proprie. Sed illa ſecundum locum utroque modo uacat nomine. Neque enim commune nomen eſt motui ſecundum locũ proprium, neque peculiare unicuique. Lationem autem ipſe communi nomine appellat uel ſic inueniẽs appellatum, quod non proprie appellatur oſtẽdit, ſi quidem hæc ſola proprie ferri dicamus inanimata ſcilicet quæ natura & quę mouentur ui. At animata cum habeant principium quieſcendi & ſtandi in ſeipſis animã nõ amplius ꝓprie dicimus ferri, ſed illa ſola quęcunq; non ipſa moueat ſeipſa ad locum, neq; quando mouerẽtur habent facultatem in ſeipſis ſiſtendi ſe. Vnde Eudemus in his addit quod omnis motus & mutationes ab ipſo ad quod magis denominantur quam ab eo quod eſt à quo, auctio ad magnum, diminutio ad paruum. Et in alteratione diſciplinatio ſanatio, & in his ſecundum locum ab Athenis aut Corintho magis denominatur motus qui eſt ad illas.

Quæ autem eſt in eadem ſpecie, mutatio in
Tex. 19. magis & minus, alteratio eſt. Quæ enim ex contrario eſt in contrarium, motus eſt, aut ſimpliciter, aut aliquo modo. in minus enim cum ierit, in contrarium dicetur mutari. in magis autem, ut ex contrario in ſeipſum. differt enim nihil ſecundum quid mutari, aut ſimpliciter. uerum, aliquo modo oportebit contraria eſſe. Magis autem & minus eſt, ex eo quia plus aut minus con-
Tex. 20. trarij ineſt, & non. Quod igitur hi tres ſoli motus ſint, ex his manifeſtum eſt.

Cõm. 22. Cum dixerit motum ſecundum qualitatem habere cõmune nomen alterationem, ſecundum quantum commune non habet, & propria habere augumentum & decrementum, & ille ſecundum locum non habere commune nec proprium. Et quia quę mutantur ſecundum qualitatem aliquando quidem ex alia ſpecie in aliam mutatur, uelut ex nigro in album, & aliquando in eadem ſpecie permanent, magis & minus mutatio ſuſcipit. Et pulchre animaduertit, quod mutatio ſecundũ magis & minus in eadem ſpecie eſt alteratio, & non oportet quærere alterũ nomen in ipſa. Quod uero ita ſe habeat, oſtendit quia ex contrario in contrarium omnem motum fieri oſtẽſum eſt, uel ſimpliciter, uel aliquo modo. Eſt autem aliquo modo qui fit ex intermedio ſecundum intenſionem in eadem ſpecie. Oſtenſum autem eſt etiam quod mutatio ex intermedio ad intermedium fit ex contrario in contrarium. Si ergo album minus factum album in medium mutaretur uelut in cõtrarium ſuum, patet quod in nigrum mutaretur. Nam minus album mixtione nigri fit tale, ideo & in minus procedens motus in contrarium dicetur mutari, ſed magis, quando magis album fieret uelut ex contrario ſibi albo exiſtẽti mutatur ex minus albo quatenus tamen nigrum erat intermedium. Si ergo hoc in minus & magis, uelut in intermedium & ex medio moueri eſt, & quod eſt intermedium aliquo modo eſt contrarium & motus in ipſum magis & in minus uelut in cõtrarium & ex contrario aliquomodo exiſtens ſimiliter alteratio appellatur, ut etiam mutatio quę eſt ſimpliciter in contrariũ ut in nigrum, & illa ex nigro. Nam nihil differt quo ad alterationem dici aliquod mutari ſimpliciter, & aliquomodo ideſt intermedium et ex his, uel in extrema, ut ex illis. Cum diceret quod nihil differt aliquomodo uel ſimpliciter mutari adiecit hoc ut tuta & rata ſit ſententia, { Verũ oportebat aliquomodo contraria eſſe. } Nam intermedium ex quo & in quod aliquomodo mutatio non ſimpliciter contrarium eſt utrique extremorum, ſed aliquomodo contrarium & aliquomodo non contrarium, ideo non ſimpliciter contrarium ob id quia hoc intermediũ eſt aliquomodo contrarium, & aliquomodo non, & aliquando plus & aliquando minus contrarij habet, accidit magis & minus mutationibus quæ ſunt ex hoc ad hoc, ſi ergo ob intermedia eſt natura ipſius magis & minus, merito motus ad intermediũ facit minus quoties in eadẽ ſpecie mouetur, et illa ab ipſo intermedio magis, Alexãder ergo & Themiſtius magis & minus de ſola mutatione ſecundum quale ab Ariſtotele ſumpta eſſe putant, forte quia magis & minus ſunt propria qualitatis. Sed Porphirius quia inquit in omni motus eſt magis & minus. Etenim in eo ſecundum incrementum & diminutionẽ, & in eo ſecundum alterationem, quærit de motu ſecundũ magis & minus in quo genere ſit ponendus & inqt quod mutatio ad eandem ſpeciem ſecũdum magis & minus alteratio eſt. Secundum quãtitatem enim eſt, in qua ſpecie motus fieret. Hæc autem cum dicat de motu ſecundum locum quæ dicit Ariſtoteles exponit. Sed credendum eſt, ut Porphirius uenerit in hãc ſententiam quia nequaquam definitionem indicauit quia magis & minus de motu in qualitate quærit. Quòd ſi magis & minus propria eſſe qualitatis uidentur, oportet cognoſcere quod omnis ſpeciei differentiæ conſtitutrices ſunt quædam qualitates, & quanti differentiæ perfecta & imperfecta & intermedium. Et ubi ſurſum & deorſum ac medium. Secundum igitur differentias magis & minus ſuſcepta & ipſe alterantur. Sed contraria & intermedia in quantitate ſecundum perfectum & imperfectum & in ubi ſecundũ ſurſum & deorſum conſiderantur, forte & ipſa inſunt ſecundum qualitatem deſignantem & imprimentem illa. Sed cum hęc dicat Ariſtoteles reliquum concludit dicendo. Ex dictis manifeſtum eſſe quod ſunt tres ſoli motus alter ſecundum quale, alter ſecundum quantum & alter ſecundum locum.

Immobile autem eſt, & quod omnino non poteſt moueri, ſicut ſonus eſt inuiſibilis Et quod in multo tempore uix mouetur, aut quod tarde incipit, quod dicitur ægre mobile. Et quod aptum natura eſt, poteſtque moueri, non mouetur autem tunc cum aptum natura eſt, & ubi, & quomodo. quod quidem immobilium ſolũ, quieſcere uoco. contraria enim, quies motui eſt. Quare priuatio erit ſuſceptiui.

Cum diſtinxiſſet motum ab ortu atq; interitu & ipſum per Cõm. 23.
ſe determinans quod eſt ex contrario in contrarium mutatio

permanente

permanente ſubiecto & mutato, & oſtenderit in quibus generibus eius quod eſt motus collocetur, conſequens erat de quiete dicere, quæ motui contraria eſt cum ſit eius priuatio. Sed ad uniuerſalius procedens de immobilitate dicit, ſub qua etiam quies continetur atque ordinatur. Et diuidit immobile quadrifariam, dicẽs illud eſſe proprie immobile, quod omnino nõ eſt aptum moueri, & exẽplum huius appoſuit hoc quia dicitur ſonus inuiſilis. Nam nullo pacto ſonus uideri poteſt. Hoc quoque modo poli cardineſue immobiles ſunt in cœlo qui non ſunt apti moueri, ſed hi & ſi non moueantur per ſe, tamen per accidens eo quod ſunt in moto, ſed proprijſſime immobiles ſunt ſubſtantiæ quæ ſunt omnino ſeparatæ à corporibus. Nam hæ neque per accidens ſunt aptæ moueri. Dicitur quoque abuſiue imobile illud quod mouetur, ſed tarde quod multo tempore parum interualli pertranſit, ut uix ſenſui uel omnino nec appareat moueri, uel illud quod tardiſſime mouetur, ut ſtellę inerrantes uidentur immobiles motu ab oriente, quia centum annis uno gradu mouentur. Dicitur item immobile quod tarde incipit moueri & uix cum ſit aliud ab eo qui retardatur in motu, ut dicimus manſuetos ſero ac uix iraſci incipere. Quarta autem ſignificatione immobilis dicit id quod eſt aptum moueri & poteſt, ſed tum non mouetur quando aptum eſt moueri & poteſt & hanc imobilitatem appellat quietem ſolum diligenter ipſam deſcribens. Quies enim eſt immobilitas eius quod eſt aptum moueri, ſed non ſimpliciter, ſed quãdo eſt aptum natum. Etenim aptus eſt catulus uidere, ſed non ſtatim ab ortu, ideo neque tum diceretur quieſcere à uiſione. Neque enim cęcus eſt tanquam priuatus ſit aſpectu. Priuatio enim et quies motus eſt, ſed ſi quid non mouetur quo nõ eſt aptum moueri uelut ad aerem pedeſtria, hoc non diceretur quieſcere quia neq; natum eſt illuc proficiſci, ſed ſi natum eſt ut moueatur & non cietur, tunc dicitur quieſcere. Aues quidẽ ſecundum uolatum quieſcunt, ſed pedeſtria ſecundum inceſſum & reptionem, & aquea ſecundum natationem, ſed pedeſtria nõ dicerentur quieſcere uolatu, neque alia uiciſſim uariata, ſed quoniam neque principio ſic natum eſt moueri. Quærenda autem ſunt quæ non mouentur, quãdo non apta ſunt moueri, ut catulus nuper genitus non uidens tum ſub qua ſpecie immobilis reducetur. Neque enim ſub his quæ ſunt omnino inepta ad motum & eiuſdem expertia, neque ſub his quæ ægre mouentur, neque ſub his quæ ſunt apta moueri tum & non mouentur, ſed uel ſub his quæ tarde incipiunt, uel eſt aliqua alia ſpecies immobilis, qua aliquando aliquid eſt ſolum non aptum moueri & aliquando aptum moueri & non moueri. Sed his quæ non ſunt apta Alexander non immobile competere ait, ſed quod non mouetur. Contrarium enim motui eſt quies, quod cõmuniter dicitur, ꝓpterea quod aliquando etiam priuationem contrarium dicit & affirmatione ſignificatur ut nudum, ideo etiam ſubiunxit. » { Quare priuatio erit ſuſceptiui. } » etenim unum contrarium uiciſſim eſt priuatio alterius, proinde & in conceſſis contrarijs deterius dicit eſſe priuationem melioris, uelut nigrum albi, & calidi frigidum, & rurſus oppoſita ſecundum priuationem contraria appellat, quando non diligenter dixerit de ſpeciebus oppoſitionis, uelut nunc quietẽ cõtrariam dicit motui, niſi ergo contrarium dixerit pro hoc oppoſitũ. Sed cur quies eſt motus priuatio, & motus non eſt priuatio quietis, uel quia primarie natura eſt motus cauſa cum ſit actus, ſed priuationes ſunt abſentiæ habituum & actionum, & quies non eſt ſtatio actu. Nam actio & ſtatio & forma cognata motui. Sed quies non eſt actus aut actio, ſed ſolum abſentia motus. Non enim talis quies eſt priuatio, ut cæcitas. Illæ enim non ſolum ſunt actionum actuũue priuationes, ſed etiam habituum, & diſpoſitiones ſubſtantiarum præter naturam ideo neque redeunt, uelut quies quæ eſt priuatio ſuſceptiui motus.

Tex. 21. **Quid igitur eſt motus, & qd quies, & quot mutationes, et quales motus, manifeſtũ eſt ex dictis.**

Com. 24. Concludit deinceps totum problema quod ſeparat motum ab alijs mutationibus & determinat prædicamẽta in quibus eſt motus, & quietem demonſtrat quomodo ſe habet ad motum. Quid igitur ſit motus dixit cum aſſerat eſſe quandam mutationem ex contrario in contrarium manente ſubiecto & mutato. Quid uero quies ſit dicit, quia eſt priuatio eius quod eſt aptum moueri quando aptum eſt & ubi aptum & ut aptũ. Quot autem mutationes ſint item aperuit. Quia omnes proceſſus eius quod eſt potentia ad id quod eſt actu adhuc manẽte eo quod eſt potentia. Et quoniam harum motus ſunt qui ex contrario in contrarium ut diximus, & alij ſecundum contradictionem ut ortus atq; interitus. Illud enim ſcilicet quod motus ſit ponendus in tribus prædicamentis in qualitate, quantitate, & ubi iam primum concluſit quando dixit. Quod igitur hi tres ſoli motus ſint ex his compertum eſt.

Poſt hæc autem dicamus, quid eſt ſimul, & ſeparatim, & quid eſt tangere, & quid eſt inter, & quid conſequenter, & quid contiguum, & quid continuum, & quibus unũquodque horum ineſſe aptum natura ſit.

Com. 25. Cum quinque prima uolumina phyſicæ auditionis habeãt intẽtionem de principijs naturalibus diſſerere atq; de his quæ conſequuntur cõmuniter omnes res naturales, hic quintus liber ſermonem de mutatione perfecit. Nã in tertio libro communiter de mutatione diſſeruit ipſam nominãdo motum. Hic autem repetens ſermonem genus mutationis in proprias ſpẽs diuidens unam harum eſſe motum demonſtrauit & quo ab alijs mutationibus differat, aſſignauit, & in quibus generibus ſubſiſtat. Dehinc docet ea quæ conſequuntur naturales res quæ ſunt in loco. Et mihi uidentur ea quæ hoc in libro dicuntur de mutatione perficere ea quæ dicta ſunt in libro tertio. Et quæ hic dicenda ſunt ſequi ſermones de loco quos principio quarti libri concluſit. Sed hæc quandam opportunitatem habent, partim ad ea quæ dicenda ſunt in tribus ſequentibus libris, partim uero ad oſtendendum quod continuum non cõponitur ex indiuiſibilibus, ideo & principio ſexti libri de his uelut de his q̃ iam oſtenſa ſunt ſermonem facit dicendo, » { Quoniam uero eſt continuum & attiguum } » et cætera. Quod autẽ ut naturali hæc ſint utilia nunc mentionem facit de his, quod patet ſtatim ex ipſo, ſimul. Nam in prædicamentis ubi erat ſermo de uocibus ſignificantibus tanquam multipliciter dictum ipſum. Simul diuidens in plures ſignificationes dixit quod alia ſunt ſimul tempore, alia uero quia uno ſublato & aliud tollitur uiciſſim & neutrum eſt cauſa alterius, alia autem quæ contra diuidũtur in eodem genere. Hic autem horum nullius meminit. Sed quæ dicantur ſecundum locum ſimul eſſe nunc dicit. Corporibus enim naturalibus ipſum ſimul ſecundum locum maxime competit. Sed quærendum eſt in quibus unumquodque horum aptum eſt ineſſe quod quidem per ipſum qd eſt indicabitur, oſtendet autem & ipſe, quia ipſum ſimul & ipſum. Separatim & attiguum, & conſequens, & cõtinuum atque intermedium conſideratur in his quæ habent poſitionem illud uero deinceps conſideratur etiam in his quæ non habent poſitionem, uelut in numeris.

Tex. 22. **Simul igitur dicuntur hæc eſſe ſecundum locum, quæcunq; in uno loco ſunt primo. Separatim autem, quæcunq; ſunt in altero.**

Com. 26. Simul eſſe hæc dicit ſecundum locum quæcunque ſunt in uno primo loco. Qui ſit ergo unus locus, & quis primus diſtinguendum eſt. Vnus igitur eſt ut inquit Alexander qui non diuiſus, ſed continuus eſt, quod quæ ſunt ſimul dicta in loco ſunt inter ſe continua uelut continui partes. Non enim quia in uno & eodem ſecundum numerum loco duo corpora uel plura ſimul dicimus eſſe ob id hæc ſe penetrare dicimus. Hoc enim oſtenſum eſt ſuperiore libro quod non poteſt fieri,

ſed quod quæcunque non diuiduntur neque à propria ſuperficie continentur, hæc neque proprium habent locum. Vnum enim eſt & continuum & continens terminus id quod continet ſic ſimul connexa inter ſe. Sic ergo Alexander unum locum continuum intelligit & ſimul in loco eſſe continua exiſtimat. At qui ſimul magis diſtant inter ſe, quam attigua, & attigua magis, quam continua ut diſcemus, quomodo ergo ſimul continua ſunt, ſed unum locum dicimus eſſe eorum quæ dicuntur ſimul ſecundum locum continentem ea quæ ſunt proxime diuiſa, ut ciuitatem ſi fuerint in ciuitate, & ueſtibulum ſi
» fuerint in ueſtibulo. Et hoc { Primo } additur tanquam explicatiuum loci proprij proxime eorum quæ ſimul dicuntur eſſe in loco. Hæc enim ſunt proprie ſimul ſecundum locum quia communius ſimul dicuntur in loco, eſſe etiam ea quæ ſunt in eadem domo, & ea quæ ſunt in eodem theatro, & in eadem ciuitate, & in eodem mundo, ſed neque eſt proprie unus locus eorum quæ ſic dicuntur eſſe ſimul, neq; proximus & ꝓprius, cum multa etiam alia habeat in ſeipſo. Sed primo & proprie eſt locus qui proxime continet hoc quod dicitur in ſeipſo eſſe uelut in loco. Sic enim ipſe docuit ſuperiore libro. Et de his q̃ craſſo modo ſimul dicuntur eſſe in loco, hoc dicitur ſcilicet ut in domo & ciuitate, ut oſtendatur quod locus uelut unus & proximus accipitur domus & ciuitas & ſi non proprie, ob id hæc dicuntur ſimul communius. Nam ſimul cum habeat intelligentiam congregādi etiam colligit ſaparata uel exacte uel craſſo modo. Exquiſite uero quando & idem exquiſite dicitur ſimul unum & ꝓximum locum ſignificare. Sed craſſiore modo, quando in diſſerenobus, ſed ſub uno quodam contentis in quo dicuntur ſimul eſſe ut in domo & ciuitate. Sed ꝓprius ſimul dicuntur quæ in minori eodem ſunt. Quæ enim ſunt in eadem domo, magis proprie dicũtur ſimul quam ea quæ ſunt in eadem ciuitate, & ea quæ ſunt in eodem domicilio quàm ea quæ ſunt in domo & ea quæ ſunt ꝓte magis q̃ ea quæ ſunt in toto, & ſimpliciter quæ ſunt in primo & indiuiduo qui non cõtinet alia corpora ſolida & ſi aer ſit intermedius & ſi non continua fuerit neque attigua hæ proprie ſimul ſunt. Vnde Eudemus hoc competere maxime his quæ ſunt ſeparata. Sed neq; his maxime proprie. Duo enim corpora nõ poſſunt ſimul eſſe in uno & indiuiduo loco, ſed ſecũdum rationem inquit exacte quærendum eſſe, ſed ſecundum opportunitates, & ſufficiens etiam cognatum huius omne ſimul dicendum eſt. Dicuntur quoque ſimul quę ſunt in eodem tempore induiduo. quod patet eſſe unum & proximum. Separatum autem patet ex ipſo, ſimul. Quæ enim ſunt in diſtantibus locis & temporibus, hæc loco & tempore mutuo ſunt ſeparata.

Tangere autem, quorum extrema ſunt ſimul.

Com. 27. Quærit Alexander in his pulchre, quia dupliciter extrema dicuntur, alia quidem uelut partes eorum quorum ſunt extrema, alia uero uero ut termini, qualia igitur eorum quæ tangũt ſeſe dicit eſſe ſimul. Sed ea deinceps neſcio quomodo ſubiungit. Si enim alia quæ ſunt ut partes dicit, hæc non ſunt ſimul. Nam eſſent ſimul in eodem primo loco, quæ quidem ſunt cõtinua, & eæ partes quę ſunt ſeiunctorum & attingentium non ſunt in uno primo loco. Neque enim continua ſunt inter ſe, neque ſecundum proprias partes mutuo adæquantur, ſed etiam ipſe tangunt ſeſe mutuo. Aut extrema, inquit, ſuperficies dicit & terminos corporum quibus ſeſe tangent uiciſſim. Simul autem hæc dicit & in eodem loco per accidens. Vt enim ſuperficies alterius corporum tangentiũ per accidens eſt in loco quia corpus cuius terminus eſt in loco collocatur, ſic etiam amborum corporum ſuperficies quibus illa ſeſe mutuo tangunt in loco ſunt per accidens, quia in quo altera erat in eodem ambę ſunt, adęquantur enim mutuo corporum contactu. Item tradit nunc Ariſtotelem dicere potuiſſe ea quę ſunt ſimul pro his quæ adæquantur. Quæ enim ſic ſe habent ut unum adęquat, alteri etiam hæc ſimul ſunt. Seſe igitur hæc mutuo tangunt, quorum termini mutuo adæquantur & ſic ſunt ſimul. Quod enim prius dicebatur ſimul non ſimpliciter, ſed ut adiecit ſecũdum locum. Et erit inquit hęc alia ſignificatio eius quod eſt ſimul. Proinde in his merito dubitat Alexander ſuam ſeruando expoſitionem qua dixit ea quæ ſunt ſimul continua eſſe, quomodo eorum quę ſeſe tangunt ſimul termini erunt. Et cogitur aliã ſignificationem ipſius ſimul inducere, quæ eſt eorum quę adęquantur. Eſt autem non aliud, ſed aliorum. Illud enim ſimul eſt corporum quę ſunt in uno loco ꝓxime cõtinente ipſa. Et ſi eſſent etiam aliam exiſtimo, quę ab eodem loco continerentur. Etenim & hęc ſimul erant cum prius dictis. Sed in attiguia non corpora ſola dicit ab uno loco contineri & ſi diuiſa ſint, ſed etiam ſuperficies ipſorum ſeſe tangunt & in uno loco ſunt, ut ſuperficiei conuenit pro ſua natura in loco eſſe. Nam tangere eſt impedimentum quoddam præcedens ne aliqua ſimul ſint & ueniat ad continuationem & unitatem. Quę enim ab uno proximo loco continentur quando fuerint proxime coniuncta & mutuo tum ſeſe mutuo tangere dicerẽtur, ut quando duę ſuperficies una fierent tum continuantur. Patet autem hoc quod ſic ſe habeat etiam ex eo quod quæ ſe tangunt mutuo ſimul ſunt, ſed, quæ ſimul ſunt, non omnino ſeſe taugunt.

Inter uero, in quod prius aptũ natura eſt peruenire id quod mutatur, quam in quod ultimum mutatur, ſecundum naturam continue mutationem patiens. In paucisſimis autem eſt inter, tribus. ultimum enim eſt mutationis, contrarium. Continue autem mouetur, quod nihil, aut pau- Tex. 23.
ciſſimum intermittit rei, nõ temporis. nihil enim prohibet intermiſiſſe, & ſtatim etiam poſt primã ſonuiſſe ultimam, ſed rei in qua mouetur. hoc autem, & in ijs quę ſunt ſecundum locum, & in alijs mutationibus manifeſtum eſt. Contrarium au- Tex. 24.
tem ſecundum locum, eſt quod ſecundum rectã diſtat plurimum. minima enim, finita eſt. menſura autem, finitum eſt.

De illo intermedio quod eſt in motu dicit, quia hoc eſt In- Com. 28.
termedium quod medium eſt inter id ex quo mutatur aliquid & id ad quod mutatur ultimũ. Iccirco ex hoc enĩ ſignificauit idẽ, quia primum peruenit in illud quod mutatur, q̃ in ultimũ ſi ſecundum naturam continue moueatur, Et quod intermedium ex utraq; parte habeat illud ex quo & id ad quod etiam ex nomine patet. Hoc enim eſt intermediũ per quod id quod mouetur ex altero in alterum mutatur, ideo ad minimum in tribus collocatur. Non enim poteſt eſſe intermedium alicuius quod non ſit utrinque reſpiciens. Verum dixit in tribus ad minimum quia poſſunt eſſe etiam plura intermedia inter aliqua accepta, tamen ultima ſunt hæc ex quo et ad quod quæ quidẽ ſunt contraria immediata. Motus enim fit ex contrario in cõtrarium ſecundum naturam. Si enim ultimum mutationis in quod mutatio deſinit, contrarium eſt, & cõtrarium contrario contrarium eſt, ut primum ex quo mutatio contrarium, & intermedium contrariorum ſecundum locum naturaliter medium eſt inter ſupra & deorſum, et ſecũdũ qualitatem mediũ eſt ſecundum unamquãque contrarietatem cõtrariorum quæ ſunt proxime contraria. Et in quantitate medium eſt quod inter perfectum & imꝑfectum interiacet. Ex quibus & ad quæ quod adoleſcit & minuitur adhuc ſeruatum mutatur. Sed ex »
hac ſimilitudine hęc dicuntur. Illud autem, { Secundum na- »
turam continue mutatum } indicatiuum eſt quod oportet intermedium quatenus motus eſt ſimilis ſpeciei eorum eſſe, quorum eſt intermedium. Tum enim continue mouetur nihil deficiens uel parum eius ad quod mouetur uel ſecundum quod mouetur. Hęc autem ex contrario in contrarium, quia poteſt

aliquid moueri ſurſum ſecundum naturam, rurſus ab hoc in deorſum moueri ui, ſed non ob id ſurſum erit intermedium ipſius deorſum à quo & in quod mouetur id quod cietur. Neque enim ſecundum naturam ambo neque continue. Patet autem quia contrariorum, alia ſunt ſine medio contraria, alia habent medium, & quia intermedium eſt in his contrarijs quæ habẽt medium. Et cum dixerit hoc eſſe intermedium, in quod prius ſecundum naturam id quod eſt aptum moueri continue mutatur, quàm in extremum, & quid ſit ultimum extremumque dicit quoniam contrarium eſt, ut conſequenter dicit quale ſit continuum, quia enim mutatio habet duplicem continuationẽ aliã ex tempore, aliam à ſubiecto ſecũdũ quod mutatio fit, uelut alterationis, uel accretiõis uel latiõis & utrunque continu tale eſt, cuius nihil uel minimũ deficit, aut intermittitur, aliud quidem eſt à tempore ſecundum tempus, aliud uero à ſubiecto ſecundum ſubiectum, unde dicit quod continuum ſecundum tempus non eſt opportunum ei quod mutatur ut perueniat ad medium prius quam ad extremum. Nam dixit { rei aut temporis } pro hoc rei magis quam temporis. Etenim remiſſo tẽpore ambulationis adeo, ut quod ambulat quieſcendo iterum ambulet. nihil uetat quin ueniat prius ad intermedium ambulationis & ſubiectę longitudinis. Et non remiſſo tempore, ſed continuo exiſtente, contingit ex contrario in contrarium illico mutari, ut ſi quis pulſauerit chordam inferioris & grauioris uocis illico proficiſcatur ad pulſandum ſuperiorem, nihil ergo cõfert tempus continuum ad hoc intermedium, ſed continuatio ſubiecti, ſi quidem ſecundum locum mutatio fit continuatio loci requiritur atque motus localis. Etenim ſi mutatio fuerit continua ſecundum hęc fieri nequit quin quod mouetur prius non attingat medium & tum in extremum, & ſi nõ continuus ſic eſt motus, ſed ſi habet magna interualla profecto non perueniret prius in medium quam ad finem. Vnde apposite protulit hoc. { Nihil enim prohibet intermiſiſſe & illico etiam poſt primam ſonuiſſe ultimam. } Cum dicat continue moueri ſecundum hoc continuum, in quo nihil aut minimum intermittitur rei, et non temporis, quod non opus ſit tempore ex hoc indicauit, cum dicat intermiſſo tempore nihil prohibere fieri motum per intermedium & non intermiſſo nihil uetat mutationẽ fieri ex contrario in contrarium non per intermedium. Cum ergo his ambobus oſtenderit quod non opus eſt temporis cõtinuatione, ut motus fiat per intermedium, intulit { ſed rei in qua mouetur } ut nihil uel minimum quidem intermittatur, & illud minimum eſt interuallum rei quia proportionem uniuerſi motus oportet intromittere. Si enim exigua fuerit interpollatio aut interuallum ad ipſum & intentio una rei manet ut ſi quis abierit Athenis ad Pireum & quam breuiter immoratus ſit pro calceis ornãdis atq; aptandis, hæc interpollatio non intercepit neque ſecuit continuatioonem, tamen ſi non eſt una intentio uniuſcuiuſq; itineris ſcopus perueniendi ad Pireum, ſed etiã de uia declinans aliquis & aliquid tractabit quæ pertinent ad familiam ſuam non amplius erit idem motus continuus. Et cũ accidunt intermedia uno exiſtente propoſito, quãdo multum tempori intercederet continuatio motus ſcindent, ut citharam pulſare, quãdo fracta chorda aliam tãgere cogimur. Sed ſi nõ manſerit unum propoſitum & parum temporis intermiſſum fuerit ſoluit cõtinuationem, ut ſi quis ad Pirea propoſuerit deſcendere, & cum aliquo diſputauerit eorũ quos in uia nactus fuerit. Cæterum ubi dixit quo cõtinuo opus ſit, ut prius in medium uentum ſit quia illo ſecundum rem opus eſt, dicit etiam de contrario in quod ultimo mutatur id quod mutatur per medium quid ſit & in quibus conſideretur. Et dicit quod ſecundũ locum contrarium eſt id quod plurimum abeſt ſecundum rectitudinem. Nam contraria oportet plurimum diſtare. Et illud ſecundum rectam aut rectitudinem facit quod illud plurimum ſi determinatum & menſuratum. Nam definita eſt recta, & omnia menſurantur definito & determinato. Quia enim recta eſt minima linearum quæ habent terminos, & minima definita eſt. Nam hoc ſignificat illud terminatur, & definita metitur, unde etiam plurimum ſecundum rectum erit menſuratum & definitum, ut etiam plurimum proprie dicitur. Nam ad terminos rectę orbicularis linea indeterminata eſt, et aliam atq; aliam menſuram habet, alia quidem magis eſt curua alia uero minus, quare ſi orbiculatione iudicaretur terminorum diſtantia fieri poteſt, ut termini maioris peripheriæ modo ipſa ſit magis curua proximiores ſint, quam termini minoris. Et erũt proximiora quæ diſtãt maiore linea. Et uniuerſe recta, ad eoſdem terminos una eſt, & ob id definita & certa, ſed orbiculares plures ſunt & indefinitæ. Et uidetur primum ponere atq; aſſerere contraria in loco eſſe & ab hoc ad alia deriuare atque proficiſci ideo & deſcriptio contrariorum tradit ea quæ plurimum diſtant. Quæ igitur plurimum ſeiuncta ſunt inter ſe qualia ſunt ſecundum locum, hæc contraria dicuntur, modo ſic plurimum diſteterint, ut illud plurimum determinatum ſit. Etenim plurimum determinatum eſt, & minimam oportet ut habent ſecundum rectam diſtantiam.

Conſequenter autem eſt, inter quod poſt principium ſolum exiſtens aut poſitione, aut natura, aut alio aliquo ſic determinatum, nihil eſt eorum quæ ſunt in eodem genere, & id ad quod conſequenter eſt. dico autem, vt ad lineam linea vel lineæ, aut ad vnitatem vnitas vel vnitates, aut ad domum domus. Aliud autem nihil prohibet eſſe inter. Conſequenter enim, ad aliquid eſt cõſequenter, & poſterius aliquid eſt. non enim unũ conſequenter eſt ad duo, neque noua luna ad ſecundam conſequenter eſt, ſed hæc ad illa. Tex. 25.

Conſequens eſt alicui conſequens quod quidem habet rationem principij ad idem. Quod enim eſt poſt principium exiſtens ſimilis generis cum principio, & magis ſimile ſpecie conſequens eſt principio & hoc quando non interceſſerit aliquod intermedium inter principium & id quod eſt poſt illud quod ſit ſimile uel genere uel ſpecie, ut domus eſt cõſequens domui ſcilicet ſecunda primæ, quando non alia intermedia fuerit. Sed principium ipſius conſequentis, & ipſum conſequens multipliciter dicitur. Vel enim poſitione, uel ordine, uel ſpecie uel affectione, uel tempore, uel ortu, uel numero uel aliquo alio modo. Poſitione quidem quæcunque alicubi ſunt ut ſi plures lineas deſcripſerimus, uel plures domos aut ciuitates acceperimus. Ordine ut procemium reſpectu narrationis & ipſa reſpectu contentionum & partium explicãdarum aut confutandarum aduerſarij. Specie quoque uelut ſi colores deinceps & cõſequenter ſigillatim acciperemus ab albo inchoãtes uſque ad nigrum ſiue hæc ſeptem fuerint, ſiue etiam plura. Enumerat autem ipſa Ariſtoteles in libro de ſenſiterijs & ſenſilibus. Affectione item ſi à frigido mutationẽ factam odorauero in lacteo & tepido atque calido & feruido intellexero eſſe factam. Tẽpore autem quando nouilunium, aut ſecundam aut tertiam & ſic deinceps nominabimus. Ortu uero quando in animalibus dicimus quod primo prodijt & conſtitit fuiſſe cor deinde pulmonem ſi occurrerit, deinde ſplen, deinde renes. Et in plantis radices, deinde truncus, poſtea ſtips & cętera. Numero demũ quando unitatem dualitatem, trinitatẽ dicimus deinceps. Sed principiorum alia ſunt natura, ut illa ſecundum numerũ. Natura enim primum eſt unum magis quam duo, & duo quam tria & alia ſecundum ortum animalium & plantarum, adhuc etiam illa ſecundum ſpecies ceu in coloribus, alia ſecundum affectionem, ut dictum eſt de albo & nigro. quod ſi nos definiuerimus ſic ſe habebunt ſecundum & ea quæ deinceps, ſiue à feruente incipiamus. Et in coloribus ſiue ab albo, ſiue à nigro. Et in tẽpore & fluentibus & his quæ fiunt quod eſt prius natura hoc eſt primum. Quędam uero nos facimus principia, ut anni Athenienſes annum inchoant circa conuerſiones æſti- Com. 29.

tas uel circa autũnum uelut ij qui ſunt circa ſubſtantiam appellatam, uel circa conuerſionem hiemalem, ut Romani uel circa uernalem ut Arabes & ij ex Damaſco. Item menſis principium quidam dicunt eſſe plenilunum, uel nouilunium. Vnde erunt hæc poſitione. Sed de his quæ ſunt in loco dicendum eſt, quia quãdo erit aliquis ordo poſitorum, et fuerint definita in rectam uel ligna uel colũnę erũt extrema principia ex utroque latere, & ut nos poneremus eritque ſic alius terminorũ principium & aliud conſequens acceptum. Sed in domibus ciuitatis nõ amplius ſunt quædam extrema, ſed ab utro uoluerimus inchoare in nobis ſitum eſt, & eſt totum poſitione ſiue ſit rotunda ſiue quadrata ſiue qualiſcũque ambitus. Similiter etiam in ipſis ciuitatibus ipſum conſequens eſt ſecundum poſitionem. Sed illis determinatis illud oportet animaduertere qđ oportet ea quæ ſunt deinceps ſimilia genere eſſe. Sed ſimile genere ſuſius atque multiplex eſt. Si enim pueros maſculos dearticulantes deinceps dicamus uelut in pueris dicimus ſimile genere, ſi autem & homines miſcentes uelut maſculino genere ſimiles dicimus, ſi uero mulieres, ut homines dicemus, & addentes animalia rationi expertia uelut animalia dicimus genere ſimilia & conſequenter ſe habẽtia. Nam ſimilia genere ſunt cum proximiore tum etiam remotiore. Si enim omnia fuerint fundamenta, quatenus fundamẽta ſimilia genere erunt. Quòd ſi etiam differunt quatenus cathedrę, ſi autem & lecticæ quatenus in illis recumbimus et requieſcimus. Nam in illis cõe eſt expers nominis, ſi uero aliquorũ intermedia q̃dã deinceps q̃dã fierent diſſimilia ſpecie, putandũ eſt hoc nõ accidere in his quę ſunt deinceps, neque enim in his ſecundum numerum, neque in his ſecundum tempus neque in his quę mutantur ſecundum ſpeciem aut affectionem, ſed in his ſecundum ortum cõſequentibus, ut inter cor & pulmonem ſunt intermedia & diſſimilia genere quę fiunt, ut uenę quia ſumptæ ſunt uelut ea q̃ conſequentia ſunt in ipſis inteſtinis. Patet autem quod in habentibus principium natura eſt conſequens natura & non cõuertitur. Nam duo conſequuntur unum, ſed non unum duo. Item in his quæ ſunt in poſitione, quod ut definiuerimus principium, etiam habebimus ſic ipſum deinceps & cõſequẽs ſiue frigidum ſiue calidum diffiniuerimus principiũ. Verum Themiſtius addit quod proprie ſimilia ſpecie ſunt conſequenter ſe habentia ut domus domo, & linea lineæ. Sed dicuntur quædam conſequentia quæ ſępe non ſunt ſimilia ſpecie. Nam certamen eſt conſequẽs pompam & proceſſionem & ea quę ad ſponſalia attinent, ante exercitium. Sciendum autẽ quod cum
» multa exemplaria ſic ſe habeant. { Conſequenter autem eſt
» inter quod poſt principium exiſtẽs aut poſitione, aut ſpecie, }
» Alexander ſic ſcribit, { Cuius poſt principium ſolum exiſten
» tis, } addens illud { ſolum, } & exponit quod illud ſolum eſt
» indicatiuum huius quod non proprie omnino accipitur principium, ſed quouis modo ſi accipiatur principium aut natura aut poſitione eſt eius quod deinceps conſequitur. Dixit autem cõſequenter ſe habere lineam ad lineam uel lineas & unitates ad unitatẽ uel unitates quia una linea poteſt eſſe conſequẽter alteri lineæ & plures poſſunt, & una unitas uni & pluribus.

Tex. 26. Contiguum autem eſt, quod cum conſequenter eſt, tangit.

Com. 30. Cum dixerit quid ſit tangere quid conſequenter, adducit quid ſit contiguum, neque enim contiguum contentum eſt ſolo ipſo conſequenter. Nam numeri ſunt conſequentes, ſed nõ dicuntur eſſe contigui inter ſe quia non ſeſe tangunt, neque tãgere eſt per ſe ſufficiens ad efficiendum quod ſint aliqua contigua, porro pallium atque ueſtis tangit corpus cum non ſit cõſequenter, ideo non dicitur contigua illi. At domus cum ſit deinum conſequens & ſeſe mutuo tangunt. tum ambę ſunt antiguæ & annuli cathenarum. Oportet enim ea quæ ſunt antigua ſimilia genere & nullum intermedium habere nec ſimile genere, nec diſſimile, ideo non ſolum conſequenter ſunt, ſed etiam ſeſe tangentia. Omne enim contiguum etiam conſequẽs eſt, ſed deinceps conſequenſue non eſt omne contiguum, niſi & poſitionem habeat & tangat. quocirca neque ſecunda luna primæ lunæ dicitur eſſe proprie contigua, neq; ex albo nigrũ factum contiguum eſt albo, quia hæc non habẽt poſitionem, neque ambo permanent, ſed ſecunda cum eſt, non permanet prima. Et nigro factum album abijt. Quę autem nõn habent poſitionem neque permanent ambo non ſeſe tangunt, quę nõ ſeſe tangunt non ſunt cõtigua. Quòd ſi quis ponens albũ corpus & hoc tangat fuſcum & illud nigrum, nihil prohibet quin hæc inter ſe ſint contigua. Sed ea humida quæ ſeſe confundũt & commiſcent non ſunt contigua inter ſe. Verum oleum & aqua dicerentur eſſe contigua.

Quoniam aũt omnis mutatio in oppoſitis eſt, oppoſita autem ſunt, & contraria, & quæ ſecundum contradictionem ſunt, contradictionis autẽ nihil eſt medium, manifeſtum eſt quod in cõtrarijs erit id quod eſt inter.

Dixit iam quid eſt intermedium, quia illud eſt in quod pri- Com. 31.
mum eſt aptum peruenire omne quod mouetur antequam ueniat ad extremum, addens quod extremum mutationis eſt cõtrarium. Cum hæc ergo quæ illa ſequuntur addat, oſtendit quod medium eſt inter contraria. Hoc autem ſic oſtendit. Intermedium in mutatione eſt, omnis mutatio eſt ab oppoſito in oppoſitum & omnis talis uel eſt inter contradicentia aut cõtraria. Etenim priuatio aliquomodo contrarium eſt, ut ipſe dixit: Et eorum quæ ſunt ad aliquid aliqua ſunt contraria. Si ergo ſecundum contradictionem mutatio ſecundum ortum atque interitum ſit, & in ortu atque interitu non ſubſiſtunt extrema, ſed in ortu ſolum ſubſiſtit id ad quod, & in ortu ſolum id ex quo. Nam alia non ſunt ſubiecta, ſed negatione ſignificata, neceſſe eſt, ut intermedium ſit inter contraria, ſed non in oĩbus contrarijs dicit. Sunt enim aliqua contraria ſine medio, ſed quia in genere contrariorum.

Continuum aũt eſt quidem, quod continuum quiddam eſt, dico autem eſſe cõtinuum, cum idẽ fiat & vnus, vtriuſq; terminus quibus tangunt, & vt ſignificat nomen, contineantur. hoc autem eſſe non poteſt, ſi duo ſint ultima. Hoc autem de- Tex. 27.
terminato, manifeſtum eſt, quod in ijs eſt continuum, ex quibus vnum quid aptum natura eſt fieri ſecũdum contactum. & vt demum ſit continuum, vnum, ſic & totum, vnum erit. vt aut clauo, aut glutine, aut tactu, aut inſertu. Manife- Tex. 28.
ſtum autem eſt, & quod primum eſt id quod conſequenter eſt. quod enim tangit, neceſſe eſt conſequenter eſſe. quod autem conſequenter eſt, non omne, tangere, Quapropter & in prioribus ratione, conſequenter eſt, ut in numeris. tactus autem, non eſt, etſi quidem continuum eſt, neceſſe eſt tangere. Si uero tangit, nondum continuum eſt. non enim neceſſe eſt vnum eſſe ipſorum extrema, ſi ſimul ſint, ſed ſi vnum ſunt, neceſſe eſt ſimul eſſe. Quare vltima conſitio, ſecundum generationem eſt. neceſſe eſt enim tãgere, ſi conſita erunt extrema. Ea uero quæ tangunt, non omnia conſita ſunt. In quibus autem non eſt tactus, manifeſtum eſt, quod neque eſt conſitio in his. Quare ſi eſt punctum & vnitas, qualia Tex. 29.
dicunt ſeparata, non poſſibile eſt vnitatem & pũctum, eſſe idem. his enim ineſt tangere, vnitati-

bus autem, eſt conſequenter. & inter hæc quidem, contingit eſſe aliquid. omnis enim linea, inter puncta eſt. inter illas autem, non eſt neceſſe. nihil enim, eſt inter dualitatem & vnitatem.

Tex. 30. Quid igitur eſt ſimul, & ſeparatim, & quid tangere, & quid inter, & quid conſequenter, & quid cõtiguum, & quid continuum, & quibus vnumquodque horum ineſt, dictum eſt.

Com. 32. Vt ab ipſo conſequenter, & ab ipſo tangere fiebat ipſum contiguum, ſic etiam ab ipſo contiguo continuum fit quando tactus eorum quæ ſunt contigua fieret unus. Hoc autem fit quando eorum quæ ſe tangunt, termini duo exiſtentes ſimul concurrentes unum fieret. Tum enim non amplius permanent tangentia. Vnde oportet ea quæ ſunt continua ut ſeſe tãgant. Nam partibilia ſunt, quia impartilia non ſeſe tangunt. Planum igitur eſt quod in his eſt continuum, ex quibus unum aliquid aptum eſt ſecundum cõtactum fieri. Sunt autem unũ aptum fieri ea quæ ſimul inſeruntur, ut plantæ inſertæ, & quę tactu conglutinantur, ut nauis. Sed horum cauſa eſt ut ſit unũ plus quam ſecundum tactum, ſed imperfectius ſunt unum q̃ inſertu, ut aquæ & aeris. Nam his diſſolutis non minus partes copulantur & eandem ſeruant naturam cum toto, ſed uinculo ſunt unum ut faſciculus, quædam quoque nexu ut pallium quædam complexione partium ut cathena, quædam conſutione ut calcei & ſubligacula, quædam uero colla & glutine ue charta, quędã uero mixtione ut melicratum q̃dam compoſitione talia ut aceruus, quædam coordinatione ut acies, quædam coniunctione ut non ſimplices propoſitiones, ſed biga & currus multis modis ſiunt unum. Nam currus ut rotæ coaptatione fiunt unum, ſed cauſa efficiens ut hæc coniungantur, erit quædam compoſitio & æquorum ut mutuo connectentur & curru exit coniugatio. Tamen omnis mutatio compages eſt compoſitio. Sunt autem & alij plures modi unius conſtitutionis, tamen Ariſtoteles quatuor meminit, dicens aut clauo, aut glutine, aut tactu aut inſertu fieri unum continuũ. Dicitur autem unum continuum quod ſupra eſt & ſupra continuum exiſtens & cauſa continui. Etenim continuum eſt unum eſt, ſed unum non omne continuum. Nam nauigium, pallium & domus unum aliquid, ſed non continuum. Sed manifeſtum eſt inquit quod quantum ad intelligentiam primum eſt ipſum conſequenter deinde tangere, & tangere prius continuo. Nam qđ eſt tangens neceſſe eſt ut ſit conſequens, & conſequens non omne tangit, ideo & in prioribus ratione conſequens eſt. Priores enim & antiquiores ſunt numeri ipſis magnitudinibus, & in his eſt conſequenter. Nam duo conſequuntur unum. Sed tactus nõ eſt unitatum. Priores enim numeri & unitates ſunt corporibus & magnitudinibus & non ſubſiſtentia, ſed ratione, ideo ſecundum ortum continuum poſtremum eſt quo ad intelligentiam. Primæ enim ſunt unitates in quibus eſt ipſum conſequenter, ſed ubi acceperint poſitionem tangere aduenit. Et inſerto tactu fit continuum & nihil amplius poſt hoc. Verum tamen Eudemus cum continui magi ſpectet connexum inditum & hunc eſſe proprium naturalium corporum aſſerẽs inquit eſſe primum continuum & principium ſecundum rationem. Hoc enim ſequitur continuum & contiguum, & conſequenter, ſed ſecundum ortum inquit ultimum eſſe illud inſertum atque inſertione unum. Patet autem quod hoc ſit primum ratione, quia ex illis conſtat. Ariſtoteles autem dixit qđ ipſum conſequenter eſt prius ipſo tangere uelut uniuerſale magis & ſimplicius, atque uelut id quo ſublato aliud tollitur & illo dempto ipſum non aufertur. Ortu ergo continuum eſt poſterius, ideo ſi continua fuerint neceſſe eſt ut ſeſe tangant, ſed non ſic dicit uelut de continuo & quando continuum eſt exiſtente tangere. Non enim amplius erit continuum ſecundum illam partem ſecundum quam eſt tactus, ſed quia continuo facto ex pluribus neceſſe eſt tactum prius ſubſiſtere. Quod ſi quædam tangerent, non neceſſe eſt continuationem intelligi, quare in quibus non eſt tactus neque inſertio, neque continuatio eſt in his, ſiquidem oportet tactum pręcedere continuationem non tñ in omnibus in q̃bus eſt tactus, põt etiam fieri inſertio. Etenim lignum lapis tangit, & pallium animal, ſed hæc non inſeruntur ſecũdum connexũ adeo, ut fiant unum. Si ergo unum eſt non eſſe idem ipſum conſequenter & ipſum tangere neq; in eiſdem eſſe, concluditur aliquod corollarium ex hoc quod & ſi ſint punctum & unitas ſeparabilia à rebus ut quidam ſtatuũt qui dicunt ſubiecta mathematicorum non eſſe ſecundum abſtractionem, non erit idem punctum & unitas ut uidebatur nõnullis, & ſi ambo ſint expertia diuiſionis & utrũque ſit principium quanti ſi quidem punctum tangit punctũ cum habeat poſitionem, ſed unitates ſunt conſequenter. Si ergo non in eiſdem ſunt tangere & non conſequenter, non erũt idem punctum & unitas. Equidem competit punctis tangi nõ per ſe quandoquidem ſint impartibiles, ſed tangentia diuidua neceſſe eſt eſſe, ſed quia uel tangere dixit pro ipſo adæquari. Nam punctum cum puncto compoſitum efficit punctum. Hoc modo Alexander intellexit. Niſi magis quia ob puncta competit tangere lineis. Sed non ſolum ex differentia ipſius tãgere & ipſius conſequenter oſtendit differentia puncti & unitatis, ſed etiam ex intermedio, ſi quidẽ inter aliqua puncta contingit eſſe aliquod intermedium. Nam inter puncta quæ inuicem adæquantur nihil medij eſt, ſed inter puncta quæ non cohęrent poteſt eſſe aliquid intermedium ut linea uel lineę. Neq; enim inter hos neceſſe eſt intermediam eſſe lineam, ſed contingeret ſi per ſe ponerentur puncti & non uelut termini linearũ in corpore. Item inter unitates nihil intermedij eſt. Nam inter unitatem & dualitatem non neceſſe eſt aliquod medium intereſſe. Illud non enim neceſſe eſt inter eſſe pro hoc dixit, neceſſe eſt non intermedium eſſe ut dictum eſt. Nã numeri ut Pythagorei dicunt uacuo inter ſe ſeparantur non habentes inter ſe aliquod intermedium. Sciendum autem quod dupliciter in libris ſcriptura fertur. Vbi enim ſcriptum eſt. { Omnis enim linea inter puncta eſt. { etiam inuenitur ſic ſcriptum, { Omnis enim lineæ punctum intermedium eſt. } ſed primam apertiorem ſciunt interpreter. Omnis enim linea finita inter duo puncta eſt quę ſunt termini eius. Contingit autem & non eſſe intermediam lineam quando per ſe puncta intelligerẽtur ab his qui ſtatuunt eas ſeparabiles. Sed altera ſcriptura eſt ſiquidem non ſecundum differentiam fuerit ſcriptum ſequeretur prædictum. Cum enim dixerit de paucis & his quidem quod contingit intermedium quoddam eſſe, ſubiunxit. { Omnis enim lineæ intermedium punctum eſt. } Si enim omnis lineæ contingit intermedium punctum eſſe diuidentem ipſam et contra linearum utrãque diuidens ex utroque latere punctum eſſe uerum eſt, quia inter extrema puncta qualitercũque & medium poteſt, eſſe aliqua linea intermedia. Nam de numero eorum q̃ ſunt linea eſt, & medij & reliqui extremi altera linea eſt. Sed hæc ſcriptura habet aliquid plus dicens. { Omnis enim lineæ intermedium eſt punctum, } Quod non ſolum eſt uerum de linea finita uidelicet eſſe aliquod intermedium inter pũcta, ſed etiam de infinita. Etenim poteſt hanc punctũ diuidere & oſtẽdere ut dictum eſt quod inter puncta intercidunt lineæ. Cum ergo dixerit de unoquoque propoſito cõcludit deinceps rationem, & ordine meminit horum quod dictum eſt de omnibus & quid ſit unumquodque & quibus inſunt eorum quæ ſunt. Dictum enim eſt omnia alia inſunt poſitionem habẽtibus, ſed conſequenter etiam competit his quę non habent poſitionem ſi quidem & illud in numeris conſideretur.

Tex. 31. Vnus autem motus, dicitur multipliciter. vnũ enim, multipliciter dicimus. Genere igitur vnus eſt ſecundũ figuras prædicamenti. Latio enim, omni lationi, genere vnus eſt. alteratio autem, a latione diuerſus genere eſt. Specie autem vnus

eſt, cum genere ſit unus, & in indiuidua ſpecie, ſit. ut coloris quidem ſunt differentiæ. Igitur alius ſpecie, denigratio & dealbatio. omnis igitur dealbatio, omni dealbationi idem ſecũdum ſpeciem erit. & omnis denigratio, denigrationi. albedini autem, non amplius. Quapropter ſpecie unus eſt, dealbatio, dealbationi omni. Si autem ſunt quædam, quæ & genera ſimul & ſpecies ſunt, manifeſtum eſt, quod ſpecie quodam modo unus erit, ſimpliciter autem unus ſpecie non, ut diſciplinatio, ſi ſciẽtia ſpecies quidem eſt exiſtimationis, genus autem ſcientiarum.

Com. 33. Conſequens erat poſtea quam dixit ea de motu in quibus ſeiunxit eundem ab ortu atque interitu, & aſſignauit prædicamenta in quibus motus ineſt, hæc quę nunc dicenda ſunt de motu ſubiunxit. Quis unus ſcilicet motus, & quod trifariam dicto uno aut genere, aut ſpecie, aut numero, ut etiam in alijs determinatum eſt unus motus totidem modis dicetur. Et qui ſit unus genere. qui unus ſpecie, qui demum unus numero qui eſt proprie unus demonſtrabitur. Quia unus eſt continuus, & continuus eſt unus, oportuit prius cognoſcere quid ſit continuum, ut etiam de motu eodẽ cognoſcere ualeamus. Sed quoniam continuum eſt aliquod attiguum & cõtiguum eſt ipſum conſequenter & tangens, quæ ſimul eſſe oportet & cum his conſideratur intermedium merito eorum doctrina aſſignata eſt ante hæc quæ nunc dicenda ſunt. Verum hoc problema quod oſtendit qui ſit unus motus per ſe eſt peculiariſſimũ naturali contẽplationi ut indicabunt de ipſo dicta & cõferet hoc optime conſideratum ad ultimam partem uniuerſæ tractationis naturalis. Nã ibi oſtendetur qui ſit unus in mundo motus & continuus, quia orbiculatio erit, & quid erit proxime hanc mouens, quia immobilis, impertibilis ac ſempiterna cauſa. Sed nunc illud quod habet unum motum trifariam dici aſſerit ut etiam unum, aut genere, aut ſpecie, aut numero. Genere igitur unus motus eſt qui eſt in eodem prędicamento, ut omnis latio cum omni latione eſt una genere. Sunt enim omnes lationes in uno prædicamento ubi. Alteratio quoque cum alteratione una eſt hoc modo quia eſt in uno prædicamento qualitatis. Eodem item modo augmentum cum augumento & diminutio cum diminutione. Nam omnia ſunt in prædicamento quãtitatis. Si ergo diuerſi motus fuerint genere non erit motus uelut aliquod commune quod prædicetur de pluribus motibus, quare neque definitio eius uelut unius generis & unius naturę erat. Oportet autem plures eſſe motus quando in eodem genere exiſtentes et in eodẽ prędicamento & in eadẽ ſpecie ſunt, ſed ſub idem genus quãdo indiuiduum & non diuiſum in ſpecies fuerit, ut omnes dealbationes ſunt ut una genere. Nã ſunt colores & qualitates. Et ſpecie ſunt una. Sed albatio & nigratio ſunt eodem genere & ſpecie differunt. Sed cum dicit quod coloris differentiæ ſecundum motum ſunt albatio & nigredo & ob id dealbatio & nigredo ſpecie differunt, & dealbatio cum dealbatione eſt eadem ſpecie, & nigredo cum nigredine ſubiunxit, { Albedini autem non amplius quapropter ſpecie una quodammodo eſt dealbatio dealbationi. } Et interpretes pteercurrere hoc. Sed cum dixerit motum eſſe unũ ſpecie exiſtentem unum in indiuiduo, quia ſunt aliquę ſpecies, quas eſſe aliarum ſpecierum genera nihil prohibet, quia non ſunt ſpecies indiuiduæ, ut Auis ſpecies animalis, & genus eſt aliquarum ſpecierum, uelut Milui & aliorũ. Dicit quod ſecundum tales ſpecies ijdem ſunt motus, ſed non ſimpliciter ſunt ijdem ſpecie quia diuiduntur in differentes ſpecies ut color in album & nigrum. Sed quomodo ſunt, quia ſunt in eadem ſpecie, & ſi non fuerit ſpecies indiuidua. Exemplum autem ſpecierum ſubalternarum cum dicat ſcientiam eſſe ſpeciem opinionis, quod eſt dictu cognitionis. Sed genus aliarum ſcientiarum uelut geometriæ, arithmeticę, muſicę medicinę, & reliquarum. Si ergo diſciplina eſt quædam receptio ſcientiæ & motus ſecundum ſcientiam, ut ſcientia aliquomodo uelut una ſpecies eſt, quia ab ipſo genere cognitionis diuiſa eſt tamen non eſt ſimpliciter una quia non eſt ſimpliciter una ſpecies indiuidua. Sic ſe habebit etiam diſciplina cum ſit motus & ſcientię receptio.

Tex. 32. Dubitabit autem aliquis, ſi vnus ſpecie motus ſit, cum ex eodem, idem in idem mutetur. vt vnum punctum, ex hoc loco, in hunc locum iterum atque iterum. Si autem hoc eſt, erit circulatio, rectæ lationi eadem, & volutio ambulationi. An determinatum eſt, ſi id in quo eſt, alterũ eſt ſpecice, quod diuerſus motus eſt? circulare autem, a recto alterum ſpecie eſt. Genere igitur & ſpecie motuts vnus, ſic eſt. Tex. 33.

Com. 34. Cum explicaret motum unum ſpecie eſſe illum qui abſoluitur ſecundum unam ſpeciẽ dubitat num dicens ſit unus motus ſpecie ille qui eſt eiuſdẽ mobilis & ille qui iteratis uicibus eſt ab eodem in idem. Vnde accipit quod mouetur punctum & motum qui unus ſit ſpecie & ab eodem in idem rectam lationem, & dicit quod ſi quis eundem unum motum ſpecie dicit, erit orbiculatio recte lationi eadem ſecundum ſpeciem. Poteſt enim idem ab eodem atq; in idem aliquando quidem recto motu moueri & aliquando circulo, & ſic erit orbiculatio lationi rectę eadem ſpecie. Similiter uolutatio inceſſui. Et ſoluit dubitationem dicendo determinãdum eſſe motum unũ ſpecie quando ſpecies fuerit indiuidua ſecũdum quam ſit. Vel ut ipſe dixit in quo ſit. Quod ſi alterum atque alterum fuerit hoc, quoniam alter atque alter motus eſt, orbiculare erit alterum ſpecie à recto ſiue illud in quo motus ſit, accipiatur, ut recta linea uel orbicularis, ſiue modus quo ſit motus, ut uolutatio & inceſſus. Et hoc magis ſignificat illud in quo eſt motus. Nam uolutatio & inceſſus poſſunt ambo fieri ſupra rectum & nihil differret ſecundum ſubiectum. Et Ariſtoteles uidetur modos motus adducere dicendo orbiculationem & rectam lationem, & orbiculare atq; rectum ſunt ſpecies motus & non ſupponit lineas. Hæc autem dubitatio & ſolutio uidetur eſſe illata ad exactiorẽ determinationẽ quomodo ſit unus motus ſpecie, propterea quod ſpecies eſt una uelut ſubalterna & diuidẽda in ſpecies & ſic ipſa diuiditur unde oſtendit id quod non efficit unum ſpecie. Species enim hæc, qua idem ab eodem in idem iterum atque iterum mouetur, ſi quis proprie dicit unam ſpeciem. Similiter & orbiculationem & rectam lationem proprie unam ſpeciem dicit, quia autem non eſt hæc una ſpecies motus indiuidua, ſed diuiditur in prædicta. Vnde aliquo modo ſunt eadem ſpecie, ſed non ſimpliciter.

Tex. 34. Simpliciter autem vnus motus eſt, qui ſubſtantia vnus & numero, eſt. Quis autem huiuſmodi ſit, manifeſtum erit diuidentibus. tria enim ſunt numero, circa quæ dicimus motum vnum, quod, & in quo, & quando. dico autem, quod quoniam neceſſe eſt eſſe aliquid quod mouetur, ut hominem, aut aurum. & in aliquo hoc moueri, vt in loco, aut in paſſione. & quando. in tempore enim, omne mouetur. Horum autem, Tex. 35. genere quidem aut ſpecie eſſe vnum, eſt in re in qua mouetur. Contiguum autem, erat in tempore. Simpliciter autem vnum eſſe, in omnibus his eſt. etenim in quo eſt, vnum oportet eſſe, & indiuiſibile, vt ſpeciem. Et rurſus ipſum quan-

do ut

do, vt tempus vnum, & non intermittere. Et quod mouetur, vnum eſſe non ſecundum accidens. vt album nigreſcere, & Coriſcum ambulare. vnum autem eſt, & Coriſcus & album, ſed ſecundum accidens. neq; cõmune, erit enim ſimul duos homines ſanari ſecũdum eandem ſanationem, vt lipitudinis. ſed non vnus hic eſt,
Tex. 36. ſed ſpecie vnus eſt. Socratem autem ſecundum eandem quidem alterationem alterari ſpecie, in alio autem tempore & iterum in alio, ſi quidem contingit corruptum iterum vnum fieri numero, erit & hic motus vnus. ſi uero non, idem quidem erit, unus autem non.

Cõm. 35. Cum explicarit qui ſit unus motus genere, & qui ſit unus ſpecie ſiue ꝓprie, & qui aliquo modo & qui non deinceps dicit qui ſit unus numero motus, quem & ſimpliciter & ꝓprie & ſubſtãtia unum eſſe dicit. Proprie enim unum eſt illud qđ eſt unum numero, quia ſi unum genere uel unũ ſpecie eſt, multo magis eſt uel unum numero. Sed unum numero inquit qui habet unũquodq; horum trium circa quæ eſt motus tãquam poſſit in unoquoq; eſſe unum numero. Sed tria hęc ſunt circa quæ motus eſt. Subiectum ut Socrates. illud in quo ſiue ſecũdum q̃ ſpeciem mouetur id quod mouetur ut ambulatio, & tempus in quo mouetur motũ. Omne enim motum in tẽpore mouetur. Sed horum trium aliud eſt in quo eſt motus per ſe ſpecie unum motũ eſſe indicat. Nam orbiculatio rectæ lationi una eſt genere, quia & recta latio orbiculationi eadem genere eſt. Nam ambæ lineæ. Sed omnis recta latio ſpecies eadẽ eſt. Similiter & omnis orbiculatio. Quoniam et omnis recta cum omni recta eſt eadem ſpecie, & omnis circulus cum omni circulo, & continuum tempus per ſe facit motus differentes contiguos & conſequentes ſiue idem fuerit quod mouet̃ ſiue differens non intermiſſo tamẽ tempore. Quando tamen etiam qđ mouetur unum numero fuerit idem ut Socrates, et ſpecies motus una uelut ambulatio, & tẽpus unum & cõtinuum ut dies, unus tum ſit numero motus, et quomodo unum tẽpus accipit̃
» & ſi diuiduũ fuerit, ex hoc ſignificauit dicẽdo { non intermit-
» tere. } Vnum enim tẽpus continuũ & nõ interpollatum dicit̃, & quomodo ſit unum numero id quod mouetur ſignificauit, quia nõ uelut per accidens aſſumptũ eſt. Coriſcus enim quãdo ſimul niger fieret, & ambularet unus numero exiſtẽs, ut uideretur mouetur ſimul duobus motibus, ſed per accidẽs unum eſt, eſt in albo Coriſco, quia albũ accidit Coriſco, ideo & motus duo, & ſi fiant in continuo tẽpore quia & qđ mouetur nõ per ſe unum eſt, ſed per accidens ſumptũ eſt. Non enim ſecundum idem Coriſcus ambobus motibus mouetur, ſed utroque illorum ſecũdum aliud & aliud uelut duobus exiſtentibus motis. Quatenus enim albus Coriſcus niger fit, & quatenus ambulator ambulat, hoc quidem per ſe habet, illud uero per accidens. Sed motus per ſe in talibus non mõ non eſt unus numero, ſed neq; genere neq; ſpecie ſiquidẽ nigrũ fieri ſit alteratio, & ambulare ſit latio. Sed cum dixerit quod oportet unum eſſe quod mouetur non ſecũdum accidens ſubiungit ſic oportere unum motũ per ſe eſſe, uelut indiuiduũ & unũ numero, ſed nõ uelut cõe & ſpecie unum, ſed non numero qualis eſt ęgritudo uerbi gratia oculorũ laborãtium lippitudine. Nam fieri põt ut ſint duo homines qui ſanari poſſint eadem ſanatione & curatione lippitudinis, ſed talis ſanatio eſſet una ſpecie & nõ numero q̃ſi uelut cõmunis acciperet̃. Sed cum dixerit quod in uno motu ꝓprie, oportet etiam eſſe unũ per ſe id qđ mouet̃ et non per accidẽs, & id ſecũdum qđ eſt motus eſt unum uelut indi-
" uiduum, ſed nõ uelut cõe ſubiungit, qđ etiam tẽpus in cõtinua
" tione unum eſſe oportet, ut Socra. diſcẽs grãmaticam cõtinuo tempore. Vnus. n. hic motus eſt, quia unum tẽpus habet ſecũdum continuationẽ, & non ſecũdum unum numero ꝓprie ut ſubiectum. Sed Eudemus inquit ut tẽpus. Neq; enim alteratio permanet, neq; latio, ſed ut tempus fluit & ſemꝑ alius fit, ideo hoc ſpecie unũ dicẽdum eſt, ſed nõ numero. Et ſi, inq̃t, Ariſto. ab hoc rurſus in alio tempore eũdem quẽ ab ecit recipit neq; dicẽdum eſt quod ſit unus numero, ſed magis idem ſpecie. Et neceſſitatẽ rationis oſtendit argumẽto ad id quod fieri nequit. Tum enim eſſet unus numero motus prioris diſciplinę et poſt obliuionem reuocatæ ſciẽtiæ ſi idem corruptum numero rurſus oriri poſſet, quod ſi hoc fieri nequit, igitur non poteſt motus qui in alio atq; alio tempore ſit, eſſe unus numero. Hęc autem quęſtio congrua eſt illi ortui uiciſſitudinario quem Stoici tradiderunt. Nam illi dicentes me rurſus naſciturum quærũt merito utrum unus ſim numero nunc & tum propterea quod ſubſtantia idem ſum. Niſi ordine a me ipſo diſtinctus ſim qđ in alio & alio mundo facto nuper facto extiterim. Sed ſimpliciter unus motus eſt in quo unum mobile per ſe numero eſt, & id ſecundum quod mouetur eſt una ſpecies prædicamenti quæ ſit indiuidua & non cõmunis, & tempus cõtinuum nec interpollatũ. Quod ſi hæc oĩa non concurrunt idem ſpẽ poteſt unus motus eſſe, ſed unus motus non amplius numero.

Habet autem dubitationem huic ſimilem, & utrum una ſanitas & omnino habitus & paſſiones ſubſtantia ſint in corporibus? moueri nanq; uidentur habentia, & fluere. Si igitur eadem & una ſit mane & nunc ſanitas, cur non etiam cum intermiſſam acceperit iterum ſanitatem, & hæc & illa una numero erit? Eadem enim ratio erit. Tex. 37.
uerum tantum intereſt, quod ſi duo idem hoc ſunt. ſicut numero unus, & habitus eſſe neceſſe eſt, unus enim numero actus, unius numero eſt. Tex. 38.
Si uero habitus unus eſt, fortaſſis alicui non uidebitur unus & actus eſſe. cum enim ceſſauerit ambulans, non amplius eſt ambulatio. rurſus autem ambulante, erit. Si igitur unus & idem eſt, continget unum & idem & corrumpi & eſſe ſæpe. Hæ igitur dubitationes, extra præſentem ſunt conſiderationem,

Cum dixerit interpollato tempore non eſſe unum numero motum, niſi corruptum & factũ unum ſpecie eſſet uel numero, & hoc fieri nequit ut demonſtrauit per hoc. Si cõtingit corruptum rurſus unum fieri numero. Volens quandam dubitationem exponere quæ uidetur oſtendere quod nihil prohibet motum corruptum & factum unum numero fieri traducit dubitationem a motibus ad habitus quæ de illis magis perſuadere uidetur. Vtitur autem Heracliti ratione dicentis omnia fluere, & nunquam idem eſſe. Et dicit quod ſi una numero ſanitas eſt quæ aurora & ueſpere exiſtente contiuuo tempore, quanquam & corpora & habitus ac affectiones omnes fluant ut in- Cõm. 36.
" quit Heraclitus, cur & non quando remittitur, ideſt ægrotans ſanaretur, eandem numero ſanitatem recuperaſſe dicetur. Et enim Socrates ex itinere rediens idem & unus numero eſt ut prius. Et ſanitas & ſcientia eadem eiuſdem uidetur, ut etiam diſſolubiles & connectendæ lecticulæ eædem ſunt, & ſi ſæpe diſſoluantur, modo iterum componentur. Niſi lecticulæ eædem ſint, ſed cõpoſitiones, & diſſolutiones non eædẽ numero. Si ergo eſt unus habitus quãquã tempus iterpolletur et remittatur, cur nõ etiam motus uel actus unus erit qui eſt ex habitu. Quod quidẽ de habitu diximus idẽ de affectibus dicere poſſumus, q̃a ſi una febris, uel una lippitudo uel unus color q̃ mane & ueſperi, cur et nõ remiſſo tẽpore erit unus. Qđ ſi unũ numero hęc ſunt cur non etiã motus & actus. Quę cũ dixerit inſtat contra illam translationem qua ex actibus ac habitus traducitur, quia quædam differentia eſt actionum & habituum & affectionum. Si enim actus unus, neceſſe eſt etiam habitum

eſſe unum. Et adhuc prius ſubiectum. Vnus enim numero actus eſt unius habitus numero, & unius habitus numero eſt unum ſubiectum. Sed econtra non eſt uerum. Non enim uno exiſtente ſubiecto, neceſſe eſt etiam unum eſſe habitum, neque uno habitu exiſtente neceſſe eſt unam actionem aut actum eſſe. Subiectum enim poteſt habere multos habitus, & uno exiſtente habitu poſſunt plures actus aſſignari nonnullis ſpatijs temporis adhibitis & ſic multiplicantur actus. Sed quæcunque de habitibus dixi, etiam de affectibus congruit dicere. Nam affectiones ſunt animæ & corporis, ſed alia eſt quæ facilimẽ abijcitur, & hæc diſpoſitio, alia eſt habitus permanens. Sed quomodo ſi idem eſt habitus & eadem affectio, non etiam motus aut actus qui prouenit ab eodem habitu unus & idem erit. Et ſi ex interuallis fit. Cõtingit enim idem interire & ſæpe eſſe quod quidem prius determinatum eſt. Hæ igitur dubitationes, inquit, ſunt extra præſentem conſiderationem & omnino ad hunc tractatum naturalem non attinent. Quærere enim de habitibus & affectionibus quomodo unum aut non unum ſint, ac ſi ſimiliter unus ſit habitus qui intercisſus iterum atque iterum redit, ut ille qui manet, tamen quia ſubiectũ fluit, uidetur alterari tanquam in alio & alio ſubiecto alius ſecundum numerum exiſtat. Hæc quæſita tangunt primum ſubiectum & ſecundum, & quærunt quid maneat fluente materia, quæ ad alium tractatum ſpectant. Tangunt enim quædam dubia de illo quod augetur diſſoluẽda quid maneat cum augetur & mutatur quippiam per totũ. Non enim quod augetur perinde latum fit & molle increbreſcit, ac uter qui inflatur, ſed eſt modus admodum cognitu difficilis, quem in tractatione de ortu atque interitu tradidit. Icirco hæc omnia uelut aliena à præſenti tractatu de motu repudiat. Hæc igitur de tota intelligentia dictorum ſunt. Cęterum
» uerba illa, { Si duo } quia breuiter protulit, idcirco obſcura ſunt. Sed dicit eandem rationem habitibus atque motibus competere, niſi quia differt ratio de habitibus ab illa de motibus quia duo habitus adueniunt intermiſſo tempore atque ſpatio quocirca duo etiam ab eiſdem habitibus proficiſcuntur actus & motus quod quidem rationi deficit. Oſtendit autem hoc ex conuerſo eius. Vt enim quando numero fuerit unus actus rurſus atque rurſus, etiam habitus iterum atque iterum aduenientes unum eſſe neceſſe eſt, ſic ſi duo fuerint habitus & duos actus eſſe neceſſe eſt. Si enim unus & habitus unus & ſubiectum adhuc magis unum. Et neceſſitatem intulit. Vnus enim numero actus eſt unius numero agẽtis, ob id & actus duo. Et cum ad huius demonſtrationem cum poſuiſſet conuerſum quod per ſeipſum eſt utile prædictis dicens quod unus actus numero ab uno habitu numero ꝓficiſcitur, & his demonſtrauerit ſimilitudinem rationum habitus & actus inter ſe, adiecit etiam diſcrimen qua etiam ſimilitudinem appoſuit. Si enim habitus unus inqt, non uidebiť etiam unus actus eſſe, perinde ac ſi unus ſit actus, neceſſe etiã ſit ut unus habitus ſit. Nam ab eodem habitu poteſt eẽ unus actus & plures ideo
» dixit. { Fortaſſis nõ uidebiť unus & actus eſſe, } ſed etiã plures uidelicet. Nam quando qui ambulat ceſſaret ambulatio quoque deſinet, & tamẽ exiſtente ambulare erit unus habitus ambulandi. Alexander huius contextus aliã ſcripturam affert hoc modo. Si quidem ſic duo numero, & habitus neceſſe eſt. Vnus enim numero actus eſt unius numero & intelligit illud. Si duo ſic numero nõ de habitu, ſed de ſubiecto habitus quod quidem ob continuum fluxum non permanet unum numero, & ob id neceſſe eſt ut plures ſint habitus numero. Vnus enim habitus numero ẽ unius ſubiecti numero. Et ut ſe habet ſubiectum ad habitum, ſic ſe habet habitus ad actionem. Etenim unius actus ẽ unius habitus, ſed unius habitus poſſunt eſſe plures actus tempore diuiſo quibuſdam interuallis.

Tex. 39.

Quoniã autem continuus omnis motus eſt, & ſimpliciter quidem vnum & continuum eſſe neceſſe eſt, ſi omnis quidem diuiſibilis eſt. & ſi continuus, vnus. non enim fiet omnis, continuus omni, ſicut neq; aliud vllum cuiuis quoduis, ſed quorum vnum ſunt vltima. vltima autem, aliquorum quidem nõ ſunt aliquorum autem ſunt, ſed ſpecie differentia & æquiuoca. quomodo namq; tanget, aut vnum fiet, ultimum lineæ & ambulationis? Contigui igitur erunt, & qui neque idem ſpecie, neque idem genere ſunt. Poſtquam enim cucurrit aliquis, ſtatim febricitare poteſt. & ueluti lampas ex ſucceſſione, latio eſt contigua: continua autem, non. ponitur enim continuum. quorum ultima unum ſunt. Quare contigui & conſequenter ſunt, quia tempus continuum eſt. Continum autem eſt, quia motus continui ſunt. Hoc autem eſt, cum vnum vltimum fuerit amborum. Quapropter neceſſe eſt eundem ſpecie eſſe, & vnius, & in vno tempore, ſimpliciter continuum motum & vnum. Tempore quidem, vt non immobilitas interſit. in intermittente enim, quieſcere neceſſe eſt. Multi igitur, & non vnus motus eſt, inter quos quies eſt. Quare ſi aliquis motus ſtatu intercipitur, neqe vnus eſt, neque continuus: intercipitur autem, ſi in medio tempus eſt. Eius vero qui in ſpecie non vnus eſt, non, etſi non intermittitur tempus. tempus enim, unum eſt ſpecie autem motus alius eſt. Motum enim unum, neceſſe eſt & ſpecie unum eſſe. hunc autem ſimpliciter unum eſſe, non eſt neceſſe. Quis igitur motus ſimpliciter unus eſt, dictum eſt

Tex. 40.

Tex. 41.

Com. 37.

Cum oſtenderit qui ſit unus motus ex tribus circa quæ motus eſt, ex eo quod mouetur, & ex eo ſecundum quod eſt motus & tempore, quorum unumquodque ut aptum eſt, unum numero oportet eſſe, ſi unus proprie motus eſſe debet. Sed addit quædam alia quæ per ſe inſunt uni motui, quorum primũ eſt motum unum eſſe continuum. Oſtendit autem idem ex hoc quia omnis motus acceptus & ſi pars fuerit motus eſt cõtinuus ſecundum naturam non quia omnis motus omni motui ſit continuus, ſed quia unuſquiſque per ſe. Quod ſi hoc uerum eſt, quia omnis motus neceſſe eſt ut ſit diuiduus, quod quidem paulopoſt à principio interieçit. Nam cum diuiſile ſit continuum, neceſſe eſt ut unus motus ſimpliciter oſtenſus ſit continuus ſibimet uni, ut etiam unaquæque pars motus. Et ſi continuus eſt, etiam unus eſt uelut uiciſſim cõuertantur. Quod uero unus motus numero ſit continuus & quod nequeant eſſe motus illi continui qui ſic non efficiunt unum oſtendit ex hoc.
{ Non enim fiet omnis continuus omni. } Neq; enim ijdem ſpecie ſunt ſimiliter continui inter ſe, neque ijdem genere, multo quoque magis non ſunt continui qui ſunt genere diſſimiles. Non enim poteſt omnis motus cuicunque motui eſſe cõtinuus, ut ambulatio dealbationi uel diſciplinæ. Quod ſi poſſet, non eſſet continuus unus numero, neq; enim ſpecie ijdem neque genere, neque multo magis qui differunt ſecundum hæc numero ſunt unus. Ipſe tamen oſtendit non eſſe omnem motum cuicunque motui continuum. Et ſi in tempore continuo fieret ex hoc. { Sicut neque aliud ullum cuiuis quoduis, } etiam ſi eſſent ſimilia ſpecie. Neq; enim omne corpus corpori cuicunque neque ſuperficies cuiuis neque linea & ſi in eodem tempore ſint continua eſſe poteſt, ſed illa

ſunt

ſunt continua inter ſe quorum termini poſſunt unum fieri. Sed quædam ſunt quæ ultima non habent ut unitates quæ indiuiduæ ſunt, ideo non fit aliquod continuum ex his, quædam uero habent ultima, ſed ſpecie differentia et æquiuoce ultima uel termini dicuntur, quod quidem manifeſtum eſt in ipſis quæ ſunt diuerſorum generum. Nam alius terminus lineæ eſt, & alius ambulationis. Et in motu alius eſt terminus albationis, & alius terminus ambulationis & alius calefactiõis. Et albationis alius eſt meæ, & alius tuæ, & in meo ipſo alius eſt capillorum & alius eſt cutis ideo ex his non fieret motus cõtinuus ex his, ſed inquit contigui ſunt motus & non ĳdem ſpecie, neque genere. Nam ſi quis currendo illico in febrem incideret nihil temporis intercedens non ſunt continui motus. Nam termini ſunt diſſimiles genere tanquam nequeant unum fieri. Sed continua erant quorum termini ſunt unum. Et horum termini æquiuoce dicuntur termini, & cum non communicent eadem natura non cõcurrent in unum. Sed in his perſpicuum eſt. Et motuum qui ſimilis ſpeciei ſunt quanquam ſimiles termini ſpecie ſint, niſi concurrerint, in unum & conuenerint, non erunt continui ut patet in mea & tua dealbatione & ſi in continuo tempore fierent neque continui eſſent neque unus motus, quia continuum neceſſe eſt, ut unus ſit & ſpecie & numero, ſed qui eſt unus ſpecie, non eſt neceſſe, ut ſit unus numero. Et in latione ipſius lampadis ex ſucceſſione dum una ſuccedit alteri mutuo curſu eorum qui currunt. Interpretes autem aiunt unum & continuũ motum uideri eorum qui currunt ſimilem ſpecie non tamen eſſe proprie unum neque continuum, quia non eſt idem quod mouetur, ſed eſt inquit contiguus & ipſe. Neque enim horum motuum termini ſunt, ſed uniuſcuiuſque currentium proprius eſt curſus aliquis terminus, & non eſt terminus iam præcedentis curſus principium currentis poſt ipſum. Sed tales motus continui ſunt quia tempus in quo fiunt continui ſunt, ſed non ĳdem motus continui. Niſi forte neq; currẽtium uidetur unus eſſe motus quem dicit Ariſtoteles contiguum & non continuum eſſe, ſed lampadis lationem & motum qui unus eſſe uidetur tanquam unum ſit id quod fertur, & ob cõtinuationem lampadis, neque unus eſt nec continuus ſed contiguus. Nam plurium curſus non erit unus cum fuerint multi qui currant. Sed lampadis latio cum una ſit & habeat continuum ſplendorem uidetur una eſſe. Sed neque ipſa una eſt. quia ſeparati ſunt termini ſtatione in ſucceſſione intercipiuntur. Sed dupliciter inueni hanc ſcripturam adductam, alibi equidem ſcribitur. {Velut lampas ex ſucceſſione lationis facta, ſed non continua, } & alibi. {Velut lampas ex ſucceſſione lationis contigua, ſed non contigua. } & uidetur utroque in loco lampas non ſignificare facem, ſed illuminationem & ſucceſſionem luminis. Nam inquit. Sint contigui motus & non ĳdem ſpecie & ipſi ut lampas ideſt concurſus lampadis & luminis. Nam lampada motum appellauit eum qui eſt ſecundum eandem ſpeciem uelut prius dixit de illo non ſecundũ idem. Inquit, Si quis enim currendo in febrem incideret, & forte meminit lampadis quę erat in Pyrǫo in Vendidis, de qua etiã Plato principio ciuilium inquit. {Lampas erit ſupra equos deę, } & exponens quod ſit, inquit habentes lampadas alter alterum docent mutuo certantes equis. Tales igitur motus, inquit, contigui ſunt, ſed non continui. Continui enim ſunt, quorum ultima ſunt unum, quare ſi continui, & contigui. Continuum enim, inquit, eſt quod quidem eſt aliquod contiguum. Item conſequentes, ſunt. Si enim contigui & conſequẽtes, ſiquidem conſequens dixit quod conſequenter cum ſit tangit, ſed hoc quidem in his quæ habent poſitionem. Motus autem qui ſunt contigui inter ſe, illico etiam ſunt continui ſi ſimul capiuntur termini inter ſe, ut unus alterum complectatur, quia etiam tempus qui motum menſurat continuum eſt. Quæ enim conſequenter ſunt quaſi non habeant intermedium tempus, quod ſimile genere erat his quæ ex utraque parte ſunt, non erant conſequẽter, ſed fiebant continua. Nam cum impartilia ſint non tangunt, ſed unum adęquatur alteri & fit unum & continuum facit totum. Hoc autem idem etiam in motu accidit. Si ergo tẽpus eſt menſura motus, & motus ob tempus ſit continuum et tempus ob motum, & utrunque ob ſeipſum, quia extrema in unum concurrunt. Si ergo hæc ita ſe habent recte principio dicebatur quod neceſſe ſit ſimpliciter & unum motum continuum hæc tria obtinere unam formam numero ſecundum quod ſit motus, tempus & id qđ mouetur eodem mõ unũ. Tempus enim neceſſe eſt ut ſit unum hoc modo, ne quies intercipiatur. Non enim ſunt duo uel plura tempora niſi quies intercipiatur. quod ſi non eſſet intermedia quies, contigua ſimul fierent tempora, uelut etiam motus. Sed quiete interpoſita & plures motus fiunt quam unus qui ex utraque parte quietis ſunt, & fiũt tria tempore unum quod menſurat quietem, alterum, & duo quæ metiuntur motus ex utraque parte quietis. Sed ſyllogiſmum ſic facit. Motus qui habet plura tempora ſtatione ſcinditur & intermittitur. Qui ſtatione intermittitur unus non eſt. Et hanc primam poſuit propoſitionem, & concluſio patet qđ motus plura tempora habens non eſt unus. Quod ſi hoc uerũ eſt & conuerſum per cõtrapoſitionem eſt uerum, quod unus motus ab uno metitur tempore, & ſi non ſit unus ſpecie. Et quãquam fiat in continuo tempore non erit unus numero, & ſi idem quod mouetur habeat, ut ſi quis currendo in febrem incideret. Non enim fiunt extrema talium motuum unum, quia alius eſt ſpecie & alius ſecundum ſpeciem quare multo magis numero diſtinguentur. Si enim unus numero motus eſt, oportet etiam ſpeciem motus eandem eſſe. Quod ſi ſpecies una exiſtens non unus eſt omnino motus, ſi etiam non unum quod mouetur fuerit, poterit tamen eſſe unum tempus. Hic enim eſt dictus motus ſimpliciter unus. Et patet quod additum uni motui hoc etiam eſt ut ſit continuus. Equidem numero uni & proprie uni conuenit ſolum & non illi qui eſt unus genere, nec unus ſpecie. Sed animaduertendum eſt quod aliquomodo neceſſario ante demonſtrationẽ de uno motu ſumpta eſt doctrina de contiguo, & de ipſo conſequenter, & continuo, ſi quidem per illa oſtenſum eſt qui ſit unus & cõtinuus motus, & qui conſequenter contigui.

Amplius autem dicitur vnus & perfectus ſiue ſecundum genus, ſiue ſecundum ſpeciem, ſiue ſecundum ſubſtantiam ſit, ſicut & in alĳs perfectum & totum ipſius vnius eſt. eſt autem quãdo, etſi imperfectus ſit vnus dicitur, ſi ſolum ſit continuus. Tex. 42.

Secundum quod eſt uni motui peculiare addit. Perfectum non uni numero qui proprie eſt unus ſoli conuenit, ſed etiam uni ſpecie & uni genere. Nam inquit, unum magis proprie dicimus motum, ſi etiam perfectus erit ſiue ſecundum genus, ſiue ſecundum ſpeciem ſiue ſecũdum numerum ſit quod quidem & ſubſtantia appellauit. Secundum genus enim motus eſt ſecundum locum qui eſt unde & quo & quando fuerit hic perfectus, ideſt quando quod mouetur peruenerit ad illud ad qđ feſtinat, & perfectus ſit motus tunc unum dicimus, ſed ſecundum ſpẽm q eſt ab imo ad ſupmũ locũ, aut ſupmo deorſum. Sed numero hic huius ignis, & huius glebulę terrę. Horũ ergo unuſquiſq; quãdo perfectus fuerit, tum unus proprie eſt. Nam plures exiſtentes numero unus fiunt ſecundum genus & ſpeciem, Nam ĳdem unde & quo ſecundũ hoc ipſum ſunt unus, & qui ſupremo deorſum omnes ſunt unus, & ſimiliter qui deorſum ſurſum tendunt, & quicunque magis unus erit cum fuerit perfectus quam ſi imperfectus fuerit. Si enim unumquodque dicimus unum reſpicientes ad ſubſtantiam eius & formam, ut unus Socrates, unus homo unum animal quando horum unumquodque nondum acceperit formam ſed imperfectum fuerit, ut formam nondum accepit ſic Com. 52.

neque unum ſecundum formam & characterem quæ unumquodque dicitur unum, Vt enim nondum eſſe dicimus quod fit, & imperfectum ſecundum ſubſtantiam, ſic neq; unum dici poteſt. Nam unum & imperfectũ dicimus ut ſperma unum & embrio, ſed nõ uelut homo unus, ſed illud quod quidem eſt perfectum ſperma unum quia perfectum ſperma eſt, & embrio ſimiliter. Et prorſus imperfectum adhuc potentia eſt, & quod eſt aliquid potentia plura eſſe poteſt & non hoc ſolum. Patet ergo quod unus motus numero eſt quando ultra ea quę prius diximus tria, ſi aſſumatur etiam perfectum, & tum magis proprie unum dicetur. Sed Alexander in his Ariſtotelem ſequi Pythagoreos & Platonicos qui unum optimum ex ſtimantes perfecto & toto impertiunt, & ob id ipſum dixerunt principium tãquam communi uſu de perfectis & totis unum prædicatum feceris. Sed par eſt atque ueriſimile ut Ariſtoteles, & Alexander ad ea reſpexerint quæ in Parmenide Plato petitione ſecunda dixit, ubi unum quod eſt totum cum demõſtret etiam quod perfectum ſit oſtendit idque habere principium, medium, & finem enumerans atque ſyllogiſmo conuincens quæ competunt ipſi uno quibuſq; deſignetur unum. Dicit autem de toto concludendo. Et totum igitur eſt quod quidem ſit unum & partes habeat. Sed de perfecto, cur ſi totum, non etiam initium medium atq; finem habebit? uel poteſt eſſe totum ſine his tribus. Addit autem Ariſtoteles quod magis proprie eſt unus motus, continuus quando etiam perfectus fuerit. Sed iam etiam imperfectus, ſi ſolum continuus diceretur ſecundum numerum & ipſe. Sed ſciendum eſt quod continuum conuenire inquit motui uni ſecundum numerum ſolum, quem etiam proprie unum eſſe inquit, ſed perfecto & his quæ ſunt unum genere, unũ ſpecie participare aſſerit, quia ijdem nõ participãt continuo ſi diuidant in plures qui nõ ſunt inter ſe continui. Neque enim multi homines ſunt continui inter ſe, ex quibus & in quibus eſt unus homo, neque animalia, perfecta eſt unaquęque ſpecies & genus, ſecundum ſuum proprium characterem. & ſi commune ſit aut non indiuiduum, unde etiam idem ſecundum ſpeciem determinatum habet ꝓpriam perfectionem.

Amplius autem, aliter præter dictos, dicitur
Tex. 43. motus unus, regularis. irregularis enim, eſt
quidem vt non videatur, vnus, ſed magis regu-
laris vt rectus. irregularis enim, diuiſibilis eſt.
Videtur autem differre, ſicut magis & minus.
eſt autem in omni motu, quod regulariter eſt,
aut non. Etenim alterabitur regulariter, & fe-
retur ſuper regulare, ut circulum, aut rectam.
& circa augmentationem ſimiliter & diminutio-
Tex. 44. nem. Irregularitatis autem differentia eſt, ali-
quando quidem in quo mouetur. impoſſibile
eſt enim regularem eſſe motum, non in regula-
ri magnitudine. vt motus fractæ, aut gyratiuæ,
aut alius magnitudinis, quorum quęuis ad quam
uis partem minime accommodatur, aliquando
autem, neque in vbi, neque in quando, neque in
eo ad quod, ſed in ipſo modo. velocitate enim &
tarditate, aliquando determinatur. cuius enim
eadem eſt uelocitas, regularis eſt. cuius autem
non, irregularis. Quapropter neq; ſpecies mo-
tus, neque differentiæ ſunt, velocitas & tarditas.
quia omnes ſequuntur differentes ſecundum
ſpeciem. Quare, neque grauitas, neque leuitas
quæ ad idem eſt. vt terræ, ad ſeipſam, aut ignis,
Tex. 45. ad ſeipſum. Vnus igitur irregularis eſt, qua eſt
continuus. mimus autem, quod fractæ accidit
lationi. Id autem quod eſt minus, commiſtio ſem
per contrarij eſt. Si autem omnem, vnum con-
tingit & regularem eſſe & non, non erunt, &
ipſi qui non ſecundum ſpeciem contigui ſunt,
vnus & continuus. Quomodo enim erit regula-
ris motus ex alteratione compoſitus & latione?
oporteret enim accomodari.

Tertium addit regulare quod uni motui competere debet, Com. 39.
& uni genere, uni ſpecie atque uni numero competere poteſt, ut etiam oppoſito ipſi irregulare. Et ubique alijs exiſtentibus regularis magis uidebitur unus eſſe quam irregularis, quia irregularis diuiſus aliquo modo uidetur ſecundum differentias in ipſa irregularitate. Dicit primum qui ſit norma atque regula motus, & qui ſit expers normę & irregularis. Et exemplum ipſius qui fit ſemper cum regula adduxit rectã, ut inquit Alexander ob id quia motus in rectam omnes partes ſimiles ſunt, & ubique cohærent, ut in recta linea in qua talis motus fit. Eodem modo inquit & circulus ſe habet, & orbicularis motus. Nam et ipſe normam undique ſeruat ſimiliter in linea orbiculari circũductus. Sunt autem irregulares atque anomalæ lineę fractæ, & non ſimiliter circũductę tanquã omnis pars cuicũque parti cohęreat, quare etiam in his motus ſunt expertes normæ atque regulæ. Niſi forte hoc { ut rectus } non ſolum mo- »
tum qui fit in recta indicet, ſed ſic ſe habere omnem motum regularem quem dicit ſecundũ omnem ſpeciem motus & nõ ſolum lationem, ſed etiam alterationem & augumẽtationem, ut ſe habet rectus. Nam his eſt rectus quia omnis pars cuicũque cohęret & adęquatur, & omnis igitur motus ſiue in recto, ſiue in orbe, ſiue ſecundum alterationẽ, ſiue ſecundum augumentationem modo ſit regularis ſic ſe habet ut rectus, quia poteſt etiam aliquid moueri ſine regula aliquid ſupra rectum quando idem motus non ſimiliter fuerit recto diſpoſitus ut omnis pars cuicunque ſimilis ſit. Cæterum inquit motum regularem ab anomalo differre ſecũdum magis & minus ut inquit Alexander, quia magis unus eſt motus regularis quam irregularis & minus eſt ille quam iſte. Nam ambo cõtinui ſunt. Niſi forte nunc minime dicar magis & minus ob hoc unum, ſed ob ſpeciem in quæ ſunt. Si enim ſecundum rectũ uel orbem fuerit regulare aut irregulare, quia magis rectus et orbicularis eſt ille qui eſt regularis quam irregularis. Si autem ſecundum albationem uel calefactionem fit quia magis albatio & magis calefactio eſt regularis quam irregularis. Et ſi ſecundum incrementum eodẽ modo ideo ſubiunxit quod ſi eſt in omni motu regulare, ſi autem ſecundum magis & minus in eadem ſpecie differunt non ſecundum ſpeciem ipſorum eſt differentia. Nam in eadem ſpecie minus mixtione contrarij tale eſt, ut minus album mixtione nigri, & in alijs ſimiliter. Sed cum dixerit quod in omni motu eſt regulare & non regulare, etenim poteſt aliquid regulariter alterari, ſubiunxit. { Et feretur ſuper »
regulari, } uel in regulari, ut Alexander Porphiriuſque dicũt, »
ut in orbe uel recto ſpatio. Quia enim non poteſt aliquid regulariter ferri ſi in eo quod non eſt regulare feratur regulari latione, aſſignauit in quibus ipſe motus fieri poſſit regulares dicendo, ut in orbe uel recto. Poteſt enim & in his latio irregularis fieri, ſed regularis in nullo fit alio, quam ſupra regulare. Sed cum dixerit qui ſit motus regularis, quia unus et ſimilis partibus, ut rectus, & qui ſit irregularis, quia in plures diuiſus eſt, & quæ ipſorum differentia quia non ſecundum ſpeciẽ, ſed ſecundum magis & minus, reliquũ quæ ſint anomali motus differentię & quot quibuſq; de cauſis anomalis fiat motus dicit. Nam & hęc ſunt propria ſermoni de motu. Interdũ ergo ob id in quo fit ut in fracta linea. Nã motus regularis fieri nequit ſupra ipſum irregulare factus qualis eſt etiã elix, uel oĩno ſupra tali magnitudine in qua nõ quæuis pars cuiuis cohęret. Et ſi cõtinuus ſit motus in ipſo. Sed quærendum eſt quod ſi in altera-

tione

tione ſecundum hoc erit regularis & irregularis motus in quo ſit motus. Vt enim in his quæ feruntur locus eſt in quo fertur, ſic etiam in alteratione erit qualitas. Sed omne quod mutatur ſecundum quale ex contrario in contrarium, mutatur uel nigrum uel album fiat, & nulla pars dealbationis uel nigredinis poteſt alteri cohærere. non ſolum quia non permanet, ſed etiã neque intelligentia. Non erit altera pars alteri parti ſimilis, ſed uelut In die. In augumentatione autẽ & diminutione quia mutationes ſecundum magnitudinem in rectum fieri uidentur & regulares ſi eſt aliqua alia irregularitas, erit ſecundum ipſum quod augetur, ſi aliquando ſtaret augumentatio cibo non exiſtente, & aliquando in interiũ mutaretur, ut in ægris. Tum.n. erit, irregularis augumentatio, ut etiam ſi aliquando plus & aliquando minus in diminutionem tẽderet. Sed in alteratione eſt irregularitas facta qualitatis ſecundum ordinatum prius impedimentum, cuius qualitatis eſt irregularitas. Sed quando nunc uehementius calefieret, & rurſus minus & iterum intenderetur, tum irregularis ſecundum qualitatem ad quod motus fit. Sed quædam alia irregularitas in omnibus motibus eſt ſecundum celeritatem & tarditatem, & omnino ſecũdum tempus, & eſt ipſa proprie motus irregularitas, quæ neque ſecundum id ſupra quod fit motus, eſt irregularis uelut prædictus, Nam hoc ſignificat apud ipſum ubi, neque ex eo quod tempus non ſit unum nec continuum, quod quidem apud ipſum quãdo ſignificat, neq; ob id ad quod mutaẽ aliquod, ut ſupra uel deorſum, uel album, uel nigrum, uel magnum, uel paruum. Fieri enim poteſt ut omnia hæc ſint eadem & ſimilia uidelicet illud in quo, tempus & id ad quod, & tamẽ motus ſit irregularis ob modum motus & hoc quia aliquando tarde, aliquando uelociter fit. Nam tum irregularis fit motus, ut regularis, quando ſimilis fuerit motus. Eſt enim aliquando, inquit, non ſolum ob prius dicta, ſed determinatur uelocitate & tarditate. Cęterum cum dixerit aliquam irregularitatem eſſe ob tarditatem & celeritatem eius quod mouetur, ſubiungit quod hæc ideſt celeritas & tarditas non ſunt ſpecies motuum, neque differentia ſecundum ſpeciem eſt celeritas & tarditas quibus differunt inter ſe regulares atq; irregulares motus. Et oſtendit ex hoc, qa in cunctis ſpeciebus motus eſt celeritas & tarditas. Etenim ferri & augeri, & alterari aliquid poteſt utroque modo. Sed illud quod eſt in cunctis ſoeciebus non diuiditur contra illa in quibus eſt. Nam quod diuiditur contra aliquod extra illud eſſe debet. Sed neque celeritas aut tarditas ſunt ſpecies ſpecierũ motus. Quod enim alicuius eſt ſpecies nõ poteſt eſſe ſpecies illius quod diuiditur contra idem. Nam ob hanc cauſam, nec fœmina nec maſculus ſunt ſpcies animalis, quia in cũctis ſpeciebus pene ſunt, proinde neque poſſunt diuidi contra, hæc uidelicet pedeſtre, aquatile, uolatile tanquam ſint ante hæc maſculinũ & fœmineum ſpecies animalis. Nam in illis ſunt, ſed non ſunt alicuius eorum ſpecies uelut pedeſtris. Sunt enim & in alijs. Sed nequeunt differentium generum, eędem ſpecies eſſe, ideo neque mulier nec uir ſunt ſpecies hominis, quia ſunt & in his quæ diuiſa ſunt contra hominem. Nam fœmina & uir differunt ſecundum maſculinum & fœmininum. Leuitas ergo & pondus ſpecie differunt inter ſe, ſed celeritas & pondus actus ſunt ſecundum utranque horum potentiarum. Etenim leue ocius atque ſegnius ſurſum petit & pondus deorſum. Põdus enim maius citius, & minus ſegnius. Vt ergo ponderoſius ac minus ponderoſum non differunt ſpecie inter ſe quo ad momentum, ſic etiam actus ſequuntur has potentias. Vnde celeritas & tarditas non ſunt differentiæ ſecundum ſpeciem ipſius motus efficientis. In eadem enim ſpecie manent aliquãdo quidem in ea ignis, quando ocius uel ſegnius moueretur, aliquãdo uero in ea terræ. Neque enim pondus & leuitas manentia in eadem ſpecie quãdo aliud igne leuiu a dicimus & aliud ponderoſius dicimus ſecundum ſpeciem ſunt differentiæ, quia neque ignis ab igne ſpecie differt, neq; terra à terra, ſed neq; hæc indiuidua ſpecies terræ à ſeipſa ſpecie differt, & ſi ad proprium locum celerius moueretur. Sciendum igitur eſt quod celeritatem, & tarditatem nunc dicit haud inter ſe differre ſi conſiderentur in ipſa irregularitate. Eædem autẽ in eadem ſpecie magis & minus ſubſiſtunt. Sed magis & minus cum ſunt in eadẽ ſpecie non faciunt differentiam ſecundum ſpeciem. Sunt nimirum conſiderata in cunctis ſpeciebus motus in quibus etiã eſt irregularitas. Quod ſi aliqua erit celeritas & tarditas non in eadem ſpecie conſideratæ neque ſecundum magis & minus determinatæ, ut quando celerem equum dicimus & tardam teſtitudinem, & uelocia uolatilia, & tarda terrena. Talis uelocitas & tarditas neque in omnibus ſpeciebus motis ſecundum locum ueque ambo in una neque ſecundum magis & minus ſubſiſtent. Niſi ergo & in his ſecundum remiſſionem celeritatis & tarditatis & ſecundum comparationem dictæ habeant magis & minus. Nam equus & ſi teſtudine ſit uelocior, tamẽ uolatili eſt ſegnior. Et quãquam in alia atque alia ſpecie animalium ſubſiſtant, tamen in una ſpecie lationis animaliũ ſunt. Idem autem modus lationis, eſt etiam in alteratione. Etenim aliud calefit citius, & aliud uelocius. Et nihil minus ſunt in his magis & minus cum ſit eadem ſpecie motus. Sed cum dixerit motum regularem unum eſſe & magis quam irregularis ob ſimilitudinem, dicit quod etiam irregularis eſt unus ob continuum, ſi quidem erit continuum, tamen irregulare. Nam poſſumus continuum motum unum eſſe, ut unus eſt etiam continuus. Sed continuus eſt aliquando etiam irregularis & talis continuus eſt minus unus quam regularis. quod ſit minus, & quod minus eſt mixtione contrarij minus eſt, irregularia quoque habebit aliquid multitudinis in ipſo. Illud autem minus quod quodem accidit lationi fractæ idem eſt accidere lationi factę in aliquo fracto. Nam omnis talis facta ſupra tale irregulare & minus continuum & unum eſt, uelut in fracta. Etenim minus habet continuum & unus eſt. Cum explicarit regularem poſſe unum ac non unum eſſe, ſubiungit qui ſint anomali atq; irregulares motus qui nequeant continui eſſe nec unus. Et dicit quod continui motus inter ſe non ſecundum ſpeciem ſi non ijdem fuerint ſecundum ſpeciem non erunt unis neque continui & oſtendit idem accipiens ex prędictis quod unus, & continuus motus poteſt eſſe qui eſt ſurſum, deorſum, aut ad albedinem, calorem, aut ad augumentum diminutionem regularis & irregularis. Et aſſumens quod compoſitus ex diſſimilibus ſpeciebus ut ex alteratione & latione, non erit regularis concluſit concluſionem in ſecunda figura cuius quidem medium poſuit quod motus non ſecundum ſpeciem continui nõ ſunt unus nec continui, ſed propoſitionum maiorem primam poſuit, quæ dicit quod omnis motus unus & continuus poteſt eſſe regularis & irregularis. Et minorem poſuit ultimam quę dicit. Quomodo enim eſſet regularis motus compoſitus ex alteratione & latione? & figuram hanc interrogationis pro negatione ſumpſit, & cauſam ſubiunxit. Oporteret enim cohærere unam partem alteri. Nam regularis eſt cuius partes poſſunt inter ſe cohærere, ſed non ſolum non poteſt eſſe regularis qui ex differentibus ſpeciebus eſt, ſed etiam ſic eſt irregularis ut unus & continuus. Nã motus irregularis eſt minus unus ut diximus, & quod eſt minus mixtione contrarij eſt tale, quod cõtrarium nõ omnino diſſimile ſpecie & diuerſum eſt, ſed quod participat eo quod eſt in eadem ſpecie. Nam fuſcum minus album eſt non mixtione lationis ſed nigri. Et irregulare igitur cũ continuatione in eadem ſpecie aut genere magis & minus habent. Porro illud quod conſtat ex differentibus ſpecie motus neq; erit irregulare ut continuum & unum.

Amplius autem determinãdum eſt, qualis motus eſt contrarius motui. & de quiete autem, eodem modo. Diuidendum eſt autẽ primo, vtrum contrarius motus ſit, qui eſt ex eodem, ei qui eſt in idem. vt qui eſt ex ſanitate, ei qui eſt in ſanitatem. vt & generatio & corruptio videtur. Aut qui eſt ex contrarijs. vt qui eſt ex ſanita- Tex.46.

te, ei qui eſt ex ægritudine. Aut qui eſt in contraria. vt qui eſt in ſanitatem, ei qui eſt in ægritudinem. Aut qui eſt ex contrario, ei qui eſt in contrarium, vt qui eſt ex ſanitate, ei qui eſt in ægritudinem. Aut qui eſt ex contrario in contrarium, ei qui eſt ex contrario in contrarium. vt qui eſt ex ſanitate in ægritudinem, ei qui eſt ex ægritudine in ſanitatem. neceſſe eſt enim, aut vnum aliquem horum eſſe modorum, aut plures. non enim eſt aliter opponere.

Com. 40. Iam dictis quæſtionibus de motu & mutatione, etiam hãc neceſſariam addit qualis motus ſit qualis motui cõtrarius. Et quęret de manſione ſeu quiete eodem modo. Et eſt neceſſaria quæſtio. Nam ex hoc & naturales motus oſtenduntur & contrarietas elemẽtorum inter ſe, & quæ ex aliquibus fiunt & alia plura quæ in philoſophia diſſeruntur. Et quoniam motus eſt ex aliquo in aliquid & ex contrario in contrarium exponit modos quibus poſſunt eſſe duo motus cõtrarij & ſecernit qui ſint in his contrarij motus. Et quoniam negauit aliter eſſe opponere ac prædictis modis, quæ ex aliquo in aliquid mutantur, tentandum eſt, ex diuiſione eos inuenire, qua etiam ipſe uidet uó. Cum ergo mutatio fit ex aliquo in aliquid & ex contrario in contrariũ. neceſſe eſt contrarios motus uel ex uno contrariorũ uel ex duobus contrarijs deſignari. Vel ergo ambo motus, ex uno eodem deſignabuntur, quando alter ex eodem & alter in idem fieret, ut ex morbo mutatio ei aduerſetur qui eſt ad morbum aut ex ſanitate ei qui eſt in ſanitatem ut uidentur opponi ortus atque interitus. Nam ortus eſt ad id quod eſt mutatio, ſed interitus eſt ex eo quod eſt, quare alter in idem contrarius eſt ei ex eodem. Nam ille ex eodem ei qui eſt ex eodem, aut ille ad idem illi qui eſt in idem non uidentur cõtrarij eſſe, uel ab utroque in utrunque deſignabitur. Et hoc trifariam. Vel enim ut ex cõtrario ut ex ſanitate ei qui eſt ex morbo opponitur, uel ut in contrarium, uelut ille qui eſt ad ſanitatẽ ei qui eſt ad morbum, uel quando alter eſt ex contrario, & alter in contrarium ut motus ex ſanitate ei qui eſt ad morbum. Vel ambo ambobus deſignabuntur habentes oppoſita illud ex quo & illud ad quod, quando uterque fieret ex contrario in contrarium ut alter ſit ex ſanitate in morbum ei oppoſitus qui eſt ex morbo in ſanitatem. Et ſic diuidendo intulit quod neceſſe eſt ut uno modo horum motus motui aduerſetur, uel plures, quia mutationes oppoſitæ alio modo nequeunt opponi.

Tex. 47. Eſt autem, qui ex contrario, ei qui eſt in contrarium, non contrarius. vt qui eſt ex ſanitate, ei qui eſt in ægritudinem. idem enim, & vnus eſt. eſſe tamen, non idem eſt ipſis, ſicut non idem eſt, ex ſanitate mutari, & in ægritudinem. Nec

Tex. 48. qui eſt ex contrario, ei qui eſt ex cõtrario. ſimul enim accidit, ex contrario, & in contrarium aut in medium. verum de hoc quidẽ poſterius dicemus. Sed magis, in contrarium mutari, videbitur cauſa eſſe contrarietatis, quam ex contrario, hic enim, demutatio a contrarietate, ille vero acceptio. Atq; dicitur vnuſquiſq;, eo in quod mutatur magis, quam eo ex quo. ut ſanatio, qui in ſanitatem. ægrotatio autem, qui in ægritudinem. Relinquitur igitur, qui eſt in contraria, & qui ad contraria ex contrarijs. forſitan igitur accidit, eos qui in contraria, & ex contrarijs eſſe, ſed ipſum eſſe, forte non idem. dico autem qui eſt in ſanitatem, ei qui eſt ex ægritudine, & qui ex ſanitate, ei qui eſt in ægritudinem. Quoniam autem differt mutatio, a motu (quæ enim eſt ex quodam ſubiecto in quoddam ſubiectum mutatio, eſt motus) qui eſt ex contrario in contrarium, ei qui ex contrario eſt in cõtrarium, motus contrarius, eſt vt qui ex ſanitate, in ægritudinem, ei qui eſt ex ægritudine, in ſanitatem. Tex. 49.

Manifeſtum eſt autem, & ex inductione, qualia videntur contraria eſſe. ægrotare enim, ipſi ſanari, & diſcere, ipſi decipi non per ſeipſum. in contraria enim, vt enim ſcientiam. ſic & deceptionem, eſt & per ſeipſum conſequi & per aliud. Et ea quæ ſurſum latio, ei quæ eſt deorſum. contraria enim hæc ſunt, in longitudine. Et quæ ad dextra, ei quæ eſt ad ſiniſtra, contraria enim hæc ſunt, in latitudine. Et quæ in ante, ei quæ in retro. contraria enim hæc ſunt, in profunditate. Quæ autem eſt in contrarium ſolum, non eſt motus, ſed mutatio. vt fieri album, non ex aliquo. Tex. 50. Tex. 51.

Ex diuiſione ſic integra oppoſitiones accipiens unãquãque deinceps pertractando demonſtrabit quales ſint contrarij motus, & primum quod ille motus ex contrario ei qui eſt in contrarium oſtẽdit non aduerſari ut motus ex ſanitate ei qui eſt ad morbum. Nam hic eſt unus quippe motus qui eſt ex cõtrario eſt mutatio ex ſanitate in ægritudinem, & alter in ægritudinẽ ex ſanitate, quare unus, & non contrarij neque plures, non tamen eadem ratio inquit, eſt de illo qui eſt ex contrario & de illo qui eſt in contrarium, quia ille qui eſt ex contrario eſt mutatio ex quo ille qui ad contrarium eſt ad quod. Et eſt ſecundum utrãque prolatione unum præcedens contrariorũ & per accidens alterum ſignificatur. Et ob id dixit ut non idem eſt illud ex ſanitate mutari, & illud in morbum mutari. Non enim idem utrũque ſignificat, quia alterum determinatur ex quo & alterum ad quod. Et uniuerſe igitur nõ idem omnino ſunt qui ex contrario & in contrarium. Deinde ſecundam oppoſitionẽ tractat quæ eſt inter motus ex contrarijs, quæ uidetur contraria eſſe ſecundum alterum contrariorum non tamen continet motus contrarios, quia omnis motus nõ ſolum eſt ex quo, ſed etiam in quód. Quod enim ex ſanitate mouetur unde motus incipiat ſignificat, ſed motum ad quod non indicat. Sed ipſe primum oſtendit quod idem eſt ei qui eſt dictus ſecũdum ambo, ſimul enim accidit ex contrario eſſe & in contrarium uel in intermedium & hoc uelut contrarium, ut ſit oppoſitio ex cõtrario in contrarium in qua ſola procedendo oſtendet contrarietatem motuum, ideo nunc eandem differt. Patet autem qđ etiam eadem eſt illa in contrarium ei quæ eſt in contrarium. Nam idem eſt omnino ex contrario in contrariũ, ut rurſus eadem oppoſitio fiat, quæ eſt, ex contrario in contrariũ ei ex contrario in contrarium. Quod ſi quis ſic tenuiter uelut ſecũdum diuiſionem acceperit illam ex contrario cum illa ex contrario ſolum non ratiocinando una quod etiam in contraria eædem & rurſus alteri in contrariam alteram in contrarium non intelligens quod hæ in contraria, & ex contrarijs omnino ſunt, magis uidebuntur mutationes quæ fiunt in contrarium contrariæ eſſe, quam illę ex contrarijs, quia acceptio contrariorũ magis habet contrarietatem, quam mutatio contrariorum. Nam abiectis contrarijs ſecundum hoc uidetur ceſſare à contrarietate, & aſſumptis magis fieri contraria. Et eſt mutatio in contrarium deſignata acceptione contrariorũ, & illa ex contrarijs abiectione. Item motus & mutationes uidentur deſignari magis per ea ad quę fiunt, & non ab ijs ex quibus, ut iam & prius diximus. Nam ægrotare dicimus quod in morbum incidit, & Com. 41.

ſanari

ſanari quod recuperat ſalutem. Cum autem dixerit magis contrarios poſſe fieri in contraria quam ea quę ſunt ex contrarijs: & adhuc ſeparans magis per idem eas quæ ſunt ex contrarijs, reliquum quærit de his quæ fiunt in contraria, ſi ijdem fuerint contrarij, & de his qui ſunt ex contrarijs in contraria omittendas eſſe inquit has coniugationes, nunc eorum in quibus contrarij motus fieri queunt, quia etiam prima ſecundum diuiſionem miſſa facta eſt quæ eſt ex eodem in idem. Nondum enim de hac diximus. Sed demonſtrabit quod non in motu hæc oppoſitio eſt. Sed dicit de his quæ ſunt inter contraria, quia accidit his qui fiunt inter contraria etiam ex contrarijs fieri, ut dixit etiam in his ex contrarijs, ibi addendo quod magis contrarij ſunt qui ſunt in contraria ex contrarijs. Et ſi accederet, inquit, his in contraria & ex contrarijs fieri, tanquam idem ſit hoc in contrarium, & hoc ex contrario in cōtrarium. Nam quod mutatur in ſanitatem, ſimul etiam ex morbo mutatur, ſed eſſe & ratio non eſt eadem mutandi in ſanitatem & ex morbo, & ob id neque hi ſunt contrarij motus non habētes ultra id in quod & illud ex quo, ut iſte ꝓcedendo dixit. Sed demonſtrans quod in nulla dictarum oppoſitionum motuū eſt contrarietas, deinceps oſtēdit quod reliquarum duarum altera ex eodem in idē, & altera ex contrario in contrarium quod hæc ſit quæ habeat oppoſitionem motuum. Oſtendit autem incipiens ab eadem cauſa. quia enim motus à mutatione hac ratione diſtincta eſt, quia ex ſubiecto in ſubiectum eſt, et ex contrario in contrariū, & contrarium ſubiectū eſt, merito motus ex contrario in contrarium opponitur ei qui eſt ex contrario in contrarium. Mutationes enim & ex ſubiectis ſunt ad non ſubiecta, & ex non ſubiectis ad ſubiecta, ut ortus atque interitus, motus tamen ex ſubiectis ad ſubiecta ſunt, & ex contrarijs in contraria. Quod uero ita res ſe habeat, etiam ex inductione fidē facit. Nam motus contrarios iam cōceſſos accipiens ut ægrotare & ſanari, inuenit hos ex contrarijs, in cōtraria fieri. Eodem mō inquit ſunt diſcere & decipi ab altero. & illud ab altero adiecit, uel quia à ſeipſo deceptus poteſt non ex contraria opinione mutari neque peruenire ad ueritatem circa propoſitum, ſed à principio illico circa eadem falſa opinari. Sed talis non mutatur ex contrario in contrarium, tamen ab altero deductus in contrarium deducitur ex contrario, ex uero in falſum mutatus. Sic ergo Alexander. Niſi forte ut qui diſcit aliquando in ueritatem ex falſo mutetur, & aliquando neque de propoſito quicquam intelligens, neque ſi falſum ſit an uerum, ſciētiam eiuſdem accipit: ſic etiā deceptus uel à uero in falſum mutatur, uel falſi opinionem ſtatim obtinet ab ipſo decipiente. Cum ergo hæc duo ſint diſcere & inuenire, & aliud extrinſecus eſt, aliud uero intrinſecus ſcientiam ſuppeditet, opponitur diſciplinæ deceptio ab altero, & inuentioni deceptio à ſeipſo. Merito igiṫ diſciplinę non ſimpliciter deceptionem, ſed deceptionem ab altero oppoſuit, nō uelut a uero in falſum omnino mutatam, ſed ex ipſo nō falſum opinari tranſmutatam, ſiue uerum aliquid prius opinari de ꝓpoſito ei qui decipitur contigerit, ſiue non opinando prorſus. Sed oppoſitio eſt inter diſcere & decipi non ob idē. Motus.n. oppoſitio eſt ab ignoratione in ſcientiam, ſeu a ſcientia in ignorationem. Et tertiam fidem ex cōtrarietatibus ſecundum lationem adducit quod motus ſint contrarij qui ſunt ex contrarijs in contraria. Dicimus enim lationem ſurſum contrariam lationi deorſum, uelut in longitudine: & dexter eſt ei ad leuam cōtrarius, uelut in latitudine: & ad ante ei ad poſt, ut in ꝓfunditate. Cæterum cū oſtēderit inductione, quod motus contrarij illi ſint, qui ex contrarijs in contraria fiunt, adnotat rurſus qđ motus ſolum qui dicitur in contraria, ſi ſimul non proferendo hoc, & ex contrarijs non motus eſt, ſed mutatio, quia ſubiectum ſignificat in quod ſolum. Illud autem ex quo non eſt quod quidem oportet motui adeſſe qui ſit ex ſubiecto in ſubiectum. Etenim fieri album hoc ſignificat per ſe mutationem ut ortum, & motum minime, quia non additur eidem illud ex quo in uerbis, quia manifeſtum eſt quod ex nigro album ſit.

Quibus autem non eſt contrarium, mutatio quæ eſt ex ipſo, ei quę eſt in ipſum, contraria eſt. Quapropter generatio corruptioni cōtraria eſt, & abiectio acceptioni: hę autem, mutationes quidem ſunt, motus autem, non. Qui autem ad medium motus ſunt, quibuſcunque contrariorum aliquid eſt medium, tanquam in contraria quodam modo ponendi ſunt. Nam vt contrario vtitur medio ipſe motus, ad vtrauis fiat mutatio. vt ex fuſco quidē, in album, tanquam ex nigro: & ex albo, in fuſcum, tanquam in nigrum. ex nigro autem, in fuſcum, tanquam in album. fuſcum enim medium ad vtrunque dicitur quodāmodo extremorum, ſicut dictum eſt prius. Motus igitur motui contrarius eſt ſic, qui ex contrario in contrarium eſt, ei qui ex contrario in contrarium. Tex.52.

Vna deinceps oppoſitio & eadem uiſa reſtabat, quam primum numerauit ſecundum diuiſionem quæ eſt ex eodem in idem. Proinde dicit etiā de hac, quod ut motus qui ſunt in contraria non habentes oppoſita hæc ex quo, mutationes ſunt, ſed non motus, ſic etiam ex mutationes quę fiunt ex eodem in idē accipientes unum ſolum ſubiectum, idem hoc ſcilicet ex quo & ad quod & contrarium ipſi non habētes ſolum mutationes ſunt & non motus. Motus enim ex contrario in contrariū eſt. Quod aūt eſt ex eodem in idem conuenit ortui atque interitui. Ex quo enim interitus ſit, in hoc ortus ꝓcedit, & ex quo ortus, in hoc interitus. Eodem quoque modo & abiectio ſe habet ad acceptionem. Eiuſdem enim acceptio ante ſuam abiectionem contrario modo ſe habet. Cuius enim abiectio eſt, huius acceptio eſt: & cuius acceptio, huius abiectio. Cum ergo prius dixerit, quod ſimul accidit ex contrario in contrarium uel intermedium mutari, oſtendit nunc, quod etiam in medium ex medijs uelut in contraria & ex contrarijs fiant, quia medium cōparatum ad extrema contrarij rationem habet. Nam mixtione contrarij intermedia conſtant, ut diximus prius, ideo & uelut contrario utitur intermedio motus cum fieret ad utrūuis, uelut ex fuſco quando in album mutaretur, uelut nigro utitur fuſco, & quando ex albo in fuſcum. Sed quando ex fuſco in nigrum, uel ex nigro in fuſcum, tū uelut albo utitur fuſco, igiṫ etiam motus qui fiunt ex medijs ad media uelut contrarij ponendi ſunt. Com.42.

Quoniam autem motui non ſolū uidetur motus eſſe contrarius, ſed & quies: hoc determinandum eſt. ſimpliciter enim contrarium eſt motus motui. Opponitur aūt & quies. priuatio.n. eſt. eſt autem, vt & priuatio cōtraria dicatur. Qualis autem quali, vt ei qui eſt ſecundum locum, ea quæ eſt ſecundum locum. Sed hoc quidem, nunc dicitur ſimpliciter. Vtrum enim ei quę eſt hic, quieti: is qui eſt ex hoc, aut qui eſt in hoc motus opponitur? Manifeſtum eſt igitur, quod quia in duobus motus ſubiectis eſt: huic quidem qui ex hoc eſt in contrarium, ea quæ eſt in hoc quies, huic autē qui eſt ex contrario in hoc, ea quæ in contrario. ſimul autem & inuicem, contrariæ hæ ſunt. Et enim inconueniens eſt, ſi motus quidem contrarij ſunt, quietes autem oppoſitę non ſunt. ſunt autem hæ, quæ in contrarijs. vt quę eſt in ſanitate, ei quæ eſt in ęgritudine, quieti. motui autem qui ex Tex.53. Tex.54.

ſanitate in ægritudinem.ei enim,qui eſt ex ęgritudine in ſanitatem,irrationabile eſt.Is enim motus qui ad ipſum eſt, in quo ſtat: quietatio magis eſt,qua accidit ſimul fieri cum motu,neceſſe autem eſt,aut hanc,aut illam eſſe.non enim ea quidem quæ eſt in albedine, quies, contraria eſt ei quæ eſt in ſanitate.

Com. 43. Cum oſtenderit quales ſint motus cõtrarij inter ſe, quia & quies motui opponitur,& uidetur contraria eſſe,quærit etiam de hac primum quidem quomodo ſimpliciter quies opponitur motui. Deinde et qualis quies opponaẽ motui,quia & ante motum eſt quies & poſt motum,& dicit quod proprie contrarium motui eſt motus.Etenim ambo ſpecies & mutantur mutuo. Sed quies motui opponitur uelut priuatio & non uelut ꝓprie contraria,quia ipſa non eſt aliqua ſpecies uelut motus,ſed ſolum abſentia motus. Eſt autem uelut etiam priuatio inquit contraria,ſed communiter quatenus omnis priuatio opponiẽ formæ uel habitui uel actui. Sed oppoſitio contrarietas quædam uidetur eſſe.Hæc autem priuatio eſt ſecundum quietem & quicquam aliud habet,quatenus contraria magis diceretur quam aliæ priuationes.Quę enim habent alias priuationes nõ mutantur in ipſos habitus,uel ſpecies.Nam mortuus & cęcus non mutantur in uitam, neque reſtituitur uiſus cæco & mortuo uita.Sed quæ quieſcunt aliquando, poſſunt iterum ſuapte natura moueri. Quies enim eſt imobilitas eius quod eſt aptũ moueri.Et uidetur priuatio hæc ſimilis priuationi materię quę conſideratur ſimul cum aptitudine ad formam, de qua etiam uerum eſt dicere quod uelut contraria etiam priuatio dicitur. Quoniam enim ortus ſunt ex contrarijs, & quæ apta ſunt mutari ſecundum contrarietatem quæ eſt in ipſis habent hanc aptitudinem.Deinde quærit qualis quies quali quieti aduerſetur & mediam hanc oppoſitionem inter proprie dictas priuationes & contrarietates ponit ſecundum quam quies opponitur motui. Et primum dicit quod in aliquo genere quies contraria eſt motui in eodem genere. Hoc enim per unum genus motua ſignificauit dicendo motui ſecundum locum quies ſecundum locum aduerſatur, patet autem quod etiam in alijs motibus alterationem dico & augumentationem cadẽ eſt ratio.Non enim quiea ſecundum quale eſt contraria motui ſecundum locum,ſed motui ſecũdum locum quies in loco,& motui ſecundum alterationem, quies ab alteratione, & motui ſecundum quantitatem quies à quantitate. Sed non ſuppetit hoc dicere quia quies ſecundum locum opponatur motui ſecũdum locum & omnino ea quæ ſunt ſimilis generis. Nam hoc ſimpliciter uniuerſe dicitur. Plures enim motus & quietes ſecundum unamquãque diſtantiam ſunt. Etenim motus longitudine alter ſurſum, alter uero deurſum, & quies alia ſurſum, & alia deorſum. Ideo quærẽdum qualis quies in his quali motui aduerſetur & opponatur. Et inquit quoniã motus ex ſubiecto in ſubiectum eſt.Hoc enim indicat illud in duobus ſubiectis eſſe. Nam ex contrario in contrarium eſt, quo etiam differt motus ab ortu atque interitu, quia motui qui eſt ex hoc in contrarium, uelut qui eſt ex imo ad ſupremũ locum aut ex albo in nigrum quietes deorſum & in albo ſolum cõtrarię ſunt. Rurſus motui ex ſupremo ad imum uel ex nigro ad album qetes ſurſum & in nigro contrariæ ſunt,quare uniuerſe quietem in hoc ex quo motus fit contrariam ei motui qui ex eodem fit, dicimus,ſed non illi qui eſt ad idem. Etenim neceſſe eſt illud quod fugit ſecundum naturam contrarium eſſe, illud autem in quod diſcedit proprium eſt. Sed quoniam inquit abſurdum eſt motus contrarios eſſe inter ſe,& minime quietes. Sciẽdum quod etiam quietes mutuo opponuntur, quæ in contrarijs locis,& qualitatibus & quantitatibus ſunt, ut quies ſurſum quieti deorſum cõtraria eſt,& quies in albo,quieti in nigro,& quæ eſt in ſanitate ei quæ eſt in morbo. Motui tamen qui eſt ex ſanitate quies quæ eſt in ſanitate opponitur & non quies quę eſt in morbo, ut diximus prius. Nam conſentaneum eſt eandem opponi huic ex morbo in ſanitatẽ. Et cauſam nunc addit manifeſte.Nam ſecundum naturam inquit motus qui eſt ad illud in quo ſecundum naturam quieſcit id quod mouetur & intendat illam quietem & ob ipſam fiat,aliquomodo eſt ortus quietis & quies quare maxima proprietas eſt motui qui fit in quiete in quo ad illam in illo. Si autem propria non contraria.Non enim ortu alicuius quod ſit contrariũ poteſt dici priuatio eius. Quod ſi etiam finis eorum quæ mouẽtur ad aliquid quies eſt in illis, finis alicuius aliquomodo contrarius erit uel priuatio eius. Sic ergo neceſſe eſt illam ex quo uel illam in quod quietem contrariam eſſe motui,non enim quies ex alio genere cõtraria erit motui in alio genere,ſed nequeunt illæ cõtrariæ eſſe inter ſe quæ ſunt ad quod,neceſſe eſt ergo quietem in quo cõtrariam eſſe motui ex eodem. Contrarium autem eſt id quod eſt præter naturam ei quod eſt ſecundum naturam. Quod ſi quis dubitet quomodo ſi unum uni contrarium eſt,motus opponetur motui & quies et quieti ſimiliter quies & motus.Dicẽdum eſt quod motus & quies non ſunt proprie contraria. Sed neque priuatio quies talis qualem in prædicamentis dixit quæ non redire ad formam, ſed ſecundũ aliquod medium inter priuationem & cõtrarietatem uidetur quies opponi motui.

Tex. 55. **Quibus autem nõ ſunt contraria: horum mutatio quidem eſt oppoſita, ea quæ eſt ex ipſo, ei quæ eſt in ipſum. motus autem, non eſt, vt ea quæ eſt ex ente, ei quæ eſt in ens. Et quies quidem, horum non eſt,immutabilitas autem eſt.& ſi quidem aliquid erit ſubiectum, ea quæ in ente eſt immutabilitas, ei quæ eſt in non ente contraria erit. Si vero non eſt aliquid id quod non eſt. dubitabit aliquis cui contraria ſit ea quæ eſt in ente immutabilitas, & an quies ſit. ſi autem hoc eſt, aut non omnis quies motui eſt contraria,aut generatio & corruptio, motus ſunt. Manifeſtum eſt igitur,quod quies quidem non dicenda eſt,ſi non & hæ,motus. ſimile autem aliquid eſt, & immutabilitas.contraria autem eſt, aut nulli, aut ei quæ eſt,in non ente, aut corruptioni. hæc enim, ex ipſa eſt. generatio autem,in ipſam.**

Com. 44. Cum dixerit in altero contrariorum contrariam eſſe motui ex eodem, quærit ſi etiam in mutationibus quæ,fiunt ex non contrario in contrarium & ob id non ſunt motus ut dicebatur de ortu atque interitu.quædam quies ſit his mutationibus cõtraria ei quæ eſt ex eodem in idem. Nam hæ fuerunt mutationes ut ortus atque interitus oppoſitæ. Interitus quidem ex eo quod eſt ad id quod non eſt mutatio dicitur, & ortus eſt ex eo quod non eſt ad id quod eſt. Vel non eſt his contraria quies, quia neque motus hi dicuntur, ſed ſolæ mutationes. Et quies motui opponiẽ.Cur igitur non eſt aliquis terminus ortus manſio in forma,ut motus à ſupremo deorſum quies deorſum eſt. Vel eſt quidẽ,ſed tamen non eſt appellanda quies.ſed potius immutatio.Sed eſto uocetur immutatio cuius erit immutatio & cui mutationi illa immutatio erit contraria. Vel eſt aliquod ſubiectum id quod non eſt ut materia, immutatio ergo in eo quod eſt erit contraria ei immutationi quæ eſt in eo quod non eſt et mutationi ex eo quod eſt.Si uero non eſt aliquid id quod non eſt inquit,dubitaret aliquis cui immutatio ſit contraria illa quæ eſt in eo quod eſt. Dubitaret autem aliquis,inquit,& ſi oporteat dicere quietem quæ eſt in eo quod eſt immutationẽ ob abſurda quæ ſequuntur. Si enim quietem aliquis diceret in ortu & interitu eſſe immutationem quæ eſt in eo quod eſt,de duobus alterum neceſſe eſt. Vel enim non omnis quies motui contraria erit, ſiquidem immutatio in eo quod eſt quies cum

ſit, opponaẽ mutationi quę ſit ex eo quod eſt. Hęc autẽ non eſt motus ut oſtenſum eſt prius, propterea quod non eſt ex ſubiecto in ſubiectũ. Vel ſi omnis quies motui opponitur, erit etiã interitus motus. Similiter & ortus. Sed oſtenſum eſt quod nõ ſunt hæ motus. Vt ergo neutrum horũ abſurdum accidet mãſio quæ eſt in eo quod eſt non eſt appellanda quies, ſed quippiam ſimile quieti. Et dicendorũ eſt idem quod immutatio ſit priuatio non motus, ſed mutationis, ſed hæc imutatio quæ eſt in eo quod eſt uel nulli eſt contraria. Quies enim & non imutatio ponebatur alicui contrarium, uel ſi eſt alicui cõtraria aut immutationi quę eſt in eo quod non eſt erit contraria ſi ſit aliquid quod non ſit, aut interitui qui eſt ex eo quod eſt mutatio. Nam hac ratione ut mutationi opponetur, & ſi non ſit aliquid quod non ſit. Iõ ſic dixit, { Aut ei quæ eſt in nõ ente, aut corruptione. } Nã hic interitus eſt ex ipſa quæ eſt in eo quo deeſt immutatio. Sed ortus uia eſt ad illam. Vt enim de quiete oſtẽſum eſt, ſic ſe habet etiam in ipſa immutatione. Nam ex quo mutatur immutatio ei ex quo mutationi opponitur. Sed non ei in idem, quare interitui ut mutationi opponiẽ quæ eſt in eo qd' eſt immutatio. Sed ortui & imutationi quæ eſt in eo quod eſt, immutatio aduerſabitur quę eſt in eo quod non eſt. Si quidem erit aliquid quod non ſit. Sed principio talium uerborum ſcriptura tripliciter adducitur. Vel enim ſic, { Quibus autem nõ ſunt contraria mutatio quidem eſt oppoſita quæ ex eodem ei in idem. Motus autem non eſt, } uel hoc modo, { Quibus autem non ſunt contraria horum mutatio nõ eſt oppoſita, } Et cætera. Sed hæc idem ſignificãt cum his quæ prius dicta ſunt. Eſt enim talis tertia. { Quibus non ſunt cõtraria quorum mutatio eſt oppoſita quæ ex eodẽ ei quæ eſt idem, ſed motus non eſt, } & hæc magis Alexander admittit. Vt enim inſinuando dicit quorum non eſt quies, ſed immutatio, inquit. Sed non uelut oſtendens quod non ſint motus tales mutationes neque ut motus inter ſe opponuntur, ſed uelut mutationes. Hoc enim iam oſtenſum eſt.

Tex. 56. Dubitabit autem aliquis, quare in mutatione quidem ſecundum locũ, ſunt & ſecundum naturam & præter naturam, & quietes & motus, in alijs autem, non. vt alteratio: hæc quidem ſecundum naturam, illa vero pręter naturam. nihil enim magis ſanatio quam ægrotatio, ſecundum naturam, aut præter naturam, aut dealbatio quam denigratio. Similiter autem eſt, & in augmentatione & diminutione. neq; enim hæ ſunt inuicem contrariæ vt ſecundum naturam & præter naturam. neque augmentatio, augmentationi. & in generatione & corruptione: eadem ratio eſt. neque enim generatio quidem ſecundum naturam, corruptio autem præter naturam. ſeneſcere enim, ſecundum naturam eſt. Neque generationem videmus: aliam quidem ſecundum naturam. aliam vero præter
Tex. 57. naturam. At ſi eſt, quod violentia fit, præter naturam, & corruptio corruptioni contraria erit, ea quæ eſt uiolenta ut quæ præter naturam eſt, ei quæ ſecundum naturam. Sunt igitur & generationes quædam uiolentæ, & non fato determinatæ, quibus contrarię ſunt eæ quæ ſecundum naturam. Et augmentationes ſunt uiolentæ, & diminutiones. ut augmentationes eorum, qui uelociter propter alimentum pubeſcunt. & frumenta quæ cito adoleſcunt, & non ſunt conſtricta. In alteratione autem quo pa- Tex. 58.
cto, an ſimiliter? Erunt enim aliæ quidem uiolentæ, aliæ uero naturales. ut qui liberantur, alij non in criticis diebus, alij autem in criticis. Illi quidem, præter naturam alterantur: hi uero, ſecundum naturam. Erunt ergo corruptiones contrariæ ad inuicem, non generationi ſolum, Et quid prohibet? eſt enim, ut ſic. etenim, ſi hæc quidem ſuauis, illa uero triſtis fuerit. Quare non ſimpliciter corruptioni corruptio contraria eſt, ſed quatenus ipſarum hæc quidem huiuſmodi, alia uero talis eſt.

Com. 45.

Cum dixerit qui motus quæ ue quietes quibus motibus & quietibus ſint contrarij ſecũdum naturam ambo quia motus motui, ut qui eſt ex contrario ei qui eſt e contrario, & manſio ex aliquo ei quæ ex eodem quia non ſolum hi ſecundum naturam opponuntur his contra naturam ut motus ignis ab imo ſurſum terræ motui qui eſt à ſupremo loco deorſum, ſed etiã motus eiuſdem præter naturam ei qui eſt ſecũdum naturam, ut terrę qui eſt ab imo loco ſurſum, motui eiuſdem à ſupremo loco deorſum. Vnde dicturus de his oppoſitionibus primum dubitat cur in mutatione ſecundum locum & motus ſunt & manſiones & ſecundum naturam & præter naturam, ut ignis præter naturam motus quidem deorſum, & manſio deorſum & ſecundum naturam motus ſurſum, & quies ibidem, & in alijs corporibus ſimplicibus & motibus alijs huiuſmodi eadẽ ratio eſt quod mouentur ſecundum locum, ſed in alteratione, & mutatione ſecũdum quantum non amplius uidetur oppoſitio eſſe quæ eſt ſecundum naturam & præter naturam. Nihil enim magis ſit album quam nigrum ſecundum naturam, uel præter naturam in corporibus, & ægrotare atque ſanari. Similiter enim uidetur corpus eſſe capax harum ambarũ affectionum. Eadem quoque ratio eſt de incremento atque diminutione. Neque enim incrementum eſt ſecundum naturam & diminutio præter naturam, neque econtra, ſed neque incrementum incremento opponi uidetur, ut alterum ſit ſecundum natùram, & alterum præter naturam. Eodem modo & de alijs mutationibus uidelicet ortu & interitu ſit. Non enim ortus eſt ſecundum naturam & interitus præter naturam. Nam ſenectus quæ eſt gradatim e uita in mortem commutatio ſecundũ naturam uidetur eſſe. Item neque ortus ortui ſic opponi uidetur, ut alius ſit ſecundum naturam, & alter præter naturam. Cum ergo ſic dubitauerit ambas oppoſitas mutationes uelut dealbationem & nigrum fieri, atque augumentationem & diminutionem, ortum atque interitum ſecundum naturam eſſe tradit. Etenim in motu ſecundum locum ſurſum & deorſum, hi ambo ſunt contrarij ſecundum naturam ſi in alio & in alio ſit. Sed in eadem ſpecie uelut augumentatione aut ortu & interitu eſſe album ſecũdum naturam & album præter naturam, ut in motu ſurſum uel in motu deorſum oſtendit quia in cunctis motibus eſt uiolentum, ſed uiolẽtum eſt præter naturam, ergo & interitus erit interitui contrarius, uidelicet uiolentus ei qui eſt ſecundum naturam, ſed de interitu uiolentum eſt manifeſtum. Et ortus autem ſunt uiolenti & non ſecundum naturæ ſeriem facti quos non ordinatos aut fortuitos dixit quando aliqua ante diem ortus fiunt. Et hinc interpretes coniecturam faciunt, quod fatum Peripatetici collocãt in his quæ ſunt ſecundum naturam, ſi quidem uiolentos & præter naturam motus non fatales dixerit. Item quaſdam augmentationes pręter naturam quaſdam inquit eſſe, ut hi q cito ob delicias pubeſcunt & generant præter naturam & ui. Item triticum ob calorem cito naſcitur & augetur quod eſt in hortis dictis Adonidis, ubi antequam emittat radices & multiplicetur in terra naſcitur & augetur. Et in alteratione ſecundum naturam inuenit & pręter naturam. Nam qui in diebus criticis morborũ quie-

ſcunt ſecundum naturam alterantur & fortiter, qui uero non quieſcunt in eiſdem prę̨ter naturam & imbecilliter ſe habent. Cum dixerit ortum ortui contrarium eſſe, & interitum interitui, notauit quod erunt interitus contrarij inter ſe, quod ſi hoc, quia interitui etiam ortus opponitur, duo erunt uni contraria. Nam interitui & ortus erit & interitus contrarij. Similiter autem & ortui ortus & interitus, ſi quidem & ortui ortus opponitur. Hanc aũt inſtantiam breuiter oſtendens ob hoc, { Erũt ergo corruptiones contrariæ inter ſe, } Si autem hoc, quia interitui etiam ortus opponitur, duo uni erunt contraria. Nam interitui & ortus & interitus contrarij erunt. Soluit inſtãtiam dicendo nihil prohibere ſecundum aliquid & interitum eſſe interitui contrarium non quatenus interitui, ſed quatenus alter eſt ſecundum naturam, & alter præter naturam quę accidunt interitui. quare non duo uni erunt contraria ſiquidem quatenus interitus ortui ſolum ſit contrarius, ſed quatenus ſecundum naturam interitus ei qui eſt præter naturam, ut etiam ſi alter habet dulce per accidens, & alter triſte aut amarum. Eſſet quidẽ ipſorum ſecundum hoc oppoſitio.

Tex. 59. Omnino igitur contrarij motus & quietes, dicto modo ſunt. vt quæ eſt ſurſum, ei qui eſt deorſum. loci enim, contrarietates hæ ſunt, fertur autem ea quidem quæ ſurſum eſt latione, natura, ignis. ea vero quæ deorſum, terra & contrariæ, ipſorum lationes ſunt. ignis autem, ſurſum quidem natura, deorſum autem præter naturam. Et contrarius quidem motus eſt, qui eſt ſecundũ naturã ipſius, ei qui, eſt præter naturam.

Tex. 60. Et quietes etiam, ſimiliter. Quæ nanq; eſt ſurſum, quies, ei qui eſt de ſurſum in deorſum motui contraria eſt. Eſt autem terræ, illa quidem quies præter naturam motus autem hic, ſecundum naturam. Quare motui, quies contraria eſt, quæ eſt præter naturam, ei qui eſt ſecundum naturam eiuſdem. etenim motus eiuſdem, contrarius ſic eſt. Alter enim ſecundum naturam ipſorum erit, qui ſurſum aut qui deorſum. alter autem, præter naturam.

Com. 46. Cum oſtenderit quod contrarietas ſecundum naturam & præter naturam eſt in motibus, deinceps oſtẽdit non alio modo contrarietatis quam prædicto modo illam ineſſe motibus. ut ſint ſecundum naturam & præter naturam contrarij. Sed eſt idem modus contrarietatis. Nam quãdo idem fuerit quod mouetur contrarijs motibus ideſt illis qui ſunt ex contrarijs in contraria, quando alter erit ſecundum naturam ei, tum eidem alter erit præter naturam. Ignis enim fertur ſurſum natura, & terra deorſum, & horum ſunt contrarij motus, ſed ignis quidem natura ſurſum petit, & præter naturam deorſum, & contrarius eiuſdem ſecundum naturam ei qui eſt prę̨ter naturam, quia ex contrarijs & in contraria. Et quietes eodem modo. Nam quies ſurſum opponitur motui deorſum, ſit quoque mãſio terrę ſurſum prę̨ter naturam, & motus deorſum ſecũdum naturam, quare motui manſio contraria præter naturam eiuſdem eſt. Etenim motus eiuſdem contrarius eſt. Motui ergo uniuſcuiuſque elementorum ſecundum naturam contrarius eſt eidem motus præter naturam. Sed quia ex quo aliquid mouetur uel ſecundum naturam uel præter naturam, manſio in illo opponitur motui ex eodẽ, patet quod ſimplicibus corporibus manſiones in illis ex quibus ſecundum naturam mouentur, ſunt præter naturam, quare præter naturam eiuſdem manſiones & quietes contrariæ ſunt motibus ſecundum naturam ipſorum. Sed in quibuſdam exemplaribus poſt finem horum uerborum. { Alter enim ſecundum naturam ipſorum erit uel ſurſum uel deorſum, alter autem prę̨ter naturam, } additur autem hoc { Vniuerſe & primo hęc proprie inſunt. } Nouerunt etiam interpretes in quibuſdam additum eſſe. Sed diceret per hæc quod præter naturam moueri & ſecũdũ naturam proprie ſimplicibus naturalium corporum inſunt & omnibus & p̃ribus quæ mouentur ſecundum locum & quieſcũt in eodem. Sed in alijs motibus eſt iſta contrarietas ſecundum naturam & præter naturam ut dixit, ſed non proprie, neque primo, ſed ſecundum tranſlationem ab his. Videtur autem deeſſe huic. Vniuerſe & primo hæc proprie inſunt, hoc, his ſimplicibus corporibus, quorum latione ſurſum & deorſum ſecundum naturam & præter naturam ante oſtenderat.

Habet autem dubitationem, ſi eſt omni quietis quæ non ſemper eſt, generatio, & hæc eſt ipſum ſtare. Eius igitur quod præter naturam quieſcit, vt terræ ſurſum, erit generatio. cum ergo ferebatur ſurſum violentia, ſtabat. ſed quod ſtat, ſemper videtur ferri velocius. quod autem violentia, contra. non factum ergo quieſcens, erit quieſcens. Amplius videtur ipſum ſtare proprie dici aut omnino eſſe in eo quod eſt ſecundum naturam, in ſuum locum ferri, aut accidere ſimul. Tex. 61.

Dubitat nunc. Si eſt omnis quietis ortus, an non. Non enim poteſt eſſe ut non ſit omnis quietis ortus, & cauſam breuiter oſtendit quia dicit, { quæ non ſemper eſt. } Quies enim priuatio motus eſt in eo quod aliquando mouetur, ſed quies quæ eſt in eo quod aliquando mouetur non eſt ſemper ſi quidem aliquando mouetur. Et quod non eſt ſemper, fit. Sed quod fit, fiebat, & quod fit ortum habet. Nam ſecundum ortum fieri dicitur ut quod mouetur ſecundum motum moueri. Sed ipſe contentus hoc quod non ſemper ſit quies, quia ea quæ ſunt, aut ſemper exiſtunt, aut aliquando fiunt, Cum ergo oſtendat neceſſitatem cur oporteat omnem quietem habere ortum, & adiecerit quod ortus quietis eſt ſtare, quod quidem eſt quieſcere. Quieſcere enim ſtare eſt, & huius ortus eſt ſtetiſſe, ut ipſius iam motum fuiſſe moueri, ĩducit deinceps dubitationem quæ omnem quietem habere ortum deſtruere nióur quia oſtendit quietem qua ui fit non habere ortum, quia neque habet ſtare. Si enim quies ſurſum ui & ſtare ſurſum ui habet ortum terræ, haberet etiam ſtare ui ideſt ui fertur ad illam quietem & manſionem. Si ergo ſtare omnino non poteſt eſſe lationis quæ ui fit ad ipſum ſtare, patet quod non erit ortus quietis quæ ui fit. Quod uero ipſum ſtare non ſit in aliqua quiete ui ſic potentia & uirtute oſtendit. Quod ſtat ſecundum naturam fertur ad illum locum in quo ſtetit. Quod ad aliquẽ fertur in quo manere debet ubi fuerit illi loco proximius celerius mouetur cum ibi permanere debeat et magis ab eodem trahatur. Et concluſio huius rationis & quod ſtans id eſt quod fertur ad ſtare ocyus mouetur cum appropinquatum fuerit loco in quo ſtabit. Aſſumpta ergo prius hac altera propoſitione dicente quod illud quod ui fertur non ocyus fertur cum loco propinquum fuerit in quo ui ſtabit, ſed ſegnius, cõcludit in ſecunda figura quod ui latum non ſtat id eſt non habet inclinationem ad quietem. Hac porro ſequebatur ratione. Quod ui quieſcens non ſit quieſcens, ſiquidem nec habeat ſtare & quieſcere. Vi ergo quieſcens erit quieſcens nõ factum quieſcens, non omnis ergo quietis eſt ortus ſi quidem quietis ui non ſit. Deinceps autem uidetur uelut aliud argumentum adducere his uerbis. { Amplius uidetur ipſum ſtare proprie dici de eo quod eſt ſecundum naturam. } Sed opinor potius continuationem eſſe prioris rationis quia ſubdemonſtrat. Concluſa enim erat ratio illa quod ſtare non poterat competere ui moto, ſed ei quod mouebatur ſecundum naturam. Nam congrui ſtare ei quod habet intentionem & incli- Com. 47.

nationem ad quieſcendum, uelut quieſcere illi quod ad quietẽ feſtinat, & album fieri illi quod contendit ad album eſſe conuenit. Cum autem dixerit, { Amplius ſtare uidetur etc̃. } nõ de illo præter naturam ſubiunxit, ſiquidem ut inquit Alexander & hoc erit ſcriptum, { Vel omnino eſſe, } & ſignificaret inquit, quod ſtare uidetur, aut oĩno eſſe actu. Equidẽ unicuique corporum naturalium hoc competit, ut in ſuum ꝓprium locũ feratur. Simul.n. eſt quod fit & actu eſt, & mouet ſtatim ad proprium locum feſtinans ad perfectionem ſecundum hoc niſi aliquid impediat. Vnde capax quietis eſt id quod mouetur naturaliter. Sic ergo Alexander tetigit, opinor, quæ à me dicenda ſunt. Niſi forte illud, Simul autem omnino eſſe, ad ipſum { Dici } aſſignatum, quia uidetur ſtare proprie dici, uel non dici ſolum, ſed etiam eſſe omnino de illo quod mouetur ſecundum naturam, ne dici uideatur ſignificare conſuetudinẽ, qua ſic ſtare conſuetum ſit dici, ſed ſtare eſt proprie ferri in ſuum locum, uel ſi ſtare de ſtatione ad quam feſtinat motum intelligitur & ferri de motu, non erit ſimpliciter ſtare idem cũ ipſo ferri ad locum, ſed accidere ſimul. Vel tunc accidere ſtare diceretur, quando accideret aliquid ad ſuum proficiſci locum. Hoc autem & paulo ante ipſe ſic dixit. { Nam motus in idem quies magis eſt. } Vel accidit ſimul fieri cum motu. Si ergo hoc abſurdum aliquid quieſcens eſſe quod non ſit quod quidẽ ſubiunxit. Equidem abſurdum eſt quia quod fit neceſſe eſt prius fieri, duplex dicendum eſt ipſum ſtare, aliud ſecundum naturam proprie, aliud præter naturam abuſiue & æquiuoce & ob id forte dicendo quod ſtare dicitur de eo qđ eſt ſecundũ naturam adiecit proprie. Quod enim eſt ad ſtationem dicitur ſtare dum tendit, ut quieſcere quod tendit ad quietem. Verũtamen quod ui mouetur non ad ſtationem mouetur. Si ergo quieſceret gleba à motu ſurſum, illico deuoluetur deorſum niſi aliquid impediat ui. Nam quies ui illa eſt quæ eſt alicuius præualentiæ, ut ui motus eſt ui mouentis & ſi ſtare ergo non diceretur proprie prius exiſtere quam ui quieſcente, ſed quia factum eſt quieſcens, neceſſe eſt ortum eius præeſſe & aliquod ſtare proportione quadam. Cur ergo hoc argumentum hoc ſophiſticum eſt deductum ex æquocatione ipſius ſtare. Vel forte rationem ſophiſticam ſic ponens diſſoluit per hęc uerba. Proprie ſtare oſtendens quod non proprie diceretur ſtare qđ mouetur ui. Sed abuſiue nihil prohibet quod ui ferẽ ſtare ui & dici quia aliquid præcedit quiete ui quod eſt reſpondens ipſi proprie ſtare quod præcedit ſecundum naturam quietem, qđ quidem motui naturali conuenit & ſimul cum eo eſt. Niſi ergo quod dixi motus ſecundum naturam habeat menio in ſe ipſo ſtare quod quidem eſt feſtinare ad ipſam quietẽ. Sed motus præter naturam non eſt ad ipſum ſtare quatenus feſtinat præter naturam, neque ſtare id quod latum eſſet ui niſi ui teneatur. Verum quia non poteſt aliquid alicubi quieſcere ui niſi ad eundem locum ui feratur in quo ui quieſcit, ſiquidem qđ fertur ſecundum naturam ad locum naturalem cieatur in quo quieſcit naturaliter, latio quę ui fit, quietem ui pręcedit, ut quietem naturalem latio naturalis. Et ſecũdum hoc etiam niſi proprie diceretur ſtare & quod quod ui fertur quando ui quieſcere debet. Sed ſecundum naturam latum dicitur proprie ſtare, quia ad ſtationem procedit. Sed hoc celerius moueri cum uiciniora ſunt ſuis locis, quæ mouentur, ut effatum & dignitatem omnes præferunt, & cauſam conſentaneam aſſignãt dicentes idem cum fuerit uicinius proprie uniuerſitati tanquã perficiendum tum magis ſecundum formam & ſpeciem magis præualere. Sed alij dicunt multitudine aeris interpoſiti impediri ea quę ſurſum aut deorſum cientur quouſq; propinqua facta ſuis locis parum intermedium reliquerit. Sed fides ſic fit quia quæ feruntur ſecũdum naturam ſi proprijs locis propinqua facta fuerint. Sed nihil prohibet dicta à naturali Stratone indicia deſcribere. Nam in libro de motu dicens ſic quod mutationem & uiciſſitudinem ultimi loci in minimo tempore qđ mouetur ſubit, ſubiungit. In his quæ pondere feruntur per aerem fit palam. Nam à dolijs defluens aqua ſi quis ab alto loco id quod fertur conſiderarit, ſupra continuũ uidetur fluens, ſed deorſum ſparſum & fuſius cadit ſupra pauimentum. Si ergo non ſemper ad poſteriorem locum non ocius cieretur hoc ipſi nunquam accideret. Dicit autem hoc à cõtinuo ſeiungi & diffundi cum fuerit propinquius pauimento. Item addit aliam cõiecturam dicendo ſi quis lapidem uel aliquod aliud pondus ſuſtinendo à terra quantum continet altitudo unius digiti proiecerit non efficiet notabilem plagam aut ſciſſuram in pauimẽto, quod ſi fuerit ſexta pars ſtadij adhuc plus expellẽdo ſurſum efficiet maiorem plagam. Et nullam aliam cauſam inquit eſſe plagæ. Non enim graue maius neque minus quod mouetur factum eſt. neque plus loci expellens neque à multo expulſum aut impulſum ſunt. Vel quia citius ferẽ. Nam ob id hæc & alia accidentis multa accidunt. Hanc autem exiſtimo cõiecturam ſignificare quod parum expulſum a terra, quaſi adhuc in terra exiſtens difficile mobile eſt. Sed quod procul mouetur ad proprium locum, ſemper & magis poteſt cum magis ac magis propinquum fit. Sed Aſpaſius finem libri his uerbis atque hic fecit.

Habet autẽ dubitationem, ſi contraria eſt quies quę eſt hic, ei qui hinc eſt motui. cum enim mouetur ex hoc, aut etiam abijcit, adhuc videtur habere id quod abijcitur. Quare ſi hæc quies, contraria eſt ei qui hinc eſt in contarium motui, ſimul erunt contraria. An aliquo modo quieſcit, ſi adhuc manet? omnino autem eius quod mouetur: aliud quidem ibi, aliud autẽ eſt in quod mutatur. Quapropter & magis motus motui contrarius eſt, quam quies. Tex. 62.

Cum prius dixerit motui ex contrario in contrarium quietem in hoc contrariam eſſe & illi ex contrario in hoc quies in contrario, nunc dubitat contra hoc & dicit quod contraria hic quies eſt motui hinc ut prius diximus quia hoc cœpit hinc moueri, adhuc eſt etiã hic, ſed quod eſt hic quieſcit. Hoc enim eſt eſſe hic, igitur accidit idem ſimul moueri & quieſcere, & tamẽ quies & motus ſunt contraria inter ſe. Ad quod enim motus eſt manſioni in eodem nõ eſt contrarius, ideo non fecit rõnem in his. Sed ſimul contraria circa idem accidere non poſſunt. Quod uero illud quod hinc incipit moueri adhuc hic ſit, oſtendit ratione dicente, quod eius quod mouetur aliquid eſt ibi ex quo mouetur, & aliud ad quod mouetur. Nam ut ſi quis intelligeret aliquem album nigrum fieri, ſed nondum niger abſolute factum & manentem habere aliquid adhuc albi & quieſcere in albo, ſic etiam motus localis adhuc habẽs aliquid diſpoſitionis quietis diceretur non perfecte abieciſſe quietem. Soluunt dubitationem dicendo neque abſurdum accidere ex hac ratione, ſi fuerint circa idem contraria, licet non ſecũdum idem, ſed ſecundum aliud & aliud. Idem enim poteſt eſſe album & nigrum ſecundum aliud & aliud, quia ſecundum aliã & aliam partem quæ ſit principio motus. Non enim ſecundũ idem quieſcunt & mouẽtur, ſed ſecũdum aliud & aliud. Hoc eiuſdem ibi eſt & aliud non eſt. Non enim eſt indiuiduum qđ mouetur. Sed oſtendetur quod nihil mouetur expers diuiſionis. Si aliquid erit in contrarijs ſecundum aliud & aliud nihil abſurdi erit. Hoc ergo breuibus indicans dicendo, { Aliquo modo quieſcit, an adhuc manet, } ideſt ſi ſecundum aliquid quieſcit, uel ſecundum aliquid manet, quod neque contraria ſit quies motui proprie infert. Nam priuatio magis eſt. Sed eſt proprie motus motui contrarius qui eſt ex contrario in contrarium ſcilicet, ei qui eſt ex contrario in contrarium ut diximus. Nam in talibus motibus non accidit idem in cõtrarijs eſſe. Com. 48.

Et de motu quidem & quiete, quomodo vtrũque vnum eſt & quæ quibus contraria ſunt, dictum eſt. Tex. 63.

Com. 49. Quomodo unus motus ſit diximus, non tamen quomodo una quies, ſed uidetur ut dictum eſt & hoc ponere, quia ex dictis de motu, patet etiam quomodo una ſit quies. Si enim quies eſt priuatio motus in eo quod eſt aptum moueri, patet quot modis dicitur unus motus, totidem & quies dicetur, quare & hæc alia erit una genere, alia ſpecie, alia numero & ſubſtantia. Sed uſque ad hunc locum in quibuſdam exemplaribus finis libri ſit. Sed in alijs & quæ deinceps dicenda ſunt adduntur, quæ neque Porphirius compēdij inſtar explicauit, neque Themiſthus breuiter & mutatis uerbis expoſuit. Verũtamen Alexander annotat hæc in quibuſdam exemplaribus non inuenta fuiſſe, tamen exponit ipſa.

Tex. 64. Dubitabit autem quis & de ſtare, ſi & quicunque ſunt præter naturam motus his eſt quies oppoſita, ſi quidem igitur non erit incõueniens. manet enim ſed violentia: quare quieſcens aliquid erit non ſemper ſine fieri, ſed palam quod erit, ſicut enim mouetur præter naturam, & quieſcit vtique aliquid præter naturam.

Com. 50. Si ergo hæc non fortuito adduntur, hæc dicunt eſſe eadem cum prioribus dictis in quibus uidebatur deſtruere ipſam ſtationem in his quæ quieſcunt præter naturam & mouentur & prius conſtituens idem deductione ad id qđ fieri nequit quando concluſit quod ſi non eſt ſtare in his quę mouētur & quieſcunt ui, quod non ſit quieſcens eſſet quieſcens, quia in illis uidebatur negari ipſum ſtare de ipſis quæ ui mouentur, quia ſtans ſemper fertur ocius, ſed quod ui ſtat contrario modo & ob id ſtare dicitur de illo quod procedit natura in proprium locum. Vult autem ut uidetur dubitationem ad utranque partem agitari, ob id nunc aliam eius partem repetit oſtendens, quod etiam in motu qui ſit ui & quiete eiuſmodi oppoſita illi motui neceſſe eſt ut ſtare inueniatur. Sin autem aliquid ui manet, erit quieſcens aliquid non ſine ipſo fieri ſemper, quod quidem prius dixit quod igitur non ſit quieſcens erit quieſcens. Nunc autem adiecit huic quieſcens erit non ſemper, quod ſuperfluo quidem exiſtimo eſſe factum. Si enim quieſcit quod eſt aptum moueri non erit ſemper quies, patet autem quod in quit non ſemper erit aliquid ui quieſcens. Vt enim aliquid mouetur præter naturam, ſic etiam quieſcit præter naturam, quare erit ſyllogiſmus hypotheticus ſecundo modo ſyllogiſmorum huiuſmodi. Cum enim ſit aliquod quod ui manet ut demonſtrabo, ſi hoc fieri nequit, erit etiam ipſum ſtare in eo quod ui manet. Quod uero ſit ui manens & præter naturam patet, quia id quod mouetur præter naturam. Sed opponitur motui præter naturam non manſio proprie præter naturam. Nam opponitur motui præter naturam uelut ei quo terra ſurſum & non manſio pręter naturam eius ſurſum, ſed ea ſecundum naturā quæ eſt deorſum. Sed mihi uidentur diligentius dicere qui hæc uerba nō comparatione aliqua ad prædictam legunt, ſed uelut addita a quibuſdam admittunt.

Tex. 65. Quoniam autem eſt quibuſdam motus ſecundum naturam & præter naturam, puta ignis qui ſurſum ſecundum naturam, qui autem deorſum præter naturam. vtrum hic contrarius, aut qui terræ? hæc enim fertur ſecundum naturam deorſum. aut palam, quia ambo, ſed non eodem modo, ſed qui quidem ſecundum naturam eſt ſecundum naturam exiſtentis, eius autem qui ipſius, qui ſurſum ignis ei, qui deorſum vt ſecundum naturam exiſtens, præter naturam exiſtenti: ſimiliter autem & in manſionibus forte autem quieti motus aliquatenus opponitur. cum enim moueatur ex hoc & abijciat, adhuc videtur habere quod abijcitur: quare ſi ipſa quies contraria ei qui hinc in contrarium motui ſimul exiſtent contraria, aut aliquatenus quieſcit ſi adhuc manet. omnino autem eius quod mouetur, hoc quidem ibi, hoc autem in quod mutatur propter quod magis motus motui contrarium ꝙ quies. quis quidem igitur motus ſimpliciter vnus dictum eſt. & de motu quidem & quiete quomodo vterque vnus, & qui contrarij quibus dictum eſt.

Com. 51. Quod dicitur hoc eſt, quia igni alter eſt motus ſurſum ſecundum naturam, alter deorſum præter naturam, ſed terræ deorſum motus eſt ſecundum naturam, & ſurſum præter naturam. Vtrum ergo motui ignis ſecundũ naturā eiuſdem ignis motus pter naturam ſit contrarius, uel motus terræ ſecũdum naturam. Et iudicat quod ambo ſint contrarij, ſed non eodem modo, ſed motus terræ deorſum ignis motui ſurſum uelut ambo ſecundum naturam, ſed ignis motus præter naturam eiuſdem motui ſecundum naturam uelut is motus qui præter naturam repugnat ei qui ſecundum naturam eſt. Et hæc uerba ſuperfluo adduntur cum iam dicta ſint breuiter ſic. Fertur ignis latione ſurſum natura, & terra deorſum & contrariæ ſunt eorum lationes. Sed ignis ſurſum natura, & deorſum præter naturam, & contraria eſt ſecundum naturam eiuſdem ei quæ eſt eiuſdem præter naturam. Quod uero hæc uerba ſuperfluo addantur indicat rurſus epilogus de his adductus dicens. De motu igitur & quiete quo utraque unum ſit, & qui ſint contrarij quibuſdam dictum eſt, ſed poſt dearticulationem particularem in hoc libro exiſtimo pulchrum eſſe & eiuſdem capita breuiter & quoad fieri poteſt ſine defectu repetere. Proponens igitur principio Ariſtoteles mutationem diuidere in motum & mutationis ſpecies & in ortum & interitum, primum oſtendit quod ea quæ mutantur tripliciter mutantur, uel per accidens, uel ſecundum partem, uel per ſe & primo. Vt horum faciat diuiſionem. Deinde quia non ſolum quæ mutātur & mouentur, ſed etiam quæ mutant & mouent tribus modis diuiduntur & deinceps quia cum ſint quinque ſi erit motus neceſſe eſt ut ſit mouens & id quod cietur, & tempus, & adhuc id ex quo, & id ad quod, & motus eſt in eo quod mouetur & non in alio. Et idem oſtendit ex diffinitione motus. Deinde quia ſpecies & forma ad quam mouetur quod ſit & affectio eſt ad quam alteratur, & locus ad quem proficiſcitur quod fertur quæ ſunt immobilia. Et magnitudo eſt ad quam augetur & omnino in quod motus. His autem talem dubitationem annectit. Si albedo eſt affectio & affectio eſt motus, mutatio ergo in affectionem erit ad motum per motum & non in ſolo eo quod mouetur, ſed etiam in eo ad quod eſt motus. Et ſoluit dubitationem ex æquiuocatione affectionis quia & album affectio dicitur & dealbatio, ſed motus non album, ſed dealbatio. Cum ergo prius oſtendiſſet, quod etiam mouens & id quod mouetur tripliciter dicitur, addit quod etiā in alijs idem euenit ſcilicet in eo ex quo & in eo ad quod, & in eo in quo ideſt tempore, quia ibi eſt per accidens, per ſe, & primo & ſecundum partem, & ſic mutationem per accidens & ſecundum aliud uelut communem omnibus & indeterminatam repudians demonſtrat differētias mutationum in illa per ſe & primo quæ conuenit ſcientiæ tripliciter diuidens illas. Et aliam quidem in contrarijs dicit, & aliam in medijs contrariorum, & aliam in contradictione. Cum ergo oſtendiſſet in quibus ſit mutatio, oſtendit deinceps quot modis ſit ex diuiſione deducens rationem. Nam omne quod mutatur, uel ex ſubiecto in ſubiectum, ideſt ex eo quod eſt ad id quod eſt, aut ex ſubiecto ad non ſubiectum, quod eſt ex eo quod eſt ad id

quod

quod non eſt, uel econtra, aut rel quum ex non ſubiecto ad nõ ſubiectũ quod eſt inconſtans, quippe nihil ex eo quod non eſt ad id quod non eſt mutatur. Et eſt alia ex ſubiecto in non ſubiectum, & alia ex non ſubiecto in ſubiectum quę ſunt ortus, atque interitus & non ſunt motus, ſed altera ex ſubiecto in ſubiectum ſolum eſt motus. Subiecta uero ſunt aut contraria, aut intermedia. Et in his quærit in quo prædicamentorum ſit motus, & oſtendit quod in qualitate, quantitate, & ubi, ſed non in ſubſtantia neq; in ipſo ad aliquid neque in ipſo agere & pati. Siquidem nõ eſt motus motus, neq; interitus interitus neq; ortus ortus neque omnino mutationis mutatio quę quidẽ multifariam oſtendit, & deinceps oſtendit quod mutatio ſecundum quale habet commune nomen alterationem ſed motus ſecundum quantum non habet, ſed propria ſunt augumentatio, & diminutio. Sed latio neque proprium neque commune habet nomen. Nam latio de ſolis motis inanimis dicitur. Et quia magis & minus in cunctis motibus eſt, oſtendit quomodo ſint. Quę cum demonſtrarit de motu, ſequitur diuidere immobile quatuor modis in illud quod nõn poteſt moueri, & in illud quod multo tempore uix mouetur & id quod tarde incipit, & demũ id quod eſt aptum moueri & poteſt ſed tum non mouetur quã do aptum eſt & quo & quomodo, quod quidem quieſcere de immobilibus ſolum inquit dici. Hęc autem de motu & immutabilitate dicens determinat deinceps qd ſimul, quid ſeorſum, quid tangere, quid intermedium, quid conſequenter, quid contiguum, quid continuum & quibus unumquodq; horum aptũ eſt cõpetere. Et his addit in quibus eſt intermedium. Sed aſſumens uelut utilia quæ dicta ſunt rationibus ſequentibus, oſtendit trifariam motum dici unum aut genere, aut ſpecie, aut numero, & quod magis proprie eſſe unũ numero & motus unũquodq; trium quod mouetur, forma ſecũdũ quam motus ſit, & tempus in quo unum numero habet, & ſeiungit unũ numero motum eſſe cõtinuum & quod unus motus genere, & unus ſpecie, & unus numero tum magis unus eſt, quando fuerit perfectus. Sed unus numero & ſi non fuerit perfectus ſed ſolũ continuus, dicitur unus. Et deinceps quod regulare competere debet uni motui. Et magis eſt unus regularis quam irregularis qa uelox & tardum non ſunt ſpecies motus, quia hęc ſunt in motibus ſpeciebus motus. Cæterum diuidit oppoſitiones motuũ & ſecernit ab alijs illam ſecundum contrarietatem. Et tum quærit qualis motus cui ſit cõtrarius, & quę quies cui qeti, & quales inter ſe, & addit quod cõtrarietas ſecundum naturam & præter naturã eſt in motibus & qetibus ſecũdũ eũdẽ modũ qui eſt in his ſecundum naturam & dubitat ſi in manſione præter naturam præcedat ſtare & argumenta ad utranq; partem facit, & alteram dubitationem adducit ſi contraria hic manſio hinc motui ut diximus. Sed quod mouetur & quieſcit, quomodo ergo ſimul ſunt contraria? Et ſolutionem dubitationi comprehendit quod non ſecundum idem ſunt contraria, ſed aliquomodo quieſcunt & aliquomodo mouentur.

COMMENTARIVM SIMPLICII GRAECI INTERPRETIS IN VI. ARISTOTELIS DE NATVRALI AVDITIONE, LVCILLVS VERTEBAT.

PERIPATETICIS Mos fuit librorum ordinem deſcribere ſecũdum ordinem elementorum orationis, ut alpha, uita, gamma & reliqua, mento inſcribunt ſextum librum atq; deſignant per ipſum Zeta, quod quidẽ in numeris ſignificat numerum ſeptenarium, ſed in elemẽtis ſextum ordinis locum ſortitũ eſt. Diximus autem prius quod quinque libri præcedẽtes appellantur naturales, & reliqui tres de motu. Sic.n. & Andronicus in tertio libro Ariſt. de motu ordinat quod et teſtatur Theophraſtus, & Eudemus ſcribit, de præcedentibus de quodã ſuo exẽplari in quo multi errores erãt quo ad quintũ librũ, pro quo ut inquit, ille miſit & iuſſit ſibi ut ſcriberet et mitteret libros naturales, quoniã ille ſcripſit, aut ego non intelligo, aut quippiã omnino habent ante hæc, { Quod quidem quieſcere uoco ſolum de immobilibus. Nam cõtraria motui quies eſt, quare priuatio erit recipiẽtis atq; ſuſceptiui, } quare quintũ librũ Theophraſtus inter naturales collocat. Sed ipſe Ariſto. octaui principio inquit, { Incipiamus primo, ex determinatis a nobis prius in phyſicis. } Proinde dicimus motũ actum eſſe mobilis quatenus mobile. Hoc autem dixit in tertio Sed in calce octaui inquit, { Infinitam ergo magnitudinẽ nõ contingit eſſe ſed prius oſtenſum eſt in phyſicis, } dixit autẽ de magnitudine in tertio libro. Et quod quinq; libros præcedẽtes naturales appellauerit, his manifeſtum facit, quod uero tres ultimi ſint de motu Ariſto. primo de cœlo palam indicat dicendo. { Sed illud quoq; manifeſtum eſt quod nequit infinitum tempore finito pertranſiri, in infinito ergo, Nam hoc prius oſtẽſum eſt in his de motu } & rurſus { Sermo in his de motu quod nullum finitum habet uirtutẽ infinitã, neq; infinitũ finitã. } Dictũ autẽ eſt de his in his tribus. Quod hi uero tres libri ſint de motu & quinq; p̃cedẽtes naturales teſtatur. etiam Damas qui cũ cõſcripſiſſet uitã Eudemi dixit & eorũ q ſunt tractationis de natura ab Ariſt. editi tres ſũt de motu. Et naturales nõ ſolũ uocat hos octo libros ſed et libros de cœlo, & de anima & alios plurimos. Sed ſeorſum & peculiariter quinq; de auditione naturali uocat naturales. Quod uero nũc propoſitus liber ordine poſt quintũ ſit, declarat etiam Eudemus qui ſic hęc uerba Ariſtote. cõtinuãtis quæ dicenda ſunt quinto libro interpretatur, { Nullũ cõtinuorũ ex impartilibus cõponitur. } Et Andronicus hũc ordinẽ his libris tradit. Itẽ Ariſto. prius dictis in quinto libro uidelicet continuo, attiguo & deinceps, illico principio huius libri uſus eſt. Quod uero idem præcedat ſeptimum, ex his patet, quę in calce huius libri demõſtrauit, quia cum demonſtret nullum expers diuiſionis moueri & quod nulla mutatio eſt infinita in ipſo ſeptimo qui proximus eſt huic, his uelut oſtenſis utitur. Similiter quoque & nõ eſſe motum infinitũ in tẽpore finito cũ non ſit quod mouetur infinitum in tẽpore finito cũ nõ ſit quod mouetur infinitum neque finitum, hic oſtendit. Eodẽ utitur uelut demonſtrato in illo libro.

SI autem eſt cõtinuũ, & tãgẽs & cõſequẽter, vt diffinitũ eſt prius (continua quidẽ, quorũ ultima ſunt unũ. tãgẽtia uero, quorũ ſimul. cõſequẽter aũt, inter quæ nihil eſt eiuſdẽ generis) impoſſibile eſt ex indiuiſibilibus eſſe aliquid cõtinuũ. ut lineã, eſſe ex punctis, ſi linea quidẽ cõtinuũ eſt, pũctũ autẽ indiuiſibile. neq; enim unũ ſunt vltima pũctorũ. nõ enim eſt, hoc quidẽ ultimũ, illud uero alia quædã pars ipſius indiuiſibilis. neq; ſimul ſunt vltima. non enim eſt vltimũ Tex. 1.

ullum, eius quodím partibile eſt. alterũ enim eſt: ultimum, & id cuius eſt ultimum.

Com. 1. CVm ſint quinque magnitudines linea, ſuperficies corpus, motus & tempus unam quãq; componi ex his partibus in quibus diuiditur communis quædã omnium ſententia eſt ſed priuatim alij oẽm aſſumptã magnitudinẽ diuidi l magnitudines in iſinitũ exiſtimãt pinde ac nunq̃ deſinat ad diuiſionem in res diuiſionis expertes. Et ob id magnitudines aiunt componi ex partibus & diuiduis, & minime ex indiuiduis. Alij uero ſectione in infinitum deſperan, tanquam nequeamus nos in infinitum ſecare, & ex hoc perſuadebãt nõ poſſe ſectionem talem cõprehendi, aſſeruerunt corpora conſtare indiuiduis & diuidi in ea quæ ſunt experta diuiſionis. Verum quia Leucippus & Democritus non ſolum impatibilitatem cauſam cur prima corpora non diuidantur putant, ſed etiam quia ad modum parua & impertilia ſunt, Epicurus autem ſuccesſit qui ea non cenſuit eſſe impertilia, licet indiuidua ob impatibilitatem. Sed opinionem Leucippi & Democriti Ariſtoteles pluribus in locis cõfutauit, & ob eas cõfutationes forte Epicurus qui poſt Ariſtotelem fuerat credidit eſſe cõtra impertibilitatem, & conſentiens Democrio atque Leucippi opinioni de primis corporibus ipſa tutus eſt indiuidua eſſe ſed eſſe impartilia omiſit tanquam ob id ea corpora repudiauerit Ariſtoteles. Verum nunc Ariſtoteles uniuerſe propoſuit oſtendere magnitudines non conſtare indiuiduis aut impertilibus cum continua habeant dimenſionem & diuiſionem. Et primum de magnitudinibus corpore s demonſtrat hoc, & poſtea de motu & temporé. Et quoniam ſunt nonnullæ magnitudines quę conſtant ex quibuſdam attiguis, ut domus, cumulus quod neque magnitudo talis queat ex impertilibus componi ſimul oſtendunt. Si ergo omnis magnitudo aut tanquam ex conõnuis componitur partibus, aut ex attiguis, ſed quæ ſunt impertilia neque continua eſſe poſſunt inter ſe neque attigua, neque erit magnitudo quę conſtet indiuiduis. Et oſtendit primum de linea & de punctis, quia non poteſt linea continua cõſtare punctis oſtendit hoc idem in hunc modum.

Linea cum ſit continua ex partibus continuis eſt,

Sed continua erant quorum ultima ſunt unum.

Si ergo linea eſt ex partibus quæ habent ultima ut unum, & puncta extrema unum non habent, non erunt ergo ex punctis lineæ ſecundum complicationem ſecundæ figuræ. Quod uero linea continua conſtet ex continuis partibus quorum extrema ſunt unum perſpicuum eſt. Quod uero extrema punctorũ non ſint unum oſtendit ex hoc, quia ultimum aliud eſt & id cuius eſt ultimum ſi ergo punctum eſt indiuiduum, non eſt aliquid eius ultimum. Quod ſi hoc non eſſent duorum punctorũ extrema, quare ſit etiam unum aliquid ex his, non ergo poteſt fieri aliquod continuum ex punctis. Quod ſi aliquis diceret quod terminus uon eſt pars & ob id nihil prohibet impertilis eſſe terminum, etiam hic fateatur oportet quod non eſt idem totum & terminus, proinde eſt aliquid aliud à termino, ſed in puncto non eſt. Sed uniuerſe quod habet terminum & principium habet & medium, quare etiam partem, ergo oſtenſum eſt continuum non poſſe conſtare impertibilibus. Quæ enim dicuntur de linea & de alijs continuis dicentur. Non enim quia pũcti, ſed quia impertibiles ſunt, hæc uera de ipſis dicũtur. Sed impartilia ſunt ipſa nunc & unitates, quare & ſi quis corpora impertilia dicit ut Diodorus putat oſtendere, & in illis eadem dicentur.

Tex. 2. **Amplius, neceſſe eſt, aut continua eſſe puncta aut tangentia ſe inuicẽ, ex quibus eſt continum. eadem autem ratio eſt, & in omnibus indiuiſibilibus. continua quidem non erunt, propter dictam rationem. tanget autem omne, aut totum totum, aut pars partem, aut totum pars. Quoniam autem impartibile eſt ipſum indiuiſibile, neceſſe eſt totum tangere totum. totum autem totum tangens, non erit continuum. continuum enim, habet, hanc quidem aliam, illam, vero aliam partem. & diuiditur, in ſic diuerſas, & loco ſeparatas.**

Quoniam aliquæ magnitudines uidentur fieri continuę ex non conõnuis ſed attiguis, ut paries e lateribus, Sed quod neq; ſic ex punctis aut ex impertilibus omnino poſſit aliqua magnitudo fieri, oſtendit prius ſumendo quod ſi quid ſit ex punctis uel ex continuat s ipſis fiat, uel attiguis neceſſe eſt. Et quod cõunui non fiant iam ex oſtenſis patet, proinde ſubiungit deinde quod neque attigui punctu efficiunt cõtinuum aliquod et promptum erat oſtendere, quod neque puncti ſeſe mutuo tangunt, ſiquidem ſeſe illa tangant, quorum ultima ſimul, ſed puncta cum ſint termini non habent terminum. Sed hos modos exponens ex diuiſione quibus aliqua ſeſe uicisſim tangere dicerentur, & dicens quod uel totum tangit totum, ut punctum punctum, uel unum cohęret alteri ut lineę uel ſecundum aliquam partem & hoc uniuerſæ. ut linea punctum, uel ſecundum partes ut linea lineam ſecundum puncta. Pars enim aliquo modo totus eſt punctum, inducit quod puncta cum ſint impertiles neque ſecundum partes neque ſecundum totum & partem tangent, ſed ſi tetigerint, totum punctum totum tanget ut alterum alteri cohęreat. Hæc autem attigua non dicerentur proprie, ſiquidem attigua ſint quorum termini inter ſe cohærent ſed non uniuerſa uniuerſis. Quod ſi concederet aliquis & hæc attigua appellanda eſſe, uel alio modo cohęrent inter ſe, & ita non fieret aliqua alia magnitudo ex talibus. Magnitudo enim ſit ex cõtinuis & alia ex attiguis habet partes aliam quidem & aliam, Quod uero expers partium eſt non habet partes quare neque magnitudo ex attiguis punctis fieret aliqua. Ex prima demonſtratio processit ex eo quia non habent puncta terminos, hæc autem quia non habent partes, & terminus diſtinguitur à parte & ſi ipſe uideatur nunc termino uelut parte uo. Sed cum dixerit continuum aliam atque aliam partem habere, ſubiunxit. { Et diuiditur in ſic diuerſas & loco ſeparatas. } Continuũ enim quia neque componitur ex impartilibus neque diuiditur in ipſa impertilia in continua diuideretur, quare nõ ſolum totum ſed etiam una quæq; pars earum quæ diuiſæ ſunt, habet aliam & aliam partem non ſolum ratione ſeparatas, ut poni qualitates ſed etiam loco.

At vero neque conſequenter erit punctus ad punctum, aut ipſum nunc ad nunc ipſum, vt ex his ſit longitudo, aut tempus. conſequenter enim ſunt, inter quæ nihil eſt eiuſdem generis. inter autem puncta, ſemper eſt linea, & inter ipſa nunc, tempus.

Com. 3. Cum oſtenderit quod neq; ex cõtinuis punctis, uel ipſis nũc neq; ex attiguis poteſt una aliqua magnitudo fieri ex abundãtia oñ dit qđ ex punctis conſequẽter aut ipſis nunc ſi qs cẽſeat fieri aliquã lõgitudinẽ uel tẽpus nõ recte putat. Primũ & ſi hac cõſequẽter ſe habuerint hęc inter ſe nõ faciẽt aliqd unũ intermediũ alicuius exiſtẽtis. Deinde qa nõ ſolũ nequeũt pũcta inter ſe cõtinua nec attigua ſed neq; cõſequẽter eẽ. Et eſt argumẽtũ ex ipſo magis. Si enĩ pũcta nequeũt cõſequẽter ſe hñe multo magis neq; attigua eẽ, ſi qdẽ attigua ultra cõſequẽter, habeant ſimul terminos, et adhuc magis cõtinua eẽ nequnt, ſi terminos in unũ cõcurrere ipſorũ neceſſe ſit cũ alia atq; alia pte ſcđm locũ alibi diſtet. Quod uero nõ ſint cõſequẽter pũcta inter ſe, oſtẽdit mẽdo ipſo cõſequẽter & rurſus in ſcđa figura ſic ſylſmũ efficit. Cõſequẽter ea ſunt inter q̃ nõ cadit mediũ eiuſdẽ generis ut domus q̃ cõſequẽter ſe hñt inter ſe iter q̃s nõ collocat aliq̃ domus ut ſi fuerit arbor uel aliqd aliud itermediũ, aut locus uacuus. Sed inter puncta eſt aliqđ eiuſdẽ generis ut linea, & inter ipſa nunc, tempus.

Cõcluditur ergo nec pũcta ſe habere cõſequẽter, nec ipſa nũc. Et q̃d intermediũ inter duo pũcta ubiq; linea ſit, et iter ipſa nũc tempus perſpicuum eſt. Sed quomodo linea ſit una cum ipſis punctis eiuſdẽ generis? Niſi uelut terminus eius cuius terminus ut in moralibus demõſtrauit uoluptatem propriam eſſe cognatam & eiuſdem generis cum actione cuius eſt terminus, ſed ſi punctum eſt eiuſdẽ generis cum linea, & nunc cum ipſo tẽpore, ergo ſi tẽpus & linea erunt quãta, punctũ etiam, & nũc erũt quanta. Niſi ergo hi termini uelut quanti ſub quanto collocent. Sub quo enim alio prædicamẽto erunt, ſi quidẽ omne quod eſt ad aliquod prædicamẽtorum decem reduci oporteat. Et ſi in quocunq; tempore nunc eſt & in omni linea punctũ, inter quę ergo eſt linea & tempus, inter hæc erit punctũ & ipſum nunc. Niſi ergo poteſtate & nõ actu ſit punctũ in linea, & in ipſo tẽpore nũc. Vel cũ ſit poteſtate, etiã actu fieri poteſt. Sed Eudemus argumẽto ſic uſus eſt. Si enim ſunt conſequenter, inquit, ipſa impartilia, oportet omnino aliquid eorum intermediũ eſſe nõ eiuſdẽ generis, quare nõ erit punctũ. Linea autẽ aut uacuum erit inter pũcta lõgitudine. Si ergo linea nõ erit ex pũctis lineã. Nõ.n. in eadẽ pũcta erũt cõſequẽter, quod ſi uacuũ plus erit uacui inter cõtinua eorũ ex q̃bus, ideſt pũctorũ, quæ cõſequẽter ſe habẽt, uel omnino nõ erit magnitudo. Vt enim duo pũcta cũ mutuo ſe tãgũt nihil efficiũt lõgitudinis, ſic neq; pũcta & inane, Niſi ergo Eudemus recte uideatur intelligere quod dixit Ariſt. q̃a nõ deſtruit ſimpliciter quin punctũ ſit cõſequẽs pũcto, aut nũc unũ alteri, ſed ſic ſe cõſequẽter habere ut ex his una ſit lõgitudo uel unũ tẽpus, Si enim inter pũcta uel ipſa nũc linea eſt et tẽpus quonã modo linea cõſtabit pũctis q̃ cõſequẽter ſe habẽt ſiquidẽ termini eius ſolum ſunt pũcta que conſequẽter ſe hñt. At Alex. & ſic uerbis imoratur. Inquit, quod Ariſt. dixit lineã eſſe eiuſdẽ generis cũ pũctis & tẽpus cũ ipſis nunc ſcd̃m illos q̃ fatebant unũquodq; cõponi ex impartilibus ut ipſe iquit linea q̃dẽ ex punctis, et tẽpus ex ipſis nũc, quare ſcd̃m illos pũcta nõ ſunt cõſequẽter, ſiquidẽ ex ipſis fiat ſcd̃m illos intermedium ipſorũ q̃d eſt eiuſdẽ generis. Et uidet Alex. ubiq; exiſtimare Ariſto. deſtruere ipſũ cõſequẽter, ſed nõ ſic cõſequẽter eẽ ut ex his lõgitudo ſit, aut tẽpus quod quidẽ manifeſtum his uerbis fecit.

Tex. 1. **Amplius autem diuideretur in indiuiſibilia, ſi ex quibus eſt vtrunq;, in ipſa diuiditur. ſed nullum eſt continuorum, in impartibilia diuiſibile. nullum autem aliud genus, poteſt eſſe inter puncta, & inter ipſa nunc. ſi enim erit: manifeſtum eſt quod aut diuiſibile, aut indiuiſibile erit, & ſi diuiſibile, aut in indiuiſibilia, aut in ſemper diuiſibilia. hoc autem, eſt continuum.**

Com. 4. Et hoc exiſtimo argumentum eiuſdem eſt oſtenſiuum uidelicet, quod non conſequenter ſint impartilia, ut ex his ſit longitudo uel tempus. Indicat autem & hoc { Amplius } additum quia ad idem hæc ratio abundauit. Eſt autem talis.

Si ex ĩpartilibus cõſequẽter ſe habẽtibus cõtinuũ cõſtat. i. linea & tẽpus de quibus dictũ eſt utrũq; alia ex pũctis, & aliud ex ipſis nũc et diuideretur in ea ĩdiuiſibilia quæ ſunt conſequenter. Nã quibus unũquodq; cõſtat in hæc ipſa diuiditur ẽt. Et eſt hęc cõnexi demõſtratio et deinceps aſſũptio ẽ ex deſtructiõe cõſeq̃ntis Sed nullum continuum diuiditur in ea quæ ſunt indiuidua. conclusio autem uel illatio tanquam manifeſta omittitur uidelicet. Ergo cõtinuum non componitur ex impartilibus conſequẽter. Sed aſſumptionẽ dicẽtem quod nullum continuorum diuiſibile eſt, in ipſa impartilia oſtendit transferendo continuum in ipſum intermedium. Nam intermediũ erit linea & tẽpus, & dicit q̃d aliud genus non poteſt eſſe intermedium indiuiſibilium. Nõ enim inter hæc medium poteſt eſſe fuſcum, uel tepidũ, ſed uel diuiduum, uel indiuiduum, & maxime ſi diceretur componi ex indiuiſibilibus intermedium, etenim contradictoria eſt diuiſio in hoc genere ſcilicet diuiſibilis & indiuiſibilis. Si ergo indiuiduum non eſt intermedium continuum ſiquidem componi dicitur ex impartilibus & compoſitum diuiditur, neceſſe eſt idem diuiduum eſſe, idq; uel in ipſa indiuiſibilia, uel in ſemper diuidenda, ſed probationem huius quod nõ ĩ ipſa indiuiſibilia conſequenter addit. Si enim in ipſa indiuidua, tanget indiuiduum unum alterum ut fiat aliquid ex eis, quod quidem fieri non poſſe oſtẽſum eſt. Quærit Alexander quomodo ualeat demonſtratio, cum demonſtret ex eo quia continuum non diuiditur in ipſa impartilia idem neque componi ex impartilibus quando dixit, { Sed nullum eſt continuorum in impartilia diuiſibile, } quod non diuidatur in impartilia oſtendit quia non poſſunt ſe tangere impartilia ideſt non uiciſſim componi, quo demõſtrauit iam quod magnitudo nequit componi ex impartilibus, & ſoluit inſtantiam dicens aliud eſſe argumentum quod ducebatur ex ipſo intermedio dicens quod aut diuiduum, aut indiuiduum eſt, & ſi diuiduum, aut in ipſa indiuiſibilia, aut in ſemper diuiſibilia. Si ergo cõtinuum neque indiuiduũ in indiuiſibilia neceſſario erit diuiſi in ſemper diuidenda, & perſuadet, inquit, idem ex hoc.

Si diuideretur in ipſa indiuiſibilia, eſſet profecto indiuiſibile indiuiſibili attiguum ut fiat continuum, niſi forte neque ut diximus prius demonſtratio ſit geminata & alternata. Sed quia nõ mutuo ſe tangunt impartilia, primum quidem demonſtrauit quod continua non componuntur ex impartilibus, non quia idem ſit tangere & componi aut continuari, ſed quia omnino præcedit tangere ipſum continuari. Nunc autem oſtendit ex eodem rurſus quod nõ diuidũtur continua in ipſa impartilia. Sed ex hoc quia neque componuntur ex impartilibus, quare ſi ambo ex non tãgere oſtenduntur, & non componi ex ipſo non diuidi nõ eſt eadem alternata demonſtratio. Niſi forte talibus non ſit abſurdũ accommodare tale genus demonſtrationis. Si enim non diuiditur in ipſa impartilia, non cõponitur ex illis, & ſi non componitur ex his neque diuiditur in eadẽ. Idque in omnibus quæ ſe conſequuntur mutuo fieri poteſt. Si enim peperit, lac habet, etſi lac habet, peperit. Addit autẽ huiuſmodi quaſdam argumẽtationes Alexander ab Eudemo accipiens. Si eſt magnitudo ex impartilibus, poterit eſſe aliqua linea altera maior pũcto, quod ſi hoc uerum eſt, uel nõ omnis totaque linea diuidetur dupliciter & in duas partes, aut ſi diuidetur, & cõpoſita ex puncto ex eodẽ diuideretur, ſed hoc modo etiam punctum diuideretur Itẽ ſi omnino linea pũcto altera linea eſt maior, & circulus erit circulo maior, quare alter erit ex paribus, alter erit ex ĩparibus. Vel ergo illũ ex imparibus nõ diuidemus in ſemicirculos, uel punctum bifariã diuidemus. Sed diuiſionẽ diuidui faciebat in ipſa indiuidua, uel in ſemper diuidenda, ut continuum deſcribat illud eſſe quod diuiditur in ſemper diuidenda.

Manifeſtũ autem eſt, quod & omne continuũ eſt diuiſibile in ſemper diuiſibilia. Si enim in indiuiſibilia diuidetur, erit indiuiſibile, indiuiſibile tangens. vnũ enim eſt vltimũ cõtinuorũ, & tãgũt.

Cum ſuperiorib' argumẽtis oſtẽderit cõtinuũ nõ cõſtare impartilibus, nũc oſtẽdit q̃d neque diuidĩ in ipſa ĩpartilia. Quod enĩ diuiditur cõtinuũ magnitudinẽ habeat, perſpicuũ eſt. Et q̃d neceſſe ſit diuidẽdũ aut in ſemp diuidẽda, aut in ipſa indiuidua diuidi ut p̃diximus. Nõ.n. eſt aliquod intermediũ in cõtradictione. Quod uero cõtinuũ nõ diuidat in ipſa ĩdiuidua oſtẽdit quia accidit indiuiduũ tãgere indiuiduũ. Si.n. ultima ſunt unũ eorũ q̃ faciũt cõtinuũ neceſſe eſt prius hæc tãgere ſeſe mutuo, & ſic in unũ cõprehẽdũtur, q̃re ſi unũ ſit oĩno ẽt ſe tãgũt, attamẽ nõ ſequitur ſeſe tãgũt, itaq; oĩno ſunt unũ ideo uelut cãm ſimulẽ ipſi' tãgẽdi dixit eſſe unũ fieri. Nõ.n. magnitudines q̃ ſeſe nõ tãgunt poſſunt fieri unũ. Quod uero neq̃at ex attiguis partibus aliq̃d fieri cõtinuũ. i. magnitudo, prius demõſtrauit ex diuiſione attiguorũ. Neq;.n. ĩpartilia poſſunt ſeſe tãgere, neq; totũ tãgẽs totũ neq; partes ſi tetigerit alias partes et mutuo cohęſerint aliq̃d cõtinuũ efficiũt, q̃a cõtinuũ aliã alibi partẽ & aliã alibi hẽt. Cõmunius ãt inq̃t Alex. magnitudinẽ cõponi ex attiguis ideſt cõtinuũ dici. Et ſic intelligit Ariſtotelẽ dicentem, { Vnũ enim ultima, Com. 5.

,, aut extrema continuorum tangunt. } Niſi forte Ariſtoteles nõ dixerit illud ex attiguis continuum ſed quia ultimum cõtinuorum facientium aliquod maius continuum ex ſe ipſis, unũ eſt. Quod ſi unum, & tangi neceſſe eſt, ut diximus. Non enim ſit unum ſi prius non ſeſe tetigerint.

Tex.4. Eiuſdem autem rationis eſt, & magnitudinem & tempus, & motum, ex indiuiſibilibus componi, & diuidi in indiuiſibilia. aut nullum. Mani-

Tex.5. feſtum eſt autem ex his. ſi enim magnitudo ex indiuiſilibus componitur, & motus qui huius eſt, ex æqualibus motibus erit indiuiſibilibus. Vt ſi magnitudo ABC ex ipſis ABC ſit indiuiſibilibus, motus in quo DEF, quo motum eſt ipſum P, ſuper lineam ABC, vnam quanque partem habet indiuiſibilem. Si igitur præſente


Tex.6. motu neceſſe eſt moueri quippiam, & ſi mouetur quippiam neceſſe eſt adeſſe motum, & moueri ipſum erit ex indiuiſibilibus. Per A igitur, motum eſt ipſum P, quo D motum eſt motu. B vero, quo ipſum E & ipſum C ſimiliter, quo F.

Tex.7. Si igitur neceſſe eſt id quod mouetur alicunde aliquo, non ſimul moueri & motum eſſe quo mouebatur quando mouebatur (vt ſi Thebas quis it, impoſſibile eſt ſimul ire Thebas, & fuiſſe Thebas) per A igitur impartibile, motum eſt ipſum P quatenus D motus aderat. Quare, ſi poſterius quidem tranſiuit quam tranſibat, diuiſibile vtique erit. cum enim tranſibat neque quieſcebat, neque tranſierat, ſed in medio erat. Si autem ſimul tranſit & tranſiuit, id quod proficiſcitur cum proficiſcitur, profectum eo erit

Tex.8. & motum, quo mouetur. Si uero per totum ABC moueatur aliquid, & motus quo mouetur eſt DEF, per ipſum autem A impartibile, nihil mouetur ſed motum eſt, erit vtique motus, non ex motibus, ſed ex mouentis, & moueri aliquid non motum. A enim. tranſiuit non tranſiens. Quare erit aliquid tranſiſſe nunquam tranſiens. Hoc enim tranſiuit, non tranſiens

Tex.9. hoc. Si igitur neceſſe eſt aut quieſcere, aut moueri, omne, quieſcit ſane in unoquoque eorum quæ ſunt ABC. Quare erit aliquid, quod continue quieſcit ſimul & mouetur. per totum enim ABC mouebatur, & quieſcebat ſecundum quamlibet partem, quare & per totum. Et ſi indiuiſibilia quidem DEF motus ſunt, motu præſente, continget utiq; non moueri, ſed quieſcere. ſin uero non ſunt motus, motum non ex motibus eſſe.

Com.6. Communiter cum oſtendiſſet nullum continuum componi ex indiuiduis quod non diuiditur in indiuidua. Quoniam ut breui dicam continua tria ſunt magnitudo, motus, & tempus oſtendit nunc quod eadẽ eſt in ipſis ratio. Et ſimiliter uel ex indiuiſibilibus ubique cõponitur & diuiditur in indiuiſilia, uel nihil ipſorum. Et primum oſtendit quod ęque ſe habent magnitudo & motus, & tum quia etiam tẽpus eãdem proportionem habet cum his. Quod uero ſi magnitudo ex indiuiſilibus & motus eiuſdem aut in eadem ex totidem indiuiduis motibus conſtituetur. Oſtẽdit primum expoſitione ut diximus problema aperiens. Si enim eſſet magnitudo a/b/c ex tribus indiuiduis a/b/c. cõpoſita, & eſſet aliquod quod mouetur in magnitudine a/b/c haec o/& motus eſſet d/e/z/erit & ipſe ex indiuiduis cõpoſitus.



Et expoſitio problematis ſimilitudinẽ ſuppeditãtis eſt hæc. Demõſtratio ãt ẽ ſecũdũ ipſorũ ſyllogiſmorũ hypotheticorũ formã ex deſtructione cõſequẽtis fit. Sed ſyllogiſmus talis eſt.
Si magnitudo cõſtat indiuiduis, etiã motus ex ĩdiuiduis ſed motus non eſt ex indiuiduis ut demonſtrabit, igitur neque magnitudo. Et deductũ poſuit ex prius oſtenſis. Si enim ſequitur motus magnitudinem in qua ſit ut oſtẽſum eſt conſentaneum eſt, ſi magnitudo conſteterit indiuiſilibus, ut motus in ipſa æque conſtet. Aſſumptum autem eſt.
Sed motus non eſt ex indiuiduis,
quod probat hoc alio ſyllogiſmo.
Si motus ex indiuiſilibus eſt, ẽt moueri erit ex indiuiſilibus, ſed hoc fieri nequit, igitur & præcedens. Et rurſus deductũ aut connexum dicens. Si motus ex indiuiduis & moueri itidẽ oſtẽdit ſecundum modũ oſtẽdendi ſecũdũ ſic accipiẽs uelut cõuertens hoc. Præſente motu aliquid moueri & ſi aliquid mouetur, motus eſt p̃ſens ex quo cõcluditur quod ut ſe habet motus ẽt ſe habet moueri, & connectit ſequens faciendo tale deductũ. Si motus ex indiuiſilibus & moueri itidẽ, ſed hoc fieri nequit ut demõſtrabitur, igitur ſequetur ut neque motus ſit ex indiuiduis quo poſito ſimul oſtẽditur neque magnitudinẽ cõſtare ĩdiuiduis, qđ ẽt prius per ſe oſtẽſum eſt. Nũc aũt ſimul demõſtrarũ eſt quod æque ſe habet magnitudo & motus quia nõ cõſtat utrunque ex indiuiſilibus cõuerſionẽ igitur huius ad eſſe motũ & mouendi uelut manifeſtã accepit. Nõ.n. poteſt uel aliquid moueri mõtu nõ præſente aut motu præſente nõ moueri. Sed tranſit a motu ad ipſum moueri propterea quod in hoc apertius eſt ſequẽs abſurdum quod ex indiuiduis ſit, quam in ipſo motu. Nam ex differentia mouẽdi & motum eſſe ſit demõſtratio ut diſcernus deſtruens hoc quod motus cõponatur ex impertilibus. Cum ergo accipias in expoſitione, quod/o/ſit id quod mouetur & a/ magnitudo & mouebatur motu/d/ubi definitum & circumſcriptum motum habet, quod nequeat quod mouetur aliquo horum motuũ indiuiſibile eſſe oſtẽdit aſſumẽdo fieri nõ poſſe ut quod mouetur unde quo ſimul moueatur ad id ad quod cietur & motũ iam ſit & eſſe iam ibi ad quod mouebatur. Quod enim Thebas ambulat fieri nequit ut ſimul proficiſcatur Thebas & ſit Thebis quãdo proficiſcitur. ſed primo p̃ficiſcitur anteqũ attingat Thebas. Hoc ergo aſſumẽs rurſus p̃ficiſcit̃ ad expoſitionẽ, & dicit quod a ſit ĩpertilis linea uel intercapedo cui adeſt motus uel ipſum/d/quo mouebat̃/o. Nã ſecũdũ/d/motũ o ſuppoſitũ fuerat moueri 1/a/unde neceſſe ẽ uel prius p̃trãſiri & poſterius iã p̃trãſitũ fuiſſe ul' ſimul p̃trãſiri et ſimul p̃trãſita eẽ prius & poſteri⁹. Nõ.n. eſt aliquod ĩtermediũ ſed ſi prius p̃trãſiſſe rit, & poſterius p̃trãſit iã mot⁹. erit diuiſilis qđ qdẽ p̃ſuadet p̃ hoc, { Cũ.n. trãſibat neq; q̃eſcebat } tanq̃ nõdũ ĩceperit moueri. Non enim eſt in eo ex quo mouebatur, neq; iam pertranſiit. Sin uero ad quid mouebatur, ſed intermediũ eſt inter id. ex

quo & id ad quod mouetur. Q uod ſi intermediũ eſt motus & nondũ totus factus eſt partibilis ergo atq; diuiſibilis erit. Et hoc ſequitur hoc, { Prius pertrãſiens poſterius trãſiuit. } Et quia oĩs motus cũ ſit unde & quo partes habet & aliquid eius iam factũ eſt & aliqd futurũ eſt. Si uero aliqs diceret quod ſimul prãſeũt & pertranſierunt, profecto ſequitur ut quod ambulat quando ambulat iã ambulauerit & motũ ſit & in illo iã collocatum ad quod mouebatur quo quid abſurdius nihil eſſe poteſt. Deinde addit aliquid quod ſane ueriſimile eſt ut aliquis dicat, quod ſupra totam magnitudinem a/b/c compoſitã ex impartibilibus licet nõ ipſa impartibilis mouetur /o/ motu/d/e/z/ ſed nõ unaquęq; pars impartibilis mouetur ſed iam mota eſt. Sic enim nõ amplius uidebitur ſequi hoc ut ſimul moueatur aliquid & ſimul motũ ſit. Nam ſupra totam erit quod mouetur nõ tamẽ adhuc ſecundũ unamquanq; partẽ indiuiduam erit quod mouetur, porro hoc ponens ſequentia abſurda ex tali intelligentia adducit. Aut motus erit cõpoſitus nõ ex motibus ſed ex mutatis ideſt ex terminis motus, & ex ipſius moueri. Nam d/e/z/ motus non habebit partes has motus/d/e/z. Nam has iam motas eſſe ponebamus & non moueri. Eodẽ quoq; modo ipſius moueri partes erunt nõ ipſius moueri ſed moti eſſe, & diuidetur moueri in partes quæ non ſunt ipſius moueri, ſed ipſius iam moti eſſe, Infert porro & aliud abſurdum quod ſequitur hãc hypotheſim, unde licet aliquod iam motum eſſe quod prius nõ mouebatur, ut aliquid ambulaſſe quod non prius ambulauit. Nam ponitur /o/ moueri/d/e/z/ motus in/a/b/c magnitudine, ſed neq; in/a/ mouetur. Nam motũ eſt iam in ipſo, neq; in ipſo/b/ ſimiliter neq; in/c/ ob eandem cauſam igitur totum motum iam pertranſiuit, & non mouebatur prius. Q uod uero non omnino hanc inſtãtiam expertẽ perſuaſionis poſuerit ſignificat hoc cum ponit ipſam & diſſoluit quia Epicurus poſtea ſic dicebat motum fieri. Nam dicentes Epicurei motum & magnitudinẽ & tẽpus fieri ex impartibilibus ſupra totam magnitudinem conſtitutam ex indiuiduis aſſerunt quod mouetur moueri ſed unumquodque impartile non moueri ſed iam motum eſſe propter hoc ſi poneretur & in his moueri quod mouetur in tota erunt diuiſilia. Infert quoq; aliud abſurdum illi rationi dicenti ſupra magnitudinem/ a/b/c/ compoſitam ex impartibilibus licet non ſit impartibile moueri/o/ motu/d/e/z/ ſed non amplius in unaquaq; parte a/b/c indiuiſili moueri aliquid ſed iam motum eſſe. Et eſt euidens confutatio & ratio. Si enim quod eſt aptũ moueri inquit, quia quando aptum eſt, uel quieſcat uel moueatur neceſſe eſt, & quando pertrãſit a/b/c/ diuiſilẽ/o/ continue neq; in/a/ neq; in/b/ neq; in/ c/ mouetur, ut dicũt qeſceret, ſed ponebatur ẽt moueri in ipſa a/ b/c magnitudine cõtinue, atqui ſi ĩ cũctis partibus a/b/c/ cõtinue quieſcit & ĩ ipſo eodẽ quieſceret toto, quare idẽ ſecũdũ idẽ erit ſimul motũ & qeſcẽs cõtinue, quo nihil abſurdius. Et quartũ abſurdũ ĩfert rationi qđ ẽ dictũ ſparſim ĩ demõſtratis prius, ſed nunc collectũ in uno argumẽto. Nam/d/e/z/ indiuiſilia aut motus ſunt aut non motus quod ſi motus ſunt, erit aliquod pręſente motu quod nõ mouetur ſed quieſcit. Nam/o/ quãdo in ipſo a erat, aderat ei/d/ motus & quando in/b/ aderat ei/c/ & quãdo in/c/ aderat/z. Q uod ſi non motus ſunt/d/e/z/ motus erit non ex motu compoſitus, neq; partes eius erunt motus. Et patet quod qui dicit magnitudinem & motum ac tempus componi ex indiuiſilibus, non haberet hoc tanquam abſurdum, ſed uelut ex aliis oſtenſum ſcilicet nõ componi ex impartibilibus contradicẽtẽ porro in a/b/&/c/ magnitudine nõ moueri ſed iam aliquid motum eſſe adductum eſt hoc argumentum.

Tex. 10. Perinde autem neceſſe eſt atq; longitudo motuſq;, indiuiſibile eſſe tempus, componitq; ex ipſis nunc, & hisquidem, indiuiſibilibus. ſi enim omnis diuiſibilis eſt, in minori autem tempore æque uelox tranſibit minus, diuiſibile erit & tempus. ſi autem tempus diuiſibile eſt, in quo fertur aliquid per A, & A erit diuiſibile.

Cum propoſuerit oſtẽdere quod eodẽ modo ſe habent magnitudo motus & tẽpus quoad hæc uidelicet ex impartibilibus uel diuiſibilibus cõſtare & oſtẽderit primũ qđ ut ſe habet magnitudo, ita ſe habet etiã motus & quod utrũq; eſt ex partibus diuiduis addit nunc, quod ſimiliter ut magnitudo ſupra quam ſit motus, & ut motus ſic ſe habere tẽpus neceſſe eſt, quo ad hoc ut conſtet indiuiſilibus aut nõ. Si enim illa ex indiuiduis cõſtãt, & tempus ex ipſis nunc indiuiſilibus erit, & alterũ patet quod ſit uerum, quod quidẽ nũc uelut manifeſtũ non adiecit, quoniã ſi ex diuiſilibus illa ſunt, etiã tempus erit ex diuiduis. Sed hoc ipſum oſtẽdens, quia ſi magnitudo aut motus ex indiuiduis & tẽpus eſt ex indiuiduis, ex hoc oſtendit & nunc præpoſitum ſimiliter ſe habere quoad hoc ut componatur ex diuiduis. Secundũ enim ſcripturam dicẽtẽ. { Si enim omne diuiſile, } ideſt ſi omnis linea diuiſilis atq; tota diſtãtia. Nam mos eſt Ariſtoteli magnitudines in genere fœminino appellare ob id lineã poſuit pro magnitudine. Si ergo diuiſilis eſt linea aut motus, quoniã æque uelociter minor magnitudo pertranſitur uel minor motus conficitur in minori etiam tempore pertranſit. Non enim in eodem tempore maius uel minus magnitudinis aut motus pertranſitur, ſed æque uelociter diuiditur ſimul cum motu, magnitudine & tempus labendo. Non enim eſt aliquid minus accipere quin illud nõ ſit diuiduũ. Merito ergo ſubiunxit quod etiam tempus diuiſile erit, ſic ergo ex diuiſione magnitudinis oſtendit tempus diuiduum, eadẽ quoq; uia a tẽpore magnitudinem diuiſilẽ oſtẽdit, forte autem ut etiã ut audiamus hoc { Omnis } animaduertamus de motu. Sed dicẽdum eſt quod a motu tẽpus accipit ut ſit diuiſile, & a tẽpore magnitudo. Si enim omne tempus diuiſile eſt, & illud in quo mouetur aut pertrãſitur a magnitudo quæ uidebatur indiuiſilis erit diuiſilis, quare in minori quam totum æque uelociter motum minus quam a pertranſiuit, igitur/a/ eſt diuiſilis, ſiquidem eſt eius aliquam partẽ minorẽ accipere. Verum ſi fuerit ſcriptum in aliquibus exẽplaribus ſic. { Si enim omnis diuiſibilis, } exponit Alexander quod ſi omne tẽpus eſt diuiſile ſimul cum tẽpore etiã diuidetur magnitudo. Sed Ari. nõ hoc infert, ſed quod ẽt tẽpus diuiduum erit. Et hoc Alex. poſterius adnotãs dicit qa demõſtrauit quod magnitudo omnino eſt diuiſilis & tẽpus erit diuiſile, rurſus inducit cõuertẽs ꝑ hoc, { Si aũt tẽpus diuiſibile eſt in quo fertur aliqd per/a/ & a erit diuiſile } . Attamẽ Aſpaſius ẽt aliã nouit talis ſcripturæ diſtinctionẽ. { Si. n. oĩs } in ſtatim ſubdit { indiuiſilis } & exponit quod ſi oẽ tẽpus poneretur eſſe indiuiſile in minori æque uelox pertranſit minus, diuiſibile etiam erit tempus quod ponebatur indiuiduum. Sed pulchre Aſpaſius hic pũctũ ſubſcripſit & notauit quod non ſolũ oſtẽdit cõſecutionẽ quod ſi alterũ fuerit diuiſile & alterũ erit ſed etiam cogit diuiſilia eſſe tẽpus & magnitudinẽ, ut etiã motũ. Nam demõſtratio quæ ducitur ab æqualibus uelocitate cogit diuidi tẽpus ut deinceps diſcemus. Nam demõſtrãtur eadẽ ẽt expoſitione ſic. Eſto æque uelox/o/ magnitudo autẽ diuiſilis a/t/ ſupra quã mouetur, & ponatur quod æque uelox in minori tẽpore minus pertrãſeat, & percurrat a/e/ in tempore z/h. ſi ergo minus pertranſierit quã ſit a/e/ ut a/b/ in minori tẽpore pertranſibit illud ut z/th/ erit ergo tp̃s & diuiſum. Similiter quoq; ſi diuiſerimus a/b/ magnitudinẽ minorẽ pertrãſeũte, ipſo/o/ rurſus z/th tẽpus ſimul diuidemus. Simul. n. cũ magnitudĩe & tp̃s diuidetur. Quod uero ſi & tẽpus fuerit diuiſile ẽt magnitudo erit diuiſilis poſito iterum hoc æque uelox in minori tẽpore minus pertrãſiri, ẽt hoc plenũ eſt. Sit. n. diuiſile tẽpus ĩ quo z/h/ & o æque uelociter moueatur motu a/e/ ĩ tp̃e zh/ ergo in minori tp̃e z,th minus pertrãſit a b. Secabit ergo æq; ut tẽpus z/h/ & a/e/ & tota magnitudo Sic ergo oſtẽdẽs ex motu æque ueloci ipſius quod mouetur quod ſimiliter diuidũtur tẽpus & magnitudo etiam ex celeriore & ſegniore motu idem demõſtrat docẽdo quod magnitudines diuidantur ab eo quod tarde mouetur, & ab eo qđ celerius tẽpus.

Quoniam autem omnis magnitudo in magnitudines diuiſibilis eſt (oſtenſum enim eſt quod impoſſibile eſt ex indiuiduis aliqđ continuum eſ- Tex. 11.

ſe.magnitudo autem omnis,continua eſt)neceſſe eſt velocius in æquali tempore maius,& in minori æquale,& in minori plus moueri.ſicut diffiniunt quidam ipſum uelocius. Sit enim ipſum in quo A,eo iñ quo B,uelocius.quoniam igitur uelocius eſt id quod prius mutatur,in quo tempore ipſum A mutatū eſt ab ipſo C in ipſum D,ue luti in tempore EG,in hoc ipſum B nondum erit iuxta ipſum D,ſed citra erit.Quare in ęquali

Tex.12. tempore plus tranſit ipſum uelocius. At vero & in minori plus illo. In quo enim ipſum A fuit iuxta ipſum D,ipſum B tardius exiſtens erit iuxta E. ergo, quoniam ipſum A iuxta ipſum D fuit toto in tempore FG,iuxta ipſum H erit in minori,iſto.& ſit in tempore FK.ipſum igitur CH,quod tranſiuit ipſum A, maius eſt ipſo CE.tempus autem quod eſt FK minus eſt to-

Tex.13. to FG.Quare in minori,tranſibit maius. Manifeſtum autem eſt ex his,& quod ipſum velocius in minore tempore tranſibit æquale.Quoniam enim maiorem in minori tranſit ꝙ id quod tardius eſt,ipſum autem ſecundum ſeipſum acceptum in pluri tempore maiorem minori,vt eam quæ eſt LM ea quæ eſt LO,maius utiq; erit tempus QR in quo LM tranſit,quam tempus QS,in quo lineam LO.Quare ſi tempus QR minus erit tempore QY in quo id quod tardius eſt,tranſit lineam LO,& tempus QS,minus eſt eo in quo QY.nam tempore QR minus eſt.quod autem minore minus eſt, & ipſum minus eſt.Quare,in minori,mouebi-

Tex.14. tur per ęquale. Amplius autem,ſi omne neceſſe quidem eſt,aut in æquali tempore,aut in minori,aut in pluri moueri,& id quidem quod in pluri tardius eſt,quod autem in æquali æq; velox, velocius autem neq; æq; velox eſt neq; tardius, neq; vtiq; in æquali neq; in pluri mouetur ipſum uelocius.Relinquitur igitur,in minori. Quare, neceſſe eſt ęqualem magnitudinē in minori tempore tranſire,id quod uelocius eſt.

Com.8. Alexander in his inquit,poſtquam demonſtrauit quod ut ſe habet maguitudo & motus quod ad hoc ut componantur ex diuiduis aut non,itidem etiam ſe habere tempus, nunc oſtendit non componi tēpus ex imparulibus neq; ex ipſis nunc. Niſi forte & hoc iam demonſtratum ſit quando dixit. { Et tēpus » diuiſile erit, } ideſt omnis pars tēporis.Nam tēporis pars eſt tēpus,ſed ut diximus poſtquam ex æqua uelocitate motus eius quod mouetur,oſtendit quod tēpus magnitudoq; ſunt diuiſilia in infinitum: ex quo patet quod etiam motus, & quod diuiſo uno cętera diuiduntur ſecundum proportionem mutuam,nūc eadē oſtēdit ex ueloc iore et tardiore.Non,n.quia ſolū tēpus eſt diuiſile,ſed quia ēt magnitudo,& hoc ēt fatetur Alex.& Ariſtoteles dicit in calce contextus,quod diuidit uelocius tempus, ſed tardius & longitudinem.Sed primarie oſtendit in his tempus eſſe diuiſibile & cum tempore magnitudinem ad quam etiam Alexander aſpexit,ideo etiam induxit Ariſtoteles hoc, { Simul » autem patet quod & magnitudo omnis eſt continua, } tamen » in expoſitione ambo oſtendit ex æquo & mutuo.Sed prius ſumit huius demonſtrationem,quod neceſſe ſit uelocius in æquali tempore maius,& in minori plus moueri.Hæc autem oſtendit etiam per diffinitionem uelocioris. Velocius enim dicimus quod in æquali tempore maius pertranſit ſpatium, & in minori tempore plus.Demonſtrat autem quia ſequitur magnitudinem omnem diuiduam eſſe,hoc quod citius mouetur in æquali tempore plus moueri & tardius in minori. Si enim non eſſet omnis magnitudo diuiſilis,non fieri poſſet,ut quod tardius eſt ſemper in ęquali tempore minus moueri atq; cōfeciſſe motus, quam celerius.Nam indiuiduum,& imperule,in eodem tempore & citius pertranſit & tardius.Si enim in maiore, ergo aliquod minus quam ſit imparule in æquali tempore pertranſiret,idcirco etiam Epicuro placet ęque ueloc iter omnia per indiuiſilia moueri,ne indiuidua ipſorum diuiſa non amplius indiuidua ſint.Sed ex diffinitione uelocioris, patet quod neceſſe eſt omnem magnitudinem diuiduam eſſe in magnitudines, quia talia ſunt uelocius & tardius,ſiquidem hæc ſit diffinitio ipſorū. Niſi ergo ob id ſint uelocius & tardius hæc,quia omnis magnitudo eſt diuidua in ſemper diuiſilia.Sic ergo breuiter oſtendēs quod uelocius in æquali tempore maius mouetur, oſtendit reliquum idem etiam ex poſitione.Nam ponendo quo mouetur a/tardius/b/& aſſumens prius uelut manifeſtum,quod hoc eſt uelocius,quod prius conficit motum ſuum quam tardius: addit tempus in quo mutatur uelocius, & illud eſt z/h/& magnitudo quæ pertranſitur in tempore z/h/eſt g/d. quia igitur in tēpore quo mutatum eſt/a/ab ipſo/g/in/d/illud tardius/b/nondum peruenit in/d/ſed deficit,ſi quidem illud ſit tardius quod poſterius mutatum eſt,patet quod celerius in æquali tempore plus tranſiuit & confecit quam ſegnius, ſiquidem aliud totam magnitudinem/g/d/abſoluerit,& aliud nondum attegerit terminum. Deinde oſtendit quod etiam in minori tempore celerius maius pertranſit, uerum non quantumcunq; maius, hoc enim falſum eſt,ſed quia maius aliud.His enim expoſitis, quia/a/in tēpore z/h/peruenit ad/d/& tardius/b/retro adhuc manſerat,quantum ergo manſerat,ſit illud/e/forte, ſed eſt aliqua magnitudo iter/d/&/e/igitur cū ſit & hęc diuiſibis diuidat t/th/maior ergo eſt/g/th/quam g/e/& minor g/d. Quia ergo/a/in tempore/z/h/toto confecit & abſoluit g/d/in minori erit motum id quod tranſibat g th.Nam hæc minor eſt tota g th/& ſit minus tempus quam z/h/hoc tempus/z K/atqui &/b/ponebatur in tempore z/h/toto confec ſſe ac peragraſſe g/e/quæ erat minor magnitudo quam hæc g th/igitur in maiori tempore/b/minorem abſoluerat magnitudinem quam ſit g th.Iam quoq;/a/in minori tēpore quam z h quod eſt z/K/pertrāſierat,igitur oſtenſum eſt etiam quartum quod celerius in minori tempore maius pertranſit ſpatium,& prōpte ſic atq; expedite oſtēſum eſt. Si enim celerius i tripla ꝓportione habet uelocitatē ad ſegnius cum citius abſoluat tripedalem quem faciat ſegnius pertrāſeundo pedalem magnitudinem,quare bipedalem celerius in minori tēpore pertranſibit cū ſit maior pedali.Hoc autem ex ſuperabundantia uidetur Ariſtoteles demonſtraſſe quo ſumat quod ſi plus in minori tēpore uelocius pertrāſit, multo magis ęquale in minori tempore pertranſibit.Hoc enim utitur etiam ad diuiſionem,quod tertium oſtendit & ipſum per expoſitionem, planum & idem dicendo ex iam oſtenſis fieri. Et fieri poterat ut eadem expoſitione & hoc demonſtraretur.Sed ipſe mutans elemēta quod ab illo opinor factum, ut multipliciter uarieque exerceat eos qui ſunt harum rerum ſtudioſi: occultiorem fecit rationem.Nam accipit pro g th magnitudine hanc l/m/& pro hac g/e/hanc l/x/& tempus l quo/a/ideſt quod citius mouetur maius ſpatium pertranſit l/m/aut g/th tempore p/r/quod proportionem habet cum z/K/ſed in quo minus quam l/m/ſpatiū pertranſit l/x/aut g/e/hoc tempore p s quod eſt minus quā p/r. Accipit autem etiam tempus p/ch/in quo/b/ſegnius pertranſit g/e/quam nunc dixit l x/hoc tempus, erat z h maius quam p/r/ſiquidem/p/r habeat proportionem ad z h/in tali ergo ex poſitione dicit,quod quia oſtenſum eſt quòd celerius maiorē magnitudinē ideſt l/m/aut hāc g/th in minori tēpore hoc p/r/

aut z/h/pertranſire, quam tardius in maiori tempore z/h/pertranſierat, idem autem per ſe celerius acceptum æque velociter cietur in maiore tempore pertranſibat quam minorem ut l m, quam l x, plus temporis erit p/r/in quo l/m/pertranſit, quã hoc/p s/in quo hanc l x pertranſiuit. ſi ergo l x/ſegnius pertrãſiuit in tempore p/ch/& celerius in tempore/p/s & tempus p s/ minus eſt, quam p/r/& p r minus quam p ch & quod eſt minus minore, & adhuc magis ipſum minus eſt, patet quod celerius in minori tempore pertranſit eãdem ipſi l m/ideſt ęqualẽ, quam ſegnius, ſed hoc celerius motum, quam ſegnius in minori tempore ęquale ſpatiũ pertranſibit. Et aliter oſtendit ex diuiſione ſic. Si omne æquale ſpatium alicui quod mouetur uel in æquali tẽpore ptrãſit, uel ĩ maiore uel ĩ minore, & pter hæc nõ eſt aliud, & celerius ergo æquale ſpatium cum ſegniore motũ in longiore tempore pertranſibit, uel in æquali, uel in minore, ſed quod mouetur in longiore tempore ęquale uel idem ſpatiũ ſegnius eſt. Sic enim erat definitio ſegnioris, & quod in ęquali æque uelox, & celerius neque æque uelox eſt, illi cuius eſt, celerius neque adhuc magis ſegnius quare neque in æquali tpe, neque ĩ logiore æqualẽ pertrãſit, igitur in minore. Oportet aũt & diffinitiones eius quod mouetur ſegnius a ueloctore traducere. Quoniã & Ariſtoteles non ſolum definitione uelocioris utitur, ſed etiam definitione ſegnioris. Si ergo celerius eſt quod in æquali tempore plus pertranſit, & ſegnius quod in æquali tempore minus, & ſi celerius in minori tempore plus ſpatij abſoluit & ſegnius minus in maiori tempore abſoluet. Similiter ſi celerius plus ſpatij in minori tempore, & ſegnius in longiore tempore æquale ſpatium pertranſient.

Tex.15. Quoniam autem omnis quidem motus in tẽpore eſt, & in omni tempore poſſibile eſt moueri, omne autem quod mouetur poteſt & velocius moueri & tardius, in omni tempore erit ipſum velocius moueri, & tardius. His autem exiſtentibus, neceſſe eſt & tempus continuum eſſe. Dico autem continuum, id quod eſt diuiſibile in ſemper diuiſibilia. Tali enim ſuppoſito continuo, neceſſe eſt continuum eſſe tempus.

Tex.16. Quoniam enim oſtenſum eſt, quod velocius in minori tempore tranſibit ęquale, ſit id quidem in quo A velocius, id autem in quo B tardius, & ſit motum id quod tardius eſt per magnitudinem in qua C D in tempore F G. manifeſtum eſt igitur, quod velocius in minori quam hoc mouebitur per eandem magnitudinem. & ſit motum in tempore FH. Rurſus autem quoniam id quod velocius eſt in tempore FH tranſiuit totam lineam CD, ipſum tardius in eodem tempore minorum tranſibit. Sit igitur in qua C K. Quoniam autem ipſum tardius quod eſt B, in tempore FH ipſam C K tranſiuit, id quod velocius eſt, in minori tranſibit. Quare iterum diuidetur tempus FH. hoc autem diuiſo, & magnitudo CK diuidetur ſecundum eandem rationem. ſi vero magnitudo, & tempus. Et ſemper hoc erit, accipientibus poſt velocius tardius, & poſt tardius velocius, & eo quod demonſtratum eſt utentibus. diuidet enim id quod eſt uelocius, tempus. tardius autem longitudinem. ſi igitur, ſemper quidem uerum eſt conuerti, conuerſo autem ſemper fit diuiſio, manifeſtum eſt quod omne tempus continuum eſt.

Simul autem manifeſtum eſt, quod & magnitudo omnis continua eſt. eiſdem enim & æqualibus diuiſionibus, & tempus & maguitudo diuiditur. Tex.17.

Cum oſtendiſſet quod uelocius æquale ſpatium pertranſit in æquali tempore, & ſegnius in ęquali tẽpore minus, his utens oſtendit quod tempus non componitur ex ipſis nunc quæ ſunt indiuiſilia, ſed quod eſt continuum & ſemper diuiduum in ſemper diuidenda. Similiter & magnitudo. Et celerius diuidit tempus, & ſegnius magnitudinem. Sed ne quis dicat quod omnis motus in tempore minime ſit, neque in omni motu ſit uelocius & tardius, quia ſi hoc non omne tempus diuidetur a celeriore, ſed mentionem de his facit uelut de his quę ſunt prius oſtenſa & conceſſa, quod omnis motus in tempore ſit, & in omni tẽpore motus, ſi quidem tempus eſſe aliquid motus oſtẽſum eſt, quare ubi motus, etiam tempus, & ubi tempus, ibi etiam motus. Vnde in hoc aſſumit omne quod mouetur poſſe celerius ac ſegnius moueri. Et pulchre dubitat. Alexander quomodo in corpore orbiculari quod, regulariter mouetur uerum ſit quod celerius & tardius moueri queat. Et primum quidem ſoluit ut exiſtimo tenuiter ac molliter aſſerens Ariſtotelem non dixiſſe idem celerius & tardius moueri ſed poſſe moueri, quod inquit ẽt corpori in orbẽ ducto competere, ob id proprio motu ſic moueri & nõ ui, neque quod uelut prohibeatur ab aliquo hoc & aliter moueatur, affirmat. Neque enim boni agunt bona coacti & ſi ſemper eadem faciunt, ſed habent potentiam ad oppoſita. Sed exiſtimo primum intelligendum eſſe quod uiri probi dicuntur habere potentiam ad cõtrarium, quia interdum agũt & ſecundum illud idem. Sed cœleſtia, & ſempiterna cum ſint, quomodo haberent potentiam quæ nunquam exeat ad actũ. Deinde duplex quædam neceſſitas eſt alia diuinior, qua neceſſe eſt deum bonum eſſe & animas immixtas nunquam in mala incidere, alia uero eſt uiolentia quædam ſeu coactio, qua urgentur etiam mali ob legem non errare. Et potẽtia duplex eſt, alia perfecta, alia uero imperfecta & magis potentia. Cœleſtia ergo neceſſitatem diuiniorem habet, unde ſemper eodem modo mouentur & uoluntatem ad bonum determinatam & perfectiſſimam ac ab ambigua quę eſt ad utrunque oppoſitum potentia ſeparatam. Non enim ſimiliter habent animæ diuinæ bonum ut animæ humanæ, ſed hæ quidem finitum bonum & quod mutari poteſt in contrarium, at illæ ſemper & infinitum quod ſemper idem eſt. Sed deinceps ſoluit pulchre uirtute dicendo quod motus eandem intercapedinem habet cum magnitudine ſupra quam ſit. Intercapedo igitur motus qui eſt ſupra unũ ſtadium uel ſupra unum gradũ Zodiaci, põt ab eo quod mouetur & celerius & tardius abſolui ſed hoc quidem in minori tempore, illud uero in longiore. Et adducit Eudemum in ſecundo naturalium ſic oſtẽdentem dictum. Nam dicit & ipſe quoniam omne quod mouetur in tempore, & in omni tempore eſt motus, & omnem motum ſequitur uelocitas, & tarditas, igitur neceſſe eſt, ut omnia predicta diuidantur, poteſt etiam de eadem magnitudine aliquod uelocius, & tardius quod moueatur accipere, & ſi nõ idem interdũ ocyus, & interdum tardius poſſit moueri. Vnde accipiẽdo per ea uerba quibus dicit omnem motum fieri in tempore, & omnem motum habere uelocius & tardius, inducit quod his exiſtentibus, neceſſe eſt, & tempus continuum eſſe, & determinat continuum quia diuiduum eſt in ſemper diuidenda. Et reliquum inducit quod tali exiſtente continuo neceſſe eſt tẽpus cõtinuum eſſe, ſiquidem in omni tẽpore eſt motus uelocior & ſegnior. Et oſtendit quod ſemper diuiditur etiam tẽpus et magnitudo, et a ueloctori diuiditur tempus, et a tardiore magnitudo. Sed cum acceperit prædicta, quod celerius pertrãſeat ęquale ſpatium in minori tempore quã faciat ſegnius atque tardius, & ipſum tardius in æquali tempore minus ſpatij abſoluat quã celerius exponit rurſus quod ocius mouetur/a/quod ſegnius/b,

magnitudo autem ſupra qua mouetur ſegnius g/d/ſin tempore h z dicit quod id quod celerius mouetur i minori tẽpore, q̃ z/h/pertrãſibit magnitudinẽ g/d/et eſto hęc z/th/cũ.ergo quod mouetur celerius in z/th tempore pertranſiuit magnitudinem g/d/patet quod ſegnius motum in eodem tempore unius ſpatij pertranſibit quia omnis motus fit in tẽpore,poteſt aũt i quo uelox mouetur ẽt tardũ in eodẽ moueri.Sit ergo quod pertranſiuit b/tardius in tempore z th magnitudinẽ g K.Rurſus quia ſegnius in tempore z th pertranſiuit magnitudinem g K/uelocius in minori tempore pertranſibit.Diuidetur igitur rurſus z th tempus,ſed in quo rurſus tempore celerius pertranſiuit g K magnitudinem, n eodem ſegnius minus magnitudinis rurſus quam ſit g K pertranſibit,& ſic ſemper tempus a ueloci ori diuidetur,& magnitudo a tardiore qui motus in omni tempore fit,& omnis motus poteſt celerior fieri atque ſegnior. Nam ex his poſitis neceſſario ſequuntur ea quæ demonſtrauimus, quibus patet quod omne tempus eſt diuiſile. Nam in omni aſſumpto quod ſegnius mouetur erit pertranſiens aliquam magnitudinem,quam celerius motum in minori tempore pertranſit,in quo tempore,quod ſegnius mouetur minorẽ magnitudinẽ pertranſit,& ſic ſemper conuerſo celeriore,& tardiore a celeriore diuiditur tẽpus in infinitum, ſed magnitudo a tardiore.Sed nũc conuerſionẽ, aut tranſumptionẽ,aut tranſlationem a celeriore in tardius,& a tardiore in uelocius dicit,uel etiam conuerſionẽ eſt accipere talẽ, ſi uelox diuidit tẽpus,& tardius magnitudinẽ, & ſi tardius ſecat magnitudinem,& uelocius tempus,& oſtenſum eſt ex prædictis, & oſtẽſis,hoc ſcilicet ex eo quod uelocius in minori tempore æquale mouetur,& ex hoc quod tardius in ęquali tempore minus,& merito de tempore demonſtrans ſubiunxit quod ex dictis manifeſtum eſt,quod etiam magnitudo ſimul continua eſt,quod eſt,dictu eſt,diuidua i infinitum, propterea quod eaſdem,& ęquales numero diuiſiones quando tẽpus diuideretur & magnitudo efficit.Sed nonnulli hic accuſant demonſtrationem quia eſt tanquam circularis, & per conuertentia ac illius generis in quo idem oſtenditur per idem,ſiquidẽ ex hoc quod omnis magnitudo diuidua eſt in magnitudines, oſtendit quod uelocius in æquali tempore maius pertranſit ſpatium,& in minore plus ſpatij abſoluit, & in æquali minus, & ob hoc quia tempus diuiduum eſt,& ob hoc quia magnitudo eiuſmodi eſt.Nam uidebitur oſtendere, quoniam magnitudo ſemper diuidua eſt,& tempus ſemper diuiſile,& quia tempus & magnitudo,& ut breuiter dicã,quia omnis magnitudo ſemper diuiſilis eſt,ideo magnitudo ſemper diuidua eſt. Sed dicendum eſt primo quod ex hoc quia prius ſumit,quod omnis magnitudo diuidua eſt,in magnitudines ex diffinitione uelocioris & expoſitione oſtendit propoſita.Deinde quod primarie nunc tempus oſtendit diuiſile,cum quo una oſtenditur & magnitudo.Item tertio dicendum eſt,quod per talem demonſtrationẽ Ariſtoteles indicauit,quia magnitudo & tempus ſunt cõtinua eodem modo & hac ratione unum demonſtratur per reliquũ, tanquam unum ſit cauſa alterius,& mutuæ diuiſionis in infinitum.Niſi forte etiam ſit talis rationis deductio. Equidem cum prius oſtendiſſet ex motu ęq; ueloci eius quod mouetur, quia non componitur magnitudo,nec motus,nec tẽpus ex impertibilibus,ſed ſunt continua & diuiſilia in ſemper diuidenda,& hoc idem proponens demonſtrare etiam ex eo quod celerius & ex eo quod tardius mouentur,primũ breuiter ſic idẽ oſtẽdit uirtute dicens. Quod ſi non eſſet omnis magnitudo in magnitudines diuiſilis,ut illa tẽporis,& illa longitudinis ac illa motus,nõ eſſet celerius & ſegnius talia qualia diffinientes dicimus hæc quando quidem dicamus celerius illud quod in æquali tempore maius pertranſit, & in minori plus abſoluit.Sed quoniam diuiſiles ſunt magnitudines,ob id etiam diuiſiua ipſorum ſunt uelocius & tardius, ſed uelocius eſt diuiſiuum temporis,& tardius longitudinis. Et eſt uelut ex his quæ ſunt ad aliquid fidea. Cum enim pateat ſic eſſe uelocius & tardius atq; in rebus eſſe, & hæc eſſe diuiſiua temporis & magnitudinis,quia neceſſe eſt diuiſiuum eſſe ſiquidem diuiſile eſt,ſed diuiſiuum eſt, ergo etiã diuiſile ut oſtenſum eſt.Deinde cum conſtituiſſet expoſitione quod talia ſunt uelocius & tardius qualia dicuntur,reliquũ utitur eiſdem ad diuiſionem temporis & magnitudinis oſtendens modum diuiſionis in infinitum expoſitione. Sed ſciendum eſt quod per motum nunc tempus & magnitudinem demonſtrauit eſſe diuiſilia.Nam celerius & ſegnius ſunt differẽtiæ motus propterea quod omne quod mouetur poteſt celerius & tardius,ut ipſe dixit idem ſpatium abſoluere motus,quod quidem accipitur ex ſpatio ſupra quod mouetur.Sed non erat idem ſpatium motus quod abſoluebat quod citius mouetur & quod tardius,niſi diuiſilis eſſet etiam magnitudo motus. Tres ergo magnitudines ſcilicet,motus temporis, longitudinis ſupra quam motus fit,cum æque ſint continua & diuiſilia in ſemper diuiſilia mutuo unum poteſt demonſtrare alterum.Nam neceſſe eſt uno exiſtente diuiſibili ut reliqua diuidantur.Nam cum ſit longitudo diuidua neceſſe eſt,ut motus in ipſo ſit diuiduus & tempus quod menſurat eundem,& ſi motus fuerit diuiſilis & longitudo in qua fit,erit diuiſilis atq; tempus menſurans eius,& ſi tempus fuerit diuiduum etiam motum eſſe diuiduum qui mẽſuratur ab eodem neceſſe eſt,ac magnitudinem in qua fit motus. Vt enim id in quo fit motus diuiſum diuidit motum,ſic etiã motus longitudinem in qua fit.

Amplius autem & ex conſuetis rationibus dici, manifeſtum eſt, quod ſi tempus continuum eſt, quod & magnitudo, ſiquidem in dimidio tempore dimidium tranſit, & ſimpliciter in minori minus,eædem nanq; diuiſiones erunt, temporis & magnitudinis. Et ſi alterutrum infinitum eſt, & alterum, & vt alterum, & alterum. vt ſi extremis quidem infinitum eſt tempus, & longitudo extremis. ſi vero diuiſione,& diuiſione longitudo. ſi autem vtriſq; tempus,vtriſque & magnitudo. Tex.18.

Com.10. Cum oſtenderit per expoſitionem quod diuiſione temporis ſimul diuiditur & magnitudo idẽ oſtendendum eſſe ex alijs rationibus dicit quas conſueuerunt afferre ij, qui de his diſſeruerunt. Erat autem ratio quæ ſumebatur ex his quæ mouẽtur æque uelociter talis. Si quod æque uelociter mouetur in dimidio tempore,dimidium pertranſit,& ſemper in minori minus & ſecundũ eandẽ proportionem minus ſequitur,ex eo quod tẽpus eſt diuiſile in infinitum, ut æque magnitudo ſupra quam fit motus diuidua ſit in infinitum. Eędem enim ſunt diuiſiones amborum. Quod ſi æque ſe habent inter ſe, patet quod ſi alterum fuerit infinitum, quod etiam alterum erit. Et cum duplex ſit infinitum in continuis aut quia intelligi poteſt ſemper diuidendo in duas partes,aut extremis,Equidẽ infinitum in extremis eſt quod non habet extrema,ſed cũ nequeat percurri neq; unquam abſolui aut diuiſione,quia ſemper pars accepta eſt diuidua,uel ſecundum ambo,ut ſe habet,inquit,tempus infinitũ, ſic & magnitudo eodem ſe habebit modo. Sed quia uelut tempus continuum exiſtens diuiduum eſt in infinitum, ſic etiam magnitudinem eſſe patet,quia & ipſa continua eſt,& omne cõtinuum eſt diuiduum in infinitum. Sed quoniam tempus etiam quoad extrema eſt infinitũ neque habens principium neque finem,ut in ultimo huius tractationis oſtendetur quomodo uerũ eſt quod etiam magnitudo ſic eſt infinita. Nam cõtrarium oſtẽſum eſt tertio huius tractationis,ubi neque magnitudinem infinitam eſſe quod ad extrema dixit. Niſi forte igitur ut tempus duplex eſt,aliud infinitum quo ad extrema quod menſurat orbiculationem ſine principio & fine, & aliud quod ultimis eſt terminatum. Sed in diuiſione ſola habens infinitum uelut particulare eſt quod menſurat motus in rectum ſic etiam magnitudo duplex eſt,alia infinita quoad extrema, non tanquam indeterminata,ut determinauit in tertio libro,ſed uelut orbicularis quæ neque principium nec finem habet, alia eſt, quæ prin

cipium & finem habet, qualia ſunt ea quæ uerſantur in ortu, ſed ſunt in infinitum diuidua quia ſunt continua. Sed horū amborum infinitudinem & totum tempus continet & corpus orbiculare. Etenim continua cum ſint experta principij & finis in infinitum ſunt diuiſibilia. Euenit ergo mihi ſi dubitare & ſoluere talem dubitationē quam a nullo interprete accepi. Quod ſi quis longe exploratius & accuratius reſponderit & diſſoluerit amicus cum ſit & non inimicus præualeat uelim. Cæterum patet quod ipſe ſolum mentionem fecit de tempore & magnitudine in his, ſed neceſſe eſt ut eadem intelligamus de motu. Vt enim tempus ſe habet ſic etiam motus ſe habeat cuius pars tempus eſt oportet.

Tex. 19. Qua propter & Zenonis ratio falſum accipit, non eſſe poſſibile infinita pertranſire, aut tangere infinita ſecundum vnumquodque, finito in tempore. dupliciter enim dicitur & longitudo & tempus, infinitum, & omnino omne continuum, aut ſecundum diuiſionem, aut extremis. Infinita igitur ſecundum quantitatem, non contingit tangere in tempore finito, quæ vero ſunt infinita ſecundum diuiſionem, contingit. etenim, ipſum tempus ſic infinitum eſt, Quare in infinito & non finito, accidit tranſire infinitum, & tangere infinita, infinitis non finitis.

Com. 11. Cum demonſtrarit pariter infinitum eſſe magnitudine & tēpore hoc utens ſoluit quaſdam rationes, quæ a Zenone Eleate adducebantur ad probandū quod motus non eſſet. Eſt autē ratio Zenonis huiuſmodi. Si eſt motus contingit ut aliquid infinita tēpore finito pertranſeat unumquodq; tangendo.

Sed hoc fieri nequit.

Ergo non eſt motus.

Et connexum demonſtrabat utendo diuiſione in infinitum magnitudinum. Si enim omnis magnitudo diuidua eſt infinita, erit etiam ex infinitis compoſita, quare quod mouetur & pertrāſit quamcunq; magnitudinem infinitum abſolueret & pertranſiret, & infinita tangeret finito tempore, in quo totum finitū pertranſit. Sed tangere infinita ſecūdum unumquodq; inquit quia poteſt aliquid uideri pertranſiſſe infinita ſupergrediendo ipſa, & ſic connexum demonſtrabat.

Sed aſſumptum dicens.

Sed nequeunt infinita pertranſiri & tangi per tempore finito, oſtendit ex eo quia infinitum percurri nō poteſt, unde neq; poſſunt tangi infinita tempore finito ſiquidem in alio & alio tempore quod mouetur tangit partes ſubiecti. Sed dixit non poſſe tangi unumquodq; infinitum quia quaſi tangendo numerat. Sed nequeunt numerari infinita. Sed Ariſtoteles damnat hoc aſſumptum. Non enim poſſunt infinita pertranſiri tempore finito, quia dupliciter dicitur infinitum aliud ſecundum extrema, & aliud diuiſione. Infinitum quidem ſecundum quantum eſt cuius partes infinitæ ſunt multitudine actu, propterea quod & magnitudo infinita non poteſt pertranſiri tempore finito, ſed infinitum poteſtate & ſecundum diuiſionē poteſt & nō actu. Etenim tempus acceptum finitum hoc eſt infinitum ſecūdum diuiſionem, igitur non infinito tempore infinitum pertranſitur, ſed in eo quod eſt ſimiliter infinitum, igitur etiam tangit potentia infinita ſed non unumquodq; actu diuiſum quod ſit pars ſubiecti quod mouetur tangit ſimiliter in partibus infinitis temporis, uel in his eiuſdem. Etenim & quod mouetur cum ſit continuū in infinitum eſt diuiduum. Sophiſma igitur Zenonis fiebat ob equiuocationem infiniti, etiam quia mutabat infinitum ſecundum diuiſionem in infinitum ſecundum extrema. Nam hoc non poterat in tempore finito pertrāſiri, & tangi ſecundū infinitas partes, ſed infinita magnitudo ſecundum diuiſionem poteſt pertranſiri ſecundum diuiſionem tempore infinito, & nihil incommodi eſt. At Zenon accepit magnitudinem actu diuiſam in infinitum & tempus minime, quanquam eodem ſe habeat modo ut magnitudo. Sed hic ſoluit rationem Zenonis, hoc modo dicendo nihil abſurdi eſſe infinita ſimiliter pertranſiri in tempore infinito. Sed in ultimo libro huius tractationis hanc ſolutionem inquit ſatis eſſe ad eum qui interrogat & obijcit. Nam percunctatur ſi poſſint infinita tempore finito pertrāſiri. Sed ad rem & ueritatem non ſufficere. Neq; enim tempus eſt actu infinitum ſed potentia, ideo diligentius ibi ſoluit oſtendens non eſſe infinita actu in continuis, ſed potentia quia interroganti inquit an poſſint infinita pertranſiri uel tempore uel in longitudine, dicendum eſt quod partim poſſunt, & partim nequeunt. Nam actu infinita eſſe nequeunt, ſed potentia.

Neque ergo infinitum poteſt in tēpora finito tranſire, neque in infinito, finitum. ſed ſi tempus quidem infinitum ſit, & magnitudo erit infinita. & ſi magnitudo, & tempus. Sit enim magnitudo finita in quo A B, tempus autem infinitum in quo C. Accipiatur igitur temporis aliquid finitum in quo C D, in hoc ergo tranſibit aliquid magnitudinis. & ſit quod tranſitum eſt in quo B E. hoc autem, aut menſurabit id in quo A B, aut deficiet, aut excedet. differt enim nihil. ſi enim ſemper æqualem ei quæ eſt B E magnitudinem, in æquali tempore tranſibit, hoc autem menſurat totum, finitum erit omne tempus in quo tranſiuit. in æqualia enim diuidetur, ſicut & magnitudo. Tex. 20.

Com. 12. Cum demonſtrauerit æque continua eſſe tempus & magnitudinem, & in infinitum diuiſilia & diſſoluerit rationem Zenonis ex hac ſimilitudine addit aliquid ex prius oſtenſis uelut conſequens, & uelut ex illis oſtenſum uidelicet neque infinitum ſpatium & ſi eſſe poneretur, non poſſe abſolui finito tempore, neque infinito finitum. Facit autem demonſtrationē per id quod uocant impoſſibile exponendo. Et accipit magnitudinē ſupra quam a/b/& tempus infinitum in quo/g/& quod demptum eſt a tempore finitum hoc in quo g/d/in quo quod mouetur aliquid magnitudinis pertrāſit, ut/b/e. Nam aliqua eius pars abſoluetur in tempore g/d/ſiquidem tota a/b/in tempore infinito/g/abſoluebatur, proinde quot a/b/magnitudo eſt multiplicata atque iterata pars propria eius b/e/tot erit etiam tempus multiplicatum in quo id quod mouetur regulariter & æque uelociter totam magnitudinem a/b/pertrāſit magnitudinem tempore g/d/in quo b/e/magnitudo abſoluitur. Sed g/d/tempus finitum eſt igitur finitum & g/tempus in quo a/b/magnitudinem finitam pertranſit & non infinitum. Nam in quot a/b/magnitudo ſcinditur æqualia ipſi b/e/in totidem & g/tēpus æqualia g/d/ſed finita erat magnitudo a/b/& g/d/tempus, quare ſi finita & magnitudine & numero, ut magnitudo, ſic etiam tempus diuidetur. Et demonſtratio talis. Sed interim ſoluit inſtantiam dicentem quod/b/e magnitudo non omnino metitur totum a/b/quare & uere eſt dicere quod triplum aut quadruplū, uel quot modis multiplex eſt a/b/reſpectu eius b/e, Poteſt enim deficere in enumeratione & excedere. Dicit ergo quod nihil differt, & ſi deficiat aut excedat, ſi ſolū æquale b/e/magnitudini in æquali tempore g/d/pertranſit. Vt enim b/e/magnitudo conſumit a/b/& ſi excedat & deficiat. Etenim quod deficit aliqua parte deficit, & ſimiliter quod excedit aliqua parte excedit, ſic & g/d/tempus finitum conſumet g/tempus, & ſi deficiat & abundet totidē multiplex eius factus quod b/e/magnitudo eſt multiplex magnitudinis a/b/ſiue adæquate, ſiue etiam aliqua eius parte deficiat, uel abundet. Simul enim tum magnitudo a/b/ab ipſo b/e/dimetietur, & g/tempus ab ipſo g/d, quia diuiditur in ipſa numero æqualia. Sed ſciendum eſt quod quando dicebat, { Hoc autē aut mēſurabit id in quo

a/b/ aut deficiet, aut excedet, } propriè utitur mēſuratione. Nā mēſurare eſt multiplicādo adęquare mēſurato iuxta & adęquate. Sed quādo dicebat, { Hoc autē mēſurat totū, } uſus ē { mēſurat } ꝓ cōſumit. Nā & ſi deficiat, uel abūdet, in quot magnitudo & finitū diuideretur in ipſa æqualia numero, ideſt i totidē etiam tempus g diuidetur in quo a b magnitudo tota pertranſiuit. Sic autē ſequetur finitum id eſſe. Nā quot multiplex fuerit ipſum finitum ſiue ęque, ſiue cū aliqua parte finitum erit. Sed duplex adducitur ſcriptura quæ eſt in fine contextus. Si fuerit ſcriptū, { In æqualia enim diuidetur & magnitudo, } occulta eſt & obſcura. Sed diceret in ęqualia enim diuidetur in quot & magnitudo. Si uero ut Alexander, Themiſtius, & Aſpaſius ſcribunt, { In ęqualia enim diuidetur ut & magnitudo, } perſpicuum erit quod dicitur, quoniam & tempus in æqualia numero diuidetur in quod & magnitudo. Nam de tempore dicit oſtēdendo quod non ſit infinitum.

Tex. 21. Amplius autem, ſi non omnem magnitudinē in infinito tempore tranſibit, ſed contingit aliquam & infinito tempore tranſire, vt ęam quæ eſt BE, hæc autem menſurabit totam, & æqualem in æquali tranſibit. quare finitum erit & tempus. Quod autem non in infinito tranſibit eā quæ eſt BE, manifeſtum eſt, ſi accipiatur altera ex parte finitum tempus. ſi enim in minori, partem tranſibit, hanc neceſſe eſt finitam eſſe, altero

Tex. 22. quidem termino exiſtente. Eadem autem demonſtratio eſt, etiam ſi longitudo quidem infinita ſit, tempus autem finitum.

Com. 13. Accipiendo prius b/e/ magnitudinem indeterminatā & non uelut omnino mēſurans a/b/ ſed etiam excedens aliquando aut deficiens, & ab ipſo g/d/ tempore finito mēſurato motu ab eodem, quæ quidē ambo uidentur habere aliquas inſtantias ob hoc argumētum tale aufert b/e/ tanquam metiatur totū, & ex hypotheſi accipit idem quod per ipſum pertranſit in tēpore finito pertranſire, & oſtendit quod & ſi a principio menſurans poneretur /b/e tēpore accepto finito g d & totū tēpus demonſtrabitur. Si enim decima pars ſumpta fuerit b/e/ ipſius /b/a/ quod ęque uelociter mouetur in decem partibus ęqualibus ipſi /g/d/ decē partes æquales /b/e abſoluet. Sed decē partes finitæ cōponentes tēpus efficiunt totum finitum. Deinde oſtendit, quod non poteſt magnitudo b/e/ finita & pars ipſius a/b/ in tēpore infinito pertranſire ſiquidē totum a/b/ in infinito pertrāſibat. Statuens enim ſecundū alteram partem finitum tempus /g/ & accipiens uelut manifeſtum quod in minori tēpore prius pars abſoluitur quam totū a motu, quod finitum eſt tēpus ad utraque in quo, b/e aliquid mouetur oſtendit. Nā ab eodē principio cum incipiat finito exiſtente concludit idem etiam ad alterum. Si enim non hoc non amplius in minori tempore pars erit pertranſita quam totum, ſed in æquali, ſed ſecundum alteram partē accipiebat tēpus finitum, ut ad utraque finitum abſolueret illud in quo b/e/ pertranſit. Et eidem concederetur hoc facile. Si enim in infinito quod ad alteram partem, nō poteſt b/e/ pertrāſire multo magis in ipſo infinito quo ad utranque partem non poterit, ſed ſi uelut manifeſtum accepit pertranſiri partē in minori tēpore, & neceſſe eſt ut finitum ſit minus quam infinitū, cur opus eſt ratione, ut pertranſeat b/e/ in tēpore finito? Niſi ergo infinitum ad alteram partem cum ſit infinitum ſit minus infinito ad utranque. At ſi hoc cur ſtatuebat infinitū tēpus ad alteram partem in quo a/b/ magnitudinē quod mouetur pertranſit. Si enim ad ambo ſtatuebat hoc infinitum, nihil prohibebat in minori quam ſit infinitum ad ambo in quo a/b/ pertranſit b/e/ cum ſit pars pertranſire in ipſo infinito quo ad alteram partem cum id ipſum ſit etiam pars ipſius infiniti ad utranque partem. Vel ſi neceſſe eſt ut ab ipſa magnitudine b/e/ metiatur magnitudo a/b/ ſic etiam tēpus a tēpore, non poteſt equidem aliud eſſe infinitum tēpus ad utranque partem, & aliud ad alteram. Neque enim mēſurat infinitum cum ſit indefinitum & ſine numero & expers menſuræ, neque item menſuratur. Cum ergo ſtatuat b/e/ mēſurare a/b/ & accipiat quod in æqualia diuiditur numero tēpus & magnitudo euitat tales inſtantias. Nam menſurans finitū, neceſſe eſt ut finitum ſit, ut b e mēſurans /e/ & toties æquale eſt finitum menſurans ut decies uel uigeſies, neque poteſt eſſe ad alteram partē infinitum. Si enim quod multiplicatum eſt uigeſies illud, id finitum determinatum & numeratū eſt, multo magis illud quod eſt ipſius uigeſies multiplicati uigeſimum. Sed cum oſtēderit ſic quod non poteſt magnitudo finita pertranſiri in tempore infinito inquit quod ſi eiſdem utamur quod neq; infinitum in tempore finito pertranſiri queat, oſtendere poterimus. Nā tēpore ſtatuto finito, auferatur aliqua pars eius, a qua totū dimetiatur, et auferatur ex infinita magnitudine aliqua magnitudo ſupra quā moueatur aliquid in ipſo tempore dēpto ex toto. Quia ergo in ęquali tēpore ęquale pertranſitur, æque toties mēſurabitur tēpus a tēpore & magnitudo a magnitudine. ſed quod conſtat finitis numero & magnitudine finitum erit, & non infinitum. Sed pulchre notauit Themiſtius quod & ſi non in æquali tempore æquale abſoluitur ſpatium ſed interdum in maiore æquale, & aliquando in minore, diuiſo etiam ſic finito ſpatio in æquales partes, etiā ſimul diuidetur tēpus in totidem, ſed non amplius in æquales inter ſe. Sed ad oſtēdendum quod ipſum finitum ſit, ſufficit illud ex partibus finitis numero & magnitudine cōſtare demonſtraſſe, & ſi partes inęquales fuerint. Nam quod eſt ex finitis partibus numero & magnitudine neceſſe eſt etiam ut illud ſit finitum, ſimiliter & econuerſo, ſit tēpus quidem finitum, ſed ſpatium ſubijcitur & ſtatuitur infinitum, igitur duntaxat poteſt infinito tempore pertranſiri ſpatium finitum ſi in orbē iterū atq; iterum moueatur, ut corpora diuina. Nam motus in rectum reflexi & redeuntes intercipiuntur quiete, ut in ultimo huius tractationis libro demonſtrabitur, ſi corpus finitum nō pertranſit infinitum ſpatium in tēpore finito, planum eſt quod neque infinitum corpus ſi moueri ſtatuamus pertranſiret ſpatium finitū tēpore finito. Nam quādo finitum corpus pertranſit finitam lineam, & finita linea infinitum corpus pertranſibit. Sed oſtēſum eſt hoc fieri non poſſe. Et tamen ſi etiam ſpatium infinitum poſuerimus, & corpus id quod mouetur, & ſolum tempus finitum, neceſſe eſt etiam, ut reliqua appareant finita & fateamur eſſe.

Manifeſtum eſt igitur ex dictis, quod neque linea, neque planum, neque omnino cōtinuorum vllum erit indiuiduum, non ſolum propter id quod nunc dictum, ſed & quia accidet diuidi indiuiduum. Quoniam enim in omni tempore Tex. 23. velocius & tardius eſt, velocius autem plus tranſit in æquali tempore, contingit autem & duplam & hemioliam tranſire longitudinem (erit enim, hæc ratio velocius) feratur igitur id quod velocius eſt per hemioliam in eodem tempore, & diuidantur magnitudines, eæ quidem quæ velocioris ſunt, in quo AB, BC, CD in tres impertibiles, quæ vero ſunt tardioris, in duas, in quibus EF, FG. Itaq; tempus diuidetur in tria impartibilia. æqualem enim, in æquali tempore tranſibit. Diuidatur igitur tempus, in KL, LM, MN. Rurſus autem quoniam tardius delatum eſt per EF, FG, igitur & tempus diuidetur in duas partes. diuidetur ergo id quod indiuiduum eſt, & quod impartibile eſt non in impartibili tranſibit, ſed in pluri. Manifeſtum eſt ergo, quod nullum continuorum eſt im

partibile.

Com. 14. Cum oſtenderit nullum continuum poſſe ex impartibilibus cõſtare, nec magnitudinem, nec motum, nec tempus, & quod omnis magnitudo continua diuiſibilis eſt in ſemper diuiſibilia. Vel enim indiuiſibile neceſſe eſt eſſe, uel diuiſibile, & ſi diuiſibile, haud diuidi poteſt in ipſa diuidua aut indiuidua, ſed neq; eſt indiuiduũ cum ſit magnitudo, neq; diuiduũ in ipſa indiuidua. Nam eſſet indiuiſibile indiuiſibili attiguum, quare erit diuiſibile in ſemper diuiſibilia. Cum ergo demonſtret quod ſimiliter tempus & magnitudo infinitum & finitum habent, ex quo etiam Zenonis rationem quæ motum tollebat, ſoluit, nunc dicit quod cum ſit à nobis oſtẽſum cõtinuum nõ diuidi in ipſa indiuidua, ex hoc cõpertum erit nullam partẽ cõtinuorũ eẽ indiuiſilẽ & indiuiduã, ſiquidem continua nõ diuidãtur in ipſa indiuidua. Demõſtrabit autem ratio etiam de ipſis ptibus, quod nequeunt ipſæ indiuiduę eẽ, primũ qdẽ de partibus magnitudinis, deinde de ptibus temporis. Verũ differt hęc demõſtratio à priore, qa illa demõſtrabat nõ eẽ eas indiuiduas, hęc uero oſtẽdit primarie quod diuiſibiles ſunt. Et neceſſitatẽ diuiſionis ꝓbat. Item prius ex continui natura demõſtrabãtur partes eius diuiſibiles eẽ, nũc autẽ ipſas per ſe ptes oſtẽdit tales eẽ. Lineam autẽ dixit partẽ lineę, & planũ partẽ plani, & tẽpus tẽporis, & oĩno cõtinuũ partẽ cõtinui. Nam de partibus in cõtinuis nũc ſermo eius eſt, quod illę non ſint indiuiduę, quod primũ oſtẽdit de magnitudine, deinde de tempore, & utitur hoc quod ſe habent æque inter ſe tẽpus, magnitudoq; in qua ſit motus. Oſtẽdit autẽ idẽ deductione ad id quod fieri nequit ſeu impoſſibile ſecũdum formulã ſecundam ſyllogiſmorum hypotheticorũ ſic utitur eſſ cõs ſyllogiſmũ.

Si pars magnitudinis eſt indiuidua, diuidetur indiuiduum, quia pars magnitudinis diuiditur.

Sed nequit indiuiduum diuidi.

Ergo & antecẽdens fieri nequit, ut pars ſcilicet magnitudinis ſit indiuidua.

Et cõnexum ſic oſtẽdit utẽdo hoc manifeſto & prius ſumpto, quod in omni tempore eſt uelocius & tardius, ſi quidẽ in omni tẽpore motus, & in omni motu uelocius eſt & tardius, & adhuc tamẽ quia quod uelocius mouetur in æquali tẽpore maius ſpatium pertrãſit, quam id quod mouetur ſegnius. His autẽ poſitis tertium aſſumit hoc poſſe motus in aliqua ꝓportione ſumi aliam uelocioris, & aliam tardioris, ut in eodẽ tẽpore duplum abſolui à ueloci ore quam à ſegniore uel ſeſquialterã aut hemiolum. Hæc igitur aſſumẽs prius exponẽdo oſtẽdit ꝓpoſitũ ſtatuens ſeſquialterũ eẽ motũ uelocioris ad motũ tardioris, quare in quo tẽpore aliquod tardius ptrãſit aliquã magnitudinẽ, in eodem uelocius & dimidiũ moueri ponebaẽ. Diuidãtur igitur inquit hę duę magnitudines, alia, quidẽ moueaẽ citius a/d/in tres ptes a b/b g/g d/ & quod tardius in duas e z & z h. Sic enĩ ſeſqaltera eſt ꝓportio. Eodem quoq; modo tẽpus diuidaẽ ut magnitudo in qua ſit motus, diuideẽ etiã ipſum ſcđm hypotheſim tẽpus k/n/in quo citius ptrãſit a/d/in tria tẽpora, ut k l/l m/m n. Quod enim mouetur æque ueleciter in æquali tẽpore ptrãſit, quia igiẽ quod mouetur tardius in eodẽ tẽpore mouetur ſupra/ e z/ & z h/ quæ ſit ex duobus impartibilibus, igitur e z in dimidio tẽporis pertrãſietur. igitur diuideẽ bifariã tẽpus ut magnitudo in quo tardius mouetur, ſi aũt quod ex tribus indiuiduis cõponitur dupliciter diuidereẽ aut in duas partes, diuideẽ eius mediũ quod eſt indiuiſile. Nam aliter nequit quod ex tribus cõſtat diuidi, ſed æqualia ſunt indiuidua, & nõ aliud maius & aliud minus, ut duo ſint uni æqualia. merito igitur inducit. {Diuidetur igitur indiuiduũ,} quod fieri nequit, igitur fieri neq; põt id qđ ſequitur hoc uidelicet indiuiduũ, eẽ partẽ cõtinui. Inducit autẽ & aliud abſurdũ ſequẽs, quod impartile nõ pertrãſit in ipſo impartili. Quod enĩ moueẽ ſegnius ptrãſit e z magnitudinẽ ſcđm hãc methodum nõ in tẽpore indiuiduo k l, qđ qdẽ oportebat ſed in ipſo impartibili minus pertranſiet q̃ impartile, ſed quid erit minus q̃ impartile, & tamẽ diuidereẽ hoc modo impartile, ſiquidẽ eſt aliqd minus q̃ ipſum, in illud minus & in id qđ excedebat. In his porro ꝓponẽs partes magnitudinũ oſtẽdere quod nõ ſint indiuiduæ, qa dicẽti quod hæ ſunt indiuiduæ accidit fateri quod ſint indiuidua diuiſibilia, qđ fieri nõ põt, porro tẽporis partes ſi ponãtur indiuiduæ demõſtrauit quod erũt diuidẽda. Sed partes magnitudinis nõ amplius. Atqui ſeſquialtera ꝓportione accipiẽs magnitudines, qa dixit. {Feratur igitur id qđ uelocius p hemioliũ in eodẽ tẽpore,} niſi ergo p tẽporis partes oſtẽdent, qđ etiã partes magnitudinis diuidẽtur cũ ſint poſitæ indiuiduæ. Si enĩ k n tẽporis bifariã diuiſi ſcđm x/ et l m, poſita eſt pars indiuidua diuidereẽ in ipo tẽpore k x dimidio, & dimidiũ ad magnitudinis quod citius moueẽ pertrãſibit, & diuidetur b/g/ pars bifariam cum poſita ſit indiuidua.

Neceſſe autem eſt, & ipſum nunc quod nõ ſecundum alterum ſed per ſe, & primũ dicitur, indiuiſibile eẽ, & in omni tpe tale ineſſe. Eſt enim ultimum quoddã pręteriti cuius verſus hæc, nihil futuri eſt, & rurſus futuri, cuius uerſus illa nihil eſt pręteriti, quod utiq; diximus, vtrorumq; eſſe terminum. Hoc autem ſi demonſtretur quod huiuſmodi eſt, per ſe & idem, ſimul manifeſtum erit & quod indiuiſibile eſt. Neceſſe eſt igitur idem eſſe, ipſum nunc, quod ultimum utrorũmq; temporum eſt. ſi enim alterum eſt conſequenter non erit alterum alteri, propterea quod continuum non eſt ex impartibilibus. Tex. 24. Tex. 25. Tex. 26.

Com. 15. Cum demõſtrauit partes cõtinuorũ eẽ diuiſiles uidelicet tẽporis & magnitudinis, & patet qđ etiã medij motus inter hæc quia ſi diuiſibiles nõ fuerint, diuideẽ indiuiduũ, qđ fieri nõ põt qm̃ & nũc tẽporis aliquid eſt, merito deinceps determinat de ipſo. Cum duplex ſit nũc aliud qdẽ uelut principiũ & finis tẽporis. quod ſimile eſt pũcto in linea, aliud uero diciẽ ſcđm præſens tẽpus quod diuiditur cõtra tẽpus p̃teritũ & futurũ. Quod autẽ dicitur uelut principiũ & finis quod etiã eſt indiuiduũ per ſe & primo nũc dici inquit. Sed alterũ nõ per ſe neq; primo, ſed quatenus habet in ſe ipſo primo & p ſe. Sic enĩ & in loco al qd dicitur p ſe & p̃mo, quod etiã in termino cõtinẽtis eſt ꝓxime, hoc aũt nõ ſic, ut in domo aliquid eſt ꝓpterea qđ terminus cõtinentis eſt ꝓxime in domo igẽ per ſe & primo diciẽ nũc quod eẽ indiuiſibile inquit & unũ atq; idẽ ſcđm numerũ p̃teriti finis, & initiũ futuri & nõ aliud & aliud. ſed tale cũ ſit nõ eſt pars tẽporis, ſiqdẽ in toto tẽpore idẽ maneat principiũ & finis ut punctum in linea tota, qñ uelut unũ & cõtinuũ acciperetur. Nam omnino eſt diuiſibilis, & diuiſio eſt per punctũ, ꝓinde de hoc nũc demõſtrauit etiã in his de tẽpore, quod eſt impartile & indiuiduũ & in toto tẽpore unũ & idẽ cũ ſit terminus p̃teriti, & principiũ futuri, oſtẽdit aũt & hoc nũc, aſſumẽs prius uelut euidens, quod nũc ultimum eſt p̃teriti, & ante hoc nũc quod dixit ipſe. {Cuius uerſus hæc,} ut uerſus præteritũ nihil erit futuri. Nam ante finem p̃teriti qũo poteſt eẽ aliquid futurũ. Nõ enim eſſet futurum, ſed adhuc p̃teritum ante terminũ exiſtẽs p̃teriti. Rurſus autem perſpicuũ eſt quod principiũ futuri nũc eſt, ſi quidem poſt ipſum nihil ſit p̃teriti. Qũo enĩ aliquid p̃teriti erit poſt principiũ futuri. Verum Ariſtoteles dicẽs uerſus hæc ambo termini & principij rõnẽ obſcuram fecit. Sed Eudemus nihil inquit uerſus hæc termini neque ultra principium. Hæc igitur extremum præteriti, & principium futuri inter quæ nullum intermedium tempus neque præteritum neque futurum ſi demonſtretur idem & unũ numero exiſtens uideri duo, erit oſtenſum quod indiuiſile eſt hoc, quod ſimul principiũ & terminũ temporis idem dicimus. Sic ergo diffiniens diligẽter ipſum nũc de quo eſt ſermo oſtendit quod unum & idem eſt extremum præteriti & futuri, quod extremum etiam principium futuri appellat, propterea quod & principium eſt aliquis ter-

minus & pars. Oſtendit autē hoc colligens tria ſequentia quæ fieri non poſſunt, quæ accidunt ei qui dicent non unum & idē eſſe nunc terminum præteriti & initium futuri, ſed alterū atq; alterū, quorum primum ex diuiſione tali ſumptum eſt. Si ē alterum atq; alterum, uel ſunt inter ſe cōſequētia. (Nunc autem accipit ea quę cōſequēter ſe habēt pro his quæ ſunt attigua & ſeſe tāgunt) uel ſunt ſeparata inter ſe, & præter hæc nō eſt aliud. Si ergo neq; poſſunt ſeſe mutuo tangere, non ſolum quia oportet attigua habere alium terminum quo ſeſe tangunt, & aliud terminatum, ſed etiam quia ut ipſe inquit, non poteſt continuum conſtare impertilibus. Eſt aūt tēpus continuū. Sed termini eius ſunt impertiles. Hoc enim nunc acceptum eſt uelut conceſſum quia ponuntur termini. Si enim non eſſent impertiles, nō eſſent ultima, ſed huic alio extrema. Sed uidebitur efficiens ſyllogiſmum hoc modo petere quod eſt in principio. Nam propoſitū eſt oſtendere nūc indiuiſile. Si enim nequit oſtenſum eſt quod idem ſimul, planū erit quod etiam indiuiſile. Sed utitur hoc uelut manifeſto, uidelicet non poſſe continuum conſtare indiuiſibilibus. Et poteſt dici quod proxime quæſitum eſt, Si ambo hæc termini ſimul unum numero ſunt, & hoc eſt nūc, & ad hoc aſſumptū eſt uelut manifeſtū nō eſſe duos terminos attiguos inter ſe & efficiunt aliquod cōtinuū, ꝓpterea qđ oportet attigua ſecūdū partes tangere ſeſe, ſed termini ſunt impertiles & indiuiſiles per ſe, cum nihil prohibeat ut ſeparati ſint & diuiſi inter ſe, quod quidē de fine & principio fieri non poſſe oſtendetur. Sed oſtenſum eſt uniuerſe, quod nequit aliquod continuum fieri ex impertilibus quæ mutuo ſeſe tāgant, & ob id oſtenſum eſt, qđ nō ſunt duo extrema uelut mutuo attigua, & per illud {Conſequenter} oſtēditur quod neq; ſic duo uelut ſeparata ſunt, ex quibus concluditur quod unum & idem quod ſequitur hoc & indiuiſibile idē eſſe non uelut nūc dictū de duobus terminis ut prius, ſed uelut de communi. Et tamē eſt oſtēſum indiuiſile nō ex cōtinuo ut prius ſed quia unum eſt, quare Ariſtoteles nō ſumit in principio cum hic cogat duos terminos impartiles poni, & ibi inuentum unum & idem indiuiſile demonſtret eſſe.

Si autem ſeorſum eſt vtrunq;, inter ea erit tempus. Omne enim continuum huiuſmodi eſt, vt aliquid ſit vniuocum inter fines. At uero ſi tempus medium eſt, diuiſibile erit, omne enim tempus oſtenſum eſt, quod diuiſile ſit. Quare diuiſibile erit ipſum nunc. Si autem diuiſibile eſt ipſum nunc, erit aliquid præteriti in futuro, & futuri in præterito. ſecundum quod enim diuidetur, hoc terminabit præteritum & futurum tempus.

Com. 16. Cum patefecerit & probarit quod alterum & alterum non poſſunt ita extrema eſſe ut ſint mutuo attigua, oſtēdit deinceps quod neq; ut ſeparata & uelut diſtantia inter ſe erunt omnino duo extrema tēporis. Si enim eſſēt duo, neceſſe eſt ut tēpus medium ſit inter ea. Nā in omni continuo intermedium inter terminos uniuocum eſt illis quorum ſunt termini. Si enim termini lineariī in eiſdē fuerint, intermediū erit linea. Nam inter omnia puncta medium eſt linea. Sed lineæ ſunt uniuocæ inter ſe. Quod ſi lineæ fuerint termini, intermedium erit ſuperficies. Nam lineæ ſunt termini ſuperficierū, acceptis ergo in cōtinuatione ſuperficiei duabus lineis ſeparatis intermedium eſt omnino ſuperficies, & intermediū inter duas ſuperficies eſt corpus. Et in hoc ſi ſeparatis corporibus ſuperficies acceperimus intermedium corpus eſſe neceſſe eſt quia non eſt uacuum. Et de motu eadē ratio. Nam inter terminos motus quæ mutata appellāt in cōtinuatione motus neceſſe eſt motum eſſe, ſimiliter & de tēpore. Nam & hoc continuū, & ſunt termini eius ipſa nūc & ob id neceſſe eſt tēpus eſſe inter diſtātia nūc. Nā habet aliquid & tēpus ſeorſum ab alijs cōtinuis, quia eſt totū cōtinuū & nō diſrūpitur ab ipſo uelut linea a linea & ſuperficies a ſuperficie, quæ ſunt i corporibus differētibus, inter oēs igitur tēporis terminos intermedium eſt tēpus. Sed omne tēpus diuiſile eſt, propterea quod tēpus cōtinuū, & omne continuū eſt diuiſile. Si ergo diuideretur hoc tēpus intermedium inter terminū præteriti & principium futuri, quod nūc appellas uelut præſens, ꝓpterea quod intermedium præteriti & futuri, ſi ergo diuideretur in pręteritū & futurū diuidetur. Nam omne præſens ſi diuiditur. His ergo prius aſſumptis quoniā hoc intermedium tēpus quatenus poſt terminum præteriti eſt futurū eſt, & quatenus ante principium futuri pręteritū. quando ergo ut futurum totū intermediū ſumptum fuerit, tum erit aliquid pręteriti quod ſit ex diuiſione in futuro, ſed quando uelut præteritum rurſus ſumptum fuerit, futurum erit in præterito quod ex diuiſione eſt. Sed poteſt abſurdū concludi de utraq; parte diuiſionis, ut Aſpaſius concluſit. Nam quia diuiſio intermedij aliud præteritum facit, & aliud futurū, ſi utrunq; diuiſum præſentis diuideretur in præteritum rurſus & futurum diuidetur, & erit etiam in præterito futuri aliquid, & in futuro præteriti.

Simul autem, nec per ſe erit ipſum nunc, ſed per alterum. diuiſio enim, non eſt ipſius quod per ſe eſt. Tex. 17.

Com. 17. Secundum argumentū eſt hoc opinor quandam inſtantiam ſoluens, quæ dicit nullum incommodum eſſe, ut nūc ſit mediū uelut præſens inter præteritum & futurum. Et dicit quod hoc intermedium nō eſt per ſe ipſum nunc. Nam impertile per ſe, hoc āt diuiſile, quia tēpus ē. Etſi diceretur igitur nūc nō ut ꝑ ſe, de nomine quod competat ei diceretur, ſed uelut ſecūdū utrūq; quia eſt in eodē per ſe, quod autem hoc nunc nō ſit per ſe quale oportet eſſe quod proprie eſt inter præteritum & futurū, patet ex ipſa diuiſione. Nam diuiſio nō eſt ipſius nūc per ſe, ſed ipſius nunc quod eſt in latitudine & dicitur ſecundum alterū. Eſt quoq; alia ſcriptura talis. Nam diuiſio per ſe. Et diceret quod hoc intermedium ſecundum alterum nunc eſt. Nam diuiſio eſt nunc per ſe ſed non diuiſum.

Ad hæc autem, ipſius nunc, hoc quidem præteritum erit, illud autem futurum, & non ſemper idem præteritum aut futurum. neque igitur ipſum nunc, idem. Multipliciter enim, diuiſibile eſt tempus. Quare ſi impoſſibile eſt hæc in eſſe ipſi nunc, neceſſe eſt idem eſſe quod in utroque eſt, nunc. Tex. 18.

Com. 18. Cum prius demonſtrarit contingere illis qui dicunt neque unum eſſe numero terminū præteriti & principium futuri, ſed habere intermediū tēpus fore aliquid futuri tēporis in præterito, & pręteriti in futuro, nūc oſtēdit quod eiuſdē nunc quod intermedium ponitur inter præteritum & futurū. Erit aliud pręteritū, & aliud futurū. Nam intermedium tēpus inter terminos quod uidetur nunc eſſe, quia neq; præteritū eſt, neq; futurum, hoc diuideretur, patet quod etiam partes ipſius nunc erunt. Nam totū nunc erat. Sed diuiſio omnis tēporis facit aliud præteritum, & aliud futurum determinans utrunque quare ipſius nunc aliqua pars cū ēt ipſa nunc ſit eius erit aliquid pręteriti & aliud futurū. Sed abſurdū eſt ipſius nūc pſentis dicere aliud pteriſſe, et aliud futurum, Verū ipſum nunc in latitudine determinans nunc ſequitur ut ſit aliquid præteritum, & aliud futurum, quandoquidem proprie nunc impertile cum ſit determinet præteritū et futurū. Quod ſi rurſus intermedium hoc ſecundū aliud diuideretur, & non ſecundum quod prius diuiſum erat, ſed aut propinquum eſt principio futuri, aut proximum termino præteriti qđ ſi propinquū eſt principio futuri, erit tum uelut pars eius in pręterito, ſi uero propinquum termino pręteriti, erit uelut in futuro & ſic rurſus eiuſdē nunc eadē pars uel præterijt, uel futura eſt, & accidit idem ſi unaquæq; diuiſio effecerit ut aliquid ſit diuiſi præteritum, & aliud futurum. Sed cū oſtenderit quod non ſemper idem præteritum & futurum erit, ſubiungit quod neq; nūc idem erit ſemper. Sed cauſa quod hoc intermedium tēpus

exiſtens

exiſtens cum diuiſile ſit in ſemper diuiſilia erit, et oēs ſectiones in ipſo in ipſa nunc erunt præſentia. Quoniam & totũ tempus hoc in quo ſectiones fiunt, nunc eſt, & diuiſiones ipſius nunc aliæ & aliæ fiunt, accidet igitur ſi intermedium tempus nunc eſt, ut ea quæ fiunt in ipſo nunc non ſint æqualia tēpore, quia plura ſunt in ipſo nunc quod dicitur in latitudine. Si ergo neq; ſic duo extrema uelut ea quæ ſeſe mutuo tangunt, neque ſic duo uelut ſeorſum & ſeparata, neceſſe eſt, ut idem & unũ nũc ſit terminus præteriti & principium futuri.

Tex. 29. At vero ſi idem eſt, manifeſtũ eſt quod & indiuiſibile eſt. ſi enim diuiſibile eſt, rurſus accidēt eadem, quę & prius. Quod igitur ſit aliquid in tēpore indiuiſibile, quod dicimus eſſe ipſum nũc, manifeſtum eſt, ex ijs quæ dicta ſunt.

Com. 19. Quia unum & idem eſt terminus præteriti, & principium futuri demōſtratum, inquit, ſequitur, ut ſit indiuiduum. Quod ſi eſſet diuiſile, acciderent rurſus eadem abſurda quæ prius diximus. Erit enim ipſius nunc aliud præteritum, & aliud futurum, & non idem ſemper præteritum, neque idem ſemper futurum, ſed neque nunc ſemper idem eſt. Quod autem indiuiſile ſit, ex eo patet quod terminus eſt præteriti, & initiũ futuri. Sed indiuidua ſunt terminus & principium. ſed hoc quidem ut conceſſum accepit, quando dixit non eſſe continuũ ex impertibilibus. Sed nunc demonſtrauit, non quod utrũque ſit indiuiſile & principiũ & terminus, ſed quod ambo ſunt unum & idē, & ſic unum uelut indiuiſile. Nam unum aliquid etiã dies eſt, ſed non uelut indiuiſile, ſed nunc hæc ambo unũ et idem inuēta ſunt ſecundũ ſubiectum, & ſic unum uelut indiuiſibia.

Quod autem nihil in ipſo nunc mouetur, ex his manifeſtum eſt. Si enim eſt, contingit & velocius moueri in ipſo & tardius. Sit igitur ipſum nunc, in quo N. moueatur autem in ipſo id quod velocius eſt per lineam A B. ergo quod tardius eſt in eodem per minorem ea quæ eſt A B, mouebitur, vt per A C. Quoniam autem tardius in toto ipſo nunc motum eſt per A C, velocius in minori, quam hoc mouebitur. quare diuidetur, ipſum nunc. ſed erat indiuiſibile. Non ergo eſt moueri, in ipſo nunc. At vero, neque quieſcere.

Tex. 30. Quieſcere enim dicebamus id, quod aptum eſt natura moueri, & non mouetur quando aptũ natura eſt, & vbi, & quo pacto. Quare quoniam in ipſo nunc nihil aptum eſt natura moueri, manifeſtum eſt, quod neque quieſcere.

Com. 20. Cum demonſtrarit quo unũ & idem eſt & indiuiſile, uelut principium ſimul & terminus acceptum, amplius aliquod magis præter opinionem adducit. nihil uidelicet in eodem quieſcere & moueri. Et hoc oſtendit pluribus argumentis, quorũ primum tale eſt, Si mouetur aliquid in ipſo nunc, erit ipſum nunc diuiſibile, ſed hoc fieri nequit. Nam oſtenſum eſt quod eſt indiuiſibile, igitur non mouetur aliquid in ipſo nunc. Et aſſumptum eſt perſpicuum, quod nequit eſſe nunc indiuiſile. Et connexum oſtendit prius aſſumens iam conceſſum, quod in quo poteſt aliquid moueri ſegnius, in eodem poteſt etiam celerius moueri quibus oſtēdit expoſitione quod ſi moueretur aliquid in ipſo nunc, neceſſe eſt diuidi ipſm nunc. Eſto enim ipſum nũc in quo n/dicitur aliquid moueri, & quod celerius mouetˀ in ipſo n/pertrāſeat a/b/igitur quod ſegnius mouetur in eodem n/ minus quam ſit a/b/pertranſibit, ut a/g/cum ergo id quod ſegnius mouetur in ipſo n/a/g/pertranſiuerit, quod celerius mouetur in minori quã ſit n/pertranſibit a/g. Diuidetur igiˀ n, ſed oſtenſum eſt quod eſt indiuiſile. Cæterum oſtēdit, quod neq; quieſcit aliquid in ipſo nunc eodē modo. demonſtrationis utēs breuiter. Si enim non mouetur aliquid in ipſo nunc neq; quieſcit, ſed ut oſtenſum eſt, non mouetur aliquid in ipſo nunc igiˀ neque quieſcit, & rurſus aſſumptio eſt manifeſta, ut proxime oſtenſa eſt. Sed connexum demonſtrat ex definitione quieſcere. Nam quieſcere dicimus non omne immutabile, ſed quod eſt aptum moueri, ſed tum non mouetur quando aptum eſt moueri ideo nuper genitus catulus non dicitur quieſcere à uiſione, quia non eſt aptus moueri ſecundum illam, & cuius gratia eſſet aptum. Non enim dicimus collocata in terra quieſcere, & uelut apta nata. Non.n. quieſcunt nocturna cum non ambulent. Sic enim definitũ eſt quieſcere. Si ergo in ipſo nunc nihil eſt aptum moueri, patet quod neq; quieſcere.

Amplius ſi idem nunc in vtriſq; temporibus eſt, contingit autem in hoc quidem moueri, in illo autem quieſcere toto, id autē quod in toto mouetur tēpore, in quouis mouebitur eorum quæ huius ſunt ſecundum quod aptum eſt natura moueri, & quieſcēs ſimiliter quieſcet, accidet idem ſimul quieſcere & moueri. idem enim vltimum temporum vtrorũq;, ipſum nunc eſt. Tex. 31.

Secundum argumentum oſtendit quod in ipſo ꝓprie nunc neq; moueri aliquid poteſt, neq; quieſcere. Oſtendit autem & hoc ſecũdo ſyllogiſmorum hypotheticorum modo ad id qđ fieri nequit deducens, uidelicet qđ idē ſimul moueretˀ et quieſceret. Accipiens enim prius oſtēſum quod nunc unum & idē numero cum ſit, terminus eſt præteriti, & principium futuri, dicit quod ſi ſumptum fuerit aliquid quod præterito tempore toto moueatur, & in quocunq; eius quod mouetur erit ex illis quæ ſunt apta moueri. Si ergo & in termino ipſius quod eſt nunc natum eſt moueri ut ſtatuit ratio, patet quod etiam in eodem mouebitur, porro ſi ſumptum fuerit idem toto futuro tēpore quieſcere. Nam hoc poteſt poni & in quocunq; quieſcet ipſorum in quo natũ eſt quieſcere. Si ergo natum eſt in eodē nunc ſecundum principium tēporis futuri quieſcere, etiam in eodem quieſcet qđ in toto tempore futuro erat quieſcens, igiˀ in eodem quod terminus eſt præteriti, & principium futuri aliquid mouebitur ſimul & quieſcet ſecũdũ idem. Nam indiuiſile eſt ipſm nunc, idcirco nō in hoc eius mouebiˀ et in hoc quieſcet. Cæterum adiecit hoc quod eſt aptum moueri. quia in partibus temporis apta ſunt ea quæ mouentur cieri. Sed in rebus non apta ſunt. Attamen ſiquis poneret & in his moueri abſurdum quod oſtenſum eſt ſequetur. Com. 21.

Amplius autem, quieſcere quidē dicimus id, quod ſimiliter ſe habet & ipſum & partes, nunc & prius. in ipſo autem nunc, non eſt prius, quare neque quieſcere. Neceſſe eſt ergo, & moueri id quod mouetur, in tempore, & quieſcere id quod quieſcit. Tex. 32.

Tertium concludit quod in eodem nunc non eſt quieſcere. Sed ſyllogiſmus erit in ſecũda figura categoricus talis. Quieſcere eſt idem ſe habere nunc ut prius. Sed in eodem nunc indiuiduo exiſtēti non eſt nunc idem & prius, igitur in eodem nũc non eſt quieſcere. Sed cum demonſtrauerit ſic palam propoſitum merito ſubiunxit, quod neceſſe eſt, ut quod mouetur, moueatur in tempore & quieſcēs quieſcere, ſiquidem in eodē nunc neq; quieſcere neq; moueri poſſit. Com. 22.

Quod autē mutatur, omne; diuiſibile eſſe neceſſe eſt. Quoniam enim ex quodam in quoddā omnis mutatio eſt, & cum quidem eſt in hoc in quod mutatũ eſt, non amplius mutatur. cum autem eſt in eo ex quo mutatur, & ipſum, & partes non mutantur. quod enim ſimiliter ſe habet,

& ipſum, & partes, id non mutatur. neceſſe eſt igitur, hoc quidem aliquid eius quod mutatur, in hoc eſſe, aliud uero in altero. Neque enim in utriſque, neque in neutro totum eſſe poſsibile eſt. dico autem in quod mutatur primum ſecundum mutationem, ut ex albo fuſcum, non nigrum. non enim neceſſe eſt id quod mutatur, in utrouis eſſe extremorum. Manifeſtum igitur eſt, quod omne id quod mutatur, erit diuiſibile.

Com. 23. Cum prius oſtendiſſet quod etiam magnitudo in qua motus d uiſilis ſit in ſemper diuiſibia, & idem motus & tẽpus: nũc oſtendit qđ etiam id quod mouetur idipſum, non põt eſſe ſine magnitudine, & ſine diuiſione, & hæc dictis prius conſequenter annectit. Cum. n. demonſtraſſet, quod in ipſo nunc impertibili tẽporis, nihil mouetur neq; quieſcit. Et in tempore diuiſibili & mouẽtur quæ cientur, & quieſcũt quieſcentia nunc oſtẽdit quod non ſolum tẽpus in quo motus diuiduus ſit, ſed etiã quod mouetur & motus, & moueri ac magnitudo ſupra quã fit motus, quę ſimiliter ſe habẽt ꝓpterea quod uno diuiſo, & alia diuidẽtur. Sed nunc tãdem oſtẽdit quod mouetur diuiſile eſſe, prius ſumens uelut conceſſum, quod oĩs mutatio ex aliquo in aliquid eſt, et uelut in diuiſione tali rõne faciens dicit, quoniam quod mutaẽ ex aliquo in aliquid mutatur neceſſe eſt dum mutatur, aut in illo adhuc eſſe ex quo mutatur idem et partes eius eſſe, uel in quod mutatur, uel in ambobus, uel in neutro idem rurſus & partes eius, uel etiam aliquid eius in illo ex quo mutatur, & aliquid in illo ad quod mutatur. Et præter hæc membra non uidetur al quid al ud membtum & ſectum diuiſionis. Si ergo oſtenſum fuerit, quod nullum aliud ſectionis ſectum ualeat, & illud uerum eſſe quod dicit partim eſſe quod mouetur in illo à quo, & partim in illo ad quod mutatur, patet etiam quod illud quod mouetur erit diuiſile. Quod ergo non muteтur quando eſt in illo à quo patet. Nam tum quieſcit & nondum mutatur. Item neque quando in illo in quod mutatur. Nam tum erit mutatum, & non mutatum, ſed neque idem põt eſſe in ambobus in eo uidelicet ex quo mutatur, & in eo ad quod mutatur. Idem enim eſſet à ſeipſo ſeparatum & ſimul mutatum erit abſque mutatione, ſed neque ſic ſe habet, ut in neutro ſit neque idem neque partes eius. Sed in neutro ſic dicitur, ut neque in ipſo intermedio ut erit manifeſtum & hoc eſt inter cætera magis eſt, id quod fieri nequit. igitur reſtat, ut llius quod mutatur aliquid ſit in illo ex quo mutatur, & aliud in illo ad quod mutatur. Si autem hoc diuiduum erit, non quia quando ab albo in nigrum mutaretur, aliud in albo erit, & aliud in nigro. Nam neceſſe eſt primum ut ſit in fuſco idcirco adiecit. { Dico autem in quod mutatur primum ſecundum mutationem, ut ex albo in fuſcum non nigrum, } ideo non neceſſe eſt quod mutatur eſſe uel in eo ex quo mutatur, uel in eo ad quod, ſed in primo ſecundum mutationem. Primum autem intermedium inter id in quod uelut in finem & nigrum quod eſt fuſcum. Nam ob id in nigrum proficiſcitur ex albo, quare quando dicebat non poteſt eſſe in eo ad quod mutatur, intelligendum eſt non in quo primum mutatur, ſed ad quod feſtinat uelut in finem. Similiter quoque quando dicebat, { Neque in neutro, } ſignificat non uelut in ipſo intermedio eius quod poteſt eſſe, ſed periode ac dixerit, neque in albo, neque in nigro, neque in aliquo intermedio. Manifeſtum igitur inquit quod omne quod mutatur erit diuiſile, ſed partium nulla per ſe mutatur, ſed quæcunque horum mutantur per accidens mutantur. Nam corpore moto mouentur etiam ea quæ ſunt in ipſo, ut planum, linea punctum. Ex hoc autem argumento ſolui poteſt illa ratio quæ tollebat motum, quia oportebat id quod mouetur aut eſſe in eo ex quo motus eſt, aut in eo ad quod equidem neutrum poteſt eſſe. Neque enim in eo ex quo exiſtens quia nondum mouetur, neque in eo in quod exiſtens, quia tum motum eſt, & non mouetur, ſed quieſcit. Nam oſtenſum eſt quod totum in neutro eſt, ſed aliquid partim eius in hoc, & partim in illo. Proinde in his Alexander omnia trahens ad propriam poſitionem de animo quæ dicit animam ſeparatam à corpore eſſe. Et ex his nunc dictis, inquit, manifeſtum eſt hoc ſi quidem anima ſit incorporea & impertilis. Et quod impertile eſt non mouetur, ſi neceſſe eſt ut aliquid eius quod mouetur, ſit in eo ex quo mouetur, & aliud in quod mouetur. Sed quod non mouetur non ſeparatur. Hoc autem abſurdum nonnulli fugientes, inquit, circumponunt ipſi animæ corpus quoddam ut uehiculum, & eos latet ob hoc, uel corpus per corpus meare dicentes, ſi quidem anima in totum extenditur diſperciturque corpus quando cum corpore fuerit, uel etiam ſeparantes ipſam ab eodem & dicentes per ſe illam moueri ad illam corporis coniunctionem. Sed dicendum exiſtimo quod mouetur anima cum ſit impertilis quia non corporeo mouetur motu. Verumtamen mouetur quia uult & intelligit & iudicat ac contemplatur, qui ſunt proprij motus animi. Sed opinor poterit etiam aſſignata deſcripiio motus etiam motibus animæ congruere aut cunctis, aut plurimis habentibus aliquid poteſtate dum mouetur. Quod ſi & non competit, ſed ſeparata eſt ſecundum aliquam aliam ſpeciem motus ipſos oportet determinare. Hæc quoque ſociorum Ariſtotelis Coriphæi Theophraſti placita ſunt: qui primo naturalium dicit appetitur ardoremque animi & cupidinem corporeos motus eſſe, & ab hoc trahet originem, quæcunque uero iudicia & ſpeculationes non ſunt reducenda ad alterum; ſed in ipſa anima ſunt actus & perfectio, porro ſi mens eſt aliqua pars melior & diuinior eſt, quandoquidem extrinſecus adueniens & undique perfecta ſit. Et his annectit. Pro his igitur conſiderandum eſt ſi habent aliquam diſtinctionem à diffinitione iam tradita motus, quandoquidem & hos motus eſſe conceſſum ſit. Et Straton Lampſacenus qui fuit auditor, Theophraſti & inter optimos Peripateticos numeratur, animam fatetur non ſolum irrationalem moueri, ſed etiam rationalem: quippe qui dicat motus eſſe animæ actiones. Dicit ergo de motu præter multa alia & hæc. Semper enim intelligens mouetur, ut etiam qui uidet audit, olfacit. Nam intellectio eſt actio quædam intellectus, ut etiam uiſio ipſius aſpectus. Et ante hunc contextum ſcripſit. Quod igitur ſine plurimæ motuum cauſæ, quas animus mouet per ſe intelligens & quibus à ſenſilibus prius mouebatur, perſpicuum eſt. Quæcunque enim non prius uiderint. hæc non poſſunt intelligere: ut locos uel portus, uel ſcripturas, uel ſtatuas, uel homines, uel aliquid huiuſmodi aliorum. Sed quod animus moueatur ſecundum optimos Peripateticos, & ſi non corporeo motu, patet ex his. Sed Ariſtoteles quoque ultimo libro huius tractationis inquit. Phantaſia enim & opinio uidentur quidam motus eſſe. Cæterum ad rationem de uehiculo dicendum quod non ea de cauſa quia anima ſeparatur à corpore dicimus illud uehiculum ſeparari. Etenim cum ſit in ipſo, ſeparata eſt, ſecundum ſubſtantiam ſuam. Si enim actiones habet ſeparabiles ab ipſo, multo magis etiam habet ſubſtantiam ſeparabilem, ut Ariſtoteles io libris de anima ordinauit. Haud tamen anima dicitur eſſe in corpore, uelut in loco, utque in uaſe, ſed habitudine quadam, quare ut ſeparetur non eget alio tempore quod ad locum moueatur. Sat enim eſt non habilitas & ineptitudo corporis, quo non ſuſcipiat ſplendorem animæ, & hoc eſt ſeparari animam, ſed illud uehiculum oſtenſum eſt ſeiungi ab anima, propterea quod cum ſit bene ornata, & in differentibus partibus mundi exiſtens, adminiſtrat eas, & omnino habet uehiculum proprium illi parti animatum ab ipſa in quo illa quaſi reipublicæ miniſter exiſtens, regit, & gubernat, quando ergo aerem adminiſtrat quaſi ſuam rempublicam quandam, quod eſt exiens ab ipſa eſt productiuum ſpiritus & uenti, ut hic hoc oſtreum.

oſtreum. Quod ſi hęc eſt cauſa differentium uehiculorũm, nõ eſt forte neceſſe cum fuerit in hoc habere etiam uim flandi, q̃d ſi habet non eſt neceſſariũ ut in hoc ſit illud ut corpus per corpus trãſeat. Verum neque hoc exiſtimo abſurdum, ſiquidem ſuperiora, & ſubtiliora, & non ſimilia natura per craſſiora & materiata magis penetrent. Etenim lumen ſolis ſecundum eos qui affirmant illud eſſe corpus totum aerem penetrare dicitur. Item ſphæræ cœleſtes cum ſint perfectæ & non ſolum abſidæ ſi quidem fuerint continuę uſque ad centrum, conſequenter per tota & uniuerſa proficiſcuntur, & penetrant. Hæc igitur ut etiam Alexander dixit cum ſint extrinſeca talis ſit apud me ſententia. Sed nonnulli dubitãt pulchre contra id quod dicitur ab Ariſtotele, quod id quod mouetur partim eſt in eo ex quo mouet̃, & partim uel in eo ad quod uel in medio. Si enim hoc uerum eſt, quomõ primo huius tractationis cum accuſaret Meliſſum qui dicebat principium alterationis, ſubiunxit. { Perinde ac nõ ſit, } ſubita mutatio. Nam hoc dicit, quia poteſt aliquod totum ſimul & ſubito alterari & non ſucceſſione quadam partium: Etenim lac condenſatum, & aqua atque aliquid calefactum, ſimul totum uidetur mutari alteratum & nõ ſucceſſione partium. Quod ſi ita ſit alteratio atque corpus motum fuerit, non eſt neceſſe, ut eius quod mutatur aliquid ſit in illo ex quo mutatio eſt, & aliquid in illo ad quod primum mutatur. Quod enim ſimul mutatum totum in altero eſt ad quod mutatum eſt. Cum ergo talis ſit dubitatio Alexander inquit hanc dubitationẽ non occurrere contra hoc dictum, quia oĩs ſermo eſt de illo quod mutatur, quod quidem nondum mutatum eſt, ſed adhuc mutatur in quo omnino neceſſe eſt, ut aliquid eius ſit in eo ex quo eſt, & aliud in eo in quo primum mutatur. Vnde ſi dubitatio ualet, potius erit contra hoc quod non omne mutatum, quod mutatione mutatum eſt non prius mutando ſe eſſet mutatum. Dubitatio ergo tendit non contra id quod mutatur, ſed contra id quod mutatum eſt, an poſſit aliquid eſſe mutatum quod prius non mutaretur. Etenim Ariſtoteles in prædictis uelut ad abſurdum hanc rationem deduxit, quando dixit. { Quare erit aliquid tranſiſſe nunquã tranſiens hoc. } Sed quidam aiunt per hanc dubitationem demonſtrare ipſum nunc, de ipſo quod mouetur ſecundum locum. Nam de hoc recte uidetur ualere quod eius quod mouetur partim debet eſſe in eo ex quo, & partim in eo ad quod primum mutatio. Et hoc perſuadent ex hoc, quia accipit id quod mouetur ſupra magnitudinem. Hoc enim localiter mouetur. Sed quidã aiunt ipſm demrãre de oĩ qđ mouet̃, & non ſolũ de eo q̃d mouetur, ſed de oĩ eo qđ mutat̃. Dicit.n. { oẽ quod mutat̃ diuiſibile eſſe neceſſe eſt, } non ergo eſt ſolum ratio de illo quod mouetur ſecundum locum. Item id quo oſtendit quod mutat̃ eſſe diuiſile, non ſolum competit his quæ mouentur ſecũdum locum, ſed æque omnibus quæ mutantur. Omnis enim mutatio eſt ex aliquo in aliquid, ut etiam ipſe dixit, ſi ergo ob id q̃a ex aliquo in aliquid ſit mutatio, ob id quod mutat̃ diuiſile eſt, & illud ex aliquo in aliquid non ſolum habent ea quæ mouentur ſecundum locum, ſed ſimul omnia quæ mutantur, aut omnia ſimiliter erunt diuidua quæ mutantur ex aliquo in aliquid mota aut nullum. Quod uero non de ſolis quæ mouentur localiter, ſed de omnibus ſermo eſt ipſi, indicauit exemplo quod appoſuit. Nam fuſcum, & album, ac nigrum ſumpſit, quibus alteratio & non motus localis ſit. Sed aſpiciens primo huius tractatus ad alterationem dixit hoc, { Perinde ac ſubita non fiat mutatio. } Verum potuit albo, fuſco, nigro uti nunc exẽpli loco & non dicere de alteratione, ſed hoc demõſtrare quid eſt id deinceps in quod mutatio ſit. Verũtamen in ſequẽtibus de omnibus quæ dicentur, utitur hoc quod diuidua ſint tanquã uniuerſe oſtenſo. Sed in calce libri etiam de his quæ mutantur ſecundum contradictionẽ quæ oriuntur & intereunt, dicit qđ pars eſt etiam horum in utraque contradictionis parte, quaſi prius demõſtrarit quod non ſolum quod mouetur eſt diuiſile, ſed etiam oẽ quod mutatur. Sed ſciendum eſt quod in his quæ mouentur ſecũdum locũ neceſſe eſt, ut aliquid ſit in eo ex quo mouentur, & aliquid in eo ad quod. Sic enim in his eſt illud à quo & unde. Sed in alteratione, auctione, & diminutione non eſt neceſſe ut ſic ſit, ſed poteſt in his, & alteratio ſubita fieri & accretio. Nam cuicũq; parti eius quod adoleſcit additio ſimul fieri uidetur. Similiter & diminutio ſimul ſit. Sed inquit Alexãder quod fieret, motus etiam in his quę mutantur ſubito, quia omnino eſt, in his etiam aliquod intermedium, ſecundum qđ mutatio ſit, & non poteſt quod mutatur ſecũdum hęc, ex hoc, in hoc mutari, niſi per intermedium. Nam magnitudo ad quã mutatur quod adoleſcit, & omne quod addit̃ alicui, ut augeatur diuiduum eſt, ſimiliter quod aufertur, & diſcedit, ut diminuatur. Item inter qualitates ad quas mutatio ſecundum alterationem ſit, quod intermedium eſt, per quod mutatur alteratum ad tale, & ſi totum ſimul mutetur. Nam ad quod mutaretur, aliquid illius erit primum, quod intermedium eſt, inter id ex quo mutatur, & id in quod mutatur. Iccirco & omnis motus in tempore. Oportet autem inquit Alexander, de hoc ultra etiam quærere. Nam paulopoſt oſtendens, quod diuidua eſt etiam qualitas ſecundum quam alteratio ſit, dicit quod per accidens. Niſi forte melius, inquit, intelligendum ſit hoc, { Perinde ac non ſubita fiat mutatio, } tãquam id non de toto, qđ mouetur dictum ſit, ſed uelut de parte quæ ſimul tota mutatur, ſed minime de toto. Nam pars lactis cõdenſata tota ſimul mutatur, ſed non totum, cuius ſignum eſt, non æque fieri coagelationem, in minori, ut in maiori copia lactis. Nã in quocunque ocius mutatur id quod eſt, magis aptum ad patiendum, uel natura, uel quia proximius eſt agẽti. Item pars illius, quod accenditur à Sole ſimul mutat̃. Nam mutata ob Solem ſuperficies prima eſt, tamen non erat ipſa mota, tamen erat eadem. Sed quod augetur, ſi etiam omne totumque augeatur, tamen non ſimul. Partes enim aliæ ſunt alijs proximiores ei quod administrat nutrimentum eis, & præbet incrementum. Hæc ergo Alexander, ad hunc locum collegit. Sed Themiſtius Euphrades, non aſſentitur Alexandro, quantum ad illud quod ait, de his quæ ſubito mutantur, uelut in coagulatione lactis, & corpore quod album ſit, ubi aſſerit prius unam partem mutari, & aliam poſterius. Inquit enim ſenſu fieri manifeſtũ, quod ſiunt corporum mutationes, & alterationes. Niſi ſenſus non teſtis ſecurus ſit in his, quippe partes lactis & corporis nigri facti, cum exiguæ ſint lateant ſeorſum, an ſimul cum reliquis alterentur. Sed magis dicendum eſt, quod ſi magis omnino aliqua pars, & exigua, quod illa ſimul alteratur, quod quidem Alexãder dat. Et quoniam etiam illa diuidua eſt, ſi tota ſimul alteratur, non erit uerum. quod nunc dicitur ab Ariſtotele, omne uidelicet quod mutatur alteram ſui partem habere, in eo ex quo mutatur, & aliud in eo ad quod mutatur. Quod ſi pars, non ſimul tota alteratur, euertit hoc in primo libro, dictum Ariſtotelis contra Meliſſum, uidelicet { Perinde ac non ſimul fiat mutatio, } quare manet adhuc dubitatio. Verũtamen quæ inquit Themiſtius pro ſubſidio rõnis hæc ſunt. At nos exiſtimamus Ariſtotelem, de his quæ mutantur ſubito quod diuidua ſint putaſſe, non oportere rationem adducere. Si enim illa dicimus ſimul repenteque mutari, quorum omnes partes ſimul uno tẽpore alterantur, augent̃. Patet quod in his quæ poſſident partes eſt talis mutatio, quæ uero nullam poſſident partem, quomodo ſimul ſecundum uniuerſas partes alterarentur. Vel ergo hoc non eſt, mutari repente ſimul mutari ſecũdum omnes partes, uel ſi hoc eſt repente, ridiculum eſt quærere ſi hæc ſint diuidua. Quocirca Ariſto. nullo pacto de his rationem fecit, ſed de his quæ alijs modis mutantur.

Motus autẽ eſt diuiſibilis, dupliciter. vno quidem modo, tempore, alio vero ſecundum motus partium eius quod mouetur. Vt ſi ipm A C mouetur totum, & A B mouebitur, & B C. Sit igitur ipſius quidẽ A B, motus D E, ipſius autẽ B C, E F motus partium. neceſſe eſt igitur totum in quo D Tex. 11.

F, ipſius A C eſſe motum, mouebitur enim ſecũdum hunc, quippe cum vtraque partium moueatur ſecundum vtrũq;. Nihil enim, mouetur ſecũdum alterius motum. Quare totus motus, totius eſt magnitudinis motus.

Com. 24. Cum oſtenderit omne quod mouetur eſſe diuiduum, nunc oſtendit, quod etiam motus diuiduus eſt, & dupliciter erit diuiduus. Vno quidem modo ſecundum tẽpus, quia omnis motus eſt in tempore, & omne tempus eſt diuiſibile, & oſtenſum eſt quod in minori tempore minus mouet quod ſimiliter mouetur, & in maiori maius. Sed quod habet plus & minus diuiſibile eſt ſecundum tempus. Etenim tempus plus & minus habet propter quod eſt diuiſibile. Sed de diuiſione motus ſecundum tempus, iam plura retulit, & paulopoſt iterum repetet. Cæterum cum proxime oſtendiſſet, id quod mouetur diuiſibile eſſe, deinceps nunc oſtendit alterum modum diuiſionis, ſecundum motum qui fit, ſecũdum diuiſionem eius quod mouetur. Nam cum id quod moueat, ſit diuiſibile, & habeat ſpatium aliquod & longitudinem, neceſſe enim eſt, ut motus eius ſit, in toto ſpatio ipſius quod mouetur, & idem habere ſpatium quod habet id quod mouetur. Si ergo æqua ſit diſtantia motus, cum illa diſtantia eius quod mouetur, quę ſit diuiſibilis in partes, diuideretur etiam motus eodem motus ſecundũ partes eius quod mouetur. Vnde ratio uniuerſa huiuſmodi eſt. Si idem motus eſt uniuerſi, qui quidem eſt etiam ex partibus conſtitutus eſt, diuideretur motus ſecundum magnitudinem quæ mouetur, & cum connexum manifeſtum ſit, ſi antecedens uerum fuerit, etiam conſequens uerum erit. Quod autem antecedens uerum ſit, oſtẽdit expoſitione huiuſmodi. Sit magnitudo quæ mouetur a/g/ & partes eius a/b/b/g/. Sit eius a/b/motus d/e/& ipſius b/g/e/z/cum enim totũ mouetur neceſſe eſt etiã, ut partes moueantur, dico ergo quod magnitudinis uniuerſæ a/g/totus motus erit d/z. Hoc autẽ pluribus oſtendit, quo oſtẽſo, patet quod diuideretur motus ſecundũ magnitudinem. Sed idem demonſtrat ſecundum primum argumentũ, accipiendo ut aliquid manifeſtum, quod nullum motum mouet alterius motu. Hoc autem clarum eſt his qui conſiderare ſpecies motuum, & partes uoluerint. Quod enim mouetur ſecũdum locum non alteratur, neque id quod mouetur motu a/b/cietur motu ipſius b/g, ſed ſuo utrũque, ſi ergo a/g/totum mouetur, patet quod ſecundum ſuas partes moueatur, ut a/b/& b/g, ſic enim totum mouetur, et erit ipſius a/b/motus d/e/& motus b/g/erit e/z/qui ſunt partes, & hoc uniuerſi motus d/z. Nam & ſi non per ſe mouerentur partes continui. motu uniuerſi, tamẽ cum ipſo uniuerſo mouentur. Nam ob id & motus diuiduus eſt, ſed non diuiſus. Diuiſus enim eſſet, ſi unaquæque pars uniuerſi per ſe moueretur. Si ergo motus d/e/ipſius a/b/& motus e/z/ipſius b/g/patet quod & uniuerſum motum d/z/neceſſe eſt, & uniuerſi a/g/eſſe. Nam alterius non poteſt eſſe, ob id qđ uniuerſe ponitur, uidelicet quod nihil mouetur motu alterius. Hoc enim poſito neque totus motus d/z/erit alicuius magnitudinis partis, neque alterius præter partes. Sic ergo uno modo oſtenſum eſt ꝓpoſitum. Erat autem hoc, quod motus partibus totus compoſitus, erit motus ex partibus uniuerſæ magnitudinis, igitur & conuertens erit uerum, quod ſi uniuerſæ eſt uniuerſus, & partium erunt partes, ex quo proficiſcitur neceſſario motum diuidi ſecundum magnitudinem quæ mouetur. Sed cur non accipiendo aliquem motum d/z/magnitudinis a/g/ſic ipſius a/b/oſtendendo d/e/motum eſſe, & b/g/motum e/z/concluſit quod ſecundum magnitudinem diuiditur motus. Niſi quis hoc eſſet ſumere quod eſt in principio, & nõ per altera oſtendere propoſitum. Item ſi uniuerſi a/g/uniuerſus motus d/z/ſumptus eſſet à principio, non omnino, ſequetur ut etiam ꝑtes ſint partiũ. Cur quia poſſet motus eſſe indiuiſibilis, ſed ſi ꝑtes fuerint partiũ neceſſe eſt etiam, ut totus ſit totius. Nam totum poteſt diuiduũ eſſe atq; indiuiduum.

Amplius autem, ſi omnis quidem motus alicuius eſt, totus autem motus in quo D F, neque partium eſt alterius (partis enim vterq; eſt, neque vllius alius. cuius enim totus, totius, & partes partium ſunt. partes autem motus D F, ſunt partium A B C, & non aliarum. plurium enim, non eſt vnus motus) & totus vtique erit magnitudinis A B C. Tex. 14.

Com. 25. Hoc eſt ſecundum argumentum, oſtẽdens quod totus motus d/e/z/eſt totius magnitudinis a/b/g. Sed oſtenditur hoc ex prius accepto, uidelicet quod d/e/eſt motus magnitudinis a/b/& motus e/z/ipſius b/g/& ex effato, quod dicit omnem motũ eſſe alicuius quod mouetur. Sed demonſtratio ex quadam diuiſione talis procedit. Motus totus d/z/aut utriuſq; partis a/g magnitudinis eſt, aut ipſius a/g/totius, uel alicuius alterius ab illis, & eſt ſufficiens diuiſio. Si ergo neque neutrius partis eſt totus, & neq; alterius cuiuſdam erit motus d/z. Si enim eſſet alicuius alterius totus, & partes eiuſdem erunt partium illius. Non enim indiuiſibile exiſtens mouebatur. Hoc autem uelut manifeſtum accipit, & ut iam oſtenſum ab ipſo in argumento ante hoc, ſed ꝑtes ipſius d/z/& partes ipſius e/z/ ſunt partium a/g/uidelicet a/b/& b/g/& non poſſunt hę partes motus & aliarum partiũ eſſe. Non.n. unus & idem põt eſſe pluriũ numero, igiť reſtat ut totus motus d/z/ſit totius magnitudinis a/g.

Amplius autem ſi eſt quidem totius motus alius vt in quo H I, remouebuntur ab eo vtrarumque partium motus. hi autem, æquales erunt motibus D E, E F. vnus enim, vnius eſt motus. Quare ſi totus quidem diuidetur, qui eſt H I, in partium motus, æqualis erit H I, motui D F. Si vero ſupereſt aliquid, vt K I, hic nullius erit motus, neque enim totius, neque partium: propterea quod vnius vnus eſt, neque alterius vllius. continuus enim motus, eſt cõtinuorum quorũdam. Similiter autem eſt, & ſi excedit ſecundum diuiſionem. Quare ſi hoc impoſſibile eſt, neceſſe eſt eundem eſſe & æqualem. Hæc igitur diuiſio, ſecundum partium motus eſt, & neceſſe eſt cuiuſuis partibilis, ipſam eſſe. Tex. 15.

Com. 26. Cum oſtendiſſet totum motũ d/z/eſſe uniuerſæ magnitudinis a/g qa non poteſt eſſe alicuius alterius magnitudinis, nũc oſtendit idem quia non poteſt quidam alius motus eſſe ipſius magnitudinis ꝑter d/z. Si enim poteſt eſſe. Sit a/g/magnitudinis uniuerſæ quidam alius th/i/ab ipſo d/z/ꝑtes porro th/i/erit partium ipſius a/g/& ſi ꝑtes th/i/motus uelut th/k/& k/i/ęquales ſint partibus d/z/motus ceu partibus d/e, e/z/etiã neceſſe eſt, ut totus th/i/ſit ęqualis toti d/z/& idem. Nam uniuſcuiuſq; motus eſt unus, & non poſſunt alij quidã motus partium eſſe ipſius a/g/cum his e/z/neq; motus uniuerſi cum motu d/z, ſed ſi th/i/motus diuiſus eſſet in ꝑtes motus idem erit motui d/z. Nam in partes illius diuidť. Verum ipſe, loco huius idem erit huic d/z/ſiquidẽ in illius partes diuidiť, dixit, æqualis erit th/i/motui d/z. Quod ſi auferãtur æqualia à motu th/i/uidelicet d/e/et e/z/ſupererit aliq̃ alia pars, ut k/i/q̃ eſt pars motus th/i/nullius erit motus a/g. Nam neq; totius. Totus enim th/i/erat totius, neq; alicuius ꝑtis eiuſdem, neq; habet aliquã aliam partẽ præter a/b/b/g/quarum erat motus th/i/in duas diuiſus æquales his d/e/e/z. Sed cum dixerit neq; alterius partis hoc quidẽ adijcere ꝓpterea, quod nullã aliam partẽ habet, ꝑtermiſit: uelut manifeſtam. Quod uero nullius ſit eorum in quę diuiditur, demonſtrauit, dicendo quod unus eſt unius. Non enim poteſt eadem pars ſimul alicuius partium d/e/e/z/& uniuerſi, ſed ne-

que

que extrinſecus alicuius alterius erit, cuius cām adiecit. { Continuus enim motus } th/i. Sed continuus eſt alicuius continui & unius, et nulla eſt alia pars in ipſo a/g/præter hanc a/b/b/g/ continuam eidem. Quod enim extrinſecus acceptū eſt, & non eſt pars ipſius a/g/nō eſt, eſt continuū ipſi. Eadem quoq; ratio, & ſi motus partium eius quod mouetur excederēt diuiſionem motus th/i/ut ſint alij motus partium a/g/ uidelicet a/b, b/g/ & alij e/z/maioris motus partium th/i/quem efficit a/g/dum mouetur. Cuius enim eſſet exceſſus? Neq; enim totius, quippe huius ſit totus, neque alicuius partium, quia ſunt diuerſi ab ipſo exceſſu. Si ergo neceſſe eſt alicuius eſſe totum motum, deficiētis autem uel excedentis, neq; deficiens, neq; excedens alicuius erit, unde patet quod neq; deficit, neq; excedit, ſed completur & æqualis eſt toti motui ex partibus. Quod ſi idem æqualis. Etenim omnes partes ſunt eędem uniuerſo. Sic ergo cum oſtēdiſſet quod motus diuiſio ſit, ſecūdum eius magnitudinis quæ mouetur diuiſionem, ſiquidē & totus totius ſit magnitudinis, & partes partium ſint, concludūtur dicta. Sed dixit omnis partibilis, uel pro hoc eius quod mouetur. Nam oſtēdit qđ omne quod mouetur partibile eſt, uel dixit pro eo quod mouetur in ſingulis partibus, quia ſi omnium partium eius quod mouetur eſt motus, etiam diuideretur ſecundum partes eius quod mouetur, Eudemus autē & ſic demonſtrauit propoſitum. Si enim eſt uniuerſi motus, eſt etiam uniuſcuiuſq; partium, ſed hi ſunt diuerſi & pars à ſuo toto, partes quidem erunt totius ipſi motus & totidem quot erunt eius quod mouetˉ, quia te partes eius quod mouetur adæquantur toti, & motus ipſius quod mouentur, erunt æquales. Et dubitationem quandam uideri circa dicta inquit Eudemus, quomō dicendę ſint partes moueri. Non enim ſunt actu. Vel omnes erunt diuiſiles multæ & infinitę & nulla erit una, porro ſi oportet intelligere partes, de alteratione aliquomō apparet dictum contingere. Nam albeſit unumquodque aliorum oſſeum, & horum propriæ uidentur alterationes numero. Poteſt enim aliud albefieri, & aliud non. Sed ſpecie ſint eædem, ſit ergo, & harum oīum motus idem motui totius. Quid intereſt, ſi dicamus motum uniuſcuiuſq; ſigillatim, uel omnium ſimul, ſed in his quæ feruntur quomodo dicemus unamquāque, nam unaquæque partium æquali motu defertur, & prima ſumpta, & ultima, & quælibet, ſed tamen ſunt infinitæ. Vtrum ergo uniuerſi motum unius ſtadij dicere poſſumus, uel plurium ſtadiorum? Nam ipſum totum erit infinita ſtadia, ſic tamen per tranſitū. Et accretio uidetur alterationi cognatior, quare horum motus, ſecūdum motus partiū, aliquomodo ſimul partiuntur. Sed de motu ſecundum locum conſiderandum eſt. Hæc igitur ſuis uerbis Eudemus dubitat. Sed dicēdum exiſtimo ad hæc id quod paulo ante dictum eſt, quod & ſi non per ſe partes continui mouerentur ſecūdum locum, tamen in toto mouētur, & ob id etiam motus & magnitudo ſunt diuiſibiles, ſed non diuiſæ dicuntur. Nam eſſent diuiſæ, ſi unaquæque pars uniuerſi per ſe moueretur.

Tex. 36. Alia autem, eſt ſecundum tempus. Nam cum omnis motus in tempore ſit, tempus autem omne diuiſibile ſit, in minori autem minor motus ſit neceſſe eſt omnem motum diuidi ſecundum tempus.

Com. 37. Cum dixiſſet omnem motum eſſe biſariam diuiſibilem, uno modo ſecundum tempus, & alio modo ſecundum magnitudinem quæ mouetur, & oſtēdiſſet tribus modis diuiduum illum eſſe ſecundum magnitudinem quæ mouetur, breuiter, & palā oſtendit, quod motus eſt, diuiduus ſecūdum tempus. Nam omnis motus eſt in tempore, & tempus omne diuiſibile eſt, & in dimidio temporis dimidium mouetur, ſi regulariter moueatur, & in tertio tertium, & omnino in maiori maius, & in minori minus, ſi autem in maiori tempore plus motus conſumitur, & in minori minus, & ſecundum eandem proportionem, igitur omnis motus diuiditur ſecundum tempus. Erit (inquit) Alexander facta diuiſio motus ſecundum tempus, quemadmodum ſecundum magnitudinem, & ſecundum partes eius quod mouetur, ut erit ſecūdum latitudinem. Etenim tempus ſecundum lineam procedit nihil latitudinis indicans, ſed quod mouetur habens latitudinem uelut in ſuperficie mouetur, ſed non uelut in linea.

Quoniam autem omne quod mouetur in aliquo mouetur, & tempore, quodam, & omnis eius quod mouetur, eſt motus neceſſe eſt eaſdē eſſe diuiſiones & temporis, & motus, & ipſius moueri, & eius quod mouetur, & eius in quo motus eſt. Verum non omnium ſimiliter, in quibus motus eſt, ſed quantitatis quidem, ſecundum ſe, qualitatis autem, ſecundum accidens. Accipiatur enim tempus in quo mouetur, in quo A, & motus, in quo B. Si igitur ſecundum totum motum, in toto tempore eſt motum, in dimidio, ſecundum minorem. & rurſus hoc diuiſo, ſecundum minorem hoc, & ſemper ſic. Similiter autem & ſi motus diuiſibilis ſit, & tempus diuiſibile. Si enim toto in toto, dimidio in dimidio. Et rurſus minore, in minore. Tex. 37.

Cum probauit omnia cōtinua magnitudinem, quæ mouetur, & id ſecundum quod eſt motus, ſiue ſecūdum locum, ſiue ſecundum quantitatem, & qualitatem, atque motum, moueri, tempus diuidua eſſe in ſemper diuidenda, & nihil conſtare ex indiuiduis, nunc oſtendit, quod horum omnium diuiſiōes eædem ſunt, & æque omnia ſimul inter ſe diuiduntur. Illud autē { & omnis eius eſt motus } uel deficit (quod mouetur ut ſit,) ut iacet in textu quem nos adduximus, quod quidem prius dixit, quod omnis motus eſt alicuius uidelicet quod mouetur. Huius enim & id ſecūdum quod eſt motus, & tempus in quo mouetur. Vel { omnis eſt motus, } quia quod mouetur per ſe cum ſit totum, & omne mouetur. Item illud, in aliquo ſecūdum quod eſt motus ſignificat illud quod mouetur ſecūdum locum, quantum, quale. Cum ergo dixerit eſſe eandem omnium diuiſionem, quia quale non uidetur diuidi ſecundum idē diuiſione in partes, quia neque quantum eſt, ob id adiecit, qđ non ſimiliter omnia ea diuidentur, ſecundum quæ motus ſit. Nam locus ſecundum quem ſit motus localis, & magnitudo ſecundum quam auctio & diminutio ſit cum ſint quanta per ſe diuidentur, ſed quale ſecundum quod non amplius alteratio per ſe, ſed per accidens, diuiditur. Nam quia corpus diuiditur in quo quale, hac ratione etiam & ipſum quale diuidetˉ. Cum ponat ergo loci per ſe diuiſionem eſſe, non amplius adiecit, & magnitudinis qua motus ſit ſecundum accretionem & diminutionem, ſed hoc uelut notum prætermittens, ſubiunxit quale per accidens. Vel oportet (inquit Alexander) ſic ſcriptum eſſe, pro loco per ſe, hoc quanti per ſe. Sic enim de loco, & de magnitudine dixit. Nam utraque quanta ſunt. Hęc igitur cum propoſuiſſet, poſt hæc oſtendit eadem & primum quod ſimul cum tempore diuiditur motus, & econtra, quod tempus una cum motu diuiditur. Si enim in ipſo a/tēpore aliquid toto motu b/pertranſit, patet quod regulariter motum in dimidio tēporis a/dimidium eius motus b/pertranſiet, & ſemper diuiſione motus ſimul diuidetur ſecundum eadem & motus. Econtra autem ſi motus eſt diuiduus, & ut diuiduus. Hoc enim nūc maxime oſtendit & tēpus ſic neceſſe eſt diuiſile eſſe. Si enim toto motu b/in toto tpe a/aliqđ motū eſt, & dimidio ī dimidio tēp ore, & minore ſemꝑ in minore mouebitur tempore. Com. 38.

»

»

Eodem autē modo, & ipſum moueri diuidetur. Sit enim in quo C, ipſum moueri ſecundum igitur dimidium motum, minus erit toto, & rurſus ſecundum dimidij dimidium. & ſic ſemper. Tex. 38.

Eſt autem & cum quis deſignauerit, ipſum ſecundum vtrūq; motuum moueri vt ſecundum DC,&CE, dicere, quod totum erit ſecundum totum. ſi enim aliud, plura erunt moueri ſecundum eundem motum, ſicut determinauimus & motum diuiſibilem in partium motus, eſſe. acepto enim ipſo moueri ſecundum vtrūque, continuum erit totum.

Com. 29. Cum demonſtraſſet tempus ac motum ſimiliter inter ſe diuiſibia eſſe, oſtendit quod etiam moueri quod eſt actus ſecundum motum, aut affectio æque diuidīt, ut motus. Si enim moueri ſit præſentia motus patet quod præſentia maioris motus plus ipſius moueri erit, & præſentia minoris, minus erit, quare moueri ſimul diuiditur cum motu cuius præſentia eſt. Si enim g/eſt totū moueri, & d/e, a/d/motus cuius præſentia eſt g/moueri ſecundum dimidietatem motus a/d/a/b/motu erit minus ipſum moueri. Nam dimidium eſt ipſius g. Eodem modo & ſi dimidium motus a/b/acciperemus ſecūdum hunc dimidium erit dimidij moueri, & ſemper diuidētes ſic motum eadem diuiſione & moueri diuidemus. Sic ergo demonſtrauit ſi totum moueri præſentia totius motus ſit, & partes moueri ſecūdum eaſdem partes motus diuidentur. Cæterum expoſitione illud econtra oſtēdit, quod ſi partes moueri præſentia partium motus ſimul diuiderentur, & totum moueri præſentia totius motus fiet. Sit enim totus motus d/e/diuiſus ſecundum g/& partis g/d/eius actus, & moueri ſit z/h/& alterius partis motus g/e/ſit moueri th/h/ut z/t/totum moueri ſecundum totum motum d/e/fiat. Quod ſi quis diceret uniuerſi motus d/e/non eſſe moueri z/th, ſed uel z/h/uel h/th/uel aliud qd præter hęc, non recte dicet. Nam ipſius z/h/moueri motus erit d/g/& huius h/th/motus g/e, ſed neuter totus d/e/quod ſi alicuius alterius plura erunt moueri ſecundum eūdem motum, quod quidem fieri nequit. Nam cum ſit unus motus numero, unū erit moueri. Hoc autem ut demonſtrauimus, & motum diuiſilem in motus partium dixit, propter quod paulo ante demonſtrās, quod motus ſimul diuiditur cum partibus illius quod mouetur per ſe, dixit & ibi, quod ſi motus cōpoſitus ex partibus totius non erit motus totius quod mouetur, ſed quidam alius, abſurdum ſequetur hoc quod plures eſſent eiuſdē motus. Nam partes primi ſumpti motus erunt eiuſdem motus, & partes ſecundi qui ponitur ſi fuerit alius, & ſic idem moueret duobus motibus, ſed cum oſtendat ſequens abſurdum eſſe, niſi aliquis diceret totum moueri præſentia totius motus cuius partium præſentia partes moueri fieri dicebantur. Dicit ergo quomodo totum moueri erit præſentia totius motu. Si enim ſumptū fuerit ſecundum utrāque partem motus continui ipſum moueri, & hoc æque continuū eſſe ut motus demonſtraretur, quod fit ſecundum eundem motum.

Tex. 39. Similiter autem demonſtrabitur & longitudo diuiſibilis, & omnino omne illud in quo eſt mutatio. Verum quædam, ſecundum accidens, quoniam id quod mutatur, eſt diuiſibile. vno enim diuiſo, omnia diuidentur. & in hoc quod ipſa finita eſſe, aut infinita, ſimiliter ſe habebit in omnibus.

Com. 30. Vt tempus inquit oſtēſum eſt, & motus & moueri eiſdem diuiſionibus diuiſa eſſe, ſic demonſtrabitur cum prædictis id eſſe ſimul diuiſum ſecundum quod fit motus, ſi ſecundum locum fuerit motus erit longitudo, ſi ſecundum quantitatem, ut accretio, & diminutio, magnitudo, ſi ſecūdum qualitatem erit qualitas. Nam quoduis horum ſi diuideretur, & alia oīa ſimul cum eadem diuiſione diuidētur, ſi enim aliquid in toto tempore quodā toto motu moueretur, uel ſecundum quale, uel ſecūdum quātum, uel ſecundum locum. Diuiſo tempore in dimidium, uel tertium, uel aliquā aliam partem, etiam motus & id ſecundum quod eſt motus, in eaſdē partes diuidentur, & qualitas tamen ſi motus fuerit ſecundum qualitatem, non erit per ſe diuidua, ſed per accīs. Non. n. quatenus qualitas, ſed quatenus quod alteratur & mutatur ſecundū qualitatē eſt quātum. Quia enim dimidium huius dimidio tempore alteratur, & id ſecundum quod fit alteratio, in dimidium diuidetur. Dimidiū enim qualis in toto eſt, in dimidio totius, & quod mouetur ſimiliter diuidetur cum prædictis, ut dixit prius. Si enim totum in toto tempore, erit dimidium ipſius in dimidio motum, ſed in his quæ mouentur ui ſecundum locum quod mouetur ſimul diuitur cum tempore. Nam amplior magnitudo idem ſpatiū abſoluit in motu in maiori tempore, & minus in minori, ſed in motu, qui fit ſecundum naturam, quomodo hoc recte dici poteſt? Nam econtra in his, quæ mouentur natura pars totius, & minus maiore in maiori tēpore mouetur. Niſi & in his ſeruetur per ſimile, quia diuiſo tempore diuiditur etiā magnitudo, & diuiſa magnitudine tempus diuiditur, ſed econtra & non ęque proportione facta. Nam magnitudinis diuiſio eius, quod mouetur ſecundum naturam tempus augebit, ſecundum proportionem diuiſionis. Quanto enim minus fuerit, id quod mouetur ſecundum naturam, tanto plus temporis in quo mouetur euolabit. Sed temporis rurſus, diuiſio magnitudinem augebit ſecūdum proportionem propriæ diuiſionis. Quanto enim minus eſt tempus, tanto maior eſt magnitudo eius quod mouetur ſecundum naturam motu in minori tempore, quare econtra ſe habet proportio in his ſecūdum naturam, & his quę mouentur ſecundum locum præter naturam? Cum ergo oſtenderit, quod æque prædicta diuiduntur comparata inter ſe, inquit eodem modo ſe habere partes quæ fiunt ex diuiſione ipſorum quo ad finitas eſſe aut infinitas, et quomodo in ipſis infinitū, & quod ſit hoc in infinitum in ſequentibus determinabit.

Sequutum eſt aūt maxime hoc, diuidi omnia & infinita eſſe, ab eo quod mutatur. ſtatim enim ineſt ei quod mutatur, diuiſibile, & infinitum. Diuiſibile igitur, oſtenſum eſt prius, infinitum autem, in ſequentibus erit manifeſtum.

Cum reſtet demonſtrare, quod etiam id quod mouetur, Com. 31. quod iam oſtenſum eſt diuiſile eſſe, ſimiliter diuiditur ut alia, ex ſuperabundantia hoc oſtendit, quod etiam alia omnia diuiſa, in diuiſione ſeſe conſequuntur. Neque enim tempus, neque motus, neque moueri, neque locus, aut magnitudo, aut qualitas, æqualis eſt totius quod mouetur, & partis eius. Et merito ab hoc ad alia proficiſcitur diuiſio, propterea quod reliqua uel huius ſunt, uel eorum quæ ſunt huius. Nam longitudo corporis, & motus, & magnitudo, & qualitas, & tēpus motus, tamē qualitas ut ſit diuidua ex magnitudine mota euidentius habet: Quale enim nec continuum, nec diuiſile per ſe eſt, cęterum addens quod etiam infinitum ſimiliter omnia habent, quæ proueniunt a magnitudine eius quod mouetur. Illud autem quod diuiſile ſimiliter habēt omnia oſtenſum eſſe inquit. Hoc enim eſt quod proxime demonſtrauit. Sed quomodo ſit in his infinitum, & quomodo ſimiliter in omnibus poſterius demonſtrabit. Quærit autem rurſus Alexander, quomodo motus, ſecundum alterationem, ſecundum diuiſionem, magnitudinis eius quod mouetur, habet diuiſionem, ſiquidem aliqua & repente mutātur, ut ipſe contra Melliſſum, primo huius tractatus dixit. Hic autem notat Alexander, quod &ſi nō totum, ſed aliqua pars eius ſubito mutatur, non amplius diuiſione partis ſimul diuideretur, neque motus, neque tempus. Et reſpondet dicens, quod nō ſimul diuiditur cū omnibus partibus ſuis, ſed cum illis uelut eius quod mouetur quatenus mouetur.

Quoniā autem omne quod mutatur ex quodam in quoddā mutatur, neceſſe eſt id quod mutatum eſt, quando primum mutatum eſt, eſſe in quo mutatum eſt, quod enim mutatur, ab eo ex Tex. 40.

quo

quo mutatur diſcedit, aut relinquit ipſum. & aut idem eſt mutari & relinquere, aut relinquere ſe quitur mutari, reliquiſſe autem mutatum eſſe. ſi Tex.41. militer enim, vtrũque ſe habet ad vtrũque. Quoniam ergo vna mutationum, ſecundum contradictionem eſt quando mutatum eſt ex eo quod non eſt, in id quod eſt, dereliquit id quod nõ eſt. erit igitur, in eo quod eſt. Omne enim, neceſſe eſt, aut eſſe aut non eſſe. Manifeſtum igitur eſt, quod in mutatione ſecundum contradictionem, quod mutatum eſt, erit in quo mutatum eſt. ſi autem in hac, & in alijs, ſimiliter enim in vna, & in alijs.

Com. 32. Propoſitum eſt oſtendere, quod id quod mutatũ eſt, quã do prius mutatum eſt, in quod mutatum eſt, neceſſe eſt, ut in hoc ſit, in quod mutatum eſt. Non enim ſimpliciter quod mutatum eſt, neceſſe eſt ut iam ſit in eo ad quod mutatum eſt. Si enim aliquid è nigro in album mutaẽ, erit in fuſco hoc erit mutatum ex nigro, nondum tamen eſt, in album, in quod mutatũ eſt. propter quod neque in albo eſt aliquomodo in quod mutatum eſt, ſed primum additur ei quod mutatum eſt, quia ſic ſit uera ratio, Qui enim Athenas proficiſcitur, ut primũ Athenas uenit, neceſſe eſt, ut ſit Athenis, tamen ſuperiore anno proficiſcebatur Athenas, & dum tendebat Athenas non erat neceſſe hoc tempore Athenis eſſe, ſed tum erat, ubi primum acceſſit. Problema igitur tale. Aſſumens ut manifeſtum, omne quod mutatur ex aliquo in aliquid mutari oſtendit propoſitũ, ex tranſumptione nominum, & ex mutatione habente hoc manifeſte ſecũdum ortum, atque interitum. Tranſumptio igitur mutãdi in ipſum relinquere. Vel enim idem eſt, mutari, & relinquere, uel relinquere ſequitur ipſum mutari, ſi hæc ergo ita ſe habent inter ſe, ut uel eadem ſint, uel alterum, alterum ſequatur, patet quod etiam mutatum eſſe, & reliquiſſe, ſic ſe habebũt inter ſe, quare uel eadem erunt, uel dereliquiſſe, ſequitur mutatum eſſe. Hoc autem prius ſumpto, patet quod cũ & ſecundum ortum & interitum mutatio ſit ex ipſo quod non eſt, in id quod eſt, igitur genitum eſſe eſt mutatum eſſe, ex eo quod non eſt, & mutatum eſſe eſt, reliquiſſe quod non eſt, ſed quod reliquit quod eſt, iam in ipſo quod eſt, exiſtit. Nam nullũ medium eſt, inter quod eſt, & quod nõ eſt, & contradictionẽ. Et mutatio in id quod eſt fiebat. Cum autem oſtẽderit propoſitum in ortu, ſubiũxit quod ſic ſe habet in eadem mutatione, & omnino in omnibus eſt uerum, quod omne quod mutatũ eſt, ut primum mutatum eſt, in eo eſt ad quod mutatur. Hoc autem uerum eſt, ex hypotheſi dicente quod dictum eodem modo in cæteris ſe habet, ut in una quauis mutatione.

Tex.42. Amplius, & per ſe vnamquãque accipiẽtibus manifeſtum eſt: neceſſe eſt id quidem quod eſt mutatum, ex quo mutatum eſt, eſſe alicubi, aut in aliquo. Quoniam enim ex quo mutatũ eſt reliquit, & neceſſe eſt eſſe alicubi, aut in hoc, aut in alio erit. ſi igitur in alio, vt in ipſo C, quod in ipſum B mutatum eſt, rurſus ex ipſo C mutatur in ipſum B, non enim erat contiguum ipſi B, mutatio enim, continua eſt. Quare quod mutatum eſt, quando mutatum eſt, mutatur in quod mutatum eſt. hoc autem, eſt impoſſibile. neceſſe eſt ergo quod mutatum eſt, eſſe in hoc, in quod muta- Tex. 43. tum eſt. Manifeſtum igitur eſt, quod & id quod factum eſt, cum factum eſt erit. & id quod corruptum eſt, cum corruptum eſt, non erit. Nam & vniuerſaliter dictum eſt de omni mutatione: & maxime eſt manifeſtũ in ea quę eſt ſecundũ contradictionem. Quod igitur id qđ mutatũ eſt cum mutatum eſt primum, in illo eſt, manifeſtũ eſt.

Cum iam probaſſet quod ut in ortu ſe habet, ita etiã in alijs mutationibus id quod mutatum eſt. Nam in illo quod mutatum eſt in quod mutabatur. oſtendit, nunc in unaquaque mutatione nititur idem oſtendere hoc modo, & utitur demonſtratione uniuerſali, quæ poſſit congruere omni mutationi. Simul etiam per hanc demonſtrationem, & inſtantiam ſoluit adductam, cõtra priorem demõſtrationem. Nam aliquis diceret quod id quod mutatum eſt, & ſi reliquerit illud ex quo mutatur, poteſt non longe eſſe ab his, ad quę mutatur, ſed in quodam medio. Eſt enim in pluribus mutationibus medium, & non oportebat ab ipſis mutationibus ſecundum contradictionem, non habentibus aliquod intermedium alias mutationes, ad normam eandem redigere in quibus eſt medium. Soluit ergo, & hanc inſtantiam, per hoc argumentum. Si enim neceſſe eſt, id quod mutatum eſt eſſe alicubi. Deinde ne aliquis intelligat illud { alicubi } de diſpoſitiõe aliqua ut diximus, ſed de loco quem quidẽ uidetur. ſignificare ipſum alicubi adiecit { aut in aliquo } quod quidem communius uidetur. Si ergo quod mutatum eſt, neceſſariũ eſt, ut ſit in aliquo, uel in loco, uel magnitudine, uel affectione, uel altera contradictionis parte, & reliquit id ex quo mutatum eſt, uel erit in illo in quod mutatũ eſt, uel in alio quodam ante hoc, ad quod mutatum eſt, in quo cum eſſet adhuc, diceretur mutari ad id in quo mutatum erit; & non eſſet, in illo mutatum adhuc. Non enim ſine mutatione ab hoc, in quo ponitur eſſe, erit in illud in quod mutari ponebatur. Nam aliquod ſpatium erit omnino ad hoc in illud: Non enim ſunt impertilia, hæc inter ſe appoſita, ut poſſit ab hoc, in illo mutatum eſſe ſine mutari. Si enim continua eſt mutatio ab a/in b/ in quod mutatum eſt, neceſſe eſt, cum nõdum ſit in b/ mutari in idem. Nam in hoc, ponebatur mutari. Si autem non continua fuerit mutatio, in b/ neque principio, in hoc mutatũ eſt, ſed in illud, in quo primum ceſſauit à mutatione, quare ſi nondum mutatum eſt, in ipſo b/ adhue in idem mutaretur. in quod mutatum eſt, quod quidem fieri non poteſt, igitur nõ poteſt, quod mutatum eſt, in aliquo alio eſſe, quam in illo, ad quod mutatum eſt. Poteſt autem inquit Alexander per hoc, { Mutatio enim continua } demonſtrari, quod neque in quodam alio erit, id quod eſt, ab ipſo a/in b/ mutatum, quod quidẽ eſt, extra a/b/ & ſeparatũ eſt, ab ipſa. Si enim continua eſt mutatio. Et continua aſſidue eſt, & non deficit, non erit ipſi a/b/ continuum ſeparatum ab ipſa. Cum ergo ſoluat, dictam inſtãtiam infert, quod planum etiam nunc ſit, quod uerũ eſt, quod diximus etiam in mutatione ſecundũ contradictionem. Quod enim factum eſt, quando factum eſt, tum erit, & quando corruptum eſt, tum non erit, & uniuerſe de omni mutatione, uere dicitur, id quod diximus, & ſi maxime perſpicuũ ſit, in ea quæ eſt, ſecundum contradictionem, quoniam neceſſe eſt, ut ſit in altera parte contradictionis, quod ſecundum quaſdam mutationes mutatur, ſed non poteſt in eo, ex quo mutatũ eſt, & reliquit eſſe adhuc, igitur neceſſe eſt, ut ſit in altero. Com. 33.

In quo autem primo nunc, primum mutatum eſt id quod mutatum eſt: neceſſe eſt impartibile eſſe. dico autem primum, quod non propterea quod alterum aliquid ipſius primũ ſit, huiuſmodi eſt. Sit igitur diuiſibile ipſum A C, & diuidatur ſecundũ B. Si igitur in A B mutatum eſt, aut rurſus in B C, non vtiq; in primo quod eſt A C, mutatum erit, ſi autem in vtroq; mutabatur (neceſſe eſt enim, aut mutatũ eſſe, aut mutari in vtroque) & in toto vtique mutabatur. at erat mutatũ, Tex.44.

Eadem ratio autem eſt, & ſi in hoc quidẽ mutatur, in hoc autem, mutatũ eſt. erit enim aliquid, primo prius. quare nõ erit vtique diuiſibile, illud
Tex. 45. primum, in quo mutatum eſt. Manifeſtum eſt igitur, quod & id quod corruptum eſt, & quod genitũ eſt in impartibili illud quidem corruptũ, hoc autem genitum.

Com. 34. Cum oſtendiſſet quod id quod mutatum eſt, quando primum mutatum eſt, neceſſarium eſt, in illo eſſe, in quod mutatum eſt, nunc oſtendit, quod hoc, quod mutatum eſt, in quo primum notatum eſt, non eſt tempus, ſed indiuiduum quoddam temporis, & terminus, quod nunc appellamus, quod quidem Plato repẽte appellauit. Exponens ergo, quid primum ſignificet, ſic procedit ad demonſtrationem. Primum enim uniuerſe, dici inquit, hoc aliquid uel tale eſſe, uel tantum, & in omnibus ſimiliter ante quod nihil eiuſmodi ſit, & ſit eiuſdem generis. Opponitur autem primum illud, ſecundum aliud. Secũdum aliud dicitur, uel quia aliqua eius pars eſt talis totum dicitur tale, ut uidere dicimus homini, non primo competere, quia primum oculis competit, & dicimur eſſe Athenis, quia locus, in quo ſumus eſt, aliqua pars Athenarum, uel quia genus eius, & cui ſubordinatum eſt tale, et idem tale dicitur, ut triangulus æquis lateribus, dicitur, habere tres angulos æquos duobus rectis non primo, ſed quia omnis triangulus ſic ſe habet. Quia ergo poteſt dici aliquid mutatum eſſe in aliquo tempore, quia in aliqua huius parte mutatum eſt. Nam in termino eius, ob id adiecit, { Primo. } Oſtendit autem quod indiuiduum illud, in quo primo mutatum eſt, quod mutatum eſt, per deductionem ad id quod fieri neq̃t. Si enim poteſt. Sit illud, in quo primum mutatum eſt diuiſile, & ſit a/g/ & diuidatur ſecũdum b/ neceſſe eſt ergo, uel in utroq; a/b/ b/g/ mutatum eſſe, id qđ in a/g/ primo mutatum eſſe ponebatur, uel in utroque mutari, uel in altero mutari, & in altero mutatum eſſe, ſed ſi in utroq; horum a/b/ b/g/ mutatum eſt quomodo, & in ambobus, primo diceretur mutatum eſſe? ſiquidem quando in prima parte mutatum eſt, ſic in ſecunda, & quando in ſecunda, non amplius in prima, ſi uero in ambabus partibus ipſius a/g/ uidelicet a/b/ & b/g/ mutatur, & in toto a/g/ mutabitur non mutatũ, ſed ponebatur mutatum eſſe, in ipſo a/g/ primo. Quod enim mutatur in omnibus alicuius partibus, & in toto eodem mutabitur, quod ſi in altera parte ipſius a/g/ mutatur adhuc, & in altera mutatum eſt, abſurdum aliqđ accidit, uidelicet eſſet prius primo. Nam ponebatur in ipſo a/g/ primo mutatum eſſe. Si ergo in parte ipſius utrauis mutatum eſt, in prima ergo erit mutatum. & tum igitur in toto, quare primo prius accipietur, ſed abſurdum, & hoc eſt per ſe, ut aliquid ſit prius primo. Nam haud primum illud eſt, quo eſt aliquid prius, & tamen quia in primo dicebatur illud quod non in parte ipſius, ſed in toto. Si ergo, in parte ipſius a/g/ erat mutatũ eſſe, non amplius a/g/ primum erat in quo mutatum eſt. Cum ergo oſtenderit, quod ſi poſitum fuerit diuiſile, illud in quo aliquid mutatum eſt, aliqđ ſequitur, quod fieri nequit ſecundum unamquãque diuiſionis partem, merito concludit rationem dicendo, quare neque erit diuiſibile, in quo mutatum eſt, primo uidelicet, & ſi hoc { Primum } prætermiſit, uelut manifeſtum, ſed quoniam in argumento ante hoc demonſtrauit, qđ mutatum, quando primum mutatum eſt, in illo eſt, in quo mutatũ eſt, & quod palam apparet hoc maxime, in mutatione ſecundum ortum, & interitũ, merito & nunc induxit, manifeſtum eſſe, quod & genitum, & corruptum, quorum corruptũ eſt, aliud in indiuiduo, & aliud genitum. Si enim corruptum, & factum, in quo primo mutatũ eſt, aliud interijt, & aliud genitum eſt, ſed aliud quod interit in aliquo primo, & aliud fit corruptum eſt, in ipſo indiuiſibili, qđ ergo corruptum eſt, & fit in ipſo indiuiduo interijt, & factum eſt, per hoc inquit Alexander, & ſolutionem nobis inſinuauit rationis, quæ à ſophiſtis adducebatur, cum illi percontarentur ſic in quo tempore Dion obijt? Vel enim quando uiuebat, uel quando obijt, ſed neque quando uiuebat. Nam in illo uiuebat, neque quãdo obijt. Nam obijt in hoc toto tempore, ſi ergo neque in eo tempore, quo uiuebat, neque in quo obijt Dion è uita exceſſit, non ergo migrat è uita. Significat autem illud, obit mutationem primam, & exitum primum è uita, & illud quãdo obijt tempus in quo iam exceſſit è uita, quia ergo nõ in tẽpore mutatum eſt, iam mutatum non formidam dum eſt aſſerere, quod nũquam Dion obit. Nam nũquam uelut in tempore ſiquidem, in indiuiſibili è uita exierit.

Dicitur autem id, in quo primo mutatum eſt, dupliciter. Aliud quidem, in quo primo perfecta eſt mutatio. tunc enim verũ eſt dicere quod mutatum eſt. Aliud vero, in quo primo cœpit mutari. Quod igitur circa finem mutationis Tex. 46.
primum dicimus, exiſtit, & eſt. contingit enim perfici mutationem. & eſt mutationis finis, qui iam & oſtenſus eſt indiuiſibilis eſſe, propterea quod finis eſt. Quod autem ſecundum principium eſt, omnino non eſt. non enim eſt principium mutationis, neque id temporis in quo primo mutabatur. Sit enim primum, in quo A D. hoc igitur, indiuiſibile quidem non eſt: accidet enim, contigua eſſe ipſa nunc. Amplius ſi in C A tempore toto quieſcit. (ponatur enim, quieſcens) & in A quieſcet. Quare ſi impartibile eſt A D, ſimul quieſcet, & mutatum erit. nam in A, quieſcit, in D autem mutatum eſt. Quo- Tex. 47.
niam autem non eſt impartibile: neceſſe eſt diuiſibile eſſe, & in quauis partium huius, mutatum eſſe. diuiſo enim ipſo A D, ſi in neutra quidem mutatum eſt, neque in ipſo toto. ſi vero in ambabus mutatur, & in toto. ſi autem in altera mutatum eſt, non in toto primo. quare neceſſe, in quauis mutatum eſſe. Manifeſtũ igitur eſt, quod non eſt, in quo primo mutatũ eſt. infinitæ enim, diuiſiones ſunt.

Cum demonſtrarit mutatum, quãdo primo mutatum eſt, Com. 35.
in illo eſſe in quod mutatum eſt, & quod hoc eſt indiuiſile, in quo primum mutatum eſt. Non enim in tempore, ſed in ipſo nunc conſequens adducit quod primum in quo mutatum eſt, aliquid dupliciter dicitur, aliud in quo mutatum eſt, quod mutatur, in quo etiam à mutatiõe ceſſauit, & mutatum eſt in ipſo, dicitur etiam illud, in quo primo incœpit mutatio, aut mutari. Etenim hoc dicitur, in quo primo mutatum eſt, propterea qđ exiſtimo mutatum eſſe, poſteaquam non mutatur. Cum ergo ſic dicatur, & intelligatur illud in quo primo mutatũ eſt, aliud inquit in fine mutationis primum dicitur & eſt, & dicitur proprie. Nam iam abſoluta eſt mutatio, & eſt aliquid, in quo primo abſoluta eſt, ut demõſtratum eſt nunc. Non enim eſt finis mutationis mutatio, ſed hoc eſt ſecundum principium mutationis, quæ etiam eſt principium mutationis primum temporis dicitur, in quo principium eſt mutationis. Hoc inquit non ſubſiſtit omnino, ſed cõmuniter dicitur & itelligitur, propterea quod non eſt accipere primũ temporis, in quo incœpit mutari, quod mutatur. Neque enim motationis, neque temporis eſt accipere principium, in quo primum aliquid mutatum ſit, propterea quod principium mutationis mutatio eſt, ſed non extra ipſum mutare eſt, quod eſt in ipſa, ut in fine & termino quando mutatũ erat. Et erit dictum qđ non eſt principiũ principij, quia temporis quod uelut principium poſitum fuerit, hoc

habere aliud principium inuenietur. Demõſtrat autem idem, & per expoſitionem ſic. Sumatur enim aliquod, inquit, primũ temporis, in quo quod mutatur cœpit mutari, & ſit hoc a/d/ hoc porro a/d/non erit indiuiſibile. Eerit enim tempus ex indiuiduis compoſitum. Principiũ enim mutationis eſt mutatio, ſed omnis mutatio eſt in tempore, quare ſi indiuiſibile eſt a/d/ſecundum petitionem tempus, & tempus erit compoſitum ex indiuiduis quod quidẽ ſignificaui dicendo. {Accidit enim contigua eſſe ipſa nunc} uel hoc, dixit accidere illis qui ponũt a/d/in quo cœpit motũ indiuiſile eſſe, quia accidet in ipſo nũc motum fieri, ſiquidem a/d/cum ſit indiuiduum nũc eſt, ſed in hoc cœpit moueri, ſed principium motus eſt motus, quod ſi in ipſo, nunc erit aliquid quod mouetur, quia omne quod moueť in tempore mouetur, temporis partes erunt ipſa nunc, & tempus erit diuiſum in ipſa nunc, & ex his nunc compoſitum. In quo enim poteſt motus fieri, hæc eſt particula tẽporis. Quod uero non ſit indiuiſile a/d/& per aliud argumentum huiuſmodi oſtẽdit. Quod incœpit in ipſo a/d/moueri ex quiete omnino quod mutatur moueri incipit. Erit igitur in ipſo a/g/quieſcens, & in ipſo a/d/incipit moueri. Si ergo in omni a/g/quieſcit, patet quod etiam in ipſo a/ipſius a/g/quieſcit. Si ergo eſt a/d/impertile, idem erit a/d/cum a/et in ipſo a/d quieſceret ergo, id qđ cœpit mutari in ipſo, ſed quod cœpit mutari in ipſo mouetur in eodem, igitur in eodem quieſcet & mouebitur, quod quidẽ fieri nõ poteſt. Accepit autem in ipſo a/quieſcere uelut æquale ei quod moueretur. Nam ponebatur quod in ipſo impertili, neque quicquam poteſt moueri, neque quieſcere, ſequitur igitur ſecundum ueritatem, non ſimul aliquid moueri, & quieſcere in eodem nunc, ſed ſimul non moueri, & moueri, quod quidem eſt omnino alienum à re ipſa ob dignitatem contradictionis. Cæterum cum demonſtrarit quod nũ indiuiſile, ſed diuiſile eſt tempus ſecundum principium mutationis, deinceps oſtendit propoſitum, quod nihil eſt accipere in hoc, in quo primo mutatur, id quod mutatur. Si enim non eſt impertile a/d/ neceſſe eſt diuiſile eſſe, & nõ in primo eodem mutari. Si enim in primo a/d/mutatur, uel in qualibet parte eius mutatum erit, uel in neutra, uel in altera, quod ſi in ambobus, uel in altera, nõ in toto primo mutatur, quod ſi in neutra mutatur, neque in toto aliquo modo mutatur. Si ergo mutatur in toto, in quàcunq; ipſius parte mutatur. Sed multæ erunt partes, ſiquidem continuum eſt totum, & omne continuum eſt diuiſile in infinitum, quare nõ eſt accipere, in quo primo mutatur. Nam in omni eo quod accipitur ſimiliter, & nõ eſt in diuiſione in infinitum primum. Et eſt ratio de ipſo primo mutari. Principium enim motus erat motus. Verum ipſe pro mutari, utitur hoc mutatum eſſe quia quod mutatur ad finem mutationis perueniens mutatum eſt. Proinde in his uidetur dubitatio, quomodo terminus eſſe dicatur, & motus, & temporis quo id quod mutatur dicitur mutatum eſſe, & principiũ non eſt. Etenim Theophraſtus primo de motu inquit. Admirabilia uidentur quæ ſunt ſecundum naturam motus, perinde ac non ſit eius principium, ſed terminus, ſed quomodo accipiebamus terminum indiuiſilem, & principium in infinitum diuiſile. Poſſumus enim eiſdẽ rationibus uti, & finis continui erit diuiſibs in infinitum, et principium indiuiſile, Videtur ergo, & terminus finiſue duplex eſſe, & principium duplex eſt motus, & temporis, & totius continui, aliud uelut prima pars continui, & aliud uelut principiũ, & terminus, quæ non ſunt amplius partes, neque ſimiles toti. Nam in talibus etiam facta eſt dignitas & poſtulatum, quod non ſit idem principium, & cuius eſt principium, neque terminus & id cuius eſt terminus, ut punctum & principium & terminus lineę eſt, qđ non eſt idem lineæ. Similiter & nunc temporis, & mutatum motus. Sic enim appellant terminum motus, et primum quidem mutatum eſſe in tali termino dixit eſſe, quia poſt totam mutationem eſt, nunc autem prinicipium accipit temporis & motus aliud ut partem, ſed patet ex hoc quia dicit hoc eſſe principiũ, in quo cœpit primo mutari ideſt moueri, ſed qđ moueť oẽ in tp̃e mouetur & non in termino tẽporis.

Sed tale principiũ, cũ ſit pars cõtinui & continuũ diuiduũ eſt, in ſemp̃ diuidẽda. Sed tale non habet principium, quia quod accepens, & illud diuiſile eſt, cum indiuiſile principium oppoſitum ſit termino, in quo mutatum eſſe dicitur, tale eſt, ut nihil muteur in ipſo, uelut neque in termino, ſed ante mutationem extitit, & nõ habet aliud principium ante ipſum, & ipſum eſt principium motus, & primum motum accipiens illud ſecundum mutari, ut partem motus & exiſtentẽ in tempus, & terminum in quo primo mutatum eſt, id quod mutatur. Hoc aũt inquit eſſe & deſinens. Nam contingit abſolui mutationem. Sed illud nõ ineſſe neque eſſe accipere, quia omnis in illo principij eſt aliud principiũ, ut etiam in ipſo termino qui eſt terminus, uelut pars eſt alium terminũ accipere, & patet quod uelut continui totius ſumpti finiti & termini erunt impertiles, & illos ut partes, ut fines, & ultima eſt accipere. Sed quando ſumeretur uelut diuiſile in infinitum, neque impertiles, neque uelut partile termini accipiẽdi ſunt. Nam ante omne ſumptum partile eſt aliud, & poſt omne aliud, & ſi ſumpta fuerit aliqua pars prima uel ultima, quia partilis eſt hæc, neceſſe eſt in quacũque ipſius mutatum eſſe, quare rurſus erit aliquid ipſo prius, & diuiſibili ſemper accepto ſorum primum erit uelut indiuiduum principium uel terminus exiſtens.

Neq; igitur, eius quod mutatum eſt aliquid primum eſt, quod mutatum ſit. Sit enim D F, primum mutatum ipſius D E. omne enim quod mutatur, diuiſibile eſſe demõſtratum eſt. Tempus autem in quo ipſum D F mutatum eſt, ſit in quo H I. ſi ergo in toto, ipſum D F mutatum eſt, in dimidio minus erit id quod mutatum eſt, & prius ipſo D F: & rurſus hoc aliud, & illo aliud, & ſemper ſic. Quare eius quod mutatur, nihil erit primum quod mutatum eſt. Quod igitur neque eius quod mutatur, neque in quo mutatur tempore primum quicquam ſit: manifeſtum eſt ex ijs quæ dicta ſunt. Tex.48. Tex.49.

Cum oſtẽderit quod nihil eſt accipere temporis in quo primo quod mutatur cœpit mutari, nunc oſtendit quod neque ipſius, quod mutatur eſt accipere aliquid primum uelut partem. Nam tale primum & nunc accipit, ſed non uelut impertile oppoſitum termino impertili quod quidem de tempore dixit illud in quo mutatũ eſt. Et idem oſtendit expoſitione, utens deductione ad id quod fieri non poteſt. Quia enim omne quod mutatur diuiſile eſt. Sit z/e totum quod mutatur, & diuidatur in partes z/d, d/e, & primum mutatum ſit z/d/huius d/e/& tẽpus in quo z/d/mutatum eſt th/ſit. Nam in tempore eſt omnis mutatio. Et uide quod nunc tempus poſuit th/i/in quo mutatũ eſt z/d/non uelut terminum quod mutatum eſt accipiens, ſed pro hoc mutatum eſt ipſum ponit. Si ergo in toto tempore th/i/d/z/mutatum eſt in dimidio ipſius temporis th/i/quia & omne tempus diuiduũ eſt, erit aliquid minus mutatum quam ſit d/z. Et patet etiam quod ante totum z/d/& rurſus eadem parte aliquid prius eſt, & nihil erit mutati quod primum mutatum eſt. Proinde in his concluditur, quod neque mutati, neque temporis erit in quo mutatur id quod mutatum eſt aliquid primum accipere. Com̃. 56.

Illud autem quod mutatur, aut id ſecundum quod mutatur: non amplius ſimiliter ſe habebit. tria nãque ſunt quæ eſſe dicuntur in mutatione, & quod mutatur, & in quo, & ſecundum quod mutatur. vt homo, & tempus, & album. homo igitur & tempus, diuiſibilia ſunt. de albo autem, alia ratio eſt. verum, ſecundum accidẽs quidem omnia diuiſibilia ſunt. cui enim accidit quale aut

in quo mouetur aliquid. Accipit autem tempus in quo primo motum mouetur, hoc ch/r/& quia omne tẽpus diuiſibile eſt, diuidit ipſum ſecundum k. Quod proinde in primo ch/r/tempore mouetur, in parte ipſius quæ eſt ch/k/aut cietur, aut non cietur, & ſimiliter in parte k/r/& ſiquidem in neutro mouetur, neque in omni tempore ch/r/ mouebitur, ſed quieſcet. Quod enim in nulla parte temporis mouetur hoc nequit, in toto ipſo moueri, quod ſi in altera parte eius in ipſa ch/k/uel k/r/mouentur, ſed in altera non mouentur, niſi in prima ch/r/mouerẽtur. Nam ſit motum in aliqua parte huius, quod non erat in primo tẽpore ch/r/moueri. Nam in primo erat hoc, nõ in aliqua parte huius, ſed in ſingulis, igitur non primum tempus eſt ch/r/ſi quidem totum tempus diuiſibile ſit, ſed ſi hoc ĩ primo tempore erat, quod non eſt in aliqua parte huius, ſed in ſingulis, poteſt id quod mouetur in toto tempore, in ipſo primo moueri, Nam & ſi partibile ſit tempus ch/r/quod non in aliqua ipſius, ſed in ſingulis mouetur, in primo ipſo diceretur moueri, & hoc modo non eſt accipere primum. Quam enim acceperis partem temporis uelut primam, habet illa aliquid ſeipſa prius ob diuiſionem in infinitum tẽporis, ſed poſſumus accipere quoddam tempus primum totum ſimul acceptũ. Nam in toto aliquod omne mutatur, & non in parte eiuſdem tãquam una cũ motu mutatio terminetur. Nam certamen abſoluitur in hoc menſe, ſed non primo, ſed primo in die hac, & huius diei in horis, in quibus omnibus ſimiliter abſoluitur. Et eſt hoc primum tempus, non quia, non ſit aliud tempus ante hoc, ſed quia non eſt aliud ante idem, in quo certamen abſoluitur, & quod in quacunque ipſius parte, ut diuiſio introducatur in infinitum, ſed in toto ipſo abſoluitur totum certamen, & mutatio eius ſimul terminatur cum motu temporis. Verũtamen Ariſtoteles in demonſtrationibus exponentibus demonſtrauit quod primũ ſic temporis, ut principium temporis non eſt accipere, quocirca diuiſione temporis in infinitum utebatur, nuſquam id ipſum totum accipiens. Deinceps, & uelut totum ipſum accipiens primum, ipſum tempus uocat, quãdo dicebat. Si enim in ipſo ch/r/primo tempore k/l/motum eſt. Quia autem neceſſariũ eſt. problema nihil abſurdum exiſtimo adferre ea, quæ de hoc Eudemus conſcripſit in ſecundo naturalium. Quomodo erit primum in quo mutatum eſt. In quo enim abſolutum eſt, nimirum eſt, quia terminus eſt in hoc, ſed finis uel primum multipliciter dicitur. Vno quidẽ modo in quo indiuiduo, & hoc eſt dum mutatum eſt, quia mutatum eſſe in indiuiſibili, ſed in ipſo quieſcere & mutari non eſt, quoniam neque mouetur, neque quieſcit in ipſo indiuiſibili, ſed in quo primo mouetur, aliquid eſt, ut diximus, non tamẽ in aliquo, ſed ſimiliter in omni. Nam dicimus quod in mẽſe Olympico deficit ſol, quia prima luna, & prima luna, quia in aliqua eius parte, ſed in hac parte non amplius, quia in alia, ſed quia in quacunque eius, ſed hæc eſt partibilis, quare prius priore. Nam prior pars eſt in parte, ſed tota in toto tempore, quare in hac prima defecit uelut in tempore. Tempus igitur non eſt primum, quia totum partile, ſed in quo primo mouebatur, uel aliquid aliud paſſum eſt, quia in tempore talia ſunt, & in aliquo ſic, quare in quacunque eius fieret, dicit autem hoc in primo.

Tex. 52. Hoc autem oſtenſo, manifeſtum eſt, quod omne quod mouetur, neceſſe eſt motum eſſe prius. Si enim in Y R tempore primo, magnitudo K L mota eſt, in dimidio, quod æque uelociter mouetur & ſimul incepit, per dimidium erit motum. Si autem æquevelox in eodem tempore motum ſit aliquid: & alterum neceſſe eſt per eandem motum eſſe magnitudinem, quare motum erit, id quod mouetur.

Com. 39. Cum ſit oſtenſum quod omne tempus, oĩs magnitudo, & quod dicitur primum eſſe diuiſibile in infinitum, ex hoc ſequitur omne quod mouet neceſſario prius motũ eſſe, non tanquã quieuiſſe id quod mouet à motu dicitur. id qđ motum eſſe dicimus, ſed uelut aliquid iam pertranſiſſe dum tranſit. Quia.n. quod mouetur qñ mouetur, ex aliquo in aliquid receſſit. Nam in eodem non moueretur, & id quod iam receſſit motum eſt, patet quod dum mouetur neceſſe eſt motũ eſſe. Sed ipſe oſtendit idem ſic. Accipit k/l/id quod mouetur in tẽpore primo ch/r/in ſingulis eius partibus ergo mouet. Nam motum eſt ut dixi, non uelut quod quieſcit à motu iam motum eſſe accipit, ſed illud quod dum mouetur iam aliquid pertrãſiuit, quia ergo eſt aliquod tempus ch/r/in quo primo mutat quod mouetur k/l/& in toto eodem mutatur, ſi aliud quid ſimilis uelocitatis cum k/l/motũ acciperetur ſimul incipiens moueri in k/l/in dimidio temporis ch/r/ideſt ch/k/dimidium pertranſibit, ſed in eodem tempore & k/l/æque uelocitatis eſt, cum ipſo & ſimul incipẽs cum ipſo idem pertranſibit. Nam in quacunque parte temporis motum eſt, quod in toto ipſo mouetur, igitur quod tranſit totam, dimidiam prius pertranſiuit. Sed quoniã k/l/in primo ch/r/tempore ſtatutum eſt motum eſſe, propter hoc aliquid aliud accepit ſimilis uelocitatis cum ipſo k/l/in dimidio tẽporis ch/r/dimidiũ pertrãſit eius qđ tranſiebat k/l/in tẽpore ch/r/ut per illud & k/l/oñdatur & idem ante hoc totũ motum eſſe, dimidiũ iam pertrãſitum, ſi enim idẽ k/l/per ſe accepit in dimidio tẽporis ch/r/quod eſt ch/k/pertrãſiſſe, uidetur quãdam inſtantiam habere, quia in primo tẽpore ſtatutum eſt k/l/motum eſſe.

Tex. 53. Amplius autem ſi in toto tempore Y R, motũ eſſe dicimus, aut omnino, aut in quouis tempore, ex eo quia accepimus vltimum ipſius nũc, (hoc enim eſt id quod terminat, & medium ipſorum nunc; tempus eſt) & in alijs vtique ſimiliter dicetur motum eſſe. dimidij autem vltimum, diuiſio eſt. quare & in dimidio motũ erit, & omnino in quauis partium. ſemper enim ſimul cum ipſa diuiſione, tempus eſt terminatum ab ipſis nũc. Si igitur omne quidem tempus diuiſibile eſt, quod autem eſt inter ipſa nunc, tempus eſt, omne quod mutatur, infinities mutatum erit.

Com. 40. Hoc ſecundum argumentum oſtendit, quod neceſſe eſt, ut omne quod mouet prius ſit motum. Si.n. dicimus quod mouebatur iam motũ fuiſſe in quocunque tempore, quia eſt accipere nunc ultimũ terminans tempus pteritum. in quo mouebatur. Nam ante omne nunc tẽpus eſt, quia nunc ipſa non ſunt contigua inter ſe, & omne tẽpus & minimũ diuiditur ipſo nunc, patet quod etiam in illo nunc diuidente in dimidiũ: tempus pteritum iam motum erit, quare quod mouetur ad extremum tẽporis nunc antequã moueretur hoc motu motum erat, quãdo dimidium iam pertranſiuit. Nam erat etiã dimidij aliqđ ultimũ nunc, & non dimidij ſolũ, ſed etiã quæcũque pars maioris aut minoris, quia oẽ tempus & minimũ diuiſibile eſt, & diuidit ſecundum ipſa nunc, et ſecũdum unũquodque nunc motum eſt, quẽadmodum ſecundum unũquodque tempus id quod mouetur. Si autem hoc ita ſe habet, & omne tempus ab ipſis nunc diuiditur, & inter oĩa nunc intermediũ eſt tempus, ne cõtigua ſint adinuicem ipſa nunc, quod mouetur, non ſolum ante moueri motum eſt, ſed etiam infinities motum, quoties. n. eſt accipere ipſum nunc in tẽpore in quo cietur, id quod cietur. toties motum eſſe, prædicatur de ipſo. Sed nunc eſt accipere toties, quoties eſt diuidere tẽpus, & tempus eſt diuiſibile in infinitum, eſt quoque tempus intermediũ inter diuiſiones, quia ipſa nunc non ſunt cõtigua, & ſic erit diuiſibile, quare ſi omne tẽpus diuiſibile eſt & poſt oẽm aſſumptam diuiſionem relinquitur tempus, nunquã deficiet diuiſio, quia nunquã deficit id quod põt diuidi in ſectionibus. Hoc autem erat tempus. igitur diuiſio in infinitum, ſed quãtum diuiſio durat, tantũ etiam ipſa nunc. Secundum eadem enim fit diuiſio, in quãtum enim durãt ipſa nunc, ipſum motum eſſe de illo quod mouet, prædicatur. Infinities

igitur erit mutatum id quod cietur. Patet autem quod potẽtia infinita & non actu, ut etiam diuiſio potentia infinitum habet, quia quod diuitur in infinitũ poteſt diuidi, ſed non quia aliquãdo ſit diuiſum in infinitum actu.

Tex. 54. Amplius autem ſi id quod continue mutatur, & neque corruptum eſt, neque ceſſauit a mutatione, aut mutari, aut mutatum eſſe, neceſſe eſt in quouis, in ipſo autem nunc non eſt mutari: neceſſe eſt mutatum eſſe ſecundum vnumquodq; ipſorum nunc. Quare ſi ipſa nunc infinita ſunt, omne quod mutatur, infinite erit mutatum.

Com. 41. Hoc tertium argumentum oſtendit, quod omne quod mutatur infinite prius mutatum eſt. Quod enim cõtinue mouet, & non interit, neq; quieſcit à motu quãtocunq;, neceſſe eſt, ut in aliquo tempore dicatur moueri, uel mutari, uel mutatũ eſſe, atqui in ipſo nũc oſtenſum eſt, quod non eſt ipſum mutari, igitur mutatũ eſſe, quare ſecundum unũquodq; nunc, in tempore acceptum in quo mouetur id quod continue cietur, erit motum & mutatum, ſed ipſa nũc ſunt infinita, ut in infinitum, igitur infinities erit motum, & mutatum.

Tex. 55. Non ſolum autẽ id quod mutatur neceſſe eſt mutatum eſſe, ſed etiam mutatũ neceſſe eſt mutari prius. omne enim quod ex quodam in quiddam mutatum eſt, in tempore mutatum eſt. Sit enim, in ipſo nunc, ex A in B mutatum. ergo in eodem quidẽ nunc in quo eſt, in ipſo A, non mutatum eſt. ſimul enim, erit in ipſo A & in ipſo B. quod enim mutatum eſt, quando mutatum eſt quod non eſt in hoc oſtenſum eſt prius, ſi vero in alio eſt, in medio eſt tempus, non enim contigua ſunt, ipſa nunc.

Tex. 56. Q͞m igitur in tẽpore mutatũ eſt, tempus aũt omne diuiſibile: in dimidio aliud erit mutatum, & rurſus in illius dimidio aliud, & ſemper ſic. quare mutaretur vtique prius.

Com. 42. Cum oſtenderit quod omne quod mutatur, neceſſe eſt, ut prius mutatum ſit, oſtendit etiã conuertens ipſum uerum eſſe, uidelicet omne quod mutatum eſt, ex aliquo in aliquid neceſſe eſt prius mutari. Oſtendit autem idem, prius oſtendens quod omne mutatum, ex aliquo in aliquid in tempore mutatum eſt. Hoc autem oſtendit deductione ad id q͞d fieri nequit. Si.n.nõ in tempore, ſed in ipſo nunc a/b/ipſo a/in b/mutatũ eſt, ſimul erit & in ipſo a/& in ipſo b/quod quidem fieri nequit. Neque enim poteſt quod mutatum eſt, quando mutatum eſt, eſſe in hoc ex quo mutatum eſt, ut demonſtrauit prius, quando dixit quod mutare & relinquere ſiue idem ſint, ſiue ipſum mutari ſequatur relinquere. Erat planior hic contextus. Si.n.ſimul erũt in ipſo a/b/deducens ad hoc, quod fieri nequit tum ſubmeminit cauſas, cur fieri nequeat dicendo. Nam quod mutatum eſt, quando mutatum eſt, quod non eſt hic oſtenſum eſt prius. Si ergo non in eodem nunc ab ipſo a/in b/mutatum eſt, ſed in altero, & altero, et inter omnia duo nunc tempus mediũ cadit, ſi quidem ipſa nunc non ſunt contigua, patet in tempore mutationem fieri. Hoc enim ſignificauit nunc in tempore mutatum eſſe, ſed non illud quod eſt terminus mutandi. Si ergo in tẽpore mutatum eſt, & omne tempus diuiſibile eſt, patet quod in dimidio temporis dimidium mutatum eſt, & prius dimidium quam totum, & in dimidio dimidij temporis dimidium rurſus dimidiæ magnitudinis, & ſic ſemper per diuiſionem temporis in infinitum, ſed quod mutatum eſt ſecundum partes, non poteſt ſimul totum mutatum eẽ, ſed permutari in mutatum eſſe procedit. Duntaxat enim erat quod mutatum eſt, non per mutari mutatum, ſi fiebat mutatio ſine tempore, & eſſet magnitudo ex indiuiduis compoſita. Et omnis mutationis in tempore factæ neceſſe eſt, ut omne quod mutatur ex aliquo in aliquid, per mutari prius mutatum eſſe.

Tex. 57. Amplius autem in magnitudine manifeſtius eſt quod dictum eſt: propterea quod continuum eſt magnitudo, in qua mutatur id quod mutatur. Sit enim mutatum ex C in D. Ergo ſi indiuiſibile quidem ẽ ipſum CD, id quod impartibile eſt, impartibili erit contiguum. Quoniam autẽ hoc impoſſibile eſt: neceſſe eſt magnitudinem eſſe id quod eſt inter, & in infinita eſſe diuiſibile. Quare, in illa mutatur prius. neceſſe eſt ergo omne quod mutatum eſt, mutari prius.

Tex. 58. Eadem enim demonſtratio eſt, & in non continuis. vt & in cõtrarijs, & in contradictione. Accipiemus enim tempus, in quo mutatum eſt, & rurſus eadem dicemus. Quare neceſſe eſt id quod mutatum eſt, mutari, & quod mutatur, mutatum eſſe. & eſt, ipſo quidem mutari, mutatum eſſe prius: ipſo autẽ mutatum eſſe, mutari, & nunquã accipietur primum. cauſa autem huius eſt, nõ eſſe impartibile impartibili contiguũ in infinitum.n.diuiſio fit, vt in ijs quæ augentur & diminuũtur lineis.

Com. 43. Quoniam oſtendit à tempore in quo mutatio fit, quod ante mutatum eſſe eſt mutari, idẽ apertius inquit eſſe à magnitudine ſecundũ quã fit mutatio, in his uidelicet quę mutantur ſecũdum magnitudinem. Hæc autem ſunt, quæ mutãtur ſecundũ locum, & quæ ſecũdum incremẽtum & diminutionem. Quæ enim mutatur ſecundum quale, non cadunt ſub hac demonſtratione à magnitudine ducta, ut neque ea quæ fiunt & intereunt. Neq; enim horum mutatio eſt ſecundũ quãtum, quare non ſecundum cõtinuũ, & ſemper diuiſibilia ſunt, ex quibus demonſtratio facta eſt. Quod uero propoſitũ ſit apertius in magnitudine, uel in tempore patet, ſiquidem in demonſtratione à tempore, & magnitudine utebatur, quando dixit in dimidio aliud erit mutatum eſſe, & rurſus in dimidio illius aliud, ſed in demõſtratione à magnitudine non indiget tẽpore. Oſtẽdit autem idem accipiens duas magnitudines aliam loci, ut in mutatione ſecundum locum, uel magnitudinem ſecũdũ quã accretio & diminutio fit, & aliud ex quo mutatum eſt, & aliud in quod mutatũ eſt primo, & unum ponit g/& aliud d/ponẽs, in quibus neceſſe eſt, aut totum eſſe indiuiſibile g/d/aut diuiſibile, ſed nequit eſſe indiuiſibile. Nam eſſet impartile attiguum impartili, illud ſcilicet ex quo & illud in quod, ſi uero diuiſibile magnitudo eſt intermedia, cuius alia eſt principium ex quo, & alia in quam finis. Sed magnitudo diuiſibilis ſemper in diuiſibilia eſt, quare prius mutatur ad partes, & ad partes partiũ, quæ cum dixerit cõmunem concluſionem infert, quod neceſſe eſt, ut mutatum prius mutetur, & quoniam proxima demonſtratio eſt, à magnitudine uel continuo non competit his ſecũdum qualitatem quæ quidem dixit contraria, neq; his quæ mutant̃ ſecundum ortum & interitum, quæ quidẽ appellat in contradictione. Et in his inquit eſſe eãdem demonſtrationẽ à tempore acceptam in quo mutatum eſt. Talis autem erat demõſtratio ante hanc, quæ utebat̃ continuo, & ſemper diuiſibili in tota mutatiõe. Merito igit̃ ambo ſimul deinceps uniuerſę cõcluſit, quod mutatũ neceſſe eſt, ut prius mutet̃ et ecõtra quod mutat̃ prius mutatũ ſit, & utrũq; ſemper ante alterũ. Non.n.eſt primum, & principiũ mutatiõis accipere, quia cõtinua ſunt diuiſibilia in infinitũ, & non cõponũtur ex indiuiduis. Nam infinita diuiſio eſt in cõtinuis, & ut inquit, patet hoc in his q̃ augẽtur & diminuũtur lineis. Si.n. acceperimus aliquã lineã, & diuiſerimus ipſam dupli͞r, & dimidiũ indiuiſibile ſeruabimus, & dimidium

dũ eius diuidentes dupl'r rurſus alterũ eius addamus idiuiſibili ex pricipio dimidio, & ſemp illud ex pricipio augebimus addi tiõe d m d orũ diuiſi apparebit dim.nutio, et accretio in ĩfinitũ.

Tex. 59. Manifeſtum eſt igitur quod & id quod factum eſt, neceſſe eſt fieri prius, & quod fit, factum eſſe, quæcunque diuiſibilia & continua ſunt. non tamen ſemper id quod fit, ſed aliud aliquando, vt illius aliquid, ſicuti fundamentum domus. ſimiliter autem, & in eo quod corrumpitur, & eo quod corruptum eſt. ſtatim enim ineſt, ei quod fit, & quod corrumpitur, cum ſit cõtinuum, infinitum quoddam. & non eſt, aut fieri non factum aliquid. aut factum eſſe quod non fit aliquid. ſimiliter autem, & in ipſo corrumpi, & in corruptum eſſe. ſemper enim eſt ipſo corrumpi, corruptum eſſe prius. ipſo autem corruptum eſſe corrumpi. Manifeſtũ eſt igitur, quod & id quod factum eſt, neceſſe eſt fieri prius, & quod fit, factum eſſe. omnis enim magnitudo, & omne tempus, ſemper diuiſibilia ſunt. Quare in quocunq; ſit, non erit vtique vt primo.

Com. 44. Cum prius dixerit quod hęc demonſtratio quæ oſtendebat ante mutatum eſſe mutari, & id non continuis conuenit contrarijs, & ſecundum contradictionem, quando à tempore ſumpta fuerit demonſtratio, nunc oſtendit quod etiam in his quæ mutantur ſecundum contradictionem ideſt in his quæ ex eo quod non eſt, ad id quod eſt, uel ex eo quod eſt, ad id quod nõ eſt, ideſt his quæ fiunt & intereunt, quæcunque ſunt diuiſibilia & continua non ſolum demonſtratio ex tempore congruet, ſed etiam illa à magnitudine, quare facta magnitudo neceſſe eſt ut prius fiat, & quæ fit iam facta ſit, & non ſolum in his quę fiunt ratio uera eſt, ſed etiam in omnibus quomodocũque mutatis, non tamen ſemper quod fit, hoc etiam factum eſt prius, ſed aliqua pars illius. Nam dum fit domus iam aliquid eius eſt, ut fundamentum, & quando fiunt parietes etiam fieret integumentum. Et de eodem fundamento forte uerum eſt dicere, quod ſemper aliquid prius fit quam factum eſt, ob partitionem in infinitum. Sed cur dicens, { Sed aliud quid } adiecit { aliquando. } Nam ſemper de eo quod fit, dum fit aliqua eius pars prius fiebat. Vel quia { aliquando } additur, non ob ea in quibus factum eſſe præcedit fieri, ſed ob ea in quibus fieri præcedit factum eſſe. Etenim aliquando hoc idem dicebatur fieri, quod nunc factum eſſe dicitur, ut domus, aut fundamentum, & aliquando quod fit prius, non hoc erat quod nunc factum eſt, ſed quicquam aliud & pars eius. Si enim domus facta eſt, fiebat prius, ſed fiebat quando perficiebatur uniuerſa domus. Item quando fiebat eius fundamentum, aliquid domus erat factum. Similiter ſe habet, inquit, & in eo quod interit, ut in eo quod fit. Etenim interire præcedit iam interiſſe, & iam interiſſe interire, & his non eſt neceſſe hoc interiſſe quod prius corrumpebatur, neque corruptum quod corrumpebatur, ſed poteſt etiam pars totius præcedere. Vt enim in ortu ſic in ipſo interitu ſe habere neceſſe eſt, & cauſam cur unum præcedat aliud uiciſſim in ortu, & interitu adiecit, eſſe aliquid infinitum, in his quæ fiunt & intereunt. Nam corporum eſt per ſe ortus, & interitus. Et corpora ſunt diuiſibilia in infinitum. Et huius cauſa eſt, quia ſunt continua. Nam omne continuum eſt, diuiduum in infinitum, quia non componitur ex indiuiduis, & cum tempus ſit continuum in quo eſt ortus, & interitus merito erit diuiduum in infinitum, quare & per demõſtrationem a tempore, & magnitudine etiam in ortu, & interitu ſemper precedet alterum, alterũ. Cęterum illud quod eſt in principio contextus. { Quæcunque diuiſibilia & continua } inquit Alexander addi, quia ſunt quędam de quibus fieri prædicatur quæ non habent eſſe per ortum. Nam tactus dicimus tactos, ſed non fieri & patet quod in talibus non pręcedit tactum fieri, neque fieri tactum ſiquidem in his prorſus nõ eſt fieri. Sed omnino mutari præcedit mutatum eſſe, & econtra mutatum eſſe mutari, ſed in mutatione ſecundum locum notius eſt, quia continuum eſt loci interuallum, & ſimiliter diuiditur, ut tempus, ſed in alijs mutationibus definitum eſt certe, quod ſi omnis mutatio eſt in tempore, uerum eſt quod mutari ſecundum tempus præcedit mutatum eſſe, & mutari mutatum, quod ſi quædam mutationes fiunt ſubito, non amplius hoc forte concedendum eſſet. Subito non uelut uniuerſi partes ſolum ut in congelatione, ſed nõ uelut in tempore. In his enim mutari, non præcedit mutatum eſſe nec econtra, quia in his prorſus nõ eſt mutari. Sed uidetur Theophraſtus dubitare ſi omnis mutatio ſit in tempore reſpiciens forte ad mutationes, quę fiunt ex umbra, & tenebris ad lucem, quãdo lychno intro ducto, in domicilium totum confeſtim repletur lumine. Item tactus cum non fiat per ortum, neque factum eſſe dicitur, ſed eſſe ſine ortu. Ideo primo de cœlo Ariſtoteles inquit unam ſignificationẽ ingenito eẽ q̃ ingenitũ dicit uelut ſc'dm tactũ.

Tex. 60. Quoniam autẽ omne id quod mouetur in tẽpore mouetur, & in pluri maior magnitudo, in infinito tẽpore impoſſibile eſt per finitã moueri nõ eãdẽ ſemper, & illius aliquid quod mouetur ſed in toto totam. Quod igitur ſi quid moueatur ęque velociter, neceſſe eſt finitũ infinito moueri: manifeſtũ eſt. accepta enim parte quę mẽſurabit totam, in tot ęqualibus tẽporibus quot partes ſunt per totã motũ eſt. Quare, quoniã hę finitę ſunt, & quãto vnaquęq;, & numero oẽs, & tẽpus vtiq; erit finitum. toties enim erit tãtum, quãtum partis tempus multiplicatum ſecundum multitudinem partium. Sed & ſi non ęque velociter, refert nihil. Sit enim in quo A & B, ſpatium finitum, per quod motum ſit in infinito tempore, & tempus infinitum, in quo C D. Si igitur neceſſe eſt prius per alterum altero motum eſſe: hoc autem manifeſtum eſt quod temporis in priori & poſteriori, per alterum eſt motum. ſemper enim in pluri, per alterum erit motum. ſiue æque velociter, ſiue non æque velociter mutetur, ſiue intendatur motus, ſiue remittatur, ſiue maneat, nihilo minus. Accipiatur igitur ſpatij A B, aliquid quod ſit A E, quod menſurabit A B. Hæc itaque pars infiniti in quodam abſoluta eſt tempore. in infinito enim non eſt poſſibile. totum enim, in infinito. Et rurſus, alteram ſi cepero tantam quanta ẽ A E, neceſſe eſt in finito tẽpore. totũ enim in infinito. & ſic accipiẽdo. Q̃m autem, infiniti quidem nulla pars eſt quæ menſuret (impoſſibile enim eſt infinitum eſſe ex finitis æqualibus & inęqualibus, ppterea quod mẽſurabũtur quę finita ſunt, multitudine & magnitudine a quodam vno, ſiue æqualia ſint ſiue inæq̃lia. definita autẽ magnitudine, nihilo minus. ſpatiũ autẽ finitũ, quãtis A E, mẽſuratur) in finito tpe A B mouebitur.

Com. 45. Proponit oſtendere quod neque in tempore infinito poteſt aliquid pertranſire lineam finitam, uel motum abſoluere, neq; infinito tempore infinitam. Et primum dictum eſt. Sed quo-

modo accepta finita linea & motu uerum eſt dicere, quod non poteſt finitam tempore infinito pertranſire: determinat prius. Cur enim cum ſit tota finita dicẽdum eſt, ſemel in toto tẽpore pertrãſitã, & non eãdem ſæpe numero, ut uidemus fieri in corpore orbiculari, ubi aliquid iterum atq; iterũ fit. Sic enim fieri põt, ſed cur ſemel eandẽ pertrãſire non poſſit in tẽpore infinito tam demonſtrauit, quia neq; in tẽpore infinito finita multitudine pertranſiri queunt, neque in tempore finito infinita: qñ contra Zenonis rationem inſtabat. Sed idẽ nunc oſtendit primum in magnitudine, deinde & in ipſo motu uniuerſaliore demonſtratione utens. Aſſumit quædã prius conceſſa, quod oẽ quod mouetur in tẽpore cietur, atq; quod idẽ in maiori tẽpore maiorem magnitudinẽ tranſit, unde etiam plus motus abſoluit. Proinde cum ſit aliud quod mouetur æqualiter, & aliud inæqualiter oſtendit propoſitum primo, de eo qđ mouetur æqualiter, de quo etiam prior demonſtratio eſt. Sumpta enim aliqua parte totius lineæ, uel totius motus/quæ menſurabit totam finitã erit aliquid etiam temporis finitum, in quo ſumpta pars pertrãſiebatur lineæ, aut motus, ſi enim totam in tẽpore infinito pertranſibat, patet quod pars in tempore finito ob prius ſumptũ effatum, & axioma, quod dicit, idem in maiori tẽpore maius ꝑtranſit, igitur in tẽporibus æqualibus numero/æquales partes lineæ & motus, quod mouetur/pertranſiuit totam: ſi ergo partes lineę & motus finitæ ſunt magnitudine & numero. Nã hoc ſignificare uult his uerbis, { Quãtũ unũquodq; & quoties, } & temporis partes ſiſt cum partibus magnitudinis & numero erunt finitæ. Sed cuius partes magnitudine, & numero ſunt finitæ, & totum idem erit finitum, igitur non erit tẽpus infinitũ, ſed finitum in quo finitam lineã & motum abſoluit/id qđ mouetur. Et ſi (inquit) non æqualiter moueretur, id quod cietur: nihil intereſt quo ad demonſtrationẽ, in qua oſtendit qđ magnitudinem finitã, & motum finitum nõ in tẽpore infinito, quod mouetur pertrãſit, ſed in finito uno ſolo ſeruato, quod in maiori tẽpore, quod mouet̃ aliud interuallũ aſſumit, ſiue æqualiter moueatur, ſiue ſucceſſiue intendatur & remittat̃, ſiue in altero iorum ſemꝑ maneat, uel remiſſione ut remittatur ſolũ, uel intẽſione ut ſemper remittat̃. Nã aliquo tẽpore addito in quo motum eſt aliquid eius, quod mouet̃ quomodocunq; omnino, & interuallo addetur. uel magnitudinis, uel motus ſpatio/qđ iam mouebatur, in tempore prius ſumpto. Et diuiditur rurſus tempus, & ſi in ipſa inæqualia lineæ & motui, tñ in finita numero & magnitudine. Oſtendit aũt idẽ/aſſumens prius qđ iam oſtẽſum eſt, quod omne quod mouetur prius aliã partẽ huius pertranſiuit, in aliqua parte ipſius totius tẽporis. Nam partium magnitudinis/& motus quas pertranſit, id qđ mouetur alia prius pertranſitur, ꝗ̃ alia ſecũdum partes tẽporis priores, & poſteriores ordine, nõ enim totum ſimul ſpatiũ pertrãſitum eſt, ſed non ſic fit motus, ſi in tanto tẽpore tãtum pertrãſierit, ſiue æq̃liter, ſiue inæqualiter moueatur: addito aliquo tẽpore maiori, maius etiam abſoluitur ſpatium. Nõ enim idem in maiori tẽpore, & minori abſoluit̃, ſi uerũ ſit illud effatum, & dignitas quæ dicit quod in maiori tẽpore maius abſoluitur ſpatiũ, & nõ idẽ in maiori, & minori. Sed ad ipſam tẽporis additionem, additur etiam motus & magnitudo, idcirco aſſumpſit prius partes primas magnitudinis, aut motus ſecundũ primas temporis partes/pertrãſiri. Si ergo partes habent ſpatiũ & motus, ut a/b/quorũ primæ nõnullę, nõnullę uero poſteriores abſoluant̃, ab eo qđ mouetur, ſi abſtulerimus aliquã partẽ, ut a/e/quæ totum a/b/menſurabit finitũ, & ab ipſo g/d/infinito tẽpore abſtulerimus id in quo pars illa inæqualiter, ab eo qđ mouetur, abſoluitur, patebit quod finita eſt pars uniuerſi, & ſi rurſus aliam ſpatij, & motus abſtulerimus, & acceperimus finitã tẽporis, & ſi nõ æqualis fuerit primo tẽpori accepto finitum tñ eſt propterea quod totum ſpatium finitũ in tẽpore finito, quod mouetur trãſibat. Sed nõ põt in eodem totum & pars pertrãſiri. Proinde ſi ſemper auferentes à finito interuallo, uel magnitudine, uel motu æquali primo dempto cõferemus, illud & ſi ſingula à tẽpore finito g/d/finita auferamus in quo tẽpore quod mouetur inæqualiter cietur, totidẽ erunt temporis partes, quot etiã magnitudinis. Sunt enim partes magnitudinis numero finitæ. Omne enim finitũ diuiditur in finita æqualia inter ſe numero, & tempora igitur finita numero erunt in q̃bus totũ interuallũ pertrãſibit quod mouetur, & nõ in ipſo infinito. Nam & ſi æquales fuerint partes tẽporis ob inæqualitatẽ motus, tñ cum ſint numero finitæ, & unũquodq; magnitudine finita ſit totum efficit finitũ, ſiue æquales fuerint, ſiue inæquales. Et erit ſyllogiſmus in ſecunda figura talis. Tempus in quo, quod mouetur lineam finitam pertrãſit partibus impletur et dimetitur numero, & magnitudine finitis, ſed tẽpus infinitũ à talibus partibus, nõ expletur nec numerat̃, igitur tẽpus in quo motũ pertranſit finitã nõ eſt infinitum. Sed qm̃ infiniti tẽporis non erat aſſumere aliquã partem, quæ menſurabit ipſum, ſed ſecũdum unãquanq; magnitudinis aut motus partẽ quã tranſit quod mouetur, poteſt aliqua pars finita temporis ſumi, dimetietur partes temporis, & adæquabit partibus magnitudinis, & motus ſiue æquales fuerint inter ſe. ſiue inæquales. Sed tẽpus ex partibus numero & magnitudine finitis eſt finitum & non infinitum, propter hoc ſic tractauit demonſtrationem.

Similiter autem & in quiete. Quare neque fieri neque corrumpi poſſibile eſt ſemper, aliquid vnum & idem.

Si quieto nunc ſignificat quietem oppoſitam motui, qm̃ & quieſcens in tẽpore quieſcit, diceret quod ut motus finitus, non poteſt fieri in tempore infinito, ſic & quies. Si uero quietudo (ut ita dicam) ſignificat motum quieſcere qui eſt in quiete, qđ quidem in ſequentibus appellat ſtare, uelut ad ſtationẽ procedens, merito talia & de quiete putat dicenda eſſe, quæ etiã de motu. Nam motum biſariam diuidens, illud moueri appellat, qñ ex quo mouetur id quod cietur, & ſtare tum dicit qñ quieſcit, in eo, ad quod & ſtat. Cæterum illud qñ dicit. { Neq; fieri, neq; corrũpi poteſt ſemper, aliquid unũ & idem, } ſignificat quo finitũ ſit in tẽpore finito, & fieri & interire mutari eſt. Omnis enim ortus atq; interitus finitus, in tẽpore finito fit. Sed finiti ortus atq; interitus finitus eſt, quare & hic in tẽpore finito, ut enim non poteſt finita linea tranſiri in tẽpore infinito, niſi iterũ atq; iterum ſic nequit oriri & interire finitũ tẽpore infinito. Com. 46.

Eadem autem ratio eſt, & quod neque in finito tempore per infinitum poſſibile eſt moueri, vt quieſcere, ſiue regulariter moueatur ſiue irregulariter. accepta enim quadam parte, quæ metietur totum tempus, in hac quantum aliquod pertranſibit ipſius magnitudinis, & non totam. in toto enim, totam. & rurſus in æquali, aliam & in vnoquoque, ſimiliter, ſiue æqualis ſit, ſiue inæqualis ei quæ eſt a principio. refert autem nihil, dummodo ſit, finitum quoddam, vnaquæque. manifeſtum enim eſt, quod conſumpto tempore infinitum non conſumetur, finita diuiſione, & quanto & numero ablatione facta. Quare non tranſibit in tempore finito, infinitum. nihilque refert magnitudinem, verſus alteram, aut verſus vtranque partem, eſſe infinitam. eadem enim erit ratio. Tex. 79

Cum oſtenderit non poſſe aliquam magnitudinem finitam pertranſiri tempore infinito, aut motum finitum abſolui, nunc conuertens oſtendit, quod neq; infinitũ poſt pertrãſiri, neq; infinitus põt eſſe motus tẽpore finito, imo neq; quieſcere quiete infinita tempore finito, & ſi quieſcere ſignificat quietem oppoſitam motui diceret, quod neque infinita quiete/poteſt aliq̃d quieſcere tempore infinito. Illud autem ſiue regulariter mouea- Com. 47

tur, ſiue irregulariter. Si communiter adductum eſt, pro moueri, & quieſcere erit quieſcere ſignificans procedere ad quietem ſi uero ad ſolum moueri inductum eſt, magis ab ipſo quieſcere ſignificaretur quies. Sed demonſtratione eadem utitur & nunc, & finitum hic diuidit, & ſimul diuidens infinitum cum ipſo. Verum quia prius diuidens magnitudinem. Nam hæc ponebatur finita, ſimul diuiſit tempus poſitum infinitum, nunc autem tempus ponens finitum, ab ipſo aliquam partem auferens, quæ menſurat totum, quia in unoquoque tali tempore aliquod finitum mouebatur. & pertranſibat æqualia quando æqualiter mouebatur, & inæqualia quando inæqualiter, uerum ſemper finita, porro non in parte totius temporis infinitum pertranſiri poterit. Nam in toto tempore ponebatur infinitum pertranſiri, igitur conſumetur finito tempore, & infinita eſt poſita magnitudo: ſiue in æquales, ſiue in inæquales portiones diuidatur. Sed cum ſit diuiſio finita in tempore finito ſimiliter terminabitur ſimul, & diuiſio magnitudinis, & quanti, & huius quoties idem, & magnitudine & numero. Sed quod ex finitis magnitudine & numero eſt, non eſt infinitum, quare in finito tempore non abſoluetur infinitum. Adiecit autem quod nihil ad demõſtrationem differt magnitudinem accipere infinitam ad alterũ uel ad utrunque. Patet autem quod & prius tempus ſimiliter. Nam & ſi ambo ſumpta fuerint eadem procedit oſtenſio. Nã in parte temporis finiti finita neceſſe eſt, aliquã partem magnitudinis, & ſubiectũ ad utrũque infiniti finitam ſumi, & toties ſumpta finita pars ſumenda eſt quoties, & in tempore finito ſumitur & ſi æquales, aut inæquales partes ſumptæ fuerint, quibus demonſtrat magnitudinem infinitam poſitam eſſe finitã. Et prius aſſumens tempus ad alteram partem finitum: demonſtrauit quod partem infinitæ magnitudinis finito tempore, id quod mouetur pertranſibit, & ſi omne moueret in infinito.

Tex.63 His autem demonſtratis, manifeſtum eſt, quod neque finitam magnitudinem infinitum contingit tranſire infinito tempore, propter eandem cauſam. In parte enim temporis, finitam Tex.64 tranſibit. & in vnaquaque, ſimiliter. quare in toto, finitam. Quoniam autem finitum non tranſibit infinitam in finito tempore, manifeſtum eſt, quod neque infinitum, finitam. ſi enim infinitum, finitam: neceſſe eſt & finitam, tranſire infinitum. nihil enim refert, vtrumuis eſſe id quod mouetur. vtroque enim modo, finitum tranſibit infinitum. Cum enim moueatur infinitum, in quo eſt A, erit aliquid ipſius ſecundum B finitum, vt C D. & rurſus aliud & aliud, & ſemper ſic. Quare ſimiliter accidit infinitum motum eſſe per finitum, & finitum, tranſiſſe infinitum. neque enim fortaſſis poſſibile eſt aliter infinitum moueri per finitum, quam quod finitum tranſeat infinitum, aut latione vtendo, aut metiendo. quare quoniam hoc impoſſibile eſt, non tranſibit infinitum, finitum. At vero neque infi- Tex.65 nitum, in finito tempore tranſibit infinitum, ſi enim infinitum, & finitum. ineſt enim infinito, & finitum. Amplius autem & tempore accepto, eadem erit demonſtratio.

Com.43 Cum prius oſtendiſſet & proxime rurſus, quod id quod mouetur neque magnitudinem finitam, neque motum finitum pertranſit, & abſoluit tempore infinito ſiſt & conuertens, quia neque magnitudo neque motus infinitus tempore finito erit, his inducit uelut corollaria ea quæ ſequuntur, quæ ab ipſo quod mouetur proueniunt. quod nõ amplius indeterminate, ut prius accipitur, ſed definitum, & aliquando quidem ponitur infinitũ & aliquando finitum. Nam inquit demonſtratis his, ex ipſa demonſtratione, manifeſtum eſt de eo quod mouetur, quod ſiue finitum ponatur, non poteſt eandem aliquam magnitudinem finito in tempore pertranſire, ſiue infinitum poneretur, ſi moueretur omnino infinitum, neque finitum pertranſietur tempore finito, & multo magis nec infinitum. Et quod finitum ſi aliquod fuerit, non pertranſibit aliquam infinitam magnitudinem tempore finito oſtendit per eandem demõſtrationem qua uſus eſt prius. Nam diuiſo finito tẽpore in partes finitas, in unaquaque aliquam partem magnitudinis pertranſiens quod mouetur abſoluet totum, ut ſit aliquid finitum pertranſitum, & non infinitum tempore finito. Quod ſi ponatur id quod mouetur infinitum & curriculum per quod mouetur finitum, non pertranſibit infinitum in tempore finito, per ſpatium finitum. Nihil enim differt, inquit, uel facere id quod cietur infinitum, & finitum ſpatium, uel econtra. Si enim a, infinitum mouetur per b, finitum, erit aliqua pars infiniti in ipſo b, ut g, d, & rurſus alia, & ſic ſemper, quouſque omnes infiniti motu partes pertranſierint b, quare ſimul accidet quod mouetur, cum ſit infinitũ pertranſire per b, & b, cum ſit finitum pertranſibit infinitum. Neque enim aliter finitum pertranſiri poteſt dici, uel quia finitum per totum permeat infinitum. Nam infinita magnitudo, ſiquidem infinita fuerit ubique non habebit locum quo moueri poſſit. Diceretur autem moueri per quoddam finitum ſolum ſic ſi finitum, per omnes partes eiuſdem pertranſiret quod quidem ſi fieret menſurabitur infinitum ab ipſo finito. Non enim aliter ipſum pertranſiri poteſt. Si ergo & hoc abſurdum & rurſus finitum apparet per infinitum & nunc tranſiens, quod quidem fieri non poſſe oſtenſum eſt patet, quod non pertranſibit, per finitum infinitum, tempore finito. Pulchre igitur dixit nihil intereſſe ſi quod mouetur utrolibet modo ſit. Cæterum ubi demonſtrauit, quod neque infinita magnitudo infinitum ſpatium pertranſit, in tempore finito, neque infinita magnitudo finitũ ſpatium nunc, oſtendit quod neque infinita, magnitudo infinitum ſpatium tempore finito pertrãſit. Si enim deberet totum infinitum pertranſire per infinitum, oportet aliquam partem eius prius finitam ipſum pertranſire. Et non eſt dicere quod infinitum non habeat partem finitam. Nam ineſt infinito finitũ. Si ergo oſtenſum eſt quod nequit finitum in tempore infinito pertranſiri patet quod neque infinitum pertranſibit in tempore finito. Et à tempore inquit incipientes idem demonſtrabimus. Oſtenſum enim eſt prius, quod non poteſt infinitum pertranſiri tempore finito. Si enim à tempore partem abſtulero aliquam menſurantem totum finitum, in hoc aliqua pars infiniti abſoluetur, quoniam totum infinitum ponebatur, in toto tẽpore moueri finito. Si ergo ſecundum unãquãque partem tẽporis finiti acceperimus aliquã partẽ infiniti, quoniam tẽporis finiti partes finitæ adequabunt partibus infinitis, & ita nõ pertrãſibit infinitũ.

Tex.66 Quoniam autem neque finitum infinitum tranſibit, neque infinitum finitum, neque infinitum in finito tempore mouetur: manifeſtum eſt, quod neque motus erit infinitus in finito tempore. quid enim refert, motum aut magnitudinem, infinitum facere? neceſſe enim eſt vtrumuis & alterum, eſſe infinitum. omnis enim latio, in loco eſt.

Com.44 Oſtenſum eſt prius, quod cum magnitudine in qua fit motus quod mouetur neque motu infinito, in tempore finito moueri neque in infinito finitum. Cõmunis enim erat demonſtratio. Quantũ enim eſt ſpatiũ per quod fit motus, tãtus etiã motus eſt, ideo, & ego motũ in demõſtratiõe magnitudinis comprehẽdi. Sed ipſe principio Theorematis, dixit fieri non poſſe ut finita in tempore infinito abſoluatur, non eandem ſemper & totum aliquid pertranſeatur forte, uelut de linea dixit per quã fit motus

quia poſuit nomen fœmininũ. Et forte intelligens motũ quod ſi de quiete oppoſita motui eadem eſſe dicenda putauit, patet quod etiã de motu erant prius oſtenſa. Etenim in hoc extēdit ratio ſua, nunc aũt ex oſtenſis de magnitudine, ~bus motus abſoluitur, concludit neq; motum infinitum eſſe in tēpore finito. Nã magnitudo per quã motus localis eſt, à quo motus ſecũdum locum habet ſpatium, qm̃ pertranſit infinitum ſpatium tempore finito, planum eſt quod neq; motus erit infinitus in tempore, niſi rurſus, & rurſus in eodem fieret. Omnis enĩ motus infinitus ſecundũ lationem fit, in infinito, interuallo locali, niſi iterum atq; iterũ idem reuertatur. Si ergo oſtēſum eſt qd' non eſt pertranſire infinitum ſpatiũ tempore finito, patet quod neq; motus finitus abſolui poterit. Eſſet enĩ & interuallũ, per quod fit motus infinitum, ſed quãtum ad demonſtrandũ qd' non ſit infinitus quendã uſum præbet hoc, quod neq; qd' mouetur ſit infinitum. Vel quia ſi fuerit magnitudo infinita & ce-retur omnino, & ſi ad quantũlibet tēpus, erit motus infinitus uelut magnitudine cũ qua extenditur. Oſtenſum enĩ eſt quod motus, ut etiã cum magnitudine ſimul diſtat cuius eſt motus ut etiam ſimul diſtat cum interuallo, per quod pertrãſit id qd' mouetur. Pulchre igitur non ſolum cum infinitudine interualli, ſimul infinitudinem motus in tempore finito ſuſtulit ac deſtruxit, ſed etiam cum infinitate magnitudinis quæ mouetur. Si enim his ambobus cõcluditur motus, cum horum neutrum infinitum in tempore finito inſit ei quod mouetur, neque motus eidem infinitus inerit.

Tex.67. Quoniam autem omne, aut mouetur, aut quie
ſcit quod aptum natura eſt, quando aptum eſt.
& vbi, & quo pacto: neceſſe eſt omne quod ſtat
cũ ſtat, moueri. ſi enim non mouetur, quieſcet.
ſed non contingit, vt ad quietem tendat quie-
Tex.68. ſcens. Hoc autem demonſtrato, manifeſtum eſt,
quod & in tempore ſtare neceſſe eſt. quod enim
mouetur, in tempore mouetur. quod autem ſtat,
oſtenſum eſt moueri. quare neceſſe eſt, in tempo
Tex.69. re ſtare. Amplius autem ſi velocius quidem &
tardius in tempore dicimus, ſtare autem eſt ve-
Tex.70. locius & tardius. In quo autem tempore primo
id quod ſtat, ſtat: in quouis huius neceſſe eſt ſta-
re. Diuiſo enim tempore ſi in neutra quidē par
tium ſtat, neque in toto. quare non vtique ſtat id
quod ſtat. ſin vero in altero, non vtique in pri-
mo toto ſtat. ſecundum enim vtrũq; in hoc ſtat,
ſicut dictum eſt. & in eo quod mouetur, prius.
Vt autem id quod mouetur non eſt in quo pri-
mo mouetur, ſic neque in quo ſtat id quod ſtat.
Tex.71. Neque enim ipſius moueri, neque ipſius ſtare,
aliquid eſt primum. Sit enim in quo primo ſtat,
in quo A B. hoc igitur, impartibile quidem non
contingit eſſe. motus enim, non eſt in imparti-
bili, propterea quod motum eſt aliquid ipſius.
quod autem ſtat, demoſtratum eſt moueri. At
vero, ſi diuiſibile eſt in quauis partium ipſius
ſtat. hoc enim oſtenſum eſt prius, quod in quo
ſtat primo, in quauis parte illius ſtat. Quoniam
ergo tempus eſt in quo primo ſtat, & non impar
tibile eſt, omne autem tempus in infinita diuiſibi
le, non erit in quo primo ſtatur.

Com.50. Propoſitum eius eſt, & ſi uideatur apparenter dicere præter opinionem quod id quod ſtat ſit idem ei quod mouetur, & quod quæcũq; inſunt ei quod mouetur, tot etiam competunt ei quod ſtat. Sed accipiens aliud quieſcēs oppoſitũ ei quod mouetur, & in eodē manens, & aliud quieturũ quod mouetur ad quieſcere, ut id quod album fit dum tendit ad albedinem, inquit quieſcenti idem eſſe quod ſtat, & ei quod erit quieſcens idem eſt, quod erit ſtans, quod quidem ad ſtationem procedit. Et primum oſtendit, quod mouetur id quod erit ſtãs aſſumens neceſſarium aliquid diuiſiuum dicens qd' omne aut mouetur, aut quieſcit uidelicet aptum quieſcere. Quod enim eſt natura immobile, neq; mouetur, neq; quieſcit, ſed quod quidem eſt aptum moueri, hoc etiam quieſcere. Qm̃ priuatio mouendi quieſcere eſt, & priuatum eſt illud, quod eſt aptum habere, & qñ eſt aptum habere non habens. Non enim nuper natus catulus diceretur quieſcere ſecundũ ipſum non uidere, quia hic neq; aptus eſt uidere, ſed neq; homo qui non haberet oculos in pectore diceretur priuari, quia non habet in pectore. Vbi enim aptus eſt habere, ſi non habuerit diceretur priuari. Neq; piſces in aere dicerentur priuari motu, quia neq; ibi ſunt apti moueri. Item neq; piſces dicerētur priuari inceſſu. Nam apti ſunt natare, ſed non incedere. Neceſſe eſt igitur, ut omne quod eſt aptum moueri, niſi moueatur qñ aptum eſt, & ubi natum, & in priuatione eſt moueri, quieſcat, ipſum ergo quod erit ſtatus, ideſt proficiſcēs ad ſtationem, quia eſt aptum eſt moueri, neceſſe eſt uel quieſcere, uel moueri, ſed non quieſcit, quod enim quieſcit iam non amplius manet. Nam eſt uia in quietem, ut quieſcere ita ſe habet ſtare. Nam ambo idem ſunt, ideo tranſtulit quieſcere in ſtare. Si ergo quod erit quieſcens mouetur, et quod mouetur in tempore mouetur, patet ex oſtenſis, qd' ſtãs in tempore ſtat, ſiquidem ſtans ſit illud quod eſt aptũ quieſcere & moueri, ſed non quieſcit, ſed mouetur, & id quod mouet in tempore mouetur. Oſtendit hoc & aliter. Si enim ſtare eſt uelocius & tardius. Quod enim ad ſtationem procedit, uel citius diſcedit, uel tardius, & omne uelocius, aut tardius ſunt in tempore, igitur ſtare eſt in tempore. Sed cum demõſtrarit qd' id quod erit ſtans, & quod mouetur in tempore ſtat, deinceps oſtendit, quod etiam hoc competit ſtanti, ut moto uidelicet nõ eſſe primum accipere in quo ſtet id quod ſtat, quia ante omne quod erit primum poſitum eſt aliquid prius, ut etiam de motu oſtendebatur ob ſectionem in infinitum temporis, & interualli quod pertranſitur, & motus eius, & illius, ſecũdum quod mouetur id quod mouetur, qñ ſecũdum quãtum mouerẽ, qd' aũt non ſit primũ accipere in quo ſtet id quo ſtat, ſed qd' quis tempus uelut primũ acceperit ante hoc aliud inuenietur, oſtendit prius demonſtrando qd' in quo tēpore primo ſtat in quocũq; ipſius neceſſe eſt ſtare, diuiſo enim tempore in quo primo dicitur ſtare id quod ſtat, ſi quidem in neutra parte ſtare dixeris, neq; in toto, quare non ſtaret id quod ſtat, quod ſi in altera ſtaret, & primum patet quod in prima nõ in primo toto ſtaret. Nam ſic in toto ſtabat perinde, ac ſecũdum alterã partem ſtaret, ut prius de illo quod mouetur oſtēſum eſt. Similiter enim ſe habet id quod mouetur, & id qd' ſtat, quia etiã quod ſtat, eſt id quod mouetur. Vt igitur qd' mouetur in quo primo ponebatur moueri neceſſe eſt, ut in aliqua partium eius idem moueatur, ita ſe habet id quod etiam ſtat. Hoc igitur cũ prius oſtendiſſet, deinceps oſtendit ex hoc, quod ut ipſius moueri non eſt primum accipere, in quo mouetur aliquid, ſic neq; ipſius ſtare. Oſtendit etiã hoc per deductionē ad id quod fieri non põt. Sit enim (inquit) in quo primo dicitur ſtare id in quo a/b/ quod prius ſtatim diuiſit. Nunc aũt demonſtrat primum quod diuiſibile ſit, quia non eſt impertibile, quod uero non ſit impertibile oſtendit, quia motus non fit in aliquo impertibili, quare neq; ſtare ſiquidem ſtare eſt aliquid moueri. Quod aũt motus non ſit in ipſo impertibili per oſtenſa cõfirmauit. Si enĩ neceſſe eſt quod mouetur prius moueri motus, non eſt in ipſo impertibili. Nõ enĩ põt aliquid in eodē moueri & motũ eẽ. Sed qd' ſtat demõſtratũ eſt, qd' eſt ipſm qd' mouet, quia ergo diuiſibile eſt a/b/ in quo primo dicit ſtare, id qd' ſtat in quacũq; eius parte ſtat. Nam hoc prius oſtenſum eſt, ut illud in quo pri-

mo

mo aliquid ſtare dicitur, in quacunq; parte illius ſtare neceſſe ſit. Si ergo tēpus eſt in quo primo ſtare dicitur, & non aliquod indiuiduum, & tempus omne eſt diuiduum in infinitum, non ergo erit aliquid primum eius, neq; ipſius ſtandi erit aliquod principiū in quo ſtare primo diceretur id quod ſtat. Vt enim tempus ſe habet in quo eſt ſtare, ſic etiam in eodem ſtare, igiť à partibus quibuſcunque diuiſi ipſius ſtare in infinitum, demōſtrauit quod non eſt, aliquod primum in quo ſtat. Neq; enim eſt aliquod primum illius, quod eſt diuiſibile in infinitum, ſed ſi ſtare moueri eſt, & de moueri oſtenſum eſt, quod non eſt aliquid accipere, in quo primo mouetur id quod mouetur, patet quod neq; ipſius ſtare eſt, aliquod primum accipere. Quæ igitur opportunitas eſt, ad demōſtrationem huius breuiter diſſerere. Vel primum quidem uolens oſtēdere, quod ſtare hoc eſt moueri aliquid, & ſi præter cōſuetudinem dicatur, merito propoſuit oſtendere, quod quæcunq; inſunt ipſi moueri totidem & ipſi ſtare quatenus moueri eſt aliquid ſtare. Deinde ſi idem erat uiciſſim moueri & ſtare, ſuperuacaneum erat de ipſo ſtare diſſerere, ſed quia nō ſimpliciter moueri eſt ſtare, ſed ad ſtationem moueri idem eſt (ut diximus) ipſi quieſcere, merito & in his moueri demonſtrationem faciebat, ut habeat ueritatem in omni motu ratio, & de eo qui eſt ex quo, & de illo qui eſt ad qđ. Et quod hāc habeat intelligētiā Ariſtoteles ex eo cōiectuo, q̄a eadem ſtatim de quiete adducit, quæ eſt oppoſita toti motui.

Tex. 72. Neque igitur, quieſcens quādo primum quieuit eſt. in impartibili enim non quieuit, propterea quod non eſt motus in impartibili. In quo autem eſt ipſum quieſcere, & ipſum moueri. Tunc enim dicimus quieſcere, quando & in quo aptum natura eſt moueri, non mouetur id quod aptum natura eſt. Tex. 73. Amplius autem & tunc dicimus quieſcere, cum ſimiliter ſe habet nunc & prius, tanquam non vno quodam dijudicantes, ſed duobus minimis. Quare non erit in quo quieſcit, impartibile. ſi vero partibile eſt, tempus vtique erit, & in quauis ipſius partium quieſcet. eodem enim modo demonſtrabitur, quo & in prioribus. Quare nihil, primum erit. hęc autem cauſa eſt, quia quieſcit quidem, & mouetur omne, in tempore. tempus autem non eſt primum, neq; magnitudo, neq; omnino vllum continuum. omne enim, in infinita partibile eſt.

Com. 51. Poſtquam demonſtrauit de omni motu ſimpliciter & de motu qui dicitur ſecundum ſtare, quod non eſt primum accipere eius, ſed quodlibet primum quis acciperet eſt aliquid hoc etiam prius, nunc eadem de quiete oſtendit, quæ eſt oppoſita toti motui. Sed eadem cauſa eſt de quiete, quæ etiam de motu ideo & eadem utitur demonſtratione. Si enim quies eſt priuatio motus. Et priuatur id quod eſt aptum moueri, in quo aptū eſt moueri quod non mouetur, neceſſe eſt, ut in tempore quieſcat, & non in indiuiſibili, ut neq; moueri eſt, in ipſo indiuiſibili. Item & aliter oſtēdit, quod in tempore eſt quieſcere, & non in ipſo indiuiduo reuocans nobis in memoriam illa quæ prius de quiete dixit, quod quieſcere eſt qn̄ idem, & partes eius idem habet nunc, ut prius, tanquam quies definiatur a duobus nunc, et prius uidelicet, ſed inter omnia duo nunc medium incidit tempus, igitur omnis quies eſt in tempore. Etenim nunc & prius, ſunt temporis partes, ſed temporis in quo cepit quietem, non eſt aliquod primum accipere. Etenim tempus eſt continuum & in infinitum diuiſibile, ſed in continuo nihil eſt primum.

Tex. 74. Quoniam autem omne quod mouetur in tempore mouetur, & ex quodam in quoddam mutatur, in quo tempore mouetur ſecundum ſe, & non quia in illius aliquo, impoſſibile eſt tunc ſecundum aliquid eſſe primū quod mouetur, quieſcere enim, eſt in eodem eſſe, tempore aliquo & ipſum & partium vnamquanq;. ſic enim dicimus quieſcere, quando in alio & alio nunc, verum ſit dicere, quod in eodem & ipſum & partes ſunt. Si autem hoc eſt quieſcere, non contingit id quod mutatur ſecundum aliquid eſſe totū ſecundum primum tempus. tempus enim omne, diuiſibile eſt. Quare in alia & alia ipſius parte, verum erit dicere, quod in eodem ſit & ipſum & partes. ſi vero non ſic eſt, ſed in vno ſolo nunc, eſt, non erit tempore vllo ſecundum aliquid, ſed ſecundum terminum temporis. in ipſo autem nunc, eſt quidem ſemper ſecundum aliquid manens, non tamen quieſcit. neq; enim moueri, neq; quieſcere eſt in ipſo nunc, ſed non moueri quidem verum eſt in ipſo nunc, & eſſe ſecundum aliquid. in tempore autem non contingit eſſe, ſecundum quod quieſcit. accideret enim id quod fertur quieſcere.

Com. 52. Ea quæ ſunt p̄ter opinionē de motu Theoremata quæ qđē aliquis nec facile intelligeret, neq; crederet per demonſtrationem, in his Ariſtoteles tradit. Et erant etiā illa mirabilia q̄ proxime oſtenſa ſunt qđ non eſt accipere primū neq; motus, neq; quietis. Patet aūt quod neq; finis, p eandē cām. Adhuc magis patefacit qđ nunc eſt oſtenſum, qđ ob ſolutionē rōnis Zenonis uidebatur in his adferri. Qm̄ inquit qđ mouetur in tempore cietur, in quo tempore mouet̃ per ſe ideſt in quo toto, & nō in aliqua parte eius mouet̃, qđ primo moueri antea dicebatur (Nam hæc idē apud illum ſignificant de tēpore, uidelicet primo, & per ſe, & non in aliquo illius) fieri non poteſt, ut in eodē tēpore ſcđm aliquid ſit interualli, in quo mouetur, quare & id quod mouet̃ & unaquæq; eius pars in eodē erit, & qđ æquali ſpatio ſibi. Hoc autē oſtendit ſic. Si qđ mouet̃ in aliquo tēpore primo eſt in aliquo eodē idem & partes eius, quia omne tēpus diuiditur in prius & poſterius tēpus erit in aliquo eodem nunc & prius, & idem & partes eius, ſed qđ eſt in eodē tēpore idem & partes eius quieſcit, igitur qđ mouetur in aliquo tēpore primo, ſi fuerint in aliquo eodem & partes eius q̄eſcit. Sed nō pōt quieſcere aliquid qn̄ mouetur, nō ergo qđ mouetur primo tēpore, eſt in aliquo eodē idem & partes eius. Quod autē hoc ſit quieſcere oſtēdit per hoc. { Sic enim dicimus quieſcere qn̄ in alio, & alio nunc uerū ſit dicere, qđ in eodē & ipſum & partes eius ſunt, } oſtenſum eſt igit̃ ꝓpoſitum / qđ non contingit magis ſecundū primū tēpus eē, ſecūdum aliquid ſecundū / qđ mutatur idem & partes eius. Nam hoc ſignificat totum / & cauſa eſt, quia omne tēpus eſt diuiſibile, quare in alio & alio eius partes, uidelicet priore / & poſteriore / uerū erit dicere, qđ in eodē ſunt totū & partes. Hoc autē erat q̄eſcere, ſed nō moueri. quare nō in primo tēpore erit aliquid mutatū, ſecundū aliqđ idem & partes, ſed ſi in nullo tempore eſt, qđ mouetur ſecundū aliquid ſpatij, in quo mouetur ſi ſecundū locū moueat̃, neq; æqualem ſibi obtinet locū, qn̄o abſoluit totū ſpatium, in hoc tēpore & pertranſit illud. Vel quia in eodem nūc eſt ſecundū aliqđ interualli, hoc aūt eſt terminus tēporis, quare ſi in tēpore dicitur non primo neq; per ſe, ſed quatenus eſt in aliquo tēporis, non parte, ſed termino, ideo & incipiens rationem ipſe dixit, non in aliquo illius reſpiciens ad terminum eius nunc, ſed in ipſo nunc ſolum occupat locum ſibi æqualem, in quo poteſt etiam quieſcere, non tamen quieſcit tum in eodem. Nam omne

quieſcēs in tempore, & nō in ipſo nunc quieſcit, ut etiam mouetur in tempore. In quo enim mouetur in eodem etiam quieſcit, ideo dicere aliquid nō moueri in ipſo nūc, uerum eſſe poteſt, ſed quieſcere non poteſt in ipſo nunc. Illud autem. Non contingit eſſe in tēpore ſecūdum ipſum quieſcens, de illo quod mouetur dictum eſt, quia quod mouetur eſt quidem ſecūdum æquale ipſi in quo & quieſcens eſſe poteſt. Nā quieſcit in tempore æquali nō tamē quod mouetur eſt in tēpore æquali ſibi, ſed in ipſo nūc. Si enī in tēpore erit quieſcēs. Nā in tēpore aliquo idē & ptes eius, in aliquo exiſtētes quieſcere oſtēſum eſt. Erit ergo idem quieſcens, & quod mouetur.

Tex. 75. Zeno autem, male ratiocinatur. Si enim ſemper (inquit) quieſcit omne aut mouetur cum eſt ſecundum æquale, eſt autem ſemper id quod fertur in ipſo nunc ſecundum æquale, immobilem

Tex. 76. eam eſſe ſagittā quę fertur. Hoc autē, falſum eſt. non enim componitur tempus ex ipſis nunc indiuiſibilibus, ſicut nec alia magnitudo vlla.

Com. 53. Dubitationes magni Zenonis Eleati, de quo Sillorum ſcriptor hoc retulit. Nō inconſtātia Zenonis magni bilinguis, fuerunt in cauſa, ut hæc admirāda Theoremata de motu Ariſtoteles nobis reliquerit, uelut monumēta. Velut enim utilia ad ſolutionem Zenonis rōnum pdicta nobis tradidit de motu, ideo mentionem cōtinuo fecerat de dubitatione Zenonis, & ſolutionem eius ex eo quod pxime dictum eſt, fecit. At Zenonis rō aſſumēs prius, quod omne qn̄ fuerit ſecūdum æquale ſibi, uel mouetur, uel quieſcit, & quod nihil in ipſo nūc mouet̃, & quod id quod fertur ſemp in æquali tempore ſibi eſt ſecundū unum quodq; nūc, uidetur ſic ſyllogiſmo cōcludi. Si ferat̃ telū in omni nunc æquale ſibi eſt, quare & in omni tēpore, ſed qđ eſt in ipſo nūc ſecūdum æquale ſibi non mouet̃, igitur qeſcit qa nihil in ipſo nunc mouet̃. Sed qđ non mouet̃ quieſcit, quia, omne uel mouetur uel quieſcit, igit̃ telū quod fertur dum fertur, quieſcit omni tempore lationis ſuæ, quo Hercle quid erit incredibilius? Sed cum dicat quod omne, uel quieſcit, uel mouetur, quādo fuerit ſecundum æquale, induxit. Eſt quoq; id quod fertur ſemper in ipſo nūc, ſed quod ſit id quod ſecūdum æquale fert̃ in ipſo nunc patet. Solutionē porro ipſe adduxit dubitationum Inſtans contra id, uidelicet quod ſemp id quod fertur ſecundū æquale ſibi feratur. Non enim ſi in omni tēpore eſt nunc, & in ipſo nunc eſt ſecundū æquale ſibi, iam & in tēpore eſt & ſemper, quia nunc non eſt tēporis pars, ſed terminus, in quo oſtenſum eſt quod mouetur in æquali ſibi eē in Theoremate, quod eſt ante hoc. Si ergo tēpus nō cōſtat ipſis nunc indiuiduis. Hoc autem adiecit qm̄, & quoddā tempus uelut pſens nunc appellamus, neq; telum quod fertur uno tēpore, in æquale ſibi eſt quare neq; quieſcit, in illo tēpore. Et illud quoq; non uere ſumptum eſt, qđ omne aut mouet̃, aut quieſcit. Nam oſtēſum eſt, quod in ipſo nunc neque mouetur aliquid neq; quieſcit. Non enim ſi aliqnid non mouetur, neceſſe eſt ut hoc quieſcat, quare ex pdicto Theoremate oſtendente, quod nullum eſt tēpus qđ moueatur ſecundū aliquid, ſed ſecūdum terminū tēporis: ſoluit hoc quod ſemp id qđ fertur eſt in æquali ſibi. Non enī ſemper, ſed in ipſo nunc qn̄ accidit ipſi neq; moueri, neq; quieſcere. Sed hoc nunc in quo æquale ſibi occupat id quod mouetur, ut potentia ſolum exiſtens, oportet intelligere, ut punctum in linea. Si enim actu ſumeret̃ ubiq; tēpus, in ipſa impertibilia diuideretur tēpus, & ex his componeret̃, & erūt actu infinita. Sed Zenonis rō mouebat dubitationē perinde ac tempus cōſtaret ex ipſis nunc. Vnde ſi hoc non daretur ipſi non eſt uerum, quod eſt ſemper in æquali, id quod fertur.

Tex. 77. Quatuor autem ſunt rationes de motu Zenonis, ingerentes difficultatē ſoluentibus. Prima quidem eſt ea quę de ipſo nō moueri eſt, ppterea qđ prius ad mediū oportet puenire id quod fertur, q̄ ad finē. de qua diuiſimus in prioribus rōnibus.

Quatuor inquit eſſe rationes Zenonis de motu quibus exercebat auditores & uidebatur tollere motum qui manifeſtiſſime in rebus eſt. Quare & Diogenem Cynicū aliqn̄ audientē has dubitationes traditur nihil contra eas dixiſſe, ſed ſurgens illis auditis ambulabat & ex ipſa actione & deambulatione ſoluit ſophiſmata in ipſis rationibus. Sed quatuor rationes inquit pbentes difficultatem his qui nituntur ſoluere, uel quod quatuor fuerāt omnes rōnes de motu, q̄ omnes ſunt difficiles cognitu. Vel quia cū plures ſint q̄tuor q̄ magis ad rem faciunt. Sed eum qui tractat de motu decet ſoluere rōnes q̄ nituntur deſtruere ipſum, & maxime illas quæ id faciunt ſtatutis principijs naturalibus ac poſitis, uelut fuerant Zenonis rationes utētes ſectione magnitudinis in infinitum, & omne aut quieſcere, aut moueri & ſimilibus. **Com. 54.**

Proinde quatuor rōnum demonſtrantium non eē motū, quia ſequuntur quædam abſurda, prima talis eſt.

Si eſt motus, neceſſe eſt ut id quod mouetur tēpore finito pertranſeat infinita. Sed hoc fieri nequit, igitur nō eſt motus.

Demonſtrabat cōnexum ex hoc, quia quod mouetur aliquod interuallum pertrāſit, ſed cum ſit omne ſpatiū diuiduū in infinitum, neceſſe eſt, ut quod mouetur prius dimidium tranſeat ſpatij ſupra quod mouetur, & poſtea totum, ſed etiam ante dimidium totius oportet pertranſire, & dimidiū illius dimidij, & huius rurſus aliud. Si ergo infinita ſunt dimidia, pōt in omni ſumpto accipi dimidium, ſed infinita nequeunt tēpore finito pertrāſiri. Hoc autē uelut manifeſtum accepit Zenon, igitur nō pōt motus eſſe. De hac rōne prius mentionē fecit Ariſtoteles dicēdō quod fieri nequit, ut finito tempore infinita pertrāſeātur, & infinita tāgantur, ſed omnis magnitudo infinitas diuiſiones habet, ergo non pōt aliqua magnitudo pertranſiri in tempore finito. Soluit autē eandem dicens non eſſe actu infinita in magnitudine, ſed poteſtate, igitur actu dimidia infinita nequeunt tempore finito pertranſiri, ſed poteſtate nihil phibet. Neque enim quod mouetur diuiſum in infinita ſpatium trāſit, ſed uelut unū & cōtinuum, ideo non prohibetur ſic pertrāſire infinita. Si enī diuidetur in ipſa dimidia non amplius ſupra unū, & continuū mouebitur, neq; motus erit continuus. Sic ergo ſecundū definitionem infiniti ſoluit rationem. Item quia ſimilis eſt infinitas in tempore & interuallo, quare nō in tempore finito erit infinitū ſed ſimiliter in infinito tranſit. Etenim tēpus diuiſibile eſt in infinitum, ſed poteſtate & non actu infinitū, igitur potentia infinita magnitudinis pertranſit in ipſis infinitis tēporis potentia.

Secunda autem, ea quæ vocatur Achilles. Eſt autem hæc, quod tardius nūquam apprehendetur currens a uelociſſimo. ante enim neceſſe eſt eat perſequens, vnde mouit fugiens. Quare ſemper aliquo id quod tardius eſt, antecedere, neceſſe eſt. Eſt autē & hęc ratio, eadem illi quæ in duo æqualia fit ſectioni. differt autem in diuidendo non in duo acceptam magnitudinem. Non attingi igitur tardius, accidit ex ratione. Fit autem propter idem, cum bipartitione. in vtriuſq; enim accidit, non peruenire, ad terminum diuiſa quodāmodo magnitudine. Sed additur in hac, quod neque velociſſimum tragice dictum, in perſequēdo tardius. quare neceſſe eſt, & ſolutionem eſſe eandem. Putare autem, quod pręcedens non attingitur, falſum eſt. cum enim præcedit, non attingitur, ſed tamen attingetur, ſi oporteat tranſire finitum. hæ igitur ſunt, rationes duæ. **Tex. 78.** **Tex. 79.**

Et hæc ratio ſecundum aliam probationem ex diuiſione, in infinitum

Com. 55. infinitum idem nititur facere. Et erit talis.

Si eſt motus ſegnius nunquam, a uelociſſimo excedetur, aut comprehendetur.

Sed hoc fieri nequit.

Non eſt igitur motus.

Et aſſumptio eſt manifeſta, ſed cõnexum ꝓbauit dicens quod ſi eſt motus, nequit ſegniſſimum, a uelociſſimo deprehendi. Segniſſimum accipiens, ut teſtudinem/quã & fabulæ uelut natura tardam ſegnemqꝫ accepit in certamine contra equum. Et uelociſſimum Achillem, qui ſic uidebatur celerrimus pedibus ut ab Homero ſit ei tributum, uelut ꝓprium nomẽ podarkes ſcilicet pedibus ꝑpotens, ob id ipſi & cõmilitonibus ſat erat celeritas pedum. Eſt ergo rõ Achilles q̃ ſic denominata eſt, quia ſumptus eſt Achilles in ipſa quem inquit rõ teſtudinem perſequentem non poſſe apprehendere. Etenim neceſſe eſt, ut id qđ eſt aliquid apprehenſurum antequã fugiens unde incepit, occupet locũ, ad terminũ ueniat, ſed in quo id quod perſequitur adhoc ꝓficiſcitur, in eodem fugiẽs pertrãſit aliquod ſpatium, ſi etiã minus eo quod perſequẽs trauſit quia ſegnius eſt, tñ tranſit. Non enim quieſcit, & in quo rurſus tempore hoc pertranſit perſequens quod pertranſiuit fugiens, in hoc rurſus tempore pertrãſit aliquid fugiens tanto minus, eo ſupra quod mouebatur, quanto ſegnius eſt ipſum perſequente, & ſic in toto tempore in quo perſequens tranſit, quod abſoluit fugiens quod eſt ſegnius in eodem aliquid, tranſit etiam fugiens Nã & ſi minus, minus, tñ pertrãſit & ipſum quod mouetur omnino. Sed quia in infinitum aliud alio minus ſpatium ſumitur, propter ſectionẽ magnitudinum in infinitum, non ſolum Hector ab Achille nõ comprehendetur, ſed neqꝫ teſtudo. Statuatur enĩ ſtadium eſſe ſubiectum, abſoluere teſtudinem dimidium ſtadij/ & decies plus in eodem tempore Achilles moueatur quã teſtudo, porro Achilles perſequi teſtudinem à principio ſtadij in quãto procedit dimidium ſtadij quo ueniat in dimidium unde teſtudo incepit, & teſtudo decimam partem relicti ſemiſtadij pertranſiuit iam, rurſus in quanto Achilles decimã partẽ ſemiſtadij trãſiuit decimæ partis ſemiſtadij decimam abſoluit teſtudo. Si ergo in ſingulis partibus decimis alicuius interualli, & eandem decimam habet, ſemper teſtudo erit ꝓcedens in aliquo Achillem & neutrum ipſorum neqꝫ teſtudo neqꝫ Achilles unquã pertrãſibit ſtadium. Ratio igitur & hæc talis. Eandem inquit eſſe hãc præcedenti, quia & huius perſuaſio & fides pendet ex diuiſione in infinitum magnitudinis. Sed differre ab illa uidetur, quia, non ſemper diuidit ſcđm ſectionem biſariam & in dimidium ſed ſcđm quandam aliam rõnem ſcđm quam motus uelociſſimi excedit motum tardiſſimi: ſiue decupla. ſiue alia ſit ꝓportio. Sed hanc rõnem deducit in q̃tuor, quia neqꝫ uelociſſimum cõprehendet ſegniſſimũ, & Achilles & teſtudo, ut in tragœdia uel comœdia producuntur perſonæ. Sed ſolutio eſt & hic eadem ex diffinitione diuiſionis in infinitum. Non enim actu infinita in continuo, & motu q fit in eodem. Non enim amplius continua manent diuiſa. Quatenus enim diuidit idem aliquid/ ſtat & non ſeruat continuum & magnitudinẽ, ſed ſegnius qñ qdem ꝑit nõ compħenditur, compħenditur tamẽ. Si enim datur ratio pertranſiri finitum ut ſemiſtadium & decimam ſemiſtadij partem, patet etiam qđ totum ſtadium ꝑtrãſit, & uelocius id qđ mouetur ſegnius, in eodem tempore qđ qdem abſoluit ſegnius apprehendet, & ſic comprehendet idem. Qđ enim decem horis ſegnius mouetur/in una hora ꝑtranſiens celerius, in idẽ ad qđ ſegnius peruenit/concedet. Sed dubitatio hic facta eſt, qa accipiuntur actu infinita, qđ qdem non eſt uerum & maxime ſeruatis cõtinuis magnitudine & motu. Nã & ſi neceſſe ſit id qđ mouet primã aliquã partẽ trãſire & ſic totũ, tñ nõ eſt neceſſe, ut hęc ſit determinata, ſed magis neceſſe eſt, ut non ſit definita ne diuidatur continuum.

Tex. 50. Tertia autem quæ nunc dicta eſt, quod ſagitta quæ fertur ſtat. Accidit autem, propterea quod ſumit tempus componi ex ipſis nunc. non dato enim hoc, non erit collectio.

Tertiam inquit eſſe Zenonis rationem, quã paulo ante diſſoluit dicentem qđ telum, qđ fertur, dum fertur ſtat, ſi quidẽ neceſſe eſt, ut omne, uel moueatur uel quieſcat, ſed qđ fertur ſemper ſcđm æquale ſibi fertur, & qđ ſemper eſt ſecundum æq̃le ſibi non mouetur, quieſcit ergo. Sed falſum ſumit rõ hęc, qđ ſemper qđ fertur ſecundum æquale ſit ſibi. Nã oſtenſum eſt qđ in ſolo nunc ſcđm æq̃le ſibi eſt, & hoc concedit. Sed nõ intelligit qđ in eodẽ nũc nihil quieſcat nec moueãt, ſed quoniã nunc non deficiunt, ob id putat idem ſteti ſſe in tempore lationis/ex hoc nihil ſyllogiſmo concludens, ſiquidem ipſa nunc non ſint inter ſe continua, neque ex his tempus fiat. Com. 56.

Quarta autem, ea quæ de ijs eſt quæ in ſtadio mouentur econtrario, æqualibus magnitudinibus iuxta ęquales: his quidem a fine ſtadij, illis uero a medio, ęquali uelocitate. in quo accidere putat, ęquale eſſe tempus dimidium duplo. Eſt autẽ deceptio in eo, quod hoc quidem iuxta quod mouetur, illud autem iuxta id quod quieſcit per æqualem magnitudinem cenſet, ęquali uelocitate, ęquali tempore, ferri. hoc autem, falſum eſt, Vt ſint ſtantes æquales magnitudines, in quibus A A A A. aliç autem, in quibus ipſa B B B B incipientes a medio ipſorum A, ęquales ſecundum numerum his & magnitudinem. Aliç autẽ in quibus ipſa C C C C, ab ultimo ęquales his numero & magnitudine, & ęque ueloces ipſis B. Accidit igitur primum B, ſimul in ultimo eſſe, & primum C eorum quę iuxta ſe inuicem mouentur. Accidit igitur ipſum C iuxta omnia ipſa A tranſiſſe. Ipſa autem B, iuxta dimidium ipſorum. Quare & medium eſſe tempus. ęquali enim utrũque eſt iuxta vnũquodque. Simul autem accidit ipſa B iuxta omnia C tranſiſſe. Simul enim erit primum C, & primum B in contrarijs ultimis, ęquali tempore motum iuxta vnũquodque ipſorum B, quanto circa vnũquodque ipſorum A, vt inquit, propterea quod vtrunque ęquali tempore iuxta ipſa A ſunt. Ratio igitur, hæc eſt accidit autem, ob id quod dictum eſt falſum. Tex. 51. Tex. 52.

Quarta ratio Zenonis de motu ducit ad id quod nequeat eſſe motus, & talis eſt. Com. 57.

Si eſt motus æqualiũ magnitudinum, q̃ etiam æq̃ ueloces ſint altera in eodem tempore duplo motu magis q̃ꝫ altera pertranſietur & non æq̃li. Et eſt hoc etiam abſurdum, & abſurdum eſt etiam id qđ ſequitur ex hoc, uidelicet idem æq̃leqꝫ tempus ſimul duplum eſſe & dimidium: oſtendit autem idem conceſſum accipiens hoc æq̃ uelocia & æq̃lia. in æquali tẽpore æquale ſpatium pertranſiſſe, & tñ adhuc æq̃ ueloci orum & ęqualiũ aliud dimidium, & aliud duplum erit pertrãſitum. In dimidio nempe tempore dimidium, & in duplo duplum erit pertranſitum. His præaccepto s ſtadium ſtatuit ſupra qđ ſit motus d/e/ & quatuor magnitudines, uel quantalibet paria ſolum, ut ſe habeant dimidia, æqualia mole, ſed ut Eudemus, inquit, cubos ſtatuit in qbus ſint/a/a/a/a/uelut hæc medium interuallũ, ſint qbus ſtantibus primum determinat id qđ eſt in principio ſtadij per ipſum/d/ultimum autem ad e/& accipit alias quatuor magnitudines, uel cubos æquales ſtantibus magnitudine, & numero in qbus/b/b/b/b ſunt, q̃ à principio ſtadij incipiãt, & deſinant ad medium quatuor/a/a/a/a/& hæc mota ſint uerſus ultimum ſtadij/e/ideo & primum dicit hoc ſecundum mediũ ipſorum/a/a/a/a/tanquam prius ſint quam reliquã in motu ad

ipſum/e/,ꝓpter hoc autẽ accepit moles,ut habeat dimidias.Nã eget his,ut diſcernus ideo & primum/b/de medio eorum quę ſtant uidelicet a/a/a/a/ponit deinde & alios æquales magnitudine, & numero his/b/b/b/b/patet quod etiã his erunt ęq̃les/a/a/a/a. Accipit ergo in q̃bus hęc/g/g/g/g/ oppoſitos his/b/b/b/b.Nã horũ/b/b/b/b/ medio ſtadio in quo & horũ/a/a/a/a/ mediũ erat ad extremũ ſtadrj/e/eorũ q̃ mouenẽ,& hi/g/g/g/g/ ab ultima parte in qua/e/ad/d/mouetur id qđ eſt,in principio ſtadrj. Et primũ patet qđ horũ quatuor/g/g/g/g/ illud ad/d/ declinatũ eſt ad quod motus,qui inerat his/g/g/g/g/ponit aũt primũ/g/poſt primũ b/cum igitur talis ſit,ex principio ſtatuta poſitio,ſi/a/a/a/a/ſtantibus hæc/b/b/b/b/mouẽtur,ut à medio horum/a/a/a/a/& ſtadrj ad finem ſtadrj/e/hæc/g/g/g/g/uelut ab extremo ſtadrj ad principiũ uidelicet.Non eni uelut ab ultimo/b/quod quidẽ uidetur in quibuſdam exẽplaribus Alexander inueniſſe,& ob id coactus fuit dicere, quod id quod prius dixit primum/b/hoc nunc ultimũ appellauit. Accidit primum/b/ſimul in ultimo eſſe motus eiuſdem & primum/g/ipſis æquidiſtanter poſitis,& æque uelociter inter ſe in ultimo.Nam primo/g/de primo/b/exiſtente a principio & contra motis eiſdẽ æque uelocibus & mutuo ſeſe pertrãſeuntibus primum/b/in extremo erit/g/& primum/g/in ultimo/b/& hoc erat ſimul primum accidere,ut ſit in ultimo,& primum/g/cum inter ſe mutuo ſeſe pertranſeant.Nam mutuus motus & ęqualis facit hoc fieri in extremis eorum inter ſe. Accidit autẽ, inquit, &/g/primum per omnia/a/pertranſiſſe &/b/per media/a.Et quod quidem/b/medio horũ/a/incipiens per duo/a/a/pertranſierit, uel per dimidia quot fuerint paria in quãto/g/per dupla b/pertranſierit manifeſtum eſt.Nam primum/b/a medio horum/a/principium fecit,& in quanto ipſum/b/per ipſa duo/a/a/ultima ſtãtia mouetur,ipſum/g/primum motum contra hæc/b/per quatuor/b/b/b/b/pertranſit.Nam duo motus eorum quæ contra mouentur duplum abſoluunt ſpatium unius quo tranſibat/b/per ſtantia/a. Et hoc quidem patet.Sed q̃ro per omnia/a/ipſm/g/pertranſiuit?Neq; enim per hæc mouebatur,ſed per hæc/b/neq; à principio horum/a/mouebatur,ſed a principio horum/b/quod erat ſecundũ medium horum/a.Q̃ro ergo/g/per omnia/a/pertranſiuit. Vel quia & ipſa/b/æqualia erant ipſis/a/igitur/g/in quanto tempore per/b/pertranſiit,erit etiã per a/ęqualia ipſis/b/pertranſitum.Et hic eſt paralogiſmus, quia accepit ſimpliciter id quod mouetur,in æquali tempore quod mouetur per æqualia,& addens alium ſyllogiſmũ probãdo quod ęqualium alia erant contra mota & alia ſtantia,ſed tamen accipiẽs quod in æquali tẽpore hæc/b/& hæc a/pertranſit g/q̃m in quãto tempore primum/b/pertranſit duo/a/a/in tanto ipſum/g/quatuor/b/ſiue quatuor/a/concluſit quod/b/& ſi æque uelox ſit ipſi/g/in eodem tempore dimidium pertranſitur quo/g/mouetur,quod quidem eſt præter conceſſum & euidens. Quæ enim æqualia ſunt æquale abſoluunt in æquali tẽpore ſpatiũ; ſed q̃n ſimiliter ſe haberent,ut uel ambo per ſtantia mouerenẽ; uel ambo per ea quæ mouentur, & non q̃n aliud per ſtantia, ut/b/& aliud per ea quæ contra mouentur,ut/g. Item tempus in quo mouetur/b/per duo/a/a/dimidium eſt temporis,in quo mouetur/g/per quatuor/a/ſi quidem hæc/a/æqualia ſunt his/b/& æque uelocia ſunt/b/&/g/& uidebatur etiam æquale eẽ tempus,ſiue idem in quo/b/mouebatur per duo/a/a/et in quo/g/per quatuor/b/accidit ergo,& magnitudinem eandem eſſe duplam & dimidiam,ſiquidem in eodem tempore æque uelocium ipſum/b/ duo/a/ pertranſiebat, & ipſum/g/ quatuor/b/ æqualibus exiſtentibus/b/ipſis/a/& tempus idem erit duplum & dimidium: ſi quidem & dimidium erit tẽpus in quo ipſum/b/per duo/a/a/pertranſibat temporis huius,in quo/g/ per quatuor/b/pertranſit & idem.Nam illud { Aequale enim utrunq; eſt iuxta unumquodq; } indicat quod etiam/b/&/g/ cum ſint æque uelocia æquale tempus faciunt iuxta unumquodq;, per quæ mouetur/b/&/a/quod ſi æquale, patet quod duplum eſt tempus in quo/g/quatuor/b/tranſit,ſed dimidiũ in quo b/duo/a/a. Vel magis in quo,g,quatuor,a,tranſit eius in quo,b,ęque uelox ipſi duo/a,trãſit.Nam diximus quod in quo quatuor,b, tranſit,g,in hoc etiam,a.Sed dicendo quod accidit,g,per omnia,a,pertranſiſſe,quia per omnia,b,pertranſit ponendo intermedia ſequentia abſurda,uidelicet dimidium ſpatium idem eẽ duplo,& dimidium tempus duplo tempori intulit,quod ſimul accidit et ipſa/b/per omnia/g/pertranſiſſe,ut ipſa/g/per ipſa/b. Simul enim erit primum/g/& primum/b/in cõtrarijs ultimis g/quidem principia ſtadrj,&/b/in fine quæ quidem ambo ultima ſunt. Quæ enim contra mouentur æque uelociter:& ęqualia ſunt & a principio uiciſſim incipiunt ſimul terminos inter ſe obtinent, æquale tempus iuxta unumquodq; fit eorum quæ ſunt/b/ipſum/g/quantũ per unũquodq; eorũ quæ ſunt/a/ & ſi non moueatur/g/ per ipſa/a/quia fit cum ſint ambo/g/&/b/ æqualia & æque uelocia æquale tẽpus,per ipſa/a/ ſed per hoc ſimul demonſtrauit,cur accepit ipſa/g/per/a/mota eſſe,et ſi nõ ſint mota,quod per æqualitatem ad ea quæ ſunt/b/& æqualẽ celeritatem,ſimul quoq; quod ꝓpter hoc fiat paralogiſmus indicauit,cum addat,ut inquit.Non enim æquale tempus/g/iuxta unũquodq; fit eorum,quæ contra mouentur,& ipſorum/a/ſtantium.Poteſt autem inquit Alexander,hoc eẽ,ut accidat/g/per omnia/a/pertranſiſſe deinceps æquale eſſe tempus iuxta unũquodq; factum ipſorum/b/quantũ quidem ipſorum/a. Deinde deinceps ipſum/b/per dimidia.Nam huius ſimul dũ erit primum/g/& primum/b/in contrarijs ultimis,ſed deinceps q̃a poteſt hæc æquale tempus per ambo ſecũdũ a/fit.Ratio ergo talis eſt. Cum eẽt ſtolidiſſima,ut inquit Eudemus,& quia cõmitebat euidentẽ paralogiſmũ,ſi quidẽ cenſeat æqualia & æq̃ uelocia ſi alterũ,per id quod mouetur,cieret & aliud per quieſcens æquale ſpatiũ in æquali tẽpore pertranſire,quod quidem eſt abſurdum palam.Nam quæ mutuo contra mouentur æq̃ uelocia,in eodẽ tẽpore dupla diſtãtia diſtãt,in quo id qđ mouetur,ꝓ quieſcens dimidiũ diſtat,& ſi æq̃ uelox illis fuerit.

At vero ſecundum eam quæ in contradictione eſt mutationem, nihil nobis erit impoſſibile. Tex. 58. Vt ſi ex non albo in album mutatur & in neutro eſt:ſic vtique neque album eſt, neque non album. non enim, ſi non totum in vtrouis ſit, non dicetur album aut non album. album enim dicimus aut non album, non quia totum ſit huiuſmodi,ſed quia plurimæ aut maxime præcipuæ partes. non idem autem eſt, & non eſſe in hoc, & non eſſe in hoc totum. Similiter autem, & in eo quod eſt,& in eo quod non eſt,& in alijs quæ ſecundum contradictionem ſunt, erit. non enim ex neceſſitate, in altero oppoſitorum. in neutro autem, totum ſemper.

Cũ ſoluiſſet rõnes Zenonis q̃ uidebanẽ motũ deſtruere, adducit & aliae rõnes q̃ idẽ ꝓbãt ſophiſtice,ut etiã diluat earũ cauillationem,quarum prima nititur tollere motum ex mutatione ſecundum contradictionem. Eſt talis. Com. 58.

Q̃m mouet id qđ mouet ex aliquo in aliquid mutatũ, in neutro eſt q̃n mutaẽ,neq; in eo ex quo.Sin aũt nõ amplius moueretur,neq; in eo ad qđ,nõdũ eni mouet hoc,ut etiã ipſe Ariſtoteles,in hoc libro docet.Eſt quoq; mutatio ſcđm cõtradictionẽ, & qđ mutaẽ hoc mõ in neutra parte eſt cõtradictionis,ſed in ipſo intermedio qđ q̃dẽ abſurdũ eſt.Nõ eſt aliqđ intermediũ in cõtradictione. Vel ſi nõ hoc,nõ eſt uerũ qđ mutaẽ,neq; in eo eẽ ex quo mutaẽ,neq; in eo ad qđ mutaẽ,in quo tẽpore mutatur.Etenĩ mutatio ſcđm cõtradictionẽ,habet id ex quo, & id ad qđ.Ex albo eni in nõ albũ,& ẽx nõ albo in albũ mutaẽ,& ex eo qđ eſt,ad id qđ nõ eſt,ex eo qđ non eſt,ad id qđ eſt. Si ergo mutatione exiſtẽte,neceſſe eſt qđ mutaẽ in neutra eẽ cõtradictionis parte:ſed hoc fieri nequit,quia nihil fugit oppoſitionẽ cõtradictionis,nõ erit ergo mutatio. Hãc ꝓinde ſoluens

rõnem inquit: totũ qđ mutatur ſecũdum cõtradictionẽ in neutra eſſe parte cõtradictionis, ſed aliq̃ pars eſt in utraq;. Et oſtẽſum eſt hoc prius, qñ dixit qđ eius, qđ mutatur neceſſe eſt, ut parti ſit in eo ex quo, & partim in eo ad qđ. Quod ſi hoc neq; in altera cõtradictionis parte erit totũ qđ mutatur, neq; cõtradictiõis erit aliqđ mediũ in quo idẽ oportebat eẽ, ſed eſt in ambobus. Cur ergo magis albũ, quã nõ albũ dicet. Nam neceſſe eſt, ut alterũ ſit ob eſſatũ cõtradictionis, quod ſi fuerit albũ, aut nõ albũ, nõ erit in ambobus. Hãc inſtãtiã diluẽs, ait qđ nõ eſt neceſſe totũ in utroq; eẽ, ut albũ, aut nõ albũ dicat. Etenĩ albũ dicitur, nõ ſolũ tale totũ exiſtens, ſed ẽt plurimas, uel ẽt primarias tales partes habens, quare in quo plus, uel proprius erit albi denominabitur ab eo. Sed totũ in neutro erit in quo eſt mutari. Quõ igitur idem album, & non album? Niſi primum, & hæc determinatio enunciata ſit de his quæ ſunt prorſus contradictoria, quia non ſecundum aliud, & aliud. Deinde hoc ſimpliciter non eſt in albo, non poteſt ſimul uerum eſſe, cum hoc quod ſit in albo. Sed illud non eſſe totum, in albo poteſt ſimul uerum eſſe cum hoc quod ſit ſecundum partem in albo. Et dicitur album, quod non totum eſt album, quia non eſt idem, nõ albũ ſimpliciter, & non totũ albũ, ſed accipiens de albo, & nõ albo mutationem ſecundum contradictionem, & de hac ſoluens dubitationem, ob additionem totius. Nõ enim uerum eſt hoc quod id quod mutatur, in neutro ſimpliciter eſt contradictionis, quod uelut dubitans cenſebat, ſed uerum eſt non totũ eſſe. Sed non idem non totum eſſe, & non eſſe hoc. Soluens igitur dubitationem ſic de albo, & non albo induxit, quod ſimiliter ſe habet, & de illo quod eſt, & de illo quod non eſt, in quibus proprius eſt, uidere mutationem ſolam exiſtentem ſecundum contradictionem. Nam album, & in contrarium proprie mutatur nigrum, & in ipſum intermedium. Sed quod eſt, in id quod non eſt ſolum, & quod nõ eſt, in id quod eſt. Cum ergo addidiſſet, id quod eſt, & id quod non eſt, communiter induxit quod ſecundum omnem contradictionem, ſic ſoluenda eſt dubitatio. Erunt enim ut mutatum & alia omnia, in altera parte contradictionis ex neceſſitate, ſed non ſemper totum. Nã dum mutatur non totum eſt, ideo ſimpliciter dictæ contradictionis eſt hæc ſolutio dubitationis, determinans quod non eſſe eſt, totum nõ eſſe, quod ſi cum aliqua additione totius diceretur pro poſito, album eſt totum, uera eſt in his negatio habens non totum. Sed quod etiã id quod ſit, & iterũ ſit dicere, aliquo mõ id qđ eſt & aliquo mõ id qđ non eſt, ſecundum cõuenientiã ad id qđ eſt & qđ non eſt, patet. Sed quædam alia ſunt ſecundum contradictionem, uel omnia quæ ſunt, quando affirmatione, & negatione oppoſitis contradictionæ diuiderentur.

Tex. 84. Rurſus in circulo & in ſphæra, & omnino iis quæ in ſeipſis mouentur, quoniam accidet ipſa quieſcere. in eodem enim loco, ſecundũ tẽpus quoddam erunt, & ipſa, & partes. quare, quieſcent ſimul, & mouebuntur. Tex. 85. Primo nanq;, partes non ſunt in eodem ullo tempore. Deinde, & totum ſemper mutatur in alterum. non enim eadem eſt ea quæ ab ipſo A ſumitur circunferentia, & ea quæ ab ipſo B, & quæ ab ipſo C, & aliorum uno quoque ſignorum, niſi ut muſicus homo, & homo, quia accidit. Quare mutatur ſemper altera in alteram, & nunquam quieſcet. Eodem autem modo, & in ſphæra, & iis quæ in ſeipſis mouentur.

Com. 59. Quod adhuc inſtet contra quandam rationem tollentium motum, ex argumento prius dicto patet, quod eſt uelut ſequẽs ex dictis contra Zenonem, quod ſic incipiebat, { At uero neq; ſecundum eam quæ &c. } patet igitur quod etiam nunc. uelut de eodem dicens rurſus inquit in circulo, & ſphæra, & in his quæ mouentur in ſeipſis, quod accidit eadem quieſcere, ut arbitrantur qui ſophiſtæ ſunt, neq; hoc infert non poſſe motũ eſſe. Sed Aſpaſius hanc intentionem habet, & hanc rationem inquit eſſe, & ante ipſum Eudemus. Attamen Alexander exiſtimat quod nunc, dicitur adduci contra tollentes definitionẽ ab ipſo poſitam quietis. Quieſcere enim dixit illud quod eſt, in aliquo tempore idem, & in eodem partes, & quoniã ſic dixit oſtendit, quod neq; hoc deſtruitur per ea quæ mouentur in loco, ut quidam putant. Talia autem ſunt quæ circunferuntur, q̃ uidentur in eodem eſſe tempore tota, & partes, q̃uis moueantur. Oſtendit igitur inquit, quod hæc non cadunt ſub definitione quietis. Et quod hoc quidem oſtendat, patet. Oſtendit autẽ idem non confirmans definitionem quietis, ſed hoc neq; ex tali dubitatione demi motum. Sed iam eſt hæc dubitatio, quod ſi quæ uidẽtur primum, & propriiſſimum habere motum orbicularem, non mouentur hæc, ſed quieſcunt, nõ erit motus. Sed cum bene cõnexũ admitti poſſit. Quis enim nõ cõcedit, quod ſi primus & ꝓpriiſſimus motus, nõ eſt motus, ſed quies, quod nõ erit prorſus motus. Sed uidebãtur aſſumptionẽ oſtẽdere accipientes cõceſſum ex oſtẽſis hoc, quod ea quæ ſunt in eodem loco aliquo tẽpore, & ipſa & partes, quieſcũt. Et aſſumẽtes qđ ea q̃ mouẽtur orbiculariter & ſphærice, in eodẽ ſunt loco ipſa & partes aliquo tẽpore cõcludũt quod ea q̃ uidẽtur moueri orbiculariter, quieſcunt. Soluit etiã hãc rõnem oſtẽdens quod q̃ ſic mouẽtur, neq; ipſa, neq; partes ipſorũ ſunt in eodẽ loco nullo tẽpore. Et primũ qđ partes nõ ſint, in eodẽ loco aliquo tẽpore inquit. Unaquæq; enim pars alia, in alia, & ſecũdum aliã ſit cõtinentis. Si enim nõ ſemp̃ eãdem poſitionem ſeruarẽt partes patet quod unaquæq; in alio, & alio loco erit. Sed q̃eſcere erat quod ſimiliter idem ſe habet, & partes eodem tẽpore, ſed neq; totum in ſeipſo manet. Si enim oẽs partes, & totũ mouet̃ ſecundum partes, ſed ipſe magis nõ à partibus totũ moueri oſtẽdit, ſed ex ipſo toto. Totum enim inquit ſemper mutatur, in alterũ uidelicet locum, qđ q̃dem uidetur admirabile. Si enim eſt alia peripheria ab ipſo a, accepta uſq; in a, redeũs, & alia ab ipſo b, uſq; in b, & in unoquoq; puncto ſic, & localis peripheria ſimiliter in ꝓportiones cum his diuideret̃, & eſt unaquæq; peripheria alia tota, & huius in loco & loci. Sed q̃a mouẽtur & puncta totũ ſemp̃ mutabit locũ ex altero, in altero toto, ſiquidẽ nõ eſt eadẽ hæc ab a, in a, peripheria cũ hac ab ipſo b, in b, neq; in loco niſi ſecundũ accidẽs, q̃a omnia ſunt euſdẽ peripheriæ, ut muſicus homo, q̃a accidit Ariſtoxeni & muſicus eſt homo q̃re mutaret̃ ſemper altera in alterã. Nã poſitiones inter ſe mutãt. Ubi enim nũc erat peripheria ab a, in a, ibi paulo poſt erit illa ab b, in b. Sed q̃ mutãtur nõ ſunt in eodẽ tẽpore, nec partes neq; totum, igit̃ neq; quieſcũt. Cum aũt oſtẽdiſſet, de circulo qđ nec totũ nec partes q̃eſcũt. Neq; enĩ in eodẽ manẽt, eandẽ rõnem inquit fore, & de ſphæra, & de aliis q̃ mouẽtur in ſeipſis, & non exeunt è ſuo loco, ut ſunt rotũda, & ſi quid aliud reuoluit̃. Sciẽdum aũt qđ Ariſtotele dicẽte nõ eẽ eandẽ peripheriã primum acceptam ab ipſo a, cum ea quæ eſt ab ipſo b, Eudemus ueritatis amicus inquit utrum dicenda ſit eadem peripheria incipiens undelibet, uel alteram habet quæſtionem.

De monſtratis aũt his, dicimus quod id qđ impartibile eſt non contingit moueri, niſi ſecũdum accidens, ut corpore moto, aut magnitudine in qua eſt. ſicuti ſi id quod in naui eſt, moueatur nauis motu. aut pars, totius motu moueatur. Impartibile aũt dico id qđ eſt ſecũdũ quantũ indiuiſibile. etenim partiũ motus, alteri ſunt, et ſecũdũ ipſas partes, & ſecundũ totius motũ. uiderit aũt aliquis, & in ſphæra maxime, differentiã. non enim eadem uelocitas erit. & partiũ quæ ſunt iuxta centrum, & quæ extra, & totius, & tãquam non uno exiſtẽte motu. ut igitur diximus, ſic quidem cen- Tex. 86.

tingit moueri id quod impartibile eſt, vt is qui in naui ſedet naui currente. per ſe autem non contingit.

Tex. 87. Mutetur enim ex AB, in BC, ſiue ex magnitudine in magnitudinem, ſiue ex ſpecie in ſpeciem, ſiue ſecundum contradictionem. Tempus autem ſit, in quo primo mutatur, in quo D. Ergo neceſſe eſt ipſum eo quo mutatur tempore, aut in AB eſſe, aut in BC. aut aliud quidem quid huius, in hoc: aliud autem quid, in altero. omne enim quod mutatur, ſic ſe habebat. in vtroque igitur, non erit aliquid ipſius. partibile enim erit. At vero, neque in BC. mutatum enim erit. ſupponitur autem mutari. Relinquitur igitur, ipſum in AB eſſe, eo quo mutatur tempore, quieſcet ergo. in eodem

Tex. 88. enim eſſe tempore quodam, quieſcere eſt. Quare non contingit, id quod impartibile eſt, moueri aut omnino mutari. vnice enim hoc pacto eſſet ipſius, motus, ſi tempus eſſet ex ipſis nunc. ſemper enim in ipſo nunc, motum eſſet & mutatum, vt moueatur quidem nunquam, motum autem ſit ſemper, hoc autem quod impoſſibile ſit, demonſtratum eſt & prius. neque enim ex ipſis nunc eſt tempus, neque linea ex punctis, neque motus ex momentis eſt. nihil enim aliud facit hoc dicens, quam motum ex impartibilibus. ſicut ſi tempus ex ipſis nunc, aut magnitudinem ex punctis.

Com. 60. Cum oſtendiſſet prius quod neque mouetur aliquid/ neq; quieſcit in aliquo imperibili, ſed erat uerum dicere non moueri/in ipſo impertibili, neq; adhuc quieſcere. & ob id Zenonis rationis meminit uelut decipientis, & peccantis, quando quidē cenſuerit omne/aut moueri/ aut quieſcere, & qñ fuerit ſecundum æquale/& cum ex hoc diluiſſet rationē Zenonis deſtruentem motum, deinde alias eiuſdem adducens quæ nitebantur ſophiſtice auferre motum/& diſſoluens eaſdem, & mentionē faciens de alijs duabus, quę eundem ſcopum habent/& diſſoluens etiam has inquit, Demonſtratis his dictis, dę motu proxime/& prioribus quomodo aliqd nō mouetur, in impertibili, neque quieſcit dicimus deinceps, quod impertibile non pōt moueri, niſi per accidens, quia eſt in aliquo corpore, aut magnitudine quæ mouetur. Sed quomodo dicatur indicauit exemplo nauigij. Quæ enim in illo ſunt, non mouentur per ſe, ſed quia ſunt in ipſo nauigio, quod fertur & ipſa feruntur per accidens. Et corpori magnitudinem adiecit, ut Alexander refert, quia magnitudinem, dicit lineam, & ſuperficiem, quæ non ſunt corpora, neque ſeparantur à corpore, Aſpaſius autem ex æquo hæc dici, & geminatis uocabulis. Non enim mouetur aliqua alia magnitudo per ſe niſi corpus. Etenim & linea, & ſuperficies, per accidens cientur, quia ſunt in corpore quod mouetur. Niſi forte cum cepiſſet dicere quomodo corpori moto inſit, notauerit quod non in corpore primo eſt impertibile, ſed in linea, ideo adiecit, { Aut magnitudine, } quia ineſt ei quod mouetur, propterea quod ineſt magnitudini lineæ, & hoc eſt per accidens ipſi quod mouetur, quia ineſt ſuperficiei, quæ & ipſa per accidens mouetur, quia in eſt corpori, quod per ſe mouetur. Hæc igitur omnia demonſtrauit addens hoc, { Aut magnitudine. } Sed cum dicat quieſcens in nauigio, per accidens moueri, quia eſt in nauigio quod per ſe cietur, adiecit, uel partē motu totius. Etenim & pars per accidens mouetur, quando totum cietur, quia in ipſo uniuerſo poſita, & conſtituta eſt, qd' mouetur. Sed oſtenſurus quod nequit impertibile moueri per ſe, definit primum impertile quod eſt, ſecundum quantitatem indiuiduum, & hanc definitionē interpoſuit quæ ſequitur hoc, { Aut pars totius motu moueatur. } ſubiungit deinde. { Etenim partium motus alteri ſunt & ſecundum ipſas partes,/& ſecundum totius motum, } quibus ſoluit quandam inſtantiam latam, contra ipſum per accidens moueri partes. Quando enī oſtendebat motum eſſe diuiſibilem, non ſolum tempore, ſed etiam partibus eius quod mouetur, tum & partium ipſarū per ſe motus accipiebatur, nunc autem inquit per accidens moueri partes, quia ſunt in ipſo toto quod mouetur. Dicit ergo, quod duplices ſunt partium motus, alij ipſarum partium quæ per ſe mouentur, & alij ſecundum motum totius. Et ſimul his oſtendit differentiam motus partium, in toto, & motus partium in magnitudine. Nam quia dixit quod indiuiſibile non poteſt moueri, niſi ſecundum accidens, quia ineſt corpori quod mouetur per ſe, ut etiam pars motu totius moueri dicitur, ſubiunxit, Quę partis duplex eſt motus. Hac igitur ratione differt ab ipſo impertibili, quia tale ſolum per accidēs mouetur, ſed pars per ſe, & per accidens, quod uero in motu totius ſint, & motus uniuſcuiuſque partis per ſe, oſtendit palam in ſphæra quæ circumducitur. Nam alia eſt uelocitas partium eius, circa centrum, & alia æqualium his iuxta ſuperficiem extra. Si enim non multo uelociores eſſent hæ quæ ſunt extra/iuxta ſuperficiem his quæ ſunt iuxta centrum, non tantum interuallum maius, in eodem tēpore pertranſirent, ſecūdum orbiculationem ſphæræ. Nam quæ circūferuntur ſimul reuertunt, & aliud ſecūdum magnū circulum, & aliud ſecūdum minorē. Poteſt autē inquit Alexāder hoc, { Partium quę ad centrum, & q̄ extra. } dici de maximis circulis deſcriptis, per centrum uelut de æquinoctiali, & Zodiaco, & de his qui ſunt circa polos. Nā hi ſunt extra ſphæram centri, & patet quod econtra in his. Velociores quidē, ut maiores qui ſunt iuxta centrum, tardiores autem qui extra, ſiquidē in eodem tempore puncta redeunt ſimul maiorum, & minorum, unde ceperunt uolui circulorum. Sic ergo differunt inter ſe motus partiū/& motus totius/quo toto mouetur ſphęra, ſi quidem illa in eodem tempore omnia interualla quę ſunt/ in ſphæra tranſeant. Sed partium unaquæq; per ſe, & nullius partis motus idem eſt/cum toto quare & partes quodam alio motu mouentur, præter motum totius, & non ſolum ſecundū accidēs eſt horum motus, uelut eorum quæ ſunt impertibiliū. Hæc cum oſtendiſſet de partibus, reliquum deſcendit ad impertibile, quia hoc per accidens, ſolum poteſt moueri/ut ille q ſedet in nauigio/ dum nauigium cietur, ſed per ſe non poteſt. Oſtendit autem hoc in cunctis ſpeciebus mutationis, & dicit mutari ſecundum magnitudinem, quod augetur, & diminuitur, & quod mutatur ſecundum locum. Nam eſt aliqua magnitudo, & locus, ideo neque mentionem fecit de loco/uelut de illo quod ſimul capitur cum magnitudine, & mutationē ex forma/in formam dicit ſecundum qualitatem. Nam qualitas eſt forma, & ſecundum contradictionem ortum/ & interitum. Nam ab eo quod eſt/ad id quod non eſt/& ab eo quod nō eſt ad id quod eſt/hæ mutationes ſunt. Idem demonſtrat ſecundū deductionem, ad id quod fieri nequit utens his quæ antea demonſtrauerat/uidelicet hoc omne, quod mouetur diuiduū eſſe quo fretus uidebatur ibidem uniuerſaliorem magis facere/de his quæ mouentur demonſtrationem, & non de his ſolum quę mouentur ſecundum locum. Accipiens ergo omne quod mutatur unde/& quo moueri/aut mutari/& in tempore ſic uirtute rationem format. Si impertibile mouetur per ſe, & quod mouet/ aut mutat per ſe/ dum mutatur neceſſe eſt, uel ſit totum in illo ad quod mutatur, uel totum in illo ex quo/ aut partim eius/in hoc, & partim in illo. Nam in neutro prætermiſſu/uelut palam abſurdum. Sed non pōt aliquid impertibile in aliquo horum eſſe ergo non poterit ipſum mutari per ſe. Et connexū uelut manifeſtum/ex diuiſione etiam prius dicta accepit, ſed ſingulas partes aſſumpti oſtendit, & primū quod aliquid eius in eodem, & aliud in alio uidelicet partim in eo ad qd'/ & par-

tim in eo à quo eſſe non poſſe demonſtrauit prius/ ex eo quod tale eſt partibile, deinde quia neque in ipſo ad quod mutatur quia quod in illo eſt/iam mutatum eſt, ſed hoc ponitur mutari, deinde & quod reſtat oſtendit uidelicet/neque eſſe in illo ex quo mutatur eo tempore, quo mutatur. Nam quod eſt in eo, ex quo quieſcit/& non mutatur, quia quod eſt/ in ipſo aliquo tempore quieſcere dicitur, quare impertibile non poteſt moueri, neque omnino mutari per ſe. Cum ergo ſic oñderit nõ poſſe impertibile moueri, exactiorem/ & certiorem facit intelligentiam dicendo/quo ſolus erat ſic eius motus/ſi tempus eſſet, ex ipſis nunc. Erat autem eius/& tunc motus, non uelut eius qđ mouetur, ſed uelut eius/quod iam mouebatur. Nam unũ quodque in ipſo nunc motum eſt/& non mouetur, ſi enim moueretur, oporteret/ut partim eſſet in alio/& partim in alio, ut prius oſtenſum eſt, ſed tale non eſt impertibile, quod ſi ex ipſis nunc componitur tempus, ſequitur etiam, ut tempus conſtet ex mutatis/& momentis, quę ſunt termini motus impertibiles. Si enĩ in unoquoque nunc motum eſt impertibile, erit tempus ex ipſis nunc, & motus ex totidem mutatis, aut momentis, & terminus motus compoſitus, ex quot nunc tempus/in quo tempore dicitur, motum fuiſſe impertibile, quod uero nequeat continuum componi ex impertibilibus pluribus oſtenſum eſt. Neque enim tempus, neque magnitudo, neque motus, ex impertibilibus componi poteſt, quare neque ſic impertibile haberet motum/uelut id quod motum eſt in tempore. Etenim aliter fieri non poteſt. Sed oſtenſum eſt/ quod id quod motum eſt neceſſe eſt, ut prius moueatur, ut etiam quod mouetur, ut prius moueatur. Quod ſi erit motus in ipſo nunc, aliquod iam motum/in ipſo eſſet/quod non mouendo ad illud perueniſſet. Nã moueri non erat in ipſo nunc, ſed ſolum motum fuiſſe. Sic enĩ eſſet terminus/in termino.

Tex. 89. Amplius autem & ex his manifeſtũ eſt, quod neque punctum, neque aliud indiuiſibile vllum cõtingit moueri. omne enim quod mouetur, impoſſibile eſt prius per maius moueri ſeipſo, quã aut per æquale, aut minus. ſi autem hoc: manifeſtum eſt, quod & punctum per minus, aut æquale mouebitur primum. Quoniam autem indiuiſibile eſt, impoſſibile eſt minus moueri prius per æquale ergo, ſibiipſi. quare, erit linea ex punctis. ſemper enim cum per æquale mouetur omnem lineam, punctum menſurabit. ſi autem hoc impoſſibile eſt, & moueri indiuiſibile impoſſibile eſt.

Com. 61. Et aliter oſtendit quod impertibile/non poteſt moueri. Et demonſtratio hæc eſt/quod non mouetur impertibile ſecundum lationem. Et in his fit prius conceſſum, quod id quod mouetur, aut aliquid maius ſpatium locale quam ſit, ſua moles ꝑtranſit, aut ſibi æquale, aut minus. Poteſt enim & minus ſeipſo pertranſire ſpatium. Cubitus enim & minus ſeipſo/uidelicet ſpatium unius cubiti/aut ulnæ poteſt tranſire. Nam occupare æquale ſibi neceſſe eſt & tranſire interdum æquale, interdum maius, interdum minus. Nam quando relinquit locum, in quo erat ipſum ſolum totum æquale ſibi exiſtens, & continuũ illi rurſus acciperet æquale, ſibi tum ęquale, ſibi pertranſit, qđ ſi non totum æqualem ſibi locum relinqueret, minus ſeipſo trãſiret ſpatium. Hoc igitur prius ſumi oportuit, & qđ nequeat id quod mouetur maius ſeipſo ſpatium prius tranſire locale q̃ ęq̃le ſibi/aut minus. His ergo prius acceptis, patet qđ etiam punctũ anteq̃ maius ſe ipõ trãſeat, qđ ęq̃le ſibi aut minus ſe ſpaciũ trãſeat oportet. Sed cũ neq̃at minus. Nã nihil minus ipõ impertibili, patet qđ punctus ſemꝑ ęqualẽ ſibi diſtãtiã trãſit, ſiquidẽ mouetur, etiã ſi maius tranſiret, uelut ex ęqualibus multis compoſitum/maius abſoluat. Quod ſi ſemper ſecundum æquale ſibi tranſit, quando pertranſiret lineam/erit ipſam metiens, quod ſi hoc erit linea ex punctis totidem compoſita indiuiſibilibus, quot uicibus in ipſa moueretur impertibile ſecundum æqualia ſibi. Omne enim menſuratum ab aliquo/aliquã partem ſui habet, quæ menſurat ipſum toties replicata/ quoties ab ipſo menſuratur. Sed non poteſt linea conſtare ex impertibilibus, ergo non poteſt impertibile moueri. Et eſt tota rationis compoſitio, & hæc deducens ad id quod fieri nequit talis, ſi mouetur punctum ſecundum lationem, ſemper ſecundum æquale ſibi motum menſurabit lineam, & erit linea ex punctis, ſed hoc fieri nequit, igitur non mouetur punctus.

Amplius autem, ſi omne in tempore mouetur in ipſo autem nunc nihil, omne autem diuiſibile tempus eſt, erit aliquod tempus minus quouis eorum quæ mouetur, in quo mouetur per tantum quantum ipſum eſt. Hoc igitur. erit tempus in quo mouetur, propterea quod omne in tempore mouetur. tempus autem omne, diuiſibile eſſe demonſtratum eſt prius. Si ergo punctum mouetur, aliquod erit tempus minus, in quo ipſum motum eſt. ſed impoſſibile eſt. in minori enim, per minus neceſſe eſt moueri. quare erit diuiſibile, id quod indiuiſibile eſt in minus, ſicuti & tempus in tempus. Vnico enim modo moueretur, id quod impartibile eſt, & indiuiſibile: ſi eſſet in ipſo nunc impartibili moueri poſſibile. eiuſdem enim rationis eſt, in ipſo nunc moueri, & indiuiſibile quid moueri. Tex. 90.

Tertia ratio hęc eſt oſtendens/quod impertibile/non poteſt moueri, & ſic procedit/ut de punctis. Sed demonſtratio omni competit mutationi/prius ſumens oſtẽſum, quod omne quod mouetur/in tempore mouetur, & in ipſo nunc nihil mouetur, quæ etiam deducit/ad id quod fieri non poteſt/ quod eſt indiuiſibile eſſe diuiſibile/ſi mouetur impertibile, & ratio talis eſt, ſi mouetur impertibile/in tẽpore mouetur, ſed omne tempus diuiſibile erit/ſi ergo in oĩ qđ mouet̃, ſiue ꝑtibili/ſiue impꝑtibili aliqđ minus tempus eſt eo/in quo æquale ſibi mouetur/id qđ mouet̃, & in eodẽ minus neceſſe ẽ/aliqđ moueri q̃re erit aliqđ minus ipõ ĩdiuiſibili, & diuidet̃ ĩdiuiſibile/in minus/& in id qđ excedit, q̃re indiuiſibile erit diuiſibile. Nã diuidet̃ qđ ciet̃/in aliqđ minus/& in id qđ mouet̃/ut etiam tẽpus/in minus tẽpus in quo mouetur minus/ut etiã prius intulit, qđ ſolum uno modo ſic erit motus impertibilis, ſi tempus eſſet ex ipſis nunc, ſic etiã in pręſentia/quod uno modo moueretur impertibile, ſi in ipſo nunc idem poſſet moueri. Si enim poſſet in ipſo nunc moueri quod mouetur, eſſet impertibile in ipſo/& non aliud. patet autem ex dictis/ quod moueri non poteſt eſſe/ in ipſo nunc ſed ſolum motum eſſe. Com. 62.

Mutatio autem, nulla eſt infinita. omnis enim eſt ex quodam in quiddam, & ea quæ eſt in contradictione, & quæ eſt in contrarijs. Quare earum quæ ſecundum contradictionem ſunt, affirmatio & negatio terminus eſt. vt generationis quidem, id quod eſt, corruptionis vero, id quod non eſt. earum autem quæ ſunt in contrarijs, ipſa contraria. hæc enim, ſunt extrema mutationis. quare & alterationis omnis (ex contrarijs enim quibuſdam eſt alteratio) ſimiliter autem & augmentationis & diminutionis. augmentationis enim terminus, eſt qui ſecundum naturam Tex. 91.

propriam eſt perfectæ magnitudinis, diminutionis vero, huius remotio. Latio autem, ſic qui-
Tex. 92. dem non erit finita, non enim omnis, in contrarijs eſt. Sed quoniam impoſſibile eſt diuiſum eſſe ſic ex eo, quia non contingit eſſe diuiſum (multipliciter enim dicitur, impoſſibile) diuidi non contingit id quod ſic impoſſibile eſt diuidi. nec omnino quod impoſſibile eſt fieri fieri: neque quod mutari impoſſibile eſt, continget vtique mutari in id in quod poſſibile eſt mutari. Si ergo
Tex. 93. id quod fertur, mutetur in aliquid, & poſſibile erit mutari. Quare non eſt infinitus motus, neque feretur infinito motu. impoſſibile enim eſt, tranſire illum. Quod igitur ſic non eſt infinita mutatio vt non finiatur terminis: manifeſtum eſt.

Com. 63. Quia oſtenſum eſt/prius quod ante omne moueri præcedit mutatum eſſe, & econtra ante motum eſſe moueri, & hoc uidebatur his/qui expedite intelligunt unãquanque mutationẽ ſtatuendam eſſe infinitam/ob id adiecit/hoc Theorema oſtendens/quod non eſt mutatio infinita/id probat ex eo quod omnis mutatio eſt/ex aliquo in aliquid. Sed hæc definita ſunt. Eternum mutatio ſecũdum contradictionem, & ſi non ſit/ex ſubiecto/in ſubiectum, ſed ex aliquo in aliqd. Nam ex eo quod non eſt/ad id quod eſt, & ex eo quod eſt/ad id quod non eſt. Et qđ nõ eſt ſignificat/aliqd ſignificat, et mutatio ſcđm cõtradictionẽ fines, & terminos habet partes cõtradictionis eẽ/& nõ eſſe, ſed alteratio cum ſit motus/ex contrario/in contrarium eſt, ſed cõtraria ſunt determinata, ut album & nigrum/ac frigidũ/ & calidum/morbus/& ægritudo/malum/& bonũ. Cõtraria enim plurimum diſtant, ſed quæ plurimum diſtant ſunt determinata. Item augumentum/ & diminutio habent terminos/alia ad propriam naturam, & perfectam magnitudinem/ & alia ad exitum ab his. Sed in latione non ubique termini ſunt certi/ & definiti. Nam in motu recto ſurſum/& deorſum contraria definita ſunt/ſed animalium motus/ quo mouetur incedendo/nõ ſunt definiti termini/& circulus non habet lationem/ex in contrario/in contrarium. Non enim eſt aliquid orbiculationi contrarium. Nam ab eodem in idem eſt orbiculatio, ſed non à contrario in contrarium. Neq; enim idem eidem contrarium. Si ergo non eſt contrarietas/in omni latione, ſecundum hanc/non eſt oſtendere terminorũ determinationem/& finitionem, ſed ſecundum aliam uiam diſcendi/ oſtendit quæ congruat omni mutationi. Sed cum aſſumat/quod id quod nequit ſecari/ non contingit ſecari/& multifariam dicatur/id quod fieri non poteſt. Etenim dicitur illud quod uix/& id quod difficulter, ut dicimus/in diuiſione ipſius/ quod fieri nequit quod dicunt impoſſibile, & ipſius quod fieri poteſt/quod poſſibile uocant/& quod non contingit omnino hoc nunc dicitur impoſſibile. Et dicit quod ſic impoſſibile ſecari/quod non põt ſecari/non contingit diuidi. Nam quod fieri nequit non poteſt fieri. Nam fruſtra fieret ſi nequeat fieri. Sed nihil deus, nec natura facit fruſtra/atq; incaſſum. Sed forte diligentius Ariſtoteles/neq; fieri omnino dixit/quod non contingit fieri. Et ſi enim illi poſuerint oſſa ſupra Olympum, & ſupra oſſam pelium/non erat hęc uia aſcendendi cœlum, neq; fieri poterat illa. Quod enim ſit, & natura fieri poteſt, quod ſi hæc uera ſunt, neq; id quod mutari nequit, poteſt mutari/in illud/in quod mutari non poteſt, quare & horum conuertens eſt uerum, quod ſi quid mutatur in aliqd hoc, & mutari hoc eſt mutatum eſſe, in illo poteſt. Sed quod mutari poteſt in aliquid, id eſt mutatum eſſe, hoc non tranſiret infinitũ ſpatium, neq; motu infinito. Nam in motu infinito nihil eſt ultimum/ad quod id quod mutatur poſſit mutari, igitur & omnis motus/ſecũdum locum eſt finitus, etenim motus orbicularis eſt aliquis terminus ille/a quo incepit. Cum ergo hæc oſtendiſſet, concluſit rationem manifeſtum eſſe dicens, quod non eſt infinita mutatio, ut nõ concludat terminus, ſiquidẽ qđ mutatur, nõ poſſit non mutari/in id ad quod mutatur.

Sed ſi eſſe poſſit ſic, vt tempore ſit infinita, Tex. 94.
vna & eadem exiſtens: conſiderandum eſt. nam vna quidem ſi non fiat, nihil fortaſſis prohibet. vt ſi poſt lationem alteratio ſit, & poſt alterationem augmentatio, & rurſus generatio. ſic enim, ſemper quidem erit tempore motus, ſed non vnus, propterea quod non eſt vnus ex omnibus. Vt autem fiat vnus, non contingit infinitum eſſe tempore, præter vnum. hic autem, eſt vnus ipſa circularis latio.

Cum oſtendiſſet nullum motum ſic infinitum, ut non ha- Com. 64.
beat terminos eſſe, qui ſunt id ex quo, & ad quod in his quærit, ſi contingit motum infinitum tempore fieri aliquo unum, & eundem iterum, atq; iterum factum, quod autem motus, in rectum eſſe nequeat oſtenſum eſt. Niſi ergo poſſunt unus numero motus eſſe, quia rurſus, ac rurſus ſit idẽ, & pulchre notauit, quod nil prohibet unum, & eundem motum infinitum eſſe, tẽpore aliquo, ſi alius alteri ſucceſſerit, ut ſi poſt lationem alteratio ſucceſſerit, & poſt ipſam accretio, & rurſus ortus, ſed non ſit ex his unus, neq; numero, neq; ſpetie, ut ipſe demonſtrabit. Communius enim diceretur, & ſic factus unus, ſed nõ eſt proprie unus, & continuus, At nos quærimus an poſſit eſſe unus, & idem motus continuus, qui fiat in infinitum, quia rurſus, ac rurſus redit non interceptus intermedijs ſtationibus, neq; ex diſſimilibus ſpecie compoſitus, ſed idem ſit ſecũdum ſpeciem. Et inquit ſolum orbicularem, ſic unum fieri poſſe, quia in alijs motibus regreſſus iterum, atq; iterum intercipitur ſtationibus, igitur ſolus orbicularis poteſt unus eſſe, & continuus infinitus tempore. Sed pulchre adiecit tempore, quia non magnitudine neq; extenſione in ipſo motu, ſed hæc nunc prius loquutus eſt, feſtinans iam ad ueritatem, quæ in illis eſt. Et poſtea demonſtrabit. Expoſitio igitur horum, quæ præſenim dicta ſunt, in hoc libro quam pro uiribus meis edidi ſic habeatur. Sed percurramus ſingula capita hunc in modum. Cum accepiſſet continuum aliqñ eſſe, ex prius determinatis, & magnitudinem eſſe continuam, oſtendit primum, ut de linea, quod non componitur ex punctis, neq; diuiditur in hæc. Deinde quod motus, & tempus cum ſint æque continua, ut magnitudo ęque non componuntur ex impertibilibus, neq; diuiduntur in impertibilia. Primum autem cum oſtendiſſet magnitudinis, & motus ſimilitudinem addit tempus. Et cum uelit expoſitione oſtendere prædicta, prius demonſtrat quod uelocius, in æquali tempore pertranſit maius quam tardius, & in minori ęquale, & plus. Oſtendit autem hoc, per definitionem uelocioris, & p expoſitionem, quibus utens concludit expoſitione, quod magnitudo, tempus in infinitum diuiduntur, & uelocius diuidit tẽpus, & tardius magnitudinem. Sed hæc oſtendit etiam ex hoc, quod æque uelox ſemper in dimidio, tempore, dimidium pertranſit, & ſimpliciter in minori minus. His enim diuiſionibus factis, ſi alterum in infinitum diuiſibile eſt, & aliud tale erit. Cũ ergo oſtenderit, quod diuiſio ſic ſemper indiuiſibilia ſit, ſoluit rationem Zenonis, quæ nitebatur dirimere motum ob diuiſionem magnitudinum in infinitũ. Si enim eſt motus, inquit, neceſſe eſt, ut pertranſeat infinita tempore finito. Oſtendit igitur, qđ non in finito infinita poſſunt pertranſiri, ſed in tempore quod ſit ſimiliter infinitum. Etenim ut magnitudo, ſic etiam tempus, non actu, ſed habet infinitum ſecundum diuiſionem in infinitum. Cum ergo oſtenderit, quod magnitudinis partes, & temporis, & motus diuiduæ ſunt deinceps oſtendit, quod proprie nunc, & ſi uideatur temporis partem eſſe, non eſt tamen pars, ſed terminus, & principium, & quod idem, & unum numero ſit terminus præteriti, & principiũ futuri oñdit, qa demonſtrat

quod

quod nequeunt hæc duo eſſe, neq; uelut tangentia. Non enim ſeſe tangunt impertibilia, neq; uelut ſeorſum poſita. Nam intermedium tempus habet, quia unum & idem nunc, uelut conſequens inducit, & indiuiſibile eſſe. Et cum utatur oſtenſis demonſtrat, quod in ipſo nunc, neq; moueri aliquid poteſt, neq; quieſcere, ſed quod mouetur in tẽpore mouetur, et quod quieſcit in tempore quieſcit. Deinceps rurſus oſtẽdit, quod non ſolum motus diuiſibilis eſt, atq; tempus, ſed etiam ipſa magnitudo, quæ diuiditur ſecundum aliud tale argumentum. Si neceſſe eſt, ut id quod mouetur ex aliquo, in aliquid moueatur, & partim ſit, in eo à quo diſcedit, & partim in eo ad quod accedit diuiſibile erit id quod mouetur. Etiam oſtendit motum eſſe diuiſibilem, non ſolum ſecundum tempus, ut prius, ſed etiam ſecundum magnitudinem, quæ proxime oſtenſa eſt diuiſibilis eſſe, & ſic, & id ſecundum quod fit motus, ſiue ſecundum locum, ſiue ſecundum quantum, ſiue ſecundum quale, & motum, & moueri, & tempus diuiſibilia eſſe, cum oſtenderit, deinceps demõſtrat, quod horum omnium ſunt eædem diuiſiones, & æque inter ſe diuiduntur. Et primum quod tempus, & motus, deinde quod motus, & moueri, poſtea quod ea etiam ſecundum quæ fit motus. Et cum proponat deinceps oſtendere, quod mutatum in tempore mutatũ non eſt, ſed in ipſo nũc indiuiduo, primum probat, quod mutatum in illo eſt, in quo primo mutatum eſt, & ſic id quod, in quo primo aliquid mutatum eſt, indiuiduum eſt, & non tempus. Sed illud in quo primo diuiditur bifariam, in principium mutationis, & in terminum. Et oſtendit quod datur terminus, ſed nõ principium, quia non eſt initium mutationis, ſed neq; illius quod mutatum eſt, aliquid primum extat quod mutatum ſit. Item horum ſecundum, quæ fit motus, ut loci, & quanti, non eſt primum accipere, quia continua ſunt, ſed in quali per ſe non eſt, ſed per accidens. Item neq; in tempore, in quo eſt mutatio primum accipiendum eſt. Vnde uelut ſequens ex dictis adducit, omne quod mouetur prius mutatum eſſe, & quod motum eſt prius moueri, & oſtendit quod eadem ratio conuenit ortui, & interitui, & concludit reliquũ, quod in omni mutatione eadem ratio quadrat, è quibus deducit fieri non poſſe, ut linea finita tempore infinito, uel motus abſoluatur, niſi idem rurſus, & rurſus redeat, ut in orbiculatione, ſed neq; fieri, & interire poſſunt, ex quo deducit, quod neq; tempore infinito, poteſt infinitum moueri aut quieſcere, neq; magnitudine, neq; motu, neq; quiete. Et deinceps oſtendit quod neq; infinita magnitudo pertranſit, finitum interuallum tempore finito. Et ſic de perfectis & adæquatis motibus ea quæ inſunt, ad artem reduxit. Reliquum proficiſcens ad ſtationem, & ob id ſtare dictum eſſe aſſignat oſtendens, quod & ſi ſtare hoc diceretur, idem tamen eſt cum eo quod mouetur. Et quęcunq; inſunt ei quod cietur, totidem etiam competunt ſic ipſi ſtare, quare in tempore ſtatur, & in ipſo ſtare, ut neq; in motu, non eſt accipere primum. Sed cum hæc demonſtrant, de ſimpliciter motu, & dicto ſecũdũ ipſum ſtare, oſtendit etiam de quiete oppoſita uniuerſo motui, quod etiam hæc eſt in tempore, & quod non eſt primum accipere. Sed his adhuc aliquod admirabilius oſtẽdit, quod id quod cietur, in quo tempore mouetur, primo non poteſt ſecundum aliquid ſpatij eſſe, in quo mouetur, ut in toto tempore, & ipſum, & unaquæq; eius pars ſit in eodem, & æquali ſpatio, ſed in ipſo ſolo nũc eſt, in æquali ſpatio. Ex hoc autem Zenonis rationem diluit dicentem, ſi feratur telum ſemper ſecundum ęquale ſibi eſt, et ſecundum ęquale ſibi tempus quoddam quieſcit, quare telum latum dum mouetur quieſcit. Soluit quia non eſt in tempore ſecundum æquale ſibi, ſed in ipſo nunc, in quo neque mouetur aliquid, neq; quieſcit. Sed cum quatuor ſint rationes Zenonis de motu, prima dixit. Si eſt motus, neceſſe eſt, ut id quod mouetur tempore finito pertranſeat infinita, quam ſoluit iam. Secunda erat quæ appellabatur Achilles & dicebat. Si eſt motus ſegniſſimum, à uelociſſimo nunquam apprehendetur ob ſectionem in infinitum. Sed ex eiſdem proficiſcens, & ipſa per eadem etiam ſoluetur. Tertia erat Zenonis ratio à telo lato. Et quarta ab ipſis ęqlibus magnitudinibus, & ęque uelocibus, quæ iuxta ea quæ ſtabant mouerẽtur, & quæ iuxta ea quæ contra mouerentur, & hac ratione uidentur concludere aliquod abſurdum, ſcilicet hoc quod æqualium, & ęque uelociorum magnitudinum, in eodem tempore alterum alterius reſpectu duplo motu mouetur, & idem & æquale tempus, ſimul duplum & dimidium eſſe. Sed huius ſolutio euidentior eſt. Et cum cœpiſſet diluere omnino rationes contra motum, poſt rationes Zenonis etiam alias adducit, & ſoluit, quarum prima eſt, à contradictione dicens. Si enim quod mutatũ eſt, neq; in eo ex quo mutatũ eſt. Nondum. n. mutaretur, neq; in eo ad quod mutatur. Sin autem nõ mutaretur, in ipſo intermedio erit. Proinde ſi mutatio eſt erit aliquid intermedium contradictionis, inter id quod eſt, & id quod non eſt, & album, & non album, quod fieri non poteſt, non igitur erit mutatio. Soluit etiam hãc rationem, quia totum in neutro eſt, ſed partim eius in illo ex quo, & partim in ipſo in quod. Secundam autem diſſoluit rationem quandam aliam, quæ ſic inſtare uidebatur cõtra motum. Si quę uidentur primo, & propriiſſimo motu moueri, ut circulus, & ſphæra, hæc non mouentur, ſed quieſcunt ſiquidem in eodẽ loco ſunt, non erit motus. Soluit autem oſtẽdens, quod quæ ſic mouentur neq; ipſa, neque ipſorum partes in eodem ſunt loco aliquo tempore. Sed poſt hæc oſtendit q̃d impertibile non mouetur, niſi per accidens, quia ſunt in corpore quod mouetur, aut in magnitudine. Demonſtrat autem idẽ tribus argumentis. Et in his oſtendit, neq; unam mutationem eſſe infinitam, & ſi neceſſe ſit, ante moueri ſemper mutatum eſſe, & ante motum fuiſſe moueri, quod quidem oſtẽdit, in ſingulis ſpeciebus mutationis, cum mutatio fuerit, ex determinato, in determinato. Et in calce quærit. An cõtingat quodam tempore motum infinitum, fieri qui unus, & idem fiat ſecũdum ſpeciem iterum, atq; iterum factus, & aſſerit ſolum orbicularẽ, ſic ſe habere poſſe, ut iterũ, atque iterum redeat, non intercepius ſtatione. Et hoc demonſtrabit poſterius.

SIMPLICII COMMENTARIVM IN SEPTIMVM PHYSICAE AVDITIONIS LIBRVM. LVCILLVS VETEBAT. AR. D.

HIC Eſt Septimus naturalis auditionis Liber quem ipſo, „ Peripatetici inſcribere ſolent, & eius duo extant exemplaria, ſed parum inter ſe diſcrepant, idq; ſola uerborum conſtructione. Nam problemata & demonſtrationes, q̃ afferuntur in illis eundem obtinent ordinem, quocirca eadem in utriſque diſputantur. Verum quod interp̃tes Ariſtotelis in utriſque interpretantur & aperiunt, idem ipſe me recipio tractaturum. Quapropter ſciendum eſt earum quęſtionum, quæ in hoc ſeptimo libro ponũtur/ primarias, & eas quę huic tractationi magis accommodantur, in libro poſt hunc totius tractationis ultimo, demonſtrationibus tutioribus ac ſecurioribus diſputari ac tractari, quocirca nonnullis uiſum eſt hunc librum, in hac tractatione pene nothum atque annexum fuiſſe cum tenuioribus, aut dialecticis, ut inquit Alexãder, magis utatur demonſtrationibus, q̃d etiam confirmat Eudemus, qui uniuerſæ huius diſciplinæ fere, ad hunc librum capita ſequutus hunc reliquit, & præterit uelut ſuperfluum, & proficiſcitur ad ea capita, quæ ultimo libro differenda proponuntur. Præterea Themiſtius qui uniuerſam hanc facultatem mutatis uerbis/ ſenſum paucis interpretatur/ cum ad hunc librum peruenit multa in eodem capita, a tergo reliquit. Sed cum uideatur hic liber non admodum à cæteris diſcrepare, qui in hac diſciplina inter ſe cohærent, neque induſtria & ſolertia Ariſtotelis indignus, forte dixerim hũc librum prius fuiſſe ab eodem conſcriptum. uerum poſtea ultimo libro capitibus diligentius quæ hoc in loco tractantur explicatis/ quædam uelut propria huic tractationi conſtruxit, & appoſuit. Et hic liber uſum affert non ſpernendum cum prius nos exerceat „ & aſſuefaciat ad perceptionem earum rerum / quæ reuera magnæ ſunt, in tota tractatione naturali & ſummopere ſpectãdæ, ab Ariſtotele libro ultimo explicantur. Proinde problema, aut id quod
„ proponitur ſtatim uidelicet. { Omne quod mouet̃, ab aliquo
„ moueri, } exactiore & exploratiori demõſtratione ibi expreſſit. Cæterum hoc in loco ſequuti ea quæ traduntur, intelligentiam eorum pro uiribus depromemus.

Tex. 1. OMNE Quod mouetur, neceſſe eſt ab aliquo moueri. ſi igitur in ſeipſo non habet principium motus, manifeſtum eſt quod ab altero mouetur. ſi autem in ſeipſo, accipiatur in quo A B, quod moueatur non ex eo quia partium huius aliqua mouetur. Primum igitur opinari A B a ſeipſo moueri propterea quod totum mouetur, & a nullo externorum, ſimile eſt ac ſi quis ipſo D E mouente ipſum E F & illo moto, opinetur D E F a ſeipſo moueri. propterea q̃d non intuetur vtrum ab vtro moueatur, vtrum D E ab E F, an E F ab ipſo D E.

QVOD Proponitur id eſt, omne quod mouetur ab aliquo moueri, à quo deinceps cætera Theoremata naturalia proficiſcuntur. Sed eorum quæ cientur, alia quidem extrinſecus, alia uero non ita. Quæ extrinſecus agitantur ſunt quæ uiolentia impelluntur. Quæ uero non extrinſecus cientur/ ſunt corpora quæ mouetur natura, & ea quæ ab animi mouentur impulſu. Vnde quæ mouentur ut non cenſuit demonſtranda eſſe, ut ab aliquo ea moueri ſciamus, cum pateat in his mouens quod aut expellit, aut attrahit, aut uehit, aut uolutat, ſed illud quod uidetur ex ſeipſo, & non externo cieri motore/ probat ab alio moueri, ſed prius ſeparat id quod primo, & per ſe mouetur ab his, quæ per aliud & omnino per accidens cientur: in quo genere etiam ſunt ea quæ ſecundum partem mouẽtur, ut principio quinti libri diuiſimus. Etenim qui manum mouet hic dicitur moueri, uerum quia aliquid eius ciet̃, ideo dicitur & ille moueri. Proinde illud per ſe, & primo mouetur ex ſeipſo, quod neque per accidens, neque mouetur quia aliquid eius cieatur, quo ſumpto oſtendit in hoc ipſo quod ſic mouetur, aliud eſſe quod ciet, & aliud quod mouetur. Sed primum noſtram intelligentiam atq; mentem admonet, ne exiſtimemus ipſum totum quod à ſeip̃o mouetur, ꝓpterea, quod non uidetur externus motor, à nullo moueri. Poteſt enim fieri, ut quod mouet non ita uideatur, ut id quod mouetur, & in q̃bus perſpicuo apparet aliud eſſe mouẽs, & aliud id quod ab eo mouetur exemplo ipſe oſtẽdit. Si enim k/ totum moueatur & pars eius k/l/ moueat & moueat̃, & reliqua eius pars l/m/ ab ipſa k/l/ cieatur diceret, ne aliquis k/m/ merito nõ moueri ab aliquo, quia nõ apparet utrum in ipſo ſit motor, & utrum ſit id quod mouetur. Etenim in animalibus, quod totũ uidetur moueri, eſt animal, & pro comperto aſſeritur corpus ab anima moueri, quæ coniuncta corpori idem mouet. Ideo & ſi non appareat, tamen dicimus ab ipſa moueri corpus. Sic ergo ſi a/b/ totum moueatur, & ſi non appareat motor, non ideirco aſſerendum eſt illud à nullo moueri. Si ergo id quod externo cietur motore perſpicuo ab aliquo mouetur, & id quod ex ſeipſo, & ſi non appareat mouens, nihil tamẽ prohibet quin moueatur ab aliquo, concluditur omne quod mouetur ab aliquo moueri. Et quãuis non appareat mouens, tamen nihil nobis impedimẽto eſt, quin aſſentiamur rationi. Patet aũt ex hoc argumento oſtẽſum non eſſe quod id quod uidetur, ex ſeipſo moueri/ ex neceſſitate ab aliq̃ moueat̃. Iam cognouimus q̃d & ſi nõ appareat mouẽs nihil ꝓhibet ab aliquo moueri, id q̃d mouetur. Sed deinceps propoſitum ſic oſtendit. Com. 1.

Amplius id quod a ſeipſo mouetur, nũquam ceſſabit moueri, propterea quod aliquid aliud ſtetit quod mouebatur. Neceſſe eſt ergo ſi quid deſinat moueri eoquod aliud aliquid ſtetit, hoc ab altero moueri. hoc autẽ cum manifeſtum factum ſit, neceſſe eſt omne q̃d mouetur, moueri ab aliquo. Quoniam. n. acceptum eſt A B moueri, diuiſibile erit. omne enim quod mouetur, diuiſibile eſt. diuidatur igitur, in C. neceſſe eſt igitur B C quieſcente, qeſcere & A B. ſi enim nõ, acci- Tex. 2.

piatur

piatur moueri. B C igitur quieſcente, mouebitur vtiq; A C. non ergo mouetur per ſe A B. ſed ſupponebatur, per ſeipſum moueri primū. Manifeſtum eſt igitur quod C B quieſcente, quieſcet & B A, & nūc deſinet moueri, ſed ſi quid ex eo quia aliud quieſcit ſtat & ceſſat moueri, hoc ab altero mouetur. manifeſtum eſt igitur, quod oē qđ mouetur, ab aliquo mouetur. diuiſibile .n. eſt, oē qđ mouetur. & parte quieſcente, quieſcet totum.

Com. 2. Cum probaſſet non neceſſe eſſe, quāquam non uideatur moura, quod mouetur à nullo moueri aſſerere. & determinaſſet aſſumptionem ex ipſa apparitione, reliquum oſtendit propoſitum, omne uidelicet quod mouetur ab aliquo moueri. Idē autem oſtendit prius, ſumens q̃d ſi aliquid quieſcit, quia aliud quod mouetur quieſcit, neceſſe eſt, ut idem ab aliquo moueaẽ. Quod enim non mouetur ab aliquo, non eſt neceſſe, ut ſi moueatur, quieſcat alio quieſcente. Nam forte fortuna, & non ab aliquo quod moueẽ ceſſante illius motu, ceſſaret & ipſum moueri, non tamen ex neceſſitate. Si ergo quod non cietur ab aliquo, nō neceſſe eſt, quieſcere quodā alio quieſcēte, id q̃d neceſſario quieſcit alio q̃dam quieſcente ab aliquo mouetur neceſſario, hoc ſecunda formula ſyllogiſmorum hypotheticorum cōcludit. et ſumit prius omne quod mouetur diuiſibile eſſe, quod quidem demonſtrauit ad calcem pręcedentis libri. Exponit a/b/ quod mouetur diuiſibile, q̃a mouetur & diuidit ipſum in g/ & dicit quod ſi g/b/ non mouetur quod eſt pars ipſius a/g/b/ neq; a/b/ totum amplius mouebiẽ. Quod ſi quis diceret a/b/ moueri g/b/ non moto, ſed quia a/g/ mouetur, non amplius a/b/ totum erit quod per ſe mouetur neque pr mo, ſed quia pars eius a/g/ mouetur, ſed nō ſic ponebatur moueri a/b/ ſed per ſe & primo. Cum ergo non moueatur g/b/ neq; a/b/ totum primo mouebitur. Quod ſi non mouetur amplius a/b/ quieſcente g/b/ ab aliquo mouebitur. Nam hoc ponebaẽ/ uidelicet ab alio moueri quod quieſcit aliquid quia aliud ſtat. Hanc demōſtrationem accuſat Galenus laborioſiſſimus uir, immo & alij eam damnāt perinde ac utatur petitione/ quæ fieri non poteſt, cum dicat quod a/b/ primo & per ſe moto g/b/ non mouetur. Sed Alexander quāuis multis in locis demonſtrationem hanc ſuſpectam habeat, tamen maluit dicere petitionem fieri poſſe atq; admittendam eſſe, uidelicet aliquid ponere quod primo & per ſe cieatur, et ſi pars ſtare ponatur. Nam, ut inquit, ea nequeunt fieri aut ſunt impoſſibilia quod ad hypotheſim quorū unum alterum deſtruit, ut nauigare ſupra lapides. Niſi forte & id huiuſmodi ſit. Si enim id quod per ſe moueẽ & primo, erat id quod totum mouebatur, & non id quod ciebatur/ quia aliqua eius pars mouetur, quomodo poſſunt ſimul competere illi quod per ſe mouetur/ & primo aliquam partem moueri, & aliquam non moueri, ſed conſequentia ſana eſt. Si enim aliqua pars ſtaret eius quod mouetur per ſe, etiam totū ſtabit, & non amplius per ſe totum, & primo mouebitur. Sed eius quod per ſe mouetur aliqua pars ſtare non poteſt/ dum totum quod per ſe mouetur, ſubiacet. At id quoque mihi uidetur, ſine ueritate quomodo ſumptum eſt a/g/b/ quod mouetur. Si enim ut corpus ſolum aliquid erit in ipſo mouens, ſi uero ut animal, & g/b/ ſolum ut corpus moueatur & a/g/ ſecundum animam animalis, & ob id mouens ſimul & motum, quomodo totum per ſe, & primo diceretur moueri, ſiquidem a/g/ ideſt anima, per accidens mouetur, quia eſt in corpore quod mouetur, ſed quomodo omnino a/g/ moueretur quieſcente g/b/ ſiqui dē anima per ſe imobilis ſit. Et mouetur in corpore quod cietur, quare a/b/ neq; ſecundum partem diceretur moueri tanquā ſit a/g/ quod mouetur in ipſo. Si enim g/b/ quieſcit ordinatum ſecūdum corpus, & a/g/ quieſceret quod loco animæ ſumiẽ. Objciunt autem hanc rationẽ, quia petit id quod eſt in principio, ſiquidem quia non mouetur pars oſtendat totum, nō per ſe moueri. Cum enim petat non moueri partem ob idipſum ſtatuit, totum non moueri per ſe primo. Quia autem non uidetur mihi eſſe deſpicienda ſententia Ariſtotelis, neque Aleander/ quāquam multipliciter inuolutus uideatur rationē uelut inuolucrē & inuolutam diſtinguere, nihil forte prohibet, & meam intelligentiam de eodem illis exhibere, qui indagare uolunt ueritatem. Niſi ergo Ariſtoteles proponens oſtendere quod id q̃d primo, & per ſe mouetur, cum ſit corpus nō ex ſe principium, ut ſit habeat, ſed ab aliquo mouetur, quod oſtendit primo aſſumens, quod id quod mouetur quādo quieſcit, quia aliquid eius quieſcit ab aliquo mouetur, & non ex ſeipſo motum habet, neque ſeipſum mouet. Hoc autem demonſtrauit per oppoſitum eius, quia eſt euidentius/ faciēs ꝯuerſionē cum cōtrapoſitione. Si .n. non ab aliquo motum nō neceſſe eſt quieſcere, quia aliud quieſcit, q̃d ergo quieſcit neceſſario ſi aliq̃d aliud q̃eſcit/ ab aliquo mouetur. Sed illud aliud partem eſſe uoluit, qua quieſcente quieſcit id quod per ſe & primo moueẽ, ideo in calce rationis ſubiunxit, quod ſi pars non mouetur/ quieſcet totum. Vnde non accepit illud uelut mouens. Quo quieſcente totum qđ mouetur quieſcit, ſed uelut id quod in toto cietur & ſuomet motu/ complet uniuerſi motum, quod ſi totum ex ſeipſo moueretur/ & non ab aliquo alio, ſed idem erit mouens, & id qđ mouetur neceſſe foret ut totum toti cohæreret, & indiuiſibile eſſet. Adde quod & ſemper moueretur. Vt enim ne deſerat ſe ipſum nunquam deſinet moueri/ quod ſi diuiſibile eſt, quia totum toti non adæquatur neque cohæret, non unum aderit alteri ubique mouens/ & quod mouetur, & maxime nuſquam in eodem, ideo poteſt aliqua pars accipi in eodem quæ nō moueatur, cuius merito uniuerſum diceretur quieſcere, merito igitur ipſe aſſeruit cauſam, cur parte non mota totum quieſcere, hanc eſſe, quia quod moueẽ eſt diuiſibile, perinde ac ſit talis deductio in prima figura ſecundum Alexandrum.

Omne quod per ſe mouetur & primo ex neceſſitate, non mouetur aliquo ceſſante à motu.

Sed quod ex neceſſitate, non mouetur quieſcente aliquo idem ab aliquo mouetur.

Sed forte melius eſt ſic concludere in ſecunda figura.

Quod per ſe & primo mouetur/ ſi fuerit diuiſibile quieſcente parte totum quieſcit.

At id quod ex ſeipſo mouetur, non quieſcit quieſcente parte.

Non enim habet talem partem.

Ergo quod per ſe & primo mouetur ſi fuerit diuiſibile, non à ſeipſo mouetur, quod quidem tranſmutatum in ipſum moueri ab aliquo fecit, ut Alexander concluderet affirmatiuum in prima figura. Quod autem ſic ut dicebam cōcluſum ſit, ex eo conijcio quia totam propoſitionem ipſe poſuit in calce rationis dicētem. Semper enim quod mouetur diuiſibile, ſed parte non mota neceſſe eſt, & totum quieſcere, quod idem eſt huic, ut exiſtimo, quod mouetur cum ſit diuiſibile parte quieſcente totum quieſcit. quod ſi ego nactus ſum ſcopum eorum quæ dicta ſunt, exiſtimo fieri poſſe, ut poſtuleẽ aliqua pars non moueri illius quod per ſe & primo cietur. Quod enim primo & per ſe mouetur ſtatuitur diuiſibile, ſed nōdum diuiſum, ſed neque eſt impoſſibile, id quod eſt diuiſibile ſupponere diuiſum, & ob id Ariſto. ſtatuens diuiſibile, id quod per ſe mouetur diuiſit ipſum, & ſequutum eſt diuiſionem actu id quod non per ſe mouetur. Et ad meam dubitationem reſpondeo, quod a/b/ quod mouetur eſt corpus, quod demonſtrauit nō à ſe pſo moueri, quia cum diuidatur in partes, ſi pars ponatur quieſcere, totum etiam quieſcit, quod quidem non competit ei quod mouetur à ſeipſo. quia nō habet partem. Sic autem ſumpta ratio, neq; diceretur petere in principio. Sumptum enim eſt a/b/ dū diuiſibile eſt, & non diuiſum id q̃d per ſe & primo moueẽ, ſed diuiſo iam diuiſibili quiete partis, totum etiam quieſcit. tanquā neque per ſe et primo idem ſit quod mouetur, poſtquam fuerit actu diuiſum. Nam ſiue partes actu moueantur, non amplius primo totū moueẽ, ſiue quieſcat aliqua partiū nō amplius per ſe totū cietur, ſed ſi moueẽ hoc ſit, quia aliqua pars eius moue-

tur. Sciendum tamen quod in ſequenti libro proponit rurſus oſtendere hoc, quod omne quod mouetur ab aliquo moueat. Et idem oſtendit diligentius, & euidentius.

Tex. 3. Quoniam autem omne quod mouetur, ab aliquo mouetur, neceſſe eſt & omne quod mouetur in loco, moueri ab alio & id igitur quod mouet, ab altero, quoniam & ipſum mouetur. & rurſus hoc, ab altero, nō autem in infinitum abibit, ſed ſtabit alicubi, & erit aliquid quod primo

Tex. 4. cauſa erit motus. Si enim non, ſed in infinitum procedat, ſit A quidem id quod ab ipſo B mouetur, B vero ab ipſo C, C autem ab ipſo D. atque hoc igitur modo in infinitum procedat. Quoniā ergo ſimul & ipſum mouens mouetur, manifeſtum eſt, quod ſimul mouebitur & A & B. cum enim mouetur ipſum B, mouebitur & A. & cum mouetur B, & ipſum C, & cum C, ipſum D. erit igitur ſimul, & motus ipſius A & ipſius B & ipſius C, & reliquorum cuiuſque. & accipere igitur vnumquodque ipſorum, poterimus. etenim ſi vnumquodque ab vnoquoque mouetur, non minus vnus numero eſt cuiuſque motus, & non infinitus extremis. quoniam quod mouetur o-

Tex. 5. mne. ex quodam in quiddam mouetur. Aut enim numero accidit eundem eſſe motum, aut genere, aut ſpecie. numero igitur dico eundem motum, qui ex eodem in idem numero, in eodem tempore numero, ſit. vt ex hoc albo, quod eſt vnum numero, in hoc nigrum, ſecundum hoc tempus, quod eſt vnum numero. ſi enim ſecundum aliud, non amplius vnus erit numero, ſed ſpecie. Genere autem idem eſt motus, qui in eodem prædicamento, ſubſtantiæ vel alterius generis eſt. Specie autē, qui eſt ex eodem ſpecie in idem ſpecie. vt ex albo in nigrum, aut ex bono in malum. hæc autem, dicta ſunt & in prioribus.

Tex. 6. Accipiatur igitur motus ipſius A, & ſit in quo E. & ipſius B, in quo F & ipſius C & D. in quo G & H, & tempus in quo moueatur A, ſit K. Determinato autem motu ipſius A, determinatum erit & tempus, & non infinitum, quod eſt K. ſed in eodem tempore. mouebatur A & B & reliquorum vnumquodque. Accidit ergo motum E F G H infinitum exiſtentem, in tempore finito moueri, quod eſt K. in quo enim A mouebatur, & quæ poſt A conſequenter ſunt omnia, mouebantur infinita exiſtentia. Quare, in eodem mouentur. etenim, aut æqualis erit motus ipſius A, motui ipſius B, aut maior. refert autem nihil. prorſus enim infinito motui in tempore finito accidit moueri. hoc autem impoſſibile eſt.

Com. 5. Cum acceperit, ut demonſtratum hoc omne quod mouetur ab aliquo moueri, hoc poſito oſtēdit eſſe aliquod primum mouens, & non in infinitum aliud mouet aliud, & aliud aliud, ſed eſt aliquid quod mouet, & non mouetur. Oſtendit autem idem in motu ad locum, quia ipſe eſt primus motuum, cum ipſo non exiſtente neque alij exiſtant, ut ſequenti libro dicemus. Sed illud bene dictum eſt, quod ab alio mouetur, ne uideatur dicendo ſolum ab alio petere quod eſt in principio, uidelicet petere aliquod eſſe primum mouens, quod oſtendit, quia demonſtrat non in infinitum aliud moueri ab alio, ſi ergo oſtenſum fuerit in motu ad locum eſſe primum mouens, & uniuerſe erit oſtenſum. Demonſtratio aūt procedit deductione ad id quod fieri nequit. Nam ponens in infinitum aliud mouere aliud oſtendit, quod ſequitur ex hoc, uidelicet fieri motum infinitum tempore finito, quod fieri non poteſt, ut demonſtrauimus ſuperiore libro. In hoc igitur facit demonſtrationem de illo, quod ab alio ſemper mouetur deſtruens hoc in infinitum & oñdēs, quod eſt aliquod primum mouens, quod ab alio nō mouetur. Petit ergo id quod mouetur ab alio, cum & hoc ſemper moueatur etiam ab alio moueri, & hoc ad infinitum. Demonſtrat quod ſequitur petitionem fieri non poſſe. Nam quia mouens ponitur idipſum, etiam moueri ab aliquo patet ſimul fore, id quod mouetur à mouente ipſum, & mouens id quod mouetur à ſeipſo, ſiquidem moueat quia ab alio mouetur, igitur in eodem tempore, & per ſe motus mouentis, & eius quod mouetur, abſoluitur. Quando enim mouetur mouens, tum etiam mouet, ſimul ergo erit omnium mouentium, & eorum quæ mouentur motus. Si enim a/ab ipſo b/moueretur, & ipſum b/ab ipſo g/& hoc ab ipſo d/& ſemper attiguum a proximo, patet quod erit, ſimul ipſius a/b/g/d/& omnium quæ mouent & mouentur motus, quia unumquodq; mouens & quod mouetur unum numero eſt, ſed unius numero eſt unus motus. Nam ſi ex omnibus unus, & continuus fieret, tamen unus & idem componeretur ex tot numero, quot ſunt ea quæ mouent & mouentur. Et ſi enim ſimul omnia mouerentur, tamē unumquodque ipſorum proprio motu moueretur numero. Vnius enim numero eſt unus motus numero et definitus. Nā, inquit, omnis motus eſt, ex aliquo in aliquid. Hoc enim motus ſubſiſtit, & omnino mutatio. quia eſt ex aliquo in aliquid, & determinatur ex eo à quo, & ex eo ad quod. Cum ergo dixerit uniuſcuiuſque horum mouentium, & quæ mouentur unum eſſe motum numero, oſtendit, quod motus ex eodem in idem numero fit, in eodem tempore numero. Cum dicit ex quo dicit ab eodem, & in idem dicit ad quod, ſiue idem ſit, ſiue alterū id ex quo, & id ad quod. Et tempus ſi non unum fuerit, & continuum motus ex aliquo in aliquid, ſed interceptum, non amplius erit unus motus. Si enim ex albo, in nigrum mutaretur, non erit unum tempus numero, ſed in alio atque alio fieret. Et ſi maxime unum fuerit numero, id ex quo, & id ad quod, & quod mutatur unum, non erit unus numero motus interceptus, ſed ſi eſt unus, ſpecie erit. Cum porro dixerit, de motu uno numero ſubiūgit motum, ut alia trifariam eſſe. Vel enim numero, ut diximus, uel genere, uel ſpecie. Et qui ſit unus numero diximus. Sed genere unus ille, qui eſt unius prædicamēti, ut ſubſtantiæ uelut ortus, & interitus, uel qualitatis, ut alteratio, uel quantitatis, ut accretio, & diminutio, uel ubi, ut motus ſecundum locum. Nam mos Ariſtotelis eſt uocare genera p̄dicamenta, ijdē uero ſpecie motus ſunt, qui ex eiſdē ſpecie in eadē rurſus inter ſe ſpē fiunt, ut motus, ex albo, in nigrū. Nā eiuſdem ſpēi ſunt alba, & eiuſdē nigra. Siue ergo plures ſimul fiunt motus ex albis, in nigra, ſiue in alio, et alio tpe ijdem ſpē ſunt. Sed dicēs, uel ex bono, in malū, ſubiunxit, ſi nō differt ſpē bonū, patet q̄d etiā malum, ut tēperantia, & intēperantia tū ſi ſm ſpēm differrēt bona ea ex q̄bus, & rurſus ea ad q̄ mutatio, ut tēperātia/à fortitudine, & intēperātia/à timiditate, nō erunt in his mutationes ſiles ſpecie, ſed ſi fuerint ſiles, potius gn̄e ſm bonum, & malū. At de uno numero motu iam, prius diſſeruit. Vnde ſolū id addēdum eſt, q̄d oportet id q̄d mouet unū ſolū eē nūero ſi debeat eē, unus ſolus nūero motus eē. Sed diximus de uno motu q̄nto huius tractatiōis copioſius ad quē cū noſtra mittat dixit. iā i his libris diſputatū eē. Verū poſteaq; cōſtituit, q̄d unūq̄q; q̄d mouet, & mouet ſm motum, unū nūero cieē

tempus

tempus accipit in quo unum eorum quæ mouētur, ſuum motum abſoluit, ut a/quod ſit finitum, quoniam & motus ponitur uniuſcuiuſque finitus, ex aliquo in aliquid exiſtens, & motus finitus, ut oſtenſum eſt, in tempore finito fit, & ponit tempus motus ipſius a/finitum k/& quoniam infinita ſunt mouentia, & ea quæ mouentur, & ſi motus uniuſcuiuſque finitus fuerit, tamen ex omnibus collectus infinitis erit infinitus. Compoſita enim magnitudo ex compoſitione multitudine infinitarum magnitudinum neceſſe eſt, ut ſit infinita, & ſi fuerit finita unaquæq; componentium. Infinitus igitur eſt e/z/h/th/uerbi gratia motus, qui conſtitutus eſt, ex infinitis multitudine motibus, quia ergo, in quo a/mouetur tempore, ideſt in k/in eodē & aliorum unumquodque quod mouetur cum talia ſint infinita multitudine, cietur, accidet, ut etiam totus motus e/z/h/th ſit infinitus in tempore finito k, ſed aliquod, quod fieri non poteſt ſequebatur, uidelicet aliquid moueri tempore finito motu infinito. Nam hoc fieri non poſſe oſtenſum eſt ſuperiore libro, ſed ſequebatur ex eo quia ponebamus infinita multitudine ea quæ mouentur & mouent, ergo hæc non poſſunt eſſe infinita. Eſt igitur primum aliquid quod mouet, & non ab alio mouetur, ſed quoniam ex infinitis multitudine magnitudinibus, & ſi æquales ſint magnitudines, aut inæquales infinita eſt aliqua magnitudo & motus, merito adiecit qđ ſiue æquales ſint inter ſe īfiniti motus multitudine, ſiue alij/alijs maiores ſint, utroque modo totus eſt infinitus.

Tex. 7. Sic igitur videbitur demonſtrari, id quod ab initio diximus. non tamen demonſtratur, propterea quod nullum inconueniens accidit, contingit enim in tempore finito, infinitum motum eſſe. non autem eūdem, ſed alterum & alterum multis motis, & infinitis. quod quidem, accidit & in ijs quæ nunc diximus.

Com. 4. Cum indeterminate, ſumptum ſit, in prædicta demonſtratione hoc, uidelicet infinita eſſe multitudine ea quę mouent, & mouentur, pulchre adnotat rationem, non habuiſſe cōgruam determinationem, Equidem uidetur oſtendere, id quod eſt, ex principio poſitum, uidelicet aliquod eſſe primum mouēs, quia oſtendebat aliquod proficiſci, quod fieri non poterat, ſi conceſſum fuiſſet oppoſitum hoc, quo dicit aliud, ante aliud, ſemper mouere, & moueri, uſq; in infinitum, & ob id erant infiniti motus, & unus infinitus magnitudine qui erat cōſtitutus ex infinitis, & aliquod impoſſibile concluditur, uidelicet aliquod infinitum tempore finito motu, infinito moueri, quod ergo ex his poſitis, non concludatur impoſſibile oſtēdit. Poſitum erat, infinitorum multitudine etiam motus infinitos multitudine eſſe. Poſſunt autem hi motus infiniti multitudine fieri, tempore finito ſimul facti, ut diximus, motus ipſius a/& b/& aliorū, & nullum impoſſibile ſequitur, ſed impoſſibile ſequeret, ſi uno numero motu infinito aliquid cieret tempore finito, quia plures multitudine, & infiniti nequeunt fieri tempore finito, ſi ergo debet ſequi impoſſibile oportet oſtendere, quomodo infiniti multitudine motus componuntur, in unum motum infinitum magnitudine, qui ſimul fiat tempore finito, in quo & unus finitorum abſoluitur, ſic enim ſequeretur non poſſe motum infinitum tēpore finito abſolui. Hoc igitur deinceps facit oſtendendo, quomodo unus infinitus talis motus abſoluatur.

Tex. 8. Sed ſi id quod mouetur primo, ſecundum locum & corporali motu, neceſſe eſt tangere, aut continuum eſſe mouenti, vt videmus in omnibus hoc contingere, erit ex omnibus, vnum, ipſum totum aut continuum. Hoc igitur poſſibile accipiatur, & ſit magnitudo quidem aut continuum in quo A B C D. Huius autem motus, E F G H. refert autem nihil, finita ſit an infinita. ſimiliter enim in tempore finito K, mouebitur aut finita, aut infinita. horum autem vtrūq; impoſſibile eſt. Manifeſtum eſt igitur, quod ſtabit aliquādo, & non in infinitū abibit quod ſemper ab altero, ſed erit aliquid quod primum mouebitur. Nihil autem referat, ſuppoſito quodam, hoc demonſtrari. Eo enim quod eſſe poteſt, poſito, nullum inconueniens oportebat accidere.

Com. 5. Cum multa atq; infinita eſſent quæ ciebantur, & mouebāt nullum ſequitur impoſſibile, ex hoc quia ſimul infiniti motus abſoluerētur tempore finito, ſed unum aliquid ſit, inquit, ex omnibus quæ mouent et mouentur. Nam quod mouet aliquid ſecundum locum primum, ideſt proxime, & non per aliud, & corporeo motu ciet, neceſſe eſt, ut continuum cum ſit ei quod mouetur, aut attiguum ſic moueat. Vocat autem corporeum motum, qui fit cum aliqua reſiſtentia. Nam & primo mouens mouet, & amatum, & ſi ſecundum locum mouet hæc, ſed nō corporeo modo. Nam expellens, trahens, uoluens, aut uehens mouēt corporeo modo quæ neceſſe eſt, ut tangāt ea quæ mouentur, & per tactum aliquo modo illis cōnectantur, ſiue plura, ſiue infinita ſint. quæ mouent, & mouentur ex ſucceſſione. Etenim hæc unum erunt ſecūdum tactum, ſiue hoc infinitum unum ſit, ſiue finitum nihil differt, nō quia nequeat ex infinitis magnitudinibus multitudine ſeſe mutuo tangentibus, & ſi Democriti atomis, eſſent minora magnitudine, aliquod finitum conſtare, ſed quia non proponitur nunc, cōſiderare an ſi ſit aliqua magnitudo infinita an nō. Si enim aliquis ipſum finitum poneret, cum ſit motus infinitus, & unus cōpoſitus ex infinitis motibus multitudine ſequetur, id quod fieri non poteſt, ut tempore finito infinito motu aliquid moueatur, ſiue finita fuerit magnitudo, ſiue infinita. Nam utroq; modo impoſſibile ſequetur, ut demonſtrauimus libro ſuperiore, & nunc hortatur nos, ut intelligamus quomō ſumpti fuerint, infiniti motus multitudine, & ſiue æquales fuerint, ſiue inæquales magnitudines faciant totum infinitum magnitudine. Proinde nunc addit, qđ etiam unus ſit motus, ſecundum contactum mouentiū, & eorum quæ mouentur, qui facit, unū quod mouetur. Nam unus motus eſt unus. { Hoc igitur poſſibile accipiatur, } uelut ſit, „ de hoc dixit uidelicet, quod accipiendæ ſunt magnitudines, aut æquales, aut inæquales. Quia enim ambo poſſunt fieri, quod quidem poſitum erat, ex hoc habebimus conſequens, quod fieri non poteſt, ſed infinitam ponēs magnitudinem, ex ipſis a/b/g/d/cum infinitę ſint magnitudiēs, multitudine, in collectione rationis dixit aut finitum, aut infinitū perinde, ac ſecūdū utrūq; impoſſibile ſequatur. Etenim infinitam, & finitam magnitudinem moueri motu infinito, tempore finito ſimiliter oſtenſum eſt, non poſſe ſuperiore libro. Sed poſtquā dilut inſtantiam, ſtatuentis, & ponentis indeterminate, reliquum concludit ratione. Cum enim oſtēſum ſit, quod nequeunt eſſe infinita, quę mouent & mouētur, ſiquidem aliquod impoſſibile, ex ipſo ſequebatur, neceſſe eſt, ut oppoſitū huic uerum ſit, uidelicet ſtare hunc proceſſum, & non abire in infinitū, ſed eſſe aliquid qđ primo mouet, & non amplius ab alio moueatur, ſed quia non oſtenſiue, ſed ex petitione, & ſuppoſitione ꝓcedebat ratio eius quæ petitio ſtatuebat infinita eſſe multitudine ea quæ mouēt, & mouentur/& hac ratione induxit quod fieri non poteſt, ne quis dicat nihil eſſe oſtenſum, ſiquidem ex petitione ſequebať impoſſibile pulchre ſubiūxit/qđ petitio ſumpta eſt, uelut q̄ fieri poſſit. Qui.n. non cōcedit, primū mouēs quaſi poſſit, in infinitum accipi mouēs aliud/ante aliud/& motū ſiły, ſic illud negaret, ſed nullū impoſſe accidit ei qđ fieri pōt, ſed accidit impoſſibile fieri, ex impoſſibili, et poſſe ex poſſibili, ut in reſolutorijs demōſtrauimus, quare et ſi uelut, id q̄d fieri queat peteret, non erit id quod fieri pōt. Sed quando dicebat, qđ ſuppoſitio, aut petitio ſumpta ſic eſt, perinde ac fieri queat, pro hoc uelut cōtingēs intelligēda ſunt hęc, quare & ſi ex petitione accideret

impoſſibile, ex petitione ſuppoſitioneue accideret uelut ex ea quæ fieri poſſit, & ſiquidem erat contingens, non oportebat aliquod ſequi quod fieri non poteſt.

Primum autem mouens, nõ vt id cuius cauſa, ſed vnde principium motus eſt, ſimul cum eo eſt quod mouetur. ſimul autem dico, quia nihil inter ipſa eſt. hoc enim cõmune eſt, in omni quod mo-

Tex. 10. uetur, & quod mouet. Quoniam autem tres ſunt motus, is ſcilicet qui ſecundum locum, & qui ſecundum quale, & qui ſecũdum quantum, neceſſe eſt & ea quę mouentur, tria eſſe. Qui igitur eſt ſecundum locum, latio. qui vero ſecundũ quale, alteratio. qui vero ſecundum quãtum, augmentatio & diminutio. Primum igitur, de latiõe dicamus. hæc enim, primus motuum eſt.

Com. 6. Vt oſtendat unum motum numero eſſe, qui ſit ſtatutis infinitis mouentibus, & his quæ mouentur, & hoc impoſſibile cõcluderet hoc finito, uidelicet tẽpore aliquid motu infinito mouen uſus eſt, hoc quia proxime mouens, debet tãgere id quod mouetur, uel illi cõtinuum eſſe. Hoc autem perſuadet ex inductione, dicendo quemadmodum uidemus in omnibus. Proinde ounc proponit ſe oſtenſurũ idem, in ſingulis ſpeciebus motus, quod neceſſe ſit ut mouens ſit, ſimul cum eo quod mouetur. Sed quia quod mouet duplex eſt, aliud uelut unde principium motus ideſt effectiuũ, aliud uelut id cuius gr̃a ideſt uelut finis, nunc demonſtratio eius eſt, de efficiẽte. Quod enim mouet, ut finis, & omnino uelut appetibile, non eſt ſimul cum eo quod mouetur. Nam appetitus eſt maxime, non præſentis ꝑductio, aut ad ipſum procedens. Primum autem mouens dicitur, illud quod impertit cauſam motus, & largiť, & ſi per quoſdam alios intermedios motus uelut qui trahit per funem, aut qui expellit per uirgam. Sic ergo & primariam cauſam motus immobilem, & uelut effectricem mouere ea quæ hic dicũtur oſtendunt. Sed primum mouens dicitur, id quod etiam ꝓxime mouet, ut nunc uſus eſt nomine, & ſic primum mouens
„ dicit eſſe ſimul cum eo quod mouetur. Sed quomodo dicat &
„ illud ſimul ipſe exponit dicendo. { Simul autem dico, quia nil eſt intermedium. } quod idem eſt ac ſi dixiſſet, quæ ſeſe tangunt ſimul ſunt. Illa enim ſeſe tangunt, quorum ultima ſunt ſimul, ut nullum habeat intermedium. Sed cum dixerit, quod hoc commune eſt, omni quod mouetur, & mouet, patet quod hoc dicitur, de illo quod eſſicienter mouet. Deinceps diuit ſpecies motus, in illam ſecundum locum, ſecundum quale, & ſecundum quantum, et cum tria mouentia accipiat id quod fert, & alteratur, & auget, uel diminuitur de prima latione, quia eſt prima motuũ, ut ſequenti libro oſtendet, rationem facit.

Omne igitur quod fertur, aut a ſeipſo, aut ab alio. Quæcunque igitur a ſeipſis cientur, ſic perſpicuo ſe habet, vt ſimul in his mouẽs, & id quod mouetur, ſit. Nam inſitum in illis primum mouẽs adeo eſt, vt nihil intermedij ſit. Cæterum quæcunque ab alio mouentur neceſſe eſt, vt quadrifariam moueantur. Quatuor enim ſunt ſpecies lationis ab alio, tractio, pulſio, vectio, vertigo. Nam cæteræ aliæ, ad has reducuntur ſpecies. impulſio enim quædam pulſio eſt, quæ fit quando mouens ſequitur id quod impulſio vero fit, quãdo non ſequitur, id quod expellebatur mouens. Proiectio autem quando vehementiorem motum efficeret ab ipſo, quam conueniat lationi alicuius, ſecundum ſuam naturam & eo vſq; fertur latum, donec motus præualet ꝓijcientis. Rurſus extruſio, & contruſio, ſunt expulſio, & tractio. Nam extruſio, eſt expulſio. Aut enim ab eodẽ, aut ab alio eſt expulſio. Contruſio autem eſt tractio. Etenim ad ſe, & ad aliud eſt tractio. Quare & quæcunq; horum ſpecies, vt radiatio, ſputi deglutio. Nam alia eſt contruſio, alia vero extruſio. Eodem quoq; modo, & aliæ congregationes, & ſegregationes. Omnes enim erunt extruſiones, aut contruſiones, præter illas quæcunq; in ortu, & interitu verſantur.

Dicit quod fertur, id quod cietur ſecundum locum, & ab ipſa latione ſic nomen traxit. Quod uero exiſtente eo quod mouetur, neceſſe ſit, ut mouens exiſtat, patet: ſi quidem omne qđ mouetur ab aliquo moueri oſtenſum ſit. Sed diuidens ea quæ mouentur ſecundum locum, in ea quæ mouentur à ſeipſis, ac in ea quæ habent mouens in ſeipſis, ut animalia habent animã in ſeipſis corpus mouẽtem, & in ea quæ extrinſecus, & ab alio mouentur. Præter enim hos modos, nihil mouetť. Inquit porro in his quæ à ſeipſis mouentur, patet ut ſimul mouens, ſit cũ illo quod mouetur, non ſeiunctum ab illo, neque interceptum ab aliquo intermedio, ſic enim anima adeſt corpori mouẽs ipſum, & ſi nõ corporeo moueat modo, ſed motus qui fit ab aliquo externo mouente, ſi fuerit uiolentus, patet eſſe præter naturam, & habet quatuor differentias ſupremas. Nam aut mouens trahit, aut impellit, aut uehit, aut uoluit. Quod uero hi ſoli modi ſint motus, qui fit ab alio extrinſecus, oſtendit, quia omnes alij qui fiunt, ab alio uiolẽti ad aliquam harum differentiã reducantur neceſſe eſt. Nam impulſio, & expulſio reducũtur, ad pulſionem. Si enim eſt pulſio (ut ipſe paulopoſt definit) uel à ſeipſo ad aliud, uel ab alio, ad aliud, & impulſio eſt, quando à ſeipſo modo ſequatur, id quod mouetur impelleretur idem, & expulſio quãdo à ſeipſo, uel ab alio aliquo impelleretur aliquid, quod non comitãtur mouens, cõmunis profecto ambobus erit pulſio. Verũ diſcrepant inter ſe impulſio, & expulſio, eo quod in alia ſequitur mouens, id quod mouetur, ſed in alia minime. Item inquit proiectionem reduci ad pulſione. Tum enim aliquid proijci dicitur, dum impulſus uehemens ipſius ꝓprij proiecti motum tuetur, & prorogat, ſed ubi ille defecerit, non amplius prorogabiť motus, ut ſi lapis fuerit, non amplius fertur ſecundum proiectionem, ſi ad obliquũ, uel ſurſum forte moueretur, ſed ſi ſecũdum propriam inclinationem deorſum. Proiectio ergo eſt, quædam pulſio. Si enim deorſum quiſpiã proijceret lapidem, quouſq; proijcientis pulſio obtinet motũ ſecundum naturam, ille motus eſt proiectio, ſed illo ſoluto, ac illa impulſio ſecundum naturam defecerit, non amplius eſt ꝓiectio neq; pulſio. Et in proiectione ſi proijciens, non amplius tangeret quod proijcitur, ſed aer proxime mouens ipſum, qui accepet initium à primo mouente, & habet ſuapte natura motum ad latus, quia non eſt ſimpliciter grauis, neq; leuis, impellit proiectum tangẽs ipſum, ut forte ſi primum mouens ſit homo, uel aer, qui ab illo uim mouendi ſuccẽdens continue. Sic enim ipſe ſequenti libro cauſam proiectionis tradit, nõ admittens periſtaſim ideſt circũſiſtentiam. Item extruſio, & contruſio reducuntur ab eo ſub pulſione, & tractione, extruſio enim eſt, expulſio eorum quę ſunt inter ſe, & expulſio eſt pulſio. Cõtruſio autem aut compulſio & tractio, ſed tractio eſt, uel ad ſe uel ad aliud. Videtur autem & compulſio. aut contruſio quãdam pulſionem ſignificare, ſed non ſeparabilem, ut extruſio, aut depulſio, ſed magis congregans, & conſtringens. Sed hæ ſpẽs inquit ad pulſionẽ, & tractionẽ reducũtur. Sed ſpecies depulſiõis, aut extruſionis eſt radiatio, & expuere, & expiratio & oĩs motus diſgregatiuus. Sed cõtruſionis eſt, ſputi deglutio, & Inſpiratio, aut anhelatio ac cibi, uel poculi attractio, & ſimpliciter omnis motus cõgregatiuus. Et ne ſingula enumerando ſi

mul

mul orationem longam producat, nimiumque immoretur, ac una cæteris relictis ſuſpicionem afferat, omnes huiuſmodi ſpecies ad ſegregationem, & congregationem reducens, tradit ſegregationem eſſe quãdam pulſionem, & congregationem tractionem. Sed cum dixerit, omnes congregationes, & ſegregationes eſſe contruſionem, & extruſionem, ſubiunxit. { Quæcunq; io ortu, & interitu uerſantur, } ſed quoniã Democrito, Leucippo, & Anaxagore uidebantur ortum, atq; interitum fieri congregatione, & ſegregatione, ipſi hoc non placet. quod ſi, inquit, omnino aliqua orretur, & occiderent cõgregatione, & ſegregatione, hæc congregatio, & ſegregatio, non reducerẽtur ad cõtruſionem, & extruſionem, neq; per hæc ad tractionem & pulſionem. Nam extruſum, & cõtruſum, ſi fuerint ſecundũ ſubſtãtiam, & manſerint quæ ſunt, dicentur extrudi, & contrudi, & omnino impelli & trahi, ſed quæ fiunt, & intereunt non permanent, in propria ſubſtantia. & ſic oriuntur, & pereunt. Sed quia tales mutationes ſunt, ſecũdum ſubſtantiam idcirco tales congregationes, & ſegregationes, non ſunt pulſiones & tractiones. Neq; enim motus ſunt omnino ortus, atque interitus, neq; trahi, aut impelli poteſt, adhuc fieri & nondum eſſe. Sed, quoniam Alexander in alio codice ſeptimo, qui non multum ab hoc uerbis diſſentit, radiationem, & ſputi deglutionẽ, ad pulſionem reduci tradit. Sciendum eſt quod in his, quę ipſe legi haud nactus ſum ſcriptum fuiſſe, & ſputi deglutio, & radiatio. Nam alia eſt congregatio, & alia ſegregatio. Item ſciendum eſt Themiſtium/in his libris/quos ego legi ab hoc contextu dicente. { Omne igitur quod fertur, aut idem à ſeipſo mouet, aut ab alio. } cœpit hunc librũ paucis mutans uerbis interpretari/paruifaciens ea quæ hactenus dicta ſunt, qui neq; in cæteris continuationem ſeruat.

Simulq; patet nõ eſſe, aliud genus motus, quã congregatio, & ſegregatio. Omnes enim diſtribuũtur, in quaſdã eorum quas diximus ſpecies. Sunt præterea inſpiratio, tractio, & expiratio. Eodem etiam modo expuere, & quæcunq; aliæ quę per corpus, vel ſegregatiuæ, aut receptiuæ ſunt motiones. Aliæ enim ſunt tractiones, aliæ vero expulſiones. Sed aliæ ſunt reducẽdæ ad has. quæ ſunt ſecundum locum motiones. Omnes enim, in has quatuor incidunt.

Com. 8. Cum dixerit congregationes, & ſegregationes eſſe alias cõtruſiones, alias extruſiões, & ob id aliæ ſunt pulſiones, & aliæ tractiones, quia quidam naturales, non ſolũ principia motuũ, ſecundum locum poſuere cõgregationem & ſegregationem, ſed etiam omnium atq; non ſolum omnium motuum, ſed etiã mutationum, ipſe nõ ſolum hoc uidetur deſtruere eadem eſſe initia omnium motuum, ſed inquit neq; ſunt prima principia. Tradit etiam neq; aliud eſſe genus motus p̃ter dicta quatuor, ſed ad illa & hæc/& horum ſpecies reducuntur. Etenim inſpiratio cũ ſit congregatio, tractio eſt, & expiratio/cum ſit ſegregatio/pulſio eſt. Similiter quoq; expuere, & quæcunq; alię inquit motiones, per corpus ſegregatiuæ/aut receptiuæ. Equidẽ cum aliæ ſint ſegregatiuæ/& aliæ congregatiuæ, hæ reducuntur ad pulſionem, alię uero ad tractionem. Sic ergo principiũ Alexander expoſuit dicẽdo congregationem/& ſegregationẽ, non eſſe aliud genus motus, ſed reduci ad illas quatuor ſpecies uelut partes illarum. Deinceps repetens rationẽ, ſiue ſecũdum aliud argumentum poſterius additum, ſiue neſcio quomodo aſſerit ipſum Ariſto. congregationem & ſegregationem oſtendiſſe generaliſſimos motus eſſe. Nam inquit oẽs ſpecies motus, ſub his collocari inueniemus. Si enim oẽs ad extruſionem, & contruſionem reducuntur, & horum alia eſt cõgregatio, & alia ſegregatio omnes reducerentur ad congregationem & ſegregationem. Hæc Alexander ſuis uerbis ſcripſit, quãquam Ariſtoteles dicat. Similiter autem & aliæ cõgregationes/& ſegregationes. Omnes enim erunt extruſiones, & contruſiones, præter eas quæcunq; in ortu/& interitu uerſantur. quare non erit contruſio quædam congregatio, neq; extruſio quædam ſegregatio, ut Alexander inquit, ſed econtra congregationes, & ſegregationes ſunt cõtruſiones, & extruſiones. Sed quomodo ad congregationem, & ſegregationem reducuntur ex nunc dictis motus omnes, ſiquidem omnes in quatuor dictos incidere aſſerat Ariſtoteles, & duas rurſus quatuor/ uidelicet uectionem/& uertiginem ad reliquas duas reduci uidelicet tractionem/& pulſionem. Et in his uelut cõmunem concluſit rõnem propoſitam dicendo quare ſi pellens & trahens/ſimul ſunt cũ eo quod pellitur. Patet etiam inter id quod mouet/& mouetur nihil intermedij eſſe, ſed non dixit quare ſi congregans/& diſgregans, tamen in alio codice ſeptimo/his uerbis ſic ſcriptum eſt. Et omnis igitur motus ſecundum locum congregratio & ſegregatio eſt, & ob hæc uerba forte Alexander poſterius dicta adiecit, quæ non conſonant hic ſcriptis, ut uidetur. Poſſumus forte oſtendere has rationes Ariſtotelis cõſonãs eſſe, qui reducit congregationem & ſegregationem, nõ ſimpliciter ad contruſionem, & extruſionẽ/aut tractionem, et pulſionẽ uelut ad uniuerſaliores, ſed uelut ad eaſdẽ ſibiįpſis. Quãdo. n. Alex. poſterius adiecit/dicens oẽs reducũtur/ ſub his duabus tractione, et pulſione, quarũ alia congregatio eſt, alia uero ſegregatio, & ſic generaliſſimæ erũt mutatiões cõgregatio/& ſegregatio.

Harum rurſus vectio, & vertigo ad tractionẽ, & pulſionẽ reducuntur. Vectio enim aliquo triũ modorum erit. Quod enim vehitur, per accidẽs cietur, quia eſt in eo quod mouetur, aut ſupra id quod mouetur. Pellens autẽ vehit, aut quod trahitur, aut qđ pellitur, aut quod voluitur, quare cõmunis eſt omnibus tribus vectio. Sed vertigo cõponitur, ex tractione, & pulſione. Quod enim voluit neceſſe eſt, vt id efficiat, aut trahẽdo, aut pellẽdo. Nam aliud eſt a ſeipſo, & aliud ad ſeipſum ducit. Quare ſi vna pellẽs, & trahens cum eo qđ pellitur, & trahitur, ſunt: patet nihil intermedij eſſe inter mouens, & id quod mouetur. Sed hoc manifeſtum eſt, ex definitionibus. Pulſio enim eſt a ſeipſo, aut ab alio ad aliud motus. Tractio vero ab alio ad ſeipſum, aut ad aliud quando velocior fuerit motus trahentis ſeparans continua, ſic vt vnum ab altero ſeparetur. Sic enim celerius ſimul tractum eſt.

Cum oſtenderit omnes motus/ſecundum locum reduci ad quatuor dictos, & rurſus duos uectionem, et uertiginem ad reliquos duos/uidelicet pulſionem/& tractionem reducit. Nam oſtendit uectionem/aut fieri ſecundum tractionem, aut ſecundum pulſionem, aut ſecundum uertiginem, & uertiginem tradit cõſtare/ex pulſione/& tractione. Quod uero uectio/ad aliquem trium motuum reducatur oſtendit, ſumens quod uehit non per ſe moueri, ſed per accidens. Nam quia quod uehit mouetur, hac ratione quod uehitur mouetur, & illud quemadmodum per ſe cietur ſic iſtud per accidens. quare inquirẽdum eſt quot modis quæ uehunt mouentur, quia totidem/& quod uehitur profecto mouetur. Sed eorum quæ uehunt, alia ex ſeipſis mota uehunt, ut equus uehit aſcenſorem, & omnino animata, alia uero ab externo mouenť motore. Sed de animatis/ & de his q̃ mouentur ex ſeipſis oſtenſum eſt prius, quod ſimul in ſeipſis eſt mouens, & id quod mouetur, ſed inanimata/& quæ extrinſecus mouenť/in quibus aliqua uehunt tribus cietur motibus. Aut enim trahunt, ut nauis/quæ uehit nautas/aut pellũt, ut nauis qua ſecundo uento utitur dum nauigatur, aut uoluũť, ut trochi, globus, & piſtrinum/ aut molendinum, quæ uehunt Com. 9.

aliquando ea quæ in illis ponuntur, quare uectio eſt cõmunis his tribus modis. Nam quod mouetur/aut trahit/aut pellit/aut uoluit quod uehitur. Et hoc modo fit uectio. Cæterum inquit uertigo componitur, ex tractione/et pulſione, quod enim uertit/& uoluit aliquando ad ſeipſum adducit quod uoluitur, aliquando à ſeipſo pellit, uelut conſtat de his quæ manibus uoluũtur. Qui enim pellit à ſeipſo molam, & rurſus trahit facit uertiginem, ſi ergo quatuor motus reducuntur ad tractionem & pulſionem, & quod trahit, & pellit ſimul eſt, cum eo quod trahitur/& pellitur, patet quod ea quæ ſecundum locum mouentur ſimul ſunt, cum illis quæ mouentur ab ipſis ſecundum locum, & nihil eſt intermedium inter ipſa. Vnde reſtat oſtendere ſimul eſſe quod pellit/& trahit, cum illis quæ mouẽt ab ipſis. Hoc porro probat ex definitionibus pulſionis/et tractionis. Sed primarius modus demõſtrandi eſt/ex definitionibus. Definitio aũt pulſionis motus/à ſeipſo ad aliud, uel ab alio ad aliud/& tractionis definitio eſt/ab alio motus ad ſeipſum/aut ad aliud. Quãdo enim/inquit/motus uelocior fuerit ſeparantis unum continuum/ab altero, tum inquit trahẽs trahit alterum, aut ad ſeipſum/aut ad alterum, quando trahens obtineret motum ꝓprium eius/quod trahitur/quod uelocior eſt motus trahentis, quam eius quod trahitur/qui quantum ad ſe unum cõtinuum ab altero ſeparat, ideſt quæ trahuntur ad tangendum, & hac ratione cohærent. Proprius enim motus uniuſcuiuſque quantum attinet ad ſe ſeparat/& diuellit ea quæ ſunt, connexa inter ſe ab ipſo ui trahente. Multis enim in locis, quæ tanguntur continua appellare conſueuit Ariſtoteles, ſed quando motus trahentis uelocior eſt, quam motus eius quod trahitur ſeparans ea quæ debent fieri continua tractionis cauſa, tum tractio fit, et ſimul trahitur quod cietur/ab ipſo quod mouet. Vel magis dicendum eſt/quando uelocior motus fuerit trahentis ui ad diſſimile, & euellentis/quod eſt continuum ad ſimile, quam ſit motus naturalis eius, quod trahitur ſeparans diſſimilia continua ab inuicem. Nam uires ſecundum naturam continuantes ſingula ſimilibus, & connectentes, in proprijs locis ſeruant ea, ut illæ quæ ui trahunt/& euellunt ea quæ ſunt abſolute continua/& trahunt ad loca diſſimilia, quod ſi ad ſimilia, uelut ſi quis lapidẽ deorſum traheret, uel ſurſum ignẽ. Verum uelociorem oportet eſſe motum trahentis, quam motum eius quod trahitur, & ſi in eadem fieret/ſi debet fieri tractio. Sciendum autem quod hæc uerba { Quando uelocior fuerit motus ſeparantis continua inter ſe. } in quibuſdam exemplaribus Alexander tradit nõ adferri. Sed quomodo id rationem habet, ſiquidem ob hanc adiectionem ſtatim Ariſtoteles adducit. Verũtamen in alio ſeptimo libro/uerba ſic ſe habẽt. { Sed tractio quando/uel ad ſe/uel ad aliud fuerit uelocior trahentis motus, non ſeparans motũ eius quod trahitur. }

Forte autem videbitur quædam tractio, & alio modo. Nam lignum trahit ignem. At nil intereſt ſi quod trahit moueatur, aut maneat trahendo. Quando enim trahit alicubi eſt. & quando erat alicubi. Sed fieri non poteſt cum mouet, aut ad ſeipſum, ad aliud, aut ab alio ad ſeipſum, quin tangat, quare patet nihil intermedium eſſe, inter id quod mouet ſecũdum locum, & mouetur.

Com. 10. Cum rationem tractionis aſſignarit/tradiderit uelociorem motum eſſe trahentis, quam motus eius/quod trahitur ſecundum naturam, notauit quod quædam trahentia uidentur trahere/& ipſa non mouentur, ut lignũ qđ trahere uidetur ignem ad ſeipſum, & adhuc magis herculeus lapis trahit ferrum/& electrum paleam, quæ non mouẽtur, quomodo igitur horum erit uelocior motus/quam ſit motus naturalis eius quod trahitur. Niſi & in his illam naturalem uim quæ trahit oporteat eſſe uiolentia fortiorem/quam ſit uis eorum quę trahuntur, & ſi non moueantur ea quæ trahunt, ideo neque, inquit, intereſt, ſiue moueatur, ſiue ſtet quod trahit, fit tamen tractio. Quando enim trahit alicubi eſt, & quando alicubi erat, Alexander exponens, hoc alicubi eſt, inquit ſignificat illud à quo eſt, & illud alicubi erat illud à quo erat, & dicit hoc à ſeipſo ad aliud trahens, à quo eſt ipſum trahens ab hoc ducit/id quod trahitur, & ab alio ad ſeipſum/à quo erat quod trahebatur ducit idem ad ſe. Sed uidetur haud ueriſimilis translatio huius alicubi ad id à quo. Pulchrius igitur exiſtimo procedendo expoſuit, quia dicendo quod nihil intereſſe/aut moueatur ſubiunxit quod manens trahit eo ubi ipſum eſt, ſed quod mouetur accedens, ad id quod trahitur ducit ipſum/in ſuum locum/in quo erat antequam moueretur, ad id quod trahitur. Quærit Alexander pulchre, quomodo ea quæ naturaliter trahunt, ut herculeus lapis/& talia tangendo ea quæ trahuntur, trahant. Et reſpondit/quod & ſi hæc non tangant ipſa, tamen potentia, per quam trahunt ipſa tangit ea quæ trahuntur. Sed non erat hoc propoſitum Ariſtotelis oſtendere, quod incorporea potentia, & ui trahens, quod trahitur attingat, ſed corporea, tanquam nihil intermedij corporei ſit, igitur pulchrius eſt, quod deinceps ab ipſo dicitur. Vel enim ſunt quidam defluxus corporei, qui proficiſcuntur ab ipſis quieſcentibus/& ſic trahentibus, quibus tangentibus/& connexis, ut quidam aiunt trahuntur ea quæ trahi uidentur. Vel de his quę ſic trahuntur eorum ſermo erat. Nam incertum eſt/quod fit ab illis. Sed de lignis dixit, quæ cum maneant ignem contrahunt prope ſe aliquomodo trahentia, & prementia illum ſurſum ferri/qua tangitur ab ipſis ſurſum exiſtentibus. Alexander autem notauit, quod in hoc contextu Ariſtoteles adiecit uerbis hoc (à ſeipſo ad aliud) quod eſt proprium opus pulſionis, & expulſionis. Niſi forte non de trahente ambo dixerit/à ſeipſo ad aliud, aut ab alio ad ſeipſum, ſed hoc à ſeipſo ad aliud/de impellente dixit, & illud ab alio ad ſeipſum de trahente, ideo quatuor motus ad pulſionem/& tractionem reducens communiter reliquum concluſit, quod inter mouens/& id quod mouetur nõ eſt intermedium. Sed poſt hæc uerba Alexander in quibuſdam exemplaribus hæc uerba inquit ſcripta fuiſſe. Eodem modo, & ſi aliquid poteſt generare, & efficere qualitatem, & hoc neceſſe eſt, ut agat graue tangendo leue, deinceps inquit huic adiungi minime, ſed neque alterari, quod poſt dicta poſterius erat ſcriptũ/in pluribus alijs. ſed paulopoſt hoc. Nam in omnibus accidit ſimul eſſe extremum alterans, & primum alteratum. Et his uerbis, ut inquit, indicat, quod non ſolum ꝓprie mouentia, & mota ſimul ſunt ceu illa quę mouent/& mouentur ſecundum locum/& quantitatem/& qualitatem, ſed etiam ſecundum ea quæ mutantur, & mutant ſecundum ſubſtantiam, quæ quidem mutationes ſunt ortus/& interitus. Etenim in his quod mutat ſimul eſt, cum eo quod mutatur, ut ſe habet in his quæ fiunt grauia, & leuia ideſt incorporeis elemẽtis, igitur ea quæ agunt/& generant hæc ſunt alicuius qualis generatiua. Graue enim & leue ſunt qualia. Etenim oſtendit in ſequenti libro, quod etiam hæc mouentur ab aliquo faciente hæc quod nunc dicit quod & ſi aliquid eſt effectiuum/& generatiuum graue/& leue, & hoc neceſſe eſt, ut agat tangendo. Nam illud deinceps. Accidit ſimul alterans eſſe, & primum alteratum ſuperfluum per ſe uidetur, & trãſpoſitum, quia deinceps de alterato, & alterante eſt ſermo, & in cunctis exemplaribus ſequens contextus ſcriptus eſt.

At vero, neque inter alteratum & alterans, quippiam medium eſt. hoc autem manifeſtum eſt, ex inductione. In omnibus enim, ſimul eſſe accidit alterans vltimum, & primum quod alteratur. Quale enim alteratur, ex eo quia ſenſibile eſt. Senſibilia autem ſunt, quibus differũt corpora a ſeinuicẽ. vt grauitas, leuitas, durities, mollities, ſonus, ſilentium, albedo, nigredo, dulcedo, Tex. 11.

amaritudo, humiditas, ſiccitas, denſitas, raritas, & horum media. ſimiliter autẽ & alia, quæ ſub ſenſibus ſunt. quorum eſt, & calor, & frigus, & leuitas, & aſperitas. Hæc enim, ſunt paſſiones ſubiectæ qualitatis. His enim differunt ſenſibilia corpora, aut ſecundum horum aliquid magis & minus. & quia patiuntur aliquid horum (nam quia calefiunt, aut frigefiunt, aut dulceſcunt, aut amaricantur, aut ſecundum aliquid aliud prædictorum) ſimiliter & animata corpora, & inanimata, & animatorũ partes quæcunque ſunt inanima-

Tex. 12. tæ. Atque etiam ipſi ſenſus, alterantur. patiuntur enim. actus enim ipſorum, motus eſt, per corpus patiente aliquid ſenſu. ſecundum quæ igitur inanimata alterantur, & animata ſecundum hæc omnia alterantur, ſecundum autem quæ animata alterantur, ſecundum ea non alterantur inanimata. ſecundum enim ſenſus, non alterantur & latet inanimata, cum alterantur. Nihil autem prohibet, & latere animata, cum alterantur, quando non ſecundum ſenſus accidit ipſis alteratio. Si igitur ſenſibiles quidem paſſiones ſunt, per has autem alteratio eſt, hoc iam manifeſtum eſt, quod patiẽs & paſſio ſunt ſimul, & inter hæc medium nihil eſt. huic enim aer eſt continuus, aeri autem cõiungitur corpus. & ſuperficies quidem ad lumen, lumen autem ad viſum. ſimiliter autem & auditus, & odoratus, admouens ipſos pri-

Tex. 13. mum. eodem autem modo, ſimul & guſtus, & ſapor eſt. Similiter autem, & in inanimatis, & inſenſibilibus.

Com. 11. Poſtea quæ mouent, & mouentur ſecundum locum, & ſi quidem poſt ea quæ ſecundum formam, & ſubſtantiam, de alterato, & alterante, proponit dicere, quod etiam in his, nihil eſt intermedium quod eſſe notum, ex inductione aſſerit. Nam ſimul in omni alteratione inuenitur ultimum alterans, & primum alteratum. Dicit extremum alterans, aut ultimum quod hactenus uocauit proxime mouens, & mutans quia hoc partim eſt primum uelut proximum ei quod mouetur, & partim ultimum mouentium, quando per media aliqua mouens primo moueret, & proprie. Sed primum alteratum dicit, quod per ſe alteratur, & non ſecundum accidens, & quod alteratur, non quia aliquid eius alteretur. Nam cum ſic tali alterato, ſimul alterans eſt. Sed cum dicat ex inductione manifeſtum eẽ, quod nullũ eſt intermedium, inter id quod alteratur, et alterat, deinceps addit hæc quibus poteſt, propoſitum ex inductione accipi, & cum oſtenderit primum ratione alterata ab aliquo alterari, ob oculos hæc inductiue ponit oſtendens, quod ſimul exiſtentibus alteratis, cum his quæ alterant fit alteratio. Nam inquit. Subijciatur nobis ideſt poſitum ſit, & conceſſum, quod ea quæ alterantur ſecundum patibiles qualitates patiendo alterantur. Iam quandam eſſe ſpeciem qualitatis, in prædicamentis nouimus illam, quæ eſt ſecundum patibiles qualitates, quarta hæc poſt habitum, & potentiam, & figurã. Patibiles autem qualitates ſunt, quarum receptio fit, ſi patiatur aliquod ſentiens, ut caliditates frigora, ſiccitates, dulcedines, amaritudines, acerbitateſue, & huius generis aliæ. Item diſpoſitiones ſecũdum colores, quæ ſunt in ſuperficie, & non ſpecificæ, quas omnes non quia affectionem, & patibilitatem ingerunt his quę afficiuntur inquit uocari patibiles qualitates, ſed quia adueniunt accipientibus eas dum afficiuntur. Ignis enim calor quandam patibilitatem ingerit participantibus, non tamen patibilis dicitur quia non per patibilitatem fiebat, ut ſit diſpoſitio, & affectio in ſuperficie, & non ſubſtãtia quædam. Si ergo quæ alterantur patiuntur, & quæ patiũtur, à ſenſibilibus patiuntur, & ſenſibilia inquit eſſe ea quibus corpus, à corpore differt, & differt ſecundum qualitates. Commune igitur corporibus eſt, ut quæ habent qualitates differant inter ſe, aut pluribus, aut paucioribus, uel quia participant magis, et minus qualitatibus eiſdem. ſi ergo corpora ſecundum qualitates, patibiles alterant, & alterantur, neceſſe eſt, ut cum proxima fuerint alterent, & alterentur. Neque enim unum corpus ſeiunctum ab alio corpore aliquid agit, in illud, neque qualitas eſt ſeparabilis à corpore, neq; agit ſeparabiliter. Illud porro, { Hæc enim ſunt paſſiones ſubiectæ qualitatis. } dixit, q́a indicat quod ſunt quartę ſpeciei qualitatis, quę dicitur eſſe paſſiua. Hæ autem ſunt patibiles qualitates. Et intelligit per qualitatem ſubiectam ſenſibilem, de qua erat ſermo quod hę ſunt eiuſdem affectiones. Deinceps diuidit corpora, quæ alterantur in ipſa animata, & inanimata, & animatorum partes in ſenſibiles, ut carnes, neruos, & id genus, & in ipſas inſenſibiles, ut in oſſa, & capillos, ungues, et in ipſos ſenſus cum quibus ſimul uidetur complecti ſenſitiuas partes dicẽdo. Animatorum partium aliæ non ſenſitiuæ, & hæ ſenſus. Alterantur enim, inquit, & aliquo modo ſenſus, & non ſolum partes ſenſitiuæ, non tamen uelut corpora alterantur. Quod uero alterentur, & ſenſus demonſtrauit dicendo. Quomodo enim ſiunt ſenſus ſecũdum actum. Nam triplex ſenſus, alter ſubſtantia, alter potentia talis ſubſtantiæ, alter actus ſubſtantiæ ſecundum potentiam. Hic igitur ſecundum actum ſenſus eſt, ut inquit, uelut uidere, audire, quæ ſunt motus per corpus, ideſt partem ſenſitiuam quæ congregatur, & diſgregatur, ſed nondum hoc ſenſus. Nam congregãtur, & diſgregãtur etiam inſenſibilia corpora, ſed quando ipſe ſenſus ſecundum ſubſtãtiam pateretur aliquid propria affectione, tum ſecũdum actum perficitur ſenſus. Quid uero ſit hæc affectio, & paſſio in tractatione de ſenſu dicit, quod eſt receptio ſenſibilis ſpeciei ſine materia, & receptio nõ pure eſt actiua uelut mentis intrinſecus tota exiſtẽs, ſed habens aliquid, & paſſiuum à ſenſitiuo, ideo fit etiam cum alteratione, & alterari dicuntur ſenſus, qui ſunt ſubſtantiæ. Cum ergo dixerit quomodo ſenſus alterentur, quia habent aliquod paſſiuum, & receptiuum actus ipſorum ſenſibilium, deinde diſcrimen, & differentiam alterationis animatorum, & inanimatorum affert. Et hanc primum dicit quod, ſecundum quæcunque inanimata corpora alterantur, ſecundum eadem etiam ipſa animata. Etenim frigeſcunt, caleſcunt, & humectãtur, & areſcunt, & ambo ſubijciuntur omnibus talibus alterationibus, tamẽ non ſecundum quæcunque animatum alteratur ſecundum totidem, & inanimatum. Nam nullum inanimatum ſecũdum ſenſus alteratur. Nunc uero dicit animatum non omne, ſed id quod alteratur ſecundum ſenſus. Non enim plantæ quãuis ſint animatæ ſecundum ſenſus alterantur. Sed nunc dicit animata ipſa animalia quæ ſenſu, & motu deſignãtur, & deſcribuntur. Secundam quoque dicit differentiam alterationis animatorum, ab ea quæ eſt inanimatorum, quia inanimata non cognoſcunt, neque patiendo unquam ſentiunt, ſed animata ideſt animalia aliquando ſentiunt, patiendo quãdo ſecundum ſenſus paterentur, ut uidere, audire, aut ſecũdum quẽdam alium ſenſum ſentire, interdum autem & ſi ſenſitiua fuerint non ſentiunt. Etenim albefiunt, nigrefiunt animalia, & augentur, & minuuntur, & tamen horum affectiones non ſentiunt. Cum itaque dixerit has differentias, redit ad propoſitum ob oculos ponendo ea quæ ſimul alterantur à ſenſibilibus. Nam inquit in omnibus patet, quod ſimul eſt ultimum alterans, & primum alteratum. Et oſtendit idem manifeſtum eſſe additione eorum quæ alterant in unoquoque ſenſu, & alterantur. Et primum eorum additione quæ ſecundum tactum. Nã quia alteranti continuus eſt aer, & aeri corpus, corpus altera-

tum. Nam nil erat intermedium alterati. Patet ergo id quod erat/à principio, & in quibus eſt aer intermedius oſtendit, q̃d hic exiſtens/ ut extremum, & primum alterans, ſimul eſt cum ipſo alterato primo/& cononuus ſit ipſi. Rurſus continuum attiguum appellãs, quoniam tangibile ſenſibile eſt, adiecit etiã tactum, qui non eſt in aliquo ſenſiterio certo, & definito, ſed in toto corpore, proinde dixit. { Aeri autem corpus. } Sic enim calorem/& frigus ſentimus/& id genus cæterorum, quãdo non abſque medio propinquũ fuerit alterans, ſed cum medio uidelicet per mediũ aerem. Eodem mõ fit/in ipſo uiſibili. Color enim uiſibilis ſi appropinquetur lumini, id eſt aeri illuminato, fieri enim nõ põt, ut uideamus aliquod uiſibile ſine lumine. ſed lumen aſpectui ideſt ſenſiterio uidendi proximum eſt. Color enim motiuus eſt perſpicui actu, quod quidem proxime ciet uiſum. Eodem etiam modo auditus, olfactus proximus ſit primo mouenti. Iterum dicit primum mouens/proxime mouens/quod pauloante ultimum uocabat. Et cãm nunc addẽs/cur ipſum primum dicatur tradit. Nam inquit ad quod mouetur primum dicitur uelut ꝓximum ipſi. Quod uero per aerẽ auditus, & odoratus fiat, in libris de anima oſtenſum eſt. Item in guſtu ſimul eſt/ cum guſtu ſapor guſtabilis tanquam non egeat artificio medij. Sed cum oſtenderit/in alterationibus ſenſitiuis ſimul primum mouens, & id quod mouetur eſſe inquit. Similiter oſtendetur, & in alteratione inanimatorum, quod ſimul eſt primum/& proxime mouens/ cum ipſo quod mouetur. Neque enim calefit aliquod corpus inanimatum, neque frigore afficitur. neque humectum fit, & ſiccum, neque prorſus patitur aliquid, et alteratur/niſi tangat ipſum alterans, quod ſi in animatis, atque inanimis fit alteratio, cum ſimul ꝓximeque ſit alterãs cum alterato, totum ac uniuerſale dicit decretum, quod nullum eſt inter alterans/et alteratum medium. Cum uero dixit, { inanimatorum } adiecit et { inſenſibiliũ } uel de eiſdem dicens. Nam inanimata, & inſenſibilia ſunt, uel inſenſibilia dicendo eas partes q̃ non ſentiũtur/in ipſis animatis. Et plantæ inſenſibiles quidem ſunt, ſed non inanimatę.

Neque inter id quod augetur, & auget. Adoleſcit enim, vt primum aduenerit quod auget, vt vnum totum emanat. Rurſus etiam minuit quod diminuitur, accedẽte aliquo diminuẽte. Neceſſe eſt igitur, vt quod augetur, & minuitur continuum ſit. Sed inter cõtinua nullum eſt medium. Patet ergo nullum mediũ eſſe inter mouens primum, & vltimum, & id quod mouetur.

Com. 12. Poſt ea quæ mouentur/& mouent ſecũdum alterationem, oſtendit quod non eſt medium inter ea quæ augent/& augentur, neque inter id quod diminuit/& diminutum. Et ſunt hæc euidentiora ſiquidem proxime augens addatur ei quod adoleſcit, & ſic quod auget connectitur illi quod augetur. Et diminutum quia defluit aliquid eius diminuĩt/& minus fit, ſed qđ defluit ante continuum erat/quam aliquid deflueret ab ipſo diminuto. Si ergo augens/& minuens eſt aliq̃d addens, aut ſubtrahens, & hæc erant proprie continua ei quod augetur/& diminuitur/& inter continua non eſt medium, inter ergo augẽs, & quod augetur ac diminuens/& quod diminuĩt non eſt medium. Sed cum oſtenderit ſcorſum de unaquaque ſpecie motus/reliquum concludit communiter de omnibus, quod inter mouens/& motum non eſt inter medium. Sed proxime mouens, & primo dixit ob id quod mouetur, quia proximum eſt illi, & ultimum dixit quoad mouẽs, quia omnium mouẽtium ultimum eſt, quod proximum eſt moto.

Tex. 14. Quod autem ea quæ alterantur omnia, a ſenſibilibus alterantur, & ſolum horum alteratio eſt, quæ ſecundum ſe dicuntur pati ab his, ex his

Tex. 15. conſiderabimus. Aliorum enim maxime vtique quis exiſtimabit, in figuris et formis et habitibus, & in horum remotionibus & acceptionibus alterationem eſſe, videtur enim eſſe, alteratio, non autem in his. ſed fiunt, cum quædam alterantur, hęc. nam denſata, aut rarefacta, aut calefacta, aut frigefacta, materia. alteratio autem non eſt id enim ex quo forma ſtatuæ eſt, non dicimus formam. neque id ex quo figura pyramidis eſt, aut lecti, ſed denominantes hoc quidem æneum, illud vero cereum, aliud autem ligneum. quod autem alteratur, dicimus. ęs enim, humidum eſſe dicimus, aut calidum, aut durum. & non ſolum ſic, ſed & ipſum humidum & calidum, æs, æquiuoce dicentes cum paſſione materiam. Quoniam igitur ex quo quidem forma, & figura, & quod factum eſt æquiuoce non dicitur cum figuris quæ ex illo ſunt, quod autem alteratur, cum paſſionibus ęquiuoce dicitur, manifeſtum eſt quod in ſolis ſenſibilibus alteratio eſt.

Cum oſtenderit quod alteratio fit alterantibus exiſtentibus ſimul cum alterato, uſus eſt fieri alterationem ſecundum patibilitatem, & pati à ſenſibilibus quæ patiuntur, quare alterata à ſenſibilibus alterantur. Cum ergo his tum uſus ſit, nunc oſtẽdit idem. Quia enim in his ſolis, inquit, uerſatur alteratio, quæcunque per ſe patiuntur à ſenſibilibus. Per ſe dicit, & non per accidens patientia. Socrates enim per accidens uiſibilis eſt, & per ſe color, & cæteræ patibiles qualitates. Vnde inquit, patet ſecũdum nullam aliam qualitatem fieri alterationem. Quod enim ſecundum patibiles qualitates fiat alteratio, patet & conceſſum eſt. Quod uero ſecundum has ſolas, & non ſecundum aliquã aliam fiat, quia hoc nõ patet/oſtendit/quia non eſt alteratio ſecundum mutationes ad figuram, & habitum. Habitus autem ſunt ſcientiæ, uirtutes, ſanitas, morbus, & id genus. Verum cum dixerit ſuſpicionem eſſe, ut in figuris/formis/habitibus/aliqua ſit alteratio, adiecit uel in harum remotionibus, aut acceptionibus alteratio eſt. Et primum de figura ſermonem facit, oſtendens quod non eſt alteratio ipſa figuratio, uel mutatio ſecundum figuram. Nam inter alia maxime aliquis ſuſpicaretur, inquit, figuram & habitum recipere alterationem, uel inter omnia alia dicit, uel magis inter illa q̃ ſunt in qualitate. Ex enim aliqua, & alia ſpecies eſt qualitatis potentia, & aptitudo ſecundum quam certatores, & curſores dicimur. De hac porro ſpecie ſermonem non facit, quia non eſt notum an ea quæ ſunt in ea ſpecie ſint qualitates, cum ſint eorum abiectiones, et receptiones occultæ. Oſtendit autem quod non alteratur, id quod imprimitur figura, qui ſic ratiocinatur, in ſecũda figura. Quod figura imprimitur quando figuram acciperet, et perficeretur ſecundum ipſam non amplius ſubiectum, & quod figura impreſſum eſt eodem potitur nomine. Nam ſtatua non appellatur æs, ſed denominãter ænea ſtatua dicitur. Et lectica, non dicitur lignum, ſed lignea. Item pyramis non cera, ſed cerea. Sed quod alteratur, uel frigidum, uel calidum factum, uel alicuius talis qualitatis particeps, adhuc eodem nomine appellatur, ſiue æs ſit, ſiue lignum, calidum, aut frigidum, aut album, aut nigrum, aut aliquid huiuſmodi patiens. Nam manet æs, & lignum dictum, & poſt affectionem. Nam æs humidũ uel durum, & lignum dicitur, & non hoc ſolum, ſed etiam ecõuerſo, & humidum dicimus æs, ſi forte fortuna humectum fuerit, & calidum dicimus lignum, quare, ut diximus, eodem nomine quod alteratur potitur, ut prius nominabatur. Adiecit autem conuerſionem, ut ſi quis cogeret de his quæ figura imprimuntur/à ſubiecto incipiens, quia ſeruant idẽ numero, ut cera triangulus eſt, & æs circulus, non tamen poſſet ſeruare idem

nomen ſi incœperit à figura. Neque enim dici poteſt triangulus eſt cera, uel ſtatua eſt æs. Nam inquit æquiuoce appellari materiam, & affectionem quando humidam dicimus affectionem, & æs, & calidam affectionem, & lignum. Sed cum probarit propoſitiones pluribus deinde collectim eas exponens & primam minorem quando dicit. Quoniam igitur ex quo quidem. deinde maiorem quando dicit. Quod autem alteratur, ſic infert concluſionem. Et erat propoſitum dicere q͂d figurationes non ſunt alterationes. Sed ſubiunxit quod alterationes, non ſunt generationes. Vnde oſtendit, unde trahit, uim ratio, quia ex eo quod figurationes ſunt quędam generationes. Equidem oſtẽſum eſt quinto libro/quod ortus non ſunt motus, quare neque alterationes. Nam alterationes ſunt quidam motus. Sed reuocat nos ad memoriam eorum quæ iam oſtenſa ſunt. Etenim quod alteratur manens quod eſt alteratur, ut ſignificat nomen idem ſeruans. Sed quod fit non ſolum quod erat mutatur, ſed neq; quod figura impreſſum eſt/ manet perfecte: quod quidem erat, ut indicat hoc, quia non eodem nomine appellatur, & ſi non perfecte fiat. Quod enim figura fit impreſſum/uidetur quandam naturam mediam habere inter ea quæ alterantur, & fiunt, uerum uidetur declinare magis ad eũ numerum in quo ponuntur ea quæ oriuntur, & generantur, quia non eodem poſt, ut prius appellatur, quod quidem competit his quæ oriuntur, tamen indicat denominari, quia recedit ab his quæ uere fiunt. Sed forte quiſpiam dubitaret, nunquid magis agant in ſubiecto qualitates patibiles/ magiſque mutent idem/cum in profundum uſque ſeſe immergant, quã figura quæ ſolum ſuperficiem afficit, uel & ſi uſque ad profundum procedant, tamen adueniunt, & ſunt accidentia qualitates patibiles, quæ quandam occultam colorationem faciunt, quæ facile abijci poteſt. Sciendum enim tales alteratio fit. Alteratur porro ferrum, quod in ſuperficie calefieri, quod ſi igniatur, non amplius hoc eſt alteratio, ſed progreſſus/in aliam ſpeciem/& formam. Proinde tum habet actiones ignitas.

Amplius & ſic videretur abſurdum alterari hominem, vel domum, vel quodcũque aliud eorum quæ fiũt, ſed fieri quidem forte vnũquodq; neceſſarium eſt quodam alterato, vt ſi materia denſetur, aut rara fiat, aut calefiat, vel frigefiat, non tamen quæ fiunt alterantur, neque ipſorum ortus eſt alteratio.

Com. 14. Cum oſtenderit non eodem modo ſubiectum, & id quod figuratum eſt poſterius, ut prius in mutationibus ſecundum figuram uocari, & hac ratione quæ figura imprimuntur cum aſſimilaſſet his quæ fiunt, de ortu oſtendit, quod non eſt alteratio, ut deinde habeat, quod neq; transfiguratio ſit alteratio. Abſurdum enim inquit genitum hominem, aut domum productam dicere ipſam alterari. Nam alia facta ſunt, & non altera. Secundum ſubſtantiam enim/& non per accidens mutatio his aduenit. Quod enim alteratur manet/quod erat poſtquam alteratum eſt, & ſic alteratur. Sed quod fit nondum eſt. Neque enim domus, neque homo erat. Cęterum cum dixerit abſurdum eſſe quod fit alterari, quia uidetur alteratio/in ortu eſſe/& neque fit/niſi præcedente alteratione, hoc pulchre determinat dicendo unũquodq; fieri alterata prius materia ſubiecta. Cum enim illa maneat, quod eſt ſuſtinet mutationes, haud tamen ortus eius quod fit alteratio eſt. Non enim alterať quod nondum eſt. Quod enim fit nondum eſt.

Tex. 16. Atqui neque habitus, neq; corporis virtutes. Horum enim alij virtutes, alij vitia, habituum neque eſt virtus, neque vitium alteratio, ſed virtus eſt quædam perfectio quãdo acceperit ſuam virtutem vnumquodq;, tum dicitur perfectũ. Tum eſt maxime ſecundum naturam, vt circulus perfectus. perfectus quando maxime fieret circulus optimus. Et vitium huius eſt interitus, & degeneratio. Vt neq; domus dicimus perfectionem. alterationem. Nam abſurdum ſi tegula, & ædificium dicatur eſſe alteratio, vel ſi tegulis, & pauimento ſtrueretur alteratur. Sed non perficitur domus. Eodem quoque modo, in cæteris virtutibus, & vitijs, & habentibus, aut accipientibus. Nam pefectiones aliæ, & aliæ ſunt defectus quare non alterationes.

Cum probarit mutationem ſecũdum formam, & figuram non eſſe alterationem, ſed potius ortum, oſtendit quod neque ſecundum habitum mutatio, quæ erat prima ſpecies qualitatis eſt alteratio, ſed potius ortus. Diuidit autem habitus, in eos qui ſpectant ad animam/ut uirtutem/& uitium eſt in ipſos corporeos, ut in ſanitatem, & morbum quorum nullus eſt ſenſibilis, ut cum oſtenderit/& has alterationes, non eſſe cõſequatur quod uult, ſcilicet alteraoones ſolum fieri ſecundum patibiles qualitates, et ſenſibiles, q͂d erat ꝓpoſitum. Inquit porro quod neque habitus ſunt alterationes, ideſt ſecundum habitus mutationes, uel quia non per alterationem habitus adueniunt. Quod uero non ſint alterationes, oſtendit in uirtutem, & uitiũ omnes reducendo. Etenim ſanitas/& morbus ſunt uirtus, & uitium corporis. Si ergo quod mutatur in ſuam uirtutem, in id quod eſt ſecundum ſuam naturam mutatur, & quod in ſuam naturam mutatur, tum ꝓpriam perfectionem recipit, & unũquodque recipiens ſuam perfectionem tum eſt, id quod eſt, ſed quando procederet ad ſuam naturam tum fit, & non alteratur quare patet concluſio. Sed ipſe concluſionem dixit hãc, { Quando acceperit ſuam uirtutem etc̃. } ſed quãdo unumquodq; ſecundum naturam eſt, tum dicitur perfectum, & q͂d recipit ſuam perfectionem, non diceretur alterari, ut neq; domus tegulis cooperta diceretur alterari, ſed magis fieri, ut mutatio uniuſcuiuſque/in ꝓpriam uirtutem mutatio eſt, quidam ortus ipſius, ſic etiam interitus quando perdit propriam. Sed aptiſſime poſuit illud exemplum circuli ſignificans, ut nonnulli dicuntur circuli, & non ſunt, quia non habent perfectionem, ſic etiam in omnibus alijs ſpeciebus, nõ eſt proprie hoc, quod dicitur non habens ſuam perfectionem. Neque ſuſcipit formæ deſfinitionem, q͂d eſt imperfectum ſecundum formam. Quod ſi mutationes ad uirtutes ſunt perfectiones, & interitus ad uitia/& exitus à perfectione, ſint quoque mutationes in habitus, aut ortus, aut interitus, & non alterationes. Nam abſurdum eſſet ædificij/aut pauimenti circũſtructionem/aut tegularum ſuprapoſitionem dicere alterationem cum nõdum ſit, ſed adhuc fiat. Eodem modo & mutatio/ in uirtutem eſt perfectio, & perfectio in ortũ confert. Sed aliquis quæreret opinor, quomodo uirtus/& uitium animi interitus, & ortus dici queant, ſi quidem habens formam animæ humanę, & permanens in eodem aliquando refertur uirtutibus aliquãdo euadit mala quocirca idem aliquando bonus fit. ſed quomodo ſimilis eſt receptio uirtutis ei quæ eſt, tegulæ, aut ueſtibuli? Hæc enim ſunt partes domus/& non habitus, ſed ipſa non eſt pars, quia ſi uirtus eſſet pars animæ cum amitteret uirtutem, periret. Sed omnino eſt uirtus, & perfectio alia quæ eſt eiuſdem ſubſtantiæ qua primis medijs, & ultimis ſuis partibus perfecta eſt, quæ non eſt habitus. Quid enim habet nondum exiſtente forma ſecundum talem perfectionem. Alia autem eſt ſecundum uirtutem, et uirtus omnino ſecundum habitum adueniẽs toti ſpeciei, & accidens. Etenim adueniunt & redeunt, ſine ſubiecti interitu. quomodo ergo poſuit perfectionem ſecundum partes ad exemplum habitus uelut de domo? Niſi ergo unaquæque forma ſecundum naturam non ſolum perfectione ꝓpriarum partium compleatur, ſed etiam propria uirtute. Nam ſe habere ſecundum naturam nihil aliud eſt quam habere perfectio-

nem, & uirtutem propriam, ut perficiat actiones naturales, & ob id Ariſtoteles ab ipſo ſecũdum naturam perfectionem ſimul ratiocinatus eſt. Vt ergo corpus ægrotans, non erit perfectum, quia non poteſt efficere actiones naturales, & ſi omnes habeat corporeas partes. Nam ipſa mortua ſunt, quæ ſunt priuata ipſo ſecũdum naturam, & mortuo aſſimilata ſunt, ſic & anima rationalis amittens congruam ſuæ naturæ uirtutem, & non potens exercere ſuas actiones ſecundum illam uirtutẽ, non eſt anima proprie, neque uita rationalis, quæ ſit ſecũdum naturam, ſed quædam mortua. Vt ergo pars principaliſsima ſubſtantiæ uniuſcuiuſq;, ſecundum naturam ipſi congrua uirtus eſt aſſerenda, ſine qua reliquum eſt mortuum, & æquiuoce dicitur. Sed indicat non proprias actiones efficere formæ ralis. Pulchre igitur Ariſto. partibus domus perfectionem ſecũdum habituum uelut partem eẽ ꝓprijſsime comparauit. Neq; enim accidens eſt ſecũdum ueritatem habitus, & uirtus. Nam ſubiectum interit, ſi illæ ſeceſſerint, ut neque anima eſt accidens corpori animato.

Tex. 17. Dicimus præterea omnes virtutes, in ipſo ad aliquid aliquo modo ſe habere, quarũ alias enim corporis ponimus velut ſanitatem, & bonam habilitatem in temperamento, & commenſuratione calidi, & frigidi, quę aut ad ſeipſas eorum, quę intra ſunt, aut ad continens. Eodem quoque modo pulchritudo, & robur ac virtus, & vitium ſe habent. Singulæ enim in ipſo, ad aliquid aliquo modo ſe habent, & proprijs affectionibus bene, vel male afficiunt, id quod habet. Propriæ vero ſunt in quo ſuapte natura fieri, atq; interire queunt. Cum ergo neque ea quę ſunt, ad aliquid ſint alterationes, neque ipſorum eſt alteratio, neq; ortus, neque omnino aliqua mutatio, patet neq; habitus, neque habituum abiectiones, aut acceptiones alterationes eſſe. Verum hæc oriri, & interire forte neceſſe eſt, alteratis quibuſdam, vt etiam ſpecies, & forma velut calidis, frigidis, humidis, ac ſiccis altercantibus, aut in quibus ſunt primis. Circa hæc vnaquæque virtus dicitur, & vitium in quibus alterari natum eſt, id quod habet. Virtus enim facit impetibile, vel vt oportet paſsiuum, ſed vitium paſsiuum quidem econtrario, & impatibile.

Cõm. 16. Mutationes ſecundũ uirtutes, & uitia non eſſe alterationes oſtendit, quia neq; qualitates ſunt, ſed reducuntur ad aliquid. Et ipſe demonſtrauit, in quinto Libro ſecundum ea quæ ſunt ad aliquid, nec alterationem fieri, neq; omnino mutationem. Quod uero uirtutes, & uitia, ſint ad aliquid, oſtendit primũ in ipſis uirtutibus corporis faciens rationem, deinde ab his proficiſcitur, ad illas animi. Nam ſanitas, inquit, & bona habilitas corporis, cum ſint uirtutes, conſiſtunt in cõmenſuratione qualitatum corporearum, & uirium primarum, ut calidi, frigidi, ſicci, humidi, aut habentium cõmenſurationẽ, inter ſe, uel etiã ad cõtinens tanquã ꝓp eandem cõmenſurationẽ corpora, non bene affici queant, neq; patiantẽ à cõtinente. Et pulchritudo eſt uirtus corporis, in cõmenſuratione partium diſſimilarium, & maxime coloris conſiſtens. Et robur eſt uirtus corporis, in cõmenſuratione ſimilariũ partium, ut neruorum, oſſium. Et cõmenſuratio eſt eorũ quæ ſunt ad aliquid, unaquęq; igitur corporearum uirtutum eſt, in ipſo ad aliquid, aliquo modo ſe habens ſiquidem ſit cõmenſuratio. Similiter quoq;, & uitia ſunt oppoſita uirtutibus, quæ conſiſtunt in ipſa incõmenſuratione affectionum. Nam uitia uerſantur, in exceſſu, aut deffectu. Et uirtus unaquæq; bene afficit ob proprias ſuas diſpoſitiones, id quod habet ipſam. Diſpoſitiones, & affectiones propriæ ſunt, in quibus cõmenſurate ſe habẽtibus fit, & recte permanet calor, frigus, ſiccum, humidum, & id genus: quod ſi fuerint incõmenſurata, hæc corpora intereunt, & male afficiunt, & deprauantur, cum facile in ſuis affectionibus, à cõtinente, & mutuo pati, & mutari queant. Si ergo uirtutes, & uitia corporis ſunt, in ipſo ad aliquid aliquo modo. Et oſtẽſum eſt ſeptimo libro quod in ipſo ad aliquid, non eſt motus per ſe, neq; mutatio omnino, patet qđ neq; alteratio erit. Nam oĩs mutatio oſtẽſa eſt, uel ſecundum ſubſtantiam fieri, ut ortus, & interitus, aut ſecũdum quãtum, ut auctio, & diminutio, aut ſecũdum quale, ut alteratio, aut ſecundũ ubi, ut latio. Si ergo uirtutes, & uitia corporum ſunt, in ipſo ad aliquid, ut cõmenſurationes, & incõmẽſurationes. Et quæ ſunt ad aliquid, nõ ſunt in qualitate, & eorũ quæ non ſunt in q̃litate, non eſt alteratio. Cum autem oſtẽderit uirtutes, & uitia corporis, ac habitus eſſe in prædicamento ad aliquid, ſubiungit ipſa ad aliquid, nõ eſſe alterationes, ut calefactio, ut quod participet ipſis alteretur. Quod enim calefit, uel frigefit, alterari dicimus. Quod uero duplum, aut dextrum, aut cõmenſurabile, uel ſimile, uel æquale fit, non dicimus alterari, ſed neq; ipſorum ad aliquid eſt alteratio, ut ſubſtantiæ, ut quæ fiunt ad aliquid, & accipiunt habitudines aliquando alterari dici ualeãt. Non.n. dupla magnitudo ſi æq̃lis ſit alteratur, quẽadmodũ ſi calefieret. Differt aũt alteratio ab eo q̃d alterat, q̃a alteratũ participat illa, ut q̃d calefit ꝑticipat calefactione, et q̃d participat alteratiõe, alteratur. Quæ ergo ſunt ad aliquid, neq; ſunt alteratio, neq; alterãtur. Demonſtrauit autẽ, in quinto libro, neq; ortum, neq; motum, neq; omnino mutationẽ eſſe ſecundum ipſa ad aliquid, quia nihil mutatur alio mutato, & ſi interdum duplum ſit, & interdum non ſit. Cõſtat ergo ex prędictis, quod mutatio ſecundũ figuram, non eſt alteratio, & ex his quæ nunc dicuntur conſtat, neq; ſecundũ uirtutem, neq; uitium corporis fieri mutationem, & uniuerſæ abiectiones, & receptiones habitus, non ſunt alterationes. Deinceps cauſam docet, quæ alterare uidentur ea quæ ſecũdum has mutantur. Et dicit quod fieri, & interire illas quibuſdã alteratis neceſſe eſt. Sanitas enim fit quibuſdã corporis calefactis, aut frigefactis, ideſt alteratis. Sed ſanitas, neq; alteratio eſt, neq; alteratio ſanitas, ſed aduenit alterationi cõmenſuratio alteratorum, ſm quã, ſanitas cõſideratur. Sed eadem ratio eſt, de robore, & pulchritudine. Si enim alteratis quibuſdam hæc adueniunt, quomodo aliquis diceret, quæ aduenĩũt, & nõdum ſunt alterari. Non.n. quod mutatur, in ſanitatẽ per ſe alteratur, ſed per alterationem mutatur. Si.n. ſanari, dum calidum fit, & frigidum, eſſet mutatio ad ſanitatem, profecto eſſet alteratio. Sed qm̃ nihil horum erat ſanitas, ſed in horum cõſiſtit cõmenſuratione, patet quod alteratio, non ſit ea mutatio, quæ eſt ad ſanitatem, & ſi per alterationem adueniat. Illud autẽ dixit, { Vt ſpecies, et forma } indicans quod ut ortus. Nam is eſt mutatio ad ſpeciem, & formam, ſm receptionem formæ, & abiectionẽ eſt minime alteratio, uerum fit alteratis quibusdam. Sic ſe habet etiam in mutatione, ſm habitum, Etenim ipſa non eſt alteratio, ſed alteratis quibuſdam aduenit, aut dixit figuram. & formam, per figuram indicans mutationem ſm illam. Dixit enim, & in illo forte fieri unũquodq; alterato quodam uelut materia denſata, uel rarefacta. Sed cum dixerit quod habitus adueniunt quibuſdã alteratis, ut frigidis, calidis, ſiccis, humidis ſubiunxit, in quibus ſint primis, tanquã non ſit nunc eius q̃rere ob quorũ affectiones, & ſm quas mutationes primas & alterationes habitus adueniant, ſiue ſint ſm ſimilares partes, ut Anaxagoras, ſiue ſm mutationes atomorũ, ut Democritus, ſiue qualitatũ, ut Ariſt. Quod uero quibuſdam alteratis adueniant perſpicuũ eſt. Sed quibus quæratur, perſuadet rõnem nobis ex eo quia uirtus & uitiũ circa tales affectiões dicũtur, à q̃bus aptũ eſt alterari hñs, Siue.n. uirtus adueniat, uel ꝑfectæ faciat impatibile, ſiq̃dem ſollas affectiões appellamus prauas, uel ſic paſſiuũ.i. mẽſurate, ſi nõ in quadã impatibilitate ſint, ſed incõmẽſuratione affectionum

nium cõſideramus uirtutẽ. Nam huiuſmodi ſunt in aĩa morales, ciuiles uirtutes nõ demẽtes oĩno irã animi, & deſideria, ſed mẽſurant momẽta ipſorũ, & in corpore nõ efficiunt impatibile, ſi corpus a calidis, & frigidis alteretur, ſed corporalis uirtus mẽſurat affectus eorũ, ideſt ſanitas ut uitiũ, et morbus eſt incõmẽſuratio ipſorũ. Si ergo circa hæc uirtutes, & uitia ſunt/a quibus id quod habet eas aptũ eſt alterari, ſed ſcd̃m patibiles qualitates/alterationes ſint circa affectiones, & patibiles q̃litates corporis ſint uirtutes, et uitia corporis/ut illis alteratis hę adueniãt. Sed circa quas affecti unaquęq; uirtus corporis ſit, ut ſanitas, robur, pulchritudo nũc p̃termiſit q̃rere. Sed ut uirtus prauarũ affectionum facit impatibile, & mẽſuratorũ/q̃ neq; affectiones q̇dam putãt appellandas eẽ patibiles aliquot, ſic & uitium prauarũ affectionũ paſſiuas facit, & mẽſuratarum impatibiles quare circa affectiones uirtus/& uitiũ/& adueniunt alterationi ſcd̃m hæc/& cõmenſurationi ipſorũ uirtus, & incõmenſurationi uitiũ/quare neq; habitus alterationes ſunt, neq; mutationes ſcd̃m habitus. Sed q̃m/& in his Ariſto. dicit qd' eorum, q̃ ſunt ad aliquid nõ eſt alteratio, neq; ortus, neq; oĩno mutatio. Sciendum eſt qd' dicẽdo uirtutes, & uitia eẽ de numero eorũ q̃ ſunt ad aliq̇d. Vnaquęq; inq̇t eſt/in ipſo ad aliquid aliquo mõ ſe hñs, aſſerit eas alteratis q̇buſdã oriri & interire. Sed quomõ eorum q̃ ſunt ad aliquid nõ eſt ortus, neq; oĩno mutatio? Niſi fiũt, & intereãt. Quod.n. prius nõ erat duplũ, & poſtea eſt hoc ipſum fit, & quod erat & poſtea nõ eſt, interit. Verũ nõ p ſe fiũt, & intereũt, ſed ut hic dixit alteratis q̇buſdã & oĩno quibuſdam mutatis/hæc fiũt, & intereũt. Nam quinto libro dixit fieri põt ut altero mutato uerũ ſit dicere alterũ nõ mutari, quare p accidens eſt motus ipſorũ, ſed mutationẽ per accidẽs dixit in illis, ut indeterminatã. Nã in oĩbus ſemper eſt, inq̇t, & oĩum. Si ergo ea q̃ ſunt ad aliq̇d nõ ſunt per ſe/ſed ſunt in alijs, illis ergo mutatis, & ea q̃ ſunt ad aliq̇d mutant̃ nõ p ſe, ſed p accidẽs.

Tex. 18. Eodem modo & in habitibus animæ. Omnes enim hæ ſunt in ipſo, ad aliquid aliquo modo ſe habentes. Et virtutes perfectiones, & vitia defectus. Item virtus ſi diſponit ad proprias affectiones, & vitium ſi male, quare neque ipſe erunt alterationes, neque acceptiones, & abiectiones ipſorum. Nam illæ fiunt alterata quadam parte ſenſitiua, ſed alterabitur, a ſenſibilibus. Nam omnis moralis virtus, circa voluptates, & dolores corporeos verſatur, & hæc collocantur in actione, aut recordatione, aut ſpe. Quæ igitur ſunt in actione, ſecundum ſenſum, ſunt tanquam ab aliquo ſenſibili moueantur, quæ vero in recordatione, & ſpe, ab eadem ſunt. Vel enim recordamur eorum quibus affecti, & ſic capimus voluptatem, vel ſperantes quædam expectantes, quare neceſſe eſt, vt omnis talis voluptas, a ſenſibilibus fiat. Sed quia voluptate, aut dolore adueniente, vitium, & virtus adueniunt. Nam circa eadem ſunt, & voluptates, & dolores ſunt ſenſitiui alterationes, patet quod quodam alterato neceſſe eſt, & has abijci, & recipi. Item eorum ortus eſt, cum alteratione, ſed ipſe non eſt alteratio.

Com. 17. Cum demõſtrarit uirtutes, & uitia, & oĩno habitus corporeos, nõ per alterationẽ fieri, & abire, ſiquidẽ uirtutes ſint pfectiones, ſm naturã, & uitia p̃ter naturã. Quas aũt p̃cedunt ad id qd' eſt/ſm naturã hæc fiũt, & nõ alterant̃, & ea q̃ ad id præter naturã, pergũt intereunt, ſiquidẽ in ipſo ad aliquid ſunt, reliquum p̃ficiſcit̃ ad habitus aĩæ, & oñdit ſm hos, neq; mutationes ſunt alterationes, ſiquidẽ & ipſę, ut ẽt corporeę pfectiones/in ipſo ad aliquid aliquo mõ, ſe habeãt/igitur receptiones illorũ potius ortus erũt, & abiectiones/erũt interitus, & nõ alterationes. Vnũquodq; enim qd' eſt q̃n perfectũ fuerit ſecũdum naturam, tũ maxime eſt id quod dicitur eẽ. Eteni equus eſt q̃n habet uirtutẽ ſuam, & aliorũ uuũquodq; ſilr. Quod autẽ, & uirtutes animi ſint ad aliquid manifeſtũ eſt, ſiquidẽ et ipſæ ſint cõmenſurationes illarũ in quibus ſunt, ut iræ, & cõcupiſcentię & ſimiliũ, ut corporeæ calidorũ, frigidorũ, & talium, ſed ipſe indicauit eẽ eas ad aliquid quia uirtus bñ afficit hñs ad p̃prias affectiones, & uitium male. Vt eni corporeis habitibus/q̃ ſunt ad aliquid, cõpetit hoc, ut unuſquiſq; uerſetur circa p̃prias affectiones, bñ/uel male/afficiẽs quod habet ipm: Equidẽ uirtus ob cõmenſurationẽ eſt, ſed uitium ob incõmẽſurationẽ, quod uel impatibile, uel patibile ſic facit, ſic ẽt uirtutes bñ diſponunt habentẽ ad p̃prias affectiones, & uitia male, q̃re & ipſæ ſunt ad aliquid cũ ſint q̃dam cõmenſurationes, & incõmenſurationes. Si ergo ea q̃ ſunt ad aliquid nõ ſunt alterationes, neq; ipſorũ eſt alteratio, neq; habitus animi alterationes ſunt, neq; abiectiones, & receptiões ipſorũ. Verũtamẽ neceſſe eſt, ut hę ſicut corporeæ quodã alterato fiant. Nã corporei habitus fiũt q̇buſdam alteratis/uidelicet calidis, & frigidis, & horũ ſiñum in quibus primo collocãtur, & habitus animi aliqua parte ſenſitiua alterata, fiunt. Alterabit̃ autẽ hæc à ſenſibilibus à quibus apta ſunt. Sed ſenſitiuo alterato dixit/uelut paſſiuo. Nam patibilitates, ut inquit Plotinus, uel ſenſus ſunt, uel nõ ſine ſenſibus. Cũ ergo prius, dixerit cõmuniter de habitibus aię, quod ẽt ipſę perfectiones ſunt, & in ipſo ad aliq̇d cõmenſurationes q̃dam exiſtentes, & incõmenſurationes, & quod fiunt alterato ſenſitiuo deinceps diuidit uirtutes animi in morales, & intellectuales, & in utriſq; oñdit quomõ ſunt in ipſo ad aliquid, & q̃uo alteratio neutra eſt, & nõ eſt ipſorũ alteratio, ſed fit q̇buſdã alteratis. Et qd' quidẽ moralis uirtus fiat ſenſitiuo alterato oñdit, q̇a oĩs moralis uirtus uerſatur circa uolupiates. & dolores corporeos, ut oſtenditur in ethicis, ſed uoluptates, & dolores corporei alterato quodã ſenſitiuo/a ſenſibilibus fiunt, q̃re moralis uirtus alterato ſenſitiuo/a ſenſibilibus fit. Qd' autẽ uoluptates, & dolores alterato ſenſitiuo fiãt, oñdit ex diuiſione. Nã uoluptatẽ capimus/& dolorẽ, uel dum agimus, uel dum recordamur. Eteni uoluptatum memoria efficit uoluptatẽ, & recordatio dolorum aduerſitatũq; dolorẽ, aut dum ſperamus, eteni ſpe ſæpe delectamur, cuius alia nos afficit uoluptate, alia uero dolore ſi ſperamus, & expectemus ea q̃ ſunt aduerſa. Si ergo dum agimus uoluptates, et dolores ſẽſibiles ſunt, et a ſẽſibilibus fiũt, et q̃ fiũt memoria repetita p̃teritorũ, aut ſpe futurorũ/a ſenſibilibus p̃ficiſcuntur. Vel eni eorum q̃ paſſi ſumus, & q̃ ſenſimus recordãtes capimus uoluptatẽ, uel afficimur dolore, uel q̃ patiemur & quot ſentiemus intelligẽtes, quo circa patet uoluptates, & dolores nobis accidere alterato ſenſitiuo/a ſenſibilibus. Quod autẽ moralis uirtus circa uolupetates, & dolores ſint, oſtenſum eſt, ut diximus in ethicis pluribus. Sed dicatur, & nũc breuiter, quod aſſuefactio dolendi, & capiendi uoluptatẽ, non ut fors tulit, ſed in his fit, in quibus oportet, & q̃n oportet, & quatenus oportet, hæc moralẽ uirtutẽ facit. Et hæc quoq; Plato dialogis de legibus docet cũ de uoluptate, & mœrore diſputat. Duo.n. ipſi fontes fluere permittunt̃, quorũ alter emanans unde oportet, q̃n oportet/& quãtum, felicem/& beatã facit ciuitatem, & omne aĩal. Sed cum p̃baſſet p̃poſitiones collectim ſic exponit ſyllogiſmum. Virtus animi, & uitium adueniunt uoluptate & dolore adueniente, ſed uoluptates, & dolores ſunt quædam alterationes ſenſitiui, patet igitur quod uirtus, & uitium adueniũt, & intereũt alterato ſenſitiuo, cũ abijciat, & recipiat ipſas patet igit̃ ex dictis/qd' ortus uirtutis, & uitij/q̃dam alterata ſequunt̃. Sed ipſorũ ortus nõ eſt, alteratio ſed aduenit alterationi ſenſitiui, circa uolupetatẽ, & dolorẽ. Equidem uirtus ſm id qd' aduenit alterationi hac rõne menſura eſt, & uitiũ ſecũdum incõmenſurationẽ, & uoluptates/ & dolores alterationes dixit

eſſe ſenſitiui, pro hoc alterato ſenſitiuo fiunt. Nam alteratio eſt ſenſitiui, ut calefactio/infrigidatio, uel ſegregatio/& congregatio, uel ut aliquis ipſorũ poſſet appellare, ꝓpr as uerſiones ſunt affectiones ſenſitiui, quæ aduenıũt ex ſenſibilibus, ſed quæ his aduentunt, interdũ uolupeas eſt, interdũ dolor, ſed hęc cõmẽſurata aduenientia ſequit̃ uirtus, & incõmenſurata uitium.

Tex. 19. At vero neque in ipſa parte intellectiua animę eſt alteratio. Sciens enim maxime ad aliquid dicitur. Hoc autem manifeſtum eſt. Secundum nullã enim potẽtiã motis fit, in nobis ſcientiæ, ſed cum extiterit quiddam. Ex particulari enim experientia accipimus vniuerſalem ſcientiam, neque porro actio eſt ortus, niſi quis & inſpectionem, & tactũ aſſerat ortus eſſe. Nam tale eſt actus.

Com. 19. Cum oñderit ſeorſum morales uirtutes, ac uitia, & horum receptiones, & abiectiones nõ eẽ alterationes, deinceps oñdit quod neq; intellectiuæ partis, neq; horum receptiones, & abiectiones/ſunt alterationes, ut morales erant uirtutes circa partẽ irrationalem aiæ in qua uoluptates, & dolores cõmuniter ipſę & aialibus rõne expertibus cõpetunt. Plura enĩ ſunt in his, ob cõſuetudinem recte facta, ſic etiã intellectuales, uel diſcurſiuę (ſcribitur enim utroq; mõ) ſunt circa partẽ animi rõnalem circa quã conſiſtit ſciẽtia, & ſm ipſam eſt uirtus. Neq; huius igiẽ inquit, habitus alteratio eſt neq; eſt eius alteratio, neq; ortus quãdoquidẽ, & hanc reducat ad aliquid. Nã ad aliquid ſunt/de quibus pauloante dixit qđ neq; ipſa ſunt alterãtiones, neq; ipſorum eſt alteratio, neq; ortus, neq; oino mutatio per ſe uidelicet, qa per accidẽs quę ſunt ad aliquid fieri, uult ac trãſmutarĩ. Si ergo ſciens, eſt in ipſo ad aliqd, & ipſius ad aliquid nõ eſt alteratio, neq; habitus qui eſt ſciẽtia eſt alteratio, neq; ortus, neq; oino mutatio per ſe. Verum cũ ꝓbet ſcientiã eẽ ad aliquid principium facit ꝓbationis ex ipſo magis, oñdens qđ multo magis ſciens eſt, ad aliquid aliquo mõ ſe habens q̃ uirtutes. Nã ſcientiam euidentius eſt, in ipſo ad aliquid eẽ quã uirtutes, ut tẽperãtiam, & æquitatẽ. Nam illę ob cõmenſurationẽ reducuntur ad ipſum ad aliquid, ſed ſciẽtia ſcibilis eſt, & ois cognitio eſt cognoſcibilis. Secũdo oñdit, quod habitus intellectiuę partis ſunt/in ipſo ad aliquid quia nõ eſt ortus ipſorũ. Hoc enĩ erat ꝓprium ipſorũ ad aliquid, qđ eſt potentia in ipſis actu fieri quãuis non per ſe. Oportet huius ubiq; meminiſſe, qđ Ariſto. negat ortũ & mutationẽ p ſe in ipſis ad aliquid, ſed per accidẽs ꝯcedit. Vñ de relatiuũ negat mutari per ſe, q̃re neq; fit per ſe. Ois enim ortus eſt mutatio. Si ergo ſciẽs ſm potentiã fit actu, io ipſa intellectuali parte/& cõſiſtit, tum ſciẽtia cognitio uniuerſaliũ cum ſit, ꝓfecto fit qñ ex ſenſu q̃dam experiẽtia ſit deducta/ & collecta/ex ſingulorũ cognitionibus. Quod enĩ ois homo rõnalis ſit ſciẽter cognoſcimus ex uia/quæ eſt, ex ſingularibus, & experientia, ſed experientia fit, nõ in parte intellectuali, ſed in ipſo ſenſitiuo, & ui ac poteſtate imaginãdi, deducta ergo experientia ex ſingulorũ potẽtia ſm quod fiebat actu/in ipſa parte intellectiua, non motũ neq; mutatum per ſe. Sic ergo Alexãder exponit colligi uniuerſale/ex ꝑticularibus, idq; oportet eũ facere, qui cupit hr̃e ſcientiã uniuerſalẽ. Et uult illud qđ dicitur de ſcientia uniũ ſignũ eſſe huius, qđ colligitur ſcientia, & cognitio uniuerſalis/ex ꝑticularibus, ſiquidẽ ſciẽtia uľis uniuſcuiuſq; eorũ quæ ſunt/ſub uľi ſit ex quibus colligitur. Cõplectuntur enim particularia, in ipſa ſcientia uľis, uelut ex his/& in his fiat. Quod ſi nõ poteſt colligi ex ꝑticularibus, quæ ſunt infinita ipſum uniuerſale, neq; in ipſo ſenſitiuo, & phantaſia cognitio erit cauſa, ut ſubſiſtat ſcientia in mente, cum etiã illa ſit multo deterior meliore. Sed uerius & exactius opinor exponendam eſſe dicta Ariſtotelis. Nam mens cum habeat ſcientiam uniuerſaliũ ſemper ſecundũ actũ, ſiue in promptu ſit ſiue non/& particularium in potentia, quando ſenſus adiunctus fuerit particulari, & cognouerit tum mens, non cognoſcit uniuerſale actu in ipſo particulari, ſed cognoſcit particularia/in ipſo uniuerſali. Nam aliquis homo/& homo, ut idem ſunt, ut alibi dixit. Et ob id hoc aliquo modo adiecit, quod non eſt cognata uniuerſalis cognitio ei quæ eſt particularis, ſed cognoſcitur particulare cognitione uľis, qa ꝑticulare cõprehendıẽ ab uniuerſali.

Tex. 20. Ruſus actus, & vſus non eſt ortus niſi quis putet ortum eſſe inſpectionis, & tactus, & agere eſt ſimile his.

Com. 19. Cum oſtenderit quod potentia ſecũdum quod eſt ſenſibilis eſt particularis cum non moueatur, quando fieret particulare, & ad ſenſum procederet cognoſcit idem per ipſum uniuerſale, ex quo cõcluſum eſt, quod eſt eorum quę ſunt ad aliquid, & ob id neq; alteratio eſt ipſius per ſe, neque ortus, neque omnino mutatio: nunc oſtendit, quod etiam exiſtente ſcibili, ſiue ꝑticulari, ſiue uniuerſali, quando ſciens ageret circa ipſum utens ſcientia, talis actio non per ortum abſoluitur, neque eſt talis uſus ortus, quia neque eſt ortus eius, ob id neque alteratio. Sed non eſt ortus eius, quia actio eſt. Nam ortus in tempore, ſed actio qua aliquod agens nunc agit/& antea minime ſubito fit/& ſine, tempore, ut etiam inſpectio/& tactus. Quod uero mutatio ſubitanea ſit quæ ad hæc eſt: patet quia quocunq; poſito tempore, ut minimo/in quo aliquid nunc tangit, & uidet/quod non tangebat antea, nec uidebat/eſt minus inuenire, quare neque alteratio erit talis mutatio. Etenim alteratio eſt in tempore. Adhuc autem & inſpectio/& tactus/actiones ſunt, & alteratio eſt paßibilitas. equidẽ non eſt actionis paßibilitas ut actio. Similiter autẽ & mutatio quæ eſt illius quod neſciebat/& nũc ſcit, quæ etiã nõ fit/per ortum, neq; per alterationem.

Et acceptio ex principio ſcientiæ ortus non eſt, nec alteratio. Quieſcere enim & ſtare intellectum ſcire, & prudenter agere dicimus. ſed in quieſcere non eſt ortus, immo neq; mutatio, ut prius diximus.

Com. 20. Non ſolũ uſus/& actio quę ſm ſcientiã, q̃ eſt habitus nõ ꝑ ortũ/atq; alterationẽ fit, qñ id quod agit/nũc & prius non agebat mutatur ſic, ſed etiã acceptio/a principio ſcientiæ. Hæc aũt eſt, ex prima potentia in habitũ mutatio/qui poſſit deinde agere, ſm quẽ nondũ poſſumus ſcientiã hr̃e mutamur ad poſſe cõparare ſcientiã. Talis aũt fit prima cõſtitutio poſt primã ętatẽ, quia tum quieſcit/& ceſſat ab intelligẽtia ob multas perturbationes/& cõfuſiones ob adiectiones/& ſegregationes/ ac fluxus/& refluxus corporis, qui fiunt ob nutritionẽ, & incrementum, cum adhuc natura ſit muta magis, & talem mutationem inquit nõ eſſe alterationem nec ortum, nã quietudo ideſt mutatio ad quietẽ motus eſt, ut oſtẽſum eſt prius. Sed motus non eſt motus, neq; ortus eſt ortus, neq; mutationis oino mutatio, ut etiã hæc prius oſtenſa ſunt, & nũc cõmemorata per hęc. ortus enim nulla eſt mutatio, ut diximus prius. Sed recte Ariſto. ab ipſo ſtare intelligentiã, & ꝓprietatẽ huius uocabuli ſcire format, conſonat & hic ſuo p̃ceptori afferens. Etenĩ Plato, in Timæo has cauſas eẽ inquit ignorãtiæ aiarum humanarũ/a principio, & talem ſciẽtiæ abiectionẽ. Poſt enĩ ſempiternorũ cõſtitutionem, qui mortalibus præerãt dederũt eiſdem quaſdam periodos aiæ imortalis, ad corpus influens, & effluẽs/quos circuitus in corpus uelut in flumen ꝓfundũ imerſæ aiæ, neq; tenebant, neq; eiſdẽ tenebant, ſed ui ferebãtur, & ferebãt. Et multo de tali cõſtitutione dicendo ſubiungit. Ob has porro affectiones, nũc à principio aia primũ demens fit, quando includitur in corpore mortali. At poſtquã nutritionis, & augmẽti riuus minus fluit, & accepti periodi, & circuitus aiæ ſuũ iter cõficiunt, proceſſu tẽporis ſedatiores fiũt, tum in figuram naturę ſuæ cũ procedant/uniuſcuiuſque circuitus diriguntur. Quod ſi his, qui ſunt iam grandi/& matura ętate cauſę ſunt, ut ignorent illi motus/qui ſunt corporis, & appetitionum expertium ratione/ quãto magis adoleſcentibus, & pueris qui uehementiſſimos motus corporeos ſubeunt, & natura eſt inepta atque imbecillior, & ratio nuda, & experientia uacans. Item Plato hæc addit qđ

ſi quis

ſiquis,ut recte educatur,& inſitiatur rectam, & congruam nutritionem,ſeu cibos conuenientes ſumpſerit morbum euitã do/totus ſanus/atque omnino integer euadet. Sin autem neglexerit iam uitam ſuam degere ingreſſus huius uitæ iter breue tenebit,& tanquam mancus/atque ſtolidus/ad inferos rurſus decidet. Sed ratio Ariſtotelis ſic concluſa eſt. Acceptio ſcientiæ à principio per ipſum quieſcere ſit. Sed ipſius quieſcere non eſt motus, neque mutatio, quia ipſum quieſcere eſt mutatio, & mutationis non eſt mutatio.. Sin autem in oppoſita ſimul aliquid mutaretur/& ſimul in oppoſitis eſſet. Item proceſſus erit mutationis in infinitum, & ipſius ſimiliter ortus, ut oſtenſum eſt prius, & propter hęc neque ipſius quieſcere erit mutatio. Illud autem {ortus non eſt,} dixit quidem uelut aſsignans aliquid. Sed non apparet aliquid aſsignare niſi illud,quod ſępe dictum eſt:uidelicet/quod in ambobus alteratis quibuſdã in corpore ſit ortus,& ad hoc Alexander cenſuit aſsignatum eſſe. Niſi forte ſcripturam inueniens Alexander habentem ſic. Nam quia intelligentiam ſtare,& quieſcere/cenſuit: rationem mancam eſſe putauit:tanquam,non ſic ſcriptum dè ideſt autẽ, ſed primum gàr ideſt enim/quod cauſam dicit,aſsignatum eſt autem ex ſtimo ad ipſum mèn/ideſt quidem. Item in quibuſdã exẽplaribus ſcriptum eſt quieſcere,& ſtare,& erit aſsignatũ.

Adhuc autẽ,ut quando ex ebrietate,aut ſomno aut morbo aliquis, in contraria mutatus eſſet, non dicimus rurſus fieri ſciens, & ſi prius, non potuerit vti ſcientia, perinde ac neq; a principio acceperit habitum. Nam quia anima, morali uirtute prædicta ſit, aliquod prudens ſit, & ſciens. Quocirca neque pueri poſſunt diſcere neque ſenſibus iudicare, vt ſenes. Nam illis ineſt magna perturbatio & motus.

Com.21. Cum oſtenderit quod ex principio acceptio ſcientiæ ideſt poſſe habere ſcientiam,& acquirere habitum eius,non per ortum ſcientiæ, neque ob alterationem eius qui ſuſcepturus eſt ſcientiam ſit,ſiquidem adueniat/quia quieſcit ceſſatque illa in corpore perturbatio,& quieſcere nõ ſit per motum,ſi quidem quieſcere ſit motus,& motus non eſt motus,& exemplo nunc oſtendit ipſius ebrij,& dormientis,uel ęgrotantis/quod non alterato ſciente mutatio ſit in uſum/& actionem ſcientiæ, ſimiliter neque ſit ſciens, & ſi non poſsit uti ſcientia qui ſcit dum ebrius eſt aut dormit, aut male ſe habet. Sat enim eſt auferre impediens. Sic ergo inquit. Neque enim alicui mutato ex inſcitia ad ſcientiam aduenit quod prius non inerat, neque mens alteratur,ſed ſola quies & ceſſatio ſit,ac ſedatio ipſius perturbationis. Et ſat eſt hoc, ut poſsit actu ſapere/ & ſcire. Nam ob hanc perturbationem inquit & pueri, neque diſcere poſſunt, neque eodem modo,ut prouecti ætate ſentire,& iudicare ſenſibilia diligenter. Nam inquit ingens perturbatio, & motus, in pueris ob nutritionem,& incrementum eſt. Vt ergo apti ſiunt pueri ad percipienda ſenſibilia/ceſſante illa perturbatione, ſic etiam ut diſcant,prudenter agant,& ſciant ſat eſt perturbationis,& eorum quæ perturbant ſedatio,ſed ebrij,dormientes,& ęgri habentes habitum qui ſolum ſunt impediti, ne ſcientiam exerceant,merito neque dicuntur fieri ſcientes, neque alterari. At pueri ſi interdum accipiunt habitum ſcientiæ,& prudentiæ quem prius non habebant,quomodo non ſiunt ſcientes, cum prius neſcirent? Vel quomodo ſimile eſt exemplum ab ebrio, & dormiente,& ęgrotante/atque congruens illis qui accipiunt habitum quem prius non habebant. Niſi forte igitur, ſi ſimiliter habeat accipiens habitum ex principio,ut ille qui ebrius eſt & dormit,ſemper quidem animus habitum habet,/& diſciplinæ reuera ſunt reminiſcentiæ,ut Platonis uult ratio. Verum ut inquit Plotinus eſt etiam habere & non prompte habere/& ipſius/in promptu habere/& nõ habere in promptu/multę ſunt differentiæ. Et pueri ſic habent habitum ſcientiæ,& prudentię uelut in ſubſtantia exiſtentem prorſus immobilem,ideo uidentur egere acceptione ſcientiæ, & ipſo dicimus diſcere/cum diſciplina ſit quædam ſtabilitas,& acceptio ſit motus/ & præparatio ad actionem,quandoquidem neque hæ inſint pueris, ſed quando perturbatio corporis, iam ceſſaret,ut prius,adhuc magis confuſo habitu, & magna ope indiget/ ad loquendum & narrandum. Sed ebrius,& dormiens grammaticus/aliquo modo prius tractauit habitum, ſed impediebatur aliquo modo tractatio,ſed ſobrius,& uigilans atque ſanus: aptiorẽ & promptiorem habet habitum,& adhuc ipſe habet aliquo modo impeditum,& ſi potentia in ipſo præparata ſit uerum coniuncta eſt cum alijs,uel cognoſcibile nondum adeſt, ut agens ſecundum habitum,iam perfectæ ipſum/& in actionem exercitatũ. Sed Ariſtoteles cœpit ab ipſo habente habitum, quia non eſt præſens cognoſcibile ſenſui cum non agit,deinde ſubiunxit q̃d utitur,& agit/deinde accipiens ſcientiam. Et forte ab euidentiore principiũ fecit. Nam quia percepturus eſt ſcibile ipſe nõ motus,ſed quia aliud ſit actu euadit ſciens,& actio ſecundum ſciẽtiam,non eſt alteratio ſcientis,neque ortus,ſed neque acceptio ſcientiæ/apparens alicuius accipientis alterati ſit.

Stant autem & ſedantur aliqua ab alijs. Sed in ambobus alteratis quibuſdam in corpore,vt in vſu, & actione quando ſobrius fieret, & expergiſceretur.

Cum dixiſſet quod ſedata perturbatione impedientiũ,& ſenſitiui ſiunt/& prudentes/& ſcientes,adiungit quod quædam a natura ſedantur/ideſt ut ſenſus agant diligentius,& quędam à conſuetudine moribuſue,& doctrina,uelut illæ quæ proficiſcũtur ab appetitionibus, uerum natura ad id quoque ſuppetias fert. Niſi forte ſedentur à natura,ut ſiant naturales,motus ſenſitiui,& appetitioni obnoxij,& à ratione, ut ſiant illi qui ad artes & ſcientias pertinent. Sedantur inquit in ambobus quibuſdã alteratis. Sed in ambobus dicit pro his quæ intrinſecus à natura ſedantur,& his quæ extrinſecus a moribus,& doctrina. Vel in ambobus dixit accipientibus habitum à principio, & in his qui poſt ebrietatem,aut ſomnũ,aut morbum reſurgunt. Equidem alteratis quibuſdam in corpore/ſedantur ambo qui intrinſecus & extrinſecus ſedati ſunt,ſi enim corpora calidiora, aut humidiora,aut frigidiora,aut ſicciora facta fuerint, ut ſit in eo. qui ex ebrietate mutatur ad ſobrietatẽ,& ex humiditate,& caliditate immoderata reſtituto ſpiritu ad id quod eſt ſecundum naturam,& ob id rurſus utente ſcientia,cum prius nequiuiſſet uti ob ebrietatem,& intemperantiam ab eadem protectam. Vt igitur in hoc non intercipitur habitus quando ſobrie degit, ſed ceſſante eo quod perturbat ob alterationem quorundam in corpore promptus ſit uſus, ſic etiam in eo quod uidetur à principio ſuſcepiſſe habitum.

Com.22.

Ex dictis patet igitur alterari ac alterationem fieri, in ſenſibilibus, & in ſenſitiua animę parte, ſed in nulla alia, niſi per accidens.

Reliquum commemorat id cuius gratia omnia quæ diximus diſputata ſunt. Erat enim propoſitum ei oſtenddere alterationem fieri ſecundum patibiles qualitates,& illæ ſenſibiles ſunt,ã quibus ſenſus alteratur,quare animæ ſola ſenſitiua pars alteratur per ſe,aut quod habet animam/ alteratur ſecundum ſenſitiuum,non tamẽ mens perficitur contemplando, & prudenter agẽdo per alterationem niſi per accidens. Nam quibuſdam alteratis,in corpore uelut de ſobrio poſt ebrietatem dictũ eſt,& tamen eſt in eo quod ſentit/& alteratur, ſed ſecundum ſcientiam eſt alterari minime,& quod perfectio eſt,& mutatio in perfectionẽ uidetur magis ortus,& nõ alteratio. Itẽ q̃a ſcientia eſt ad aliq̃d. Sed in ipſis ad aliq̃d motus,nõ eſt per ſe. Quærit autem Alexander num mutatio ſecũdum qualitatẽ ſit alte- Com.23.

ratio. Et primas ſpecies qualitatis eſt habitus, & diſpoſitio, & quarta eſt apud eum qualitatis figura, & circa unũquodq; forma. Vnde quomõ mutatio ſecũdum habitũ/ & figurã nõ eſt alteratio. Et pulchre ſoluit ex dictis Ariſto. Nam ſecũdm ſolas patibiles/q̃litates alterationẽ, fieri inqt Ariſto. ſed primũ/& q̃rtum modũ q̃litatis refutat tãq̃ nõ efficiat alterationẽ. Quęcũq; enĩ q̃litates ad ſubſtantiã cõferunt/& pfectionẽ, & forma ſiũt participãtis, non faciunt alterata q̃cunq; mutanť ſm ipſas, ſed magis alia, ſed habitus faciunt dicſim cũ ſint pfectiones, & faciunt ita appellari, ut ſunt, idẽ & figuræ efficiunt, ideo nõ amplius dicit formari, nõie materiæ lignũ/aut ęs, ſed neq; ſecd'm calorẽ, & frigus atq; ſiccitatẽ, & humiditatẽ mutatio ſemp alteratio eſt qñ porro ex aq̃ fit ignis mutata humiditate/& frigiditate, in ſiccitatẽ/& caliditatẽ, nõ dicitur alteratio talis mutatio, q̃a ſubſtãtialis/& ſpecifica eſt mutatio, & mutationes igitur ſecundũ has uirtutes pficiẽtes ſubiectũ & ad qd, & ſubſtaniã cõferentes nõ ſunt alterationes, neq; ſecũdm figuras/& formas, ſed illę ſolæ ſecũdm accidẽtes q̃litates, q̃ affectiones ſolũ ingerũt pticipantibus, & non efficiunt, ut participata ſint ſubſtantiæ, neque in ſpeciem collocent ipſa.

Tex. 21. Dubitabit autẽ aliquis, vtrũ omnis motus omni comparabilis eſt, an non? Si igitur omnis comparabilis eſt, & æque velox eſt quod in æquali tẽpore per æquale mouetur, erit circularis quædã æqualis rectæ, & maior etiam & minor. Amplius alteratio, & latio quædam, æqualis erit, cum in æquali tempore aliud alteratum ſit, aliud vero latum. erit ergo paſſio, æqualis longitudini. ſed impoſſibile eſt. At ergo cum in æquali tempore per æquale mouetur, tunc æque velox eſt, æqualis autem non eſt paſſio omnis, longitudini. quare non eſt alteratio, lationi, æqualis aut minor. Quare non omnis, comparabilis eſt.

Com. 24. Cõcludens ratiõnẽ a principio quæ demõſtrat, quod primũ mouens, nõ id cuius grã eſt, ſed illud unde principiũ motus, & qd' pxime ab eodẽ moueť ſecundũ omnẽ ſpẽm ſimul ſint, & nihil ſit intermediũ/& unaquaq; ſpẽ motus hactenus cõſiderãs per ſe/& tradens quę cõpetũt ipſi. Hic dubitat/& q̃rit num oĩs motus ſit cõparabilis ſecundũ ꝓprias differẽtias motus/ut dicet uelocitatẽ, & tarditatẽ, q̃re nõ ſolũ cõparat eos motus, qui ſunt ſimiles ſpẽ, ut alterationẽ alterationi tãquã ſit, q̃dã alia ſit/alia uelocior, & alia ſegnior/& alia ęq̃lis. Itẽ ſi poſſit ꝯparari alteratio lationi, uel icremẽto/& diminutiõi, ut uel æq; ueloces ipſę dicanť, aut alia celerior/& alia ſegnior. Sciẽdũ aũt qd' ꝯparare idẽ eſt/qd' unũ alteri aſſimulare/& cõferre/& oĩno ſimul põderare examinareq;, ſed ueteres hac dixerũt mutuo aſſimilari, & humores comparari. Vnde ueteres naturales/cũ uterenť nomine cõparationis de cõgregãte/in idẽ ſeparata, & cũ hoc dubitaſſet oſtẽdit, qd nõ eſt oĩs motus omni motui cõparabilis. Nõ enĩ eſt cõmunis mẽſura cunctis, ſed illis ſolum, qui ſunt ſimiles ſpẽ. Oſtendit primũ ducẽdo ad id qd' fieri nõ põt, in duabus lationibus primũ de recta, & orbiculari, aſſumẽs qd' iam oſtenſum eſt ipſi/quod ſimul uelocia ſunt ea quæ in ęq̃li tẽpore pertranſeunt æquale ſpatiũ/& infert impoſſibile/ex hoc qd' ſi cõparabiles eẽnt, ſequereť qd' ęq̃lis eſſet recta circulari. Si enĩ fuerint æq; uelocia q̃dam, alterũ qd' moueť ſupra aliqd' rectũ, & aliud ſupra orbiculare, æq; uelocia aũt ſunt ea q̃ in æquali tẽpore æquale abſoluunt ſpatium, igitur erit recta æq̃lis orbiculari. Sed hoc adhuc q̃reretur, ſi poſſit recta æq̃lis eẽ orbiculari. Sed hoc magis nõ admittať, & ob id neq; circuli qd' tñ hoc loco admittiť, & ſi nũc uideať tolli, tñ cũ q̃buſdã petitionibus cõtradicentibus, cã autẽ quærẽdi hoc ſi ſit recta ęqualis circulari eſt, q̃a nõdũ inuenta ẽ circuli q̃dratio. ſed hoc neq; q̃a hæc ſunt impoſſibila aliquo mõ, ut diameter cõmenſurabilis coſtæ, ꝓ

pter qd' neq; hoc quęriť amplius, ſed cũ oſtẽdiſſet motus ſupra has lineas eẽ incõparabiles, q̃a uideť aliqd' ipoſſibile ex ipſa petitione, ſcilicet ſi eſſent cõparabiles, ſeq̃ oñdit deinceps in motibus diſſimilibus ſpẽ, ut alteratione/& latione quod etiam ipſi multo magis ſunt incõparabiles. Oſtẽdit autẽ hoc per impoſſ. Si enim aliq̃s diceret æq̃lem eẽ alterationẽ lationi, id eſt æque uelocem, qñ in æq̃li tẽpore/ aliud alteraretur & aliud ferretur accidet equalẽ eſſe affectionẽ ſecũdum alterationẽ longitudini ſecundũ lationẽ. Nã æque uelocia erãt, q̃ in æquali tẽpore abſoluunt motũ, ſed fieri nõ põt, ut æq̃lis ſit affectio longitudini. Nam q̃le/& quãtum ſunt incõparabilia, q̃a de uno æquale dicitur, & de alio ſimile pdicatur, & patet qd' neq; æq̃le pd care neq; ea q̃ mouentur per ſe æque uelocia dici poſſunt. Quomõ enim põt caliditas/aut albedo æq̃lis dici longitudini? Si ergo nõ eſt æq̃lis affectio longitudini/neq; cõparabiles erunt inter ſe, neq; motus ſecũdum ipſa æq̃les erunt, neq; cõparabiles. Si enĩ illi, & hæc eẽnt cõparabilia, q̃a æq; uelocia in æq̃li tẽpore abſoluunt æquale. Cum ergo dixerit/quod eẽt æqualis affectio longitudini, cãm huius impoſſibilis dixit. Tũ enĩ æque uelocia dicimus, qñ in ęq̃li tẽpore æq̃lia abſoluunt. Sed illud { Aut minor } additũ eſt. Sed oĩno cõparabiles eẽ tollit, q̃a ſi neq; æq̃lis, neq; minor patet ẽt/quod neq; maior. Vbi enĩ maior, & minor eſt. Sed cũ oñderit/quod neq; oĩs latio omni lationi cõparabilis eſt, neq; omnino alteratio lationi/merito cõcluſit, quod non omnis motus omni motui comparabilis eſt.

In circulo autem, & recta, quomodo accidet? Tex. 22.
Inconueniens enim eſt, niſi ſit circulariter ſimiliter hoc moueri, & hoc ſuper rectam. ſed cõfeſtim neceſſe eſt, aut velocius, aut tardius. vt ſi hoc decliue ſit, hoc autem accliue. Amplius, nihil differt Tex. 23.
in ratione, ſi quis dicat neceſſarium eſſe confeſtim velocius, aut tardius moueri: erit enim maior & minor, circularis, recta. quare & æqualis. ſi enim in A tempore, hoc quidem lineam B tranſit, illud vero lineam C, maior erit linea B, linea C. ſic enim quod velocius eſt, dicebatur. ergo ſi & in minori æquale, velocius eſt. quare erit aliqua pars ipſius A, in qua B circuli partem æqualem tranſibit. & illud, in toto A lineam C. At vero Tex. 24.
ſi ſunt comparabilia, accidit, id quod nuper eſt dictum, eſſe ęqualem rectam, circulo. ſed comparabilia non ſunt, neque igitur, ipſi motus.

Cum demõſtraſſet quod neq; motus orbicularis eſt motui recto cõparabilis, neq; alteratio lationi, dubitat cur nõ ſit orbicularis latio cõparabilis rectæ & econtra. Com. 25. Primũ enĩ abſurdũ inquit, q̃a nõ poſſumus exiſtimare aliud ſimiliť, & æque uelociter ſupra rectũ moueri, & aliud ſupra orbiculare, ſed ſtatim putandũ eſt alterũ uelocius moueri/accipiẽs differẽtiã a ſubieto, uelut ſi aliquid moueať ſupra decliue, & aliud ſupra lene. In his enim ſic ſe habentibus nihil abſurdũ eſt/& eorũ quæ ſunt æq; uelocia natura/fieri motũ nõ æque uelocẽ ob ſubiorũ differentiam. Sed circulus/& recta quãdam habent inter ſe differentiã & maxime ſi non rectus ſteterit circulus, ut uideatur id qd' mouetur aſcendere/& deſcendere, ſed ſi infimum ponatur in pauimento. Deinceps nititur oñdere/quod & ſi poneretur in altero ipſorum uelociorẽ motum fieri/ſiue ob ſubiectas lineas, ſiue ob aliã cãm, & ſiue idẽ fuerit quod moueť in utraque/ ſiue alterũ in altero, neq; ſic accidit incõparabiles eẽ. Erit enim aut maior ipſis/in q̃ uelocius moueri poneret motũ in ęq̃li tẽpore, & minor in qua ſegnius, ſed in quibus eſt maius/ & minus/in his põt accipi æquale, quare erit aliqua orbicularis linea æqualis rectę. Illud enim. Erit maior & minor orbicularis recto, dixit pro hoc/erit enim interdum maior, & interdum minor, ma

ior quidem ſi ponatur id quod citius uelocius moueri, & minor ſi ſegnius. Quod enim uelocius mouetur in æquali tempore maius pertranſit, & ſegnius minus abſoluit. Oſtendit autem idem per expoſitionem. Si enim ipſo tẽpore a/ quod citius mouetur abſoluit b/ orbicularem, & ſegnius g/ rectam, patet quod maior erit b/ quam ſit g/ recta, ſiquidem uelocius definiuimus, prius id quod in æquali tempore maius abſoluit, ſed uelociua eſt, & in minori tẽpore æquale motum, quare uelociuſ in aliq̃ parte tẽporis abſoluet aliquid ipſius b/ orbicularis quod æquale eſt ipſi g/ rectæ quam abſoluebat toto tempore id quod ſegnius mouebatur, Nam hæc ſaltem erit æqualis rectæ. quod indicauit per hoc, { Erit aliqua pars ipſius a/ in qua b/ circul pertranſit. } Accipit autem b/ partem circuli uelut æqualem ipſi g/ ſed illud { Et g/ in toto tempore a/ ipſum g/ } facit obſcurum contextum, quia etiam id quod mouetur/ per rectam uocauit g/ & prius minime/ obijciens ergo ſic rationi dicenti comparabiles eſſe motus/ & lineam rectam orbiculari. Nam unũ ex alio ſequitur, nunc prætermiſit confutare paralogiſmũ patrocinij tanquam adducturus perfectiorem cauſam ſegregantem ea quę ſunt comparabilia, & quæ non. ſi autem hoc fieri non poſſe rurſus probat, tollit motus/ & lineas eſſe comparabiles/ ut rectam orbiculari. Inquit enim ſi lineæ ſunt comparabiles, accidit quod nuper dictum eſt fieri non poſſe, ut æqualis ſit recta circulo. Si ergo hoc fieri nequit, non ſunt comparabiles recta/ & orbicularis, quod ſi hæ non ſunt comparabiles, neque motus ſupra eas, nam mutuo ſeſe inferunt, ut etiam definitio æque uelociorum oſtendit, ſiquidem ęque uelocia ſint illa quę æquale tranſeunt in æquali tempore. Siue enim motus comparabiles ſint/ & ſpatia ſupra quæ motus ſiunt comparabilia & æqualia, ſiue ęqualia hęc quę in ęquali tempore abſoluuntur/ & motus ęque ueloces ſunt.

Sed quæcunque non ſunt æquiuoca, omnia comparabilia ſunt. veluti cur comparabile non eſt, vtrum acutius ſit ſtilus an vinum, aut vltimaː Quia enim æquiuoca ſunt, non comparantur. ſed vltima ipſi quæ eſt iuxta vltimam comparabilis eſt, quoniam idem ſignificat acutum in vtriſque. ergo non idem velox, hic & ibi. multo autem adhuc minus, in alteratione, & latione.

Com. 26. Cum dubitaſſet ad utranq; partem num ſint comparabiles aut non ipſi motus atq; recta/ & circularis linea, deinde uult philoſophice regulam inuenire, qua poterimus diſcernere omnes motus, qui comparabiles ſunt/ & qui incomparabiles, & ſi de omnibus motibus uelox/ & tardum prædicentur. Et primũ dicit quod uelox/ & tardum ſi non habuerint nomen æquiuocum, ſed uniuocum, hæc comparabilia ſunt, ſed æquiuoce dicta non ſunt ęquiuoca, ut acutum/ cum altero acuto æquiuoce dictum non eſt comparabile. Non enim acutum in humoribus/ & in mole/ & in tonis/ & uoce ſunt comparabilia. Neq; poteſt dicere qui comparat utrum acutius ſit uinum/ an ſtilus/ an ſuperioris corde ſonus, ſed patet quod acutum in uocibus eſt cõparabile cum acuto in uocibus/ & chordę ſuperioris/ cũ acuto inferioris/ & prope iacentis. Nam idem in utriuſq; acutũ ſignificat. Item ſimiliter comparabilia in mole, & ea quæ ſunt in humoribus. Et uelox igitur/ & tardum/ & ſi de ambobus motibus prædicatur/ ut de motu recto/ & orbiculari, non erit comparabile/ quia æquiuoce prædicatur de his. Etenim uelox prædicatur de motibus diſſimilibus ſpecie. Etenim alteratio dicitur uelox/ & latio, ſed non ob id comparabile eſt uelox ueloci. Nam æquiuocum in ipſis eſt uelox, ſiquidem & ea in quibus eſſe dicitur, non ſunt comparabilia inter ſe. Nam quale nõ eſt cum ipſo ubi comparabile. Si ergo recta/ & circulus quãq; habeant aliquod commune, tamen ſunt incomparabilia. Hoc enim uelut effatum accepit. Et motus ſint incomparabiles tanquam æquiuoce dicantur uelox, & tardum. Verum cum dixerit toni ſuperioris chordę comparabilem eſſe tono chordis inferioris/ & prope iacentis, quia idem ſignificat acutum in ambobus ſubiunxit, { Ergo non idem uelox, hic & ibi, } id eſt in motu recto/ & motu orbiculari. Cęterum dicit multum/ & minus idem eſſe uelocis eſſe in alteratione/ & latione. Nam hic plus/ aut multum eſt differentia, ſiquidem alteratio eſt qualitatis/ & latio ſit prædicamenti ipſius ubi. At rectum & orbiculare ambo ſunt, quanta continua & ambæ lineæ. Hoc autem adiecit ob id quod paulo poſt dicendum eſt/ quod æquiuocorum alia multum diſtant inter ſe, & alia quandam ſimilitudinẽ habent. Sciendum autem quod ſcriptura dicti contextus differens adducitur. Alibi enim ſic hæc iacent uerba. { Sed quęcunq;/ non æquiuoca omnia compararabilia, } & Alexander ſic ſcripſit, & alibi. { Quæcunq; non uniuoca omnia cõparabilia, } Sed quidam in altero Septimo Libro ſcripturam/ in hoc tranſtulerunt, q̃ ſic ſe habet. Sed quęcũq; nõ ęquiuoca oĩa cõparabilia. Sed patet qđ oẽs ſcripturæ eandẽ intelligentiã habent.

An primum quidem hoc, nõ verum eſt, quod ſi non ſint æquiuoca, comparabilia ſunt. Multum enim idem ſignificat in aqua & aere, & comparabilia non ſunt. ſi autem non, duplum quidem, idem (duo enim ad vnum) & non comparabilia ſunt. Tex. 25.

Com. 27. Cum dixiſſet quod non æquiuoca comparabilia ſunt, & ęquiuoca minime/ contra hoc inſtat/ addens multum quod uidetur uniuoce prędicari de aqua/ & aere. Non enim ut alia erat ratio acuti in humoribus, & alia in mole, & ſono/ ita eſt multi ratio alia in aqua/ & alia in aere, ſed idem ſignificat multum in utroque ipſorum, & tamen non comparabilia ſunt multũ in aqua, & multum in aere. Hoc autem dicit/ quia potentiæ ipſorum, non ſequuntur moles ipſorum, ſed aquę tantæ uis multiplicata relatione eius quæ eſt tanti aeris. Si ergo tãta aqua erat multa, quia poteſt multum/ cum tantalibet mole eſſe nam ſubſtantia aquæ/ conſiſtit in potentia cum mole, non amplius tantus aer multus erit, & ſi plus erit, quam aqua/ quæ minor facta eſt/ ſecundum molem, quia ſecundum potentiam ipſius/ qua minor fieri poteſt. Multum ergo aquæ, & multum aeris ſunt incomparabilia. Nam aer qui uidetur plus molis habere, potẽtia inferior eſt, & ſi uideatur multum uniuoce de ambobus prędicari. Niſi diceret aliquis eum oportere, qui aſſimilat molem moli, multa comparare mutuo/ & æque, ut ſunt comparabiles & potentiam potentiæ. Sed cum abutatur hac aſſimulatione/ aliquid incomparabile demonſtrauit. Atqui ſumpta uniuocatione ſecundum multum/ & exiguum in mole, cum ſuſpicari ualeamus multum uniuoce prędicari ob dicta de ipſa aqua/ & aere, ſic concluſum eſt. Quod ſi inquit multum non uniuoce prædicatur, de duplo faciunda eſt ratio. Etenim idem in aqua/ & in aere ſignificat. Si enim duplum eſt/ id quod habet proportionem uelut duo ad unum, erit etiam proportio eadem dupli ambobus, & tamen non ſunt comparabilia aer/ & aqua ſecundum duplum. Non enim tanti aeris/ duplus aer erit, & tantæ aquæ duplus. Hoc aũt rurſus per potentias oſtendit/ in quibus ſubſtantia aquæ, uel aeris conſiſtit. Si enim duplus aer dimidij mole aeris, ultra molem/ & potentiam duplam habet/ in proportione duo habebit, ſed non amplius dimidia aqua mole tanti aeris/ & potentia dimidia eſt, neque forte minor, ſed interdũ excedit uim/ & potentiam aeris in duplo: non erit ergo in aere, & in aqua dupla comparabilia. Si enim rurſus ſecundum potentiam ſumptum fuerit alterum/ ad alterum duplum, non amplius mole erit duplum, igitur aliquid aliud erit duplum, quando aer/ & aqua comparantur, & non quod de altero ipſorum prædicatur. Atqui idem uidebatur ſignificare in utroq; ipſorũ, quare neq; uniuoce prędicata omnia cõparabilia ſunt. Hoc enĩ uult addere dictis de æquiuocis, ut etiam patefaciat/ quod ſi uelox uniuoce prædicatum de latione orbiculari, & recta erit/ nõ ob id ſequitur, ut ſint hi motus comparabiles.

An & in his eadem ratio? etenim multum, Tex. 36. æquiuocum eſt. ſed quorundam & rationes æquiuocæ ſunt. ut ſi dicat aliquis, quod multum eſt tantum & adhuc aliud tantum, & æquale æquiuocum, & ſi vnum quidem forte fuerit confeſtim æquiuocum. ſi autem hoc, & duo. Quoniam, Tex. 37. propter quid alia comparabilia ſunt, alia vero non, ſi vna quidem eſt natura? an quia ſunt in alio primo ſuſceptiuo? Equus igitur & canis, comparabilia ſunt, vtrum albius. In quo enim primo, idem eſt ſuperficies. & ſecundum magnitudinem ſimiliter. aqua autem & vox, non. in Tex. 38. alio namque. An manifeſtum eſt, quod erit ſic quidem, omnia v num facere? In alio autem dicere vnumquodque eſſe, & erit idem æquale, & Tex. 39. dulce & album, ſed in alio. Amplius ſuſceptiuum non quoduis eſt, ſed vunum vnius primum. Sed non ſolum oportet comparabilia non æquiuoca eſſe, ſed & non habere differentiam, neq; quod, neque in quo. dico autem, vt color habet diuiſionem. Non ergo eſt comparabile, ſecundum hoc, vt vtrum coloratum ſit magis album quam nigrum. hæc enim comparantur non ſecundum aliquem colorem, ſed quatenus color eſt, ſecundum albedinem.

Com. 38. Cum cōparaſſet duas rationes, aliam dicentem omnia æquiuoca non eſſe comparabilia, & aliam dicentem uniuoca comparabilia eſſe, & demonſtrant quod de aere, & aqua multum, quamuis uniuoce prædicetur, tamen non eſt comparabile, ſi autem non hoc, ſed duplum euidentius, & rationem eandem habet in ambobus, & tamen non eſt comparabile ob uariationem molis ad potentiam. Et cum ſic feciſſet rationem dubitabilem magis, dicit quod etiam in aere recte, ſe habet prior aſſignata ratio, quia æquiuoca non ſunt comparabilia, ſed uniuoca ſunt comparabilia. Etenim multum & duplum, incomparabilia ſunt in aqua, & aere, quia & ipſa æquiuoce ſecundum ueritatem prædicantur. Non uidetur autem quia ratio ipſorū cum ſit æquiuoca, de utriuſque dicitur de quibus, & nomen. Nam ratio multi quæ eſt, quod multum eſt tantum, & adhuc amplius æquiuoca, & ipſa eſt. Nam tantum in aqua aliud eſt ſpecie, & adhuc amplius, & aliud in aere. Et æqualium ratio eſt eorum quorum menſuræ æquales ſunt, aut numeri ſunt æquales, ſed etiam horum nomen, & ratio æquiuoce prædicatur de his de quibus prædicatur, quo circa non ſunt cōparabilia aer, & aqua ſecundum æquale. Neque enim ſi æqualia in mole ſunt, & in potentijs æqualia ſunt. Et dupli ratio dicens duo ad unum æquiuoca eſt. Etenim & ipſum unum æquiuocum eſt, ſiquidem aliter prædicetur de ſubſtantia, & aliter de qualitate quod ſi unum æquiuocum eſt, & duo erit æquiuocum, ſed ratio compoſita ex æquiuocis, & ipſa eſt æquiuoca. Quam igitur conſentaneo dicat, hæc uniuoce prædicari ſubiungit hoc, { Quoniam propter quid alia comparabilia ſunt, alia uero nō ſiquidem una erat natura. } Si enim duplum idem erat in aere, & aqua, ut eſt in aere, & aere, & aqua, & aqua, cur aer aeris duplus eſt, & dimidius ac comparabilis, & aqua aquæ, ſed nequaquam aer aquæ ut tantus aer ſit duplus aquæ, ſiquidem erat una natura dupli in aere, & in aqua, ut in aere, & aere erat, & in aqua, & aqua. Cum ergo ſic dubitaſſet contra dictam prædicationem uniuocam dictam de ipſo multo, & duplo in aere, & aqua, & ob id æquiuocam ipſam dicens, ſubiungit & aliam cauſam huius, cur quanquam uniuoce prædicantur nō ſint comparabiles, ſed alia eſſe prima recipiētia corpora. Nam aliud corpus eſt aer, & aliud aqua, & ſi multū, & duplum idē ſignificent, in utroque uelut uniuoce prædicata, quia ubi primum fuerit recipiens uniuoce prædicata fuerit idem ſpecie, et ſi ea in quibus eſt, differant, illa nimirum ſunt comparabilia, et patet ex hoc quod canis & æquus, quāquam ſpecie differant, tamen ſunt comparabiles ſm album. Dicimus enim utrum albior æquus, an canis quærentes de indiuiduis, uel ceruſam, & niuem comparamus, quia primum recipiens album in ambobus idem eſt. Nam ſuperficies eſt. Item ſecundum magnitudinem ſunt comparabiles æquus, & canis quæ uniuoce prædicetur de ipſis, & habet in utroque eandem naturam, quia primum in ipſis recipiens magnitudinem, idem eſt ſpecie corpus ſed aqua & uox non ſunt comparabiles, neque ſecundum album, neque ſecundum magnitudinem, quia ſuperficies aquæ eſt albi capax, & magnitudinis corpus, ſed in uoce neque ſuperficies eſt, neque corpus perinde, ac multum, & duplum nō primo prædicentur de aere, & aqua, quorum utrunque & ſm molem ſimul, & potentiam in ſpeciem collocantur, uel ambo de magnitudine multum, & duplum, uel de potentia dicentur & comparabilia erunt, quia quæritur an amplior, uel maior ſit moles aeris, quam aquæ, & quia duplum, & dimidium ſimiliter de potentia. Sed uel Ariſtotelis ſedulitas, & diligentia inſtat contra hanc rationem illico accurate. Qui enim eam ſibi accommodat, tollit naturam æquiuocorum de numero rerum, cum aſſerat ea quæ ſunt, pro comperto æquiuoca non eſſe æquiuoca, ſed unum aliquid & idem ſignificare, neque comparari inter ſe, quia idem eſt, in differentibus ſuſceptiuis, ut album idē & in uoce, & in corpore quibus indicat, neque uocem, nec corpus ſecundum album eſſe comparabilia, quia aliud ſpecie utrūque ſuſceptiuum eius eſt. Nam differt uox ſpecie à corpore. Similiter & dulce dicet aliquis idem ſignificat, in uoce, & in ſapore, uerum non comparari ſecundum dulce, quia ſuſceptiua ipſorum differunt natura inter ſe. Similiter autem & æquale idē in aqua, & aere, ſed non ſunt comparabilia aer, & aqua ſecundum æquale, quia cum ſint differentia idem recipiunt. Addit autem & aliud argumentum eiuſdem oſtenſiuum. Et inquit non recte dici, quod ea quæ ſunt eiuſdem naturæ, non comparantur aliquando. quia in differentibus ſpeciebus idem eſt, & inquit quod non eſt quoduis cuiuſuis capax, & maxime primū ſed unum eſt unius natura capax, & eiuſdem ſpeciei, ut colorū ſuperficies, & humores humorum. Et nequeunt quæ eadem ſunt primo collocari, in differentibus. Niſi differentia ſint in eodem, ut quando fuerit aliqd primo in differentibus æquiuocū ſit, & non quia aer, & aqua differunt, erunt multum, & duplū, in utroque elemento, cum ſint eadem ſecundum naturam differentia, ut inquit ille, qui dubitat, ſed etiam ipſa natura differentia, ſunt etiam æquiuoca propter quod in differentibus ſpecie ſuſceptiuis inerat. Hic etiam poſuit primum ob ſecuritatem dicens. { Sed unum unius primum. } Poſſunt enim quædam ſecundo cum ſint capacia alicuius ſpecie inter ſe differre, & eſſe inter ſe comparabilia ſecundum illud, quod ſecundo recepit quia primo receptum eſt unum aliquid idem natura differentium. Etenim homo, & equus cum ſint ſpecie diuerſa, comparantur ſcdm album in ipſis, quia primum recipiens in ipſis eſt unum natura, ut ſuperficies. Cæterum cum dixerit unum eſſe unius capax primum, & ob id comparari inter ſe, tanquam nō ſint æquiuoca unius ſpeciei, notauit quod non ſat eſt, non æquiuoca eſſe, ut quædam ſint comparabilia. Nam ſuperficies colorum eſt primo capax albi, & nigri, & tamen colores non dicuntur æquiuoci. Non enim & eorum in muſica, & tamen album non eſt comparabile nigro ſecundum colorem. Non enim aliquis dicit magis eſſe colorem unum, quam alterum, ſed ultra id quo non ſunt æquiuoca, oportet ut ſint ſimilis generis, neq; differant ſecundum ſpeciem, ſed ſint unum ſpecie indiuidua, & non ſolum genere, & in uno ſpecie receptiuo. Hoc enim ſignificat, non habere differentiam, neque id quod, neque in quibus. Nam id quod dicit ſpeciem comparatam, ut multum, aut duplum, & illud in quibus ipſum, in quo, & ſecundum quod

ſit

ſit comparatio/ut aqua,uel aer , uel magnitudo , uel potentia. Nam ſecundum genus ſunt eadem/ & ſic uniuoca habentia differentiam non ſunt comparabilia:utrum magis color ſit album/uel nigrum,uel fuſcum,aut utrum magis unum habentium ipſos magis coloratum ſit quam aliud,tamen ea quæ colore albo participant/comparantur mutuo/utrum magis alba ſit/ nix quam cygnus.

Sic & circa motum, æque velox quod in ęquali tempore mouetur per æquale, tantum longitudinis , in hoc . Tex. 30. Si autem aliud quidem alteratum eſt , aliud vero latum, æqualiſne erit hæc alteratio, & æque velox loci mutationi? ſed inconueniens eſt . cauſa autem , quia motus habet ſpecies . Quare ſi quæ in æquali tempore lata ſunt per æqualem longitudinem , æque velocia, erit æqualis recta & circularis . Vtrum ergo cauſa ſit , quia latio genus ſit , an quia linea genus? tempus enim , ſemper idem , impartibile ſpecie . An ſimul illa ſpecie differunt? etenim latio , ſpecies habet , ſi illud ſuper quod mouetur, ſpecies habeat.

Com. 29. Cum ſic determinaſſet rationem/& oſtendiſſet quod ſi quędam debent comparari,non ſolum oportet ipſa non eſſe æquiuoca,ſed neque ſecundum ſpeciem habere differentiam, neq; ipſa ſecundum quæ ſit comparatio/ut alba,neq; in quibus hęc ſunt,ut ſuperficies ſecundum albedinem comparatæ,ſed oportet/ut unum ſint ſpecie/& alba/& ſuperficies reuertitur deinde ad propoſitam rationem de motu cuius cauſa motæ fuerant prędictę quęſtiones,proponens enim oſtendere non omnem motum/omni motui comparabilem eſſe . Neque enim omnis motus eſt ſimilis genere.Neque enim latio orbicularis ſimilis eſt,cum illa recta & comparabilis,ne id accidat impoſſibile,ut debeat rectam eſſe æqualem lineæ orbiculari,& cum determinaſſet in alijs exemplis,quæſitum eodem modo inquit ſe habere in motibus.Nam quia ſunt plures ſpecies motus non ſolum communes/ut latio, alteratio , augmentum & diminutio, ſed etiam ſecundum unãquãque harum,nõ omnis motus eſt comparabilis omni motui,ſed ſoli qui ſunt ſecundum ultimam ſpeciem facti,quæ ſpecies non amplius genus eſt, & hoc procedẽdo,determinat.Quæ enim in æquali tempore æqualem longitudinem conficiunt æque uelocia dicentur/& comparabilia erunt.Longitudines enim in ſpecie recti ſunt/& recta non habet plures ſpecies,ſimiliter neque motus in recta,ut neque albus color/ſi ultima fuerit ſpecies,& ſuperficies,tamen ſi in eodem tempore ſubiectum unum fuerit recta,& motus differentes,ut ſit dimidium longitudinis ideſt rectæ extenſum aliquid, uel idem dimidium longitudinis alteretur , & ſecundum reliquum dimidiũ deferatur aliquid latione motum/non amplius æque uelox dicetur eſſe alteratio/ut latio,& ambo tamen ſunt motus,& in eodem tempore,quia motus in eadem recta differentes ſpecies habet.Nam differunt latio/& alteratio , & ſi ergo eadem fuerit longitudo,uel æqualis in qua ſit motus,tamen oportet etiam motum qui ſit in æqualibus rectis,& æquali tẽpore eadem eſſe ſpeciem ſi debeant æque uelocia eſſe ea quæ mouentur. Vt autem differentes ſpecie motus/in eodem ſubiecto facti non ſunt comparabiles , neque multo magis motus differentes ſpecie erunt comparabiles/ſi præſertim fuerint ſua ſubiecta differentia ſpecie , quare quæ in æquali tempore lem longitudinem ambo ſecundum lationem mota æque uelocia erunt / & comparabilia . Si ergo aliquis diceret/ quod æqualia ſunt ea quæ in recta/& orbiculari ſunt, nimirum erit æqualis recta circulari,ſi ergo hoc fieri nequit,ergo quæ cauſa eſt/cur hoc impoſſibile ſequatur ex hoc ſi motus hi eſſent comparabiles. Alia ergo non eſt,niſi quia latio non eſt ultima ſpecies,ſed adhuc genus quod diuiditur in lationem rectam/& orbicularem. Vel linea eſt genus diuiſum in rectam/& orbicularem.Siue enim ipſi motus differentes ſpecie, & ſi ambo lationes,ſiue ea ſupra quę motus ſiunt,differant & ſi ambo ſint lineę/non ſint comparabiles motus.Oportebat enim motus eſſe ſimiles ſpeciei/& ea ſupra quę ſiunt. Verum ipſe quęrit utrũ ſit cauſa differentię,uel quia latio eſt genus/an quia linea ſit genus.Tempus enim cum ſit idem non ſolum ſpecie idem , ſed etiam numero non erit huius differẽtię cauſa. Verum uidetur efficere differentiam linearum eſſe cauſam differentię motuum. Illud enim { Si uero ſpecie fuerint alia, } dixit de lineis/& ſubiunxit quod ſecundum illas oportebat eſſe differentiam lationis rectę/& orbicularis,ut deinceps indicat.Etenim latio ingt ſpecies habet/& ſi illud habet ſpecies/ ſupra quod mouetur. Verum Alexander inueniens ſcriptum. { Si autem ſpecie fuerint/& ſupra illa ſpecie differunt, } deficere hunc inquit. { Si autem ſpecie fuerint, } hoc uidelicet { diuerſa. } ego tamẽ in differentibus exemplaribus inueni ſic ſcripturam. { Si autem ſpecie fuerint alia,& illa ſpecie differunt. } Item Alexander inquit adduci etiam aliam ſcripturam/ſic ſe habentem. { Idem enim tempus ſemper indiuiduum ſpecie ſimul, & illa ſpecie differunt, } ſed hanc ſcripturam ex altero Septimo Libro aliquis ad hunc tranſtulit,& non oportebat nunc ipſius magnã curam habere,ut neque alia ibi ſcripta . Verum quia occulte propoſita ſunt,nil uetat conſcribere expoſitionem. Alexandri. Nam inquit ſi interiectum fuerit hoc, { (omni tempore in quo ſimul mota cientur,eodem numero/et indiuiduo exiſtente,) } eſt huic cõnectendum: Vtrũ cauſa ſit,quia latio ſit genus , uel quia linea/& illud: Vel ſimul & illa ſpecie differunt, ideſt alterum ſequitur ex altero. Vnde enim incipiens differẽtia/ſequiẽ alterius differentia ſignificauit,dicens:Etenim latio ſpecies habet,ſi illud habuerint ſpecies.Si enim ſubiecta fuerint ſpecie differentia,neceſſe eſt/ & motus ſupra illa eſſe ſpecie differentes,non tamen econtra inquit Alexander in omnibus uerum eſſe.Non enim ſpecie motus differentes ſemper ſiunt/in differentibus ſubiectis ſpecie. Porro mutationes ſecundum colores ſpecie differentes/in ſuperficie ſimili ſpecie ſubiecta ſiunt . Similiter autem & ſi lineę ſpecie differant,ſequitur,ut etiam motus ſupra illas ſpecie differant. Niſi forte Alexander inquit etiã in latione conuertatur.Etenim ſi lationes ſpecie differunt , & ſubiecta ſpecie differunt. Vel eadem,inquit,ratio & in alteratione/& latione.Nam quam habent proportionem ſubiecta lationum ſecundum quę latio,eandem habent colores in alteratione,quibus ſit alteratio in ſuperficie,quia & in latione recta/ & orbicularis in ſuperficie,ut ibi album/ & nigrum ſunt . Dicet autem,inquit,& ipſe proceſſu operis de hoc. Et reuera/ut quę alterantur habent differentiam ſecundum diſcrimẽ colorum quibus alterantur,ſic etiam ea quę feruntur differunt ſecundũ differentiam dimenſionum quibus feruntur. Sed in his uerbis ille contextus mihi obſcurus eſſe uidetur. { Si autem longitudinis,in hoc aliud alteratum ſit aliud uero latum, } quomodo enim dicitur aliquid alterari in dimidio forte rectę? niſi ergo latum in dimidio rectę latum ſimul/& ipſum alteretur. Sed in dimidio feratur ſolum/uel idem/uel aliud/uel ſi aliquod corpus coextenſum dimidio longitudinis ſecundum tantam longitudinem alteraretur,& ſecundum alterum dimidium ferretur , in ęquali tempore tamen utrunque.Non enim eſt dicere tum qđ alteratio eſt ęque uelox,ut latio & ſi tempus ęquale fuerit,& ſi ſpatia ęqualia fuerint longitudine,ut illud ſecundum quod alteratur,& illud ſecundum quod fertur,& forte ob id dixit { Longitudini in hoc aliud alteratum , & aliud ferri, } ut oſtendat quod & ſi longitudine ęquale quis poneret alterationis/neque ſic comparabiles eſſent motus.

Amplius autem,ſi per quod.vt ſi pedes , ambulatio, ſi alæ , volatio . An non? ſed figuris latio alia eſt? Quare quæ in æquali tempore mouentur per eandem magnitudinem , æque velocia Tex. 31.

ſunt(eandem autem, indifferentem ſpecie)& motu indifferente ſpecie. Quare hoc conſiderãdum eſt, quę ſit differentia motus.

Com. 30. Cum dixerit fieri diſcrimen ſecundum ſpeciem, quando id ſupra quod fit latio eſt differens, addit quod & ſi illud per qđ latio ipſa fit differens fuerit, erit etiam latio ſpecie differens, ut ſiquis pedibus ambulet, & aliud per alas, & hæ erunt differẽtia. Etenim per pedes fit inceſſus/& ambulatio, ſed per alas uolatio, quanq; ambo fieri poſſint ſupra rectam. Cum autẽ hoc dicat, ſubinfert. { An non ſed figuris latio alia, } nolens motum differre ſecundum ſpeciem ſi organa, & inſtrumenta/per quæ fit differant, & non amplius ea ſupra quæ fiunt. Nam ſola figura inquit ſunt diuerſi motus ambulatio/& uolatio, et in ſpecie quando ambo fiunt ſupra rectam, quocirca & comparabiles ipſi ſunt. Etenim uelocius moueri dicimus/quod uolat quã quod ambulat/& nauẽ uento currere. Sed quomodo non magis ſpecie differt uolatio ab ambulatione, quam ambulatio/in rectam ab illa in orbem. Niſi ſecundum aliud forte magis differat, ſed ſecũdum nunc determinationem nõ differt. Si enim ſm ſpeciem differre dicerẽtur, ſi ea in quibus diuerſæ ſpẽ l neq; fuerint alia recta, & alia orbicularis, patet quod ſi nõ differunt ea ſupra quę fit latio, neq; latio differens erit ſm eam differentiã quæ nunc quæritur, quia ſunt incomparabiles motus. Etenim principio proponens quærere, qui ſint motus cõparabiles ſm uelox, tardum & æquale, & qui non, differentes ſpecie dixit/nõ eſſe comparabiles, ſed ſpecie differre eos qui fiunt/in differentibus ſpecie, Sed ambulatio/& uolatio non fiunt in differẽtibus ſpecie. Poſſunt enim ambæ ſupra rectam, & ſupra orbicularẽ lineam fieri. Reliquum autem concludit/quæ ſint æque uelocia, & omnino comparabilia, quia in æquali tempore idem ſpatium, abſoluunt ſm lationem, patet qđ hæc ęque uelocia ſint. Et eadem magnitudo non numero omnino, ſed ſpecie/ ut ſit eadem ſpecie indifferens. Huiuſmodi eſt recta/ad rectam/& orbicularis ad orbicularem, quod ſi recta magnitudo ſpecie indifferens eſt, & motus indifferens ſpecie erit. Sed cum prius dixerit, quod ſi habeat ſpecies/id ſupra quod fit motus, & latio ſpecies habet/ideſt differentias ſcđm ſpẽm, nunc aũt quia ſi ſubiectum fuerit indifferens ſpecie & motus eſt indifferens, facit breuiorem conſiderationẽ, qñ inqt, ſi quęrãt qui ſint cõparabiles, & qui incomparabiles/non neceſſe eſt ſubiectum cõſiderare, ſed ſat eſt motum ipſum de quo quęrimus/an ſit comparabilis, an non, cum ſit in promptu/conſiderare num habeat differentias ſcđm ſpeciem. Nam omnino ſimiliter ſe habet etiam ſubiectum, & non eſt nobis opus reſpicere ad ambo, quare & qñ quærebamus utrum cauſa ſit habendi differentias quia latio eſt genus, uel quia linea eſt genus, fruſtra quęrimus. Nõ enĩ diſcordat ſubiectum motui/qui eſt in ipſo tanquam differentias habeat, ſed indifferens eſt. Etenim diximus qđ non quoduis eſt cuiuis capax, ſed unum unius primũ. Vel hoc { quare hoc conſiderandum eſt/quæ ſit differentia motus } ſubiũxit tanquam conſentaneum ſit ei/qui uult cognoſcere qualis motus ſit comparabilis/& qualis non, prius differentias motuũ diuiſas ab ipſo ſcire. Nam linearum differentię, patent etiam uulgaribus. Sed Alexander inquit ſe plura dixiſſe/de motu incomparabili, quia nondum oſtenſum eſt/ quod recta non ſit æqualis orbiculari, ſed manet quæſitum, propter quod dicit uniuerſe quod differentia linearum ſecundum ſpeciem ſequitur differentia motuum ſecundum ſpeciem.

Et ſignificat ſermo iſte, quod genus non vnum quid eſt, ſed ob hoc latent multa. ſuntq; æquiuocationum, aliæ quidem multum diſtantes, aliæ autem habentes quandam ſimilitudinem, alię vero propinquę aut genere, aut ſimilitudine rationis. Quapropter non videntur æquiuocationes eſſe, cum ſint.

Cum oſtenderit motus ſimiles ſpecie/ quorum ſpecies non amplius diuiditur in alias ſpecies, quia una natura ſunt comparabiles, & qui ſpecie differunt, ſunt incomparabiles uelut corrollarium/ex dictis concludit, quod ſimilia genere non ſunt cõparabilia, quia non ſunt in ſpecie, ſed in genere, & genus non eſt, una aliqua ſpecies, ut ultima ſpecies, q̃ non amplius diuiditur in ſpecies. Genus enim eſt/quod diuiditur i plures ſpecies. quare quæ ſunt ſimilia genere/& non ſpecie, non ſunt comparabilia. Et ob id inquit multa latent/quę non ſunt quidem, ſed exiſtimantur comparabilia, ut recta & orbicularis, quia cum ſit genus linea diuiſa in eaſdem, tanquam unam naturam genus habeat accipientes/& rectam/& orbicularem uelut ſimilis naturæ comparabiles credunt. Sed cum dixerit cauſam cur cenſeant quędam comparabilia eſſe, quia putant unum/& idẽ genus eſſe eorum ſubiungit deceptionem/quæ contingit circa ęquiuoca, per quã & ſi omnia æquiuoca ſint diuerſæ naturæ, ſiquidem ſolum commune nomen habeant, & ſubſtantiã differentem/& incomparabilia ſint, tñ uidentur comparabilia quędã. Nam æquiuocorũ quędã magna differentia eſt. Etenĩ multum continent, ut ea quæ ſunt à fortuna, & q̃ habent quandam ſimilitudinẽ, ut ſimulachra ad prima exemplaria, & alia ſunt prope/aut genere, aut proportione. Genere ęqdem, ut analoga. Nam cõmune eſt aliquid ipſis/ut illud à quo/& id ad qđ phantaſiam generis afferens, & ꝓportione æquiuoca ſunt, q̃ in ꝓportione/& uſu ſeruant ſimilitudinẽ, ut principium. Etenĩ fons/& cor/& unitas/ac punctum/& princeps ciuitatis principium dicuntur, & tantum natura hæc mutuo differunt. Quæ enim prope ſunt/& ſimilia, ac ſimul natura accipientes comparabilia putant, ut multum/duplum de aqua/& aere. Poteſt autem hoc { Et ſignificat ſermo iſte, quod genus nõ unum quid eſt, } de motu etiam dici. Etenim prius dixit/ quod cauſa cur non ſint cõparabiles motus hi latio/& alteratio erat, quia non eſt una aliqua ſpecies, nec natura una, ut neq; linea: Sed qui exiſtimat motũ eſſe ſpẽm indiuiduã, quãuis genus ſcđm ueritatẽ ponens oẽs motus eẽ ſimiles natura/cenſet cõparabiles eẽ, & quoad intelligentiã ſunt exiſtimari cõparabiles. Sed uideẽ motum genus ſic accipere uelut cõmunitatem/q̃ æquiuoce prædicatur de motibus differentibus, quia alius eſt ſecũdum locum, & alius ſecũdum qualitatẽ, & alius ſecũdum quãtitatẽ, qa etiã hæc genera differunt inter ſe, & ob id infert ęquiuocorum differentiam/dicens cauſam erroris circa comparabiles/ & incõparabiles motus, quæ eſt quia motus uidẽtur ſimiles natura cum ſint æquiuoci, & ob id uidentur comparabiles.

Quãdo igitur altera eſt ſpecies, ſi idem in alio aut ſi aliud in alio? & quænam diffinitio, aut quo diſcernemus, quod idem eſt albũ & dulce, aut aliud, ex eo ne quia in alio videtur alterum, an quia omnino non idem? De alteratione autem, quomodo eſt æque velox alteri altera? Si itaque eſt ſanari alterari, eſt autem hunc quidem velociter, illum autem tarde ſanari, & ſimul quoſdam, quare erit alteratio æque velox. In æquali enim tempore, alteratum eſt. Sed quid alteratum eſt? æquale enim hic non dicitur, ſed vt in quantitate æqualitas, ita hic ſimilitudo. Sed ſit idem quod mutatur in æquali tempore, æque velox. Vtrum ergo eo in quo paſſio, an paſſione oportet comparare? hic igitur quod ſanitas eadem ſit, eſt accipere, aut quod neque magis neque minus, ſed ſimiliter exiſtit. Si autem altera paſſio ſit, vt alteratur id quod dealbatur, & id quod ſanatur, his nihil ineſt idem, neque æquale, neque ſimile, vt iam hæc ſpecies faciunt al-

Com. 31.

Tex. 32.

terationis. & non eſt vna, vt neque latio. quare conſiderandum eſt quod ſunt ſpecies alterationis, & quod lationis. Si igitur quæ mouentur ſpecie differunt, quorum ſunt motus ſecundum ſe & non ſecundum accidens, & motus ipſi ſpecie different. ſi autē genere, genere. ſi vero numero, numero. Sed vtrum oportet ad paſſionem Tex. 33. reſpicere, ſi eadem ſit aut ſimilis, ſi æque veloces ſint alterationes, an ad id quod alteratur, vt ſi huius quidem tale dealbatum ſit, huius autem tantum, an ad vtrunque? Et eadem quidem aut alia, paſſione, ſi paſſio eadem ſit. æqualis autem aut inæqualis, ſi illud ſit inęquale?

Com. 32. Cum dixerit ea q̃ differunt ſpecie incomparabilia eſſe, & ea quæ nō differunt eē cōparabilia, quęrit deinde qñ fuerit altera ſpēs, & differens, num qñ ſubiectā different, & ſpēs altera eſt quæ eſt in ſubiectis differentibus, ut albū in æquo, & hoīe. Nū ergo quæritur ſit altera ob differentiā ſubiectorū, uel non ſufficit ſolum, ut ſubiectū habeat differentiā, ſed oportet ultra differentiam ſubiecti etiā eſſe ſpēm differentem, quare aliā ſpēm in alio ſubiecto habere ea dicuntur, q̃ differunt ſpē. Etenim diximus iam quod unius unū eſt capax, & qđ mutuo ſe cōſequūtur ſubiecta, & ſpēs in ipſis, & ſi altera fuerint ſuſceptiua, & q̃ in ipſis altera ſunt, et ſi ſubiecta ſimilia ſpē ſunt, etiā quę in ipſis ſunt eiuſdem naturę dicētur. Quorū enim ſuperficies cū ſit ſimilis natura ſit primū capax, hæc erunt eiuſdē naturæ inter ſe, & ſi nō fuerint ſimilia ſpē ut colores. Quęrit ergo quis terminus, & quō diſcernemus, qñ idem ſignificat albū, aut dulce tanq̃ unū, & eandem naturā habens, ut qñ intueremur in cīne, & equo album, uel alterū, & alterum, qñ in ſuperficie, & uoce, & dulce in ſapore, & in uoce. Vt ergo nō erremus in pticularibus, quis terminus, & q̃ ſententia eſt habenda huius diſtinctionis? An forte ut uidebatur Protagorę, qđ ſenſus erat iudex idoneus taliū, ut quodcūq; uideretur ſenſui, hoc uerū eſſe iudicandū eēt, ſiue idem, ſiue alterū ſenſus approbaſſet, & nūciaſſet. Aut nō oportet ſenſui, & phantaſiæ q̃ ab eo ꝓficiſcitur cōmittere iudicium, cum plerūq; hi ſenſus decipiantur, ſed q̄renda eſt rerum natura rōne, quā ſenſus uelox, & tardū motus in recta, & orbiculari iudicat eē uelut ſimilia natura. Cū igitur hæc dubitaſſet de intelligentia lationis, quāuis lationē non nominet, cū fecit mentionem de albo, & dulci quo circa extendit dubitationem etiā ad alios motus, & mutationes, q̄rens quō oportet etiā in illis inuenire cōparabiles, & incōparabiles ubi q̃ eodem ſunt, & q̃ non determinat. Et primū cū mentionē feciſſet de alteratione, oſtēdit, quod etiā alterationes ſunt cōparabiles. Eſt enī recuperanda ſanitas uelocius, & ſegnius in diuerſis corporibus, & aliqñ ſimul in aliq̄bus, qđ ſi ſanari eſt alterari nimirū alteratio quoq; erit ęque uelox, in ęquali tempore, ſed non erant æque uelocia in latione ſimplr, quę in æquali tēpore mouenť, ſed qñ ęquale in æquali moueret. Aequalia aūt ſpatia ſunt, q̃ ſunt eiuſdem menſuræ, ſed in alteratione erit aliquod ſcđm quod alteratur alteratum. Idq; erit qualitas. Mutatio enim ſcđm qualitatē eſt alteratio, ſed ęquale nō dicitur de q̄litate, ſed ęqualitas eſt in quāto, ut in qualitate ſimilitudo, ut ēt in ꝑdicamētis determinatū eſt. Cū ergo his pulchre imitatur. Eſto inq̄t in alteratione ęque uelox eē idem cū ipſo mutari in ęquali tēpore cōmune nomen eiuſdē, & æqualitatis ac ſimilitudinis inueniēs. Et dubitat deinceps utrū idē in alterationibus q̄rendū ſit in ſubiecto in quo eſt affectio, an in ipſa affectione, ideſt utrū ęquales uelocitate dicēdę ſunt alteratiōes, q̃ fiūt, in eodē tēpore qñ alterātur ſubiecta, aut qñ ſm ipſas paßibilitates fiūt. Et inq̄t qđ in ꝓpoſito exēplo de ſanitate ęque uelox eſt ſanatio hanc effectionē ideſt ſanitatē ſm quā mutanť, qui ſanitatē recuperant eē eadē ſpē, ut oculorū uerbi gratia, & nō alterius partis, an quia ſanitas ſimplr, ſed non alia affectio eſt. Et hoc oportet addere ſanitatibus æq; uelocibus, qđ neq; magis, nec minus, ſed ſimiliter inſint. Quod enī eſt in lationibus, non æq; uelocibus ferri, aliqñ ocius, aliquādo tardius, hoc uidetur ipſis alterationibus nō æq; uelocibus eē, ipſum alterari aliqñ citius, aliqñ ſegnius, q̧ ſi affectio nō eadē fuerit, ſed alia, & alia, ut albefieri, & ſanari, nihil erit i his ſcđm qđ cōparabuntur. Neq; enī æquale, ut in quātis, neq; ſimile, ut in qualibus, neq; idē, qđ quidē cōmuniter in utriſq; dicit. Et cām ſubiūxit. Nā ſecūdum qđ affectionū differētia ſcđm quas eſt alteratio, illico facit differētes ſpēs alterationis, et ſi circa idē ſubiectum fiāt. Et oportet in his uerbis qñ dicit. { Vt iā hęc ſpēs faciunt alterationis, } illud » ſcilicet etiā aſpirare. Nā dictū eſt ēt » in latione, qđ diſſimiles motus ſpē nō ſunt cōparabiles. Si ergo, & differentiæ lationis, & alterationis ſecundū ſpēm ſunt cauſę, cur ſint incōparabiles, diuidēdę erāt ſpēs alterationis ab ipſo & lationis, ut ꝓpoſitas cognoſceremus quō differāt inter ſe, & quō nō. Sed nūc ꝑtercurrit diuiſionem uniuſcuiuſq; motus, in ſpēs ſuas indiuiduas, & cōmunē methodū affert, a cōmunitate differentiarū accepta. Quæ enim differunt, ut ipſe demōſtrauit, aut genere, aut ſpē, aut numero differunt, igitur ſcđm quā differentiā ea quæ mouētur differunt inter ſe, ꝓfecto nō ſcđm aliquid aliud, q̄ ſecūdum ea q̄bus mouenť. Nam hæc dixit quorum motus ſi ſecūdum genus fuerit idē, & motus ſecūdum genus inter ſe erunt diſtincti, ut ſi augeť aliud, et aliud albefiat, & incremētum differt genere ab albefactione. Etenī alter eſt ſecundū quātitatē, & alter ſecūdum qualitatē, q̃ ſunt eius qđ eſt differentia genera, qđ ſi ſpē differunt ea q̃ mouenť ſcđm quod mouentur, ēt motus ſpē differēt, ut albefactio, a nigrifactione, quod ſi non ſpē ſed numero ſolo differētia ineſt, his q̃ mouenť ſecūdum qđ mouenť, & ipſi motus numero inter ſe erunt diſtincti, & ipſi ſoli erunt cōparabiles, qui ſolo numero diſcrepant, & ſunt ſimiles ſpecie, & genere, quare qđ de latione nō determinauit, hoc nunc apertius fecit, quod diuerſitate, & identitate eorū q̄bus fit motus diſcernēda ſunt cōparabilia, & incōparabilia. Cæterū illa uerba, { Quorū ſunt motus, } dicit q̄a » oportet differentiā eē, in his quæ mouētur per ſe, & nō per accidens, ut ea quæ mouenť ſecūdum illa quibus mouentur differant ſpē, ut alterū qđ albefit, & alterū qđ ſanū fit. Nam horū ſunt motus albedinis, & ſanitatis, & his per ſe differūt ſpē, ideſt ſecūdum albationē, & ſanationē, ſed nō per accidēs, q̄a alius ē equi, & alius hoīs. Hoc enī nō eſt ſecundū quod mouētur ſpē differre, ſed ſecundū qđ ſunt, ꝓpter qđ, & uidetur differre nō differens, quia neq; illa differunt, q̄bus motus fit. Vnde cū ſic differentia, & identitate affectionis cōparabile, & incōparabile, in alterationibus determinet quatenus fiūt, ſecūdum paßibilitatem, & uelit addere quoq; differentiā ſecūdum ſubiectū interrogat rurſus, utrū ſi æq; ueloces ſint alterationes, oporteat huius rei cām afferre ſolam paßibilitatē, uel magis ſimile. Nam hoc nomē cōuenientius eſt qualitati, & alterationi, ut idē ſubſtantiæ, an potius ſubiectū, & id qđ alteratur qñ in unoquoq; alteratorū fuerit æquale alteratū, ut ſuperficiei qñ fuerit, id qđ mutatū eſt æquale, in ęquali tēpore. Et cū paulo ante hoc dubitaſſet qñ dixit, utrū ergo in quo affectio, id aut ipſam affectionē oporteat cōparare. Et cū cām efficiat ipſam affectionē, nūc addit id in quo eſt affectio, dicens oportere ad ambo reſpicere, & ad affectionē, ſi eadem aut ſimilis ſit, & ad ſubiectū ſi æquale, & ſic exiſtimare ambo cōparabilia, ſed ſecūdum affectionē ſimilia, uel diſſimilia, uel eadē, uel diuerſa, & ſecūdum ſubiectū æqualia, aut inęqualia, ſic autē erit alteratio eadē, ſi fuerit affectio, & paßibilitas eadē, & inęqualis, ſi inęqualia fuerint ea q̃ recipiūt ſubiecta, & ecōtra. Egdē q̄dā ē ęq̄lis & uō ſil'is neq; eadē.

Et in generatione autem & corruptione, idem Tex. conſiderandum eſt, quomodo æque velox generatio eſt, ſi in æquali tempore generetur idem & indiuiſibile, vt homo, ſed non animal. velocior autem, ſi in æquali, aliud. non enim habemus ali-

quod duorum in quibus ipſa diuerſitas vt diſſimilitudo. Et ſi eſt numerus ſubſtãtia, maior & minor numerus eiuſdem ſpẽi eſt. ſed eſt innominatum quod cõmune eſt, & vtrunq; vt maior paſſio aut excedens magis, quantum autem maius.

Com. 35. Cauſas comparabilium/& incomparabilium mutationum ut lationis/& alterationis cum dediſſet atque incrementum/& diminutionem omiſiſſet, ad ortum/& interitum ſeſe tranſtulit. Verum omiſit incrementum/& diminutionem uelut nota ex prædictis. Nam ſimilibus ſpecie in æquali tempore æqualis facta additio per totum ęque uelox eſt incrementum/& diminutio talis ablatio eſt/ ęque uelox. Etenim æquale/ & in ipſo incremento/& diminutione, ita dicitẽ/ut in latione. Sed hoc uelut apertum prætermiſit. Quærit autẽ de ortu/& interitu, quomodo ortus ortui/& interitus interitui, æque uelox dicitur, & uelut dubitans/& interrogans inquit num æque uelox dicatur ortus, ſi in æquali tempore eadem ſpecie, & indiuidua ſecundũ formam fierent, ut homo, ſed non ſecundum genus idem/ ut animal. Sed uelocior eſt ortus, quando in ipſo æquali tempore non idem fuerit factum, ſed alterum, ut ſi hominum qui fiunt alter iam factus erit homo/in æquali tempore, uel in eodem, & alter nondum, ſed eius aliqua pars/in eodem fuerit facta, ſed nondum ipſa. Sed cum dixerit uelocius ſi alterum fuerit factũ aliquid/& non idem. Reſpondet pro hoc dixiſſe alterum/& nõ proprium nomen ponere. Non enim habemus, inquit, quædã duo quæ diuerſitas mutationis ſecundum ſubſtantiam ſignificet, ut in mutatione ſecundum qualitatem diſſimilitudo magis & minus ſignificat, & in mutatione ſecũdum quantitatem inæqualitas ideo ſignificat maius/& minus, non ſic inquit in ortu habemus communiter accepta diuerſitas habetur quæ duo aliqua ſignificet. Cum ergo uelit etiam in mutatione ſecũdum ſubſtantiam inuenire nomen proprium/quoniam inquit ſubſtantia cuius generatio eſt, ex numeris componitur uelocior ortus dicendus eſt/& tardior/& omnino non æque uelox quãdo in eodem, uel in æquali tempore hoc maior, aut minor numerus ſimilis ſpecie fieret, ut quando eorum hominum/qui fierent in eodem, uel æqual. tempore alterius maior numerus fieret, quaſi plures partes numero fiant, & alterius pauciores, ſed quando erunt perfectæ erit alter uelocior factus, alter uero ſegnior/cum ex æqualibus humanis numeris ſint compoſiti ambo, ſed in mutatione ſecundum affectionem/commune comparationis inæqualium ulociorum nominatum eſt/cũ appellatur diſſimilitudo, & utrunque eorum ſub communi aliud eſt magis, & aliud minus, & commune ſecundum quantum eſt inęquale, ſed eorum ſub idem aliud maius/& aliud minus. Verũ cum ipſe propoſuerit utrunq; dicere ſat ſibi fuit nominaſſe magis/& minus excedentia. Sed quomodo dixit commune in ortu uacare nomine, ſi quidem diuerſum ipſi congruat. Niſi quia diuerſum eſt commune. Etenim diſſimile, & inæquale ſunt diuerſa. Item numerum dixit ſubſtantiam ſecutus, uel Pythagoreos, qui tradunt principia rerum numeros.

Audi felix numere beatorum hominum pater.

Aut quia ſecundum quoſdam homines definitos elementorũ & omnium ortus, & conſtitutiones abſoluuntur, quocirca neque humanarum artium/quæ imitantur totum opificium, nulla poteſt ſine numero conſiſtere.

Tex. 35. Quoniam autem mouens, mouet ſemper aliquid, & in aliquo, & vſque ad aliquid (dico autem in aliquo, quia in tempore. vſque ad aliquid autem, quia per quantam aliquam longitudinem. ſemper enim ſimul mouet & mouit. quare q̃tum aliquid erit ꝑ quod motum eſt, & in quanto) ſi igitur A eſt mouens, B autem id quod mouetur, per quam autem motum eſt, longitudo C, in quanto autem tempus, in quo D. In æquali igitur tempore, æqualis potentia ipſi A, dimidium ipſius B per duplam ipſius C mouebit. per lineam autem C, in dimidio ipſius D. ſic enim erit analogia. Et ſi eadem potentia idem in hoc tempore per tantam mouet, & per dimidiam, in dimidio mouebit. Tex. 36.

Com. 34. Propria & hæc ratio eſt/de comparatione motus/& aſſimilatione, etenim hic aſſimilat mouens, & motum quærens eorũ inter ſe proportionem, idque in alteratione, latione, & incremẽto/& diminutione. Nam quærit an ut multiplicata potentia aliis cuius potentiæ mouentis aliquid multiplicatum moueat illud ſic etiam multiplex mouentis aliquid potentiæ moueat, multiplex illius quod mouetur, ut ſi centum homines moueant nauem, num & unus moueat centeſimam nauis partem, aut pondus. Comparat ultra tempus/& interuallum motus mouentẽ potentiam, & id quod cietur, ut ſi potentia quæ mouit hoc aliquid, ut hanc nauem/in tanto tempore/tantum ſpatium abſoluens, an dimidium nauis in eodem tempore duplum ſpatium abſoluendo cieret, & ſi dimidia potentia idem ſpatium in eodẽ tempore abſolueret, dimidium eius quod mouetur an à tota moueretur/in eodem tempore. Item ſi ut tota potentia dimidium eius quod mouetur/in aliquo tempore ab ipſa, per aliquod ſpatium/in dimidio temporis idem ſpatium abſolueret, ita & dimidium potentiæ totum in aliquo tempore/ quod mouetur à tota, in duplo huius temporis moueret/& abſolueret. Hæc quandam nobis ingerit, ſuſpicionem tanquam ſeruent proportionem, non ſic autem ſe habet/ut uidetur. Et primum rationẽ facit de latione, & ſic oſtenſa de ipſa poterunt accommodari etiam aliis motibus. Prius ſumit uelut manifeſtum, omne mouens aliquid mouere. Non enim poteſt mouere. & nihil mouere, ſed ut omne quod mouetẽ ab aliquo mouetur, ſic & omne quod mouet aliquid mouet. Item ſumit quod mouẽs in aliquo tempore mouet, quia nequit motus fieri ſine tempore. Item quod mouet uſque ad tantum. Nam tantam longitudinem mouet id quod ciet ſecundum lationem. Et alia uelut manifeſta prætermiſit, & huius demonſtrationem ſubiunxit ex prius oſtenſis. Si enim omne quod mouetur iam mouebatur, & mouens iam mouebat ob ſectionem motus in infinitum, ubi non poteſt accipi principium motus, quod ſi mouens iam mouit, & quod iam mouit aliquod ſpatium abſoluit, igitur mouens omne aliquod ſpatium quantum abſoluit. Non enim poteſt aliquid moueri, niſi tantum ſpatij peragrauerit, quare omne mouens aliquid mouet, & in aliquo tempore/& interuallo. Hęc aſſumens prius uelut effata reliquum proficiſcitur ad proportiones mouentis ſecundum lationem/ & eius quod mouetur ab ipſo ac temporis, & interualli. Accipit autem mouentem potentiàm a/& quod mouetur ab ipſa graue b/& longitudinem ue motus/& intercapedinẽ motus quã abſoluit a/potentia graue b/mouens, ponit g/& tempus in quo d. His autem poſitis primum diuidens graue inquit æqualem potentiam, uel eandem dimidium grauis per duplum ſpatium mouet in eodem tempore/deinde & tempus diuidens, in dimidio temporis inquit dimidium grauis, per eãdem longitudinem à principio abſoluetur. Sic enim proportio ſeruatur. Si enim erit aliquid graue decem talentorum mouẽs in hora, per ſpatium unius ſtadij, hoc quinque talentorum in hora duo ſtadia conficiet, ſed in ſemihora unum duntaxat ſtadium. Deinde diuidens ſpatium graue/manente ut à principio/ſimul diuidit tempus. Nam eorum quæ petijt erat a/potentia b/graue, dimidium g/conficiet in dimidio d/temporis. Si enim aliqua potentia rurſus graue decem talentorum mouerit/per unum ſtadium in una hora, idem põdus per ſemiſtadium in ſemihora abſoluet. Vnde tres proportiones ipſe ſic ſeruantur, in eodem tẽpore eadem potentia minus onuſtum traducet per maius ſpatiũ/& tanto magis, quãto

minus ponderis erit. Vt ergo dimidium ponderis ad totũ pondus. ita duo ſtadia ad unum ſe habent, ſiquidem tanto maius ſpatium/quanto minus pondus abſoluit, & uiciſſim ergo/ut totum pondus ad ſtadium, ſic dimidium ponderis/ad duplum ſpatij. Secunda uero proportio eſt/quæ dicit dimidium grauis interuallum unius ſtadij/in dimidio tempore moueri, ſic neceſſitatem habet, ut totum pondus ad dimidium, ſic totum tempus ad dimidium/& uiciſſim, ut decem talenta ad horam, ſic quinque ad ſemihoram. Hanc tamen Alexander primam poſuit proportionem/primam exiſtimo prætermittens. Secundã autem poſuit dicentem, ſi tota potentia dimidium grauis, in dimidio tempore abſoluit interuallum unius ſtadij, in toto tempore duplum abſoluet ipſius interualli/ quod eſt unius ſtadij. Et proportio manifeſta eſt. Vt enim ſemihora ad horam, ſic ſtadium unum/ad duo/& uiciſſim, ut ſemihora ad ſtadiũ, ita duo ſtadia ad horam. Et eſt hæc conſequens aliquo modo illã ante hanc quæ ſeruat idem ſpatium/& tempus partiens/ non tamen ipſam exiſtimo poni ab Ariſtotele. Tertia uero eſt proportio/quę diuidit ſpatium/& manente pondere, ut erat à principio/dicit/ quod uelut ſpatium unius ſtadij ad dimidium, ſic hora ad ſemihoram/& econtra, ut hora ad ſtadium, ſic ſemihora ad ſemiſtadium, quare ſi tota potentia mouebat totũ pondus/in hora perſtadiũ, ſemiſtadium abſoluet in ſemihora.

Et dimidia virtus, per dimidium mouebit in æquali tempore, per æquale. vt ipſius A potentiæ ſit dimidia potentia E, & ipſius B, ipſum F dimidium. Similiter igitur ſe habet, & ſecundum analogiam, virtus ad grauitatem. Quare per æquale & in æquali tempore mouebunt. Et ſi E, ipſum F
Tex. 37. mouet, in ipſo D per lineam C, non neceſſarium eſt in æquali tempore id in quo E, duplum ipſius F mouere per dimidiam ipſius C.

Com. 35. Quartam proportionem nunc adducit. Primo potentiam partiens/ac ſimul pondus, & oſtendens quod dimidia uirtus ſeu potentia dimidium pondus in toto tempore/quo tota potentia totum pondus mouebat æquale interuallũ illi quod eſt à principio abſoluet. Eadem enim proportio manet potentię ad pondus, quod etiam ipſe cauſam fecit. Vt enim a/ uirtus ad b/pondus, ſic dimidium ad dimidium/quare æquale in æquali tempore abſoluet. Deinde & quintam addit, in qua potentię rurſus dimidium accipit. Sed idem pondus à principio, & tempus illud d/& dicit quod dimidium abſoluet longitudinis c. Si enim tota potentia/totum pondus in aliquo tempore/ tantum ſpatij abſoluit/& dimidium potentiæ in eodem tempore idem pondus per dimidium ſpatij mouebit. Vt enim tota potentia ad totum ſpatium, & dimidium ad dimidium, & econtra. Etenim in eodem tempore minor potentia minus ſpatium abſoluit, & tanto minus quanto ipſa minor. Et ſi fuerit idem ſpatiũ ad tempus, habebit potentia oppoſitam proportionem. Nam minor potentia idem interuallum in maiori tempore abſoluit quam maior/& tanto plus temporis conterit, quanto ipſa minor eſt. Sed nunc propoſitam proportionem, in qua potentiæ proportionale interuallũ minus fieri demonſtrauit/procedens confutabit per ſequentem contextum tanquam non ſemper quadret. Eſt enim aliqua pars potentiæ mouentis nauẽ ſi centum homines traxerint ipſam/per intercapedinem unius ſtadij. Et uis unius hominis/quæ non ſolum centeſimam partem ſtadij/nequit nauem trahere, ſed ne quantãcunq; minimam. Sed adducitur & huiuſmodi quædam ſcriptura huius contextus, & ſi e/moueat f/in tempore d/per longitudinem c/non neceſſe eſt/in æquali tempore id ſupra quod e/duplũ ipſius f/grauis abſoluere dimidium ipſius longitudinis c/ & quod dicitur in hac ſcriptura uerius eſt/& conſonans inferendis.

Si igitur A ipſum B mouebit in ipſo D, per tantam quãta eſt linea C, dimidium ipſius A in quo E, ipſum B non mouebit in tempore in quo D, neque in aliquo ipſius D, per aliquid lineæ C, ſecundum quod analogum eſt ad totam C, vt A eſt ad E. omnino enim, ſi contigerit, non mouebit aliquid. ſi enim tota virtus per totam mouit, dimidia non mouebit, neque per quantamuis, neq; in quantouis. vnus enim mouebit nauem ſi nauem quidẽ trahentiũ diuidatur virtus in numerũ & in longitudinẽ per quã oẽs mouerũt.

Per uerba ante hæc demonſtrauit/ quod ſi dimidia uirtus/ Com. 36. aut robur dimidium ponderis moueret/ per aliquod ſpatium in aliquo tempore, & duplum pondus mouebit eadem potentia/per dimidium ſpatij/in eodem tempore, ſed per hæc uerba deſtruit dimidium robur/poſſe totum pondus mouere/ in eodem tempore per dimidium ſpatij. Videtur ergo prius dictum in his duntaxat dici de quibus conceditur, alia mouere, & alia moueri. Sunt enim quædam quæ ſic ſe habent inter ſe/ut totũ ſit motiuum totius, & dimidium dimidij proportionabiliter/& dimidium totius, uel fiat interuallum minus, uel tempus creſcat. Et patet quod in talibus/ eſt uerum dicere, quod in quo tempore tota uis totum pondus mouet per tantum ſpatij, in eodem tempore dimidium ponderis à dimidia uirtute mouebitur per dimidium ſpatij, & idem pondus à dimidia uirtute in eodẽ tempore dimidium ſpatij abſoluetur, aut totum ſpatium in duplo tempore. Non enim omnino dimouere illud dictum eſt, ſed quia ſi moueret ſecũdum impoſitam proportionem moueret. Non enim omnino dimidium potentiæ erit dimidium dupli ponderis. Item magis non omnis potentiæ pars omne pondus/qualecũque minimum ſpatium abſoluendo mouebit/in qualicũque maiori tempore. Dicit ergo quod ſi tota uis uelut a/moueret aliquod pondus b/ per aliquod ſpatium c/in tempore d/non amplius dimidium potentiæ a/ut ipſum c/totũ pondus b/in tempore d/aut in aliqua parte ipſius mouebit pertranſiens aliquam partem ipſius c/interualli, quod quidem ad totũ c/in eadem proportione erit, in quo tota potentia a/ad ſuam partem quam f/nominauit. Nam c/ponebatur dimidium ipſius. Sed non uult in dimidio ſolo totam fieri rationem. At igitur in qua parte (quocirca non uſus eſt e/ſed f/ut ſit uelut tota potentia a/ad qualẽcunq; ſuam partem f/ ſic totum ſpatium c/ ad aliquam partem earum quæ ſunt in ipſo. Neque igitur e/inquit quod eſt dimidium a/potentiæ mouebit b/pondus in ipſo d/tempore, neque in aliqua ipſius d/temporis parte per ipſius c partem interualli quod eandem habeat proportionem ad totũ ſpatium c/quam habet pars ſumpta ipſius potentiæ a/ad totã a/potentiam. Neque enim pars ipſius a/totum b/mouebit partem ipſius c/neque in ipſo tempore d/neque in parte ipſius, cõtingit enim ut pars ipſius potentiæ a/neque omnino b/moueat neque in multiplicato tempore d/per quoduis ſpatiũ. Si enim uirtus mouens cum proportione ad ſpatium in quo motus, diuideretur ut tota uniuerſum pondus/per totum ſpatium mouit, & dimidia uirtus dimidium eiuſdem ponderis per dimidiũ ſpatij, & tertia pars uirtutis/tertiam ponderis mouebit. Nauis quidem ſi a centum hominibus/per tantum interualli traheretur & ab uno traheretur centeſima pars per ſpatium, per quod cẽtum mouerunt/qui trahebant nauem, quod fieri nõ poſſe uidetur. Sed ex hoc exemplo patet, quod a/& f/de mouente potentia poſuit, & a/pro tota, & f/pro quantacũque quam pro e/accepit, quia e/definite dimidium ſignificabat. Verum obſcurus eſt, cum dicat/ut pars ipſius c/ad totam ipſam, ſic f/ad a/ſed non a/ad f/quod ſi f/non ut pars quantacũque potentiæ accepta eſt ab ipſo, ſed ut dimidium ponderis, ut prius quando dixit, & ipſius b/ponderis f/dimidium, quia potentia a/ pondus b/ in ipſo d/tempore/per ſpatium c/ mouebat, patet quod in eodem tempore dimidium/ipſius b/grauis id eſt f/ per duplũ

interuallum ipſius c/mouebit. Pro hoc igitur dixit, quod quam rationem habebit pars ipſius c/interualli ad totum c/aut totũ c ad duplum ipſius dixit, ut a/ad f. Sic Alexander uolens non uelut nouum hic inſeri/neq; ſine occaſione dici hoc ut f/ad a/pro hoc ut a/ad f/exiſtimo incredibilem expoſitionẽ intellexit. Non enim dixit Ariſto. quod neque in aliquo ipſius d/ipſam c/uel duplam ipſius dimidia ipſius uirtutis a/mouebit. Si enim c/ſpatium non poteſt mouere pondus b/dimidia ipſius a/potentia q̃ eſt e/in tempore d/multo magis, per duplum ipſius c/longitudinis non mouebit. Melius igitur hoc uel proportionale eſſe ad totam c/de parte ipſius c/intelligere, ut dictum eſt prius.

Propter hoc Zenonis ratio non eſt vera, quod
ſonet milij quæuis pars. nihil enim prohibet non
mouere eum aerem, in vllo tempore quem mo-
uit dum caderet totus modius. neque itaq; pars,
tantum quantum mouebit cum toto, ſi ſit per ſe,
hoc mouet. neque enim vlla eſt, niſi potentia in
Tex. 58. toto. Si vero duo, & utrunque horum utrunque
mouet per tantum in tanto, & compoſitæ poten
tię compoſitum ex ponderibus per ęqualem mo
uebunt longitudinem, & in ęquali tempore. ana
logum enim eſt.

Com. 57. Cum dixerit quod non erit, ſi tota potentia totum pondus mouit in aliquo tempore, per aliquod ſpatium, ut & iam dimidia uirtus totum pondus/in eodem tempore moueat, per dimidium/aut aliquam partem ſpatij. Neque enim omnis pars potentiæ mouentis totum pondus/erit motiua totius neq; in quantocũque tempore, neque per quãtumcũque ſpatium. Ob id ſoluit etiam Zenonis Eleati rationem/qua uicit Protagoram Sophiſtam. Dixit enim Heus Protagora dic mihi, An ſi caderet unum granum milij ſtrepitum facit, an mileſima pars milij? Et ille reſpondit, non. Sed ſi modius milij ceciderit faciet ſtrepitum/an non? At ille reſpondit modium ſtrepitum facere. Cur igitur/dixit Zeno non eſt proportio modij milij/ad unum/& mileſimam partem unius, & cum ille affirmaſſet, tum Zeno cur igitur/& proportiones ſtrepitum eodem modo non erunt. Nam ut ſunt quę ſtrepitum edunt, ita ſtrepitus ſunt. quod ſi ita ſe habet res, ut modius milij ſtrepitum reddat, profecto unum granum milij/& mileſima pars milij ſtrepitum efficiet. Zenonis ergo ratio ſic interrogauit. Sed Ariſtoteles ſoluit dicendo, non omnem potentiam omnis magnitudinis motricem eſſe neque in quantocunque tempore. Et ſi modius ergo moueat tantum aeris/quantus motus faciet ſtrepitum, non eſt neceſſe, ut etiam pars modij poſſit tantum aeris mouere, quantus ſtrepitum edet, ſed etiam tantam aeris partem, uel ponderis uniuſcunque quantum pars potentiæ moueret exiſtens cum tota potentia, ſi per ſe erit pars potentiæ/non mouebit tantam ponderis partem, ut ſi centeſimam partem nauis unus traheret centum cum alijs mouentibus ſecundum ſeipſos nauem ponderis centeſimi, non ſolus & unus per ſe centeſimam partem nauis diuiſam traheret, & ſi uideatur tantam partem grauis ab unaquaque potentiæ parte ſimul toto exiſtente moueri. Huius cauſam aſſignauit quia non ſunt in toto partes actu, ſed potentia q̃ñ eſt totũ, quare neq; tũ cẽteſima pars potẽtię moueret cẽteſimam grauis. Q̃d' enĩ nõ eſt actu, hoc neq; mouet/neq; mouet actu, ſed diuiſa inq̃t potẽtia nõ ſeruatˀ proportio, ſed compoſita ſeruatur. Si enim duo quædam inquit ſeparata inter ſe utrunq; ipſorum utrũque pondus mouet, & ipſa ſeparata inter ſe aliqd' ſpatium in aliquo tempore, & compoſitæ duorum mouẽtium potentię duo compoſita pondera per idem ſpatium in eodem tempore mouebunt. Nam eſt proportio utriuſq; ſimul mouentium ad utrũq; quod mouetur, ſic etiã ambo mouentia ad ambo quæ mouentur, quare & totum aggregatum/in ipſo tẽpore per tantum interuallum mouebit, ſed quia neq; unũ granũ milij/aut una ſpica, neq; mileſima pars milij ſtrepitum edet, neq; nimirum unus trahens nauẽ totam nauem mouebit/per quãtũcunque ſpatium minimum/in quãtouis plurimo tempore/ut patet. Sed quærit cauſam ob quam ſeruetur ꝓportio forte in tota dimidiæ potentiæ, & grauis & non ad quoduis/& totum procedit. Nam partes potentia eſſe in toto/& non actu dicens non uidetur aſſignare cauſam exiſtimo/quæ quæritur, ſed ſolum id dicit quod cum potentia ſint in toto, neque cient/neque cientur, quare non eſt/ex continuis partibus cogere hoc ut diuiſæ moueant/& moueantur. Sed nõdum eſt manifeſtum/cur non ad omne uſque & totum procedat proportio. Quod ſi q̃s diceret uſque ad omne adhuc aliquid abſurdius occurret mouere ſcilicet hominem montem Thraciæ Athon, ſi forte diuiſus eſſet à terra. Nam ſi unum lapidem ipſius montis moueret per aliquod tantum ſpatium in tanto tempore, cur non & totũ in multiplicato tempore/per multiplicatum ſpatium mouebit. Sed hac ꝓportione mouentis, & eius quod mouetur/& interualli inſtrumentum ponderandi Archimedes fabrefecit, quod appellatur Chariſtion/quoniam ad totum, uſque procedit proportio & mirandum in modum laudauit his uerbis.

Quo uado/& moueo terram.

Dicendum ergo quod etiam prius breuiter dictum eſt/quod non omnis potentia apta eſt mouere omne pondus/neque per quantũcũque minimum ſpatium, neque in quantocũque plurimo tempore, ſed neque omnis magnitudo apta eſt ſtrepitum edere, ſed eſt aliquis terminus potentiæ minime, quæ diuiſa non amplius poteſt mouere, neque per quantũcunque ſpatiũ neque quantũcunque pondus & cum moueatur magnum põdus ab ipſa/ſi augetur, non amplius poteſt moueri ab eadem, neque per quantũcunque interuallum, neque a quauis potentia mouente ſecundum uim corpoream. In medio autem ſunt termini potentiarum ad onera, & ſpatia, & tempora in quibus & diuidi poteſt proportionabiliter/& componi. Omnes enim partes uirtutis tantæ uſque ad minimum/ad hoc ſunt/& unaquæque poteſt mouere pondus/quod quidem tota mouet diminuto ſpatio, uel aucto tempore/ſecundum æquam proportionem. Cæterum patet quod uirtutum potentium mouere/& ponderum quæ ſunt apta moueri, & ſpatiorum/& temporum ſunt quædam commenſurationes, & incõmenſurationes mutuæ. Nam hæc uis hoc pondus per tantum ſpatij in tanto tempore apta eſt mouere, & aliquid plus ponderis, per minus ſpatij/in maiori tempore. Sed hoc pondus non eſt aptum natum/neque per quantũcunque ſpatium/neque in quantocũque tempore, propter ergo has differentias quædam habent proportionem inter ſe, quædam uero non. Sed hæc cauſa/& ſtrepitus ad ea quæ ſtrepitum efficiunt cogit uſque ad aliquid procedere. Non enim omnis magnitudo poteſt tantum percutere/ut ſtrepitum edat, ſed ſtrepitus reliquit magnitudinem, ut magnitudines proportionem habeant, & ſi quantũcunque fuerint minime, ſed ſtrepitus non habent proportionem. Verum hæc ſunt digna quæſtione/& contemplatione ſeparata per ſe, ſed ad cætera proficiſcendum eſt.

Non igitur ſic eſt, & in alteratione & in aug- Tex. 59.
mentatione? aliquid enim eſt augens, aliquid autem & id quod augetur. in quanto autem tempore, & quantum, aliud quidem auget, aliud autem augetur. Et alterans & id quod alteratur, ſimiliter. & aliquid & quantum ſecundum ipſum magis & minus alterata ſunt, & in quanto tempore. in duplo duplum, & duplum in duplo, dimidium autem in dimidio tempore, aut in dimidio dimidium, aut in æquali duplum. Si uero alterans aut augens, tantum in tanto, aut auget, aut alterat non neceſſe eſt & dimidium in dimi-

do,

dio,& in dimidio dimidium. Sed ſi contigerit, nihil alterabit, aut augmētabit, ſicuti & in pōdere.

Com. 38. Cum oſtendiſſet in latione qua mouent/& mouentur ſecūdum locum ꝓportiones/ad aliquid uſq; procedere,& nō uſq; ad totū,deinceps quærit,ſi ita ſe habeant alij motus quo ad proportionem,ideſt ſi alteratio/& augmētum/ſic ſint. Et demōſtrat quod ſi alij fuerint iidem neceſſariū eſt/ & cōmēſurationes/& ꝓportiones horum uſq; ad aliquid ꝓcedere. Etenim ut in latione/aliud erat mouēs,& aliud quod mouetur, ſic etiam aliud alterat,& aliud alteratur,& aliud auget, et aliud augetur. Item alterans in tempore alterat/& augens auget, & aliquod quātum auget/& augetur,& aliud quale alterat , & alteratur aliud,ſed huius quātum ſm magis/& minus mēſuratur,qñ alterans/aut plus/aut minus/fuerit ſm potētiam/ſm quā alterat. Si ergo hæc eſſata etiam in his ſunt quæ de motu ad locum dicebātur,etiam illa quæ ducūtur ex ipſis eadē ſunt . Si enim b/ ab ipſo a/alteretur per quātum c/in tempore d/.n duplo tēpore/duplum alterabitur idem ab eodem alterāte,& duplum in duplo,& dimidium in dimidio tempre,& in dimidio dimidiū, aut aucta potentia in æq̄li tempore dupla potētia duplum alterabit. Eodem quoq; modo/& in augmēto. Sit enim oſtenſum eſt de motu ad locum. Haud tñ ſi tantum a tāto alteratur quadam alteratione/aut auctum eſt hoc augmēto,neceſſe eſt/& dimidium in dimidio,aut in dimidio dimidium alterari/aut ageri a dimidia uirtute,uel a dimidia totum in duplo tēpore alterabitur. Neq; enim dimidia uirtus totius eſt motrix,ſed ſi forte tanta ſit medietas,ut nō poſſit amplius alterās oīno augere,ſed in quibuſcūq; in latione ſeruabatur ꝓportio, in his etiā ſeruabitē motibus. Et ĩquibuſcūq; lationis motibus oñſum eſt nō procedere ꝓportionem,in his etiā alterationis, aut augumēti/nō procedet. Sit ergo hic finis huius libri ſeptimi quē īterpretati ſumus pro uiribus. Sed nihil nocet forte ſingula capita recēſere. Oſtendit porro initio ſtatim oē quod mouetur ab aliquo alio/ quā a ſeipſo moueri,ſiue id aīatum,ſiue inaīatum ſit. Deinde quod eſt primo mouēs/& nō in infinitum aliud/aliud mouet,ſed eſt aliquid quod mouet/quod nō cietur ab alio. Oſtēdit aūt idem ex hoc/ſi infinita eēnt mouētia/& ea quæ mouētur ſimul/& in eodem accidit,ut infinitorū motus fiat in tēpore finito,qđ fieri nequit,ut oñſum eſt Sexto libro. Deinde inſtat cōtra dictum, q̄ſi nihil ꝓhibeat motus īfinitorū ſimul fieri tēpore finito,ſed oportet oñdere/qđ unus infinitus ex oībus fit motus. Sic enim concluderetur/id quod fieri nō pōt. Oñdit ergo qđ mouēs ſecundū locum ꝓxime corporeū motū,& nō per aliud,neceſſe eſt, aut cōtinuum eſſe ei quod mouetur , aut attiguū dum mouet , ut ſint unū aliquo modo cūcta mouētia/& ea q̄ mouenť,ac unus ſit motus , ſed quia ex poſtulatione dicēte infinita eē quæ mouent,& mouenť,ſequebať īpoſe,ne quis dicat nihil eſſe oñſum q̄a ex poſtulatione ſequebať illud impoſe , pulchre ſubiunxit, qđ poſtulatio uelut cōtingens ſumpta eſt. Et cōtingente poſito/nō oportet aliqđ impoſe ſequi . Si ergo qđ fieri neqt ſequebatur,nō erat cōtingens,ut infinita eēnt mouētia, & q̄ mouentur. Sed cum utatur hoc,qđ ꝓxime mouēs corporeo motu,uel tangat,uel cōtinuū ſit neceſſe eſt/ei qđ mouetur,& ex hoc accipiēs mouētia/& ea q̄ mouētur uelut unū eē aliquomō/& ob id motum unū,& infinitū,ex quo ſequebať impoſe, petierat. deinceps hoc ipm oñdit/in tribus ſpeciebus motus, qđ ſimul ſit id qđ mouet & qđ mouetur,tāq̄ nihil ſit inter ea medium. Et primū in latione. Nam eorū q̄ mouētur,alia a ſeipſis/& alia ab alijs. Et q̄ a ſeipſis mouētur,ut aīata palā hñt ſimul mouēs/& motū. Nō enī ē aliqđ intermediū inter aīum/& corpus. Sed q̄dā extriſecus ui mouētur,aut pulſiōe,aut tractiōe/aut uectiōe aut uertigine. Etenī oēs alij motus ad hos reducuntur, & horū q̄tuor duos uectionē,& uertiginē redigens ad pulſionē/& tractionē/in hoc motus genere oñdit nullū intermediū cadere inter mouēs/& id qđ moueť/faciēs demōſtrationē ex definitione pulſionis/& tractionis,deinde qđ ēt inter alterās/& id qđ alteratur/nō ē mediū oñdit. Si.n.corpora ſunt ſm paſſibiles q̄litates alterātia/& alterata, neq; corpus in ſeparatū corpus agit , neq; q̄litas ſine corpore agit,ꝑfecto nō erit aliqđ intermediū inter alterās/& id qđ alterať. Nā & ſi aer itermedius ſit,hic erit ꝓxime mouēs. Deinceps qđ nihil ſit intermediū inter primo augens,& id qđ augeť/neq; inter diminuēs,& id qđ diminuitur oñdit,ſiquidē primo additū augebit/ & primo ſublatū minuet. Hæc aūt cōtinua ſunt ei qđ augeť,& ei qđ diminuiť. Sed inter cōtinua nihil eſt mediū. Ceterū cū utať hoc/qđ alterať a ſenſibilibus alterari ſm paſſibiles q̄litates, oñdit hoc ex eo q̄a nō ſit alteratio ſm nullā aliā q̄litatē. Neq;.n.mutatio ſm figurā,neq; ſm habitū alterationes ſunt,ſed ſolū ortus. Itē alio mō oſtēdit qđ ſm habitū mutatio/nō eſt alteratio. Nā uirtutes et uitia cōmēſurationes,et cōmēſurationes ſunt,et hęc ſunt ad aliqd/ſed eorū q̄ ſunt ad aliqd nō ē mutatio/neq; alteratio/aut oīno motus ꝑ ſe, q̄re ſm habitus/ nō eſt alteratio. & q̄a alterats q̄buſdam adueniunt,primū oñdens de corporea uirtute/& uitio ꝓficiſciť etiā ad habitus aī/& oñdit qđ ēt ipſæ ad aliqd ſunt,& qđ fiūt alteratio ſenſitiuo,& morales uirtutes/& intellectuales. Et reliquū ꝯcludit alterationē fieri/a ſenſibilibus,in ſenſitiua aī parte/ ſm paſſibiles q̄litates. Et cū ſic oñdiſſet/qđ nullū ē medium inter id q̄ mouet/& moueť ſecūdum lationē,icremētum,diminutionē & alterationē: deinceps q̄rit. an oīs motus omni motui cōparabilis ſit,ſecūdum ꝓprias differētias motus, uelox ſcilicet & tardus. Et oñdit qđ nō oēs,ſed ſiles ſpē q̄ ſunt ſcđm ſpēm indiuiduā,quiq; ſolo numero diſcrepāt. Oñdit autē hoc in unoquoq; motu/& mutatione. Et primū in latione,q̄a orbicularis nō eēt ꝯparabilis rectæ,ſin uero eēt reſta æq̄lis orbiculari,qđ fieri nō pōt. Itē multo magis nō erit latio ꝯparabilis alterationi,q̄a affectio eēt æqualis longitudini . Deinde inſtat ꝯtra hoc/q̄a diciť lationes nō eē ꝯparabiles, uidelicet eā in rectū,& illā in orbē, q̄a ęqualis eēt recta orbiculari. Et cū dubitaſſet ad utrāq; partē/ an ſint ꝯparabiles/an nō,lineas rectā & orbicularē/ & motus ſuper illas quadā regula munit qua poſſumus diſcernere motus cōparabiles/& incōparabiles: dicēs eos incōparabiles/qui hñt uelox/& tardū æquoce,ſed q̄ nō æquoce,ſed uniuoce hñt ij ſunt ꝯparabiles. Deinde inſtat ꝯtra hāc regulā/multū/& duplum opponēs dicta de aq̄/& aere uniuoce,quāq̄ ſint aqua/& aer incōparabilia ſcđm hęc,q̄a uideť aer plus molis hr̄e/& minus uirtutis. Et inſtat q̄a multū/& duplū de aere/ & aqua ꝑdicanť æquiuoce/& nō uniuoce. At nō uidētur æquiuoca,q̄a & definitiones ipſorū ex æquiuocis ꝯponuntur. Deinde & aliam determinationē ſubiūgit ꝯparabiliū,q̄a oportet primū oñdere qđ uniuoce ꝑdicata recipiēs idē ſit ſpē. Sic .n. equū cane dicimus albiorē,quāuis ſpē differāt,q̄a primū recipiēs albū ſuperficies idē eſt/in ambobus ſpē. Sed inſtat ꝯtra hāc rōnē dicēs,ſic oīa poſſe æquiuoca abijci,ſi ob diſcrimē recipiētium differētia ſiūt ea q̄ inſunt,cū ſint eadē.nā. Et aduertit qđ nequeūt eadem nā,in differētibus ſpeciebus ineē. Vnū.n.uni primo ineſt/ut color ſuꝑficiei: deinde docet qđ nō ſat eſt/nō eē ęquiuoca,ut ſint ꝯparabilia,ſed oportet eē eiuſdē ſpēi ultimæ /& ea/& illa/q̄ in illis ſunt. Albū.n.& nigrū/nō ſunt ęquiuoci colores,ſed uniuoci,& tñ nō ꝯparantur utrū unus ſit magis color q̄ alter,q̄a non eiuſdē ſpēi,ſed ſiles genere ſunt ſolū,quare inq̄t/& in motu ſoli ꝯparabiles illi ſunt/q̄ ſm ultimā ſpēm ꝯparanť , q̄ nō amplius genus eſt,& ſiūt in eodē ſubiecto ſm ſpēm. Adiecit ēt cām,cur q̄dā æquiuoca uideātur ꝯparabilia eē,ut duplū & multū. Nā q̄ inquit quædam multum ab æquiuocis diſtant ſunt eiuſdem naturæ , ut ā fortuna æquiuoca/& ſecundum proportionem, & q̄dam ꝓpe ſunt,q̄a etiā dixit cōparabiles eos motus,q̄ ſunt eorū q̄ mouentur in ęquali tēpore,& abſoluunt & qđ in alteratione facta ſm quale/nō eſt dicēdum æq̄le,qua erit q̄uo dicēdi ſint cōparabiles in his,& dicit qđ pro æq̄li/& in æq̄li idem/& diuerſum ac ſimile/& diſſimile ſumēda ſunt,q̄re ea q̄ ſimiliter & eodem modo mutātur in æq̄li tēpore æque uelociter dicuntur alterari: ſed qñ affectio ſimilis,ut albatio, & ſuperficies fuerint albefactæ æq̄les,aut inæq̄les,tum accidit alterationem ſimilem ſecundum affectionem,uel diſſimilem eſſe , ſed ſecundum ſubiectum æqualis,aut inæqualis . Sed cum aſſignaſſet,

ſic determinationẽ comparabiliũ motuũ in latione/ & alteratione, ꝑtercurrẽs accretionem/ & diminutionem uelut manifeſtas. Nam ſimilibus ſpẽ/in equali tpe æqualis ſit per totum additio æque uelox accretio tum eſt, et ablatio talis diminutio æque uelox. Has ergo percurrẽs uenit ad ortum atq; interitũ. Et quærit qualis ortus ſit æque uelox/ cum quo ortu, aut non æque uelox. Et inquit æque ueloces eſſe, quãdo in eodẽ equali tempore/huius maior, & huius minor numerus partium in ſimilibus ſpecie fieret. Et in his aliud ponit Theorema proprium/ſermoni de comparatione motuum. Tum enim comparat mouẽs/& quod mouetur/ & tempus/& ſpatium/& pro portiones eorum inter ſe/ quærit ſi uelut multiplicata potentia alicuius potẽtiæ mouẽtis/ aliquid multiplicatum/ illius mouet, ſic etiam multiplex mouentis aliquid potentiæ multiplicatum illius quod mouetur, ab illa mouebit. Et ſi centum homines mouẽt nauem/ num & unus cẽteſimam nauis partem mouebit/ in eodem tempore per idem ſpatium, aut totam nauem cẽteſima/per idem ſpatium, facit autem rationem de prima latione, prius ſumẽs uelut effata/omne quod mouetur, mouere in tempore/& in tantum. Diuidẽs autem primo põdus eãdem potẽtiam dimidium põderis/in eodem tẽpore/per duplum ſpatium mouere inquit. Deinde tpꝰ diuidẽs diuiſo põdere dimidium põderis in dimidio tpe/ab eadem potẽtia/per dimidium ſpatij moueri inqt. Deinde ſpatiũ diuidẽs manẽte põdere, ut principio ſimul diuidit tẽpus/ & tũ quantã ꝓportionẽ ſducit diuidẽs potẽtiã/& põdus, & dicit qđ dimidia uirtus dimidiũ põderis in tẽpore a principio/per ſpatiũ a principio mouebit, deinde dimidiũ potẽtię accipit et põdus a principio/& illud tẽpus, & dicit qđ per dimidiũ ſpatij mouebit. Hãc aũt ꝓpoportionẽ ſtatĩ tollit. Si eñi aliq; pars potẽtiæ totũ põdus/in q̃tocũq; tpe per aliquod ſpatiũ mouebit nauis/ q̃ a cẽtũ hoĩbus trahiť/per tantũ ſpatiũ/& ab uno traheretur in eodẽ tpe/per centeſimã partẽ interualli qđ mouebãt cẽtum trahẽtes. Vel & idẽ ſpatium in cẽties multiplicato tpe. Sed dicẽs non oĩs uirtutis dimidium poſſe idẽ põdus mouere/qđ tota mouebat, uel oĩno mouere aliqd põdus. Et ob id ſoluit rõnẽ Zenõis de grano milij. Si. n. modius inqt milij ceciderit, & ſtrepitũ effecerit, & unũ milij granũ ſtrepitũ efficiet, & mileſima pars milij. Soluit ergo hãc rõnẽ dicens/non oẽm potẽtiam eẽ motricẽ põderis/neq; in quãtocũq; tpe. Sic aũt neq; oĩs magnitudo edit ſtrepitum/& ſimul deſtruẽs rõnem, dicit qđ partita potẽtia non ſeruat ꝓportio, qa nõ oĩs uirtus/& minima mouere aut ſtrepitũ facere põt ſed ꝯpoſita ſeruat. cũ ergo hęc de latione oñdiſſet, dicit qđ etiã in alijs motibꝰ, qa principia hęc ſunt mouẽs/& id qđ mouet, & tempus/& interuallũ etiam accidentia q̃ ꝓdeunt ex his eadem erunt, q̃re in quibuſcũq; in latione ſeruatur ꝓportio, in his etiã aliorum motuũ ſeruabitur. Et in quibuſcunque ante illam, non procedit proportio in eiſdem/& in his non procedet.

COMMENTARIVM SIMPLICII IN OCTAVVM ARISTOTELIS LIBRVM DE NATVRALI AVDITIONE, LVCILLVS VERTEBAT.

Com. 9. HIC LIBER Vltimus uniuerſę tractatiõis de Phyſica auditiõe ab Ariſt. cõſcriptus/q numero octauus eſt, quãq; ꝯſueuerint Peripatetici inſcribere, eiuſq; ordinem ſic afferre, pluribus & pręclaris Theorematibus referturs eſt. Hic enim finem facit eius diſputationis/in qua de pricipijs naturalibus diſputatum eſt cuius inſtituti ac ſcopus eſt ꝓbare primũ motũ naturalem ęternũ eſſe: cuius argumẽto/& æternitatem uniuerſi palã ob oculos ponit/atq; detegit. Maximã porro attingit naturalis cõtemplationis partem/cui quoddã cum prima phia uinculũ ꝑſertim itercedit, ac oẽm naturę uim q̃ ab ipſa ſuprema cã ꝓficiſciť et pẽdet, oñdit, idq; eo loco, qñ oñdet oẽ q̃d moueť corpus naturale eẽ, atq; oẽ qđ cietur ab aliq̃ moueri. Pręterea q̃d primo & ꝓprie mouet patefacit eẽ immobilis naturę ſm eadem & eodẽ mõ ſe hñtis. Cum ergo huc tẽdat huius libri ſcopus, merito erit uniuerſę inſtitutionis ac ꝓpoſiti finis. Sed qm̃ quidã eorũ q nobis ꝑdiciũt futura afflati & perciti furore ſolis hoibus exiſtimãs nouũ nõ eſſe inuidere/aut iraſci, ob id ad coelũ uſq;/& uniuerſum ſuã inuidiam extẽdit/& nõ ęq̃ aĩo fert eorũ æternitatẽ/& q̃dã diſcẽda nec feliciter/nec ſcite ex ipſa phia ꝯſecutus ẽ, q ꝑter ea q̃ demõſtrata ſunt de ęternitate coeli/in eodẽ libro qnq; libros cõſcripſit lõgiſſimos, quorũ primũ de coelo pene ꝯteritũ & ꝯſum ptum cõtra ſolos ſtultos auditores/dũ exponit illũ ꝯſiſus atq; auſus eſt oñdere. Et ſextum eiuſdẽ librum abſoluit ꝯtra motũ hoc loco æternũ oñſum & ſempiternũ tpe. ꝓpter q̃d cum hęc maneãt adhuc ſine cõfutatiõe, dabimus operã quo cõfutẽtur. Cæterum mihi uidebať poſteaq; hũc librũ iterꝑtari aggreſſus ſum neceſſe eẽ oĩno, ut id q̃d moueť motu ſempiterno/& ꝑtergo tpe æternum eẽt. Prætetea uidebať cõſentaneũ eẽ his qui eſſent ſcientiæ cupidi, oñdere qui repugnarẽt his dictis, & q̃ fultię ſint rõne/& habitu. Poſtremo enitar poſtq̃ explicaro ſenſus Ariſto. afferens inſtantias quæ adducuntur contra illos hoc modo ponderare ſua dicta & examinare.

VTrum autem factus eſt aliquando motus, cum non eſſet prius, & corrumpitur rurſus: adeo ut moueatur nihil, an neque factus eſt, neque corrumpitur, ſed ſemper erat & ſemper erit? Et hoc immortale, & ſine quiete ijs ineſt quæ ſunt, veluti vita quædam quæ ineſt natura ſubſiſtentibus omnibus. Tex. 1.

QVod ſermo de motu neceſſarius ſit naturali, multis nimirum oſtẽdimus prius. Quod uero illum deceat qui de motu agit/quærere nũc ſit idem æternus/an ita ſe habeat, ut aliquãdo factus ſit/cum prius non eſſet, & uerum interreat, ut penitus deleatur, nemo dubitaret. Ac perſpicuũ eſt, qđ non q̃rit de aliquo eorũ motuũ qui ſub luna ſiunt qppe horũ unuſquiſq; & initiũ, & finem habeat. Item nõ q̃rit an unus & idem motus cõtinuus ſit ſempiternus. qđ qdẽ inueniet poſterius, ſed oĩno de motu q̃rit, num erat aliqđ tẽpus qñ non erat q̃liſcũq; motus, neq; aliquid eorũ q̃ ſunt mouebatur, aut erit aliqđ tẽpus qñ nihil mouebiť, an hæc fieri nõ poſſe uideť, qñdoquidem erat ac ſemper erit motus, ut hoc ideſt motus imortalis & nũquã deficiẽs cõpetat his q̃ ſunt. Non eñi motus ẽ eorũ q̃ per ſe ſubſiſtũt, ſed ẽ de numero eorũ q̃ inſunt alijs ideſt ſubſtãtijs/q̃ quidẽ uere ſunt primarie magis/ q̃; ea q̃ ſunt in illis: ꝓpter quod inquit motus ineſt in his q̃ ſunt, idq; nõ ea de cauſa, qa motus non ſit, ſed quia quæ ſunt proprie ſubſtantiæ ſunt/quibus accidentia ſunt. Verum iſtud { ueluti uita quædam quæ ineſt natura ſubſiſtentibus omnibus, }. Com. 1.

ab Ariſtotele dictum eſt ſm ſuam, ut ſolet diligẽtiam quæ cũ illa Platonis cõſentit. Nam illa uiuere dicimus, quęcũq; ab interno mouentur principio, ſi ergo omnia naturalia habent in ſe ipſis naturam principium motus, merito & hæc dicerentur uiuere ſecũdum eam habilitatem internam quam habẽt ad motum, Etenim ultima animalium natura eſt: quocirca & in ſubiecto corpore naturali cõſiſtit, & uelut uiuẽs magis eſt quam uita proprie, & motus ſecũdum ipſam idoneus eſt ad motum, ut in hoc Libro percipiemus. Quod uero hęc q̃ affatus eſt Ariſt. cum Platonis ſentẽtia cõſentiant, quippe qui dicit motum naturalem internum uelut uitam: audi quæ Plato ſcripſerit decimo dialogo de legibus/de hoc ipſo motu interno.

Si primum motum in terreno/uel aquatico, uel igneo corpore ſiue ſeparato/ſiue mixto uiderimus, quãnam affectionem ipſi ineſſe dicemus? Nũ quid rogas ſi uiuere ipſum dicendum ſit/quod a ſeipſo mouetur.

Sed hæc de proprio ipſo quod mouetur ab anima dicta ſunt. quocirca Ariſtoteles uelut uitam dixit eſſe naturalem motum & non ſimpliciter uitam, quia quam habet rationem anima ad naturam/hanc ipſam habet proprie uita ad motum naturalem Sed Alexander id {uelut quædam &c.} Tanquam id quod demouſtrat motum eſſe immortalem/& ſine quiete. Nã ſi ita ſe habet motus ad naturalia, ut uita ad animata/quaſi ut neque ait eſſe animata ſine uita ita nec naturalia ſine motu. Si ergo ſempiterna naturalia/quatenus naturalia, quãdoquidem nec initium ullum habuerint neq; interitura ſunt/ſiquidem naturalium interitus mutatio ſit/in aliud naturale. Nam interitu aquę aer oritur: patet quod etiam motus erit ſempiternus quo naturalia ſunt. Niſi ſorte haud Ariſto. demõſtrarit ęternum eſſe motum in/e perpetuitate rerum naturalium. Hactenus enim nullo loco oſtẽſum eſt naturalia eſſe æterna, ſed e diffinitione motus naturalis (ut intelligemus) oſtenſurus eſt æternitatem motus/& ab hoc naturale corpus æternum deductæ. Cæterum dixit {natura omnibus ſubſiſtentibus,} quia motus nõ eſt uelut uita aquæ, aut aeris, ſed uelut omnium naturalium ut naturalia atq; quatenus/in ipſis habent initium motus, quocirca & ſempiternus eſt/quicunq; motus communis.

Eſſe igitur motum omnes affirmant de natura aliquid dicentes, propterea quod mundum faciunt, & de generatione & corruptione eſt contemplatio omnibus ipſis. quam impoſſibile eſt eſſe niſi ſit motus.

Com. 2. Quia motum eſſe ſempiternum/quale quid ſignificat, & in ipſis quæſitis ipſum quale quid præcedit cum quid eſt, tum ſi omnino ſit, & iam quid ſit motus tertio huius tractationis Libro abſoluit, quia non uidetur ſi eſt demonſtraſſe, idcirco cum proponat ſibi diſputandum eſſe de ipſo quale quid, merito cauſam docet cur accipiat pro cõfeſſo motum eſſe. Quare ſi omnes naturales in hoc cõueniant, ut motus ſit, quanquam diſcrepent de æternitate eius, nimirum abſurdum non erit accipere pro cõfeſſo motum eſſe. Iam enim oſtenderat eos a choro naturalium ſeparandos eſſe qui negabant motum: atq; non ſpectare ad Phyſicum afferre rationes contra eos, quippe qui naturalia principia delere oĩno uiſi ſunt. Cauſam quoq; cur omnes Phyſici de motu diſſeruerunt, eam facit quia de uniuerſi ortu cum diſputaſſent, ortum atq; interitum cuncti conſiderabant. Dicit autem naturales mundum facere nõ ea de cauſa q̃a illi mũdum ex tempore cõſtructum aſſeruerint, ſed quia aſſerebãt eius cõſtitutionẽ emerſiſſe per motum. Sic enim & Democritus, Empedocles, Anaxagoras mũdum conſtructum putant. Epicurei enim ſegregatione/& cõgregatione illorum minutorum/ac indiuiduorum corporum/ac elemẽtorum mũdũ fieri cẽſuerũt. At Anaxagoras ſecerni ſimilaria/a mixtione quadam cõfuſa/quam chaos appellauit cum aſſeruiſſet, (& ſecretio/& cõgregatio ſunt quidam motus,) uidẽtur uniuerſum per motum factum eſſe affirmare. Item uniuerſi de ortu/ac interitu diſputarunt, qui quanquam nõ ſint motus, tamẽ nõ ſine motu fiunt. Etenim motus ſecũdum locum/& alterationes, & accretiones/& diminutiones præcedunt ortum/atq; interitũ.

Sed quotquot quidem infinitos mundos & eſſe dicunt, & quoſdam quidem fieri quoſdã autẽ corrumpi mundos, ſemper dicunt eſſe motum. neceſſarium enim eſt generationes & corruptiones ipſorum, eſſe cum motu. Quicunque autem vnum, aut non eſſe ſemper, etiã de motu ſupponunt, ſecundum rationem.

Cum reſponſum ſibi ſuppeditaret/cur acceperit motũ eſſe aſſerens conſenſu omnium naturalium motum eſſe, idq; ex eo eo maxime patet quod inter eos magna cecidit cõtẽtio de ęternitate eius, rurſus neceſſariam eſſe inquiſitionem de æternitate eius probat. Dicit porro quoſdam fuiſſe naturales, qui ſtatuerunt motum æternum, & quidam negarunt/cum ſuis poſtulationibus/& his quæ de motu dicta ſunt, hærerẽt. Qui enim mũdos infinitos eſſe ſtatuerunt, ut Anaximãder, Leucippus, Democritus, & poſtea Epicurei: eoſdem in infinitum oriri/atque occidere ſtatuerunt, cum alij ſublatis ſemper noui orirentur, et hac ratione motum æternum aſtruere uidebantur. Sine motu enim nõ eſt ortus/neque interitus. At eorum qui unum ſolum mũdum aſſerunt, alij expertem cum ortus, tum etiam interitus/qui ſint in tempore affirmarunt. Hi motum etiam æternũ ſtatuunt, ut Plato/& Ariſtoteles alij uero uniuerſum obnoxiũ ortui atque interitui arbitrantur/quicunq; tradunt ſemper mũdum eſſe, ſed non ſemper eundem: ſed alium atque alium fieri ſecũdum quædam temporum curricula, ut Anaximenes, Heraclitus, & Diogenes, & Stoici/qui in eadem ſucceſſere opinione. Et patet ipſos de motu eandem habere opinionem. Quando enim mũdus erat, tum motus fuiſſet oportuit, Empedocles quoq; etiam ſi quis interpretetur ſermonẽ eius fuiſſe ſecũdum figuram/quippe qui interdum ſphęrum, interdum mũdum appellat: perſpicuo motum in ortu atque interitu mũdi cõſiderãs ſtatuit eundem fieri/atq; interire ſemper: & quia uult ſemper ſphærum eſſe/& mundum, cenſuit etiam motum ſemper eſſe in mundo. At Anaxagoras/Archelaus. Metrodorus Chius/uidentur mundum aſſerere factum fuiſſe ex tempore, qui etiam motum cœpiſſe habuiſſeq; initium exiſtimant. Cum enim olim quę eſſent ante tempus, quieſcerent, tradunt motum fieri a mẽte/e qua etiam mundus prodijt. Sed uidentur hi etiã cauſa ordinis doctrinę/ſtatuiſſe principium conſtructionis mundanæ Et quod Anaxagoras plane ab intellectuali unitate, qua ſimul omnes res erant, ut inquit, aſſerebat: mentetem ſecretionẽ mũdanam feciſſe ſubſiſtere dicit. Veruntamẽ Alexãder tradit et Platonem aſſeruiſſe mundum cœpiſſe e tempore ſubſiſtere, niſi quia & ante mundi ortum in his quæ tum eſſent motum uagum/& inordinatum aſſerunt. Inquit enim.

Deus cum id omne quod ſub aſpectum caderet nõ quietũ, ſed temere atq; ſine ordine agitatum aſſumeret: idem ex inordinata agitatione ad ordinem redegit.

Sed quod Plato mundum ortum eſſe haud e tempore/tanq̃ principium cœperit in tempore iam exiſtẽte, perſpicuũ eſt: qñ quidem tradat ſimul cum cœlo tempus emerſiſſe, q̃re ſm Platonem ille motus uagus/atq; inordinatus nullam ſedẽ certã obtinens/in quodam tempore nõ pręfuit, ſed ut iudicaret aberrationẽ ortus effectricẽ/q̃ ſubſiſteret q̃tenus ab ipſo deũ eſt alieniſſima, & ordinẽ opificis q ſemp ipſam q̃dam definito ordine & pſcripta lege diſponit, moderat, & regit: utrũq; ſeorſum rõne patefacit, qđ et in Libro de Cœlibus fecit, q opificẽ rõne ab ipõ mũdo ſecernit/& pſiderat ipm ac collocat in pontũ & mare diſſimilitudinis ſubductũ & latũ. Cũ ergo ſit hæc diuiſio/& partitio opinionũ de mũdo, pſpicuũ ẽ, eos q aſſerũt mũdos infinitos pinde ac alij/& alij ſemp fiãt atq; iterẽãt, ſempiternũ motum dixiſſe. Quicunq; autem unum ſemper/uel non unum & eundem ſemper aſſeruerunt, ita de motu ſenſerunt, ut quic.

quid dixiſſe uiſi ſunt, conſentaneum ſuæ opinioni de mundo dixiſſe uideantur. Qui enim unum/& eundem mundum ſemper eſſe aiunt, motum quoque æternum affirmant, ſimiliter & qui alium/atque alium unum fieri dicunt/ quando unius ortus ſequatur alterius ortum/& ij porro affirmãt ſempiternum motum. Cum enim ſemper ſit mundus, neceſſe eſt etiã ut ſit ſemper motus, quod ſi qui unum aſſerunt mundum quodam temporis initio conditum/ ſic tradunt, perinde ac tempus quoddã eſſet/quando non erat mundus, & idem intereat in aliquo tempore, ut non amplius redeat. patet, etiam motum habere principium/& finem. Sed multi qui mundum unum fuiſſe conditum exiſtimãt, eundem habuiſſe eorum cenſent/ratione uolentes afferre ordinem opificij. Sed unum mundum naſci, & interire tanquam non reuerſurus ſit nullum ſcio naturalem dixiſſe. Verum uerba manca eſſe uidentur ea ob breuitatem/ quæ ſic ſunt. { Quicunque aut unum/aut non ſemper. } Nam deficit illud ſemper, cum dicit unum/& cum dicit non ſemper deficit unum, tanquam perfectum ſit. { Quicunque autem aut unum/& ſemper eundem aut unum, ſed nõ ſemper } Sed hoc dupliciter diuideretur, uel non ſemper ſit idem, quamuis ſemper ſit mundus, uel neque uelut ſemper exiſtat, ſed hunc quod deficit/quod adoccũt ſupplet. Inquit enim ut de mundo enunciant eadem ratione etiam de motu ſtatuunt. Etenim ſi mundus oritur/& interit, neceſſe eſt, ut motus ſit, quod ſi non fuerit neq; ortum habet neq; interitũ/neceſſe eſt, ut nõ ſit motus.

Tex. 2. Si igitur contingit aliquando nihil moueri, dupliciter neceſſe eſt hoc accidere. Aut enim, vt Anaxagoras dicit. Inquit enim ille, ſimul omnibus exiſtentibus, aut quieſcentibus infinito tempore, intellectum, feciſſe motum & diſgregaſſe. Aut vt Empedocles, in parte moueri, & rurſus quieſcere. moueri quidem, cum amicitia ex multis facit vnum, aut lis multa ex vno, quieſcere vero in intermedijs tẽporibus, ſic dicens. Quatenus vnum quidem ex pluribus conſueuit naſci. Et rurſus vno generato plura perficiuntur. Eatenus quidem & fiunt, & non eſt ipſis firmum æuum. Quatenus vero permutantur omnino neque ſimul deſinunt, eatenus ſemper ſunt immobilem ſecũdum circulum. Hoc enim, quatenus permutantur: hinc illud dicere ipſum opinandum eſt.

Com. 4. Cum diceret quod naturalium alij ſtatuerunt motum æternum, alij nõ æternum ſinguli ſecuti ſuas opiniones de mundo proponit deſtruere rationes quæ tollunt ipſum eſſe ſempiternum. Vnde inquit { Si igitur cõtingit aliquãdo nihil moueri, } & cum duos modos, expoſuiſſet quibus poteſt aliquando nihil moueri/& fautores ipſorum adiunxiſſet Anaxagoram/& Empedoclem, quia tollit hos modos introducit oportere omnino ſempiternum eſſe motum. Sed duo ſunt modi, propterea quod cum motus nunc appareat, ſi contingit aliquando nihil moueri, neceſſe eſt/uel ut prius non exiſtente motu, ut uidebatur dicere Anaxagoras. cum ſemper poſteriorum ſubſtantiam à primis proficiſci putet faciens apertiorem, per eam aſſertionem, quæ uidetur aſſerere fieri ſecũdum tempus mundum. Sed hic modus eſt peritionis, & ſi poſterius poſuerit aliquis motum non eſſe. quocirca neq; mentionem fecit de hoc. Sed uidebatur dicere Anaxagoras, quod cum ſimul omnes res eſſent, & quieſcerent antea infinito tempore, quam mens effectrix uniuerſi uoleret ſpecies ſeparare/quas appellat ſimilaritates, quod motum illa rebus ingeſſit. Non enim fieri poterat ſecretio corporea ſine motu. Secundus autẽ modus/ qui eſt, pter Empedoclem facientem motum/& quietẽ ſeorſum/& uiciſſim unũ alteri ſuccedere. Statuit enim mũdum intellectualem & ſenſibilem conſtitutum utrũq; ex q̃tuor eiſdem elemẽtis/q̃rum alter exẽplar eſſet, & alter ſimulachrum eius. Et effectrices cauſæ mũdi intellectualis, erãt amicitia q̃ cõnectebat ſphærum, q̃ etiam Deum nominauit. Et neutro mõ interdũ appellat dicẽs ſphærã orbem, & ſenſibilis lis, qñ præualebat diſgregatione hunc mundũ faciebat. Sed poteſt etiam in hoc mundo uideri connexio/& ſegregatio. Semper enim ambæ ſunt cauſę, & alia in alijs partibus/& alia in alijs/atq; in alijs/& alijs temporibus dominatur/& præualet. Etenim & hic lis/& amicitia uiciſſim imperat/& præualet in hominibus, piſcibus, auibus. Empedocles porro hæc inquit.

Hanc membrorum humanorum inclytam molem,
Interdum amore cuncta terrena in unum miſcentur,
Corpus ſortitum uitam ſummo uigore florentem,
Contra interdum prauis odijs ſegregantur,
Singula tum errant diuiſim ob uitæ ſolutionem,
Itidem fruticibus euenit ac piſcibus aqua latentibus,
Fens quæ uitam in montibus degunt, & uolantiũ cymbis.

Verum Ariſtoteles ponit uerſus Empedoclis q̃bus putat illũ aſſignaſſe motum, & imutabilitatem tradidiſſe, & ita cõſideras motum ſm ipſum ortum ut unius ex multis, & multorum ex uno cum plane Empedocles dicat. { Eatenus quidem fiunt, & ipſis non eſt firmum æuum. }
Quod uero ortu motus ſubſiſtat, diximus prius. Et immutabilitatem uidetur Empedocles cognouiſſe ſm æternam identitatem uiciſſitudine mutationis unius & multorum. Hoc enim indicant hæc uerba, { Quatenus uero permutantur omnino neque ſimul deſinunt. Eatenus ſemper ſunt imobiles ſecundum circulum. } Sed Alexãder nouit/& hãc mentem/& ſentẽtiam. Et inquit, Ariſtoteli nõ credẽdum cum dicit/nũc de Empedocle, ſed oportet põderare q̃ ille de mutatione dicat, qñ cecinit.
Qua hic permutantur.
Ideſt in hæc/ex his mutata nõ deſinunt, & ſm hãc reciprocationem/& mutationẽ mutuam permanẽt, & hac ratione ſempiterna ſunt, ideſt eorum mutatio eſt æterna. Etenim ſeorſum/ neq; alterum eorum quæ fiũt a lite/& ab amicitia ex elemẽtis ſempiternum eſt, neq; firmum eſt illi æuum, tamẽ mutatio eorum inter ſe eſt æterna. Hoc illud ſignificat, { ſemper ſunt. } Hæc adducit Alexãder ad ipſius Empedoclis uerba. Deinde in his ſeorſum erit dictũ hoc. { Immobiles ſecũdum circulũ } ideſt ſunt imobilia ſecũdum unũquãq; periodum/& ſecũdum unãquãq; perfectionem/quam circulum dicit. Niſi forte nequeat perſuaderi hæc diſtantia imobilis ſecũdum circulũ, imo uidetur nõ poſſe percipi. Nam eget hoc, { ſemper ſunt, } ſed magis dicẽdum eſt/qđ ſic intelligẽdus eſt Ariſtoteles/qđ quatenus q̃dem ſemp̃ eſt mutua mutatio, ſempiterna ſit mutatio eorum/& motus, ſed q̃tenus hæc fiũt alijs mutatis, ut ex multis unũ, & unũ ex multis/poſt mutationẽ ſtãt iterdũ ad unũ, interdũ ad multa, & hac rõne poſt mutationẽ q̃buſdã trãſactis curriculis redeũt ad formã unius/aut multorũ, & ſic ſunt imobilia ſm illũ piodũ/quouſq; iterũ mutari cœperint. Videt aũt & Themiſtius habuiſſe hãc ſentẽtiã, q̃ppe q̃ aſſerat Empedoclẽ intellexiſſe quietẽ eẽ/in illis itermedijs tẽpibus/q̃bus iterũ redibant.

Conſiderandum igitur de his, quomodo ſe habet operæpretium enim eſt non ſolum ad eam quæ de natura eſt conſiderationem aſpicere veritatem, ſed & ad ſcientiam quæ de principio primo eſt. Tex. 3.

Quonampacto quæſtio/ de æterno motu neceſſario ſit oſtendit ſiquidem conferat/& ad naturalem contemplationẽ. Si enim motus naturalis, ſiue ſecũdum continuationem, ſiue ſecũdum iterationem mutationis eſt perpetuus, patet etiam naturalia eẽ p̃petua. Quorũ alia permanẽt eadẽ numero, alia ſunt q̃a unius interitus eſt alterius ortus, cõfert itẽ ad p̃cipiendũ primum principiũ, cuius cõſideratio nõ amplius ẽ naturalis, ſed ad primam philoſophiam attinet. Confert inquam ad illud, quia Com. 7.

oſtenderetur motus eſſe ſempiternus, qui fit a cauſa æterna, quæ omnino ſeparata eſt a/naturali ſubſtantia.

Tex.4. Incipiamus autem primum, ex definitis a nobis prius in phyſicis. Dicimus itaque motum eſſe, entelechiam mobilis ſecũdum quod eſt mobile. Neceſſe eſt ergo exiſtere, res quæ poſſunt moueri ſecundum vnumquenque motum. & ſine etiam motus diffinitione, omnis vtique confitebitur neceſſarium eſſe moueri id quod poteſt moueri ſecundum vnumquenque motum. vt alterari quidem, alterabile: ferri autem, ſecundum locum mutabile, quare prius oportet combuſtibile eſſe, quam comburatur, & combuſtiuum prius quam comburat.

Com. 6. Cum cœpiſſet oſtendere motum æternum eſſe, pluribus argumentis deinde id facit. Et primum à definitione motus efficit/quem in naturalibus inquit ſe definiſſe appellans naturales quinque/Primos Libros de Phyſica Auditione quos quidem & de principijs ſæpe nominat. Nam in tertio diffinitionem motus tradidit cuius etiam mentionem nunc facit dicens motum eſſe actum mobilis, qua mobile eſt, ideſt manente potentia mobile dum mouetur. Nam ubi primum perfecte abiecerit/id qđ eſt potentia, & euaſerit actu ſecundũ illud/ſecũdum quod dicebatur potentia/nõ amplius mouetur, ſed ſtetit in ipſo quod eſt actu. Mouetur qdem ſemper, ſecũdum quod habet aliquid potentia/quod tendit ad actum. Ex hac porro intelligentia motus oſtendit motum æternum eſſe, non tñ proprie dictum motũ ſed mutationem ſub qua ortus, & interitus continentur. Nam talis eſt hęc diffinitio. Verum oſtendit motum ſempiternum aliquem indiuiduum/ut hunc, albationem. Hoc enim per ſe falſum eſt, quia motus talis initium habet ac finem: ſed ſimpliciter motum. quare omni motu accepto qualẽcunq; alium oſtendit priorem eſſe, atq; pręcedere, atq; poſt ipſum alium eſſe quare non poteſt accipi primus motus, ut cœperit ante quem non eſſet alius motus, quia nihil mouebatur. Et patet quod ſic ſempiternus motus, neq; unus, neq; cõtinuus eſt, ſed deinceps. Cũ ergo accipiat ex definitione motus/quod neceſſe eſt, ut id quod ſubiturum eſt motum mobile ſit prius ſecundum naturam/& talem, ut poſſit moueri quia omnis actus ꝓducendus a potẽtia procedit, & nihil fit/quod fieri non poteſt, neq; quicquam naturaliter moueri poteſt, niſi habeat potentiam mouendi. Nã primum in his quæ fiunt tempore eſt id quod potentia, quam id quod actu, quia ex imperfecto ad perfectum facta/tum ceſſant. Hoc igitur ex definitione paucis uerbis repetens quibus dicit neceſſarium eſſe, ut præſint res quæ poſſint moueri in unoquoq; motu pulchre notauit, quod etiam quilibet, ſine definitione motus fateretur neceſſarium eſſe, ut illud cieatur quod unoquoq; motu poteſt moueri: quod quidem etiam in omni ſpecie motus oſtẽdit/cum dicat alterabile alterari, & quod põt ferri ſecũdum locum moueri, & priuſquam cõburatur eſſe cõbuſtibile. ſed quoniã in ipſis naturalibus/& generabilibus/nõ ſola quæ patiuntur, mota patiuntur ſed etiã mouentia mota faciunt, etiam in his opus eſt, ut pręcedat motiuum/id quod mouet, & ob id adiecit, & {combuſtiuum} ante cõburere. Patet autem quod hæc/non ſunt uera/in omni actione. Nõ enim in perfectis, & his quæ ſupra ea quæ fiunt collocãtur, ſed in ipſis imperfectis/in qbus eſt actus ſimul cum potentia, & mixtũ ex his motus eſt. quare uera erit ratio de motu/qui mutare põt quod oportet prius eſſe/id quod aptum eſt moueri motu/ſiue paſſiue/ſiue actiue moueatur.

Tex.5. Tex.6. Ergo & hæc, neceſſarium eſt aut facta aliquãdo eſſe cum non eſſent, aut perpetua eſſe. Si igitur factum eſt mobilium ac motiuorum vnumquodque neceſſarium eſt prius quam accepta, aliam eſſe factam mutationem, & motum ſecundum quem factum id quod poteſt eſſe motum, aut mouiſſe. Si autem quæ ſunt, ante erant ſemper, motu non exiſtente, irrationabile quidem videtur, etiam ijs qui a ſeipſis ſciunt. At vero magis, vltra progreſſis, hoc neceſſarium eſt accidere. Si enim, alijs quidem mobilibus exiſtentibus, alijs autem motiuis, aliquando quidem erit quid primum mouens, aliquid autem quod mouetur, aliquando autem nihil, ſed quieſcit: oportet hoc mutari prius. erat enim aliquid cauſa quietis. quies enim, priuatio motus eſt. Quare, ante primam mutationem, erit mutatio prior. Tex.7.

Cum acceperit oportere prius eſſe quam ſit motus mobile & motiuum, & id acceperit a defitione motus, & ab euidentia, deineeps ex diuiſione interrogat, quod neceſſe eſt, hæc fieri quando prius non erant, uel experta ortus eſſe at ſi mobile & motiuum facta ſunt & omnis ortus fit per motum, neceſſe eſt antequam moueat, uel moueatur, ut motus ſit per quem hæc fiant. Sin uero nihil fieri poteſt, quare, ante moueri & mouere erit motus neceſſario, quare non erit ſumendum initium motus. Quod ſi non fiebant mobile/& motiuum, ſed cum eſſent præcedebant ſemper adhuc motu nõ exiſtente, abſurdum inquit uidetur ei etiam qui ex ſe ſcit/ uidelicet ambobus exiſtentibus æternis his mobile/& motiuo quæ poſtulauimus, in finito tempore, & nullum ageret quicquam ſecundum ſuas potentias quas habent, ſed actionem hanc incipere ſine cauſa. Non enim habemus cauſam aſſignare, cur nunc/& non prius. Item magis inquit abſurdum uidebitur procedentibus ſecũdum rationem. Si enim exiſtentibus mobilibus & motiuis/& quieſcentibus quæ erant ante omne tempus, tanquam non ſit tum motus, & nunc cœperit aliud mouere, & aliud moueri, neceſſariũ eſt, profecto neceſſe eſt antequam hęc mutentur, ut aliqua mutatio cauſæ fiat prius, per quam infinito tempore ante quieſcebant, & nũc aliud cœpit mouere, & aliud moueri. quod ſi mutatio pręceſſerit, patet quod etiam motus præfuit. Nam omnis mutatio eſt motus, uel cum motu. Eorum enim quæ manent circa eadem, non prius quieſcit, nunc autem mouetur aliquid ſumens initium/in tempore, ſed omnino aliqua cauſa fit quæ prius non erat huius/uidelicet/quod infinito tẽpore ante, mutuo inter ſe non egerint hæc mobile/& motiuum/& nunc agãt Vel enim prius unum ab altero diſtabat, nunc uicinum factũ eſt uel erat aliquod intermedium prohibens quod nunc ſublatum eſt, aut neque erant prius apta, ſed poſtea euaſerunt idonea. Quod autem ſi horum aliquid fieret oporteat eſſe primã mutationem/& motum, ut poſſit ſecundum actionem horum alterum mouere, & alterũ moueri, patet, quare erit rurſus motus ante primum motum. Sed cum dixerit, {Erat enim aliqd cauſa quietis,} cãm huius adiecit inferens. {Quies enim priuatio motus eſt,} quod quidem erat oñſum ſuperioribus libris, ſed omnis priuatio ex aliqua cauſa prodit ut etiã habitus & maxime priuatio ſm quietem. Non enim talis priuatio eſt quies, q̃les ſunt priuationes præter naturam. Natura enim ut principium motus ita quietis dicitur. Si ergo omnia quæ fiunt natura qbuſdã cauſis fiunt, patet & quietis aliq̃ eſſe cãm oportere. Priuatio aũt eſt quies, ut ea quæ eſt q̃dam aptitudo ſm potentiam, ꝓpterea qđ etiã ipſa eſt aliquomõ initiũ eorũ q̃ generant, & prima ſm tẽpus eſt q̃ habitus & perfectio. Com.7.

Tex.8. Alia enim mouent, ſingulariter, alia autem ſecundum contrarios motus. vt ignis quidẽ calefacit: frigefacit autem, non. ſcientia autem, uidetur

contrariorum eſſe vna. Videtur igitur & illic, eſſe aliquid eiuſmodi. frigidum enim calefacit, verſum quodāmodo & abſcedens, ſicut & peccat voluntarius, ſciens, quando econtrario vtitur ſcientia. At vero quæcunque poſſunt facere, aut pati, aut mouere, aut moueri: ea moueri non penitus poſſunt, ſed ſi ſic ſe habeant, & appropinquent ſibi inuicem. Quare cum propinqua fuerint & ita fuerit vt ſit hoc quidem motiuum, illud autem mobile, aliud quidem mouet, aliud autem moue-

Tex. 9. tur. Si igitur nō ſemper mouebatur: manifeſtum eſt, quod non ſic ſe habebant, ut poſſet hoc quidem mouere, illud autem moueri, ſed oportebat mutari alterū ipſorū. neceſſe enim eſt in ijs quæ ſunt ad aliquid, hoc accidere. vt ſi nō erat duplū, nunc duplum eſt mutari ſi non vtrunque alterū. erit ergo, quædam mutatio, prior prima.

Com. 8. Cum oſtenderit, ſiue mouēs & quod mouetur ſtatuātur ea quę poſſunt fieri, ſiue ſempiterna, mō mouere & moueri cœperint in tempore, qd' neceſſe eſt, ut ante poſitū initiū motus, ſumatur alius motus, ut quacūq; uiſa prima mutatione alia ſit prior oīno, & ſic oſtenditur motus ęternus, quia nō eſt primus ſumendus. Hæc igitur cum oſtendiſſet ex eo maxime qd' mouetur, deinceps & ab ipſo mouente idem oſtendit. Nam motiuum alicuius potentia, ſi actu debeat mouere, neceſſe eſt, ut primum mutetur ſi mobile eodem ſe hr̄e ſtatuatur. Et erat hoc per ſe manifeſtum. Cum enim mobile eodem mō ſe habeat, ſi motiuum etiam eodem modo ſe habuit, cur interdum potentia ſolum erat, interdū actu motiuū? Sed ipſe idem ſm aliū methodum oſtendit, prius enim ſumens uirtute qd' ea q̄ mouent contrarijs motibus nā cum ea q̄ mouentur maneant, neceſſe ē ut ea q̄ mutant contrarijs motibus moueant. Vnde ex diuiſione reliquum ſumit. Quod mouentium alia uno ſimplici motu mouent, ut ignis calefacit, nix uero frigefacit, & hi ſunt contrarij motus, ſicut qui in anima quæ ad uerum & ad falſum mutatur, qñ honeſtus & ꝓbus uir non inuitus peccaret contra deceptionem alicuius. Et notat quod etiam quæ uidentur uno ſolo mouere, mō etiā contrarias ingerere affectiones, ut frigus ꝑ accidens calefacit dum abſcedit. Sic etiam mouens ſm locum quieſcit dum abſcedit, ideſt quia idem aliter affici poteſt, quare mouentia non ſemper poſſunt mouere, neq; ſemper quieſcere ſed ſi uicina facta fuerint forte mouere poterunt, ſi uero deſtiterint, quieſcere. quare cum ita ſe habeat, ut unum non moueat & aliud non moueatur, deinde aliud poſtea moueat, & aliud moueatur, patet quod mutatio quædam extitit uel circa ambo uel circa alterum. Omnia enim quæ ſunt ad aliquid, ſic ex potētia fiunt actu, ut uel alterum mutetur, uel ambo. Sed ad aliquid ambo ſunt mouens & id quod mouetur. Merito igitur rurſus concludens rationem ſubiunxit, { Erit ergo quædam mutatio prior prima, } & de hac rurſus percunctandum eſt, ſi moueat hac mouens, ut poſſit mouere actu. Cur enim illo motu nunc mouetur & non prius. Erit ergo rurſus mouente prius motiuū motū, ut hoc moueat cū nō prius moueret. Hæc igitˀ ſunt in prima demōſtratione Ariſtotelis q̄, ut diximus, ſunt itelligēda.

Contra Ioannem Grammaticum Digreſsio.

Caeterum quoniā Grammaticus ille qui multas turbas excitauit non contra ſuos eiuſdem ſententiæ, ſed contra ſtolidos homines, uelut adhortantes Alphæum, cum Hercule pro uiribus eorum animos purgabimus, qui ſe ſē illi committunt. Proinde uerba Ariſtotelis addens ac Alexandri totam expoſitionem, & Themiſtij Paraphraſin annectens, ut ſua latius emanet oratio & ampla fiant edita ſua atque conſcripta, preterret idiotas, & plebeios, reliquum adducit inſtantias ſuas, contra rationem & hanc primā. Quoniam inquit Ariſto. motum definiens eſſe actum mobilis qua mobile eſt, communiter omnem motum per definitionē amplexus eſt. Verūtamē ſtatuit ex hoc alios motus eſſe æternos & alios habere initium & finem, unde conſequens definitionem motus accepit. quod ſi non fuerit motus ſempiternus, ſed cœperit eſſe ex neceſſitate prius eē oportere ea quæ debēt moueri, quæ ſolam habeant potentiam motus ſine actu. Hoc enim quod non ſit, uerum nititur ſic probare. Omnis enim definitio, inquit, æque de ſuo definito prædicatur. Et hic in longū producit exemplis orationem, quare inquit & definitio motus eodem modo competet & motui ſine principio, ſi quis motus erit talis, & illi qui habet principium. ſi ergo ſequitur definitionem motus, non ſempiterni hoc, ut prius eſſe id quod mouetur quam motus, ſequetur idem etiam in motu ſempiterno, ſi ergo hæc uera ſunt, neceſſe eſt aut non ueram eſſe definitionem de ſempiterno motu, & ſi ut communis ſit tradita, quod quidem abſurdum eſt, aut ſi etiam de eodem uerum eſſet hoc, qd' oporteat prius eſſe id quod mouetur quam ſit motus, quare erit natura cœlorum prior orbiculatione ideſt ſuo motu idque tempore. Sed nihil quod habet aliquid ſeipſo prius tēpore eſt ęternum, igitur neque ſecundum ipſum motus æternus, erit æternus & in contrarium ac uult ratio conuerſa eſt. Aut ſi uult, inquit, motum ſempiternum eſſe, non eſt uerum quod ſequatur definitionem motus uidelicet mobile prius eſſe quam motum tempore. Nam mobile æternum non prius eſt tempore quam ſuus motus.

Deinde nititur oſtendere quod quando Ariſtoteles aſſignabat definitionem motus non intelligebat id quod eſt potentia, ſic ut poſſet ſeparari ab actu ideſt à motu, ſed eo uſque motū eſſe quouſque eſſet id quod eſt potentia, et econtra tam diu eſſe id quod eſt potentia, quam diu eſt motus. Vbi enim motus ceſſant, quando quod mouetur attigerit finem, tum etiam id quod eſt potentia ceſſat. Et apponit uerba Ariſtotelis dicentis, { Sed quando erit domus, non amplius erit ędificabile, equidē ędificabile ędificatur, } & adducit teſtes interpretes eorum dictorum, quod accepit Ariſtoteles potentiam uelut ſimul exiſtentem cum motu & non uelut ſeparatam ab actione, ut nūc uti uolunt inquit qui paralogiſmum & cauillum texunt. Eſt ergo prima hæc hominis inſtantia, qui ſtudet ꝓbare quod haud recte dictū ſit prius eſſe illa quæ poſſunt moueri quā motus.

Sed ad hæc dicendum eſt primo motus definitionem eſſe omnis motus, ſimiliter uidelicet ęterni, & habentis initium & finē. Omnis enim motus eſt quidam actus eorum quæ habent cū ipſa actione adhuc ipſum quod eſt potentia ad agendum, quocirca & motus fertur eſſe actus imperfectus. quia ſemper eſt cum potentia. Secundo quod prius eſſe quod poteſt moueri, quam ſit ipſe motus de omnibus quæ mouētur eſt uerum. Sed in his quæ habent initium motus & finem ſic prius eſt id quod poteſt moueri, quam ſit motus, ut etiam nondum exiſtente motu ſint illa, at in his quæ mouentur ęterno motu ſemper eſt motus, uidelicet alius atque alius, ſed ſemper in unoquoque motu prius eſt potentia ad motum. Sol enim quādo arietem pertranſit habet potentiam pertranſeundi taurum, poſt arietem. Et patet quod dum tranſit arietem eſt potentia in eo motus ad taurum. Cum ergo hæc ita ſe habeant, uide quomodo aut iſte ſe alijs inſenſatis uiris exhibet, uel haud ſentiat quomodo ſeipſum decipit. Inquit enim.

Si cœlum tempore præcederet priuſq; eſſet tempore quam orbiculatio, non eſſet æterna orbiculatio. Sed uitioſam efficit rationem quia ſempiternam orbiculationem uelut ſimul exiſtentem in infinitum accipiens, & ſic ſtatuens cœlum prius eſſe q̄ ſuus motus concluſiſſe putat motum non eſſe æternum, ſiquidem habeat aliquid quod ſit prius ſeipſo. Oportebat autē non uelut ſimul exiſtentem motū ſtatuere, ſed eſſe dum ſit ſemper

in infinitum. Hæc enim eſt motus natura, ut non ſimul ſubſiſtat, ſed ſit dum ſit, quare ſi ſemper exiſtẽte motu alio, atq; alio omni no neceſſe eſt, ut ſint prius ea q̃ poſſint moueri, fruſtra ergo iſte ſeſe iactat perinde/ac rationem in contrarium conuerterit. Præterea temere aſſerit Ariſtotelem cauillari ſyllogiſmo & interpretes Ariſtotelis qui ex definitione motus conuincunt prius eſſe/id quod poteſt moueri, quã ſit motus. Et ſi enim dixit Ariſto. cum motu eſſe id qđ eſt potentia/ & ceſſante motu ubi peruenerit/qđ cietur ad finem & facta domo ceſſat, etiam ædificabile/ideſt, id quod eſt potentia, ſed nõ dixit illud qđ nõdum exiſtente motu neq; id quod eſt potẽtia eſt, qđ quidẽ repugnat rõni dicenti prius eſſe, quod poteſt moueri/quã ſit motus. At his cum nihil intelligat eorum/q̃ dicũtur ſtudet Ariſtotelem oñdere/atq; ſuos interpretes affirmaſſe ſimul motũ/et id quod eſt potentia eẽ atq; una ceſſare, ignorãs quod etiã ſi ſimul eſſent/& ſimul ceſſarent, nihil ꝓhibet etiam p̃cedere. Hoc eni euidentiſſime ſit/ in his motibus, qui habent initium/& finem. Quod enim poteſt moueri ſm unũquẽq; motum/quieſcẽs aliquando paulopoſt mouetur. Sed qũo. Hos cõtextus Ariſto. cupiens conſcribere/& adducere, in q̃bus aſſerit ſimul eẽ/atq; ceſſare qđ eſt potentia & motum, non aiaduertit illos/in q̃bus dicit non ſm idem neq; ſimul eẽ/id qđ eſt potẽtia, & id quod eſt actu q̃n in tertio dixit, { Quia quędã ſunt partim potẽtia, par» tim uero actu, tñ non ſimul, neq; ſm idem, ſed uelut calidum » actus/& frigidũ id quod eſt potentia. } Et rurſus idẽ dicit. Cõ» tingit enim unũquodq; interdũ agere, interdũ nõ, uidelicet eorum q̃ ſunt potẽtia. Sed cum adiecisſet ẽt Themiſtij Paraphraſio quæ ſic ſe habet. Contingit enim unũquodq; interdũ agere ſm quod poteſt, & interdũ nõdum, ut ædificabile eſt potentia, & aliq̃n agere, aut agi/ut ędificabile q̃n ędificaretur, & aliq̃n nõ ut ſi ponerentur lapides ſimplr nõdum moti ab artifice. E quibus ignorare uidetur qũo hi ſermones aſſerunt prius eſſe/id qꝫ poteſt moueri/q̃ motus. Huiuſmodi ẽ ergo huius hoĩs certamen, & obiectio q̃ apud rectum iudicem, opinor, nullo mõ cõſentanea eſſe uidetur. Vt autẽ ſilentio pertranſeã multa/ q̃ ille audacter interſerit, forte nihil ꝓhibet repetere unũ, ut intelligamus habitum/& doctrinam eius. Inquit oĩs definitio ęque p̃dicatur de diffinito, ut definitio ſubſtãtię/non ſecus intelligitur de ſempiternis ſubſtãtijs, ac de his q̃ oriunť/& intereunt. At quis tam ſero didicit, ut ignoret ſubſtãtiam obnoxiam ortui, nõ ꝓcedere ab ęterna ſubſtãtia ſm ꝓceſſum ab ipſo uno, & ſi aliq̃ eſt definitio ſubſtãtiæ cõmunis/& hæc ut uelut ab uno ꝓcedit ſed ęque uelut differentibus ſubſtãtijs competet. Sed ut uideť intelligens in ipſis introductionibus æqualiter genera/ de ſpeciebus p̃dicari, cenſuit & hoc definitionibus cõpetere. Secundũ aũt argumentum adducit/ex dictis Ariſto. tale. Et in motibus inquit/qui ꝓ conceſſo habent principium & finem, ſi oñſa fuerint q̃dam eẽ mota, q̃ ubi primum orta fuerint/motus naturalis eorum ipſa conſequitur, patet opinor cuicũq;/ qđ cõpetet etiam ipſorum motui definitio. Cum enim ſint mobilia/& poſſint moueri, ſic mouentur manente adhuc potentia & prius nõ ſunt ea q̃ poſſunt moueri q̃ motus. Sic ergo certamẽ atq; obiectionem ꝓponens nititur oſtendere/qđ q̃dam ſubdita ortui ſimul ac facta ſunt/& ſuo naturali motu mouenť ſtatim. Et inq̃t qđ ignis ſi deorſum, conſiſteret ſimul dum ignis ſit, aggrediť ſurſum petere. Eodem ẽt mõ aqua cõſtãs in nubibus, ut primũ emergit niſi quid ꝓhibeat, deorſum fertur. Deinde uelut quandam inſtantiam ſoluens dicentem qđ prius eſt lignum potentia exiſtens ignis quã ſit motus ignis ſurſum, q̃n ex ligno ignis ſit ſed inquit lignum nõ erat habens potentiã lationis ſurſum. Ortus enim qui eſt ignis ex ligno eſt mutatio & nõ motus. Sed dicta definitio nõ eſt ortus, ſed motus. Nã inq̃t eſt actus mobilis q̃ mobile. igiť, erit & latio ſurſum motus/& nõ ortus, at mutatio ligni/in ignem eſt ortus/& non motus, & ſi nõ ſine motu ſit ortus, igitur nõ erat latio ſurſum ignis actus/ligni in potẽtia. Quę enim mouentur ſecundum iunanquanq; ſpeciem motus manent in ſua ſubſtantia, & non corrupta mouenť. Sed lignũ non manens lignum ſurſum fertur, ſed qđ interit/& in ignẽ mutatũ eſt/non mouetur, q̃ũo enim quod interit/ & defecit mouetur. His autem nou contentus/& alia adducit argumenta, & nititur oñdere quod lignum/non habet potentiam petẽdi ſurſum, ſed ignis. Ex quo cum putet oñdere, quod nõ eſt uerum/ qđ prius ſit id quod poteſt moueri, quam ſit motus, ex quo oſtenſa ſunt æternitas motus. Nam lignum, inquit, prius eſt/ quam motus ignis ſurſum, quoniã & igne prius eſt/qui ſit ex eo. Sed ignis ſimul ignis eſt, & ſurſum mouetur, ob id ergo inſtat oſtendendo quod non prius eſt, id quod poteſt moueri, quã ſit motus/ut lignum, ſed idem quod mouetur, ut ignis ſimul eſt cum motu, quod etiam poteſt moueri. Si enim aliquis, inquit, actum ligni dicat lationem ſurſum, primum accidet/ut idem ſit actus contrariorum/& motus. Lignum enim graue/& ignis leue. Si ergo motus ſurſum/& ignis eſt actus, & ipſius ligni quod mutatum eſt contrariorũ idem erit actus/& motus/& non ſecũdum aliquid aliud, ſed quatenus contrarijs participat. Cõtraria autem ſunt grauedo/& leuitas, immo non ſolum hoc accideret, ſed ẽt eiuſdem cõtrariorum uterq; motuum actus erit/& entelechia, ſiquidem ligni & latio deorſum ſit entelechia, & ea q̃ ſurſum qua ignis fertur factus ex ligno. Si ergo nõ eſt aptũ, ut inquit, lignum qua lignũ moueri latione naturaliter ſurſum neq; potentiam habebit lationis deorſum, neq; eſt ipſius actio/ & perfectio motus ignis ſurſum. Deinde ẽt adducit tertiũ argumẽtum contra idẽ, tale. Si oĩa elementa, & cõpoſita ex eis corpora poſſunt mutari uiciſſim, aut ſine medio, aut ẽt p altera media. Aq̃ enim per mediũ aerẽ mutať/in ignẽ accidet, ut oĩs motus cuicũque cõpetat ſm naturã, & uniuſcuiuſq; grauiũ/& leuiũ. Quartum adducit, qđ ſi accretio eſt entelechia augmẽtabilis qua tale eſt ut carnis, equidẽ põt panis/ & uinũ in ipſo aĩali mutata fieri caro, erit ergo incrementũ actus, & entelechia panis, & uini, qđ fieri nõ põt. Nã augenť ea q̃ nutriunť, & nutriunť aĩata, ſed cibus/& alimentũ nõ adoleſcit, nõ ergo accretio, aut incrementũ carnis eſt actus nutrimenti, quo mutato ſit caro, quare neq; ligni ſurſum motus eſt actus ligni/nec motus, ſed id quod aptũ eſt ꝓxime moueri, hoc motu inquit manẽs in ſua natura/& nõ corruptũ hoc dicimus eẽ potẽtia mobile illo motu, ceu dicimus hoĩem incedere/& nõ elementa, & motũ ꝓxime potentię actũ dicimus. Si ergo inquit ignis eſt potentia mobile/& nõ lignum dum ſimul ignis ſit niſi quis uetet, ſurſum fertur/eodẽ etiã mõ aqua in nebulis. Sed in ſempiternis motibus/haud uerũ eſt, q̃đ potentia mobile prius ſit quã motus ſm tẽpus. In his porro cõſiderandum eſt primo, quãtum ſpectat ad intentionem eorum quæ dicunť, qđ is cum ſolum operã nauaret ad contradicendũ uerum indagãdi curam paruifecit. Si ergo hoc Ariſto. ꝓponit oñdere/qđ nõ eſt primus motus, ſed ante oẽm motũ acceptũ eſt aliquis alius/ex quo ſequiť, ut ſit motus ęternus, cum ſemp alius ante alium accipiať/in Infinitum, oſtendit idem prius aſſumens/qđ prius eſt id qđ põt moueri, quã ſit motus. Si ergo uerũ eſt nõ eẽ primũ motũ, & falſum ſit, qꝫ prius ſit, q̃đ põt moueri/quã ſit motus, dogma ipm quo diciť motus ęternus/non cõfutat. Sed hic modus demonſtrandi ſi reprobandus eſt is ꝓpoſitus/uidetur qui tollit præeſſe quodam antequã ſit motus, qđ poſſit moueri. Vnde motus aeris/aq̃ accepit, quibus priores fatetur eſſe ortus eorum ab alijs, quare ſemper ante motum/ eſt motus. Et cur ego hæc dico quando plane/ hic ex contentione contradicentis ſit irriſus/atq; repudiatus. Nam inquit nunc/nõ quærimus an ea quæ fiunt/ex his quæ ſunt, aut non ſuntoriantť & fiant: neq; an ſit aliquis primus motus nec ne, ſed quod non ſit uerum effatum unq; ex definitione motus acceptum. At uero ſi non eſt primus motus, & ſi haud uerum ſit effatum, nihil dogma de æternitate motus læditur. Hanc igitur intentionem hominis uolens exercitari augent, quod uero neq; effatum eius dicta, infirment/& dimoueant, neque ille uideatur intelligere dicta ſic diſces. Quod poteſt moueri duplex eſt/quod quidem hic ignorans ſeipſum/& ignaros ſuæ doctrinæ confundit. Dicimus enim poſſe moueri/ quod habet perfectam potentiam productiuã actus/cui ſimul adeſt actus. Sic enim ignis ſurſum moueri poteſt, & aqua deorſum, & cum ſimul ſit hac ratione/

cum potentia actus,& ab ipſa producetur, dicimus autem id poſſe moueri/quod & potentia mobile eſt,quod nondum habet perfectam potentiam delatiuam actus:ſed aptum eſt obtinere.ſic potentia dicimus moueri id qđ eſt aptum moueri,ſed nondũ in ꝓmptu habet perfectam potentiam delatiuã actus. Cum ergo Ariſtoteles dicat prius eſſe id quod ſic poteſt moueri,quam ſit motus uelut id quod eſt aptum moueri,ſed nondũ mouetur, aut non illam partem motus quæ mouetur.Etenim ſolem dicimus moueri in tauro potentia/qñ pertranſit arietem & cum in his fateatur prius eſſe/id quod poſſit moueri quam motus,iſte putat reprehendere rõnem Ariſtotelis de igne/& aqua:oñdens ſimul eſſe motum cum eo quod potentia mouet ſecũdum perfectam potentiam delatiuam actus. Hanc igitur ignorans differentiam/fruſtra deinde omnia recenſuit/oſtendere contendens/quod potentiam motus ſurſum ignis habet/ qui iam mouetur ſurſum,ſed hoc lignum eſt aptum fieri ignis non intelligens quod aliam perfectionem habet ignis,& aliam lignum in perfectam/& ſecũdum id quod eſt potentia dictam ſecũdum quam aptus eſt ignis ſurſum fieri.Oĩno enim ſi ignis eſt potentia lignũ/& igni cõnatus eſt,motus ſurſum ſecũdum actum quomodo non etiam ligno/ut igni eſſe,ſic etiam moueri ſurſum potentia non cõpetet.At inquit mutatio ligni in ignẽ non eſt motus, ſed ortus . Et dicta definitio eſt motus/& non ortus.Nam inquit entelechia eſt mobilis qua mobile.quare diceret Ariſtotelem aſſerere / quod lignum præcedit ortum/& non motum.Nonne ergo is uir poteſt aduerſus Ariſtotelem inſtare,qui non cognoſcit ea quæ ab illo traduntur? Statim porro definitionem dicentem actum mobilis eſſe motum/qua mobile aſſeruit eſſe motus /& non ortus, ignorans diffinitionem hanc Ariſtotelem aſſignauiſſe nondum ſecernentem ortum/a motu proprie.Hoc autem in quinto Libro fecit.Itẽ magis ignorauit/quod palam ortus/atq; interitus definitionem motus aſſignans eſſe tradidit/& pauloante dixit,& in his dictis apertius. {Diuiſo ſecundum unũquodq; genus eo quod eſt actu/& eo quod eſt potentia eius/quod eſt potentia q̃tenus tale dico motum eſſe/ut alterabilis/qua alterabile alteratio/& augumentabilis,& oppoſiti diminuibilis.Nullum enim cõmune nomen/ in augmento/& decremento niſi ea ipſa quæ diximus,ſed generatilis ortum/& corruptibilis interitum/& latibilis lationem dicimus motum, } qũo igitur is mutationẽ ligni in ignem aſſerit eſſe ortum & negat motum eſſe, ut ante ortum ſit generatile, non tñ ante motum mobile,ſed quod & ortus ſit motus/ſecũdum commune motus/& ſubijciatur definitioni cõmunis motus, perſpicuum eſt.,Et quod ligni mutati in ignem motus ſit ortus,& mutatio in ignem/& hãc ꝓxime precedat lignum/ad quam potentia erat,ſed non lationem ſurſum ignis iam patet. Equidem neq; hæc eſt ligni entelechia/& motus, ſed mutatio in ignem.Sed hic uir cum Ariſto.dicat id quod poteſt moueri præcedere motum/ non hunc ad quem dicebatur poſſe,ſed illius motum in quod mutatum eſt,ut lignum quod poteſt in ignem mutari,non quia prius ſit,quam mutatio in ignem , ſed quam ſit motus ignis ſurſum,ſic nititur dirigere ſermonẽ pluribus argumentis,Et patet quod eius/qui decipitur circa ianuã omnia ſunt ſuperuacanea. Verum ut in his detegam habitum/ & doctrinam hominis/& horum quandam rõnem faciam. Si enim ligni aliquis dicat actum lationem ſurſum , et contrariorum idem erit actus,& eiuſdẽ uterq; cõtrariorũ motuum entelechia erit/& actus.Et appoſui iam eius uerba paulo ante quæ ſignificant hæc.Quid porro abſurdi eſt o amice,ſi lignũ habet potẽtia motũ ſurſum tanquã aptũ,ut fieri queat ignis,ſed ignis illum habet actu,& cõtra latio deorſum eſt ligni ſecundũ actũ ſed potentia ſurſum,quia eſt ignis potẽtia.Poſſunt etiã hæc diuidi,qa idem eſt actus cõtrariorũ/aut ꝑ ſe/aut per accidẽs. Vel nõ eſt uerũ dicere/& aquã actu per ſe frigefacere/& potẽtia ꝑ accidẽs calefacere,qa interdũ eſt apta nata aq̃ mutari/ in ignẽ. Et oportebat audire Ariſto. dicentem,in illis uerbis de motu. Quoniam autẽ ſunt q̃dam eadem & potentia & actu,ſed nõ ſimul neq; ſecundum idem,ſed uelut calidum eſt actus/& frigus potentia/& potentia deorſum ferri poteſt.Patet autem qđ lignum dum fuerit lignum/ non habet potentiã delatiuam ſurſum tñ potentia ignis eſt/et ſecundũ aptitudinem,& ſurſum fertur lignum.Eodem modo tertium/ex eadem ignorantia deductũ facile ſolui poteſt.Omnis enim motus ſurſum/& deorſum omni elemento conuenit/& leui & graui/ & ſm naturã ſi uult. Verum ſic ſecundum naturam,ut interdum ſit potentia, interdum uero actu.Etenim aquæ latio ſurſum conuenit,qñ poteſt fieri ignis. Et ad quartum dicendum eſt idem , quod panis cũ ſit potentia caro/diceretur augeri potentia.Nam & ſi proxima aptitudo pani eſt mutationis in carnem , ſed quod mutatur in carnẽ aptum eſt mutari actu, ſed qa iſte ſancit quoddã ius/qđ id quod eſt aptum ꝓxime moueri hoc motu manens in ſua natura/& non interit hoc dicimus potentia eẽ mobile illo motu, ut hominẽ/& non elementa:interrogandus eſt , primum, q̃ño dixit Ariſto.calidum actu,ſed potentia frigidum, nam id dicat tanquã aptum ſit/id qđ eſt potentia frigidum mutari/in frigidum.Deinde ſi neq; aliqñ ipſe panem dixit potentia carnẽ,aut ſemen genitale potentia aĩal , quãquam ſemẽ genitale nõ maneat in ſua natura,tñ ſit homo.Sed per ſiſe his paſſus eſt.Cum enim ignoraret differentiam perfectæ potentiæ ultra id quod eſt potentia imperfectum/& affectiones intermedias perfectę potentię/id quod eſt potentia ipſi imperfecto adaptat.Sine mutatione enim agens agit ſecũdum potentiam perfectã/quæ eſt productiua actus,ſed imperfectum potentia ſit actu eius, qđ poteſt mutari/poſtquam quod generari poteſt/fuerit factum/ & quod poteſt augeri erit auctum,& quod poteſt alterari erit alteratum.Eſt autem & quædam media affectio/in qua quod eſt potentia concurrit aliquo modo cum potentia perfecta,qđ quidem uidetur in his quæ mouentur ſecũdum locũ,quia perfectiſſima ea ſunt aliorũ/quæ mouentur ſecũdum locum. Porro ignis cum dicatur mobile ſurſum ſimul exiſtente potentia perfecta/cum potentia imperfecta,& natura apropinquante, quia ſine mutatione eius quod mouetur translatio ſecũdum locum ſit,tamen quod ſit mutatum eſt,& tum id quod eſt potentia habet imperfectius,& potẽtiam ipſam ſecũdum quam mutatur imperfectionem mouente ſecũdum locum. Cum igitur tales ſint differentiæ in eo quod eſt potentia/& in potentia,ipſe in his quæ mouentur ſecũdum locum cenſet/hæc potentia manentia in ſua natura/& nõ corrupta potẽtia eſſe mobilia.Oportebat autem etiam in ipſo ortu/id quod eſt potentia cõſiderare ſecũdum mutationem ſubſtantiæ/quando quod mutatur ad actum peruenit,ut in augmento ſecũdum quãtitatem/& in alteratione ſecũdum qualitatẽ,& melius erit uidere motum ignis mutati/in ignem ſecũdum ortum,& quomodo prius eſt lignũ quod poteſt moueri tali motu,quam ſit idem motus,& in igne uidere itidem motum ad locum/& quomodo ipſe ignis prius eſt,quam delatio ſurſum actu.Nam oportet ubi factus fuerit ignis eum ſurſum petere,& ſi illico ſimul moueatur poſtquam cœperit fieri.Quod ſi quis etiam lignum prius eſſe,ut mutatione in ignem,ita & latione ſurſum aſſereret, nimirum non peccabit . quare etiam in alijs tribus motibus / uidelicet accretione/ortu/alteratione/opinor is fateretur,id qđ poteſt moueri prius eſſe,ut ſemen genitale/& quod adauget ſecundum quantitatem, & quod mutat ſecundum qualitatem . Et in mutatione ſecundum locum in qua is præſertim exiſtimat rationem confutare , ſi quidem is fateatur ineſſe / in ipſo quod ſic mouetur / id quod eſt potentia , & ubique ipſius eſt / id quod eſt potentia / quam quod eſt actu , & ſi potentia ſimul exiſtat cum actu:quare etiam patet idipſum qđ poteſt prius eſſe/quam id quod eſt actu.Etenim & ignis quanquam ſimul ac fuerit ignis,ſurſum proficiſcatur , tamen dum aſcendit prius eſt potentia/uerbi gratia dum tranſit per aerem/ quam ſit actu ſurſum/& quod eſt potentia in ipſo ſub accenſo prius eſt/quam id quod eſt actu.Et eſt ratio Ariſtotelis omnino irreprehenſibilis/quæ aſſerit omnino prius oportere res eſſe quam poſſint moueri actu ſecundum unũquenq; motũ , quare temere is in calce rationis ſe iactat , cum inquiat ſi falſum

eſſe oſtenſum eſt/quod prius ſint res quam motus.igitur & il-
lud quod erat ꝓbatum ex hoc,ut Grammaticus dixit,uidelicet
motum eſſe ſine principio.Sed arbitror æquius multo dici qđ
ſi hoc omnino oſtenſum eſt/uerum eſſe etiam illud qđ ex hoc
oſtenſum,erit uerum neq; euerſum/& perturbatũ ab ipſo du-
ce perturbantium.Hic equidem principia Ariſtotelis demon-
ſtrationis perpurgans,uult nobis ꝓpriam methodum dare;di-
cens hoc modo tantum motũ eſſe oſtenſum ſine principio eẽ,
ſi quidem erat uerum illud qđ in ore eſt omniũ naturaliũ pro-
pe,ut ipſi dicũt effatum nihil/è nihilo penitus fieri,ſed omne q
fit/ex aliquo præexiſtẽte fieri. Et damnat Ariſtotelẽ,qppe qui
nõ accipit hoc effatum ad cõſtruẽdum ſyllogiſmũ, quo ꝓbat
motum eẽ abſq; initio.Sed is uir ignorat quãtum diſtet ab ip-
ſa ſedulitate,& diligẽtia Ariſto.Item neſcius eſt atq; eum latet/
quid ſit peculiare ſcientiæ Ariſtotelis qui cõſueuit accipere in
cõficiẽdis demõſtrationibus ꝓrima principia/& nõ cõmunia.
In primo enim Phyſicę auditionis/cum quæreret initia ortus mẽ
tionem fecerat de illa dubitatione/quæ nitebatur deſtruere or-
tum,quia omne quod fit/aut ex eo quod eſt,aut ex eo quod nõ
eſt,oritur & fit.Sed neutrum fieri põt,neq; enim qđ eſt fit,iam
enim eſt.Item nihil fit ex eo/quod nõ eſt. Subijciatur aliquid
oportet.Et ſoluit dubitationẽ/dicens nihil fieri ex eo/ quod eſt
ſimpliciter nõ ens:uerum ex eo/quod nõ eſt ſecũdum accidẽs/
fieri poteſt,quia ex priuatione non per ſe,ſed quia eſt in priuato
fit,& per hanc rationem oñſum eſt ortum eẽ/ac ſempiterna,&
nũquam deficere ea quæ fiũt,ſiquidem ante omne factũ aliud
atq; aliud generãdum fit,& poſt omne corruptũ relinquaẽ ali-
quid/& ipſum corruptibile. Verum hic nõ oñdit ea quæ mouẽ
tur æterna eẽ,ſed motum æternum,quod nititur ex definitione
motus facere/& ex definitione eius oſtẽdtur,id quod poteſt mo
ueri prius eẽ, quam motus definitus,ut ſubſtantia omnino prę
cedit actionem.An aliquis eſt mentis compos,qui mallet ſequi
imaginationes huius uiri temerarias/quam methodum Ariſto.
Verum quia exiſtimans perfacile ſibi fore/ſi aggrediatur oſtẽ
dere falſam eſſe illam rationem/ quæ dicit ex nihilo nihil fieri/
proponit ſolum hoc,quod ſi uerum oñderetur eſſe id uidelicet
ex nihilo nihil fieri quod ſolum ex hoc oñderetur motus eẽ ęter
nus.Sed heus garrulitates huius cõſiderabimus,quas abſolute
nono/& undecimo aſſeruit ſe ſcripſiſſe contra Proclum nume
ratos quoſdam libellos noſtros lædẽs/ atq; paruifacit quos cõ
ſcriptos dicit cõtra uiros inclytos.Et nunc neq; paucis exponit.
Primum dicit,ſi etiam natura ex his quæ ſunt efficit ea quæ ab
ipſa prodeunt, propter hoc & ſubſtantiam eius/ & actionem
habent in ſubiecto/& ſine illo neq; eſt,neq; agere poteſt, non
neceſſe eſt ut deus qui habet ſubſtantiam,& actionem ſepara
tam ab omnibus rebus/ex his quæ ſunt aliquid efficiat.Sic enĩ
nihil habebit plus uirtutis quam natura,quin immo non ſolũ.
Deus efficit ſpecies eorum/& formas quæ fiunt ab ipſo,ſed ẽt
creditur producere materiam ipſam atq; efficere.Solum enim
primum ortus/atq; principij eſt expers , ſi ergo & materiam.
Deus producit/& materia non eget alia materia , ut ſubſiſtat.
Nam hæc eſt primum omnium rerum naturalium ſubiectum
non igitur omne quod fit ex eo quod eſt proficiſciẽ & fit.Nam
ſiue ſemper a Deo materia fiat,ſiue olim/aut aliquando,certe
non egebit altera materia,cum ipſa ſit primum corporũ ſubie
ctum,non ergo ſi ea quæ fiunt a natura ex his quæ ſunt , fiunt
neceſſe eſt,ut etiam ea quæ ſine medio ab ipſo Deo emanant,
ex his quæ ſunt,fiant ut natura quæ eget/& tempore/& ortu,
ut ſingulas res naturales efficiat.At deus ſine tempore/& ſine
ortu ideſt fingendo/& formando quę ab ipſo fiunt ꝓducit ſine
medio.Sat eſt ut uelit res conſtituere/& producere ſubſtantias
Deinde nos reuocat ad memoriam alterius demonſtrationis,
quam adduxit contra Proclum undecimo& oſtendit,ut putat,
quod ea quæ fiunt a natura/& ab arte ex eo quod non eſt fiãt
& in id quod non eſt intereant.Cum enim compoſita, inquit,
conſtent materia/& forma,& prima materia non fiat a natura
neq; corrũpatur,neq; compoſitum ſecundum ſe totum ex ma
teria & forma.Aliter etiã materia fieret/& interiret,reſtat ergo
ut tantum formæ ſit interitus/atq; ortus.Si ergo colores/ figu-
guræ/& irrationales potentiæ ac naturales animę/& ut in ſum
ma dicam omnes materiatæ formæ in aliquo tempore exiſtunt
dico uidelicet formas indiuiduas in unaquaq; re naturali.Harũ
enim eſt ortus/atq; iteritus. Si ergo hæc dum corpora intereunt
mutãtur prorſus ad id quod non eſt/patet etiam prius quod ea
quæ nullo pacto ſunt,ex his quæ non ſunt,acceperunt exiſten-
tiam.Deinde in his ſubiungit.Hoc autem forte nil nobis confe
ret ad ꝓpoſitam poſtulationem & hypotheſim . Nam & ſi ex
his/quæ non ſunt materiatæ formæ deducuntur / ut ſint/ &
fiunt , tamen nullus naturalis ortus , ſine motu ſubſiſtit.
Cum motu enim omnis ortus eſt,quare ſemper exiſtente ortu
ſemper etiam motus erit.Sed unde eſt quod ſit ſemper ortus?
Nam cũ dicat ſemper erat ortus , nihil alterum inquit quam
quod ſemper erat motus , quare petit id quod eſt a prin-
cipio/& quæſitum accipit conceſſum.Præterea his, ut opinor,
annectit abſurdum,aſſerens quod ea quæ a deo ꝓducuntur,ſi
ne medio ex aliquo ſubiecto prius exiſtente non fiunt,neq; per
ortum/aut temporis prorogationem & durationẽ.Etenim ma
teriam ipſam & tempus ſimul cum uniuerſo.Deus conſtituit
quare non prius extitit motus quam mundus.Hinc ergo patet
quod niſi ſit quædam ratio quæ demonſtret mũdum ſine prin
cipio fuiſſe,& ſine fine,non poteſt demonſtrari quod motus ſit
æternus.quare ſi fuerint oẽs rationes confutatæ,e quibus pro-
bant æternum mundum eſſe, & ſequens ex neceſſitate ſimul
confutabitur.Sed ſi totidem & talia ſuis uerbis perperam ſcri-
bere auſus eſt,ne quis bonæ indolis meam ſcholam imperitã,
& inelegantem decernat,& iudicet.Illi enim certum eſt quod
patet talium rationum abſurditas quomodocunq; eruditus,ſed
quoniam iſte auditoribus imperitis blandiebatur ſeſeq; adapta
bat,& longiſſime ſcribit,& concludit ea oſtenſa,quæ,nec ipſe
animo attigere potuit:opinor id eſſe humanitatis meę,& hono
ris tuendi munus,ut in his pro uirili mea oſtendam/quæ ſit hu-
ius hominis peritia.Et porro contra hoc primũ inſtabimus,un
de hæc ratio longa protracta eſt. Cum enim principio dixiſſet,
quod ſolum hoc modo oñderetur motus ſine principio eſſe, ſi
uerum eſſet,quod iactatur inter Phõs palam effatum , ut ipſi
dicunt(nihil fieri ex nihilo,)& ꝓponens quod hoc ſic ſe haben
te,non poteſt nõ eſſe motus ſemper/ & poſt pauca colligens
aſſerit,ſat fuiſſe Ariſtoteli/ad oñdendum motum eẽ ſine prin
cipio,ſi accepiſſet illud effatum.Sed audi quæſo/quam gnarus
ſit earum rerum quas ſubiunxit. Nam cum oñdiſſet/ quod ex
his quæ non ſunt,fit ortus,quod quidem propoſuerat ipſe ue-
lut illius deſtructiuum uidelicet/ex his quæ ſunt quod ſequitur
ſolum,ut ſempiternus ſit motus,ut dixit,ſubiungit : Hoc forte
nil nobis conferet ad propoſitam hypotheſim &c.Sed ne iterũ
eundem excitem puluerem.Si ergo nihil confert nobis ad hy-
potheſim o optime quomodo dicebas quod ſolum hoc modo
oſtenderetur motus ſine principio eẽ,ſi quidẽ erat uerum qđ
nunc dicitur uidelicet nihil conferre ad propoſitã hypotheſim
quomodo hoc ſolum dicebas effatum ſat fuiſſe Ariſtoteli acci
pere quod nihil aſſerebas conferre . Sed uideamus quomodo
euerrit hoc uulgatiſſimum effatum naturalium/cum ipſe oſten
dat ea quæ fiunt/ex nihilo omnino fieri & interire/in id quod
omnino nihil eſt.Et contra hoc primum inſtabimus ſi uidetur
an penitus is uir intellexit quomodo dictum eſt,quod fit aut ex
eo quod eſt,aut quod non eſt fieri. Sic enim apparet audienti
quod prius ſit forma,ut ex ipſa aliquid fiat,uelut materia ex ma
teria,& indiuiduæ formæ ex ſimilibus.Dicit proinde & mate-
riam deus condidit,ſed non eget materia altera materia/ut exi
ſtat,non ergo omne quod fit ex eo quod eſt,fit,idque de indiui
duis formis,quarum fatetur eſſe ortum atque interitum.Si er
go hæc omnia dum corpus interit,ad nihil mutata ſunt, patet
quod etiam prius quæ nullo pacto ſunt accepiſſe naturam, &
ſubſtantiam ex his quæ non ſunt.Si enim ob id ex eo quod nõ
eſt fiebant,quia non erant ipſa prius , patet quod etiam ex eo
quod eſt ipſa erant prius.Et neque Ariſtotelem intellexit/Pri-
mo Libro de Phyſica Auditione ponentem dubitationem/ &

dicentem. {Neque enim quod eſt fit, iam enim eſt, neque ex eo quod non eſt, ſubijciatur enim aliquid oportet.} nõ enim putauit, idem ſibimet ſubijci. ſi ergo hoc ignorat ea quæ fiunt, ex eo quod eſt/aut ex eo quod non eſt fieri quomodo dicitur a naturalibus, quod quid ſit ortus cognoſcit. immo huc hãc magis uidetur ignorare. Etenim Ariſtoteles/& alij inquiunt id fieri/non quod ſit ab aliqua cauſa qualitercũq;, ſed quod ſortitur, & accipit proceſſum, ut ſit in aliqua temporis parte, ꝓpter qd' dicit/quod etiam ex eo quod eſt, nõ poteſt fieri quod eſt. Prius enim eſt quod eſt, neque ex ipſo quod non eſt, oportet enim ſit ſubiectum aliquod quod ambobus conueniat quę aliquando fiunt. Nam æternum/& quod ſemper eſt quomodo ſit ex eo quod eſt/aut quod nõ eſt. Ariſtoteles autem cauſam cœli/& æterni motus aſſerit eſſe ipſum Deum/& ſi illud ingenitum atq; expers interitus eſſe demonſtret. Et quamuis ſoluat rationem naturalium/ex priuatione ſui inquit fieri id quod fit. Sed quomodo erit ſempiterni priuatio. Sed qd enumero alios? quando/& ipſe ortum ac interitum eſſe dicat formarum indiuiduarum/quæ ſubſiſtunt in aliqua temporis parte. Qui autẽ hæc dicit, & materiam ingenitam aſſerit genitam/& ab ipſa nititur oſtendere quod non ex eo quod eſt ſed ex eo quod non eſt fit/id quod fit, & nõ ſolam materiam, ſed etiam omnia alia præter primum inquit generabilia/& ut oſtendit palam quod nõ ſolum primum eſt ingenitum/& ſine cauſa. Vide ergo qd' prius dixit generabilia eſſe indiuidua quæ exiſtunt in aliqua temporis parte/& in his dicit generabilia ea dicit quæ proficiſcuntur a cauſa, ſiqdem & materiã ſempiternã dicẽs fieri aſſerat ipſam ex eo qd' nõ eſt fieri, & ſiquidẽ primũ ſolum ſine cauſa, & ingenitum, inquit, ſimul cum ipſo ingenito ordinans/id quod eſt ſine cauſa, neq; eos qui ſunt ſimilis opinionis ille ueretur, cum inquiat poſt primum omnia fieri/& facta eſſe. Quod enim fit & effici ipſe aſſerit, ſed non quod fieri & non de alijs/atq; alijs faciẽs rationem has inſtabiles uertit, ſed in una ſerie dictorum. Vnde quem exiſtimare debemus talem/ſi neq; cognoſcẽs de quibus faciat uerba/& rationes contra præcipuos Phos dicere ſeſe iactauerit, qui exſtimat fore ſibi hãc audaciam/& temeritatẽ more gygantũ ſine pœna. Sed uideamus cętera quõo oñdit ea quæ fiunt/nõ fieri ex eo quod nõ eſt, ſed ex eo quod eſt. Et hic ruſus uide quam diſſonæ ſint ſuæ rationes ab eo. Cum enĩ cœpiſſet demonſtrationem facere, aſſeruit naturam efficere ea quæ fiunt ex his quæ ſunt, & cauſam adducit hanc quia ſubſtãtiam ſuam/& actionem inquit ea habere in ſubiecto/& deum hac ratione differre a natura tradit, quatenus ipſa ex his/quæ ſunt aliquid efficit, & deus producat ea quæ fiunt ex his quę nõ ſunt. Sed procedens reuocat ad memoriam unam demonſtrationem cui multum tribuit oñdens quod natura & ars faciunt ex his quæ nõ ſunt, ut etiam deũ dixit facere. at prius dixit hac ratione deum differre a natura, quia illa ex his quæ ſunt, facit, ſed deus ex his quæ nõ ſunt. & cum inſtet uehementius, dicit, ſi etiam deus ex his quæ ſunt, aliquid efficeret/nihil uirtutis plus haberet deus quam natura. ſed quoniam fatetur primam materiam æternam fieri a deo/inquit ex eo quod non eſt, & formas ab eodem ſine medio ab ipſo productas eſſe, patet quod etiam ipſa ſempiterna ſint ſiquidem ea quæ fiunt, & intereunt, a natura in ipſum fiant. patet ergo illum aſſerere æterna fieri ex his q̃ nõ ſunt q̃ omnino ingenita Ariſtoteles demonſtrat, & occurrẽs non per ianuam. Cum enim Ariſtoteles fateatur genita ea eſſe quæ ſubſiſtunt in aliqua temporis parte, & hæc probet fieri ex eo quod eſt, his æterna inquit ex his quæ non ſunt fieri, quę quidem neq; Ariſto. fieri cenſuit, ſed alio modo a deo inquit produci. Quæ enim omnino fiunt/& interire arbitratur, & ſi uerũ igitur eſt/quod ex his quæ non ſunt deus æterna facit, ſecundũ quemlibet modum ea producat, nihil facit cõtra Ariſtotelem. Nam ſi omnino deus, ut inquit ſine tempore/& ſine ortu ac medio producit ea quæ ab ipſo fiunt/patet quod non ſunt hæc per ortum. Vnde colores, figuras, & ſimpliciter materiatæ/& indiuiduæ formæ quarum eſt ortus/ac interitus mutant/& abeũt in nihilum, igitur conſtat quod etiam prius cum nullo pacto eſſent, ex his quæ non ſunt originem, & naturam traxerint. At qualis color, quæ figura corrupta non ſic interijt, ut in album colorem/aut aliam figuram non mutetur. Si enim corpus permanet in mutationibus, ut ipſe fatetur, hoc exſtimans eſſe primam materiã, cum omne corpus naturale ſit cum colore, patet quod album corpus mutatur habens alium colorem/& de figura eadem ratio. Non enim poteſt corpus finitum/habere figuram ſine colore. Sed his uir/ut etiam prius dixit omnino ignorare mihi uidetur quomodo dicitur fieri ex eo quod eſt/id quod fit/& iterũ/in id quod eſt. Videtur enim ſentire quod ex eo quod eſt idem ſpecie/& in id quod eſt idem fieri/& interire. Nam talem ſuam eſſe ſententiam indicat dicendo, quod materia nõ egebit alia materia/et quod nullo pacto quæ ſunt formæ ex his quæ nõ ſunt, traxerunt naturam. Atqui cum Ariſtoteles infinities hæc demonſtrarit, quod ex contrarijs fit ortus/& in contraria interitus. Sed mirum eſt quomodo iſte qui ab ipſo deo ſine medio produci, quæ fiunt, aſſerit, mundum ab ipſo conditum fuiſſe ſine ortu/& principio temporis cenſeat, & in his multa uerba cõſumpſerit, & adeo impiam intentionem ſtatuerit/contendens ſtudio/oſtendere quæ fiunt ab ipſo deo habere initium temporis/& finem. Sed quoniam inquit motus nõ prius eſt quam mũdus/niſi quia oſtendat mũdum æternũ eſſe, nequit oſtendere motum æternum. Qui ergo cõfutauerit rationes probantes fieri poſſe, ut mundus ſit æternus, ut inquit cõfutabit etiam ſimul motum eſſe æternum. Sed quoniam his non uidetur ſequi oſtenſa/ab Ariſtotele de mundi æternitate neq; dimouere/aut euertere aliquid quod demonſtrauit ipſe/in his quæ conſcripſit. Primo de Cœlo/ut exiſtimo mediocriter demonſtrauit. Et nunc cum cœpiſſet rationem/dixit ſolum oſtendere æternitatem motus his qui oſtenderet quę fiunt/ex his quæ ſunt fieri. Sed procedendo nihil hoc confert ad demõſtrandam æternitatem. Sed in calce dicit/niſi quis oſtendat mũdum æternum eſſe, non poterit cõſequi motum æternum eſſe ignorans quod his modus demonſtrandi erat craſſiſſimus merito. Nam oſtenſo uniuerſo æterno quis amplius mentis compos quæreret/ſi æternus ſit æterni mundi motus. Non enim diſtat a cœlo quod mouetur, neq; ſi ipſum ſit, habẽs naturam ſemper mobilem/neq; ſi ea quæ ſub luna collocantur permaneãt cõtinue permutata. Verum erat magnæ intelligẽtiæ Ariſtotelis mũdum æternum oñdere/& habere motum ipſum a ſeipſo/& a propria natura æternum, ut etiam tẽpus demõſtrabit. Sed his contẽdẽs producere orationem ſuam in lõgum/ut eadem perterreat ſtolidos/quia adhuc magis ſuam infelicitatẽ patefacit. Nam iterum reuertit ad id quod retro diximus, quia inquit ſibi oſtẽſum eſſe quæ nam ſint ea genita quæ tempore nõ prius ſint, quam motus eorum ſecũdum naturam quod quidem, ut diximus, demõſtrauit minime. Et idẽ rurſus nitiẽ oſtẽdere & cõfutare Ariſtotelis rõnem dicẽtem/in his quę ſunt ad aliquid neceſſe eſt/uel ambo/uel alterum moueri ut mutuam accipiãt inter ſe habitudinem. Nam Ariſtoteles accipiẽs, ut inquit, cõceſſum qd' oportet prius eſſe ea quæ ſunt ad aliquid deinde quod ſuſcipiãt mutuam habitudinem quaſi nõ poſſint eẽ quædam/& ad aliquid eſſe, ſic cõcluſit oportere oĩno/uel ambo/uel alterum moueri/quo accipiãt mutuam inter ſe habitudinem. Et rurſus uerba Ariſtotelis/& Alexãdri explicationem adducẽs hęc nititur oſtẽdere/quod ignis ſi deorſum extiterit/& aqua ſurſum conſtiterit/illico ſimul ac fierẽt, ſuum motũ habebunt/& nõ prius eſt tempore natura ſubiecti motrix/quam ipſe motus. Si ergo motiuũ inquit in ipſo eſt naturalis uis/& mobile eſt ſubiectum corpus eius. Et ad aliqd ſunt mobile/& motiuum/& prius neceſſe eſt, ut hæc ſine tempore, ut inquit Ariſtoteles quam habitudo mutua/nõ illico ignis ſimul dum tẽdit ad eſſe ſurſum fertur/ſiquidem forte fuerit deorſum/quod quidem per manifeſta apparet & in partibus inquit aĩalium id fit, quæ ſimul formatæ ſunt/& accipiunt habitudinem dextri, & leui/& nõ prius partes ſunt, & ſic deinde accipiũt habitudinem. Sed quid mihi huius nugas enumerare? cum ipſe nõ percipiat quæ dicta ſunt ab Ariſtotele, & ob id occurrit ei/nõ per ianuã

perquã ſit modus obijciẽdi. Nã cum Ariſtoteles dicat prius eẽ res, q̃ poſſint moueri q̃ motus quictiq̃; ex diuiſione reliquũ interrogauit dicẽs. Proinde & hæc neceſſariũ ẽ, aut fieri aliq̃n cũ nõ eẽnt, aut ſempiterna eẽ. ſi ergo fiebãt, neceſſariũ eſt, ut prius fiat alia mutatio, & motus à ſumpta & facta, Qđ ea quæ ſunt prius ſemper ſunt quã motus, patet qđ nõ ita ſe abent, ut poſſint moueri & mouere, ſed alterũ ipſorũ mutatum eſt. Neceſſe eni eſt in his, q̃ ſunt ad aliqd hoc accidere, ut ſi aliquid nõ fuerit duplũ, nũc duplũ factũ, ſi nõ ambo ſaltẽ alterũ mutatum ẽ. Vide qđ ſm cõſequentiã diuiſionis, q̃ poſſunt mouere & moueri, aut aliq̃n fieri, aut ſemper eẽ ſtatuens dicit, qđ ſequiť es ipſo fieri, & ponit reliq̃ omnia q̃ ſequũtur ex poſitione dicẽte ſemper eſſe. q̃re & eorũ quæ ſunt ad aliquid & ſi prius ſit ſubſtantia ſm ueritatẽ ubiq; ſua habitudine, tñ nõ dici t hoc nũc Ariſto. Sed qđ ſubta q̃ ſemper poſſunt moueri & mouere, qñ geſcunt, ita nõ ſe hẽre perſpicuũ eſſe quaſi poſſint moueri actu, & mouere. Non eni quieſcunt, ſed aliud mouet, & aliud mouetur. Si ergo debet eſſe ipſum mouere & moueri, oportet aut ambo aut alterũ, aut additionẽ, aut ablationẽ accipere ut fiat aliud duplum, & aliud dimidium, aut appropinquari ſi pri⁹ deſtiterit. Quę igiť apportunitas, ubi tot uerba ↄſumere, oñdi n qđ ea q̃ ſunt ad aliqd nõ prius ſunt, q̃ ipſa habitudo, & Ariſto. ꝓdendo accuſare: nõ igiť ẽ uerũ opreere ea q̃ ſunt ad aliqd, (niſi fuerint eorũ q̃ ſemp ſunt) pri⁹ eẽ tpe, q̃ habitudo eorũ: cũ Ariſto. dicat plane, ſi ea q̃ ſunt prius extãt ſemp motu nõ exſtẽte. Et in hoc ſecto diuiſionis, qđ ſumit teſtimoniũ ex his q̃ ſunt ad aliqd. Sed qm̃, & nũc, ut oñſum ẽ, inſurgit, aſſerẽs qđ nõ eſt uerũ, qđ ab ea q̃ poſſunt moueri p̄cedãt motum: & ultra priores uideť afferre aliã argumentationem. Sed neq; hanc omittemus ſine iudicio. Si eni eſt inqt uis nãlis, in igne motiua, & mobile ẽ corpus ſubtum ei, & poſtea q̃ ignis fieret, aliud mouet & aliud moueť neq; q, põt mouere & moueri, prius eſt quam ipſe motus ſecundum tempus, neque ea quæ ſunt ad aliquid priora ſunt habitudine ſi quidem mouens, & id qđ mouetur ad aliquid ſint. Sed, ad hæc dictum eſt prius quod ſi quod mouetur ſubſtantia eſt, & motus actus & ubiq; prius eſt ſubſtantia, q̃ ſua actio quæ ortui, & interitui obnoxia eſt patet qđ pulchre dixit Ariſtoteles. Sit enim ignis deorſum, & moueatur ſurſum. Si enim non accepit deorſum formam ignis, neque motum ſurſum accepit. quod ſi ignis, exiſtens non illico eſt aut in medio, aut in loco ſurſum, patet quod ſubſtantia prius eſt, quam ignis motus ſecundum locum, idque tempore prius cum ſemper motus fiat. Et ſi uelut continuum diuiſoris ipſum in infinitũ prius exiſtit tempore, id quod poteſt moueri, quam motus ſimul uidelicet diuiſo & tẽpore: quare & ſi mouens ſimul, & id qđ mouetur quatenus naturale corpus ſint, tamen prior eſt mouentis, & moti ſubſtantia, quã ſit eius actio. Sed hoc quidem iam dictum eſt. Sed intelligat etiam hæc iſte uir, qui hæc obiecit, quia cum ſit in eo quod mouetur uis q̃dam naturalis, non cõſideratur, ſecundum ipſum mouere proprie, ſed ſecundum moueri: ſiquidem adhuc potentia eſt & imperfecta eſt, ſic dicitur principium motus i quo eſt tanquam principium ſit mouẽdi. Quod enim proprie mouens eſt perfectum eſt, & ſeparatũ uult eſſe, ab eo quod mouetur tanquam id quod eſt actu ab eo quod eſt potentia propter quod neceſſe eſt, ut prius ſit mouẽs quam id quod mouetur, ſiquidem mouens ducat e potẽtia qđ mouetur in actum. Et hæc non dico a me ipſo, ſed Ariſtoteles Tertio Phyſicæ Auditionis, inquit non naturam in homine genito efficere hominem proprie quia illa magis fit, quam efficiat, ſed quia actu homo id quod eſt potentia homo procreat hominem. Et in hoc Libro dicturus eſt plane de corporibus naturalibus, quod nihil horum ſeipſum mouet, ſed motus principium habet non mouendi & efficiendi, ſed patiendi. Sic autẽ cum quæras in his quæ mouentur ſecundum locum quid mouens ſit proprie, non fecit naturam eſſe quæ eſt in eo quod cietur, quia ipſa magis mouetur quam moueat, ſed efficiens illius formæ. Nam ignis agens hoc dixit eſſe cauſam effectricẽ motus ſurſum, quare & ſecundum has rationes exiſtimo inſtantia a natura, & ſubiecto corpore ab hoc uiro prolata, non perturbat Ariſtotelem dicentem, quod omnia quæ poſſunt moueri & mouere priora ſint tempore quam ipſe motus. Etenim in ortu & accretione, & alteratione prius palam eſt efficiens, & quod fit. ut ſperma & foetus & lapides & ligna, ipſo hominis ortu, & conſtructione domus. Et panis & caro priora ſunt accretione & corpus & ſol nigredine. Oſtenſum autem eſt puto ſic ſe habere etiam in motu ad locum. Sed in his quæ ſunt ad aliquid fruſtra inſtat contra Ariſtotelem tanquam dicat de omnibus ad aliquid quod priora ipſa ſint ſua habitudine & qđ mouens & id quod mouetur & ſic quæ ſunt ad aliquid oſtenſa, ſunt priora eſſe atq; ea dubitata de partibus animalium fruſtra dubitata ſunt. Etenim an ſimul ſit habitudo cum ipſis nihil impedit ratio Ariſtotelis, ipſe enim fateretur ſubſtãtias pri⁹ eſſe quam habitudines actiuæ. Sed in calce inſtantiam adducens contra ſe tanquam & ſi non omnino res in his quæ ſunt ad aliquid non ſint prius quam habitudo tamen per motum procedunt ad eſſe. Cum enim moueantur ſpermatis partes, tum fiunt animalia & rurſus quodam alio prius moto ſperma fit. Eodem quoq; modo in igne, & alijs, quare non eſt accipere primum motum. Sic ergo inſtãs rurſus ſoluit dicens, quod & ſi natura agit ex his quæ ſunt non iam neceſſe eſt, ut deus agat Si enim non ſemper erat mundus, patet quod ex his quæ non ſunt deus ipſum condidit, & quod ſi æque ut natura facit, non differt a natura & quod etiam materiam corporum ex his quę non ſunt, produxit, Non enim ex ſubiecto. Et hæc dicta ſunt etiam prius ab ipſo & pluribus & ſoluta ſunt ut puto. Et nunc autem propter eos qui alia, & alia loca habitant neceſſe eſt, aliquid dicere conciſim & breuiter. Et quoniam nobis quærentibus de motu an ſit ſempiternus nec ne, conuenit dicere. Si eni non ſemper erat mundus, patet quod deus illum condidit tanq̃ ex his quæ non ſunt, quæ ſentẽtia eſt eorum qui laborãt amentia ualde. Quod uero ea quæ a deo producuntur ſine medio æterna omnino ſint, & non fiant Ariſtoteles patefecit. Quæ enim fiunt, hæc ſunt q̃ in aliqua tẽporis parte intereunt. Et hoc patet. Et ſi deus produxit materiam non ex ſubiecto, ſed æternam ipſam produxit, ut etiã formam cõmunem. Si ergo in ipſo naturali ortu ſemper aliquid poſterius ex priore fit. Hoc enim iſte admittit, & neceſſe eſt, ut in infinitum procedant ea quæ ponuntur, quod ſi ſtatuerimus aliquod primum, quod a Deo ſine medio fiat, & nõ à nã, primum illud neceſſe eſt, ut ſit ęternũ, & non factũ. Deinde q̃uo ſimul natũ erit, qđ ſit à Deo ſine medio, ſiľ cum his q̃ fiunt a nã. Forte aũt & prius, ſiquidẽ ex ſubito illo nã efficiat ſuum effectũ, ut aũt īquit, hęc forte mã es prius ſubito fiebat ignis, & illud ex alio. Sed ↄtingit ſtare tãdem aſcedẽtibus ad aliquẽ ignẽ qui nõ ſit ex alio igne eius mã areſacta, ſed uel ex fricatione, uel ex aliq̃ alia cã, non tñ ex igne ſic etiã in ortu earũ rerũ q̃ uiciſſim mutãtur. Sed non eſt īpoſſe inquit per ſiſſe uidere id q̃d ſit. Nũc igiť inqt qñ fiũt quędã à nã, aliud ex alio trahit ortũ tñ fieri põt, ut ipſa habeãt principiũ ſuę ſubę, & q̃d ſit aliqđ primũ in unaquaq; ſpẽ, q̃d nõ ex alio ſiñ exñte fiat, uel diſſimili ortũ accipiat. Et maxime in ipſis primis elñtis, ſed ſiľ ſubſiſtũt, cũ ipſa ↄſtitutione mũdi à Deo īſtituta. Quę.n. ex elñtis, & ſi tũ primũ, tñ ex eiſdẽ patet, q̃d etiã ſit factus, ſic igiť) q̃d qđẽ prius diximus) niſi mũdus oñdereť ſubſiſtere ſine principio tp̄is, neq; motus poſſet oñdi, ſine principio eẽ. Hęc igiť is uir ſuis uerbis ↄſcripſit. Sed uideamus unũqđq; dictorum. Nam quia primũ dicit, & ſi non ex alio igne, tñ ex fricatione habet ortum, neceſſe eſt, etiam prius eſſe quicquã illo ex quo ſit, ut aer qui fricatur. Et rurſus primi ignis ortus erit ex eo quod eſt, quare ſi aliquis ſimile in alijs ſeruare neceſſe eſt, ut primo quod dicitur fieri, ſit aliquid prius ex quo ſit. Sed nunc dicere quod ea q̃ à natura fiunt elñta, inter ſe mutuo fiant, ſed principio à Deo fiebant heu quã miſeræ animę, & infelicis eſt, quæ nititur indagare ueritatẽ. Vnde enim hoc hñt, ut mutuo inter ſe fiant niſi à Deo? Sed q̃uo aliquis mẽtis compos tantã mutationẽ. Deo accidere, poteſt itelligere? qui prius nihil faciebat poſtea uero minimo tẽpore euaſerit conditor tantorum

elementorū, & rurſus ceſſare ab actione, poſtq̄ naturæ impertierit ortū elemētorū inter ſe & aliorū / q̄ ex elemētis fiūt, ſeu illi commiſerit hoc munus procreandi / & miniſtrandi ortū rerū. Patet autē qđ ſm doctrinā huius boni hois deus eſt cauſa ſolū elementorum, ſed non mundi neq; oīum q̄ ſunt in ipſo, ſed elementorum, q̄ intereunt, ſiqđem mutātur inter ſe: atq; qđ dicebam q̄ fiūt à deo ſine medio, q̄ōquidē ab ipſo ſolo qđ eſt imutabile, & ſemper ſm eadē & eodem mō ſe habente fiant, ſempiterna pſa ēt ſunt & eadem, ꝑpter qđ & cœleſtia ꝑxime ab ipſo ꝑducta, æternam hñt etiam ſm numerū ſubām, & cōmutatēs elemētorū, & eorum q̄ ſub luna ſunt ſm ſpēm obtinuerunt ęternitatē: ꝑpter qđ ſm idem ab eodem ꝑxime ꝑductū eſt. Sed qđ fit / & interit ipſis ab æternis in cœlo cauſis / & motis attexitur. Et hoc eſt qđ opifex apud Platonē iunioribus dijs affatus ē. { Vos reliqua exequemini, ut mortali imortali naturę attexentes efficiatis / & generetis aīalia / & ſubminiſtrātes alimēta augeatis, & ꝯſumpta rurſus renouetis. } Sed quęcūq; iſte cōtra primum argumentum Ariſto. de ęternitate ſm motum auſus eſt adducere, opinor inueniet iudicē māſuetū / & mediocrem ſcilicet qui non / ut debuit illum confutauit / & dānauit. Sed ad ſecundum procedens argumentum enitar idem aperire / & eius inſtantias contra ipſum exponam, & quomodo illæ proferant mancum / & debile, exhibebo / & patefaciam.

Tex. 10. Ad hæc autem, prius & poſterius quonam modo erunt, tempore non exiſtente, aut tempus, non exiſtente motu? Si vero tempus eſt ipſius motus numerus, aut motus quidam, ſi quidem tempus ſemper eſt, neceſſe eſt & motum perpetuum eſſe. At vero de ipſo quidem tempore, pręter vnum concordes eſſe videntur omnes. ingenitum enim, eſſe dicunt. & propter hoc Democritus monſtrat, quod impoſſibile eſt omnia eſſe facta. tempus enim, ingenitum eſſe.

Com. 9. Valde apertam / & hāc demōſtrationem adducit qua oſtēdit motū / nec fieri / nec interire, ſed ſemp ęternū eſſe idq; facit a tempore per tale connexum, ſi æternum eſt tempus, ęternus quoque motus eſt, ſed antecedens eſt uerum, ergo & ſequens. Et connexum / & nunc demonſtrat & poſterius, ex eo, quia nōnulli putarunt motum eſſe tempus, aut numerū, aut aliquam affectionem motus. Quod uero tempus æternum ſit nititur oſtēdere ex his qui dicunt motum generabilem eſſe cum hoc etiam conuertit rationem. Si enim fit, inquit, motus cum non eſſet prius, & ſi interit adeo, ut non amplius ſit, neceſſe etiam eſt, ut tempus ſit ante motum, & poſt motum. Nam prius, & poſterius quibus dicimus prius non fuiſſe motum / & poſterius oriri ac prius eſſe & poſtea non eſſe indicant ordinem partium temporis. Nam hę ſunt tēporis partes / & in has diuiditur tempus. Quod ſi tempus neceſſe eſt, ut ſit ante motum / & poſt motū, & tempus / aut motus eſt aut numerus motus, ut oſtenſum eſt, neceſſe ē ut etiā motus ſit ante motum, & poſt motum: quare dicentibus quod prior motus, cum non eſſet / & poſtea eſt / & quod prius erat / & poſtea non accidit aſſerere quod erat aliqñ motus, qñ non erat motus, & erit aliqñ motus / qñ non erit motus. Sed hoc quidem ipſe omiſit adducere. Sed accipiens q̄ tempus, aut eſt motus aut numerus motus, tāq̄ ſi æternū ſit tēpus, etiam motus ſit, & quia tempus eſt æternum / ſubiunxit quod neceſſe eſt, etiam motum eſſe, quod uero tempus ſit æternum indicauit / per hęc prius / & poſterius. Etenim tempus prius & poſterius eſt, ſed prius & poſterius æterna ſunt, quia ſi eſſet aliquid ante ipſum prius / & illud eſſet prius, & ſi aliquid poſt ipſum poſterius / & idipſum eſſet poſterius, igitur & tempus eſt æternum. Et primum oſtēdit / e commum opinione naturaliū de hoc, quia omnes pene (excipio Platonem) exiſtimarunt tempus æternum. Plato enim tradit tempus, una cum mūdo emerſiſſe, ſed quomodo hoc Plato aſſerat paulo poſt ſciemus. At Democritus ſic ęternū tempus eſſe credidit, q̄a cum uellet oſtēdere, non omnia ſubdita ortui eſſe, palam uſus eſt hoc medio quod non ſit tēpus. Et Anaxagoras qñ dicit oēs res ſimul erāt tempus, indicat ante diſtinctionem mundi ortus. Etenim erat temporaneum & ante erat tempus infinitum, cū eſſent adhuc res indiſtinctæ, ſed poſtea mēs ſeiunxit / & digeſſit mūdū. Empedocles quoq; ex æterno dicēs uiciſſim imperiū / aut odij / aut amicitiæ fieri, cenſuit perſpicuo motum æternum eſſe / quod ſi tempus æternum / etiam motus erit.

Plato vero, ipſum generat ſolus. ſimul enim ipſum cum cœlo, factum eſſe: cœlum autem, factum eſſe ait.

Quæ a me alibi ſæpe dicta ſunt, ac diſputata, neceſſe eſt ut nunc repetam, quia cum multifariam dicatur genitum / & ingenitū, & aliter Plato, & aliter Ariſto. his utantur, uidenē inter ſe diſſidere, cum non diſſideant. Etenim dicitur id genitum / qđ prius nō ē & poſtea ē / & in aliq̄ tpis parte ſubſiſtere cœpit qua ſignificatione Ariſtoteles utitur genito: diuidens ipſum contra ęternum. Et alia eſt generatilis ſignificatio, qua diuiditur genitum ꝯtra id quod uere eſt, quod quidem eſt dum fit, & ab alia cauſa / & non a ſeipſo conſeruatur / & ſubſiſtit: & propter hæc ambo, ſcilicet ob oppoſitionem ad id quod uere eſt / ac ſimul totum eſt, & ad id quod per ſe ſubſiſtit dicitur aliquid genitum & ſi æternum ſit. Et ſecūdum hanc ſignificationem Plato / omnem ſenſilem, & corpoream cōſiſtentiam / generabilem appellat. Omne enim corporeum diſtractum, neq; poteſt per ſe ſubſiſtere, neq; ſimul totum conſtitutum eſt neq; ſecundum ſubſtantiam, neq; ſecūdum eſſe ſubſtātiæ. Et patet illico quomodo ipſe opponens genitum ei / quod uere eſt, in quibus inquit. Et aliquod eſt / quod ſemper ortum nō habet, & aliquod quod cum fit nūquam eſt, & hoc modo genitum quod Ariſtoteles / nō dixit. Plato tradidit mūdum / & tēpus eſſe genita. Cum porro de mūdo interrogaſſet / an unquam habuerit principiū, uel cœperit initium ab aliquo, reſpondit factum eſſe. Nam qđ uiſibile / & tangibile, eſt, etiam corpus habet, & omne tale ſenſibile eſt, & quæ ſunt ſenſibilia opinione percipiuntur una cum ſenſu atq; fiunt / & generabilia eſſe apparent. Vide ergo quod cauſam aſſignans huius / quod mūdus ſit generabilis, non dicit quia prius nō erat / & poſtea fuerit, ſed quia uiſibile / & tangibile eſt, & corpus habet, ſed tempus genitum eſſe uult, unde dixit illud cum cœlo factum eſſe, & huius cauſam adducit, nō quia tempus prius nō fuerit / & poſtea ſit. Nam illud æternum eſſe aſſerit, quāquam nō ſicut æuum, tamē uelut ſimulachrum / & quædam æui imago, quæ ſecūdum motum ſubſiſtit. Dicit porro apud Platonem Timæus poſtquam de anima corporis diſſeruit, ſic inquit. Cum igitur hoc à ſe factum ſempiternorum deorum pulchrum ſimulachrum moueri uideret pater ille, qui genuit delectatus eſt opere / & mirādum in modum lętatus, opus ſuum multo magis ſimile illi primo exemplari reddere cogitauit. Itaq; ut illud ſempiternū animal eſt uniuerſum hoc pro uiribus tale facere ſtatuit. Illius igitur animalis natura ęterna eſt, quod oīno operi genito cōgruere nō poteſt. Iccirco imaginem æui mobilem effingere ſtatuit, & dum cœlum exornaret ſimul cōdidit æternam quādam imaginem / in numero fluētem æternitatis / in unitate manētis, quam tēpus nominamus. ſcito igitur quod & hoc uniuerſum cum uellet quam fieri poſſet æternum eſſe opifex, & id eſſet ſimulachrum alterius, eidē tradidit imaginem quādam temporis, ut ſimilimus inquit mūdus quātum fieri poſſet, nimirum eſſet. Cum enim exēplar ſit omne / ac totum æuum huius eſt tempus / quod æternū eſt imago, quia hoc pacto fluit cum ſit præſens, prętéritum & futurū. Si ergo in omni tempore factus eſt mūdus / & ſit atque futurū, patet quod etiam ipſe æternus eſt, ſed non uelut æternus. Nā quod eſt æternum ſimul omnem ſuam ſubſtantiam habet / ac uim / & actionem, quia etiam æuum æternitaſue ſemper ei quod eſt profecto adeſt / & connexa eſt, ſed tempus & temporaneum.

Com. 10.

poraneum eſt dum ſit, quod totum perfectum illorum ſecundum ortum, & motum protendunt. Si ergo & Plato ob tẽpus inquit uniuerſum particeps eſſe æternitatis quę eſſe poteſt, patet etiam quod ſecũdum ipſum ęternum eſt tempus, & ſi non ſic uelut æternitas, nullus ergo reſpiciens ad hæc uerba exiſtimabit hos philoſophos inter ſe diſſentire. Si enĩ acceperint ipſas ſignificationes ingeniti, intelligũt quomodo alter dixit genitum, & alter ingenitum tempus/& mundum idq; contrario modo. Nunc autem conueniunt quo ad intelligẽtiam. Si enim Ariſtoteles numerum motus dicit tempus, & Plato imaginẽ æternitatis in numero fluentem, quomodo hæ ſententiæ inter ſe diſcrepant? quando quidẽ nominibus etiam fere conſentiãt. Et ſi Ariſtoteles æternũ tempus inquit, & Plato æternum mũdum fieri dicit participatione temporis. Et ſi palam Plato mũdum genitum uelut corporeum dicat, & tempus eſſe uelut in motu eſſeq; dum ſit, quæ quidem & Ariſtoteles in ambobus fatetur, quomodo item genitũ quod Plato dicit exiſtimamus contra ingenitũ quod dicit Ariſtoteles & intelligentia, & non ſolis nominibus contradicere? Sed aliquis diceret cur Ariſto. extra unum omnes inquit dicere tẽpus ingenitum ducem indicans, & poſtea nominatim addens, quod Plato ſolus genitum eſſe inquit, & cauſam addens cur factus ſit. Simul enim idem cum coelo factum eſſe inquit. Sed coelũ factum eſſe inquit, uel quia mos erat uetus, contradicere etiam illi dicto q̃d apparet, ut abſtineat à ſententia uſuum/& parum ſcientũ philoſophorum aliquis. Quia ergo genitum magis conſuetũ eſt dici de his quæ prius non ſunt/& poſtea ſunt, ob id contra hanc ſignificationem nominis cõtradicens Ariſtoteles uidetur corrigere Platonem, qui dixit illud uelut genitum. Sed ſecundum ueritatem non corrigit Platonem, ſed eos qui accommodãt genitum/in hac ſignificatione tempori/& mundo.

Tex. 11. Si igitur impoſſibile eſt & eſſe & intelligere tempus ſine ipſo nunc, nunc autem eſt medium quoddam, & principium & quidem habens ſimul, ſed principium quidem futuri temporis, finem vero præteriti, neceſſe eſt ſemper eſſe tempus. vltimum enim finiti accepti temporis, in aliquo ipſorum nunc, erit. nihil enim eſt accipere in tempore, præter nunc. Quare, quoniam eſt & principium & finis ipſum nunc: neceſſe eſt ipſius vtraque ex parte, ſemper eſſe tempus. At vero ſi tempus, manifeſtum eſt quod neceſſe eſt & motum eſſe. ſiquidem tempus, paſſio quædam motus eſt.

Com. 11. Quoniam tẽpus uel motus eſt, uel numerus motus, uel aliqua affectio motus, aut ſimpliciter aliquid omnino cum motu exiſtẽs ſi ęternum tp̃s, ęternus oĩno eſt etiã motus. Cum ergo oſtẽdiſſet prius q̃d ęternũ eſt tẽpus ex priore, & poſteriore & ex opinione oĩum naturaliũ excepto uno ut ĩquit, idem nititur oſtendere/& alio argumento, quod magis tẽpori cõgruit. Sed demõſtratio uidetur mihi talis. Tempus ſm ipſum nũc eſt, & intelligitur. Nam ſolũ de tempore ſubſiſtit nunc, quia præteritum non amplius eſt, & futurum nondum id quod eſt mediũ ſolum ſubſiſtit, & eſt ipſum nunc quod eſt initium futuri, & finis præteriti: & ſecundum hanc medietatem ſubſiſtit, ut etiam ante hoc ſumptum ſemper/& poſt ſumptum ſit aliquid tale. Omne enim nunc ſubſiſtens medium eſt temporum, & eorũ quæ ſunt in ipſis nunc, igitur tale eſt ęternum. Quod enim aliquis poneret uelut ultimũ nunc, & ipſum mediũ eſt, & habet poſt ipſum tempus, ut non ſit ultimum nunc/neq; tempus. Si enim tẽpus eſt/& nunc, ſi terminus temporis eſt nunc, ut lineę punctum, eodem quoq; modo neque principium habebit. Etenim quod uidetur in principio nunc/& ipſum medium eſt, ut principium futuri, ſic terminus præteriti: tempus igitur ęternũ eſt, neq; principium habens/neq; finem, quod ſi tempus ſemp̃ eſt, patet etiam quod motus ſemper erit, ſiquidem tempus eſt numerus/uel affectio motus, & quẽadmodum neq; eſt accipere motum ſine tempore, ita neq; tẽpus ſine motu. Hæc igitur ab Ariſto. hic diuinitus dicta/quibus oſtendit ęternitatem motus, hanc expoſitionem ab interpretibus acceperunt.

Digreſſio contra Ioannem Grammaticum.

HOC Quoq; loco Grãmaticus periclitatus eſt cõtradicere Ariſtoteli. Videamus porro quonã pacto hæc dicta examinet. Cum igiť is eodem modo cõcedat ſe habere motum, ut tempus quo ad æternitatẽ/& ortum atq; interitum, contra æternitatem temporis pugnat/& contendit euertere rationes, probantes ipſam: trifariã diuiſas/quarum prima ſtatim faciebat argumentum/ex priori & poſteriori. Qui enim dicit motũ genitum eſſe/nihil aliud dicit, quã quod prius cum nõ eſſet/poſterius ſit. Et qui dicit corruptibilem/nihil aliud dicit, quã quod prius exñs poſterius nõ eſt. Si ergo prius & poſterius ſunt tẽporis partes, et ante motũ, qui uidetur erit ſemper motus/& poſt ultimũ, qui uidetur rurſus erit motus, igitur æternus eſt motus. Ad hãc porro rõnem iſte, cum occurrat tria quædam prius accepit uelut effata, contra admirabilem eius ꝓbationem. Primum quod tẽpus corpora, tertiã aut quartã naturã habet, ut poſtea determinans dixit. Nam primũ eſt corpus: ſecundo eſt uis effectrix eius, & tertio eſt motus/& ſic in motu actiuo tẽpus quod eſt numerus motus collocatur. Secundum effatũ eſt/quod intellectuales ſubſtãtiæ oĩno ſunt ſeparatę à corpore/& ſubſtãtia/ & actiõe qua in parte laudat Platonem, Ariſtote. cęteroſq; Phõs qui hoc oſtendunt, & tertium effatũ eſt, quia ſimul fatetur/inquit/de mente, quod ſi impertibilis eſt eius/& indiuiſibilis ad intelligibilia cõceptio, & non eget ſyllogiſmo ad comprehenſibilem intelligibilis, tanquã ratio & intelligẽtia/quæ ꝓficiſciť ad ꝓpoſitiones ex ꝓpoſitionibus, ſed aut tangit, aut non tangit, tamen rurſus & hoc de actione mentis ſimul fatetur, quod non uelut ſimul omnium collectã intellectionem habet. Neq; enim & Deum ſimul/& Angelum & animarũ differẽtias, & cõmunitates, & corpora/ & tẽpus/& æternitatẽ/& reliquæ res poſſunt intelligere. Hoc.n. ſolus, ut ita dicam intellectionis diuinæ ꝓprium eſt, q̃ eſt oĩum quæ ſunt, & p̃teritorum ſimul/ & futurorũ cognitio. Sed inquit rõnem nõ facimus nũc de diuina mente, ſed de illo q̃d eſt poſt illam/ſiue angulus/ſiue res aliqua animata, ſiue quocũq; alio mõ fuerit. Mens igitur ĩquit mutata ab uno intellecto/ad aliud ꝓcedens, nõ recipit duo ſimul ſm idem intellecta, ſed aliud quid primũ intellexit, & aliud ſecundũ, & aliud tertiũ. Hæc uelut effata prius accipiẽs, ſubiunxit q̃d ſi mẽs ab habitudine corporis/& ſubã/ & actione ſeparata eſt, patet quod etiã motu corporum erit multo magis priuata et tẽpore. Si ergo mens/ſine habitudine quatenus mẽs eſt ad tẽpus, nec ſimul oĩum intelligibiliũ obtinet intellectionem, ſed hoc forte prius intelligens/deinceps in alterũ ꝓficiſcitur intellectũ/& ex illo rurſus in aliud. eſt igiť io ipſis intellectiõibus mentis prius intellectum & poſterius, quãquã ſit oĩno aliena ab habitudine tẽporis: non ergo q̃mocunq; intellectũ/aut dictũ prius & poſterius eſt indicatiuũ illico tẽporis. Si ergo inquit tẽpus cum coelo factum eſt ſm Platonem, ſiquis deſtrueret corpora, etiam tẽpus euerteret, non tñ mentem deſtruit. Si ergo mutatrix eſt actione mẽtis, neceſſe eſt aliud primũ intelligere/& aliud ſecũdum. Hoc enim eidem inquit ſm ſubſtãtiam ineſt, igitur non quomodocunq; prius & poſterius dictum/ſtatim tempus indicat. Quod ſiquis inquit has intellectiones/non eſſe liberas ab ipſa temporis habitudine concederet, & tamen aliquis cenſeat omnino temporis opificem ſupra omne eſſe, ac ſupra tempus/ unde ſi Deus ſine medio coelum condidit/& ut ſic moueretur ei dedit/& motus coeleſtiũ ſunt inęquales uelocitate, ſiq̃d ergo cogitet planetas, ſub ipſo curriculo Zodiaci circũduci, patet

quod non in eodẽ tempore unuſquiſq; ipſorũ ad idem punctũ reuerteretur.nõ igitur qñ ad idem ſignum, & pũctum luna ſuũ orbem reduxerit rurſus occurret, in quo ſimul oẽs prius erant. Hæc ſic ſtatuto, & lege certe Deus digeſſit et diſpoſuit, ut ipſa ſuum orbem breui cõpleat, & alij planetæ nõdum. Si ergo decreuit aſtrorũ q̃dam prius reuerti, q̃dam uero poſterius, eſt ergo quãtum ex argumentis Ariſt. ꝓbari poteſt, & in diuinis intellectionibus hoc quidẽ prius, & hoc poſterius, et ꝑꝫ hoc erit tempus in ipſis, ſi ratio Ariſto. ualet. Non.n.hæc Deum ignorare dicent, quorũ ipſe eſt conditor ſine medio, & nõ ſolũ in ipſis intellectionibus, ſed etiam in ſuis placitis. Qñ enim luna idẽ punctũ acceperit, uoluit nimirũ Deus, ſic ipſam habere, & reliquos planetas nõdum illud accepiſſe uoluit. Et qñ ſolem permanere uoluit cum nõdũ Mercuriũ, uerbi gr̃a aut aliquẽ aliorum planetarũ, è ſua uolũtate id ſit. Eſt ergo et in placitis ipſius Dei q̃dam uoluntas prior, & q̃dam poſterior, ſeu actus uoluntatis prior/& alter poſterior/atq; rectior, & m̃ non eſt tẽpus ꝓpter hoc in illis. Item futurorum Deus notitiã habet, q̃ futura ſunt non ſunt uñia, ſed ſingularia & indiuidua, ut Socratis cognitionem prius quã ſit, & Platonis habet. Si ergo Deus ſit futurum. ſcit ut nõdum p̄ſens, ſed qñ rurſus adeſt ſcit/q̃d eſt pręſens, & poſtea q̃ iterit, nouit q̃d preterijt, & nõ amplius eſt de numeeo earum rerũ q̃ ſunt, quare cognitio qua nouit q̃d futurum eſt prior eſt, ea qua cognoſcit, q̃d id non amplius eſt inter ea quæ ſunt. Si ergo per ꝓlationẽ prioris & poſterioris, ſtatim etiã tẽpus apparet ſubſiſtens neq; habebimus opificẽ alienum ab ipſa temporis habitudine, quæ cum dicat deinceps multis nititur probare, quod ea quæ ſunt ſupra tempus, neque intelligere, neq; interpretari poſſumus uerbis, quæ ſignificent tempus. Vt enim Deus ſine tempore ea quæ ſub tẽpore labuntur intelligit, ſic nos ea quæ ſupra tẽpus/quod labitur/& fluit, modo temporis intelligimus. Si ergo dicimus nõ erat ſemper tempus, aut non erat priuſquam fieret, uel quauis alia dictione utamur quæ ſignificet tempus non ſtatim neceſſe eſt, ſimul tẽpus intelligi per eas dictiones: ſed ſolum non ſemper tempus eſſe, quod dictiones temporis ſignificatrices, non omnino tẽpus, ut dicuntur, ſignificẽt quinto libro/cõtra Proclum inquit ſe demonſtraſſe, & ibi de hoc perſuaſiones inuentas expulit ut ipſe Grammaticus dicit, ut repetitionẽ qua maxime delectatur, fugiat. Sed plurima quæ ille conſcripſit, præuidens plures fore qui illi non crederent, ſi quis hæc intellexerit/& ſcripſerit, audacter contra primarios Philoſophos, ipſe adijcerẽ. Sed uideamus quę ab ipſo dicta ſunt, initium ſumentes ab his effatis, quę prius ſumpſit. Proinde primum dixit tempus, poſt corpora habere tertiam aut quartam naturam, ſolum cõſiderans tẽpus, quod actione menſurare poteſt, atqui partibilium/et generabilium, & omnino eorum quę ab eo quod uere eſt, deficiunt non ſolam actionẽ, ſed etiam extenſionẽ ſuę durationis, & naturę/& illam ſecũdũ qualitates tempus metitur. Deinde cum ſępe Platonem adducat/non intellexit/quod ob temporis participationem/aſſerit mundum fieri magis ſimilem exemplari, qñ inquit. Cum igiẽ hoc à ſe factũ ſempiternorũ deorum pulchrũ ſimulachrum/moueri uideret, pater ille qui genuit et cætera. quę pauloante cum appoſui, non debeo rurſus perturbare. Si ergo mundus participat ęternitate, quã ipſe ſoli Deo conuenire putat ob ipſum tempus/& maiori ſimilitudine ad exẽplar/q̃ quãdo erat corporeus ſolum/& animatus/ quomodo iſte illum intellexit mancũ, quod ſi etiam hanc proportionem habet ad mundum/quã habet ęternitas ad exẽplar mundi. Vt enim illud ob participationem ęternitatis/cum habeat ordinẽ ſuperiorem ęternum eſt, ita & mũdus ob participationem tẽporis/cũ ſit ſempiternus uelut ſuperioris tẽporis eſt particeps, quomodo ipſe hũc ultimum putat. Sed nihil mirum eſt, ſi hoc latuit eius garrulitatem ſuperuacaneam/quæ eſt contra inclytos Philoſophos. Secundum ipſius effatum eſt/ pulchrum eſt, in quo aſſer t intellectuales ſubſtãtias ſeparari actione/& ſubſtantia à corporibus, quãuis perſpicuo ignoret ſubſtantiã intellectualem, ut ex tertio effato intelligemus. Ipſe enim in tertio dicit/quod conceptio/& notitia eius ad ea quæ intelligũtur eſt impertibilis & indiuidua, & quod non ſimul Deum nec Angelum/& diſcrimina animarum, & cõmunitates, & aliã cognoſcit: ſed cum mutatione procedẽs/ex uno intelligibili ad aliud, & nunquã duo ſimul intellecta/ ſecundum idem recipit. Hoc enim Dei inquit proprium eſſe, ſed non Angelicę, aut animatę mentis, Hic enim aliquid primum intellexit, & aliud ſecundũ, & aliud tertium. quomodo igitur impertibilis eſt eius/& indiuiſibilis conceptio eius, niſi duo ſimul intelligat, ſed aliud primum, & aliud ſecũdum, & aliud tertium, & ꝓficiſcitur ab alio in aliud? Sed quam nam mentem is appellat, aut enim rationalem animam, aut extremum eius, aut quandam aliam ſubſtantiam ſupra animam. Si enim rationalem animã mentem uocat. Huius.n. ꝓprię ſunt ratiocinationes/ & progreſſus ab alijs intelligentijs/& conceptibus ad alios: ſed hęc non eſt/ſine habitudine ad corpus/ & tẽpus: qũo enim põt ab alio in aliud mutatio fieri/ſine tẽpore? Quomodo item id quod non ſimul Intelligit/non in priori tempore intelligit, & hoc in poſteriore? Dicat enim quęſo nobis Grãmaticus, quid ipſum ſimul ſignificet, & quid nõ ſimul, niſi ergo ſimul/ut idem cum eodem tẽpore poſuerit, & horum diſcrimen ignoret. Sentio enim quod ſecundum fabulam is tãquam Craton/cum aueat admodum gloriam/& ambitionem in philoſophia: priuatus eſt auribus, cum diſcedat à ſuo, quod ſibi conuenit exercitio artis literariæ, & grãmatices: ſiquidem ignoret id quod nõ ſimul cognoſcit, ſed ab alio in aliud mutatum, & hoc prius intelligendo, & hoc poſterius exiſtimet/nõ ſm tempus intelligere. Quod ſi ultimũ animæ rationalis exiſtimat mentem, aut aliquam ſubſtantiam ſupra animam/ſi mutabilem facit intellectionem, ut ipſe cẽſet præter illam Dei. ſi ergo ita eſt, quod omnia ſic cognoſcit dicens, neq; ſupra animam eſt, neq; ſupra tempus, quod ſi collectim omnia/& ſine progreſſu intelligit, quod quidem conenit menti ſm ſubſtantiam/nõ amplius prius & poſterius, neq; id quod ex altero in alterum ꝓcedit habebũt locum. quare non inueniet aliquod prius & poſterius tale/niſi dicaẽ ſm tempus: quod quidem contendens ſummo ſtudio oſtendere ſuam mẽtem confuſam circa intellectualem ſubſtantiam fuiſſe detegit. Oportebat.n. ſignificatiões prioris & poſterioris/uel eas quas Ariſto. in p̄dicamentis/& paulopoſt diuiſas intelligere, aut ipſum diuidẽdo oñdere, q̃ cõgruerent tẽpori/& quæ nõ. Verum dicatur pro diſtinctione illius ꝯfuſiores/q̃d primum ordinẽ ſignificãs trifariã/uelut in p̃ritibus dicitur, aut poſitione, ut primum ſupra coelũ inerrabilium aſtrorũ dicimus, aut natura, & ſubẽ, tãquã id q̃d ſimul tollit/& nõ tolliẽ/& ſimul infertur, ſed nõ infert, ut ſe hñt genera ad ſpẽs, aut tp̃e prius, ut res Troianę ac bella priora/his q̃ Pelopõneſo geſta sũt. Dicat porro nobis niſi ſit prius & poſterius/in ꝯceptibus mentis q̃ ipſe intelligit, ſm quem aliũ modũ erit? Nã poſitio in ipſis intelligibilibus nõ eſt, niſi ſm trãſlationẽ/ & abuſiue dicaẽ, q̃d ſi eſſet/nihil uetat ſimul intelligere prius & poſterius. Simul ꝓinde opinor intelligit ſphærę cẽtrum/& ambitũ, aut peripheriã. Sil̃.n.& prius & poſterius natura, ut cãm/et effectũ ſimul nõ ſola mens, ſed etiã aĩa intelligere cogiẽ, ob habitudinẽ q̃ hñt hęc īter ſe. Sed prius & poſterius ſm ꝓgreſſum/& nõ ſimul oĩno hñt ſimul tẽpus, & motũ & prius in cognitione & poſterius/cũ nõ ſimul ſunt, neq; intelligere poſſum, qũo ſm aliã ſignificationẽ, q̃ ſm tp̃s diceret. Sed hic uir rõnes uanas ꝓtulit, cum non peruenerit ad cognitionẽ earum, cũ mentẽ ponẽs ſupra tp̃s ipſi dedidit actiones mutatrices. Nã inquit cũ hoc intelligat ad alterum ꝓcedit intellm̃, non ſimul intelligens. Et hoc ponens ſupra tp̃s inquit eſſe talem actionẽ: palã indicans his qui poſſunt, quod non percipit/quid ſit ſubſtãtia intellectualis, aut cognitio/neq; temporis natura diſtincte. quocirca ꝓponens oſtẽdere/prius aliquid & poſterius, non ſm tẽpus eſſe ꝓpoſuit mentẽ ſupra tp̃s agẽtẽ ſm aliud prius & poſterius. Sed cũ accipiat prius & poſterius tẽporanea/in ipſo oĩa contraxit. Si.n.ab alio in aliud ꝓcedit, patet q̃d mouetur, ſed ubi eſt motus, ibi etiam tempus eſt, ut etiam ipſe principio contradicendi confeſſus eſt/ponens tẽpus

numerum

numerum motus,& non omne prius/& poſterius quomodocunq; dictum ſit indicatiuum temporis. Non enim illud ſecundum naturam, aut poſitionem, ſed prius & poſterius in mutatiua intellectione ſecundum quod prius hoc intelligẽs deinceps ad alterum procedit,& ex illo rurſus in alio, q̃a aliquando erit, ſic intelligens hoc prius,& hoc poſterius ſecũdum tempus,& non ſecũdum aliam ſignificationem prioris,& poſterioris, certe hoc prius & poſterius, aut erit motus, aut non ſine motu. Nã progreſſus, ut dicebam, eſt motus, & ubi motus eſt, ibi etiam præſto adeſt tempus, quare & omnia ſequẽtia illius argumenta, quæ dicũt actionem Dei,& mentis mutatricem eſſe ſine tẽpore, fruſtra adducta ſunt. Item uana eſt illa ſecundum cogitationem ablatio corporum, qua una etiam tollitur tempus. Si enim inquit aliquis deſtrueret corpora, etiã tempus ſimul euerteret, ſiquidẽ tempus cum cœlo factum ſit ut inquit Plato, nõ tamen is mentem deleret. Si ergo inquit mutatrix eſt actio mẽtis,& tempore non exiſtẽte, etiam neceſſe eſt, aliud prius intelligere,& aliud poſterius, quãquam non omne prius & poſterius ſtatim ſit indicatiuum temporis, ſed hic adiecit hoc, quod prius & poſterius ſecundum ſubſtantiam competunt mẽti,& quod mens intelligat prius & poſterius ſecundũ naturam, poſitionem,& tempus/perſpicuum eſt. Nam quid mens ignoraret, quãquam non mutationis ope prius intelligat hoc,& aliud poſterius. Et hoc forte fuit cauſa erroris Grammatici. Cum.n. audiſſet Philoſophos dicentes, quod mens primam in ſeipſam diſtinctionem producens, ſic etiam producit res diſtinctas,& intelligit diſtincte,& ſine mutatione,& ſi quædam ſint priora & quædam poſteriora diſtincta,& iſte cum non intellexit dictum, cẽſuit dici quod prima/& priora intelligit, ſed hæc cum mutatione dum procedit ex alio in aliud intellectum. Hoc autem ob ignorantiam paſſus eſt eorum quę de mente recte creduntur. Si enim audiuit Ariſtotelem dicẽtem de mente, quod hæc eſt ſubſtantia, cuius actio eſt eadem cum ſua ſubſtãtia,& quod mens eſt res,& audiens non intellexit dicta, quia non intelligit Ariſtoteles mentis actiones eſſe mutatiuas. Si enĩ actio mentis una cum ſubſtantia,& rebus conuenit, patet quod erit immutabilis. Sed hoc quidem quod dicebam excedit admodũ eius intelligentiam, cum de umbra & idola ſibi utilia ad contradicendum exerceat. Et non aduertit quod ea quæ agunt ſecundum proceſſum tanquã ex altero, in alterum intellectũ ꝓcedant à priori in poſterius, & non ſimul ambo colligat, id tale ſm̃ tempus agẽdo, habet prius, & poſterius temporaneũ. Hoc qui non ſcit, uidetur mihi amens eſſe, ut etiam ſtulta uidẽtur quæ ab ipſo deinceps ſcripta ſunt. Non enim contentus his quę menti tribuit, exiſtimans eius actiones mutatrices, ſi quis, inquit, neq; intellectuales ſubſtantias liberas eſſe ab ipſa habitudine temporis concederet,& is opificem tẽporis omnino ſupra tempus eſſe cenſeret. Si ergo inquit ſine medio Deus condidit cœlum,& cætera quæcũq; his adiecit, nec bis eadem ſcribam. quia & cognoſcit reditus aſtrorũ Deus, quia aliud prius reuertitur,& aliud poſterius,& ita uult præterea nouit futurũ quando erit,& præſens cum adeſt, & præteritum quia præterit, igiẽ in ipſis diuinis intellectionibus,& placitis aliud prius erit,& aliud poſterius. Et cognitio inquit ſecundum quam nouit, quod futurũ eſt, prior eſt ea qua nouit id quod præſens eſt, & hac rurſus poſterior eſt ea ſecundum quam cognoſcit, qđ non amplius eſt eorũ quæ ſunt. Si ergo per dictiones has prius & poſterius ſtatim Ariſto. uiſum eſt ſignificari tempus nimirum, neq; opificem extra habitudinem tẽporis eſſe faciemus. Dicat porro an prius & poſterius in ipſis intellectionibus,& placitis, aut actionibus uoluntatis conſideret fieri ſecundũ mutationem,& progreſſum, ut intelligat aliquid prius, et deinceps ad intellectum ꝓcedat ex altero,& ex hoc in aliud rurſus mẽs ipſa, an ſecundum aliquam aliã ſignificationem prioris,& poſterioris. Si enim ſecundũ progreſſum,& motum idem conſiderat ipſe eſt, qui poſt actiones mentis,& eas Dei tempus producentis à tempore metiri dicit,& ſic quod magis prius/& poſterius intelligit, patet ex hoc quãdo rurſus præſens eſſe nouit quod præſens eſt,& poſtea quã interit nouit quod præterit. Si ergo quando aderit, tum nouit quod adeſt, & poſteaq; interiret, tum nouit quod prȩterit. At neq; hac prius ſciuit neq; poſterius, ſed ꝑteritum, præſens & futurũ non ſimul ſunt, ſed ſecundum tempus fluens, aliud non eſt hoc aliquid,& aliud nõdum eſt, tanquã hunc fluxũ in ipſis intellectionibus Dei imaginetur, & hoc quando & tum niſi aduerbia ſint temporalia, dicat iſte quando exiſtimanda ſunt hæc, quod ſi ſecũdum aliquam aliam ſignificationẽ prioris & poſterioris dicit eſſe quãdam priorem in Deo cognitionem & poſteriorẽ. Nam faciemus ipſum ſi uidetur quãquã mente, et ratione optimum quia opere exacte non poſſumus, ſi ita priorem & poſteriorem dicit cognitionem, perinde ac Deus habeat notitiam ſecundum prius & poſterius temporis,& cum cognoſcat quod prius fuit & poſterius non. eſt ualde abſurdum. Neq; ſimul introducitur tempus, cum ipſa notitia prioris/& poſterioris, ut neq; cum ipſa cauſa diuina. Neq; Ariſto. fuit coactus intelligere, ſic prius & poſterius temporaliter, attamen nemo audeat collocare/ac referre prius & poſterius in cognitionem ipſius Dei/& ſecundum hoc dicere, quod cognitio ſm̃ quam cognoſcit futurum, prior eſt ea ſecundũ quam cognoſcit, quod eſt præſens & hac poſterior ſit ea/ ſecundum quã cognoſcit/quod non amplius eſt de numero eorum quæ ſunt. Simul enim eſt horum in ipſo cognitio/& nõ prior/neq; poſterior. Et repetat iſte uir ſua uerba memoriter in quibus dixit/& ea quæ ſub tẽpus incidunt/ Deus cognoſcit ſine tempore. Vnde uidetur quod tum ignoret quid dixit. Quod ſi prius & poſterius, ut ſm̃ poſitionem, uel ut ibi aliquis diceret magis ꝓprie ſm̃ ordinẽ cauſę, aut ſm̃ naturæ excellentiam in ipſis intellectionibus/& actionibus uoluntatis aliquis Dei uidit, ꝓfecto nihil ſunt hæ ſignificationes contra rationem Ariſto. ſed eſt puerorum ludentium eniti/ex ipſa indifferente æquiuocatione contradicere. Sed procedens cenſet intelligendum eſſe, illud priuſq̃ non tẽporaliter cum dicitur priuſquã fieret/nõ erat tempus. Multæ enim ſunt dictiones temporaneæ inquit, quæ nullo pacto ſignificant tempus, ſed ſolum ſignificant nõ eſſe ſemper tempus. Cum porro hæc dicat, patet quomodo nõ uult intelligere quæ dicit. Si.n. cenſet non ſm̃ tempus prius & poſterius intelligenda eſſe, quæ fuit quomodo aliter hæc accipi queant,& cum inueniſſet q̃d aliter non poteſt, abſtinuit ab ipſa contradicẽdi importunitate. Nam cum diceret q̃d forte ante ſex mille annorũ non erat mũdus, quid aliud uidetur dicere quã quod ante tot annos, nõ erat grãmatica ars? Sed ſi hoc dicit quid aliud dicit, quã quod tp̃e illo ante illos annos non erat? Nam tale prius, neq; poſitione eſt, uelut ſi dicerã ante hãc colũmnam nõ eſt alia. Etenim poſito eſt poſitorũ, neq; natura, ut etiã prius dixi. Et hoc.n. petit aliquid eſſe prius, q̃n dicimus prius eſſe genus, quã ſpẽs. Sed oĩno ante ſex mille annos, poſteriores erãt ipſimet ſex mille anni. Prius enim eſt poſteriore prius. Si ergo tẽpus eſt poſterius, tp̃e erit ẽt prius quã ſit in tẽpore. Sed hoc inquit intellige ſolum, q̃d non ſemper, eſt tẽpus. Quid igiẽ hoc ſignificat, nõ quia aliq̃n quidẽ eſt,& aliquãdo non eſt. Sed illud olim, aut interdũ dicet Grãmaticus non ſignificare, quocirca iuſtum eſt, ut explicet,& ꝓferat quid olim, aut q̃n ſignificet aliud. Non.n. ſine ſignificatione eſt dictio, ſed mouet/& excitat aliquã cognitionẽ audienti, & afficit aliq̃uo ipſum. Hæc igitur contra primum argumentum eorum, q̃ nunc dicunt. Grãmaticus dixit/& intellexit. Sed ad ſm̃ argumẽtum Ariſto. quod perſuadet tẽpus æternum, q̃a omnes naturales excepto Platone eandẽ intelligentiã uidẽtur habere de æternitate tẽporis,& q̃uo ingenitum ſit. Vnde audi quæ iſte rurſus ſibi ſumpſit obijciẽdi. Primũ inquit non æquũ eſſe quia quinq; forte, aut decẽ uiri aſſerunt inter ſe concordes; præter Platonem tempus ingenitũ, iam ob id hos præponere Platoni. non enim proferentium multitudine diſcernitur ueritas, quia ſic ſolus Ariſtoteles quintam ſubſtãtiam corporis introducens, uideretur ſolus peius multo decreuiſſe ac ſtatuiſſe, quam omnes aut multi, qui quatuor initia mundi elementa, uel omnia, uel horum quædam tradiderunt. Sed omnino ſib-

ret multitudinem multorum naturalium ſequi, quomodo ut ipſe in primo de cœlo inquit. Omnes illi quidem mundum factum eſſe aiunt, & ipſe oſtendit eſſe ingenitum. Item ſi potius credendũ eſt ijs qui ſibi conſtant, quã his qui ſibi non conſtãt, nimirum Plato magis ſibi conſentit, & conſtat quam Ariſto. Vnde ille tempus ſimul factum cum cœlo aſſerit, ſed alij mũdum genitum aiunt, et tempus ingenitum, quorum unum ſine altero ſubſiſtere non poteſt, igitur Platoni magis credendum eſt, qui aſſerit una cum mundo tempus fuiſſe factum. Item inquit. Si alibi demonſtrauit alios naturales à uero multũ aberrare, quomodo teſtimonium ipſorum approbantium tempus ingenitum admittemus? Item in his plures & antiquiores, qui magna fide plurimum ualent apud alios, tradit ordinatos oſtẽdere, contra eos qui aſſerunt tempus eſſe ingenitum. Dicendũ igitur & ad has obiectiones, quod Ariſto. non adducit hæc teſtimonia uelut demonſtratiua, ſed poſt demõſtrationes ut plura, quoniam æquum eſt mentionem eorum etiam facere ueterum, quos concordes aſſentiri demonſtratis inuenire poterimus. Idq; primo ut referat acceptum illis, qui primo hanc ueritatem nacti fuerunt. Deinde ut auditoribus dignus fide uideatur cum perſuaſionem, poſt neceſſitatem demonſtrandi adſerat. Nam indubitata magis uidentur ea quæ à pluribus, & ſapientioribus cõceduntur: ut ea quæ ſunt omnino apud omnes certa, & ab ambiguitate aliena, quia mens atq; intelligentia nõ habet quo ad oppoſitum declinetur. Hic autem Grãmaticus nõ conſentiẽs neq; percipiẽs ſcopum horum uerborũ, obiecit contra hoc teſtimonium, uelut contra demonſtratiuum, quippe qui aſſerit non oportere ſequi affirmationes eorum indemõſtrabiles. Quod uero, Plato mundum atque tempus genitum affirmarit, non ſecundum illam ſignificationem geniti qua uſus eſt Ariſtoteles, & quod Ariſtoteles ueterem imitatus ac ſeruans cõſuetudinem non Platoni, ſed cæteris qui accipiũt eam geniti ſignificationem, quę in promptu atq; in uſu eſt, hoc modo repugnauit, non eſt opus ut repetam, cum ipſe pauloante ſecũdum expoſitionem Ariſto. ut puto id aperuerim. quare ſi Ariſtoteles alios naturales aſſerẽtes mundum genitum corrigit, etiam ut id accurate feciſſe uideatur, occurrit contra eos etiam, qui idem uidentur aſſeruiſſe. Et quid mirum ſi Ariſtoteles cenſuerit Platonem, & alios accepiſſe ſignificationem geniti quæ in promptu eſt, quando poſtea tot Platonis interpretes, diſtinxerint illud uocabulum geniti. Sed Grãmaticus iſte putat Platonem ſibi aſſentiri, cum putet Platonem ſic mundũ genitum aſſerere, ut ipſe uult, tanquam prius non fuerit, & poſtea fuerit. Et non intellexit Platonem dicentem, quod cum Deus uoluiſſet ſimilem mundum exemplari ſecundum æternitatem efficere, cum dediſſet exemplari æternitatem, mundo tempus (ſimulacrum, & imaginem æternitatis) præbuit, quod eſſet quædam æternitas temporanea. Et pauloante adieci uerba Platonis. Cæterum neq; Ariſtoteles introducens quintam ſubſtantiam, ſecundum intelligentiam ab alijs diſſentit, & præſertim à Platone. Si enim ob id quia Plato cenſuit cœlum cõſtare igne, & terra atque intermedijs, quia uiſibile eſt, & tangibile, & nihil uidetur ſine igne, neque tãgitur ſine terra, interrogandus etiam eſſet Ariſtoteles, num & ipſe hæc ambo concederet, uidelicet cœlum num ſit uiſibile, & tangibile? & hæc primo igni & terræ cõpetere. An forte quia is uocat quintã ſubſtantiam, an quia Plato aliam ſubſtantiam cœli præter quatuor elementa ſub luna aſſerit, quandoquidem cœlo figuram duodecim baſium tradidit, & hæ figuræ ſunt ſubſtantiæ, quas cœlo, & quatuor elementis tribuit: quare & ipſe cœlum quintam ſubſtantiam uocauit. Præterea hoc apertius fecit Xenocrates familiariſſimus Platonis auditor, cum hæc in libro de uita Platonis conſcripſerit. Igitur animalia rurſus ſic diuiſit in ideas, & partes diuidens, donec peruenit uſque ad elementa omnium animalium, quas ſane quinq; figuras nominauit, corpora diuiſa in æthere, ignem, aerem, aquã, terram. quare æther eſt aliud quintum corpus ſimplex à quatuor diſtinctũ elemẽtis. Item neque ueteres, ut ille ait diſſident à ſeipſis, qui mundum ſecundum aliam ſignificationẽ genitum dicunt, quia genitum dicunt uelut à cauſa aut ſecundum hypotheſim, & tempus ingenitum tanquam non prius extiterit, ſed poſterius & ſi ſemper ſimul ſint, ut quando fuerit tempus, & mundus. Sed tẽpus ac prius & poſterius, in ſeipſo habens tempus, nõ poſſunt ſic dici genita ſecundum hypotheſim. Si enim genitum eſt, id quod prius non eſt, & poſtea eſt, & prius eſt tempus, quomodo poteſt tempus genitum intelligi? Sed neq; in omnibus, ut iſte inquit naturalibus conſiderationibus demõſtrauit Ariſtoteles ueteres naturales à uero plurimum abeſſe: qui nunc & ſæpe alias diligit ſuam concordiam cum illis. Aut forte non multas rationes adduxit, oſtendens omnes fere Phyſicos ex cõtrarijs, & ſubiecto quodam dicere ortum fieri, quãquam alius, ac alius ſm̃ diuerſas conceptiones, in eandem uenerint ſententiã, & hoc non dico, quia omnes in cunctis rebus, de rebus naturalibus idem ſenſerint/ & nunciarint, ſed quod plurima ſuis intelligentijs conſentiunt, & proferunt una ſententia, quãquam ex nominibus, & uerbis uideantur diſſentire. Quocirca Ariſto. multas obiectiones fecit. Præterea quia inquit plures ſe poſſe demonſtrare antiquiores & magis fide dignos, dicentes tempus eſſe genitum: num inuidet nobis hos diſcere, quos Ariſto. ignorauit? cum plane dicat extra unum omnes dicere cõſenſu uno tempus eſſe ingenitum, ſed cum nullum in medio adducere poſſet, ſilentio ſuam detexit ac palam indicauit ignorantiam. Quod ſi Iudeorum legiſlatorem indicat, & teſtatur dicẽtem:
{ In principio cœlum, & terram Deus fecit, & terra erat inui- »
ſibilis, & non ornata, tenebræq; erant ſupra abyſſum, ac Dei »
ſpiritus ſupra aquã ferebatur. } deinde cum ipſe feciſſet lumẽ, »
et loco ſeparaſſet lumẽ à tenebris ſubiunxit. { Et uocauit Deus »
lumen diem, & tenebras noctem, & ſimul ueſperi prodijt, & »
mane dies unus. } Si ergo talem temporis ortum fuiſſe tẽpo- »
raneũ credidit, uelim intelligat, quod hæc eſt fabuloſa traditio, et è fabulis Aegyptiorum trahitur: quia quomõ Sol eſt cauſa diei, ut etiam ipſe dixit Moyſes quarta die fuiſſe factum. Sed tertiũ Ariſtotelis argumentum dicens, quod ſi non poteſt intelligi tẽpus ſine ipſo nũc, quia nihil eſt accidere in tẽpore, niſi nũc. Sed hoc nunc/ eſt medium/ & principiũ futuri/ & finis præteriti: profecto neceſſe eſt, ut tempus ſemper ſit. Quod ſi tẽpus æternũ, ergo & motus ſit neceſſe eſt, ſiquidem tempus eſt affectio motus. Cum porro ille cœpiſſet dicere cõtra hoc/ inquit admiror ualde philoſophũ, qui non uidet/ quomodo non demõſtrat, ſed petit quæſitum. Cum enim quæreretur an tẽpus ſit de numero eorum quæ ſunt, utebatur hoc effato, quod nunc eſt medium temporis, quod idem ac ſi dicas tẽpus æternum eſſe, ut ſi quis lineam quãdam extenſam ſupra quoddam lõgiſſimum ſpatiũ cuius termini non uiderẽtur, quærẽs an finita, uel infinita ſit, acciperet quod omne pũctum in ipſa linea quæſita, eſt medium lineæ. Si enim hoc ante omne acceptum pũctum, & poſt ipſum linea/ linea eſt, quod ſi hoc infinita eſt linea quæ quærebatur. Vt igitur inquit in hoc exẽplo qui accipit lineam eſſe ad utrãq; partem omnis puncti in linea quæſita, iſte nihil aliud uidet accipere, quam quod ſit linea infinita. Et idem quæſitum in propoſitione ſyllogiſmi accepit. Sic etiam qui uult oſtẽdere tempus æternum/ deinde accipit effatum/ et propoſitionẽ quod omnis nunc/ ad utrãq; partem tempus eſt, idem acipit quod quærebatur, quod tempus uidelicet eſt ſine principio/ & fine. Hoc igitur eſt ipſius primum argumẽtum contradicẽs & iſte, ut dicit, admiratus eſt Ariſtotelem/ quippe qui non uiderit haud demonſtrare, ſed petere quæſitum. Sed quis hunc merito nõ admiraretur, qui cum ignoret uiã hac rõnem demõſtrandi auſus eſt inuehi in Ariſto. cumq; harum rerũ arguere/ quas ipſe inuenit atq; abſoluit. Eſt ergo in principio petere, per idem oſtẽdere id quod eſt manifeſtum/ nõ per idem. quod uero cõmittitur qñ uel perſpicuo aut palã ꝓpoſitũ petunt, ut ſi nos diceremus, aliqua bona nõ ſtatim bonos facere/ ut potẽtias, quibus ẽ facultas bene & male uti. Bona.n. eſt potẽtia ad utrãq;. Sed bonũ nõ facit/ niſi bene utatur ipſa, quod Stoici deſtruere uolentes/ aiunt oẽ bonum facit bonos petentes, id quod eſt in principio, ſed qui-

dam

dam non plane id quod eſt in principio petunt, ſed cum ad ꝓpoſitiones proficiſcuntur/aſſumunt/in figura illa uelut manifeſta, quæ nequeunt aliter oſtendi/ quā per ipſum quæſitum: ut ſi proponamus oſtendere, quod triāgulus habet tres angulos æquales duobus rectis acciperemus quod quadratum habet quatuor rectos, quod eſt oſtenſum per triangulū. Tertius modus petendi in principio eſt, quando eorum quæ mutuo conuertuntur alterū à quęſito/& conuertens pro conuerſo, & ecōtra acciperet, ut ſi quæreremus an diameter ſit lateri incōmenſurabilis, & aliquis acciperet/quod latus eſt incōmenſurabile diametro. Sed forte neq; ſimpliciter accipiens conuertens/q̄d eſt in principio petit, ſiquidem ex definitionibus ꝓprie demōſtrationes fiunt, ſed tum ſolum quando fuerit ſimiliter immanifeſtum/& conuertens. Cum ergo Ariſtoteles accipiat ex euidentia/ quod nunc eſt medietas temporis/& ex hoc oſtendet quod æternum eſt tempus, iſte dicit quod ambo hæc ſunt idē. Et quod non ſint idem perſpicuum eſt, neq; dictionibus/neq; ſignificationibus. Non enim eſt medium nunc ipſum tempus æternum, ſiquidem omne tempus cōſtet præterito & futuro. Item neq; oſtenditur per tempus ſempiternum nunc medium eſſe, ſed ex intelligētia ipſius nunc. Item neq; ſimiliter ſunt manifeſta tempus ęternum eſſe, & nunc medietatem eſſe, quod ſi iſte ex neceſſitate putat hæc ſequi/ipſi dicendum eſt, quod demonſtrationes quę fiunt per ſequentia ex neceſſitate per eadē ſiant/& petant in principio. Sed tales ſunt ex his quæ per ſe cōpetunt, & tales ſunt proprie demonſtrationes. Sed uideamus argumentum/à ſigno ſecundum lineam acceptum. Et hic accepit cōmune eſſe puncto/& nunc impertibile. quatenus ſunt initia/& fines lineæ/& temporis/qui nō amplius ratiocinatur, quod punctum ſit initium lineæ/ ac terminus non indicans medietatem, ſed ſolum impertibile eſſe/in his quæ habent poſitionem. Sed nūc ipſum nō eſt ſimpliciter impertibile, ſed ſic uelut præſens temporis, hoc autem ſtatim ſimul infert præteritum & futurum, quia neq; prius eſt neq; futurum, ſed nunc. quare qui omnis ipſius nūc ad utrāque partem tempus eſſe dicit/& ob id æternum eſſe tempus oſtendit, non petit in principio, neq; accipit quæſitum, ſed id quod ex neceſſitate ſequitur euidentiam huius quod nūc eſt mediū accipit, quis autem cupiens fore grāmaticus/negaret tempus præſens eſſe medium inter præteritum & futurū, & aſſereret, quæ iſte aſſerit, quod præſens apud nos tale eſt, quod erat olim p̄ſens erit non tale. Simile enim uidetur dicere perinde aliquis dicat nūc denarius eſt terminus unitatum numeri/ & principiū denariorum: erat autem quādo non amplius denarius habebat ante ſe numeros monadicos, & erit quādo non habebit poſt ſeipſum denarios, tamen ut denarius ſemper habet ambo. Sic etiam pręſens/ſm quod præſens eſt terminus pręteriti, & initiū futuri. quare iſte ſecūdum illud nunc in principio/quod aſſerit iſte qui canones, & artem grāmatices profitetur in ipſis uerbis/non accipit tempus pręteritum, Imo neq; pręteritum imperfectum/nec perfectum, & omnino pręteritum pluſquā perfectum præſentis tēporis negauit habere quādam naturam tunc, ſiquidem hęc cōmunicent cum p̄terito aliquomodo. Sed ut uidetur cupiēs iſte propriam hypotheſim concludere/etiam cōmunes nominum conceptiones in ſeipſo deſtruit. Sed nō eſt inquit oſidere nunc eſſe medietatem temporis, niſi prius oſtēſum fuerit quod ęternum ſit tēpus, atq; ſi è notioribus oportet demōſtrationes eſſe, multo autem apertior/et notior eſt medietas ipſius nunc, q̄ tempus eſſe æternum. Quis enim ignorat etiam ſi grāmaticus nō fuerit, quod præſens tempus medium eſt inter p̄teritum & futurum. Vnde recte Ariſt. demonſtrauit ex medietate ipſius nunc ęternum eſſe tēpus. Sed qm̄ inquit cum ſimul ſit tempus cum cœlo & mundo, nulla ratio oſtēdens mundum æternum permanet irreprehēſibilis, niſi oplo implicita/atq; ſuſcepta ſit de temporis ęternitate. Si ergo, ut ipſe exiſtimo, omnes ratiōes huius quę nitebātur confutare ęternitatē demōſtraui mancas ac debiles eſſe, cum ipſe primū de cœlo Ariſto. interpretaretꝰ, patet quod huius inuentum recens/et it uanum.

Eadem autem eſt ratio, & de eo quod eſt, incorruptibilem eſſe motum. Vt in eo quod eſt, factum eſſe motum, accidit quandam eſſe priorem mutationem prima, ſic hic poſteriorem vltima. non enim ſimul deſinit moueri & eſſe mobile, vt comburi & eſſe combuſtibile, contingit enim, combuſtile eſſe, quod non comburitur. Nec, motiuum & mouens. Et ipſum autem corruptibile, oportebit corruptum eſſe cum corrumpitur. & huius corruptiuum, rurſus poſterius. corruptio enim, mutatio quædam eſt. Si igitur hæc impoſſibilia ſunt: manifeſtū eſt, quod eſt perpetuus motus, & non aliquando quidem eſt, aliquando autem non. Tex. 12. Tex. 13.

Com. 12.

Cum propoſuiſſet oſtendere quod neque fiebat motus ut prius nō fuerit, neq; interit tāquam poſtea nō ſit, duobus uſus eſt argumētis, uno quidem à definitione motus, altero autem à tempore, dupliciter ex hoc/ quæſitum oſtēdēs, uidelicet ex priori/& poſteriori ac ex ipſo nūc quod ſemper eſt medium inter pręteritum & futurum: ſed in argumētis ambobus/ à tempore demōſtrauit ambo, & quod nō erat quādo non erat motus, & quod non erit/ quādo non erit motus. Sed in argumēto à definitiōe cum alterum oſtēdiſſet, quod ingenitus eſt motus, & non erat qn̄/non erat motus, cū ad argumentum à tempore deſcēdiſſet ipſa/nunc adiecit reliquum/quædam argumēto à definitione ſubiungit, dicens quod motus eſt incorruptibilis. Vt enim ingenitum demōſtrauit in illis motum eſſe, quia ſemper prius eſt ante motum/id quod poteſt moueri, ſic etiā in his oſtendit ipſum interitus expertem, quia ſemper id quod poteſt moueri, poſt ipſum motum exiſtit. Non enim interit ſimul/id quod poteſt moueri/cum ceſſat motus: neque ſimul mouens & motiuum. Si enim dum ceſſat mouere/aut moueri etiam ſtatim interiret, non permaneret poſt motum id quod poteſt moueri, quod ſi nō motum idem, ſed quieſcens eſſe poteſt, propterea quod natura ita quietis eſt principium/ut motus, non ergo cum ceſſat aliquid moueri/iam ceſſat etiam mobile eſſe/quando fuerit motus acceptus proprie/& non interitus eius quod mouetur. Nam de motu hanc rationem facit, ut placet Alexādro. Si ergo quod quieſcit à motu/manet cum ſit mobile, patet quod rurſus mouebitur, & non erat ille ultimus motus à quo ceſſauit. Sed cum Ariſtoteles his contentus eſſet, interpres tamen adiecit cauſas. Nam motiuū/aut mobile ſunt obnoxia interitui/aut æterna, quod ſi obnoxia interitui/cū omnis interitus abeat & intereat per motum, quare poſterior rurſus erit motus eo qui ultimus dicebatur: ſi uero non ſunt ſubdita interitui, ſi motiuum erit/& mobile temporeo iſinito, iterum ergo aliud mouebit, & aliud mouebitur. Hoc enim fieri poteſt, quod fieret/niſi prius iteriret/quod poteſt moueri. Sed ad fidem huius/quod nō ſimul quieſcant actiones eorum quæ mouentur/& mouentiū/ac potētias adiecit hoc. quod non neceſſe eſt, ſimul ceſſare comburi/& eſſe combuſtibile. Et mihi uidetur reddere rationem obſcuram, cum accipiat loco exempli ipſum quod cōburitur, quod ſimul uideť deficere/ cū ipſo moueri. Item ratio nō ſit de his q̄ intereunt, ſed uera eſt de his quę mouētur, ut interpres inquit. Quæ.n. mouentur ſeruātur dum mouētur/& ipſorū motus non eſt interitus, & hac rōne differt à motu interitus, quia quod moueť permanet, ſed quod interit non permanet. Quomodo igiť adiecit quod cōburitur, aut ipſum comburi quod interit. Niſi dici poſſit quod pro eo quod mouetur/poſuit ipſum quod comburitur. Vel dicēdum eſt quod poſſunt eſſe quædam combuſta, quæ non intereunt, ut quæ infunduntur, ut aurum, plumbum, æs & id genus. Vel non fruſtra poſuit combuſtibile, ut indicaret, quod etiam ea quæ ſic mouentur uelut combuſta ac ea, quæ etiam

uidentur interire, quæ etiam poſt motum relinquunt aliquod mobile & poſt combuſtionem combuſtibile, quod rurſus cõburetur. Si enim in ignem eius quod comburitur mutatio fieret, quia & ignis uelut alia elementa mutantur, habet & ipſum combuſtibile, & ſi non proxime. Quod uero ſecundum hanc magis intelligentiam Ariſtoteles poſuerit combuſtibile, tanquam uera ſit ratio/de ipſo combuſtibili indicat ſubiungens. „ { Et ipſum autem corruptibile oportebit corruptum eſſe. } unde accipit combuſtibile/ut corruptibile, & oſtẽdens etiam ab hoc quod neq; primus motus eſt/neque ultimus. Vt enim quod mouetur ab aliquo mouetur, ſic etiam quod comburitur ab aliquo comburitur, & quod corrumpitur ab aliquo corrũpitur: tamen quod corrumpit nunquam ſimul interit, cum eo quod corrũpitur ab eo, ſed permanet. patet ergo q̃d poſt ipſm corrumpetur, & poterit tum corrumpi. Et rurſus quod corrũpit hoc erit poſt corruptum, ſi ergo interitus per motũ & mo„ tus/aut mutatio, quod Idicat his uerbis. { Corruptio enim eſt „ quædam mutatio, } patet ergo quod nõ erit quædam ultima mutatio, ſed ſemper accepta erit accipere poſteriorem, quare etiam motus eſt indeficiens. Sed quomodo accepit quod corruptiuum alicuius/& ipſum corruptibile eſt. Nam imbecillis oculus defixus in ſolem/corrumpitur. Item exiccantur plures plantæ ſolis ardore, qui habet ſubſtantiam immunem ab interitu. Niſi dicatur primum quod dicta non intereunt ſolis ardore, ſed ab ea corrumpuntur affectione/quæ in aere facta eſt. Si enim quæ corrumpuntur à contrarijs extinguuntur, & contraria ſub eodem genere ſunt, & in eodẽ ſubiecto, & omnino genere ſimilia ſunt: nõ ergo à ſole corrumpuntur ea proxime, quæ in ortu uerſantur. Deinde ſi quæ fiunt non proxime à ſole fiunt, ſed per media. Sol enim generat hominem, ſed per hominem, multo magis non corrũperentur proxime. Sed ſat eſt rationi/quod mutatio eorum quæ ſub luna inter ſe mutantur, exiſtat: & quæ hic intereunt/& corrumpunt indicent/motum non deficere. Sed noto id quod dicitur/in his contra Alexan. in quibus inquit quod interitus fit à contrario/uel à ſimili, ut ille qui fit ſecundum marcedinem/& ſenſim tabeſcentiã, ac extinctionem. Dicit enim hoc, ut uidetur de minori flãma/quæ à maiore paulatim/& ſenſim conſumitur/ & extinguitur. Verũ hæc cõſumitur/& extinguitur non uelut flãma/ab ipſa flãma, ſed uelut minor à maiore/ q̃ quidẽ ſunt rurſus contraria. Sed ſcitu dignum eſt/quod Ariſto. cum oſtendat motũ eſſe ingenitum, poteſt etiam oſtendere, ex ipſo ingenito quod ſit expers interitus, ſiquidem nullus hactenus auſus ſit dicere/quod ingenitum ſit obnoxiũ interitui. Verum non cenſuit/ex hoc demõſtrandum eſſe, quia nõdum demõſtrauit, quod hæc mutuo cõuertantur genitum & in corruptibile, & ingenitum & incorruptibile/quod quidem poſterius oſtendit primo tractationis de coelo. ſed cum oſtendiſſet quod nequit genitus/aut corruptibilis eſſe motus ex his, quia omni motu accepto uelut primo eſt alius prior, & quia quocunq; accepto motu poſteriori eſt, ſemper poſterior, & oſtenderit autem hæc ex æternitate temporis/ quod ſimul omnino adeſt cum motu, merito cõcludens dixit, quod ſi hæc fieri nequeunt, ut motus ſit genitus/ & intereat, id eſt/quod habeat initium & finem/quod quidem idem eſt ac ſi dixerimus, quod ſit primus/& ultimus, neceſſe eſt, ut ſit æternus, & non ſic ſe habere, ut aliquando ſit/& aliqñ non ſit.

Digreſſio in Grammaticum.

GRAMMATICVS Porro in his etiã ex ſeipſo dubitans, an Philoſophus, eiſdem quibus conatus eſt oſtendere motum ingenitum, etiam incorruptibilem eſſe probat, proinde inquit eiſdem nos illas rõnes diluemus, quibus/& propoſitas confirmamus. Dicendum igitur eſt ad deductionẽ per tria dictam à recentioribus, ſi eiſdem rationibus is euertere tentãs ingenitum eſſe motum ij uideantur explodere & illum/tanquam dixeris debiles rationes, etiam ij qui confirmant eſſe incorruptibilem eadem perſuadent examinantes. Sed quoniã, uelut uicerit primum figmẽtum, reliquum quadã ſecuritate fretus/non ueretur leuioribus argumentis uti. Sed hæc nos addentes conſiderabimus. Nam inquit ea quæ ſunt/ dum mouentur, aut ſimpliciter quæcunq; habent motum ſuum ſecundum naturam perfectiuũ, & conſeruatiuum naturæ eorum, hæc ut primum à motu quieſcunt. etiam intereunt. Cordis proinde, arteriæ, pulmonis potẽtiæ ad motum ſimul poſſunt interire, cum interitu motus ſui, & multo magis ea quæ appellantur habere eſſe in motu, ſimiliter & reliquarum partium animalis unaquæq;. Et ignis, īquit, igitur cum quieſcit à motu etiã interibit, nõ igitur neceſſe eſt, ut poſt omnem motum/qui ponitur interitus ſit alius motus: igitur & hic uidetur inuehi in dicta Ariſtotelis quãdo dixit { Non. n. ſi- „ mul quieſcit quod mouetur/ & mobile exiſtens, } deſt, quod „ poteſt moueri non eodem omnino motu, ſed qualecũq;. Non enim hoc ꝓponebatur oſtendere/q̃d æternus ſit motus uniuſcuiuſq;/quod ſubditum eſt ortui cuius ſubſtantiam, neq; aſſerit æternam, ſed quod ſemper eſt motus etiam in his quæ ſunt ſub luna, & non eſt poſterior motus, ſed etiã poſt hunc eſt aliquis/& ſi ſemper alius alteri ſuccedat. Sed is inquit cor/et ignẽ ubi quieuerint etiam priuari ea potentia/ſecundum quã mouetur eodem motu, non tamen hoc priuantur, quin ſint mobilia. Cor enim ubi interiret, in elementa diſſoluetur ex quibus conſtabat, & ignis in aerem mutatur. Sed elementa & alia/& aer mobilia eſſe/& non ſolũ hoc, ſed ẽt mota opinor, neq; iſte dubitat. Et uide quomodo etiam Ariſto. prius ſuſtulit hãc falſam Intellectionẽ his uerbis. { Vt comburi & cõbuſtibile eſſe. }. „ Sed his non potuit aſſequi dicta, ſed cenſuit ipſum dicere, quod ceſſante motu quod idem mobile manet ſecundum eundem motum, atq; oportebat animaduertere comparationem ad ortum. Nam inquit ut in ortu accidit motum quendam priorem eſſe primo, ſic poſteriorem hic ultima. Vt igitur ibi prima poſita prior oſtendebatur illa ſecundum quam primo motum, aut genitum fiebat, aut æternum cum eſſet mutabat in ipſum poſſe moueri, ſic etiã hic poſita ultima eſt alia poſterior, ſecundum quam relictum mouebitur, uel ſecundum quã corrumpendum interit. Sed neq; illa/neq; hæc uidetur Grãmaticus ſequi. Sed uideamus his dictis adhuc ſapientius, ut ei uidetur argumentũ. Inquit ergo quod non eſt uerum/quod ſi poſt quieſcere à motu aliquid remanet, id habeat potentiam mouendi. Neq; ſic recte Philoſophus deinceps ratiocinatur. Si enim nõ omnia per motum fiunt ea quæ fiunt, ſed eſt quidam ortus repentinus ſecundum Ariſto. ſine motu/& temporanea extenſione eſt: etiam interitus talis, ut pſectarum formarum in ſubiectis preſentia/& abſentia, & uelut puncta fiunt in connexione, & uelut tactus/& coruſcationes/& receptio uiſus, nõ ergo omne quod interit/per motum interit, quare ſi diceret. Nam mihi uidetur reliquiſſe rationem non concluſam, quia et ſi interiret/quod interit non omnino per motũ interiret. Et ſi Deus inquit opifex ſine tempore produxit coelum/& mundum/quę ab ipſo ſine medio producta ſunt, quando uoluerit mundũ deſtruere, eius tum interitus erit ſine tempore. Hæc igitur iſte dixit/uolens non omne quod interit per motũ interire. Sed oportebat eundem intelligere uerba/Ariſtotelis, ubi inquit. Etenim interitus eſt quædam mutatio, atque illa uerba in quinto/cum dicit. Omnis mutatio eſt ex aliquo in aliquid. Indicat autem & nomen, quia ſignificat unum poſt aliud/ac prius & poſterius. Et quod ortus/ac interitus/ſint mutationes ſecundum ſubſtãtiam. Cum igitur hæc audire debebat, etiã animaduertendum ſibi erat/quod quando Ariſtoteles quendam ſubitum dicit ortum/aut alterationem/non ſic dicit tanquã ſine mutatione fiat & tempore. Nam aliud/poſt aliud eſt in his/ ac prius & poſterius/& extenſio temporanea, atq; ex eo quod non eſt, ad id q̃d eſt, & ex eo quod eſt/ad id quod eſt mutatio, ſed una cum his contrahitur extenſio ac tempus, propter q̃d etiam uidetur eiſdem repente aliquid fieri, quia non ſecundum totam mutationem in his conſideratur, ſed ſecundum finem eius. Quis enim

diceret ædificationem domus eſſe ſine tẽpore, ſed finis formę, non forma ſimpliciter traditur eſſe appoſitio ultimæ tegulę, ut etiam principium ortus eſt ablatio eius, & ſic forma ſubito aduenire/& recedere dicitur. Item lineæ diuiſio/& connexio/& alia quæ apponuntur non fierent, cum prius non moueantur aliquo motu, in cuius termino hæc ſubſiſtant. Et ſiquis reſpiciens ad terminos apparentes aduenire ſine tempore, & animalia ac plantas fieri/ſine tempore diceret motum/ſine deſignãs & terminans, aliud tamen eſt fieri, & aliud factum eſſe: & ortus ſpectatur maxime dum fit, & non ut primũ factum eſt aliqui dicitidem motus dum aliquid mouetur, ſed non poſteaquã ceſſauit à motu. Si ergo in aliquibus ſimul magis contrahitur extenſio ortus/& interitus, ut in coruſcatione/& tactu/& congelatione lactis dicitur, & aquæ, in quibus repentina fit mutatio, non dicitur ob id mutatio ſine tempore, ſed ipſam fieri ſecũdum totum/& non per partes. Et omnino nullus exiſtimat/ſine ipſo fieri aliquod factum eſſe. At & factum eſſe/niſi nomen ſit uacans ſignificatiõe, ſubſiſtere per ortum indicat, & ipſum corruptum eſſe, per interitũ periſſe. Niſi etiam iſte det per ortum atq; interitum, ſed non per motum concedat, non intelligens/quod motum æternum/in his dicit Ariſtoteles illum/qui cõmuniter de ortu & interitu prædicatur: & idem eſt cum mutatione, quocirca & ſic dixit. Etenim interitus quædam mutatio eſt/& ante hoc. Quemadmodum enim in ipſo fieri/accidit quẽdam motum eſſe priorem prima mutatione, ſic etiam hic poſteriorem ultimo: cũ utatur indifferenter nomine motus/& mutationis. Sed magis ĩdicãs quod & ſi aliqua alia ſpecies motus fuerit prima/uel poſterior poſita, & alia qualiſcũq; ſpecies motus erit ante primam/& poſt ultimã, & ſic motus erit æternus & in alia/& alia ſpecie ſubſiſtit. Quod ſi fatetur is opificẽ ſine tempore producere coelum/& mundum/quomodo prius non producentem/poſterius inquit ꝓducere/ ac producta eẽ, poſteaquam ceſſarunt à productione? Non enim nunc exiſtimat ipſum producere iam producta, & adhuc poſt tot annos deſtruet ipſa. Quomodo igitur ſine tẽpore ꝓducit/ & deſtruit mundum agens extenſionem temporis in ipſum, ſiquidem interdum producit/ & interdum deſtruit, & producit priora & poſteriora, ut iſte fatetur, & interdum hæc, & interdum illa: ut in ſex diebus cum fecerit mundum, alium/& alium diem fecit. Nam donec hęc temporaneam/& non aliam ſignificationem ſignificant, non poteſt agere ſecundum hæc niſi temporaliter ægerit: ſed ſi quidem ſine tempore ꝓducit, (hoc enim uerum eſt) ſemper producit, & non aliquando ſic/aliquãdo minime. Hæc enim temporalia ſunt. Is autem non cõtradicit/cum colligat/quæ ſimul colligi nequeunt, uidelicet aliquid agere ſine tempore, & interdum ſic, interdum non. Atqui hoc ſolum erat ſufficiens oſtendere/contra æternitatem mundi, quod quidem ipſe fatetur: uidelicet Deum ſine medio producere/ & nõ cum tempore. Quod ſi ſine tempore producit mundum, & non aliquando/& aliquando non, patet quod ſemper ꝓducit. Sed ut iam datum eſt ab ipſo, aliquando ſignificat quod in aliqua tẽporis parte ſine tempore Deum producere, & quando, inquit, mundum uoluerit deſtruere, ſine tempore & repente illũ euertet. Si ergo & quando tẽpus ſignificat, rurſus dicet quod in tẽporis quadam parte ſine tempore ipſum diſſoluet, & ſi quadã temporis parte facit, neceſſe eſt, ut priora efficiat/& aliqua poſteriora/& aliqua in alio/& aliqua in alio tẽpore. Sed quomodo poteſt facere, ut ſimul ſint planetæ in omnibus ſignis Zodiaci? Vel unde unumquẽq; motum uoluit trahere ſuum initium, uel qualem uoluit/tum poſitionẽ habere coelum? Quod ſi ubi fecit, uer apud nos ceſſauit à motu ſpatio ſex dierum, uel quouis alio: patet quod non erit æſtatis/& hyemis opifex. Sed harum & ſimilium cauſa dubitationum eſt, quia exiſtimant Deum uelut homines agere, et ſolum nomen hoc ſine tempore dicere/et re ipſa ſtatuere palam eius actiones temporaneas, ac affirmare interdum aliqua facere, & interdũ minime, ac interdum euertere/& interdum minime. Vnde congruum erat his/qui aiũt illum facere ſemper ſine tempore, uidere etiam qđ ſemper faciat/neceſſe eſt: deinceps ingenioſe obijcere Ariſtoteli/qui dicit opus eſſe, ut corruptiuum etiam intereat quando interiret, & Alexãdro dicenti, Accepit autem quod corruptiuũ alicuius & ipſum corruptibile eſt, forte uelut facto interitu/uel à contrario/uel à ſimili. Et quod corrumpens ſi æternum manet, rurſus mouebitur, qđ ſi interiret per motum interiret. Cũ igitur hiſce obijciat/ait ſe in quarta ratione demõſtraſſe, quod non omnino ex contrario fiunt/ea quæ fiunt, neq; q̃ intereunt, mutantur in contraria, neq; à cõtrario interitum ſuſtinet, quia neq; omni quod interit/aut fit, eſt contrarium, ſed ſunt quædã quæ intereunt/quæ non habẽt cauſam extra interitum, ſed ob menſuram ſuæ potentiæ naturalis/tempore ſecũdum partem laborando fluunt, quod ſi nihil eſt/quod extrinſecus ea tabefaciat/& ſenſim conſumat, inquit igiẽ non oportere/in omnibus quæ intereunt, quærere ſi cauſa interitus permanet, poſt interitum habens potentiam ut intereat, & num hoc ſit æternum/aut obnoxium interitui/& ita in infinitum deducere abſurdum/contra rationem collectam/& cumulatam. Porro adhęc quia ea fiunt apud Ariſtotelem, ut ſæpe oſtenſum eſt, quæ prius cũ non eſſent/poſterius ſunt. Quod igiẽ hæc ex his quæ ſunt fiũt, uel ex contrarijs, uel ex proprijs priuationibus/& intereũt, aut in contraria, aut in priuationem. Rurſus autem in ea quæ ſunt plane oſtẽſum eſt, præſertim primo Phyſicæ auditionis libro. Item oſtenſum eſt in quibus conatus ſum ponderare/quæ iſtę auſit dicere contra primum de coelo quartum huius Librum, (de quo nunc mentionem fecit,) cõfutans. Sed diximus de his pauloante mediocriter, Sed ſi oportet nunc tangere rationem, niſi quæ prius ſunt poſterius ſint, nihil poteſt ex his quæ non ſunt fieri. Quædam enim ex his quæ ſunt fieri uidentur/ſecundum ſeriem præcedentium/& ſubſequentium. Nam res Troianæ ſi forte tum/& non aliter fieri poterant/ob ſeriem pręcedentium/& ſequentium/& conſtituentium illas res/& ſequentium eaſdem. Sed q̃ ex eo quod nõ eſt ſubſiſtunt, cur magis in hoc tempore fiũt prætermittam dicere, quia plane ortus & interitus, quædam ſunt mutationes alternis, poſt alterum habẽde potentiam. Si ergo quod fit/ex aliquo fit, uel ex ſimili fit, aut ex contrario, aut ex propria priuatione, ſed ex ſimili/& iſte rereprobat: uel ergo ex contrario/uel ex priuatione, quia ſubſtãtia nihil eſt contrarium, quare in quibus non eſt contrariũ, ortus eſt ex priuatione. Atqui & in his ſiquis animaduerterat ſecundum mutationem contrariorum/inter ſe ortus fiunt/atq; interitus. Quando enim ex pane/qui nõ eſt caro, ſed aptus eſt, ut in carnem conuertatur/ ſi fiat caro ſecundum actionem/& paſſionem, contrariarũ qualitatum inter ſe fit mutatio, ſed nõ neceſſe eſt inquit, extrinſecam eſſe interitus cauſam, ſed ſufficit, quod ſit determinata uis ac potentia naturalis, quo ad fluxum, & ſi nihil fuerit ſenſim deficiens. Rurſus igitur hæc ratio ſuccedet, quam cum iſte ignoret. cogitur multa dicere/& intelligere. Etenim ſi defluxus fieret ad nihil, forte deficeret nullo perturbato ſubiecto, quod ſi in calidum/ex frigido mutari neceſſe eſt, patet quod non à ſeipſo mutaretur in contrarium, ſed ab actu calido quod eſt iam frigidum/& potentia calidum mutatur. Sed quomodo etiam poſſunt ea quę ſunt in ortu, omnia ex contrarijs qualitatibus cõſtituta/& appropinquata nõ mutuo agere, et pati nulla perturbatione potentię quę eſt ad fluendũ? Ego igitur exiſtimo menſuras potentiæ concurrere ad actionem/& affectionem qualitatum cõtrariarum. Nonne idem q̃ hoc colloquium citius corrumpetur/& quam hoc minus? Sed ad hãc rationem dicerem/quod ſi nõ actiuum hoc/& paſſiuũ, non erunt in generatione qualitatum corrumpens, aut corruptum, ſed erunt & fuerunt ſolum in perfectione operis/& perfectiue ac ſecundum uitam elargitæ & mutatæ, ut in coeleſtibus non erit ipſorum potentia defluens/neque temporis parte menſurata. Pulchre igitur extra corruptum, & corrũpens ſtatuit interpres eas, & ſiue æternum, ſiue corruptibile fuerit hoc ſimul ratiocinatur, quod erit motus, poſt eum poſteriorẽ motum qui ſtatueretur. Sed ſi oportet, & huic repugnare ob eos, qui ſine inquiſitiõe multitudine uerborum/& rationum huius

decipiuntur, uidetur mihi iſte putare rationem cumulatam/& connexam ducere ad infinitum ſimpliciter,et ſat eſſe puto hūc oſtendiſſe ignorare horum diſcrimē/& differentiam.Nam deductio in infinitum,cum ſit demonſtratiua nuſquā habet ſtationem progreſſus,ut ſiquis diceret quod omne mouens/& ipſum mouetur,et omne quod mouet̃ ab aliquo extrinſecus moueri.His enim poſitis neceſſe eſt, in infinitū procedere mouēs ante,mouens tamē ratio cumulata/& ſorites eſt ſophiſtica ex interrogatione,ut aiunt exigua ducens ſecundum defectū imaginationum ad incertum,uel falſum perſpicuum. Interrogant enim utrum gutta prima agat aliquid in petram/aut nō,quod ſi egit aliquid quomodo nō uidetur paſſio,aut affectio? quod ſi non agit,neq; ſecunda,neq; ultima aget, quomodo igitur cōcauitas petræ fiebat? Vides quod hæc non in infinitum ducit, quomodo igitur inquit cumulata ratione, aut paucis multa cōtinente quæ Sorites appellat̃ inquit deducit ad infinitum.Sed hæc quidem ſcripta ſunt,ad eos homines/qui uolunt iudicare, & diſcernere habitum hominis. Cur enim omnino ſibi opus erat nunc Sorite ratione, niſi ob nominum oſtētationem cum Alexander dicat/quod corrupta motis quibuſdam intereūt uidelicet corrumpentium .Sic enim & Ariſtoteles dixit,& ſi quidem hæc incorruptibilia rurſus mouebuntur,ſi uero corruptibilia,erit etiam ſic rurſus quidam motus ultimo poſterior/qui fit ſecundum horum interitum,qui cum non intelligat nūc dici mota ab Alexandro non corrumpentia,ſed corrupta,ut inquit,uelut elementa & ipſa cum corruptibilia ſint rurſus aliis mutatis,& ipſa intereunt uidelicet materia/& forma, ſed materia non amplius interit corruptis rebus imo manet habēs potentiam mouendi. Sic igitur is cum ab intelligentia dictorum abſit,nec intelligat Ariſtotelem loquentem ſic, & corruptiuū rurſus ei opus erit,ut intereat quando interiret,& huius corruptiuum rurſus poſterius. Hanc dubitationem inquit/multis in locis ſoluiſſe.Nam & ſi natura inquit non efficeret primā materiam,ſed Deus efficeret ipſam non ex materia, ut etiam corrumpat ipſam quando uoluerit/in id quod nō eſt ex quo facta eſt,ut etiā inquit/& forma non in aliam formā mutata eſt,ſed in nihilum ex quo fiebat reuertitur. Sed oſtenſum eſt ſæpe, ut exiſtimo quod ea quę producuntur ab opifice/ex his quæ non ſunt, non ſunt genita ſecundum hanc ſignificationem geniti ſecundum quam prius non exiſtens poſterius eſt, ſed æternam habet ſubſiſtētiam.Non enim ſunt ea quæ ex nihilo producūtur,quia cur tum & antea,aut alio tempore proceſſerunt ad ea quæ ſunt/& facta fuerunt,ut ea quæ fiunt ex his quæ ſunt habent cauſam cōgruētem,ut fiant ob ſeriē,ut dixi præcedentiū, & ſequentium.Hęc igitur ęterna ſunt ex neceſſitate, tamen genita ſecundum quem diximus modum ortum habent/ ex his quę ſunt,& intereunt ad ea quę ſunt, cum ortus & interitus ſit mutatio.Etenim quę forma eſt,quæ non mutetur ab eo quod eſt poteſtate/ad id quod actu/et ab actu in ſui priuationem,& non ad ipſum omnino nihil/ut ipſe dicit. Hęc igitur cum dixerit pollicetur oſtendere/quod non prorſus redeunt omnia in nihilum,ut penitus euellātur, ſed in aliud qđ melius/ ac diuinius quam ſit mundus mutantur.Et mirum eſt quod mundi interitum mutationem,in id quod eſt,quod etiam diuinius eſſe affirmat,cenſuent,& ortum aſſerat non ex eo qđ eſt fieri.Sed oſtēditur inquit quod in ſequentibus libris tractatur,quod mūdus iſte in quendam alium mundum diuiniorem mutatur, & ignorat iſte uir/qđ talis conuerſio non eſt mundi interitus,ſed perfectio.Concludens autem argumenta contra rationes oſtendentes motum non eſſe igenitum/nec incorruptibilem/ſatis ſe confutaſſe illas fatetur ex his debilibus ictibus/& cum perinde ac confutarit,audet etiam ipſe per ſe oſtēdere, quod nequit motus eſſe ingenitus. Sed ad demonſtrationem cōficiendam aſſumit tria effata. Vnum quidem ut ſi quid eorum quæ fiunt neceſſario indiget aliquo prius exiſtente,ut fiat, ut nauis ex lignis non fieret,non pręcedentibus illis.Secundo quod nequit numerus infinitus actu ſubſiſtere,aut nō poteſt aliquis numerando percurrere infinitum , & quod nequit eſſe aliquid maius infinito,aut illud augeri. Tertio quod ſi ad ortum alicuius opus eſſet infinitis non poſſet unum/ex uno fieri.Ex hoc enim inquit Ariſtoteles demonſtrauit/in libro de ortu,quod nequeunt infinita eſſe numero coprorum elemēta, ſiquidem mutuo inter ſe fiāt.Infinitum enim impercurſibile eſt. quare nō ignis producetur,ſi infinita præfuerint elemēta.His igitur prius cōceſſis,ſi huius ignis particularis motus principiū/ & finem habet,ut ipſe fiat,oportet ante alium fieri motum ſecundum quē ex aere/uerbi gratia mutato oportebat ignis corpus fieri,& rurſus ante motum aeris mutati,in ignem præerit alter motus aq; forte,ſecundum quem in aerem mutatus eſt, & ante illum alter,& hoc in infinitum,ſiquidem non habuit principium mundus,neq; mutatio rerum inter ſe,& mutua ſit:igitur oportebat infinitos prius eē motus,ut hic ignis particularis fieret.Non.n. fiebat niſi infiniti prius fuiſſent/ob primum, ut dicit, effatum: Si ergo non poſſunt eſſe infiniti motus actu ob ſecundum effatum,neq; motus ignis particularis ſubſiſtet ob hæc/& ob tertium effatum dicens,quod non neceſſe eſt,ut ante ortum ſubſiſtant infinita . Sin uero non fieret . Si ergo motus particularis ignis factus eſt,& non prius fuerat eius,infiniti motus ſecundum conuerſionem,per contrariam poſitionem,ut inquit iſte; qui conuerſionem per contraria, aut contrariam poſitionem; quæ ſit ignorans/demōſtrauit exiſtimo/quę dictæ ſunt ab eo/ contra primum de coelo.Si ergo inquit per motus finitos procedit natura,ut particularis ignis efficiat motum: eſt igitur aliquis primus motus/quo nō eſt prior alius.Eadem quoq; ratio eſt in ſingulis motibus.Et hoc inquit conſonum eſt rationi naturali.Nam perfecta ſunt priora imperfectis,& quæ ſunt actu priora etiam ſunt his/quæ ſunt potentia. Si ergo ꝓceſſus in infinitum fieret, neq; perfecta eſſent priora perfectis, neq; quæ ſunt actu/his quæ ſunt potentia,ſi uero finiti fuerint motus,patet,qđ primus erit/et ſubſiſtet ſimul cum uniuerſo principium faciens cæterorum ex eo quod eſt actu/ & perfectum. Quod ſi particularium motuū eſt,inquit,aliquod initium,& non poteſt intelligi alter motus/ante aliū eſſe in infinitum,neceſſe eſt, ut orbicularis motus coelorum/ ab aliquo principio cœperit, cum prius non eſſet. Non enim poteſt eſſe coelum ſemper eodem modo eſſe,ſed quæ intra continentur fiunt/atq; intereunt; & ſic ſunt. Quartū & hoc addit,ſi factis motibus qui fient adderentur,augebunt numerum ipſorum,ſed non poteſt augere in infinitum.Sin uero ꝓcedentes motus nō eſſent infiniti.Quintum uero ſi non in ęquali tempore ſphæræ mouentur, ſed alia triginta annorum ſpatio,alia duodecim,& ſic deinceps tempore minori.ut Luna fere unius mēſis ſpatio,& firmamentū uno die naturali, & motus eſſet coeli ſine principio:neceſſe eſt/ ut ſphæra Saturni infinitos abſoluerit motus & circuitus,& ſphęra Iouis prope triplici proportione circuitus infinitos/& Solis infiniti circuitus,erunt trigeſies plus quam illi Saturni/et Lunæ trigeſies ſexageſies plus,& circuitus firmamenti plures quam millies multiplicati atq; infiniti, quomodo igitur hoc omnino abſurdum non eſt, niſi autem ſemel contingat percurri infinitum infinities multiplicatum infinitum, ſed magis ponitur infinities infinitum,quare neceſſe inquit, & orbiculationem coelorum habere initium,cum prius non fuerit,quādo & ipſum coelum,ut ipſe inquit.Non enim mea ratio,cœpit eſſe. In his porro effata poſſunt eſſe uera . Sed unum iſte ignorat exiſtimo cū contradictionem ualde uulgatam collegerit / ſeipſum primū decipiens,deinde eos qui eiuſdem opinionis mundum interire putant.Et illud quod dicit eſt hoc/ quod proprie infinitum eſt actu/ſiue numero/ſiue magnitudine ſtatuatur, & non partim infinitum/& partim finitum.Nam tale non magis eſt infinitū, quam finitum,ſed neq; in infinitum ꝓcedens infinitum eſſe dicitur , quod enim procedit in infinitum , nondum infinitum eſt.& ſi ſemper procedēs in infinitū nō ceſſaret, nunquā eſſet infinitum actu. At iſte accepit effata de infinitis actu,in quibus uerum eſt,quod nequit numerus infinitus ſubſiſtere,aut percurrere non poteſt aliquis numerando, aut augere infinitum, niſi infinitus numerus prius ſubſiſtat actu ante aliquem ortū,

ut de elementis demonſtrauit Ariſto. ſed minime de tali infinito demonſtrationes adduxit/quod ſimul eſt, ſed de ipſo quod fit in infinitum, ut dicimus motum eſſe, cum non intelligat, quod & ſi ſine principio/& ſine fine motum eſſe dicamus, tamen hactenus nō eſt infinitus, terminum porro eius ponimus eſſe nunc, quare motum huius particularis ignis, non præcedit motus actu infinitus, finitur proinde uſq; ad hoc nunc, neq; ꝓhibet fieri hic ignis/ob motus prius exiſtentes, quia finiti ſunt q̄ ad id quod fit, & non hoc ſolū, ſed etiam cauſæ quæ ſunt ignis finitæ. ſiquidem ortus quatuor elementis, cum inter ſe mutuo generentur uelut circulus continue redeat. Ignis enim ex aere, & aer ex aqua, & aqua ex terra, et terra ex igne, & iterum ignis ex aere, et hoc in infinitum. Sed oportebat naturam huius in infinitum eum qui ab Ariſto. diſcit, aſſerere aliquo modo differre ab ipſo infinito actu, & ſic dubitare/an habuerit aliquid ante ipſum, ſed non ſunt deducta abſurda/de ipſo infinito ſecundum actum, quia ponitur in infinitum. Dicit autem de tali infinito/quod eſt in infinitum, Ariſtoteles hæc/in tertio huius tractationis. Sed omnino ſic eſt in infinitum, quia ſemper aliud/et aliud accipitur, & quod accipit̃ ſemper eſt finitum, ſed ſemper alterū/atq; alterum. Item eſſe multipliciter dicitur quare infinitum non oportet accipere uelut hoc aliqd, ut hominē, uel domum, ſed uelut dies dicitur, & certamen, quorum eſſe non eſt uelut ſubſtantia, ſed ſemper fit, & interit, id quod finitum eſt, atq; ſemper alterum/atque alterum. Et ſi ante me igitur pater/& ante meum ignem, fuit illius ignis. Et hoc in infinitum abibit perinde ac non ſit principium, ſed non ſunt infinita ea quæ prius extiterunt. Equidem ſunt finita ad me, & non permanēt, ſed ſemper alterum, ac alterū ſuccedit finitum. Talis ergo eſt individuorum ortus/atq; interitus, nunquā deficiens, ſed ſemper eſt in termino ob naturam eius/quod eſt in infinitum. Sed Grāmaticus accipiēs dignitates/et effata uera, de infinito actu, quod non ſubſiſtit omnino, ut etiam ipſe fatetur, ſi inquit ad ortum alicuius prius oporteret infinita ſubſiſtere, ut unū ex uno fiat, quod fieri nequit, quia neceſſarium eſſet, ut prius eſſent infiniti motus, quod plane impoſſibile deducit, quia totum infinitum ſimul actu exiſtens/& ubiq; infinitum ſequi hoc, in infinitum fecit, in quo omne acceptum finitū eſt omnino, ac ſemꝑ alterum/atq; alterū. Cum enim quæ prius genita fuerunt actu infinita ſint, non fieret aliquid eorum quæ ſunt, nō ſolum quia nihil eſt extra infinitum, ſed quia non poteſt id quod fit contingere id quod eſt infinitum carens principio/& fine. Sed Ariſtoteles in ſecundo de ortu, quoniam & illis iſte mentionem fecerat/quāuis nihil ibi dictorum intelligat, inquit non fieri elemēta ſequi proceſſum, qui ſtatuitur eorum quę fiunt, & intereunt in infinitum, ut ipſe putabat. Neq; hoc potuit intelligere, quod idem hoc proponebatur ab Ariſtotele in illis/quod elementorum mutatio erat rediens in infinitum qua mutuo generātur, ſed non quia ſtatuebantur infinitę cōtrarietates ſpecierū actu. Hoc autem accidit his/qui non aſſerunt infinitum ſimpliciter, ut nos qui dicimus ea reuerti ſpecie, ſed ſecundum ſpeciem uariari illa in infinitum/quæ fiunt procedentia in rectum, ut ex igne aer/& ex aere aqua, & ex aqua terra, & ex terra aliquid aliud/& ex illo rurſus aliquid aliud/et uſq; in infinitū ſic ſpecie differentia, ſi autem hoc neceſſe eſt. ut infinitę ſint contrarietates ſpecificæ elementorum actu/in ipſa rerum natura, quibus mutatio fit. Vt enim non erat albi in nigrū mutatio, niſi nigrū eſſet, ita non eſſet in infinitum ſecundum ſpeciem uariatio/niſi eſſent ſpecies numero infinitę. Cum enim finitę ſint, nō poteſt fieri uariatio in infinitum ſecundū ſpeciem. Nam ceſſant, unde illis qui ponunt mutationem elementorum fieri ſecūdum ſpeciem accidit, ut infinitæ ſint contrarietates actu. quod quidem nobis non accidit aſſerentibus ortum/atq; motum ꝓcedere in infinitum, tñ non ſecundum ſpeciem uariatum, ſed circulo redeuntem, quod quidem & ipſe uult introducere, ob id deſtruit proceſſum in infinitum in rectum ſecundum ſpeciem, ſed deſtruit cum ſequatur hanc rationem, infinitas eſſe contrarietates ſecundum ſpeciem. Hoc ſequuntur huiuſmodi abſurda alterum tollit noſtram de rebus cognitionem, & aliud ortum. Nam ipſius quod eſt unumquodq; cognitio in nobis eſt/quę ꝑ diffinitiones habetur. Sed cum ſint infinitę differentię ſpecificę actu, quibus elementa ponuntur, & conſtituunt̃ ſpecies, ſi quidem in rectum eſt mutatio elementorū infinita, & alia ſpecies ex alia fiat/in infinitum, ut dixi nō erit definire, ſiquidem ex genere/et differētijs definitæ ſint definitiones, ſed neq; aliquid fieri poteſt, cum ſint infinitę actu/& impercurſibiles intermedię, quod ſi hę finitæ ſunt, & extremas finitas eſſe neceſſe eſt, aliud eſt igitur illud in infinitum/ſimul totum poſitum, & aliud in infinitum/q̄d eſt dum fit, & interit, ut diximus, & quod eſt huius acceptum eē ſemper finitum/atq; alterum & alterum nō impedito ex hoc ortu, ſed magis cooperante, quare etiam fit particularis ignis/& aliorum motus/& non prius ſunt ipſorum infiniti motus, qui nempe nūc finiti ſunt, & primus motus nō eſt, ſed ſemper poſito priori alius eſt, ſi autē hoc, neceſſe etiam eſt, ut motus cœli orbicularis ſit ſine principio, ſub quo motus eorum/quæ ſub luna collocantur continue conſeruatur. Item neque motus additi augent infinitum motuum numerum actu, ut iſte inquit, ſed finitum. Nam uſq; nunc finiti ſunt, & qui ſemper additur eſt finitus, ſed non infinitus/& ſi in infinitum adderetur, quare & ſi non ęque ueloces ſphęrę ſint/& uniuſcuiuſq; reuerſio eſt ſine principio, tamen ad id temporis uſq; non ſunt infiniti. Neq; generabuntur infiniti aliquādo, cum prohibeantur fieri infiniti propterea/quod procedūt in infinitum. Quod enim eſt in infinitum ſemper habet aliquid deficiens. Nam cōpetit ei ſemper/id quod eſt potentia, ſed infinitum ſi fuerit aliquid tale actu erit indeficiens, ſed neq; naturali rationi/quę ab ipſo dicuntur, conſonāt dicēti perfecta pręcedere imperfecta, & quę ſunt actu/ea quę ſunt potentia, quocirca neq; in quibus uerum id ſit, neq; iſte uidet̃ cognoſcere. In his enim totum eſt uerum, tamen in his quæ uerſantur/in ortu magis imperfecta pręcedunt perfecta, & ea quæ ſunt potentia, ea quæ ſunt actu, quāquam ſecundum ueritatem habeant ortū inter ſe. Etenim ex ſemine genitali homo, & ex homine ſemen genitale, & hæc quidem dixit/quo ad temporaneam pręexiſtentiam quam ſolam, ut uidetur iſte cognoſcit/quia uirtute, cauſa, & excellentia dignitatis perfecta anteeant omnia imperfecta, idem etiam obſeruant ea quę ſunt actu, cum his quæ ſunt potentia. Item t̄pe quę agunt pręcedunt ea quę patiuntur. Verum in ortu rerum, ut dixi, ſi nō fuerit principium temporaneum. aliquis non aſſereret ſimpliciter id quod eſt actu prius eſſe, quam quod eſt potentia. In unoquoq; enim quod eſt potentia præcedit per ſe, id quod eſt actu tempore, ut oua pręcedunt auem. Hęc igitur dicta ſint ad ſextum librum Grāmatici/qui æternitatem motus nitebatur deſtruere, ne ob ipſam ęternus mundus oſtendatur. Nam ſcopum unum propoſuit, neq; Deum immutabilem, neque mundum ęternum cenſeri ab his/qui hęc illi perſuaſerunt infeliciter, ſed procedens uſq; ad hæc dicta cenſuit/quod ſuus contradicendi modus/iam haberet quod uolebat contra ęternitatem motus, ſed neq; hoc ſciuit, q̄a maxīe cāæ demōſtrationis/in ſequentibus traduntur/in quibus oſtendit Ariſto. quod rerum alię ſunt ſemper immobiles, alię uero ſemper mouētur, & alię quidem interdum mouētur, & interdum quieſcunt. Sed ſi uidetur/redeundum eſt deinde ad uerba Ariſto. continuanda, quando quidem liberauimus eos/ab illa imperita latratione, qui pręaccepta fuerint aſſecuti.

Etenim ſic dicere, figmēto magis aſſimilatur.

Com̄. 13.

Cum indicarit motum eſſe ęternum/ob æternitatem temporis, & quod nequit tempus ſtatui ſic, ut oriatur/& intereat, nunc inquit quod etiam ex hoc ęternus motus/& tempus oſtēditur/quia quod aliter dicitur uidelicet, aliquādo tempus eſſe, & motum/& aliquando non eſſe, magis aſſimulatur figmento. Quid eſſet magis cōmentitium q̄ dicere/quod cum non eſſet motus/neq; tempus prius tum fierent. Nam cur tum/& prius/aut poſterius, magis aſſimulatur figmento. Et forte dicit eſſe factitium dicere, quod tempus eſſet quādo non eſſet. Sed qui dicit erat tempus aliquādo, & aliquādo non erat hoc dicit.

Conſimile figmentum, eſt etiam de motu, ſiquidem numerus motus ſit tẽpus. Si enim erat tempus, quando non erat motus, & quando motus non erat, neq; tempus, patet qui hoc aſſerit nihil dicere aliud quam tempus fuiſſe, quando non erat tẽpus. Verum inquit Alexander, quod dicit aſſimilatur magis figmẽto ſic dicere, quia qui ita protulerunt nulla demonſtratione fulciti, & uериſimilis rationibus muniti, id aſſerunt. Vel quia cum ſit oſtenſum, quod motus ſit immobilis, haud ueriſimile eſt, ut ipſe intereat, niſi ergo illud uocabulum { figmentum } nõ ſolum dicitur ob id quia nõ interit, ſed etiam aſſignatur ad id quia non gignitur / neq; poteſt habere ortum.

Tex. 14. Similiter autem & dicere, quod aptum natura ſic eſt, & hoc oportere putare principium eſſe. Quod quidem videtur Empedocles dixiſſe, qđ vincere & mouere in parte amicitiam & litem, ineſt rebus ipſis ex neceſſitate. quieſcere vero,

Tex. 15. in medio tempore. Fortaſſis autem & vnũ principium facientes, vt & Anaxagoras, ſic vtique dixerint. At vero nihil inordinatum eſt, eorum quæ natura, & ſecundum naturam fiunt. natura enim, cauſa ordinis eſt omnibus. infinitum autem, ad infinitum nullam rationem habet. ordo autem omnis, ratio eſt. Infinito autem tempore quieſcere, poſtea motum eſſe aliquando, huius autem nullam eſſe differentiam quare nunc potius quam prius, neque rurſus aliquem ordinem habere, non amplius naturæ eſt opus. aut enim ſimpliciter ſe habere oportet id quod natura eſt, & non aliquando quidem ſic, aliquando vero aliter (vt ignis ſurſum natura fertur, & non aliquando quidem, aliquando vero non) aut rationem habere quod non ſimpliciter.

Com. 14. Cum dixerit perſimile figmento eſſe hoc affirmare qđ erat motus aliquando, & aliquando non erat, quia non poteſt cauſam huius demõſtrare. deinceps inquit quod etiam dicere qđ aptum eſt ſic, & id uelut principiũ, & cauſam aſſignare æque factitium eſt. Hoc autem uidetur Empedoles dicere, quando dicit quod dominari, & mouere uiciſſim amicitiam / ac litem rebus neceſſario competit, quod ſi hoc uerum eſt, etiam quieſcere intermedio tempore. Nam quies intercipitur inter contrarios motus. Verum Eudemus immobilitatem dominationi amicitiæ ſecundum Sphęrum competere admittit poſteaq; omnia in unũ congeſta fuerint, atq; congregata unde, inquit.

Ibi neq; ſole fulget citiſſima tellus.
Sed ut inquit iſte.
Concordiæ denſitate firmata latebat.
Sphærus in orbem læta manſione æternus,
Cum rurſus lis imperium habere cœpiſſet,
Tum motus iterum Sphęro aduenit.
Cuncta nam tellus deinceps ꝓferebat uelut myſteria Dei.

Sed quid intereſt dicere, quod ſic aptum eſt, & dicere ex neceſſitate non addendo cauſam. Sed Empedocles uidetur hæc dicere in hoc.

Viciſſim imperant reuoluti temporis.
Et aliquando neceſſitatem efficit cauſam eorum quę fiunt.
Eſt neceſſitas deorum ſignum uetus.
Aeternum amplo iureiurando ſuo robore ſtans.

Nam ob neceſſitatem, & iuſiurandum inquit utrãq; litem, & amicitiam uiciſſim dominari. Dicit autẽ hæc Empedocles de dominatione litis.

Sed cum magna lis, in membris tegeretur.
Surrexit conſumptu temporis ultrix.

Cum iam immutabile ſeruandum eſſet iuſiurãdum mutuum.

Hæc igitur inquit ſine cauſa dicta, nihil aliud dicere, quam ſic aptum eſſe. Forte autẽ inquit, & Anaxagoras, ſimile principium motus priorum quieſcentium ſimilariorum mentem aſſerens, & non addens cauſam, cur tum mouit / & non prius / nihil aliud dicere uidetur / quã hoc factitium { Quod ſic aptũ ſit. } At uero aliquid ſine cauſa, & inordinatum maxime in natura, & in his quæ fiunt natura ſeruandum eſt, propter quod natura cum ſit rationalis, eſt ordinis omnium & rationis. Sed tempus quieſcens, cum prius eſſet infinitum, cum eo à quo cœperunt moueri, non habet ꝓportionem. Nam infinitum ad infinitum, neq; ad finitum proportionem habet. Concluditur ergo in ſecunda figura, quod infinita quies ad infinitum, uel finitum motum, non eſt natura. Et infinito tempore quieſcere, deinde moueri aliquando, & huius nullum dicere diſcrimen, propter quod nunc magis, quam prius mouentur, neq; habent ordinem non eſt naturæ opus, quia quæ ſunt natura, nõ ſunt aliquando ſic, & aliquando non, aut aliter ſine ratione / & cauſa, ſed uel ſimpliciter & ſimiliter omnia q̃ ſunt natura / ſe habent, ut ignis ſurſum natura fertur, quia non interdum fertur, & interdum minime, ſed ſimpliciter ſurſum fertur uniuerſe, & ſemper eodem modo. Item terra deorſum ſimpliciter, quod ſi aliquid natura / non ſemper ſimiliter ſe habet, ſed aliquãdo quidẽ ſic, & aliquãdo non, neceſſe eſt, ut aliqua ſit ratio / & cauſa, cur non ſit ſimpliciter. ſed differenter, ut cur non ſit ſemper æſtus, neq; ſemꝑ hyems, ſed uiciſſim cuius rei cauſa eſt orbiculatio, & obliquitas Zodiaci / ac ſolis motus in ipſo. Et cur non ſemper animalia generent, quia perfecta debẽt generare ſibi ſimilia. Sed Eudemus accuſat Anaxagoram, non ſolum quia motum habuiſſe initium, cum prius non eſſet / aſſeruit, ſed quia etiã quomodo permaneret / & deficeret prætermiſit dicere. Idque magis cum non ſit perſpicuum. Quid enim prohibet, inquit, menti omnes res firmare, ut ille dixit mouere. Et hoc damnat Anaxagoræ, Eudemus. Quomodo enim admittit quãdã priuationem eſſe priorem oppoſito habitu. Si ergo quies eſt priuatio motus, non erit ante motum.

Quare melius eſt, vt Empedocles & ſi quis alius dixit, ſic ſe habere, in parte vniuerſum quieſcere, ac rurſus moueri. ordinem enim iam quẽdam habet, quod tale eſt. Sed & hoc dicentem oportet nõ affirmare ſolum, ſed & cauſam ipſius dicere, & non ponere neque cenſere vllam ſententiam irrationabilem, ſed aut inductionem aut demonſtrationem afferre. hæc enim quæ ſuppoſita ſunt. cauſæ non ſunt. Neq; hoc erat, litis vel amicitiæ eſſe, ſed huius quidem aggregare, illius vero diſgregare. Si vero inſuper determinetur ipſum in parte, dicendum eſt in quibus ſic. ut qđ eſt aliquid quod congregat homines, ſcilicet amicitia, & fugiũt inimici ab inuicem. hoc enim ſupponitur, & in toto eſſe, videtur enim in quibuſdam, ſic eſſe. Hoc autem & per æqualia tempora indiget & aliqua ratione, Omnino autem exiſtimare principium eſſe hoc ſufficiens, quod ſemper aut eſt ſic, aut fit, non recte eſt opinari. ad qđ Democritus reducit de natura cauſas, quod ſic & prius fiebat. ipſius autem ſemper, non vult principium quærere. dicens in quibuſdam recte, in omnibus autem non recte. Etenim triangulus habet duobus rectis ſemper angulos ęquales, ſed tamen eſt quædam perpetuitatis huius al-

tera cauſa.principiorũ tamen quę perpetua ſunt, non eſt altera cauſa.

Com. 15. Quãquam Empedocles, non abſolute diceret recte cum cauſam taceat, dicendo.

Sed uiciſſim imperant reuoluto orbi.

Quare aſſerebat uiciſſim quieſcere, & moueri uniuerſum, tamen quatenus quẽdam uiciſſitudinariũ ordinem indicat definiti ad definitum, uidetur dicere naturalius. Nam quædam ꝓportio eſt, partium temporis quæ ſunt inter ſe finitæ. Sed infiniti ad infinitum, nulla eſt ꝓportio, quo uſus eſt Anaxagoras. Verum inquit non ſufficit Empedocli dicere, quod diuiſim, & uiciſſim fiebat motus, ſed oportebat etiam aſſignare cauſam cur ſic adderetur, & nihil ponere quod dignum eſſet ſine cauſa. Sed ſi de aliquo principio eſt ratio, per inductionem ipſam perſuadẽda eſt. Nam principia neceſſe eſt, ex poſterioribus cõfirmari, quod ſi de his quæ ſunt poſt principia eſt ratio hæc, ꝑ demonſtrationem firmanda eſt ut etiam nunc. Nam amicitia & lis non ſunt principia & cauſæ, quod æquali tempore uiciſſim dominentur, & moueant. Niſi enim eſſet amicitiæ & litis eadem ſubſtantia, ſed amicitiæ propriũ eſt, ea quæ diuiſa ſunt in unum colligere, & litis diuidere, et ſeparare. Sed huius quod uiciſſim, & in ęquali tempore dominẽtur alia erit cauſa, quam quidẽ oportebat prius aſſerre eos, qui ſic dicunt ac inſuper addere, in quibus alijs ſe habent & fiunt, ratio equidem credenda erit, euidẽtibus rebus, confirmata quaſi quibuſdã teſtibus, ut illud quod congreget amicitia in toto omnia in unum & lis ſegregare poſſit, & diſpertire perſuaderi poteſt, quia eoſ amicitia apud nos homines conciliat, & inimicitia diſſentire atque ſeiungi facit mutuo. Quoniam enim hoc uidetur in quibuſdã credibile, uidetur etiam ſic fieri in uniuerſo. Oportebat igitur aſſerre fidem de hoc, quod ęquali tempore uiciſſim utraq; dominaretur in uniuerſo, à quodam alio. Et quia occurrere poſſet aliqs facile dictis, quia ut amicitia ſemꝑ cõgregat, & inimicitia ſeiungit, & non oportet huius quærere cauſam, ſic etiam ſemper & apud nos conciliationes, & ſegregationes regnant, dicit ipſe quod nõ recte ſe habet, accipere hoc ita ſe habere aliquid & ubiq; ſemper eodem modo, uelut principium indemõſtrabile. Plura enim ſunt ſempiterna, & ubiq; eodem modo ſe habent, non tamen principia ſunt indemonſtrabilia, ſed talia habent cauſas, & principia quædã, cur ſic ſint, ut in mathematicis cauſa eſt, cur triangulus habet tres æquales duobus rectis æquales, quãuis hoc ſit æternum, & in omni triangulo ſic exiſtat, non tamen principium eſt ſine demonſtratione, ſed eſt aliquod principium huius ex quo oſtenditur. Similiter quoq; uiciſſim, & ſucceſſiue fieri æſtatem, & hyemem æternum, ac ubiq; eſt ſic, non tamen principium eſt, imo habet principia, et cauſas talis motus. quocirca non admittit Democritum reducentem cauſas de natura, in tale principium, quia ſic & ea quę prius fiebant, & minime exiſtimantẽ eorum quę ſimiliter fiunt principium, & cauſam quærendam eſſe, & non intelligẽtem, quod in quibus ęternum principium eſt, per ſe fide dignum & indemonſtrabile, quod in his recte ſe habet, non quærere cauſam cur eodem modo ſemper ſe habeat. Sed in quibus nõ eſt principium æternũ, in his principia, & cauſę aſſignandæ ſunt. Non enim omne æternum principium eſt, & ſi principiũ omnino, & ęternum eſt. Nam latius ſeſe extendit æternum quam principiũ, ideo & geometra quæſitus, ut oſtẽdat quod duobus rectis ſunt ęquales, non ſufficit ei dicere, quod hoc æternũ eſt, ac principium, & indemonſtrabile, ſed demonſtrationem adducit. nõ ergo Democritus cauſam congreſſus atomorum, & complexionis ſufficientem putet hanc q̃d ſic fiant, ut apta ſunt fieri. Sæpe autem diximus, quod etiam Empedocles, & Anaxagoras aſſeruerunt mundum intellectualem connexũ, & ſenſibilem diſperſum qui ambo cum ſemper ſint mutationem tẽporaneam ad oſtenſionem ordinis ipſorum accepit, & ortus ſenſibilis ab ipſo intellectuali. Empedocles autem reuerſionis ſenſibilis ad intellectualem.

Quod igitur nullum tempus, aut erat, aut erit quando motus, aut non erat, aut non erit, tot dicta ſint. Contraria autem his, non difficile eſt ſoluere. Videbitur autem ex hiſce, conſiderãtibus, contingere maxime, motum eſſe aliquãdo, cum non eſſet omnino. Primo igitur, quia nulla perpetua mutatio eſt, mutatio enim omnis, apta natura eſt eẽ ex quodam in quoddam. quare neceſſe eſt, omnis mutationis terminum eſſe contraria in quibus fit, in infinitum autem, moueri nihil. Am- Tex. 16.

Tex. 17. plius videmus, qđ poſſibile eſt id moueri, quod neque mouetur, neq; habet in ſeipſo vllum motum, vt in inanimatis, quorum neq; pars vlla, neque totum mouetur, ſed quieſcens mouetur aliquando. Oportebat autem aut ſemper moueri, aut nunquam, ſi non fit cum non eſſet. multo autem magis quod tale eſt, inanimatis eſſe manifeſtum eſt. cũ enim in nobis nullus inſit motus aliquando, ſed quieſcamus: mouemur tamẽ aliquãdo, & fit aliquando in nobis ex nobiſipſis principium motus, & ſi nihil extrinſecus moueat. hoc enim in inanimatis ſimiliter non videmus, ſed ſemper mouet ipſa aliquid aliud eorũ quæ ſunt extra. Animal autẽ ipſum, dicimus ſeipſum mouere. Quare, ſi quieſcit aliquando penitus, in immobili motus vtiq; fiet a ſeipſo, & non ab externo. Si autem in animali hoc poſſibile eſt fieri, q̃d prohibet idem hoc accidere, & in vniuerſo? ſi enim in paruo mundo fit, & in magno, & ſi in mũdo, & in infinito, ſi contingit quidem moueri in finitum totum & quieſcere.

Com. 16. Cum ſemper trifariam confirmentur quæſtiones, & ꝓblemata, ideſt per præcedentẽ ipſorum demonſtrationem, ac per confutationem eorum qui contra aſſerũt, & per diſſolutionem inſtantiarum contra problemata: probans per antecedentes rationes, quod motus æternus eſt, & cum confutaſſet eos, qui illum non æternũ affirmant uelut figmenta, & naturalia dicẽtes, ad tertium nunc proficiſcitur, uidelicet ad confutandas inſtantias quæ ſunt contra rationem eius, & ipſas falſas eſſe oſtẽdere. Et cum tres inſtantiæ ſint, prima talis eſt, nulla mutatio ęterna eſt. Et huius rationis probatio hæc eſt, quia omnis mutatio ex aliquo in aliquid eſt. Nam mutatio eſt, poſt aliud, in aliud, & ex contrario in contrarium, ſed mutatio quæ fit ex cõtrario, in contrarium fines, & terminos habet contraria, & quę habet terminos non fit in infinitum, quod idem dictũ eſt, ac diceretur nulla mutatio, & continua exiſ̃s æterna eſt. Nam æquiualet huic omnia non eſt, hæc nulla eſt. quod ſi nullus motus continuus, atq; unus æternus eſt, neq; omnino motus erit æternus. Et uidetur hæc inſtantia non deſtruere, quod ſemper ſit motus. quid enim prohibet ante unamquãq; mutationem finitam eſſe aliam, & poſt unamquãq; aliam? Sed hæc inſtantia nititur euertere unum eſſe continuum, & æternũ motum. Secunda inſtantia eſt contra hoc, quod motus ſit ingenitus quæ ex euidentia arguit. Videmus enim plura quæ prius non ciebãtur, neq; ullum in ſeipſis motum habebant, neq; ſecũdum totum, neq; ſecundum partem mutari ad ipſum moueri ut cernimus in ipſis inanimis, lapides enim et ligna, neq; ſecundũ tota, neq; ſecũdum partes mota, ſed quieſcentia prius deinde mouẽtur, & aliquando inchoant motũ ſuũ mutata omnino ex quiete in ipſum moueri. Atqui ſi erat motus æternus, aut ſemper

hęc moueri oportebat, aut nunquã moueri, tanquam mutatus ſit motus, poſtquam non erat generabilis/& non amplius erit ſempiternus. Sed hęc nunc/& incipiunt moueri/& rurſus quieſcunt. Et hęc inſtantia eſt contra motum quæ probat/non eſſe ingenitum, & ea poſt ipſam tantum ſolum oſtendit, quod ſiũt quidam motus cum prius non eſſent, non tamen quod non ſit ante illos alius motus/neq; poſt illos alius. Tertia eſt & multo magis inanimatis uidetur perſpicuum fieri motum/ cum prius non eſſet. Nam inanimata, & ſi quieſcentia prius mutentur ad motionem/tamen mouens ipſa extrinſecus eſt motum/& ipſum tanquã nequeat ſimpliciter motus ab inanimatis probari/quod ſit genitus, quia prius eſt alius motus ante motum qui ſit. Sed de animalibus hoc dici non poteſt, quandoquidem uideantẽ hęc ex quiete omnino/ex ſeipſis mota nullo externo motore quod quidem motum potuit mouere. Videtur enim palã motus fieri/cum prius non eſſet ſi ipſo aliquid mouetur quod prius non mouebatur. Quod ſi in animali poteſt motus incipere/cum prius non eſſet. Et paruus mundus eſt animal ſecundũ quẽdam ordinem, & naturam digeſtum & diſpoſitũ, quid ꝓhibet idem accidere, etiam ſecundũ totum mundum, ut ex immutabilitate, prorſus mutetur ad motionẽ qua mouetur à ſeipſo/& ſic cũ prius non eſſet motus, fieri uidetur/quod ſi in ipſo mundo inquit hoc fieri poteſt, & in ipſo infinito poteſt, uidelicet infinito ipſius Anaxagorę/ut intellexit Alexdnder, quia mixtum ex infinitis ꝑtibus cõſimilibus neceſſe eſt infinitũ eſſe, uel infinito Anaximenis & Anaximandri, & omnino de his qui ponunt omnino unum elementum infinitum. Vel etiam
» huius/& illius. Adiecit autem hoc. { Si contingit quidem mo-
» ueri infinitum totum/& quieſcere, } quia oſtenſum eſt infinitum magnitudine/non poſſe moueri motu locari, quo mouentur ea quæ à ſeipſis mouentur. Nam neq; in rectum, cum non ſit locus quem petat infinitum, neq; in orbem, ſiquidem nõ eſt infiniti/neq; ſurſum/nec deorſum, nec ultimum, nec medium. Sed multa alia etiam ſcripta ſunt de hoc argumenta tertio huius tractationis libro.

Tex. 18. Horum igitur id quod primum dictum eſt, nõ eundem ſemper & vnum numero eſſe motum, qui ad oppoſita ſit, recte dicitur. hoc enim fortaſſis neceſſarium eſt, ſi non ſemper vnum & eundem numero eſſe poſſibile eſt, vnius & eiuſdem motum. Dico autem, vt vtrũ vnius chordæ vnus & idem ſonus ſit, an ſemper alius, ipſa ſimiliter ſe habente & mota. At tamen qualitercunque tandem ſe habeat, nihil prohibet vnum & eundem eſſe aliquẽ, quo cõtinuus eſt atq; perpetuus. manifeſtum aũt erit magis, ex iis quæ poſterius.

Com. 17. Cum poſuiſſet tres inſtantias/quę probabant motum/non eſſe ingenitum neq; æternum, ad primam occurrit dicentem nullum eſſe motum ingenitum/& indeficientem. ſiquidem omnis motus ex contrario/in contrarium/& ex termino in terminum ſit, quare & ſi ſemper aliquid moueretur à cõtrario in contrarium, non erit unus/& idem, neq; non interruptus motus, ſed ſemper alius/atq; alius ſit quiete intercepta. Hãc igitur diſſoluens rationem concedit uerum eſſe illud non poſſe unũ eſſe & continuum motum, qui ad oppoſita. Nam & ſi rurſus, ac rurſus mutatio eius q̃d mouetur, fieret, tñ fieri nequit ut motus, qui ſic ſit, unus & continuus ſit. Quare hoc inquit forte neceſſarium eſt, ut tales motus non ſint ingeniti neq; ęterni, ſiquidem non ſemper unus/ & idem eſſe queat talis motus, qui eſt unius & eiuſdem. Si enim hoc demonſtratum fuerit/quod fieri nequit, ut motus qui ſit ad oppoſita ſit unus/& continuus, quod quidem nondum oſtenſum eſt, probatum quoq; erit q̃d nullus motus/qui eſt ad oppoſita æternus ſit. Sed oſtendetur quod neceſſe eſt/ut eiuſdem moti oppoſiti motus quibus mouetur quiete intercipiuntur, & ob id nunc/forte/adiecit et paulopoſt. Attamen qualitercunq; tandem ſe habeat, quia nondũ hoc demõſtratum eſt, dicẽs ſiquidem non ſemper unus, & idẽ motus poteſt eſſe, quod exemplo manifeſtum dicit, ut chordę iterum atq; iterum pulſatæ/ & in contraria ꝓcedentes/& eius quæ eodem modo pulſatur utrum unus/& idem ſonus ſit, aut ſemper alter/atq; alter. Etenim ſi ſonus, quem maxime ſentimus, unus & idem eſt. etiam motus unus/& cõtinuus eſt. Nã motũ ſequitur ſonus, & ſi alter atq; alter quod quidem oſtẽdetur, eodem quoq; modo erit motus. Cum ergo determinet ſic quęſtionem, de chorda, utrũ ſe habeant ſic motus tales/qui ex contrario in contrarium, an unus ſit in his motus an non, nihil prohibet eſſe quẽdam alium motũ pręter eos/qui fiunt ad contraria cõtinuus/ & unus & ob id æternus quem manifeſtum fore/ex dicẽdis affirmat. Dicit aũt de orbiculatione. Nam oſtẽſurus eſt hanc ſolã, nõ fieri inter cõtraria, ut reliquę motiones, & ob id eſt una continua/& ſempiterna motio. Proinde huius primę rationis illud uerum inquit eſſe/quod motus qui fiũt ad contraria/non ſunt cõtinui neq; ęterni. Sed haud uerum eſt, ut omne quod mouetur ex contrario in contrarium moueatur. Nam oſtendetur quod eſt aliquis unus/ & idem motus continuus. & uide quomodo poteſt ſoluere inſtantiam, quia nõ tollit quin motus ſit, ſed deſtruit unum eſſe/& cõtinuum. Etenim ſuppetit hoc ſeruare motum ſemper eſſe indeficientem. Sed tendens ad hanc intelligentiam demonſtrauit, quod & ſi non omnis motus eſt continuus, tamen nihil prohibet quædam continua eſſe.

Moueri aũt id quod non mouetur, nullum eſt inconueniens, ſi aliquando quidem ſit id quod mouet extrinſecus, aliquando autem non. Hoc tamen quomodo vtiq; erit, inquirendum eſt. dico autem, vt idem ab eodem motiuo exiſtentę, aliquando quidem moueatur, aliquando autem non. nihil enim aliud dubitat hoc dicens, q̃ propter quid non ſemper eorum quæ ſunt, alia quidem quieſcunt, alia vero mouentur. Tex. 19.

Procedens ad ſolutionem ſecũdę inſtantiæ, quę deſtruebat motum eſſe ingenitum, quia aliqua inanimata prius quieſcentia, aliquando moueri incipiunt, & aliquãdo quieſcunt à motu, & ob id ſit atq; interit motus, ſoluit dicens, quod hoc uidelicet inanimatum moueri, & prius non mouetur, non eſt oſtenſiuũ huius quod motus ſiat. Non enim q̃a aliqua moueri incipiunt. & aliqua queiſcere, oſtenditur uniuerſaliter motum eſſe generabilem. Nam q̃dam alia extrinſecus mouentur quando aderint, horum motus ſunt cauſa, quare prius exiſtit motus mouẽtium ipſa, quam ipſorum motus, & ante erit quoq; motus illorum quæ mouent illa & ſic deinceps. Cum hoc dicat iubet q̃rendum eſſe uelut dignum quæſtione, quomodo idem mobile ab eodem motiuo, aliquãdo mouetur/& aliquãdo minime. Si enim ab his quæ ſemper mouenẽ alia cientur, cur cum ſemper ſint quæ mouent & mouentur non ſemper cientur, & agitantur ab his ea quæ cientur, ſed interdum mouentur, & interdum minime. Qui enim hoc indubium uocat, non probat motum generabilem eſſe, ſed quærit nunc principium propoſitorum ad conſiderationem. Et hoc eſt. Non omne quod ciet ſemp et cietur/nec omne quod quieſcit/ſemper quieſcit, ſiquidem quæ ab alio mouentur ſemper mouens habeant, ſed ſunt quædam quæ uiciſſim mouentur, & quieſcunt. Hæc autem paulopoſt determinabuntur. Com. 18.

Maxime autem videbitur tertium habere dubitationem, propterea quod ſit cum non eſſet prius, motus, id videlicet quod accidit in animatis. quieſcens enim prius, poſtea vadit, mouente exteriorum nullo vt videtur. hoc autem falſum eſt. cõſpicimus enim ſemper aliquid eorum quæ Tex. 20.

congenita

congenita ſunt, moueri in animali. huius autem motus, ipſum animal cauſa non eſt. ſed cõtinens forſitan. Ipſum autem dicimus ſeipſum mouere, non ſecundum omnem motum, ſed ſecundum motum ſecundum locum. Nihil igitur prohibet. magis autem fortaſsis neceſſarium eſt, in corpore multos fieri motus a cõtinente. horum autem quibuſdam, intellectum, aut appetitum mouere. illo autem, totum iam animal mouere, quale accidit circa ſomnos. ſenſibili enim nullo inexiſtẽte motu, inexiſtenrc tamen aliquo, rurſus excitantur animalia. ſed manifeſtum erit & de his, ex ſequentibus.

Cõm. 19. Cum ſoluiſſet ſecundum inſtantiam quæ ex his/ quæ ſunt inanimata/ & extrinſecus mouentur, quia nullum abſurdum eſt ipſa moueri præſentia mouentis/ & eius quod mouetur/ & oſtendiſſet prius eſſe quẽdam alium motum ab ea qui nũc fit, & aliquando quieſcere quãdo non aderat mouens: ad tertiam procedens/ & plane ipſam exponẽs, quod animatum quieſcẽs prius/ & poſt hæc ambulans nullo extrinſecus mouente, ut uidetur, indicat motum eſſe genitum & comprobat inſtantiam teſtimonio/ tanquã magis dubitationem excitet. Soluit ipſam dicens, falſum eſſe/ quod animalia nullo extrinſecus mouente/ à ſeipſis moueantur, cum prius quieſcerent. Nam uidemus inquit ſemper aliquid congenitũ animali, ideſt naturaliter ſimul cum illo exiſtẽs, aut frigidum fieri, aut aridum, aut humidum, aut mutari ſecundum aliquam aliam qualitatem paſsiue. Sed forte dicit congenita ipſa uires naturales quas poſteri uocarūt potentias/ uelut attrahendi, retinendi/ alterandi/ & ſegregandi. Nam hæ ſemper agunt in corporibus animatorum/ & maxime animalium quas ſecundum ſe non habent. Nam ille motus localis duntaxat ſic eis competit. Sed cauſam dicens continens eſſe talium motuũ, adiecit illud/ forſitan/ & nunc/ & paulo poſt. Vel quia ſine demõſtratione dictum eſt hoc. { Eorũ qui congenitis ſunt motus, } uel quia non omnes ſunt/ ex continente. Etenim quæ nutriuntur/ & augentur mouentur/ & iterum diminuta/ & ſemper mouentur ſm eadem/ neq; à continẽte ſimpliciter neq; ſecundum localem motum animalium, attamen motus ſecũdum patibiles qualitates, ut caliditatem/ frigiditatem/ & conſtrictionem/ & ſegregationem, & id genus ex continente habet maxime. Nihil igitur prohibet/ inquit/ ſed forte magis neceſſarium horum naturalium motuum à continẽtis motu plures proficiſci: & aduenire corpori, & aliquot mouere intelligentiam noſtram aliquando/ et aliquãdo appetitionem. Nam ſenſus ope intelligẽtia cognoſcens affectionẽ uult/ aut euitare/ aut ferre, & ſic mouet animal motu locali/ quo uidetur ex ſeipſo moueri, proinde quando ſuauis & aduerſi atq; moleſti aliquid ſenſus fert, appetendi uis mouetur & declinat, ut etiam licet uidere in animalibus rationis expertibus, & hę uires mouent animal ſm locum, ut ad potum/ aut ad comedendum tanquã nõ ſit primus motus ille, ut uidetur, ſed præcedãt ipſum ij/ qui ſecũdum intelligẽtiam, aut appetitionem ſunt, & ante hos ille quo corpus afficitur/ & quo continens ipſum motum mouet. Sed diligentius dicit in libro de motu animalium cauſam motus localis. Et perſuadet ſemper eſſe aliquem motũ in animalibus/ non ex eiſdem, ſed ex ipſo continente. quæ cauſa ſit ſecundum locũ motus in animalibus ex eo/ q̃d accidit in ſomnis. Nam neq; ſm locum moti neq; ſentiẽdo, quę ſunt ꝓpria animalium/ ut animalia ſunt, tamen multis mouentur motibus, uidelicet reſpirationis motibus, & pleriſq; alijs ꝓ gentis, & his ſm concoctionem/ & adhuc motibus phantaſiæ/ & his patibilibus à continẽte cum aliq̃d in illis caleſiat/ aut frigeſiat, ſed quãdo à cibo euaporationes collectim occupãt cerebrum aut cor/ & frigidũ reddunt, tum ſomni fiunt cauſæ. Cum porro caleſiunt/ & ſegregantur atq; ſubtilia euadunt expergiſcuntur, ut libro de ſomni oſtendit, & rurſus ſentiunt animalia/ & cientur ſecundum locum/ & accipiunt principium huius motus/ à quibuſdam alijs motibus quibus mouebãtur ea quę mouentur, ut ſi erat omnino immutabilitas, tum neq; exurgerent, ut à principio. quare et in animalibus cauſę motus localis ſunt motus extrinſecus, qui motus localis ex eiſdem/ cum initium trahat, primo ineſt animalibus, & regionem tradit ſtationi animalium. Quod hæc ita ſe habeant, inquit Plato/ manifeſtum erit ex ſequentibus. Nam oſtendet quomodo animalia mouẽtur, & ab aliquo, & quonam modo omnino cientur ea quæ à ſeipſis mouentur. Sed in his animaduertẽdum eſt, ſi animal ſit nullius motus localis principium, an omnes extrinſecus principium habeant. Non enim ſolum mouemur ad potum, aut ad comedendo/ aut ad aliquid huiuſmodi ob caliditatẽ in corpore/ & expulſionem emiſsionemue, ſed etiam gratia diſciplinarum / lucri/ honoris / imperij / imo ut expellamus / & teneamus id quod obtinuimus multis mouemur motibus ſecundum locum, & non ſolum nos, ſed etiam animalia expertia rationis/ cum eorum phantaſia mouetur ad quędam loca proficiſcuntur. Sed horũ etiam aliquis diceret, quod extrinſecus eſt motus principium. Nam appetibile mouens phantaſiam/ uel intellectum excit animal ad motum ſuum localem, & appetibile cum ſit imobile mouet. Sed omnino cum ſoluant inſtantiam animalium, nonne uult oſtendere/ quod ante motum localem eſt alius motus/ qui eſt intelligentiæ, aut phantaſiæ, atq; illius in corpore, & illius qui eſt continentis? Et quid hoc? Neq; enim unus & continuus talis motus conſtitutus ex differentibus ſpeciebus, uidelicet ex eo ſecũdum locum, & illo phantaſiæ/ & alteratione, neq; tamen æternus eſt talis. Non omnino corporis alteratio mouet intelligẽtiam/ aut appetitionem/ neq; ipſa mota omnino mouet animal ſecundum locum, neq; motus ſecundum locum huius omnino aliquid aliud mouet, quomodo igitur ex his confirmatur motum eſſe ingenitum/ atque æternum unum/ & continuum? Niſi forte hoc non propoſuerit oſtendere per ſolutionem harum inſtantiarum. uidelicet omnes particulares motus unum oſtendere/ continuũ eſſe motum æternum/ atq; ingenitum. Etenim plane in ſolutione prioris inſtantiæ conceſsit/ non eſſe numero unum motum/ qui eſt ad cõtraria, & cum dixerit hoc eſſe neceſſarium, ſi quidem nõ ſemper unus/ & idem motus eſſe poteſt, qui eſt unus motus. Sed quoniam inſtantię quę tollebant motu eſſe/ ſine principio quoſdam motus particulares proferebãt ab aliquo principio factos ſolutiones, proinde uolens occurrere ſolutiones ex ſibimo attulit/ oſtendens quod propoſiti motus/ uelut ſine principio non ſunt ſine principio, ſed habent quædam initia, non tamen quia ſint coordinati/ ad unum ſine principio. Neq; enim illum ex his conſtitutum ingenitum/ atq; incorruptibilem eſſe oſtẽdere, ſed illum quem oſtendit, quãdo dixit. Et ſi motus ad contraria/ non fuerint unus, atq; continuus, ſed tamen nihil ꝓhibet eſſe aliquẽ eũdẽ, quia ꝯtinuus eſt/ & æternus. Hic autem eſt orbiculatio/ ad quã omnis eius ſermo tendit/ qui eſt de uno motu, ſine principio/ & fine, tanquam illa omnes motus procedat habentes principium/ & per illum/ & ante omnem particularem motum/ & poſt omnem eſt alius motus, quia ad illũ referuntur alij. Sed hoc ſequentibus patebit clarius, quando quęritur num unus motus ſit ęternus. Verum hactenus demõſtrauit motum eſſe principio, atq; ingenitum/ nõ tãquam unũ exiſtẽtem/ & continuum, ſed quia ante omnẽ motum eſt alius, & poſt omnem alius/ & ab hoc incipiens ſequẽtibus inueniet unum/ & ęternum/ et cõtinuum motum circularẽ, qui eſt cauſa, cur etiam alij ſint indeficiẽtes: ſed propter quid dẽ motu ꝓpoſuit quærere, an ęternus ſit, an nõ. & minime de quiete. Niſi quia quies ſit priuatio motus, & nulla priuatio eſt æterna, quia neq; ſempiternæ rei eſſe poteſt. Neq; enim ſimul exiſtit priuatio cum habitu, ſed ſuccedit orientibus, aut occidentibus motibus. Verũ̃ ſtatio/ & manſio, non amplius eſt priuatio, ſed contraria motui, q̃ etiam eſt ſine principio & ęterna, ut circularis motus. Nam ipſa ſit omnino/ circa id quod manet.

Tex. 21. Principium autē conſiderationis id erit, quod & dictæ dubitationis, quare quędam eorum quę ſunt aliquando quidem mouētur, aliquando autem rurſus quieſcũt. Neceſſe eſt aũt, aut oĩa quieſcere ſemp, aut oĩa ſemp moueri, aut alia quidē moueri, alia autē quieſcere. Et rurſus horũ aut ea quæ mouētur, moueri ſemp, q̄ vero qeſcũt, quieſcere. aut oĩa apta nata eē ſimiliter moueri & qeſcere, aut reliquũ adhuc & tertium. contingit.n. eorum quæ ſunt, alia quidem ſemper immobilia eſſe: alia uero ſemper moueri, alia autem vtraq; participare. quod quidem, a nobis dicendum eſt. Hoc enim habet ſolutionem omnium dubitatorum, & finis nobis eſt huius negotij.

Com. 20. Hęc dicit eſſe principium diligentioris determinationis prędictorum, quod etiam de ꝓpoſita dubitatione quærente, quãdo, quod à ſeipſo mouetur ab eodem motiuo mouetur/& quãdo non. Dixit autē quod nihil aliud dubitat, qui hoc dicit, quã cur non ſemper aliqua eorũ quæ ſunt, quieſcunt, & aliqua moueantur. Sed ſunt quædã quæ aliquando quieſcunt, & aliquãdo mouentur. Et dubitationis etiam huius quomodo animalia moueantur hinc ſumendum exordiũ eſſe inquit. Item ex quæſtione huius principij pendent/an æternus ſit motus, & ad rationes inſtantes contra æternitatem motus, inquit utile eſſe ſupra ſolutas/uidere quomõ ſe habent eo quæ ſunt, quo ad motum, & imobilitatem. Supra igitur ſumens exordium, utitur diuiſione ſine defectu/quę per ſingula ea quæ ſunt procedit. Neceſſe eſt, ut uel ea quæ ſunt ſemper quieſcant, aut ſemper moueantur. Et eſt in omnibus diuiſio contradictionis. Aut enim omnia ſemper mouentur, aut nõ ſemper mouentur, uel aliqua quieſcunt, & aliqua mouentur. Et hoc trifariam, aut mota ſemper mouentur, aut quieſcentia ſemper quieſcunt, aut omnia uiciſſim quieſcũt & cientur. Vel deinceps inquit etiam tertium, aliquo eorum quę ſunt ſemper imobilia exiſtunt, & alia ſemp mouentur, & aliqua quidem interdum mouētur, & interdum quieſcunt. Tertiũ hoc dixit. Quia in primo dixit, aut omnia qeſcere, aut omnia moueri. In ſecundo aut quędam quieſcere, & quędam moueri, quod quidem trifariam diuiſit. Poſt ergo illa duo tertium hoc inquit/quod quidem ſibi explicandũ aſſeruit, id eſt oſtendendum/et probandum. Nam omnia quæ uidenť, in dubium uenire, hoc patefacto ſoluentur. Neq; enim quia omnis motus eſt, unde/& ad quod æternitas motus inuenietur, ſi oſtenſum fuerit, q̄d non omnis motus eſt talis, neq; fieri motum in ipſo mobili eſt demõſtratiuũ huius, quod motus ſit genitus, ſiquidem non ubiq; ſit motus/nõ exiſtens. Et dubitatio ſoluetur/quęrens cur non ea quę mouentur ſemper mouētur, & quæ quieſcunt non ſemper quieſcunt, ſi inuentum fuerit/& ſemper aliquid imobile, cur non & ſemper motum, & alia interdum mota, & alia interdum quieſcentia. Et ſic finem optimum imponet tractationi de motu/à principio per mediũ ad finem ꝓcedens/cum demõſtratione. Finem inquit eſſe Alex. inuenire aliquid ſemper/& continue motũ ab æterno/& imobili. Niſi forte & Ariſto. idem dixerit eſſe/& ſolutionē dubitatorum/& finem tractationis ſtabilire/ac firmare illud tertiũ, quod eorum quæ ſunt, alia quidem imobilia ſunt, & alia ſemper mouentur, et quædã utriſq; participant. Sed fieri poteſt, ut exiſtimo, ſic etiam rerum quæ habēt habitudinem ad motum triplex diuiſio. Nam cum tria ſint hęc, uidelicet ſemper moueri/ſemper quieſcere, & tertium aliquid interdũ moueri, & aliquid interdum quieſcere, in tria tripliciter diuidentur habitudines. Vel omnia quæ ſunt habent eãdem conſiſtentiam/uel bifariam diuiſa ſunt, uel trifariam in principia media/ & finem. Quid enim ultra erit? Et ſi omnia eandem habent conſtitutionem, aut conſiſtentiam, uel omnia quieſcunt ſemper, uel omnia ſemper agitantur, uel omnia interdum quieſcunt, & interdum mouentur uiciſſim, quod ſi bifariam diuidantur ea quæ ſunt, uel ſemper quieſcunt aliqua/ & ſemper alia mouētur, uel alia ſemper quieſcunt, & alia interdum mouētur, & interdum quieſcunt, aut econtra alia ſemper mouentur, & alia interdum mouentur & interdum quieſcunt, quare trifariam/ & hoc ſectum diuiſum eſt. Sed tertiũ & uerum eſt argumētum, è multis collectum/quod Sorites appellant. Si trifariam diuiderentur ea quæ ſunt, neceſſe eſt, ut alia ſemper quieſcãt, & alia ſemper moueantur, & quædam interdum quieſcere, & quædam interdum moueri/& præter hæc nouem ſecta & diuiſa, nõ eſt alia habitudo eorum quæ ſunt ad motum/& quietem opinor, ſiquidē neceſſe eſt, aut moueri, aut quieſcere, aut ſimul/& moueri/& quieſcere. Sed magis proprie dixit, hoc immobilia eſſe, de his quæ nunquam mouentur, quam hoc quieſcere. Nam q̄s cum ſit motus priuatio/ & ipſius moueri in his quæ motui ſubijciuntur, tamen competit eis quæ ſunt apta moueri. Et ſi eſt diuiſio per cõtradictionem diuiſa/in ea quæ ſemper mouentur, & in ea quæ nunquam mouentur.

Tex. 22. Dicere igitur omnia quieſcere, & huius rationem quærere, dimittētes ſenſum, infirmitas quędam eſt intellectus. & de toto aliquo, ſed non de partes, ambiguitas eſt. neq; ſolum contra Phyſicum, ſed ad omnes ſcientias (vt ita dicam) & omnes opiniones, propterea quod motu vtuntur omnes. Amplius autem, de principijs inſtantiæ, vt in ijs quæ circa mathematica ſunt rationibus nihil ſunt ad mathematicum, ſimiliter autem & in alijs, ſic neq; de eo quod nunc dictum eſt, ad Phyſicum, ſuppoſitio enim eſt, quod natura, principium motus eſt.

Com. 21. Cum poſuiſſet ſic diuiſionem eorum/quæ ſunt ſecundum motum, & immobilitatem percurrit omnia membra diuiſionis reprobãda ſic accurrate, ut etiam rurſus repetat rationem quia hæc uia demonſtrationis exacta conſtantia procedens ſolutionem affert eorũ quæ dubitata ſunt, ut ipſe inquit, & optimum finem imponit tractationi phyſicæ reducens ultima naturalia/ad prima earum, & hęc ad ſupranaturalia rerũ principia uelut ad ſumma reducit. Primũ igitur corrigit quod primum in diuiſione ponitur dicens omnia quieſcere, & quatuor argumentis breuiter utitur ad hoc. Vno quidem, quod quærere demonſtrationem cur omnia quieſcant, & deſerentes ſenſum ſic palam contradicentem/ac multa moueri aſſerentem eſt imbecillitas intelligentiæ, qua quis ignorat non eſſe rationes/in his problematibus credendę magis quam ſenſus. Item ignorat & quæ ſunt quærenda quia non ſunt maxime perſpicua/& quibus oporteat uti arbitris in aliquibus quia ſenſibilium rerum arbitri/maximi ſunt ſenſus/& ij ſunt principia demonſtrationum. Secundo qui tollit motum, uidetur aliquam partem eorum quæ inſunt naturalibus demere, ſed non eſt eius inſcitia de parte tantum, ſed etiam de uniuerſo dubitat. Si enim in hoc uerſatur natura, quia eſt principium motus in rebus naturalibus/ ſublato motu/ natura pereat oportet, & hac ſublata, euertuntur naturalia quæ ſunt, quia naturã habent. Tertium autem eſt, quia non ſolum naturam deſtruit/& naturalia qui dicit omnia quieſcere. Neque ſolum inſtat contra naturalem, ſed etiam contra omnes artes/ ac ſcientias agendi, quia agunt cum motu. Nam contemplatrix ars æget aliquo motu naturali, quocirca etiam dicens contra omnes ſcientias adiecit, { ut ita dicam, } & contra omnes opiniones naturalium uel etiam omnium hominum obijcitur, quia omnes utuntur motu. Et hic ſciendum eſſe exiſtimo/ quod Ariſtoteles non ſequitur opinionem Parmenidis/ & Meliſſi, qui putant omne quod eſt/immobile eſſe, ſed quod uere eſt/ & ſolum intellectuale. Quartum autem adducit/ quod ut non eſt ma-

thematici

themanci contradicere his / qui euertunt principia mathematicorum, neq; Medici contra eos / qui principia eiuſdem ſcientiæ inficiunt, neq; cuiuſuis alterius cuius principia euellunt radicitus, ita neq; hoc dictum uidelicet { omnia quieſcere } non eſt naturalis confutare. Vt enim ſtatuitur principium naturalibus / hoc naturam eſſe principium motus. Hæc autem primo libro huius tractationis dixit contra eos / qui uidebantur aſſerere / quod eſt immobile eſſe. Poſitiones mos eius eſt appellare principia uelut ſine demonſtratione poſitas / & poſtulatas, in his demonſtrationibus / quæ ex illis ducuntur. Qui enim oſtendit principia / quod non ſint principia fatetur. Ex prioribus enim demonſtrationes.

Fere autem & omnia dicere moueri, falſum quidem eſt, minus autem. hoc præter methodum, poſita enim eſt natura in phyſicis, principium ſi-
Tex.23. cuti motus & quietis. Similiter autem phyſicum eſt, motus. & dicunt quidem moueri, eorum quæ ſunt, non aliqua quidem, alia uero non, ſed omnia & ſemper, ſed latere hoc noſtrum ſenſum. Ad quos quamuis non determinent quo motu dicant, an uniuerſis, non eſt difficile occurrere. neq; enim augeri, neq; minui poſſibile eſt continue, ſed eſt & medium. Eſt autem ſimilis ratio illi quæ eſt de eo quod eſt guttam conterere, & enaſcentia, lapides diſcindere. non enim ſi tantum expulit aut remouit gutta, & dimidium in dimidio tempore prius. ſed ut nauis tratatio, ita & guttæ tot, tantum mouent. pars autem illarum, in nullo tempore tantum. diuiditur enim quod remotum eſt, in plura, ſed nihil eorum motum eſt ſeorſum ſed ſimul. Manifeſtum eſt igitur, quod non eſt neceſſarium ſemper aliquid abire quia diuiditur ipſa diminutio in infinita, ſed totum aliquando abire. Similiter autem, & in alteratione qualibet. non enim ſi partibile eſt in infinitum id quod alteratur, ob id & alteratio, ſed ſimul uniuerſa fit ſæpe, ſicut congelatio. Amplius cum ægrotauerit aliquis: neceſſe eſt tempus fieri in quo ſanabitur, & non in termino temporis mutari, neceſſe eſt autem in ſanitatem mutari, & in aliud nihil. Quare dicere continue alterari, ualde manifeſtis eſt aduerſari. in contrarium enim, alteratio eſt. Atq; lapis, neq; durior fit, neq; mollior. Et de ipſo ferri, mirabile eſt, ſi latuit lapis deorſum
Tex.24. ferri, aut manere in terra. Amplius autem, terra & aliorum unumquodq;, ex neceſſitate manent quidem in proprijs locis, mouentur autem uiolente ex his. Si igitur quædam ipſorum ſunt in proprijs locis: neceſſe eſt neq; ſecundum locum, omnia moueri: Quod igitur impoſſibile ſit, aut ſemper omnia moueri, aut ſemper omnia quieſcere, ex his & alijs ſimilibus crediderit utiq; aliquis.

Com.22. Ad ſecundum membrum diuiſionis / proficiſcitur primæ diuiſionis / quod dicit omnia moueri, & inquit quod hoc prope / & quaſi aliquomodo falſum, ut iſtud omnia quieſcere. Etenim etiam in hoc ſenſus contradicit, cum palàm quædam quieſcãt, uerum minus hoc omnia moueri eſt præter methodum naturalem / quã omnia quieſcere, quippe illud minus deſtruit naturam. Et ſi enim quatenus natura ita quietis. ut motus ponebatur principium / & hoc modo qui deſtruit quietem naturam dimmit, tamen quando motus cognatior eſt naturæ quã quies. tanto minus ij qui ſentiunt omnia moueri oſtendunt naturalẽ ſciendi uiam. Et quia illi non ſolum motum, ſed etiam quietem euertunt. Quieſcunt enim ea quæ apta ſunt moueri, ſed ij ſolũ quietem. Item quia ſunt aliqua naturalia quæ nunquam quieſcunt ſed nihil eſt naturale penitus immobile, ob id minus offendunt naturalem uiam diſcendi / qui aſſerunt omnia moueri. Et hoc ſignum eſt quod opinio / quæ fatetur omnia cieri atque agitari, non diruere naturalia, quia quidam eorum opinabantur omnia ſemp moueri, ſed non quædam quidem, & quędã non / & ij aſſerebant id nobis non uideri / quia ſenſui erat occultum. Equidem Heracliuci fatebantur omnia moueri quorum etiam Plato in Cratylo opinionis meminit. Sed Alexander inquit atomos ſecundum ponentes ipſas ſemper motas cauſas eſſe cur commixtio fiat ex eis / & ſi non ſenſu id conſtet / & ſecundum hos inquit inane immobile eſt. Ad hos ergo qui fatentur cuncta moueri inquit quãquam non determinet / quo motu omnia moueantur, num omnia omnibus, unde non erit difficile occurrere determinando ſpecies motus / & oſtendendo quod ſecũdum nullam ſpeciem poſſunt omnia moueri ſemp. Primum ergo adducit obiectionẽ hanc cõtra hos / quod aiunt ſine diſcrimine / & confuſe ac non explicant / qua ſpecie motus cuncta ſemp mouẽtur. Deinde oſtẽdit in unaquaq; ſpecie triũ motuum / quod nulla ſpecie poſſunt oia moueri, quod ſi ſecũdum nullam, patet quod neq; ſecũdum omnes & primũ oſtẽdit quod neq; augeri poteſt aliquid continue, neq; rurſus continue diminui, neq; incremẽtũ diminutionẽ attingere. Sed ſunt ſtatiões & quietis in medio dum mouetur aliquid his motibus. Neque enim quod adoleſcit mutatur in ipſam diminutionem, neque diminutum in ipſam actionem, ſed ad incrementum, aliud & aliud ad diminutionem. Quãdo igitur fieret / in illis ad quæ mutatur, patet quod ſtat, deinde ſic mutatur in diminutionem. Oſtendet autem hoc ita ſe habere in ſequẽtibus / cum dicit quoſdam ſentire omnia moueri, ſed id noſtros ſenſus latet, & proponit acretionem / & diminutionem, tãquam etiam de his eadem illi ſentiant. Proinde primũ narrat eius opinioni / per ſimile dicant, quam cum falſam eſſe oſtendat, ſimul etiam deſtruit quod dicitur ab his. Nam dicere inquit quod ſemper omnia moueãt, ſed nos latet qa parũ, ſimile eſt illi rõni / q̃ guttam aquę cõtinuam petram cõcauã facere. Inquit enĩ Cherilus. Gutta cauat lapidem ſemper cadendo.
Perinde ac ſemper diminuatur petra ab unaquaq; gutta, & ſi nobis immanifeſta / ſit illa diminutio / quæ fit per exigua. Eodẽ quoq; modo / & ex enaſcente ficu / in fractione lapidis, ſi forte lapis aliquando diſtrahitur frangitur, ut etiam in toto tempore ante hoc per exigua diſtractus / & diſſipatus eſt uerum id latet ſenſum noſtrum / quia fit per exigua illa diſtractio. Vt ergo qui hæc dicunt moueri continue aſſerunt / in omni tempore ante hoc petram quæ minuitur / & lapidem qui frangitur, uerum latet ſenſum noſtrum / quia per exigua illa fiunt, ſic etiam qui omnia ſemper moueri aſſerunt continuum ipſorum ſemper eẽ motum dicunt. ſed nos latet quia per exigua, eodem quoq; modo ſunt ea quæ adoleſcũt / & diminuuntur. Cum ergo addidiſſet, ſic ſimilem opinionem oſtendit ipſam falſam eſſe / & quod non eſt continua diminutio petrę / & lapis diſtractio. Non enĩ ſi palmum / in uno anno ex lapide gutta remouit, aut ficus / & illud quod ortum eſt / ex uno grano ſeminis prima die partem aliquam remouit, neq; ſi petram mille guttæ cauam facerent / & una gutta aliquam omnino partem cauam fecit, ſed ſic hæc ſe habent inquit ut nauis tractio. Etenim centum ſimul trahũt nauem, & unuſquiſque procedens neq; quateret, ſic etiam tot guttæ tantam petræ partẽ abſtulerunt, ſed nulla quauis nullã partẽ abſtulit. Nã & ſi diuiſibilis ſit ea magnitudo q̃ dẽpta eſt à petra, tñ nõ neceſſe eſt, ut unaquęq; gutta tãtã partẽ auferat

quātum ipſa eſt oīum. Nam à ſingulis totum demptum eſt & quēadmodum in tractione nauis, à quinquaginta hominibus nauis, cum ſane non moueatur, ſed accedēte uno aliqñ quateretur, & agitaretur, item in ſtatera decē talēta ſi forte, non fecerint ad alteram partē declinare, ſi addatur drachma traxit, ita etiā totidem guttæ nōdum potētiam habuerunt perforandi petrā, ſed una accedēte potuerunt, quare & in his quæ augentur & diminuuntur, & ſi in infinitū fuerit diuiſibile, quod accedit, & recedit, tñ non neceſſe eſt ſm aliqđ continuū ſemper aliquid addi, aut auferri ſeorſum, ſed totū aliqđ additur aliqñ, & totum aufertur. Non. n. quia tota aqua tm̄ cauitatis fecit, etiā dimidium eius dimidium cōcauū fecit, uel oīno tanta aquę pars tm̄ abſtulit petræ, ſed ſimul totū mouetur. Dicit aūt diminutionē, quod recedit ſm quod interitus fit. Patet igitur quod ſi qd patitur ab aliquo, non etiā à quauis patitur parte, & ſi quid in aliquo tpe ab aliquo patitur, non tñ in oī parte tpis patitur, ſed in aliqđ totum collectim & ſubito. Sed ſciendū eſt in his, utrū illius rationis nūc meminit, q̃ appellatur à Sophiſtis Sorites, tanquā interroget de guttis cadētibus aquę. Si. n. prima nihil fecit, inquit, ad agendū concauā petrā, neq; ſecūda, ſi neq; hæc, neq; tertia, quare neq; ultima, quō igitur petram gutta aq̃ indeficienter cauat. Huius ergo mouetur, qñ dixit ſimilis eſt ratio illi, quę eſt de eo q̃d eſt guttā conterere, uel alia eſt, q̃ de ipſa delatione aq̃ ſic interrogat. Si tantā aquā ſimul deorſum fert, tm̄ petræ abſtulit, nōne & dimidiū eius dimidiū abſtulit, & una gutta tm̄ ſecūdum ꝓportionem? Sic. n. cum Alexā. intelligat ſic rōnē explicat. Nā cum opinio dicat, ut tradit, q̃d à tanta aqua defluente in petrā eadem cauatur, quam aq̃ forte nominat guttā ab ipſa inſtillatione, & ab unaquaq; parte ipſius decidente cauat, ſed occulta erat nobis ſm tātum motus & diminutio eius. Videtur autem Alexan. quia ſequitur exēpla ſm nauis tractionē, in qua ſimul oēs trahentes nauē ſunt, etiam intelligere guttā de aqua collecta. Quod uero gutta dicatur ꝓprie de ſtilla, & aſperſiōe, perſpicuum eſſe exiſtimo. Iudicat etiam hoc dictū ab Ariſto. quia dixit tot guttæ, tanquā diuiſæ, & numeratæ ſint guttæ. Sed cū Ariſto. dicat de partibus eius quod aufertur à petra, tñ nihil ipſarum mota eſt ſeorſum, ſed ſimul. At Alexāder de mouente aqua hoc intelligens, inquit. Neq; enim erant actu partes mouentis in toto, ut moueant per ſe, uelut accipiat aquā deorſum delatam, & auferat aliquid a petra. Niſi forte aliquo modo ſic interogans ratio, in idem iudicat cum hoc, quia per pauca latet ſenſum, ſiue in eodem nūc partitio per pauca fiat, ut de tractione nauis, & aqua ſimul collecta auferente, ſiue in alio, & alio nunc, ut de inſtillationibus quę in maiori tempore cōtinue cauant petram. Hoc autem exemplum exiſtimo eſſe accōmodatius præpoſitis, quia etiam motus non ſimul totus exiſtens, in partitione latet ſenſum. Neq; enim incremētum & diminutio ſimul eſt, neq; alteratio, neq; mutatio ſecundū locum. Hoc autem dictum eſt, quia & ſi recedens in diminutione, & accedens in accretiōe ſint magitudines diuiſibiles in infinitum, tñ non neceſſe eſt remotionem, & additionem ſm minima fieri, ſed ſimul collectū aliquando abeſt, & aliqñ additur, non ergo hæc nos latent, quia per exigua in infinitum agentur, & diminuuntur. Quod ſi ut dixit, eſt aliquid & medium in quo ſtant ea quæ augētur, quādo amitterent metrum, non eſt neceſſe, ut in infinitum augeantur, aut diminuantur. Nam & ſi in medio nutriantur, tñ aliud nutriri, & aliud augeri. Patet autem quod & ſi ſimul collecta auferatur aliqua pars à petra, tñ unaquęq; gutta omnino egit aliquid in petram, quod ſenſu non percipitur & trahentium nauē unuſquiſq; introduxit ſecundū ſe ꝓpotētia toti, & petræ remotio aliquādo, & ſine perceptione ſenſus fit, aliquādo etiā ſimul et collectim frangitur, ſed per pauca euerſio ſicus efficit inſenſationē fractioni petræ, & ſi ꝓcedat ꝑ exigua media inſenſibiliter, tñ q̃d fit in calce ſimul collectū ſtat, qñ in hoc uenerit ad q̃d feſtinat, & accretio, & diminutio. Sed cū Ariſtoteles de accretione, & diminutione oſtendat, quod non in infinitum accretio, & diminutio facta, quia per pauca lateat, ſi quidem non continue additio, & ablatio fiat, ſed etiam ſimul collectim, eandem rationem inquit etiam congruere omni alterationi. Non enim ſi alteratur aliqua magnitudo in infinitum diuiſibilis. Hoc enim ſignificat partibile in infinita, ob id & alteratio eius ſecūdum partes fit, ut lactis coagulatio, & condenſatio aquæ, & taliū, quæ & ſi partibilia ſint, tamē non condenſantur ſecundum minimas partes, ſed ſimul mutantur, & conſtant. Demonſtrauit, (inquit Alexander) per id quod nunc dicitur, quomodo primo libro huius tractationis, cū contradicebat Meliſſo, hæc uerba ſint intelligenda. { Perinde ac non ſimul tota fiat mutatio. } Non enim dixit ſimul totam ideſt repente, & ſine tempore. Hoc enim falſum eſt ſed principium eius quod ſimul collectim mutatur ad ipſum mutari, & non ſecundum partes. Quod uero alteratum non in infinitum continue poſſit moueri, ut dicebant ij qui fatebantur omnia ſemꝑ moueri, oſtendit quia mutatio in alteratis, fit ex contrario, in contrarium, & in tempore eorum fit mutatio. Verum eſt aliquod definitum, in quod mutātur, & quando in illud peruenerint, ſtant. Nam ad hoc ordinata ac tendit mutatio. Proinde ægrotans, & quod mutatur ex morbo q̃tenus ex morbo mutatur, non in aliquid aliud mutatur, quam in ſanitatē. Hoc enim contrarium eſt morbo, & in tempore eius mutatio fit, ſed non in termino temporis, quia omnis motus eſt in tempore, & terminus motus eſt in termino tpis. Qñ igitur ſanum ex morbo fit, in ſanitate ſtat, non enim eſt aliud ad quod mouebitur, qđ morbū fert. Neq; enim erat aliud quid morbo contrarium. Si ergo id ad quod mouebitur, non habet dicere, nimirum illud continue alterari admodum eſt ambigere, in his quæ perſpicua ſunt. Nam ad quid amplius mouebitur, ſi iam accepit, & comparauit illud cuius gratia mouebatur. Item quia dixit, neceſſe eſt tempus fieri, in quo ſanabitur, & non in termino temporis demonſtrauit, quod motus eſt illa ex morbo, in ſanitatē mutatio. Non enim repente fit, neq; in termino temporis. non tamē ob id iam & in infinitum fit. Sed hoc argumentum etiā alijs congruit mutationibus, ſi quidem omnes ex contrario, in contrarium fiant, & ad aliquod contrarium tendant, ut ad finē a quo etiam denominatur, ut ortus ab eo quod eſt, & accretio ab additione. & albatio ab albo, & delatio ſurſum ab eodem. Quod uero non ſit continuus motus alterationis, oſtendit etiā ex euidentia. Nam lapis multo tempore, neque durior, neque mollior fit, immo nec quotidie aliquid eius fluit, ut inquit Eudemus. Nam pluribus annis plus eſt fluxus corporis, in quo defluit. At uero, inquit, ea quæ permanēt uidentur plura & exigua plurimo tempore non tāgere alia. Et cū mentionem feciſſet de lapide, perinde ac nō ſit alteraturus continue ſubiungit, quod etiam ſm ferri, ideſt moueri ſecundum locum, non eſt motus lapidis continuus & indeficiens. Nam & ſi accretiones, & alterationes lateant nos, tamen lapis non latet nos, quando deorſum fertur, ſed quando intra uiſcera terræ manet, ſed omnino terra, & uniuerſe omnia quæ ſub Luna ſunt. Nam cōmuniter de omnibus oſtendit, quod non eſt ipſis continuus motus ſecūdum locum, ſi uideantur quædam ipſorum in proprijs locis, neceſſe eſt tum illa non moueri ſecūdum locum, & oſtendit idem ſic. Omnia naturalia corpora manent in proprijs locis, & mouentur ſecundum naturam ad propria loca, ſed præter naturā & ui ex ipſis. Si enim neceſſe eſt, ut id qđ mouetur aut ui, aut ſm naturā moueri, ſed q̃ neutro mō moueatur ſm locū, cū ſunt i proprijs locis, neque mouerentur ſecūdum locum, et concludit deinceps, duo prima ſectionis membra, quorum aliud non oīa ſemper quieſcere ex euidētia demōſtrauit, & aliud non omnia ſemper moueri, & prius ꝓbauit.

At uero neq; alia quidē cōtingit ſemper quieſcere, alia vero ſemper moueri. aliquādo autem nihil quieſcere, aliquando vero moueri. Dicendum eſt autem, quod impoſſibile ſit, quemadmodum & in dictis prius, & in his. videmus enim in eiſdē fieri dictas mutationes. Et ad hæc, quia ad-

uerſatur.

uerſatur manifeſtis, qui contendit. Neq; enim augumẽtatio, neq; violentus erit motus, ſi nõ mouebitur præter naturã, quieſcens prius. Generationem igitur aufert & corruptionẽ, hic ſermo. Fere autem & ipſum moueri, fieri quippiam & corrumpi videtur omnibus. in quod enim mutatur, fit hoc, aut in hoc. ex quo autem mutatur, corrũ-
Tex. 25. pitur hoc, aut hinc. Quare manifeſtum eſt, quod alia quidem mouentur, alia vero quieſcunt.

Com. 25. Ad ſecundum membrum diuiſionis procedit dicens, quædam eorum quæ ſunt, moueri, & quædam quieſcere. Et huius rurſus primum diuiſiuum pertractat dicens, aliqua mota ſemper moueri, & quieſcentia ſemper quieſcere, & oſtendit quod ſi ſe habent ea quæ ſunt, ut alia ſemper moueantur, & alia ſemper quieſcant, quæ aliquando quieſcere, & aliquando moueri nequeunt. Et ſimiliter fieri nequit, ut ea quę prius diximus. Et enim & hoc manifeſtum eſt, quia eadem uidemus aliquando ex motu, in quietem mutata, & aliquãdo ex quiete in motum. Hæ autem dictę ſunt mutationes, quibus aliquo interdũ quieſcunt, & interdum mouentur, ſecundum adducit rationi hoc, quod repugnat manifeſtis dubitare de his, & ſecundum quid adiecit, quia ſi non eſt aliquando quieſcere, & aliquando moueri, neq; accretio, neq; uiolentus motus erit, imo etiam ortus ac interitus rerum deſtruetur, & pene omnis motus, & ille ſecundum naturam, & ille contra naturam, ut intelligemus. Si ergo manifeſtum eſt, quod etiam accretio, & uiolentus motus, & aliæ mutationes ſunt: patet quod manifeſtis repugnat, qui deſtruit ac negat quaſdam res interdũ quieſcere, & interdum moueri. Et quod motus uiolentus, nõ erit motus, demonſtrauit per hoc, ſi non mouebitur præter naturam quieſcens prius. Quod enim ui mouetur, præter naturã mouetur, & quod præter naturam mouetur, ex ſuo proprio naturali loco, in quo aptum eſt quieſcere exit. Si ergo non prius quieſcẽs mouetur, non erit præter naturam, & uiolentus motus. Sed quomodo accretio ex tali poſitiõe deſtruatur, uidetur prætermittere. Sed pulchre Alexander, & hoc per idem demonſtrari inquit. Non enim erit accretio, niſi moueatur præter naturã quieſcens prius. Nam nutrimentum quieſcens prius, deinde alteratum fertur ad ſuperiora loca, & ad latus ad quod non eſt aptum natura ferri, & cum ſimile euaſit, auget, et quando plus fluerit, quam id quod defluit, facit ut augeaẽ id quod adoleſcit.
" Sed ex prioribus dictis idem poteſt oſtendi, q̃d ſi non eſt poſt motum quieſcere, non eſt augeri. Quod enim augetur, neque continue augetur, neque copulat incrementum diminutioni, ſed quando peruenerit ad terminum, ad quem accretio feſtinabat, tum ſtat, & tum mutatur ad diminutionem, quare ob accretionem deſtruitur hoc, uidelicet omne quod mouetur ſemper moueri, ſed per motum uiolentum deſtruitur, quod omne quieſcens ſemper quieſcat. Sed non ſolum accretio, & uiolentus motus deſtruitur, niſi fuerint quædam quę poſſint uiciſſim quieſcere, & moueri, ſed etiam ortus, atque interitus, uti inquit ob eandem rationem. Vt enim quod augetur, tum mouetur ſecundum adoleſcẽdi motum, quo tum non mouebatur, ante ipſum augeri, ſic etiam id quod fit, & interit. Quod enim augetur tum, & ſi antequam augeretur eodem motu mouebatur, quando etiam augetur, uel neque nunc motu augendi mouetur, ut nullum quod adoleſcit, augeatur, uel etiam prius erat quod augeri poterat, quando mundus augebatur. Item quæ fiunt ſimiliter & intereunt, habent principium ortus & quietis quando fiunt, & in ipſo interitu ſimiliter. quare ſi ſemper oporteret moueri, ea quæ mouẽtur, & ſemper quieſcere ea quæ quieſcunt, neq; accretio, neque diminutio, neque ortus, neque interitus erit. Nam mutationes ſecundum eadem, & à quiete incipiunt, qua etiam finem habent. Item quod non poteſt fieri, neque principio fit, neq; terminatur ortus, neq; eſt peruenire, ad finem, hoc nõ poteſt fieri. Quod enim fit, ſtat & quieſcit, à motu ſecundum hoc. Item ortum & interitum deſtruit ratio, quæ tollit motum præter naturam. Nam quorum eſt ortus, aliorũ interitus. Sed unumquodque interit, non eo quia manet ſecundum naturam, ſed quia mouetur pręter naturã, ſed etiam dum fit unumquodq; non habet proprium locum, quocirca etiam ſoluuntur ea quę fiunt. Illud autem { Generationem igitur au- "
fert, et corruptionem hic ſermo, } poteſt uelut ſi dicatur. Item "
ortum, & interitũ tollit hic ſermo, qui dicit non mutari ex quiete in motum, & ex motu in quietem. Erit enim omne quod fit, in infinitum factum, & corruptum ſimiliter. Sic quoq; nihil poterit fieri, aut interire. quod ſi ortum & interitum, hęc ratio deſtruit, & oẽm deſtruet motum, ne ſingulas ſpecies motus, aut mutationis enumeremus. Cõmuniter enim moueri, dictũ pene omnibus uidetur fieri & interire. Non enim erat hoc diligẽter dicere, quod omnibus ſic uidetur, ſed cauſam huius, quod omnibus uideatur, uel huius quod moueri ſit quaſi oriri, & interire. Poteſt enim illud { Ferè } ſic intelligi, ut ipſe adducat "
cõmune in omni motu. Nam quia omnis motus, & oĩs mutatio eſt, ex aliquo in aliquid. Nam alterius eſt poſt aliud, in quod quidem mutatur, hoc fit, ſiue ſecũdum ſubſtantiam, ut homo, ſiue ſecundum quãtitatem, ut maior aut minor, ſiue ſecũdum qualitatem, ut album, calidum: ſi autem ſecundũ locum fuerit mutatio, quod mutatur nõ fit, id in quod mutatur ideſt ſupra, uel deorſum, uel omnino locus, ſed fit in loco, ſed ex quo mutatur, aut ex ſubſtantia, aut maiore, aut minore, aut album hoc interit. Nam homo corrũpiẽ, & maior, & albus, quando in cõtraria his mutaretur. Quod ſi ex loco interit hinc exiens illuc. Pulchre igitur dixit quod ſermo deſtruens ortum, atq; interitum, & omnem motum deſtruit. Sed ipſe hoc prætermiſit uelut manifeſtum cõcluſum. Hoc autem deſtructione huius, q̃dam ſemper moueri donec manifeſtum fuerit ſequens, hoc q̃dam ſemper quieſcere, hoc inducit dicens. Quare patet quod quędam mouentur, & q̃dam quieſcunt aliquando. Dicit autẽ quod ſunt quędam, quæ uiciſſim mouenẽ, & quieſcunt, & nõ ſemper alterum. Nam patet quod etiam quędã aliquando mota quieſcunt, & quędam aliquãdo quieſcentia interdum mouẽtur, & neque aliquando mota oportet exiſtimare ſemper moueri, neq; aliqua interdũ quieſcentia ſemper quieſcere, ſed ambo interdum moueri, & interdum quieſcere.

Cenſere autem omnia aliquando quidẽ quieſcere, aliquãdo vero moueri: hoc iam coniungẽdum eſt ad olim dictas rõnes. Principium autem rurſus idem faciẽdum eſt a nunc determinatis, a
quo quidẽ incœpimus prius. Aut. n. omnia quie- Tex. 26.
ſcũt, aut omnia mouẽtur, aut eorũ quæ ſunt, hæc quidem quieſcũt, hæc autem mouentur. Et ſi eorum quæ ſunt, alia quidem quieſcunt, alia vero mouentur; neceſſe eſt aut omnia aliquãdo quidẽ quieſcere, aliquando vero moueri, aut ipſorum quædam quidẽ ſemper quieſcere, alia vero ſemper moueri, alia autem aliquando quidem quieſcere, aliquando vero moueri.

Cum illud mẽbrum diuiſionis dicẽs q̃dam moueri, & q̃dã Com. 24.
qeſcere, trifariã diuidaẽ in ea q̃ ſemper mouẽtur, & in ea q̃ ſemper quieſcũt, & ĩ hoc oia interdũ moueri, & interdũ qeſcere, & tertio in ea q̃ ſemper ĩmobilia ſunt, & aliq̃ quę ſemp̱ mouenẽ, & q̃ ambobus p̃cipat, ꝓſutato primo mẽbro dicẽte q̃ mouẽtur ſemper moueri, & quæ quieſcunt ſemp̱ qeſcere, ſed nihil ab ipſo moueri, in ipſum quieſcere, uel ab ipſo quieſcere, in ipſum moueri mutaẽ. Et cum profecturus ſit ad ſecũdum membrum huius diuiſiui, dicens oĩa quę ſunt aliquãdo quidẽ moueri, & aliq̃ñ qeſcere, & ꝓponẽs idem ad ꝓſutãdum rurſus, ad diuiſionẽ ſumptã à p̃cipio reuertiẽ, reuocãs nos ad memoriã mẽbrorum diuiſionis, q̃ prius diximus, & q̃dam etiam ſuppe-

dirat ultra quæ ad hæc ſpectant. Sed his determinatis nūc rurſus ſumēdum eſſe initium dicit, quod ſumpſimus etiam prius, & diuiſionem rurſus eādem ſumere oportet, quam aperte exponit, uerum deficit in uno membro proxime cōfutato. Et ob id forte nunc ommittitur. Hoc autem erat dicens quędam eorum/quæ ſunt ſemper moueri, & quædam quieſcere, & quædam mota interdum, & quędā quieſcentia interdum non eſſe. Item ob id poteſt hoc nunc eſſe p̄termiſſum, quia ſimiliter nō poſſunt oīa ſemper moueri, uel omnia ſemper quieſcere, & ſimiliter/cum illis ſimul deſtruitur, ut procedens dicet.

Quod igitur non poſſibile ſit omnia quieſcere, dictum quidem eſt & prius. Dicamus autem, & nunc. & ſi enim ſecundum veritatem ſic ſe habet, ſicut quidam dicunt, eſſe id quod eſt infinitum & immobile, attamen nō videtur aliquid ſecundum ſenſum, ſed mouentur multa eorū quæ ſunt. Si igitur ſit opinio falſa, aut omnino opinio, & motus eſt, etiam ſi phantaſia ſit, & ſi aliquando quidem ſic videatur eſſe, aliquādo autem aliter. phantaſia enim & opinio, motus quidam eſſe videntur. Sed de hoc quidem conſiderare, & quęrere rationem eorum quæ melius habemus, quā ſi ratiōe indigeremus, male iudicare eſt id quod melius eſt & peius, & credibile & non credibile, & principium & nō principium. Similiter autē, impoſſibile eſt & omnia moueri, aut alia quidem ſemper moueri, alia vero ſemper quieſcere. Ad omnia enim hæc ſufficiens eſt vna fides. videmus enim quædam, aliquando quidem moueri, aliquando quidem quieſcere. Quare manifeſtum eſt, quod impoſſibile ſit ſimiliter, omnia quieſcere, & omnia moueri continue, eo quod alia quidem ſemper mouentur, alia vero quieſcunt ſemper.

Com. 25. Cum prius occurriſſet illis, qui dicunt omnia quieſcere. dixit imbecillitatem eſſe rationis, aut intelligentiæ dimittere ſenſum ꝓprium iudicē ſenſibilium, & rationibus niti ea deſtruere quæ ſenſui uidentur. Et quod qui motum deſtruit, non de aliqua parte, ut uidetur motus naturaliū dubitat, ſed de omni naturali conſtitutione, ſiquidem natura ſit principium motus, & quod non ſolum naturam deſtruit/& naturalia, uerū etiam omnes artes/& ſcientias quæ utūtur motibus in operibus ſuis, & eas quæ aſſerunt motum eſſe, & per motum tradūt cauſas eorum quæ fiunt. Et in omnibus quod neq; eſt naturali ratio contra deſtruentem motum, quia principium naturalium deſtruit, nūc autem rurſus repetens rationem contra illos, addit quod etiam illis accidit aſſerere motum eſſe, qui motum euertere nituntur. Nam & ſi uerum ſit quod inquiunt, quod id qđ eſt infinitum eſt/atq; immobile, ut narrauit in primo huius tractationis Meliſſum ſic ſentire, quāquam non ita ſenſui uideatur ſed multa eorum quæ ſunt, moueri apparent. Si autem eſt opinio falſa/& phantaſia, patet qđ etiam motus eſt. Nam phātaſia eſt ſenſus ſecundū actum, & opinio eſt confirmatio phātaſiæ, & ſenſus eſt motus, & per motum. Sed cum dicat, { Si igitur ſit opinio falſa, } adiecit hoc { aut omnino opinio, } nō enim falſa opinio/aut phātaſia motus ſunt, quia falſæ ſunt. Nā omnis phantaſia/& opinio eſt motus, quare etiam qui ita enūciant, & ſi uera dicebant, tamen poſuerunt quod ipſis uidebatur, & apparebat, & ſic mouebant, quibus ergo tollentes motum eundem aſſerebant. Sic ergo Alexander ſuis uerbis expoſuit prædicta, ſed animaduerſione dignum eſt, quomodo ſi ſecundum ueritatem ita ſe habet, ut id quod eſt immobile ſit, nō uidetur ſic ſecundum ſenſum, ſed plura eorum quæ ſunt mouentur. Quomodo enim ueritati ſenſus uerus cōtradicit. Ita ſi ſecundum ueritatem ſic ſe habet, ut dicunt quomodo falſa eſt opinio. Vt enim priores ſequendo dici uidetur. { Si ergo opinio falſa, } Niſi ergo Meliſſum cōcedat dicere uere/ quod id quod eſt immobile ſit, ſed ſtatuens falſo illum opinari motum ſenſui apparentem tanquam conſequens hoc/quod uerum ſit non moueri quod eſt. Si enim hoc uerum falſum moueri, conuertit rationem contra eos concludens/quod ſi uerum eſt/qđ id quod eſt immobile ſit, uerum etiam eſt quod motus ſit. Et exiſtimo rurſus talem eſſe rationis deductionem. Si uerum eſt quod id quod eſt immobile ſit, falſa eſt opinio exiſtimantium uideri ſenſui multa eorum quæ ſunt moueri. Quod ſi falſa eſt opinio/& ſecūdum illos eſt uidelicet, quod non eſt, quod ſi eſt quod non eſt, uacuum eſt, ſi autē hoc motus eſt. Nam ſic ecōtra hæc ratio ꝓcedit/quā ſit interrogatum ab illis. Nam quia quod non eſt/in ipſo quod eſt/ inquit non eſt/ non erit inane, ſi autem non eſt inane, non eſt motus. Nam neceſſe eſt, aut per plenum, aut per inane moueri, ſed per plenum/non poteſt moueri, ſi ergo opinio eſt falſa, eſt id quod non eſt, ſi autē eſt qđ non eſt, non deſtruitur quod non eſt. Sed uacuo exiſtente non tollitur motus. Sed ad hāc expoſitionem me induxit hoc, quia Ariſtoteles/non fruſtra Ariſt. dicit. { Si igitur opinio falſa, } et ſtatim ſubiungit hoc { aut omnino opinio. } ſed quomodo ſi opinio/& phātaſia eſt, & motus eſt naturalis/& corporeus, de quo nunc quærimus. Non enim ſunt illi motus ſecundum Ariſto. Hanc autem inſtantiam adducens Alexander pulchre ſoluit dicens motum eſſe ſenſum/ & phantaſiam manſionem ſenſus ſecundum actum, & opinionem phantaſiæ comprobationē. Si ergo eſt opinio, etiā eſt phantaſia/et actu ſentiēs, ſi hęc & naturalis motus. Quod ſi aliquādo ſic uidetur/etiam aliquādo aliter hominibus/de aliq̄bus uidetur. Etenim uelut orbiculatio iterantur opiniones hominum de rebus, ut placuit Ariſtoteli/& ſi eſt motus, quippe uniuerſe opinari/non fit ſine motu, ſiquidem in phantaſia, & hęc ſit ſenſitiua motu. Et pulchre cōcludit exiſtimo deinde hic Alexander rationem ſic. Si nihil eorum quæ ſunt mouetur, neq; eſt motus, ſed quædam uidentur moueri quod ſit phantaſia, quod ſi phantaſia eſt motus eſt, & aliqua rerum mouentur. Si ergo nihil eorum quæ ſunt mouētur, neq; eſt motus, & eſt motus/& cōuerſio rationis eſt ex poſitis, niſi quod pro falſa opinione Alexāder accepit phantaſiā. Sed ſciendum eſt, quod plane Ariſto. dixit in his quod phantaſia, & opinio ſunt quidam motus, & non motus conſequūtur. Niſi ergo illud { uidentur } ſecundum opinionem aliorum indicet illum dicere. Sed cum hæc dixerit contra dicentes omnia quieſcere, ſubiūgit etiam quædam prius dicta, cum magna determinatione. Docet autē noſtrarum cognitionum diſcrimen, quia alia eſt per ſe fide digna, & non perſuadenda q̄ non eget per rationem aſſignantem cām fidem accipere. Tales autem ſunt immediatæ ꝓpoſitiones, quæ à cōmunibus ſententijs accipiuntur. Et alia eſt cognitio accipiens fidem per medium qđ dat cauſam rationis, talis autem eſt in ſyllogiſmis medius terminus, & patet quod ſit melior ea cognitio quæ ſeipſa fide digna, & manifeſta quā illa quę indiget ratione aſſignante cām. Etenim ſecundum euidentiā iam cognoſcimus. Et melius habemus, quam indigere ratione, & cauſa. Sed ſecundum alterā quærimus adhuc/& quadam fide indigemus. Quando igitur quærimus cauſas/& rationes eorū quæ per ſe fide digna ſunt, tum loco melioris cognitionis ſtudemus aſſequi deteriorē, qa neſcimus quid melius, quidq; peius ſit in cognitiōibus, & quid ſuapte natura ſit credendum, et quid aliter ſe habet. Proinde in quit oſtenſo quodam exercitij cauſa ſecundum rationem Zenonis ex duplici illa ſemper ſecatione in infinitū, quod non eſt motus Diogenes, cum adeſſet tum ibi ſurrexit/& ambulauit, hoc illud quod Ariſto. per ſe fide dignum aſſent indicans/atq; affirmari cōſulens, quia in quibus habemus cognitionem per ſe fide dignam non egemus diſcurſu rationis. Ignorat autem, inquit, talis & proprios rerum iudices. Nam ut in cognoſcēdis

rebus intellectualibus ꝓprium iudicem qui proponit ſenſum abſurdiſſime facit & permutat, ſic etiā qui reprobat ſenſum tanquam iudicem ſenſibilium rerum & quærit rationem, perabſurde efficit. Equidem ignorat quid credendum, & quid nō credendum, ſiquidem quærit quod per ſe credendū eſt. Quæret autem ſic rurſus, & illud quod inquiſitione eſt inuentum, & per ſe fide dignum, ſi non ſufficit ei quod credendum eſt, ne quærat. Sed neq; ſcit diſcrimē inter id quod eſt principium, & id quod nō eſt principium, qui quærit de manifeſtis. Nam hac ratione principia differunt ab his quæ ſunt poſt principia, quia ſunt per fide digna, & non indigent inquiſitione. Similiter autē inquit illi dicunt ea quæ fieri nequeūt, uidelicet qui aſſerunt omnia quieſcere, aut omnia moueri, & qui aiunt quædam eorū quæ ſunt ſemper moueri, & quædā ſemper quieſcere. Et cauſam ſimilitudinis adducit, ꝗd una fides ſufficit in omnibus his, quia ſat eſt uidere nonnulla aliquando moueri, & nōnulla aliquando quieſcere. Cum enim hoc ſit manifeſtum, illa omnia uelut impoſſibilia confutantur. Sed in deſtructione & illa poſuit, quæ prætermiſit in proxima diuiſione dicēs, uel quædam ſemper moueri, & quædam ſemper quieſcere, & tum propter hoc prætermittens forte illa, quia ſimiliter ut alia deſtruuntur, & ob euidentiam ipſam per quam & ipſe inquit manifeſtam eſſe ſimilitudinem.

Tex. 27. Reliquum eſt igitur conſiderandum vtrum omnia ſint huiuſmodi vt moueantur & quieſcāt, an aliqua quidem ſic, aliqua vero ſemper quieſcant, aliqua autē ſemper moueantur. hoc enim, demonſtrandum eſt a nobis.

Com. 26. Cum hoc ſumptum ſit uelut manifeſtum, aliqua eorū quæ ſunt aliquādo mota uideri, & aliquādo quieſcere, & ob id etiā confutata ſunt reliqua membra diuiſionis, duo adhuc reſtant, in quibus hoc palam uidendum eſt. Vel enim omnia quę ſunt huiuſmodi ſunt, ut interdū moueantur, & interdum quieſcant, uel tertium illud diuiſionis ſectum, uerum eſt, quod dicit quædam ſic ſe habere, ut diximus nunc, ut aliquando quieſcant, & aliquando moueantur, & aliqua ſemper quieſcant, & aliqua ſemper moueantur. Hoc enim erat tertium diuiſionis à principio membrum, & hoc proponit oſtendere tanquā uerum. Nā ubi oſtenſum hoc fuerit, etiam omnia prius confutata erunt, atq; ſimul cum hoc erit propoſitum dicens, uel ſic omnia ſe habere, ut interdum quieſcant, & interdum moueantur, tanquā falſa abijciuntur, quæ nequeunt ſimul eſſe cum uero. Sed cum hoc oſtenſum fuerit, ſimul oſtendetur etiam quod non eſt motus generabilis, & dubitationes ſoluentur quæ inſtabant contra motum ingenitum. Sed oportet ſcire quod alia duo membra poſſunt ex diuiſione uideri/cum ſint bifariā diuiſa, quia eorum quæ ad utrāq; partem uergunt, & aliquando quieſcunt, & aliquando mouentur & reliquorum alia, aut ſemper mouētur, aut ſemper quieſcunt. Et Eudemus cum fere breuibus explicet dicta Ariſtotelis, ponit etiam hæc membra breuiter dicens. Aut omnia ad utrāq; partem ſeſe applicant, ut interdum quieſcant & interdum moueantur, aut ꝗdam, ſed reliqua mouentur, uel quieſcunt. Patet autē quod trifariam hac diuiſione, oſtenſa uero, & nunc dupliciter diuiſa confutantur.

Mouentium igitur, & eorum quæ mouentur, alia quidem per accidens mouent & mouentur, alia autem per ſeipſa. Per accidens quidem, vt quæcunque, ex eo quia ſunt in mouentibus, aut ijs quæ mouentur, & quæ per partem. Per ſeipſa autem, quæcunque non ex eo, quia ſint in mouente, aut in eo quod mouetur, neq; ex eo quia pars aliqua ipſorum mouet, aut mouetur. Eorum autem quæ per ſe, alia quidem a ſeipſis, alia vero ab alio. Et alia quidem natura, alia vero, violentia & præter naturam. quod enim ipſum a ſemet ipſo mouetur, natura mouetur. vt vnúquodque animalium. mouetur enim animal, ipſum a ſeipſo. quorúcunque autem motus principium in ſeipſis eſt, hæc natura dicimus moueri. Quapropter, animal quidem totum, natura ipſum ſeipſum mouet. corpus tamē contingit, & natura, & præter naturam moueri. Refert enim, & quali motu moueatur, & ex quali elemento conſtet. Et eorum quæ ab alio mouentur, alia quidem mouentur natura, alia vero præter naturam. præter naturam quidem. vt terrea ſurſum, & ignis deorſum. Amplius autem, partes animalium, ſæpe mouentur præter naturam, iuxta poſitiones & motus modos. Tex. 28. Et maxime, moueri ab eo quod mouetur in ijs quæ præter naturam mouentur, eſt manifeſtum, propterea quod manifeſtum eſt ab alio moueri. Poſtea autem quæ ſunt præter naturam, eorum quæ ſunt ſecundum naturam, ipſa quæ a ſeipſis, vt animalia. nō enim hoc eſt im manifeſtum, an ab aliquo mouentur, ſed quomodo oportet accipere id ipſius quod mouet & id quod mouetur. Videtur enim vt in nauibus, & in ijs quæ nō natura cōſtant, ſic & in animalibus eſſe diuiſum id quod mouet et id quod mouetur, & ſic totum ipſum, ſeipſum mouere.

Com. 27. Ad demonſtrationem huius, quod aliqua ſemper ſint Imobilia, quod quidē nunc ipſe quieſcere ſemper dixit. quāuis non proprie quieſcere dicatur de his quæ ſemper mouentur, & ꝗdam ſemper moueantur, & quædam aliquando quieſcant, & quædam moueantur, diuidit mota & mouentia, in ea quæ per ſe mouent & mouentur, & in ea quæ per accidens. Nam quas & per accidens aliqua moueant, & moueantur prius oſtēſum eſt. Sed nunc motui per accidens ſubijcit motum ſecundum partem, quando aliqua parte eorum mouente, aut mota ipſa uniuerſa dicuntur moueri, aut mouere. At uero prius in diuiſione mouentium, & eorum quæ mouentur, ea quæ mouētur, & mouent ſecundum partem diuiſit contra ea quæ per ſe, & per accidens mouent & mouentur. Nam opponitur mouentibus ſecūdum partem, aut motis idest his ſm aliud ea quæ primo, & illis per accidens ea per ſe, nunc tamē omne ꝗd non ꝓprie, & primo/& per ſe mouet/& mouetur per accidens nominat. Sed ſic diuidens primum, ea quæ per accidens mouent omiſit, tanquam nihil ei conferant ad propoſitum inquirēdum, & quod quę ſic mouent & mouentur, & ipſa habent relationem ad ea quæ ſunt per ſe. Quæ enim inſunt eis quæ mouent per ſe/aut mouentur, uel ut partes, uel tanquam affectiones, uel tāquam habitus, uel ut inſtrumenta, uel quocūq; alio modo hęc dicantur, hæc per accidens mouere, uel moueri dicuntur. Sed cum addat ea quæ per ſe mouēt, & mouentur, quænam hæc ſint, indicauit per negationem eorum quæ mouent, aut mouētur ꝑ accidens. Rurſus hæc diuidit in ea quæ à ſeipſis mouent, & in ea quæ ab alio, & hæc ambo comprehendens diuidit in ea quæ mouentur natura, & in ea quæ ui, & præter naturam, quia quæcunq; à ſeipſis mouentur ſecundum naturam mouētur. Sed eorum quæ ab alio mouentur alia ſunt partes motæ ſecundum naturam, ut ignis à tranſmutante ignem, & faciente ipſum ignem, ut percipiemus, quare & quæ mouentur uiolentia ab alio mouentur. Et inanimatorum alia ſecundum naturam mouentur, & primum oſtendit quod ea quæ à ſeipſis mouentur, talia ſunt animalia quæ natura mouentur. Nam poſitum eſt natura moueri quæcūq; ſecundū principium in ipſis,

mouentur per ſe,& non per accidens, & ſeipſa mouent, patet quia in ſeipſis habent principium motus,ſed quia ſępe corpus animalis in motu animalis,ex ſeipſo nō mouetur eo quo aptū eſt moueri motu,ut ſi corpus graue fuerit, & aĩal ſurſum moueretur ſaltando,aut ſcandendo,& huius motus in ſeipſo principium à quo modo accidere poſſit, diſtinxit dicendo animal ſuapte natura ſeipſum mouere,& nihil prohibere quin corpus animalis interdum præter naturam ſuam moueatur, ut motu animalis quo animal eſt,cum non ſemper eodē motu moueatur,ſed uarijs & ſæpe contrarijs,& ex natura elementi excedētis in corpore. Non enim eſt ſimplex corpus animalis,per qđ quando leue in corpore abūdaret copioſius,& animal ſurſum moueretur,tum etiam corporis ſecundū naturam ſurſum fiat motus,& ſimul agit,& ipſum cum impetu animalis. Quod ſi animal deorſum moueretur dominãte in corpore leui, præter naturam traheretur corpus.Sed cum dicat de his quæ mouentur à ſeipſis ideſt de animalibus,quod hæc ſecūdum naturam ſemper mouentur mota ſecundum principium quod eſt in ipſis,& corpus ipſorum interdum ſecūdum naturam mouetur, & interdum præter naturam,deinceps dicit de his quę mouētur ab alio, quod horum alia mouentur natura, & alia præter naturam. Et primum dicit quæ ſunt,quæ ab alijs cum mouẽtur etiam præter naturam cieantur. Ex his enim ſumet etiam ea quæ ſunt ſecundum naturam. Quæ enim uiolentia mouentur ad cōtraria loca proficiſcuntur ac nata ſunt & apta, & hæc mouentur pręter naturam,ut quando terrena ſurſum & ignis deorſum,ſed etiam partes inquit animalium ſæpe mouētur pręter naturam ob poſitiões,& modos motuū. Equidem ob poſitiones,ſi quis non cruribus/ & pedibus, ſed manibus ambulare niteretur,& propter modum ipſius motus quando non ambularet aliquis,ſed uolueretur. Tum enim & ſi totum animal ex ſeipſo,& natura moueretur,tamen partes mouerentur præter naturam. Cum ergo hunc modum inueniſſet, quo etiam à ſeipſis mota partibus tamen præter naturam uidentur moueri ſubiunxit,quod in his quę mouentur præter naturam, patet quod motus non eſt à ſeipſo,ſed ab alio. Nam in his quę uiolētia ciētur,patet aliud eſſe id quod mouet,& aliud quod mouetur. Non enim hoc inquit incertum eſt, ſi ab aliquo mouẽatur animalia. Nam perſpicuū eſt quod ab anima mouetur motu quatenus animal. Sed quæritur quomodo oportet diſcernere in his mouens ab eo quod mouetur mutuo diſtingui, utrū uelut ſeparata omnino/& natura/& loco/ uel alio modo. Nã uidetur in animalibus mouens ad id quod mouetur ſic ſe habere,ut in his quæ non naturaliter.ſed arte mouentur,& in his q̃ habent in ſeipſis mouẽs,ut ſit in ipſis nauigijs/& curribus. Et enim in ſeipſis habent motus cauſam, ut gubernatorē & aurigam,tamen diuiſi ſunt, & in propria ſubſiſtūt natura. Sic etiã uidetur/& in animalibus diuiſa eſſe ſecundum naturam, & ſi non loco mouens/& quod mouet ſint ſeparata,item hoc modo omne animal ſeipſum mouet,non tamē quia & hæc ab aliquo,ideo neque à ſeipſis.

Maxime autem dubitatur,reliquum dictæ vltimæ diuiſionis.eorum enim quæ ab alio mouentur, hæc quidem præter naturam poſuimus moueri, alia autem relinquuntur opponi, quia natura. Hæc autem ſunt,quæ dubitationem afferunt, a quo moueantur. vt leuia, & grauia. hæc enim, ad oppoſita quidem loca violētia mouentur. ad propria autem, leue quidem ſurſum, graue au-

Tex. 29. tem deorſum natura. A quo autem, non adhuc manifeſtum, vt cum mouentur præter naturam etenim ipſa a ſeipſis, dicere,impoſſibile eſt.vitale enim hoc, & animatorum eſt proprium. Et ſiſtere poſſent,ſeipſa. dico autem, vt ſi ambulandi cauſa ſit ſibi, & non ambulandi. Quare ſi in ipſo igne eſt,ſurſum ferri: manifeſtum quod in ipſo & deorſum. irrationabile autem eſt illud,vno motu moueri ſolum a ſeipſis,ſi ipſa ſeipſa mouẽt.

Amplius quomodo contingit, continuum ali- Tex. 30.
quod,& compoſitū ipſum ſeipſum mouere? Quatenus enim vnum & continuū nō tactu, eatenus impaſſibile eſt.ſed quatenus ſeparatum eſt,eatenus hoc quidem aptum natura eſt facere, illud vero pati.neq; ergo horum vllum ipſum ſeipſum mouet (cōpoſita enim ſunt) neq; aliud continuū vllum.ſed neceſſe eſt diuidi mouēs in vnoquoq;, ab eo quod mouetur.vt in inanimatis videmus,

cum aliquod animatorū,mouet illa. Sed accidit, Tex. 31.
& hæc ab aliquo ſemper moueri. Fit autem vtiq; manifeſtum, diuidentibus cauſas.

Cum dixerit quod etiam perſpicuum eſt in his quę mouen- Com. 28.
tur ab alijs,& in his quę mouentur à ſeipſis quod eſt mouens, & id quod mouetur,& adhuc prius dixerit quod ea quę mouētur à ſeipſis natura oĩa moueri,ſed eorum q̃ ab alijs ciētur,alia natura alia uiolentia,& pręter naturã,& dixerit de his quę mouentur ab alijs ui, quænam ſint, & quod palam habent mouens,& id quod mouetur,reliquum inquit dubitãdum eſſe de hac diuiſione. Dicit autem eorum quæ ab alijs mouentur, alia natura & ſecundum naturam mouentur. Hęc enim ſola uidētur afferre dubium,à quo mouẽãtur,ſi quidem & ea quæ à ſeipſis mouentur,& quæ ab alijs uiolentia palam mouens,& id quod mouetur habeant. Merito igitur hæc dubitationē exhibent motus ſecundum naturam, cum habeant cauſam incertam atq; occultã,ut leuia & pondera. Hæc enim cum ui moueantur ad oppoſita loca,palam habent mouens.quod ſi propria petunt loca,ut leue ſurſum,& pōdus deorſum natura,q̃d ab aliquo moueantur non patet,ut perſpicuum eſt quando pręter naturam mouentur. Sed dubium eſt in his, quia & ab altero ipſa moueri motu ſecundum naturam abſurdum uidetur,ſi quidem in ſeipſis habere initium motus dicantur. Nam ob id & animalia à ſeipſis dicebantur moueri, unde ſi hæc nequeũt dici à ſeipſis moueri,ſi hoc fieri non poſſe demõſtrarit aliquis, reliquum concludet quod ab alio mouētur, & quærit quid ſit mouēs ipſa motu ſecundum naturam, quod ſit aliud ab ipſis, Sed quod hæc nequeant à ſeipſis moueri oſtendit pluribus argumentis,quorum primum eſt,quia quod ex ſeipſo cietur uitã degit. Nam quod à ſeipſo mouetur omnes fatemur uiuere,ut etiam Plato decimo de legibus tradit dicens. Num me interrogas ſi idem uiuere affirmaremus, quando id ipſum ſe mouet? Vtique uiuit, Et animatorū proprium eſt,inquit,ex ſeipſo moueri.& hoc à Platone in Phædro diſputatum eſt. Nam inquit quod externo cietur motore,inanimum eſt „ſic illud cui internum adeſt mouens & à ſeipſo agitatur.animatum eſt. Si ergo hæc corpora inanima ſunt,& quæ ex ſeipſis mouētur animata,igitur hęc non à ſeipſis mouentur. In ſecunda figura deductio,& collectio. Secundum argumentum ad idem adducit, quod ſi mouere ſeipſum poteſt, & firmare ſe poterit. Quod enim facultatem habet mouendi ſe,etiam firmãdi ſe habet. Si enim habet facultatem ambulandi, atq; non ambulandi,ut uidemus in animalibus quæ à ſeipſis mouentur.ut enim ambulat quando uult,ſic etiam in eo ſitum eſt quieſcere,quãdo noluerit ambulare,ſed hęc ſolum poſſunt ſua poteſtate ſiſtere ſeſe,imo etiam mouere contrarijs motibus, ut à dextra in læuã, & econtra ,& in alijs diſtantijs localibus ſimiliter,quod quidē non per ſe adiecit Ariſtoteles. Sed idē indicauit de igne dicens, quare ſi igni datum eſſet ſurſum conſcendere/et in eo hoc ſitū eſſet,nimirum,& deorſum poſſet moueri,& per hęc deinceps idem indicant dicens. Abſurdum eſt enim ea quæ uno ſolo motu mouentur à ſeipſis moueri,ſiquidem ſeipſa mouēt, per-

inde ac ea quæ à ſeipſis mouentur non uno / & ſimplici motu, ſed pluribus / & contrarijs poſſint moueri. Sed abſurdum inquit Alexander pro hoc. Abſurdum enim dictũ eſſe.uelut cauſam addcens Ariſt. de prędicta dubitatione. Deinde tertium argumentum affert oſtendens, quod corpora elementorũ motibus ſecundum naturam non mouentur à ſeipſis: Et ſyllogiſmus eſt talis. Elemẽta ipſiſmet connexa, & continua proprie, ſed non ita, ut etiam ea quæ tactu approximata abuſiue continua dicuntur, ſed continua proprie ipſiſmet non patiuntur à ſe ipſis, & hoc probauit ex oppoſito: ſecundum quod ſeparatum eſt agens & patiens. hac ratione aptum eſt agere, & aliud pati, ſed a ſeipſis non patiuntur, igitur non mouentur à ſeipſis: nam moueri eſt aliquid pati. Et cõcluſio eſt manifeſta, quod elemẽta non mouẽtur à ſeipſis. Et adiecit quod neq; ullum aliud cõtinuum. Merito, ſiquidem & elementa quia continua ſunt à ſe ipſis pati nequeunt. Nam quæ agunt & patiuntur non ſunt cõtinua, ſed neceſſe eſt, ut ſeſe tangant, ut demonſtrauit Ariſto. libro ſuperiore. Nam ſeparata ſunt ſubſtantia agens à patiẽte, ſiquidem aliud potentia, & aliud actu, ſed id quod eſt potentia aliquid aliud eſt ab eo ſecundum actum. Ignis enim in aerem qui eſt potentia ignis, & actu aer agit. Quomodo igitur inquit Alexander animalia ſeipſa mouere tradit, quippe quæ continua ſint. Et prompte, ſoluit, q͂d mouens in animalibus non eſt continuum ei quod mouetur. Neq; enim corpus anima, neque quantum omnino eſt anima, quocirca neq; ſe tangunt mutuo. Et dixit Ariſto. pauloante, quod quemadmodum in nauigijs. ſic etiam in animalibus diuiſum eſt natura mouens, & id quod mouetur, quod neceſſe eſt diuidi mouens, contra id quod mouetur, quod palam in ipſis inanimatis patet, quando hæc ab animatis cientur. Et animata inquit ab aliquo ſemper mouẽtur. Omne enim quod mouetur ab aliquo mouetur & eſt aliud mouens diuiſum ab eo quod mouetur / & non continuum eidem, quia neq; principium eſt quantum. Sed pulchre opinor Alexãder notauit quod hoc. { Sed accidit / & hæc ſemper ab aliquo moueri, } poteſt dici nõ de animatis, ſed de his quæ mouentur ſecundum naturam. Etenim & hæc oſtendentur moueri ab aliquo motu ſecundum naturã, & ſi non uideatur mouens ipſa eodem motu, ut uidetur mouens motu uiolẽto. Vt enim in his uidemus diuiſum mouens à moto, ſic etiam Phyſica corpora motibus ſecundum naturam à diuiſis cauſis oſtendentur moueri. Et hoc / inquit / ſiet manifeſtum diuidentibus cauſas motrices. Nam demoſtrabit quod mouentiũ alia ſunt contigua his quæ mouentur / & mouent ipſa tactu, & alia quia agunt actu prius eſt id quod potentia quod ſit actu ex aere forte ſi ſit aqua, et nõ poteſt adhuc manere in loco aeris, ſed deſcendit ad locum aquæ proprium aliquo modo delatum ab eo quod fecit ipſum aquam.

Eſt autem, & in mouentibus accipere quæ dicta ſunt. alia enim præter naturam ipſorum, motiua ſunt, ut uectis, & non natura, ponderis motiuus eſt. Alia uero, natura, ut actu calidum, motiuum eſt calidi potentia. Similiter autem, & in alijs huiuſmodi. et mobile autem ſimiliter natura, quod eſt potentia quale, aut quantum, aut ubi, cum habeat principium tale in ſeipſo, & non ſecundum accidens. erit enim idem, & quantũ, & quale, ſed alterum alteri accidit, & non ſecundum ſe ineſt. Ignis itaq; & terra, mouẽtur ab alio. uiolẽtia quidem, cum præter naturã. natura autem, cum ad ſuos ipſorum actus, potentia exiſtunt.

Com. 29. Cum uelit oſtendere quod inanimata corpora etiam ſi moueantur ſecundũ naturã ab aliquo externo moueri / & non à ſe ipſis, conſtituit hoc diuidens etiam ea quæ mouent, ut ea quæ mouentur in ipſa quæ mouet ſecundũ naturam, & in ea quæ mouẽt pręter naturam. Quod ſi hęc ita ſe habent, patet quod motiua motus pręter naturam mouerẽt ea quæ ui / & præter naturam mouentur, & ea quæ ſecũdum naturam mouerent ea quæ cientur ſecundum naturam. Sed in his quę mouens pręter naturam collocauit uectem. Nihil enim eorum quæ ſecundum naturã mouentur uecte cietur, ſed eſt uiolentus uelut motus talis. Quę enim pondus habent motum pręter naturam in ſeipſis habentia ad ſurſum ſic uecte mouentur, & ob id uectis pręter naturam mouet, quia non ſecundum principium in ſeipſo mouet. Nam deorſum moueret, ſed ab alio externo habet cauſam motus. Quæ igitur pręter naturam mouẽt hęc ſunt, ſed ſecundum naturam mouere dicitur, quod eſt actu aliquid huius potentia. Nam motus ſecundũ naturam cauſa eſt, in his quæ ſic mouentur, id quod mouet, & ſecundum principium, & cauſam in ſeipſo mouet. Nam actu calidũ quãdo calefaceret, id quod eſt potentia calidum, in ſeipſo cãm mouendi, cum habeat ſic mouet. Sed omittens id quod natura eſt mobile, ſtatim apertiorem fecit rõnem. Vt enim motiuum natura eſt eius quod eſt potẽtia, id quod eſt actu, ſic etiam mobile natura eſt, id quod potentia, ab eo quod eſt actu, & quemadmodum qđ eſt potentia motiuum in ſeipſo habet principium / & uim mouendi, ſic etiam natura mobile eſt, quãdo in ſeipſo principium haberet, non tamen agendi. ut id quod eſt natura motiuum. ſed ſecundum habilitatem / & id quod eſt potentia, quare potentia quale eſt tale, ut quãtum eſt tantum. aut ſurſum, aut deorſum potentia. Sed cur de his mentionẽ fecerit prædicamentis, quia ſolum in his fieri motum putat. Cęterum cum dicat quãdo habet principium tale in ſeipſo, adiecit & hoc non ſecundum accidens. Et ſi enim quale potẽtia / et quãtum, quatenus potẽtia, tamen in quale mutatur per ſe, quatenus potẽtia quale eſt. Sed quoniam & potẽtia quantum erat, ſi quis diceret, potẽtia quãtum / in quale mutari per accidens erit talis mutatio, quia accidit ipſi / & quantum eſſe potẽtia, ſed per ſe potẽtia quale / in quale mutatur, & potẽtia quantum in ipſum quantum. Sed uiciſſitudo ſit per accidẽs. Quæ igitur ſunt ſecundum naturam mobilia aſſignauit per dicta, cum in tribus prædicamentis faciat rationem, ſed non adiecit quæ ſint mobilia præter naturam in tribus prædicamentis. Nam in his ſecundum locum, quia unicuique corpori competit motus ad locum / aut ſecundum naturam, aut præter naturam, qui eſt ad contrarium locum ac competit ei ſecundum naturam, unde perſpicua ſunt ea quæ mouentur ſecundum locum præter naturam. Non enim habent principium ſic mouendi in ſeipſis. Sed in accretione / & alteratione, non adhuc perſpicuus, eſt motus præter naturam ſecundum hæc. Vel etiam ipſe dixit horum motus præter naturam / in his quæ prius ſumpſit, de accretione quidem cibi / & grani cum mentionem feciſſet / quod naſcitur in hortis qui appellantur Adonidis / & præter naturam augetur ob aptitudinẽ talem, quocirca neque perficitur, Et qui cious ob intemperantiam adoleſcunt / & ſeneſcunt etiam augerentur / & diminuerentur præter naturam. Etenim temperamentum mutant / in id quod eſt præter naturam, cum ocius multo quam debuerat calidũ / aut frigidũ factũ ſit. Sed de his nũc q̃ſtio non eſt, ſed de ſimplicibus / corporibus q̃ moueant motibus ſm nã n. dicens autẽ qualia natura motiua / & mobilia ſint, reliquum producit illa, quorum gratia hunc ſermonem cœpit / & dicit qđ ignis & terra / & omnino ſimplicia corpora mouentur quidem, quãdo mouerentur omnino ab alijs, ſed ui quidem, quando præter naturam à proprijs locis ad contraria cierẽtur, natura autem, quando ad propria loca ad quæ nata ſunt ſecundum naturam feruntur. Sed ipſe dixit / quando mutantur cum eſſent prius potentia ad ſuos actus, ideſt quando actu fierent, quod quidem prius erat potentia, & accipiebat proprias actiones Nã ignis quando actu fieret ignis cum prius eſſet potentia, tum agit ſecundum actiones ignis & mouetur motu ſecundum naturam ignis, non dicit igitur ad actiones / in id quod eſt actu ſecundum ſubſtantiam. Hoc enim ortus eſt ſecundum naturam ſed non motus, ſed quãdo ab aliquo factum acciperet ꝓpria

quod unumquodque/quod mouetur motu ſecundum naturam à mutante ipſum ex prima potentia/in id quod eſt ſecundũ potentiam mutari, propterea quod promptus eſt habitui actus nullo impediente. Nam ſi fit/ex frigido calidum/ & ex aqua ignis agit deinceps quatenus eſt ignis/ & urit/ & ſurſum mouetur, niſi aliquid uetet, quare a faciente idem actu ignem habet/ ut agat. Non enim poſteaquam ignis factus eſt aſſumit/ actionẽ hanc urendi/& non urendi, ſed mutationi eius in ignem, quam a mutante obtinuit actus copulatur. Sed cum hoc oſtenderit communiter ſic in corporibus naturalibus, ut à primo qđ eſt, potentia/in ſecundum quod eſt ſecũdum habitum mutatio fit & aliquo modo huic adeſt actus/& motus ſimul, niſi aliquid prohibeat, diuidit deinde rationem in differentibus motibus, & primum contracte, atque conciſim/ deinde latiſſime affert illam, fit enim inquit, ex eo quod eſt actu graue/& potẽtia leue ſecundum prius potentia leuis, ut ex aqua graui exiſtente actu & leui potentia, fit aer leuis actu, & ſtatim aget, niſi quid prohibeat. Verum hoc primum potentia & iam leue Alexander intelligit, de eo quod eſt imperfectum potentia, & ſecundum actu graue. Nam tale inquit, & ſic ſe habet/ut actu graue ſit ſecundum primam dictam potentiam leue potentia eſt ſed mutatum/& leue factum ſtatim aget actionem leuis. Verum Ariſtoteles hoc { & iam leue } non de ipſo actu graui/ & potentia leui/ ſecundum id quod eſt potentia imperfectum uidetur mihi dicere. Non enim conuenit huic iam leue, ſed ei quod iam factum eſt leue. Sed neque quod concluditur, ut hoc quod ſtatim aget, niſi quid prohibeat conuenit ei quod eſt imperfecto potentia, ſed ei quod eſt ſecundum habitum. Si ergo de eodem dictum eſt hoc totum. Nam hoc potentia primum/ & iam leue, & actu aget ſtatim niſi quid uetet, & hoc iam leue/ & hoc aget ſtatim perfectiori potentia ſecundum habitum conuenit, neceſſe eſt & hoc. Nam potentia primum de eodem intelligit primo non ſignificante ordinem ſecundum ortum/in quo præcedit imperfectius, ſed perfectionem. Nã perfectius eſt/id qđ eſt potentia ſecundum habitum/quam illud quod eſt ſecundũ aptitudinem. Sed actu inquit leue/in loco ſupremo eſſe. Hoc enim ſignificat illud alicubi/& ſurſum/& ſupereminere cæteris. Eteni hoc actu eſt, & graue patet quod actu deorſum eſt & ſubſtat aliis. Et hi ſunt proprie actus grauis/& leuis, uidelicet ſurſum eſſe/& deorſum, quia & proprie actus/& perfectionem ſecũdum ſpeciem tum accipiunt. Nam motus ſurſum/ & deorſum eſt, cum ſint adhuc eadem imperfecta, & nondum acceperint perfectionem ſecundum ſpeciem. Sed cum dixerit de motu ſecundum locum ſimiliter inquit/ſeſe habet de quanto/ & quali. Etenim quod augetur quãdo actu tantum fieret, quãtum erat potentia ab augente illud, tum ſtatim aget actiones ſecundum quod tantum eſt. Extenditur enim magis, & quod extenditur/& diſtat actu tantum quanta erat eius magnitudo potentia & iſte actus eius perfectio eſt/ tantum extenſum eſſe & diſtans. Nam extẽdi & latius ſeſe porrigere eſt imperfectus actus eius/quod eſt imperfectum. Similiter & quale ab imperfecto potentia ad id quod eſt perfectum/& habitum mutatur & illico actus perfectus ſequitur. Nam contemplatur ſciens/niſi quid prohibeat/& hæc eſt perfectio ſcientiæ actu. Nam diſcere adhuc imperfecti/& imperfectum eſt. Sed cum dicat motricem cauſam eorum quæ mouentur ſecundum naturam eſſe efficiens ipſa/ex potentia imperfecto/in memoriam nobis hoc reuocat/quod hoc erat quæſitum, quia & ab aliqua cauſa naturalia corpora/ad propria loca mouentur, quod quidem inuentum eſt/nõ modo in his quæ mouentur ſecundum locum, ſed etiam in his quæ ſecundum quantitatem/& in his ſecundũ quale. Nam cauſa eſt efficiens ipſa/quæ cum fuerint ex neceſſitate ſequitur motus talis. Sed inquit Alexander quod poteſt & hoc. Quæritur non uelut nunc dubitatum ſolum, ſed uelut etiam uniuerſe quæſitum dici. Quæritur enim reuera quid eſt cauſa lationis corporum ad propria loca, & inuenta eſt cauſa hæc quod ibi eſſe apta ſunt. Nam hoc eſt leuis/& grauis natura ut unum ſit ſurſum, & aliud deorſum, & ſi quidem erant illico qualia ſunt perfecta/ quæ a ſeipſis habent perfectionem hæc erant/& actus ipſorum cauſa, ſed quoniam antequã ſunt actu prius potentia ſunt talia. Et id quod eſt potentia duplex eſt, ut diximus. Etenim quando fuerit aqua grauis actu, & potentia aer aliquomodo erit. Nam ſecundum imperfectionem potentia aer eſt, & ob id leue, & quãdo fieret aer/& tum aliquo modo adhuc potentia eſt, & ſi ob impedimentum interdum/non agit actione ſecundum ſpeciem/qua ſurſum eſt leue, ſed ſi auferatur impediens agit ab imperfecto actu/ad perfectius ſemper procedens/& ſemper quod ſuperius fit, donec ſupremum attigerit locum in quo ultimam conſequitur perfectionem, quæ eſt in ſupremo collocari. Similiter quoque inquit/ & quale/& quantum mutatur in actu/niſi quid impedimento ſit. Sunt enĩ quædam quæ augentur/& ſpeciem accipiunt, ſed nõdum tantum locum occupant, quantum cõtinere/atque occupare poſſunt, quia prohibentur/ut aer qui fit/ ex aqua in aliquo paruo uaſe/aut uehiculo. Nam latius emergeret, niſi cõdenſaretur/& conſtringeretur a uaſe/aut uehiculo.

Qui autem id quod ſuſtinet & prohibet mouit, eſt vt moueat, eſt vero vt non. vt qui columnam diuulſit, aut qui lapidem remouit aqua ſe in aqua. ſecundum accidens enim mouet. ſicut reflexa ſphæra, non a pariete mota eſt, ſed a proiiciente. Quod igitur nihil horum, ipſum mouet ſeipſum, manifeſtum eſt, ſed motus habet principium, non mouendi neque faciendi, ſed patiendi.

Motus ſecundum naturam/& actus cauſam hactenus mihi uidetur perfectionem ſpeciei dicis/quam ubi acceperit, continuo agit ſecundum eandem niſi quid uetet. Nam hoc quia ſic aptum eſt moueri, efficit cauſam naturã/& ſpeciem. Sed paulo procedens/& quod generat, & agit tale quale eſt, dicit eſſe cauſam talis motus, quod quidem interpretes/& ſuperioribus ipſum cauſam aſſerere putant. Sed cum multis in locis dicat id quod habitum accepit agere/& addẽs niſi quid prohibeat, nũc dicit quod etiam qui quod reſiſtit/& prohibet auferens eſt motor aliquo modo, & aliquo pacto minime. Nam per ſe non mouet, quia aliud præcedens agit, ſed per accidens mouet. Qui enim columnam diminuit hanc quidem per ſe mouet, ſed per accidens trabs ſupra columnam, qui prohibetur deorſum ferri/quod ei competit ſecundum naturam. Similiter quoque/& qui ſupra utre lapidem poſitum remouet inflato, quo lapide detinetur/& non ſupernatat aquæ primo lapidem mouit, ſed per accidens/& ipſum utrum/qui ablato lapide detinente ipſum ſurſum emergit. Adhuc magis diſſimilitudinem motus factam/ob ea quæ mouent per ſe/& ea quæ auferunt prohibẽtia moueri demonſtrauit in ſphæra pilaue, quæ a pariete pulſa reuertitur. Vt enim hanc primo mouet, qui principio eam pellit, & per accidens paries a quo repellitur, ſic etiã naturalia corpora primo a mutantibus ipſa, & facientibus talia mouentur, & per accidens ab auferentibus impedimẽta ad motum. Concluſo igitur ex dictis hoc, quod nihil horum a ſe ipſo mouetur, ſed ab alio, quædam inſtantia naſcitur, quærens quomodo dicantur phyſica habere naturam. quæ ſit principium in illis, niſi a ſeipſis intrinſecus, ſed extrinſecus ab alio mouentur. Et hãc ſoluit inſtantiam dicens, quod motus principium habere dicuntur hæc, non uelut mouendi neque agendi, ſed ut moueantur, & patiantur. Non enim ſolum mouens a ſeipſo principium habere dicitur, ſed etiam id quod eſt aptum moueri, & habet ſic motus initium. Nam motus nomen commune eſt mouenti/& ei quod mouetur/ quod ſi motus/in eo quod mouetur eſt, ut oſtenſum eſt prius motus erit proprior ei quod cietur. Sed principium ut moueantur corpora naturalia habere dicuntur, quia habent potentiam/& aptitudinem, ut mutentur ad hoc/in qđ mutantur ab aliquo, & tali motu mouebuntur cuius dicuntur Com. 31.

habere principium. Quod enim aptum eſt moueri ſecundum aliquem motum eſt principium habere talis motus, ut qui idoneus eſt ad philoſophandum principium habet philoſophiæ, non ut efficiat alium philoſophum, ſed ut ipſe euadat philoſophus. Si ergo corporum natura non eſt principium mouendi, & faciendi, ſed ut moueantur/ & patiantur, quomodo Ariſto. dicebat naturam cauſam efficientem, cum dicat deum & naturam nihil fruſtra agere/ & alibi oſtendat quod natura ſecundũ rationes alicuius gratia agere? Niſi putanda ſit quædã alia natura quæ ſit mẽs/ qua per omnia penetret opifex. Vel ſi de iſta dicit natura dictum eſt intelligendum paſſiue/ & ſecundũ materiam, ut etiam principium intelleximus. Sed quærit Alexan. in his quomodo corpus orbiculare naturale eſt, ſi naturale/ ut Ariſto. inquit principium patiendi habet, & corpus orbiculare ſit expers patibilitatis. Et primo ſoluit dicendo/ quod & ſi ſemper corpus orbiculare moueaẽ, tamen aliud ab alio/ & in aliud motum habet/ ea quæ ſunt potentia in ſeipſo, quatenus autem potentia motum, hac ratione. & patibile aliquo modo eſt. Nam omne quod eſt potentia aliquomõ materiatum eſt. Habet ergo/ & illud principiũ illius motus/ quo mouetur in ipſo, & ſecundum hoc naturale eſt. Vel melius inquit de diuino eſt intelligendum non uelut/ de motu inanimatorum corporũ ſecundum naturam, ſed uelut de his quæ mouentur ſm animã, quæ non ab aliquo externo mouentur, ſed habent principium mouendi, & cãm in ſeipſis. Sed ſi hoc/ inquit/ quomodo etiam principium ſtationis habet/ & motus ad cõtraria? Niſi quia in contraria non mouebitur, cum non ſit motui orbiculari motus contrarius, & non quieſcit, quia neque ad talia mouetur in quibus neceſſe eſt/ ſtare id quod fit, neq; eget ſtatione. Quæcũque enim quæ mouentur à ſeipſis/ & apta ſunt ſtare, hęc etiam ex ſeipſis habent uim quieſcendi. Hęc Alexander, ſed cur dictum eſt hoc/ quod non uelut de corporibus inanimatis motũ coeli in nãm accepit, ſed uelut de his q̃ mouentur ſecundũ animam ſciemus poſtea apertius mentionẽ facientes de opinione eius/ quã habet de anima coeli. Nam ipſe putat eandem animã eſſe naturam in coelo. Et ſcribit hæc ſecundo libri de coelo cõmẽtario. Nos aũt nitimur oñdere diuini corporis non aliã eẽ nãm, & aliã naturã, ſed ut grauitas terræ [illegible], et paulo poſt. Cur erit alia natura pter hãc. Nã pfectio [illegible] natura eſt anima. Et cõſentaneũ eſt, ut perfectionis corporis ſit nã pfectior. Hoc igitur eſt etiam quod nunc dicitur ab ipſo/ de motu coeli ſecundum naturam tanquã de his quæ mouentur ſecundum animam. Patet autem quod hæc conſona ſunt opinioni ſuę de anima/ cum putet animam eſſe actum inſeparabilem à corporibus, ut etiam eſt natura.

Tex. 33. Si igitur omnia quæ mouẽtur, aut natura mouentur, aut pręter naturam & violentia, et quę vi & præter naturam omnia a quodã & ab alio, eorum autẽ quæ natura rurſus, & quæ a ſeipſis mouentur ab aliquo mouentur, & quę non a ſeipſis, vt grauia & leuia (aut enim ab eo qđ generauit, & fecit leue, aut graue, aut ab eo quod impediẽtia & prohibentia ſoluit) omnia vtiq; quæ mouentur, ab aliquo mouebuntur.

Com. 32. Cum proxime oſtendiſſet quod quæ dicuntur moueri natura non à ſeipſis, ſed ab alijs mouentur, & habeat conceſſum hoc quod quę ui/ & præter naturam cientur ab aliquo mouentur. Nam hoc manifeſtum eſt, accipiẽs autẽ quod patet, & pro confeſſo eſt, ut animalia ab aliquo mouẽatur, quæritur ſolum in his, quomodo oportet ſeparare mouẽs ab eo quod mouet. Hęc igitur prius/ cum cõceſſiſſet concludit reliquum ex poſitis, quod omnia quæ mouẽtur ab aliquo mouentur. Si enim eorum quæ mouẽtur alia natura cientur, & alia præter naturam & ui, & oĩa pręter naturam/ & ui mota ab aliquo alio mouenẽ extrinſecus mouẽte, & eorũ quæ natura agitãtur alia à ſeipſis, alia non à ſeipſis, ut leuia/ et pondera, & oĩno ſimplicia corpora de quibus oſtenſum eſt/ quod per ſe quidem à generante/ et faciẽte leue/ aut graue, & omnino tale quale fit id quod ſurſum aut deorſum mouetur, ſed per accidens ab eo qui remouet impedientia/ & prohibẽtia, patet quod omnia quę mouentur, ab aliquo mouentur. Non enim ſunt alia mota præter dicta uidelicet/ ea quę pręter naturam, & ea ſecũdum naturam, & horum duplex differentia. & eſt ſyllogiſmus talis, omnia quę mouentur, aut natura, aut præter naturam mouentur, ſed omnia quæ natura, aut præter naturã mouentur/ ab aliquo mouẽtur, omnia ergo quæ mouẽtur/ ab aliquo mouentur. Sed poteſt etiam hypothetice concludi, ut etiam uidetur Ariſto. concludere. Si enim omnia mota/ aut natura/ aut præter naturam mouentur. & quæ natura/ & pręter naturam mouentur/ ab aliquo agitantur, igitur omnia quæ cientur/ ab alio cientur, ſed primum oſtẽſum eſt, ergo & ſecundum. Sed nunc magis naturaliter demõſtrauit, quod omne quod mouetur/ ab aliquo moueatur, quã ſuperiore libro. Sed Eudemus quod motum ab aliquo moueatur, oſtẽdit quia quę ſunt ad aliquid ſimul ſubſiſtunt. Vt enim inquit abſurdum eſt/ quod ſecatur/ non ab aliquo ſecari, & q̃d trahitur/ non ab aliquo trahi, & omnino quod fit/ nõ ab aliquo fieri, ſic etiam id quod mouetur, niſi ab aliquo moueatur. Sed dubitaret aliquis/ ut opinor, quomodo ea quę mouentur ſecũdum naturam motu locali, inquit ipſa moueri/ à mouente per ſe, ſiquidem quod generat/ & efficit ſubſtantiam etiam ſpeciẽ, & formam efficiat, & ſit mutationis ſecũdum ſubſtantiam cã, ſed alia eſt mutatio ortus, & alia motus localis. Et oĩno ſi qđ generat, & agit ignẽ quieſcit aliquã/ & neq; adeſt, neq; tãgit q̃d mouetur, quõ ab illo dicitur moueri ignis, q̃re, quõ ↄcludit q̃d oẽ quod mouetur/ ab aliquo alio pręter ipſa moueatur. Et quęrat adhuc, ſed dicatur tãdem quod nunc ſuccurrit in mentem, q̃d eſt aliquomodo motiuum/ & efficiens formæ ac ſpeciei/ q̃ eſt apta moueri illo motu. Nam efficit motum/ & actum ſpeciei/ & formæ cum ipſo ut qui amphoram efficit eãdem facit, ut ſit uini capax, non tamen qui motum cum forma facit, mouet ꝓpriẽ formam motu illo, ut qui lapidem manu mouet, ſiquidem neq; adeſt agens ipſi quod mouetur, ſed hæc alia uidetur mouentis differentia ſm quam formam/ & ſpeciem facit aptã moueri & mouetur, niſi aliquid prohibeat. Et mirum in modũ inuenit in his quæ mouentur ſecundũ naturam, quod mouet ab aliq̃ moueri, qa moueri eſt aliq̃d pati, & q̃d patitur indiget agẽte. Perfectus enim actus ex perfecta ſubſtantia procedens nõ indiget aliqua alia cauſa producente, ſed motus cum ſit imperfectus actus/ & affectio magis/ & cõmixtus potentię/ & quãto magis cõmixtus eget faciente ipſum.

Hoc autem, dupliciter. Aut enim non per ſeipſum mouẽs, ſed per alterum quod mouet, mouens, aut per ſeipſum. Et hoc, aut primum poſt vltimum, aut per plura. vt baculus mouet lapidẽ, & mouetur a manu mota ab homine. hic autem non amplius, ex eo quia ab alio moueatur. Vtraque igitur mouere dicimus, et primum & vltimũ mouentium, ſed magis primum. illud enim mouet vltimum. ſed non hoc, primum. Et ſine primo quidem, vltimum nõ mouebit, illud autem, ſine hoc. vt baculus non mouebit, non mouente homine. Si ergo neceſſe eſt omne quod mouetur & ab aliquo moueri, & aut ab eo quod mouetur ab alio, aut non, & ſi ab alio quidem quod mouetur: neceſſe eſt aliquid eſſe primum mouens, quod non ab alio. Si autem huiuſmodi eſt primum: non neceſſe eſt eſſe alterum. impoſſibile enim eſt, in infinitum abire mouens & ipſum quod mouetur ab alio. infinitorum enim, ni- Tex. 34.

hil eſt

hil eſt primum. Si ergo omne quidem quod mouetur ab aliquo mouetur, primum autem mouens mouetur quidem, non autẽ ab alio: neceſſe eſt ipſum a ſeipſo moueri.

Com. 33. Cum oſtendiſſet quod omne/quod mouetur ab aliquo mouetur, deinceps quæſtionem quãdam affert, an quod mouetur ab aliquo quod moueatur, uel ab aliquo immobili cieatur, ſed quia pene omnibus uidetur, ut inquit Eudemus/quod id quod mouet/& ipſum moueatur. Et mouentium ſimul/& eorum q̃ mouentur, aliud per ſe mobile eſt, & aliud ab alio extrinſecus mouetur. Cum ergo duo prima maxime ſint in motu immobile/& per ſe mobile, tradit primo per ſe mobile, & oſtẽdit aliquid eſſe primum in his quę mouent/& mouentur q̃d quidem mouet/non ab alio extrinſecus motum. Diuidit autem rurſus mouens per ſe ſecundum aliam diuiſionem/in illud quod non propter ſe mouet, ſed per alterũ extrinſecus ipſum mouens, & in mouens propter ſe. Et dicit per alterum mouens aliquid qd mouetur ab alio, ut uectis mouet pondus, uel ut baculus lapidem/qui ab alio mouetur, ſed quod ꝓpter ſe mouet habet cauſam in ſeipſo mouendi, ut animalia quæ proprio impetu/ac deſiderio mouent. Et rurſus diuidit mouens/ propter ſe in primũ mouens/poſt ultimum quod eſt ſolum motum, ut homo propter ſe mouens, quandoquidem à ſeipſo habet mouere, & ſic moueat lapidem primus exiſtẽs poſt ultimum, quod eſt lapis, motus quidem, ſed non amplius aliquid aliud eſt ipſe mouẽs, tanquã proxime lapis ab homine moueatur. In hoc igitur diuidit/quod eſt per ſeipſum mouens/& in id quod pluribus medijs mouet ultimum, ut homo qui propter ſe mouet plurimis medijs mouet lapidem, qui ſubijcit̃ e ultimus motus, ut quãdo homo moueret manum, & manus baculum, & baculus lapidem. Eſto enim manus mediũ, & homo mouet, nõ quia ab alio moueat̃, ſed lapis mouetur, & ipſe non mouet aliq̃d aliud. Sed ſic mouentia inquit/& ſi ambo moueant, proximum ultimo, ut baculus/& primum mouens ut homo, ſed magis ꝓprie primum motiuum ideſt homo, quia et ille mouet baculum, & non baculus hominem, & ſine homine baculus non mouebit, ſed homo etiã ſine baculo mouet/& ob hæc magis homo mouet quam baculus, ſiquidem homo non eget alio mouente ipſum, ut moueat, ſed baculus eget, quare omne quod moueţ ab aliquo, eget mouente per ſe, ſiquidem quæ non per ſeipſa mouent, ſed ab alijs mota mouent ſic, egent omnino mouente ꝓpter ſe, & non aliter mouebit. Sed hęc propter ſe mouentia nõ egent mouẽtibus neq; per ſe. Omne ergo motũ ab aliquo per ſe mouente moueri/neceſſe eſt, uel ꝓxime/uel per aliquod medium/quod mouetur ab alio, & ſi proxime ideſt ſi primo ſtatim/poſt id quod ſolum motũ eſt mouens propter ſe, non neceſſe eſt alterum adhuc eſſe medium/inter id quod mouet per ſe, & ultimum quod mouetur Sufficit enim ſeipſum mouẽs ꝓximum moto. & primum poſt ipſum/ad mouendum ipſum. Si ergo neceſſe eſt/ quod mouetur ab aliquo/uel proxime/uel per medium à mouẽte per ſe moueri, ideſt ab eo quod mouet ſe, neceſſe eſt ut mouentium primum ſit q̃d mobile eſt per ſe, & oſtendit deinde quod eſt aliquid tale in his quæ ſunt quod mouet/& nõ mouetur ab aliquo externo, ſed à ſeipſo. Si enim omne quod mouetur/& ſic mouẽ ab aliquo externo alio mouetur, & illud ab alio, & hoc ſemper ſic, abire in infinitum neceſſe eſt. Sed hoc fieri nequit. Non erit inquit primum mouens accipere, ſi non fuerit primum mouens, neq; erit ultimum proximum ei quod mouetur/& non amplius mouẽti. Si ergo neq; primum/neq; ultimum eſt mouẽs, non eſt motus. Si enim mouens non eſt, neq; quod mouetur erit, non ergo in infinitum ꝓcedere oportet ponendo aliud ante aliud mouens & motum. Eſt ergo primum mouens, quod non ab altero mouetur: & reliquum concludit oſtenſa, oſtẽſum autem eſt/quod omne qđ mouetur ab aliquo mouetur, & addit quod ab aliquo motum à primo mouente mouetur, cum quo ſumptum eſt, quod primum mouens mouetur, ſed non ab alio. Sin autem non eſſet primum, & opus eſſet abire in infinitum/in his quæ mouent & mouentur, & ſic deſtrueretur motus, quare omne quod mouetur à primo mouetur per ſe mobile. Etenim hoc ſublato deſtruuntur ea quæ non ſic mouẽtia. Sed illis ſublatis hoc ſimul non tollitur. Et omnino quod ab alio mouetur poſterius eſt mouente/& eo quod mouet ſe, igitur primũ hoc Item mouẽs eſt cauſa/cur quod mouetur ſubeat motum, ſed effectum eſt poſterius ſua cauſa, igitur primum mouet motum, quod ſeipſum mouet. Addit item Eudemus/quod etiam motuum hic motus animalis uideatur eſſe cã, & cœleſtis eſt cauſa motus mutationiſq; elementorum. Videtur autem & ipſe aliquomõ uitalis. Non enim ab alio mouetur cœlum, ſed à ſeipſo.

Amplius autem, & ſic ipſam hanc rationem eſt aggredi, omne enim mouens, & aliquid mouet, & aliquo, Aut enim ſeipſum mouet, ipſum mouens aut alio. vt homo, ſeipſo, aut baculo. vt ventus deiecit, aut ipſe, aut lapis, quem impulit. Impoſſibile eſt autem mouere, ſine eo quod ſeipſo mouet, id quo mouet. ſed ſi ipſum ſeipſo mouet: non neceſſe eſt aliud eſſe quo mouet. ſi vero ſit alterum id quo mouet, eſt aliquid quod mouebit, non quodam, ſed ſeipſo, aut in infinitum abibit. Si vero aliquid quod mouetur mouet, neceſſe eſt ſtare, & non in infinitum ire. ſi enim baculus mouet, ex eo quia mouetur a manu, manus mouet baculum. ſi autem & hanc aliud mouet, & hunc aliud aliquid mouens eſt. Cum itaque aliquo moueat ſemper alterum, neceſſe eſt prius ipſum eſſe ſeipſo mouens. Si igitur mouetur quidẽ hoc, non autem eſt aliud mouens ipſum, neceſſe eſt ipſum, ſeipſo mouere. quare & ſecundũ hanc rationem, aut mox id quod mouetur ab eo qđ ipſum ſeipſo mouet mouebitur, aut venit aliquãdo ad aliquid tale. Tex. 35.

Quod idem ſermo ſit iſte cum ſuperiore etiam ipſe fatetur. Verum inquit Alexander differt uia oſtendendi, quia ibi principium demonſtrationis eſt ab hoc motum, aut moueri ab eo quod ſeipſum mouet, uel ab eo quod non à ſeipſo, ſed ab alio. Hoc autem in loco demonſtratio ſua procedit à mouente. Nã accipit omne mouens, ut aliquid mouet. Nam fieri non poteſt, ut aliquid moueat/ & nihil moueat, ſic etiam aliquo mouere. Niſi forte non hac ratione ſermones/& rationes differunt. Etenim & iam dicta à mouente nitebatur dicens. Vel enim non per ſe mouens, ſed per alterum quod mouet mouens, aut per ſe. ſed hac ratione differunt, quod illud quod per ſe mouet differt ab eo quod ſeipſo mouet, & ipſum per alterum differt ab eo quod altero mouet. Diſcrepãt ergo hæc, quia quod per ſe mouet, habet ut in ſeipſo principium motus, ſed quod ſeipſo mouet, ut proxime tangens id quod cietur habet principium motus in ipſo. Hoc enim ſignificat illud dictum ab ipſo, ut homo/aut idem uel baculo, & uentus deiecit, aut ipſe, aut lapis quem impulit. Vt ergo prius quod eſt per alterum mouens reduxit ad id quod eſt per ſe mouens & demonſtrauit, quod ſi fuerit per alterum mouens, neceſſe eſt/ut prius ſit quod per ſe mouet. Et oſtendit quod quando aliquo moueret ſemper alterum, neceſſe eſt/ut prius ſit aliquod/ qđ ſeipſo mouet, quod etiam principium in ſeipſo motus habet/& proximum eſt ei quod mouetur, & nõ per aliud idem mouet. Rationes ergo ſic exiſtimo oportet diſcernere, cum etiam Eudemus cõtinuet & copulet ipſas/in quibus inquit. Proinde mouens uel per ſe/uel per aliud ciet, & uel ſeipſo/uel alio. Sed accipiens omne quod Com. 34.

mouet aliquo mouere, diuidit mouẽs aliquo in id quod eodem mouet, & quod alio. Etenim qui per ſe/& non per mediũ aliquid mouet, aliquo ciet, ut homo quum ipſe moueret lapidẽ. Nam corpore ſuo attingente ipſum impellit, ſed etiam baculo poteſt mouere eũdem, & tum aliquo mouet. Aliquid enim eſt baculus. Deinde aſſumit hac diuiſione quod nequit eſſe, id per quod mouet aliquid aliud ſeorſum à mouente ſe, & ſine eodẽ mouere. Nam niſi homo moueat, qui ſeipſo mouet nũquã baculus moueret lapidẽ. Neq; enim principio ipſo moueret. Qđ enim ſeipſo mouet, non ex neceſſitate indiget eo per quod mouet. Sat. n. & per ſeipſum hoc facere, ſed mediũ per quod mouetur aliquid hoc oĩno eget/quod ſeipſo mouet, ut motum ab alio moueat. Si. n. non eſſet aliquid huiuſmodi, ſed ſemper acceptum ab aliquo alio moueretur, etiam hoc extrinſecus moto, & hoc ſemper in infinitum rurſus ꝓceſſus fieret mouentiũ, atq; eorum quæ mouentur. Hoc enim & ſimpliciter abſurdũ eſt, quia ſi non fuerit unde principium motus, neq; motus erit, non ſolum nunc, ſed etiam per oñſum libro ſuperiore. Erit. n. finito tempore motus infinitus, cum magnitudo quę mouetur ſit facta immenſa/atq; in exhauſta. Si enim infinita fuerint mouentia, & ea quæ mouẽtur, neceſſarium eſt, ut aliqua magnitudo ex ipſis fiat, & ſi non ſit continua tamen attigua. Omnia. n. mouentia ſm quia & ipſa mouentur, attigua mouent, neceſſe eſt igitur ſtare, quare ſi omne mouens aliquo mouet, & uel eodem/uel alio, ſed illud aliud quo mouet mouens eget ante mouente ſe, primum erit ſic mouentiũ illud quod eodem mouet, ſed quod ſeipſo mouet mouetur quidẽ, & non ab alio, igiť à ſeipſo, igitur primum mouens motum ſeipſo mobile eſt. Nã & ſi non illico quod mouetur a ſe ipſo mouetur, ſed per alia media, tamẽ erit motum ab eo proprie quo ſeipſo mouet ſine quo neq; medium moueri, aut mouere poſſet. Et neceſſitatẽ rationis ĩdicauit per hoc. { Cum itaq; aliquo moueat ſemper alterum & cætera. } Nam quãdo mouens per medium aliq̃d moueret/aliquid alterum, tum neceſſe eſt eſſe, primum quod ſeipſo moueat, ne in infinitum procedamus ponẽtes medium ſemper ante medium. Nunc autem utitur aliquo pro alio mouẽte quãquã prius dixerit/& quod ſeipſo mouet aliquo mouere. Proinde in his duo mihi occurrunt dubitanda. Vnum quomodo abſurdum dixit non eſſe aliquod primum mouens neq; ultimum, ſiquidem nos fatemur elementis inuicem/ & mutuo ſeſe ꝓducentibus non eſſe aliquod primo mouẽs, aut ultimũ, ſed in infinitum motum eſſe circulo circũductum. Ex terra aqua, & ex aqua aer, & ex aere ignis, & ex igne rurſus aerem, & terram fieri didicimus/ in libro de ortu /ac interitu rerum. Secundo aliquis dubitaret quomodo omne quod mouetur/dicitur à primo quod ſeipſo mouet, agitari & moueri, ſiquidem elementa ſic ſe habere dicimus/ut unum ab altero uiciſſim circulo moueri dicimus naturaliter, & non uelut animalia mouẽtia inter ſe. Niſi ergo ad ambas dicendum ſit dubitationes qđ unum elementum ex alio mutuo fit uelut ex materia, & ſic reuertitur ueluti circulus eorum ortus. Nam ex aqua aer, non qa aqua efficiat aerem/ aut moueat, ſed quia mutať aqua in aerẽ. Nunc autem ratio quærit, mouens quod efficit moueri/id qđ mouetur uelut in his quæ mouentur: & mouent ſecundum locum, in quibus neceſſe eſt, aliquid primum eſſe mouens/& ultimum quod mouetur, & primo mouẽs ſeipſo mobile, ne in infinitum ratio abeat, omne mouens extrinſecus/& ipſum moueri ab alio dicens, ſed hoc quidem ultra determinandum eſt. ſed perſequamur cætera contextus.

Tex. 36. Poſtea autem quę dicta ſunt, & ſic conſiderãtibus, accidet hęc eadem. ſi enim ab eo quod mouetur, mouetur omne quod mouetur, aut hoc rebus ipſis ineſt ſecundum accidẽs (vt moueat quidem id quod mouetur, non tamẽ ꝓpterea quod mouet ipſum ſemper) aut non, ſed per ſe. Primũ igitur, ſi ſecundum accidens, non eſt neceſſe moueri id quod mouetur. Si autem hoc eſt, manifeſtum eſt, quod contingit aliquando nihil moueri eorum quæ ſunt. non enim neceſſarium eſt accidens, ſed contingit non eſſe. ſi ergo ponamus poſſibile eſſe, nullum impoſſibile accidet, falſum autem fortaſſis. ſed motum non eſſe, impoſſibile eſt. oſtenſum enim eſt prius, hoc, quod neceſſe eſt motum ſemper eſſe.

Hoc argumẽtum, ut Alexan. tradit, quibuſdã uiſum eſt ſeq argumentũ poſt ipſum quod demõſtrat, quod eius q̃d eſt mobile ſeipſo aliud eſt q̃d moueť, & aliud mouens ĩmobile cuius argumenti eſt principiũ. At uero ſi oportebat ꝯſiderare prius cãm motus & principiũ. Videtur. n. hac ratione ſequi demonſtratio hoc primũ mouens ĩmobile eſſe hunc finem hñs. Item ſiquidem totum hoc mouet idem aliud eius mouebit, & aliud mouebitur, igitur b/a ſeipſo mouebitur, & ab ipſo a. Hęc aũt uidetur ſequi/quod nunc dicitur. { Poſtea quæ dicta ſunt/& ſic conſiderantibus/& cætera. } Nam prius præparat per hęc ea quę ſunt per illa oñſa, quocirca etiam quidã putãt illa prius ſcripta/& prius legenda eẽ, tamen ſi ſeruetur ordo ſcriptus, q̃d quidem rectius eſſe etiam Alexã. indicat, promittit alio modo demonſtrationis idem oſtendere/quod prius diximus, quia in his quæ mouentur/& mouent primum mouens eſt ſeipſo mouens, ſed interponit quod primum ſimplr mouens neceſſe eſt, ut ſit omnino ĩmobile/& ſic copulat ſermonem de mobili à ſe ipſo cum ſermone de primo motore/non ſimplr mouentium, ſed eorum quæ poſtquam mouentur & ipſa mouent. Vbi q̃ritur aliquis modus motus in ipſo/& oſtendens quod mouens in ſeipſo immobile mouet. Vel etiam hoc oſtendit /aut potius etiam ſimul oſtendit, cum eo quod principium motus, aut eſt immobile, aut ſeipſo mobile eẽ. Hoc autem una demonſtrať, cum oñdat non omne q̃d mouetur ab aliquo extẽrno moueri, eodem etiam ab alio extrinſecus moto. Hoc autem iam oſtenſum eſt aliis argumẽtis. Oſtendit etiam nunc modo ex cõſecutione/& diuiſione deſtructiuo utens. Et eſt argumentũ tale. Si omne q̃d mouetur ab aliquo extrinſecus moto, aut ꝑ accñs motum mouet, aut per ſe, ſed per accñs motum mouet, quãdo non quia moueť mouet, ſed contingit & moueri ipſum mouendo/& nõ moueri, ſi ergo neq; per ſe, neq; per accñs omne quod mouet ab aliquo/extrinſecus & ipſum moueť, ut demõſtrabit, patet quod nõ oẽ quod moueť ab aliquo moto extrinſecus ab alio mouetur, ſed q̃d moueť ab aliquo oĩno moueť, uel ſeipſo mobile, uel ĩmobili primo mouente, & ſi ab aliq̃ extrinſecus primo mouẽte mouereť quod moueť immobile eſt mouens, ſi uero à nullo externo primo motum moueť ſeipſo mobile erit. Quod uero neq; per accñs poſſit mouens moueri ſic oſtendit. Si mouẽs per accñs moueret id q̃d moueť, & non per ſe/& ipſum moueť, nõ ex neceſſitate moueť mouẽs, quod ſi nõ ex neceſſitate põt/id q̃d ꝑ accñs moueť, & ſic mouẽs nõ moueri aliqñ. Si ergo ſtatuamus cõtingẽs fieri ad actũ peruenire, & hoc eſt q̃d per accñs moueť aliqñ non moueri mouens, falſum ſequi põt, ſi oõdũ tñ id q̃d non moueť moueret, qñ etiã poſitio ſit falſa, nõ tñ impoſſe eſt nõ motũ moueri. Etenim poſitio q̃ aſſerit moueri per accñs, qa nõ ſequiť ex poſſibili ĩpoſſe (ut in analyticis diximus) nõ ponit impoſſe oõ moueri, ſed poſſibile. Si ergo poſito hoc nõ moueri mouens ſequiť aliqđ impoſſe, ut non eſſe motũ, itaq; poſitio mouẽdi per accñs non põt affirmari. Equidẽ ſequitur ut nõ ſit motus, quia oẽ qđ moueť ab aliquo/q̃d moueť diciť moueri, & ſi per accñs poneret motum. Si. n. non moueret mouẽs, neq; moueret ob põnem dicẽtem omne q̃d mouetur moueri ab aliquo quod mouetur, qđ ſi non fuerit mouens, neque motum erit, & ſi non fuerit quod mouetur, neq; ſupererit motus, quia in eo quod mouetur motus ẽ. Sed nõ eẽ motũ eſt impoſſibile. Oſtenſum. n. eſt/& manifeſtũ q̃d ſemꝑ motus eſt. Illud aũt { Falſum aũt fortaſſis } Alexan. tradit dictum eſſe, qa nõ neceſſe eſt ſi falſa ſit ꝓpoſitio/&

Com. 15.

tio,& concluſio ſit falſa. Oſtenſum enim eſt quod ex falſis aliquod uerum ſequit/& concludatur. Niſi forte non per hoc nũc ꝓ oponitur illud { fortaſſis, } Sed quia per accidens ponebat moueri id quod mouet. Sed ſumptum eſt non motum, falſum quidem eſt aliquando ſumptum ſi forte accident/ut moueat, non tamen eſt impoſſibile, quia per accidens poſitum eſt moueri, poteſt etiam interdum non moueri.

Tex. 37. Et rationabiliter hoc accidit. tria enim, neceſſe eſt eſſe, qđ mouetur, & mouens, & id quo mouet. Id igitur quod mouetur, neceſſe eſt quidem moueri, mouere autem, nõ neceſſe eſt. id autem quo mouet, & mouere & moueri. Pariter enim mutatur hoc, ſimul & ſecundum idem cum eo quod mouetur exiſtẽs. manifeſtum autem eſt, in mouentibus ſecundum locum. tangant enim ſe inuicem, neceſſe eſt, ſic vſque ad aliquid. mouẽs autem ſic vt ſit nõ id quo mouet, immobile. Quoniam autem videmus vltimũ, quod moueri quidem poteſt, motionis autem principium non habet, & quod mouetur quidem, ab alio autem, ſed non a ſeipſo, rationabile eſt (vt ne neceſſariũ dicamus) & tertium eẽ quod mouet quidem cum ſit immobile. Quapropter & Anaxagoras recte dicit, intellectum impaſſibilem inquiens & immiſtum eſſe, quoniam motus principium, ipſum facit eſſe. ſic enim vtiq; ſolũ mouebit, cum ſit immobilis, & vincet cum ſit immixtus.

Com. 36. Cum confutaſſet ſermonem dicentem, quod omneq̃d mouetur, & ipſum per accidens ſic mouet, decorum erat proficiſci ad oſtendendum quod neq; per ſe motum mouens mouet, primum uniuerſam poſitionem euertit quę erat ante diuiſionẽ quæ fiebat, in id quod eſt per accidens/& per ſe. Erat autẽ poſitio dicens omne mouẽs & ipſum ab alio motũ mouere. Deſtruit autem ipſam oſtendens quod ante ſic mota/& mouẽtia, eſt aliquod immobile, quod ſic mouet. Et tandem uniuerſe demonſtrat quod non omne mouens motum, & ipſum mouet, quia oſtendit, quod conſentaneum eſt primum mouens immobile eſſe, & quod eſt quod mouet immobile. Hoc autem oſtẽdit, accipiẽs quod neceſſe eſt tria eſſe in motu, quod mouetur, quod quidem manifeſte uidetur, & mouẽs. Nam omne quod mouetur ab aliquo mouẽte mouetur, & medium inter utraq; quo mouet motor. Ponitur enim quod omne mouens aliquid & mouet id motũ, & aliquo ideſt quo mouet. Cum ergo hæc tria ſint, quod mouetur à mouente, neceſſe eſt moueri, non tamen & mouet. Non enim ſi quid mouetur neceſſe eſt, ut hoc aliud moueat. Nam ultimum quod mouetur, nempe mouet, ſed non mouet aliud. Illud autem quo mouet mouens, neceſſe eſt moueri/& mouere. Nam per aliquid mouens tertium mouet, quod non moueret, niſi primum cieret ac agitaret, id quo mouet. Nam qui lapidem baculo, uel per mediũ quod eſt baculus mouet, primo baculũ mouet/atq; ciet. Intermedia enim inter primum mouens, & ea quæ mouentur neceſſario mouẽt & mouentur. Et neceſſitatem ipſe oſtẽdit dicens. Nam hoc ſimul mutat, ſimul etiam ſecũdũ idem, ei quod mouetur. Quod enim proxime mouet id eo mouet quia tãgit, & cum tangit neceſſe eſt, ut ſimul mutetur/cum eo quod mouetur ab eo, ut demonſtrauit libro ſuperiore, quod ſi ſimul mutatur, patet quod & ipſum mouetur, & quod non ſolum ea quæ ſecundum locũ proxime mouentia tãgunt ea quæ à ſeipſis mouentur, ſed etiã alia quæ alijs mouentur motibus, demonſtrauit hoc libro ſuperiore. Nunc autem uelut in manifeſtioribus mouentibus ſecundum locum cenſet conſiderandum idem eſſe. Adiecit autẽ uſque quo ſeſe mutuo tangant mouentia, & mota ſecũdum locum, per ea quę impellunt & proijciunt, ac ꝓijciuntur. Nam proijciens ex neceſſitate tangit protectum/& ſimul mouetur cum eo, non tamẽ ſemper adeſſe ſimul cum ipſo atque ſimul mutare/cum illo poteſt. Nam poſt ꝓiectionem atq; poſteaq̃ dimiſerit protectum, non amplius iacẽs tangit protectum, ſed tangit illud aer qui fert illud. Cum ergo duo ſint uidelicet ea q̃ mouentur, & id quo mouet mouens, quod quidẽ motum mouet, oportet etiam eſſe & mouens non ſic uelut id quo mouet motor, quod quidem motum mouet, ſed ſolum immobile, ut erat quod ſolum mouetur quod non amplius mouebat aliud. Cum enim ambo ſint ſimul mouens, & id quod mouetur/in modo quod ſimul mouetur & mouet, ſi eſt per ſe & ſeorſum quod mouetur, ut non aliud moueat, conſentaneum eſt, & reliquum quod ſolum mouẽs/non amplius moueatur. Et conſentaneum eſt/quod ſi mediũ ambobus participat/& ſimul mouetur ex mouẽte & moto, & eſt alterum à ſimplicibus, ex quibus componitur per ſe, cõſentaneum & alterum eorum in cõpoſitione ſimplex eſſe, & per ſe. Vtrunque enim extremorum ex quibus medium fit, conſentaneum eſt eandem habere proportionẽ ad medium. Vt enim in mixtionem uini, & mellis, quoniam eſt per ſe mel, neceſſe eſt, ut unum ſit per ſe, ſic etiam in mouẽte, & eo quod mouetur, conſentaneum eſt/ſi alterum eſt per ſe/etiam alterum per ſe eſſe. Cõſentaneum autem & ſi neceſſarium non ſit, dixit, quia ex conſequentia uidetur concludere dictum/& non ex demonſtrandi neceſſitate. Niſi forte etiam neceſſarium ſit hoc quod cum fuerit aliud eorum quæ ſunt in mixtione per ſe alicubi, oportet etiam eſſe alterum per ſe, niſi ergo aliquis in elementis orationis intelligeret, quod uocalia ſunt per ſe prolata, ſed conſonantes appellatæ per ſe non habent aliquam naturam prolationis, aut uocalitatis, ſed compoſitæ cum uocalibus etiam ipſe dant uocem/& uocalitatem, ut ita dixerim, habent. Diligenter igitur Ariſto. dixit. Conſentaneum & non neceſſarium, quia plurima ſic ſe habent, & in paucis euariat. Confirmat etiam probabili fide primum mouẽs immobile eſſe laudans opinionem Anaxagoræ, qui cum mẽtem primum mouens ſtatuiſſet, eandem immobilem atq; immixtam/& ſimplicem ſtatuit, tanquam ſic ſolum poſſit primum mouens cæteris imperare, quod ſi immobilis eſt, nimirum etiã expers affectiõis eſt. Si.n. mota moueret, aut per ſe, aut per accñs mota, quorũ illud ꝑ accñs cum oñdat nõ poſſe accidere, q̃a ſequit ut funditus motus deſtruat, q̃d uero neq; per ſe poſſit moueri deinceps demonſtrabit.

At vero, ſi non ſecundum accidens, ſed ex neceſſitate mouetur mouens, ſi autem non moueatur non vtique mouebit, neceſſe eſt mouens quatenus mouetur. aut ſic moueri vt ſecundum eandem ſpeciem motus, aut ſecundum alteram. Dico autem, quale eſt aut calefaciens & ipſum calefieri, & ſanans ſanari, & ferens ferri, aut ſanans ferri, ferens autem augeri. Sed manifeſtum eſt, quod impoſſibile eſt. oportet igitur vſque ad indiuidua diuidentem, dicere. vt ſi quid docet geometrice operari, hoc docet geometrice operari ſecundum idem. aut ſi proijcit, proijci ſecundum eundem modum proiectionis. Tex. 38.

Cum contradixiſſet poſitioni aſſerẽti oẽ mouẽs moueri, & abſolute ꝯfutaſſet eam, q̃a non oẽ mouẽs per accñs mouet, & per mediũ q̃a oñdit ꝯſentaneũ eẽ, ut aliq̃d mouẽs ſit imobile, q̃d q̃dem paulopoſt demrõne ꝯfirmat, ꝓficiſcitur ad alterum diuiſionis dicẽs ſectũ. Si oẽ mouẽs mouet motũ, aut ꝑ accñs motũ mouet, aut per ſe, quorũ illud per accñs oñſum eſt non poſſe fieri/quia tolleretur motus, quod ſi non per accidens, ſed ex neceſſitate inquit mouetur mouẽs, perinde ac non moueret niſi moueret, quibus indicauit, quid per ſe ſignificet, quia illud ſic ex neceſſitate. quod ſi non moueretur, non moueret, indi- Com. 37.

cat, ex quo & illud per accidens quale ſit indicat, quod non neceſſe eſt, ſi nō moueatur non mouere, ſed tale poteſt mouere, & non moueri. Oſtendit aũt quod neq; neceſſitate, ideſt neq; per ſe motum mouens mouet diuidẽs q̃d eſt per ſe motum, & ſic mouens in ea q̃ ferunt eadem ſpecie motus, ut ſanum ſanari, & in ea q̃ non eadem / ſed diuerſa, ut ſanum ferri, & q̃d fert augeri. Et cum ambo oñdiſſet hæc fieri non poſſe, habet ꝓcluſum reliquum, q̃d neq; per ſe oĩno mota mouentia mouent.

» Illud autem {ſed manifeſtum eſt quod impoſſibile eſt,} ꝑſertim adductum eſt contra illum qui aſſerit mouens eadẽ mouere & moueri motus ſpecie, quod eſt manifeſtum ex hoc.

» {Oportet. n. uſq; ad indiuidua diuidẽtem dicere & cætera.} quæ in mouentibus & motis, quadrãt q̃ mouentur eadem ſpecie motus. Per hoc medium demõſtrabit fieri non poſſe, ut idẽ alia ſpecie motus moueat, & alia moueatur. Nam demonſtrabit quod etiam hoc procedet / in his quę mouent / & mouentur eadem ſpecie motus. Sed abſurdum eſt in eo quod mouet / & mouetur eadem ſpecie. Sed in indiuiduis inquit hoc maxime elucet. Si enim docens geometriã eandem quam docet diſceret, et impellens quãdo impellit eodem modo impulſus impelleretur, ſequitur aliquod abſurdum, ut contraria ſimul ſint, q̃d paulopoſt adducit Si. o. docens ſimul / & diſcit idem, habet ſimul ſcientiã euſdem & non habet, & impellens ſimul aut ꝓijciẽs ſi fuerit / & ꝓiectum eadem ſpecie, ſimul nimirum erit quod eſt actu, & quod eſt potentia. Nam proijciens agit ſecũdum ſpeciem, & proiectum patitur / & aliud proijci poteſt, & aliud proijcere poteſt. Sed dixit uſq; ad indiuidua oportere diuidentẽ dicere, ubi non de indiuiduis proprie dicit, ſed de his ſecundum ſpeciem tanquã à genere diuiſis motis / & mouentibus ſm ſpeciem. Hæc. n. exempla. Si quis docet geometriam, is didicerit eãdem, aut ſi proijcit eodẽ mõ proiectionis, proijciatur, indicat eſſe ſpecies motus / cum etiam ſint.

Aut non ſic quidem, ſed ſecundum aliud ex alio genere. vt quod fert quidem augeri, quod autem hoc auget, alterari ab alio. quod autẽ hoc alterat, ſecundum alium quendam moueri motum. ſed neceſſe eſt ſtare. finiti enim ſunt, motus ipſi. Rurſus autem reflectere, & alterans dicere ferri, idem facere eſt, ac ſi mox dicat ferens ferri, & doceri docens. manifeſtum enim eſt quod & a ſuperiore mouente mouetur, id quod mouetur omne, & magis a primo mouẽtium. At vero, hoc quidem impoſſibile eſt. docens enim accidit diſcere, quorum hoc quidẽ non habere, illud autem habere ſcientiam neceſſarium eſt.

Com. 38. Cum ex predictis exemplis oſtendiſſet conſequens abſurdum eſſe quod ſequitur ex poſitione dicẽte omne mouens moueri eadem ſpẽ qua mouet, & adducturus paulopoſt cõmune abſurdum, ad alterum ſeſe traducit incõmodum contra illum qui affirmaret omne mouens moueri, ſed non eadem ſpẽ motus qua mouet, ſed alia ut ſi a / ab ipſo b / feratur, & b ferens augeretur ab ipſo g / & g / augens b / alteraretur ab ipſo d / & d / aliquo alio motu ab alio moueretur. Et oſtẽdit, quod etiam ipſa poſitio tranſmutabiẽ in eam ante hanc, dicentem omne quod mouetur moueri eodẽ motu quo mouet. Producit autem rõnem dignitate dicente nitens, finitæ eſſe, & nõ infinitæ ſpecies motus. Nã motus erãt in tribus qualitate, quãtitate, ubi. Et in unoquoq; horum ſpecies indiuiduæ finitæ ſunt. Non enim infinitę ſpecies motuum ſecundum locum, neq; inanimatorum, neq; animatorum. Nam determinati ſunt loci ſiquidem ſex, & adhuc animalium differentię, ſiquidem ſex, & adhuc animaliũ lationes, ut uolatus, natatio, & pedeſtriũ ambulatio, reptio, uolutatio, & talia. Determinatæ ſunt quoq; alterationes, ſiquidẽ & qualitates. Hæ autem ſiquidem ſenſibiles, & ſenſus ſunt cognitiones finitorũ. Item auctiones & incrementa, quia non eſt in infinitum augeri. Ipſum igitur mouẽs d / quod mouet g / aut nõ amplius mouebit, ſi hæ ſolum erunt ſpẽs motus, quia oportet mouens alia ſpecie motus moueri à qua mouet, neq; in aliã ſpeciem erit mutatio præter dictas, & ſic aut mouebit nõ motum, aut neq; mouebit, quod ſi neq; hoc mouet, neq; poſt hoc moueret, & ſic rurſus motus deſtrueẽ, uel ſi oportet idem moueri, ut moueat. mouebitur quodam motu quo mouebatur ante hunc, & rurſus redibunt ad eaſdem ſpecies motus, quare d / alterãs g / oportebit ferri ſic forte ab aliquo alio, ut ab e / ſed alterans ferri rurſus dicere ideſt eſt facere quod mouens, aliquid eadem ſpecie motus ſimul moueat, & moueaẽ. Nam a / primũ latum nihil magis ab ipſo b / proxime ipſum mouente mouet, quam ab ipſo e / primo, ſed etiam magis ab illo. Nam oſtẽſum eſſe quod primum mouens, & id quod eſt ꝓximius primo mouente magis mouet, ultima quam proxime mouẽtia, quia etiã ſunt cauſæ, ut hæc moueant, igitur ad idem procedet, & erit ſimul ferẽs, & id quod fertur, ſi a / quod fertur, ab ipſo d / lato & d / ab ipſo e, His autem Ariſtoteles induxit. Atqui hoc fieri nõ poteſt, quia non poteſt ſequi, primo q̃dem quia non poteſt idẽ ſimul eadem ſpecie mouere / & moueri, ut poſitum erat, cum ſimul eſſet atq; in idẽ ueniret contradictio. Sed per media hæc, obijcit dicentibus alia ſpecie mouens moueri. Nam redit eodẽ hæc poſitio quo reuoluitur illa quę eſt de motu ſecundum eãdem ſpeciem, ut oſtenſum eſt, & reliquũ infert cõmuniter cõſequens impoſſibile, quod ſic moueat, & moueatur, uelut per ſe motum mouens mouetur, ſiue eodem motu moueat, ſiue altero. Sed fieri non poteſt, quod mouens actu exiſtens aliquid moueat, & id ſit motũ potentia, proinde ſi idem fuerit mouẽs, & id quod mouetur, erit ſimul habẽs illud quo mouere poniẽ & moueri, et nõ habens. Equidem habet, quatenus mouet, nõ habet autem quatenus mouetur. Doctor enim docet quæ ſciuit, & calefaciẽs, calidus cũ ſit calefacit. Si ſiẽ ergo calefieret, & diſceret, quod calefit non erit iam calidum, & qui diſcit nondũ ſciens, quare ſimul erit in contradictione. Quod ſi quis diceret fieri poſſe, ut calefactum calefaciat, iſte nõ accipit calefactum ſed medium quo calefacit. Nam ſeipſo calidum q̃d etiam præbet cãm calefaciendi intermedijs calefaciendi, cum fuerit actu tale calefacit / aut docet / aut omnino mouet. Cum porro nullũ tale ſit, neq; horum aliquid moueret. Item quæ ſic calefaciunt per accidens mota mouẽt. Non enim quia calefit calefacit, ſed quia habet calorem, fieri ꝓinde poteſt, ut eadem nõ calefacta calefaciat. Et ſic mota per accidẽs. Sed minime ſimul uera eſt contradictio. Niſi fuerit poſitum omne quod mouetur ab eo quod etiam mouetur moueri. Etenim & ſi aliqua moueantur, ab aliquibus quæ mouentur, tamen prima cauſa in his mouentibus, & motis immota mouet.

Amplius autem, his magis irrationabile eſt, quod accidit omne motiuum eſſe mobile, ſi omne quod mouetur ab eo quod mouetur, moueatur. erit enim, mobile. vt ſi aliquis dicat, quod omne ſanatiuum, & ſanans, & ſanabile erit. & ædificatiuum, ædificabile, aut ſtatim, aut per plura. dico autem, vt ſi mobile quidem ab alio eſt omne motiuũ, ſed non ſecundum eundem motum mobile quo mouet propinquum, ſed ſecundum alterum. vt ſanatiuum, diſcibile, ſed hoc, aſcẽdendo perueniet aliquando ad eandem ſpeciem, vt diximus prius. Alterum igitur horum, impoſſibile eſt, alterum autem, figmentum. inconueniens enim eſt, alteratiuum, augmentabile ex neceſſitate eſſe. Non ergo neceſſe eſt, ſemper moueri q̃d Tex. 39. mouetur ab alio, eoq; moto: ſtabitur ergo. Quare aut a quieſcente mouebitur id quod mouetur

primum

primum, aut ipſum ſeipſum mouebit.

Com. 39. Cum primum oſtẽdiſſet modũ à ſpeciebus motus per accidens, et ꝑ ſe / & hũc ab his q̃ eadẽ ſpẽ mouẽt / et mouentur, & ab his q̃ altera ſpecie mouent / & cient, quod nequit omne q̃d mouetur ab altero / & ipſum motum mouere: nunc idem hoc oſtendit uniuerſalius, & ob id magis abſurdum uideri ſic oſtẽſum inquit, quia quæ ſunt uniuerſe oſtenſa ſunt magis neceſſaria, quam ea quę particulari uia oſtenduntur. Si enim inquit omne mouens motum mouet, accidet ut mouẽs quo motiuum eſt / & mobile eſſe, & ſecundum quod mouet moueri, & eadẽ potentia motiuum & mobile eſſe, quod quidem eſt abſurdiſſimum. Si enĩ mouere eſt aliquid facere / & moueri eſt pati. Sed hæc ſimul circa idem / & ſecũdum idem in eodem tempore eẽ non poſſunt, non poterit ergo omne mouẽs motum mouere, & rurſus perſuadet uniuerſale exemplis particularibus, in quibus prius fecit demonſtrationem. Non enim fieri poteſt, ut idẽ ſecundum quod ſanatiuum eſt ſanabile eſſe, & ædificatiuum ædificatile eſſe. Hoc autem accidit dicentibus omne mouens motum mouere, ſed uel illico illis accidit / quãdo ſecũdum eãdem ſpeciem dixerint mouere & moueri, aut per plura, quãdo ſecundum aliam ſpeciem dixerint mouere, ut ſecundum ſanitatem ſanare, & ſecundum aliud moueri, ut alteratione alterari. Et his enim idem accidit iterum, ut idem fateãtur moueri, & mouere ſecũdum idem. Sed differt quia pluribus medijs in idẽ incidunt / cum ſint finitæ ſpecies motus, ut oſtenſum eſt prius, ſi quidem ultimum quod mouet à primo mouẽte magis moueatur, uel à primo. Cum ergo hęc ambo uidelicet ſecundum ſpeciem eandem, & ſecundum alteram, inquit fieri non poteſt aliud, & aliud eſt cõmentitium. Et, ut Alexan. inquit, non hoc dicit, quia figmentum ipſorum non ſit impoſſibile. Nam ambo ſunt impoſſibilia, quia ambo ad idem abſurdum ꝓcedũt. Sed eſt quod dicit, quia eſt impoſſibile utrunq;, ſed illud ultra impoſſibile eſt etiam cõmentitium / & à uero diſſimillimum. Sed idem habent ambo, uidelicet exiſtimare ſecundum aliam ſpeciem motus mouens mouere, ſecundum aliam moueri. Nam abſurda eſt poſitio dicere ex neceſſitate alterans aliquid alterans augeri, & aliter fieri nõ poſſe. Sic quidem Alexã. Niſi forte Ariſto. magis proprie ſubdiuiſerit dicens aliud ſecũdum eandem ſpeciem impoſſibile fieri. Nam pati & facere in idem conuenire nequeunt, ſed illud ſm aliam ſpeciem mouere, & ſecũdum aliam moueri poſſibile erat, ſi nõ finitæ eſſent ſpẽs motus, neq; primũ motum magis à primo mouẽte moto, q̃ à proximo moueretur. Illud autẽ uidelicet ſtatuere finita infinita ſic cõmẽtitium eſt, ut noua apud inferos / & uana loca fingẽs poſſit alium motũ ſemper poſt alium accipere. Sic autem & ꝓducens Ariſto. uſem demõſtrationem, cõcluſionem induxit. q̃d non igitur neceſſe ſit moueri, motum ab alio quod adhuc moueatur, patet q̃d non dicit, quia nõ ſit neceſſe motũ ab alio moueri. Quod. n. mouetur ab aliquo alio oſtẽſum eſt moueri, neque quia ab alio / alio moto / & ipſo mouet. Nam oſtẽdet quod ab ipſo quod ſeipſo mobile eſt mouet, ſed quia nõ neceſſe eſt motum ab aliquo moueri, quod ab alio mouet / & ſic ſemper, quocirca etiam reliquũ concludit, uidelicet primo mouẽs, aut imobile eſſe, aut ſeipſo mobile / et nõ ab alio. Nam & ſi fuerint quædã mota ab aliqbus extrinſecus / quę etiã moueãtur, ut lapis à baculo, qui à manu mouetur, ſed hoc nõ in infinitum ꝓcedet, ſed ſtabit, tãquam non amplius mouens ab alio moueatur, ſed aut immobile eſt, aut ſeipſo mobile. Sed cum oñſum ſit, quod neq; ſm eandem ſpẽm ſemper motum mouens mouet. neq; ſecundum alteram dixit, ut inquit Alexã. primo mouens immobile eſſe, ſiquidem deſtrueretur quod omne quod mouetur / ab aliquo quod mouet etiam moueatur. Sed hoc nõdum accipit / tãquam nõ primo hoc demõſtret. Niſi forte oſtẽſum ſit hoc / quod mouens ab alio motum moueat, ſed nõ hoc ſimpliciter à moto moueri ſequitur / non eſſe immobile ſolum eſſe primum mouẽs, ſed aut immobile, aut ſeipſo mobile, q̃d etiam Alexãder procedens ſciuit. Sed aliquis dubitaret, ut exiſtimo, uidens mutationem elemẽtorum / quomodo impoſſibile ſit / id quod mouetur ab aliquo moto extrinſecus / & ipſo moueri. Quod enim ignis fit / ab igne fit / & cum ipſe ortum trahat ab alio igne / uel ab aere proximo / & attiguo. Etenim oſtẽſum eſt libro de ortu, quod elementa mutuo redeunt a / quaſi in orbem fiunt, ut omne quod mouetur in his quę ſub luna ſunt / ab ipſo moto externo moueatur / cum talis motus procedat ſemper in infinitum circulo, ut etiam ortus, & ſi finitæ ſint ſpecies motus. Niſi ergo dicendum ſit ad hæc / quod nunc ſermo non quęrit materiatã cauſam ortus / qua elemẽta mutuo fiunt, ſed effectricem / qua unũ ab altero fit. Quod igit̃ fit ignis ab igne iam exiñte / & non à quo fit, tum fieri dicit̃, quare nõ ab externo mouetur motore, & ignis tãgendo ab aere applicato per accidẽs, & nõ per ſe. Omne. n. per ſe faciens / ſimile ſibi facit.

At vero ſi oportet etiam conſiderare, vtrum, cauſa motionis ſit & principium, ipſum ſeipſum mouens, an id quod ab alio mouetur, illud omnis vtique ponet. id enim quod per ſe eſt cauſa, ſemper prius eſt, eo etiam ipſo quod ſecundum alterum eſt. Quare hoc conſiderãdũ eſt, ſumpto alio principio, ſi quid mouet ſeipſum, quo modo mouet, & ſecundum quem modum. Tex. 40.

Com. 40. Cum oſtendiſſet quod primum mouens / uel immobile ſit, uel ſeipſo mobile oportet, ſi quidem non ſemper quod cietur ab externo mouetur motore / & ſic mouens, oſtendit per hunc talem ſyllogiſmũ, quod ſeipſo mobile eſt per ſe cauſa motus, ut quod mouetur ab alio / & hac ratione mouens eſt ſecũdum alterum, ſed q̃d eſt per ſe cauſa motus prius / & magis eſt principium / quã ſit illud / quod eſt cauſa per alterum. Quod uero ſeipſo mobile ſit cauſa per ſe mouendi, ſi quidem ex ipſomet facultatem habet mouendi / atq; ut moueatur perſpicuum eſt, ſed quod mouetur ab alio per alterũ / ut moueat eſt cauſa. Q̃d autem quod eſt per ſe cauſa motus magis primarie / ac potior cauſam ſit quam illud, quod per alterum eſt cauſa etiam hoc latiſſime patet. Cum enim quod eſt per alterum cauſa dicatur dupliciter, aut per accidens, aut per aliud, nimirum quod eſt ꝑ accidens, non ſupereſt niſi prius conſiſtat / id q̃d per ſe eſt, neq; id quod eſt per aliud, niſi prius ſubſiſtat id quod eſt per ſe: quare ſeipſo mobile eſt cauſa / & principium mouentium / & corũ quæ mouentur. Sed cum quærat deinceps quomodo hoc moueat ſeipſum ex diuiſione eiuſdẽ in mouens / & id quod mouetur, inueniet etiam & demõſtrabit rurſus primum mouẽs immobile eſſe. Sed aliud principium accipit dicendo / quod omne motum diuiduum eſt, quod oñderat quinto huius tractationis libro non tñ hoc uſus eſt 10 præaceptis, ſed eo dicente omne quod mouetur ab aliquo moueri, & hoc omne quod mouet, aut natura, aut præter naturã moueri. Ob id ergo dixit. { Sumpto alio principio. } Sed quærit quomodo ſeipſo mobile mouetur / & quis modus eſt motus eius inueniẽs ex hoc / q̃d eorũ quæ ſunt, alia ſunt imobilia, alia ſemper mobilia, & alia interdum mota, interdum autem quieſcentia.

Neceſſe igitur eſt oẽ quod mouetur, eſſe diuiſibile, in ſemper diuiſibilia. hoc enim oſtẽſum eſt prius, in ijs quæ vniuerſaliter de natura, quod oẽ quod per ſe mouetur, continuum eſt.

Com. 41. Quinto huius negotij demõſtrauit, oẽ q̃d cietur per ſe continuum eſſe ac diuiſibile. Eodem oſtẽſum fuerat / q̃d agitat̃ & mouetur / neq; in eo eſſe ad q̃d tẽdit, neq; in ipſo adhuc, ex quo ꝓficiſcitur & diſcedit, ſed partim in hoc / & ꝑtim in illo. Et tali diuiſioni ſubiãcet. Hoc igit̃ principiũ mõ facit q̃ſtionis de illo, q̃d ſeipſo mouet. Sed hunc ſyll̃m formare poſſumus. Sed dixit { hoc oſtẽſum eſt prius } in his quæ uniuerſaliter de natura, } ubi primos quinque huius tractationis libros citat, cęteri uero tres ultimi ſunt de motu.

Impoſſibile igitur eſt, ipſum mouēs ſeipſum, penitus mouere ipſum ſeipſum. Feretur enim totum & feret ſecundum eādem lationem, vnum exiſtens & indiuiduum ſpecie. & alterabitur, & alterabit. quare docebit vtique & docebitur ſimul, & ſanabit & ſanabitur ſecundum eandem ſanitatem.

Com. 42. Eudemus quidem prius/cum narret quod ſeipſo mouens à Platone aſſignatum eſt, primum diuidit modos quibus cōtingit aliquid ſeipſo mobile dici/ſic ſcribendo. Aut enim uniuerſum/agitat uniuerſum, aut pars uniuerſum, aut econtra, aut pars partem. Sed mouere dicimus primo quod ſeipſo mouet, & non altero, & illud quod per ſe, & non per alterū. Et ſic tres modos ſigillatim deſtruens oſtendit ſolum ſeipſo mobile poſſe dici, quod partim mouet, & partim mouetur/ & hoc habere in ſeipſo aliquod immobile/quod per ſe mouet, & aliud qđ mouetur. Sed Ariſto. non prius accepit hanc diuiſionē, ſed procedens ponit ipſam breuiter, quando dicit. Nam ſi totum mouetur ipſum à ſeipſo, aut ab aliquo eodem mouetur, aut totum à toto. Nunc autem ſtatim unumquęq; pertractās modum ſequentia abſurda demonſtrat. Et primum totum à toto ſeipſo moueri exemplis indicans deinde quod fieri nequeat oſtendit. Hæc ſunt exempla. Nam inquit ſi totum ferret, & ferretur eadem latiōe unum exiſtens, & indiuiduum ſpecie, aut alteraretur/& alteraret, ut doceret/et diſceret ſimul/& ſanaret/& ſanaretur eadem ſpecie ſanitatis, quæ quidē Eudemus nominibus apertiora fecit/ſic ſcribens. Num fieri poſſit/inquit/ut totū ferat totum humeris/& ſimul idem/& unū humeris ferri, & eſſe in humeris/& habere. Vel hoc quidem fieri non poteſt. Sed calefieri totum à toto, & quomodo. Nam calefaciēs calefacit calidum exiſtens, ſed quod calefit in calidum mutatur, ſed ad qđ mutatur nōdum eſt illud, at ſimul aliquid calidum eē/ atq; nō calidum fieri non poteſt. Sed huic { unum exiſtens } adiecit Ariſto. { Et indiuiduum ſpecie, } aut ſicut dicit Alexā. & idē dictum eſſe de illo quod mouetur, ut unum exiſtēs etiam dicitur quaſi ęquale ſit huic/unum/hoc in indiuidua ſpecie. Quod enim eſt in ſpecie indiuidua eſt/unum numero. Vel hoc de eo quod mouetur dictum eſt, ſed illud indiuiduum ſpecie de motu, ut ſic intelligat illud deinceps mouebit/ & mouebitur unū exiſtens eadem latione/& indiuiduum ſpecie. Cum igitur hæc Alexan. dicat forte melius eſt dicere, quod hæc ambo unū exiſtens, & indiuiduum ſpecie intelligēdum eſſe de mobili ſeipſo toto, ſed illud indiuiduum ſpecie, indicat quomodo dictum ſit, illud unum exiſtēs. quia non numero unum, ſed ſpecie unum, ubi indiuiduum pro uno ſumptum eſt. Quod enim eſt totum ferens ſeipſum/& totum quod fertur, & alterans/& alteratum ſpecie unum eſt, ſed non numero, ut qui inſtar Chamęleōtis/ ſi forte fuerit indiuiduus ſeipſum colorarer. Sed nota quomodo Alexander inquiat id quod eſt in ſpecie indiuidua unum numero eſſe. Nam fatetur id quod eſt in indiuidua/unum ſignificare, aliud tamen aſſero unum numero eſſe, & aliud ſpecie/& ſecure Ariſto. indicaſſe dixi/ quomodo protulit unum exiſtēs, quia non numero, ſed ſpecie. Idem autem & pauloante ſignificauit dicens. Nam oportet uſq; ad indiuidua diuidentem dicere, ubi etiam indiuidua ſpecies inquit, ſed non determinata numero. Sed bene ſanare/& ſanari eadem ſanitate dixit. Si enim aliud erit ſanans, & aliud quod ſanatur, profecto alia erit ſanitas in operante, & alia in eo quod patitur. Sed quoniam idē eſt ſanans/& id quod ſanatur, & ſanitas una/& eadem erit. Hoc autem abſurdum erit eandem eſſe agendi/ & patiendi, quod quidem deinceps apertius facit.

Amplius autem determinatum eſt, quod mouetur, id quod mobile eſt. hoc autem eſt potentia cum mouetur, non actu. Quod autem potentia eſt, ad actum pergit. Eſt autem motus, actus mobilis imperfectus. mouens autem, iam actu eſt. vt calefacit, calidum, & omnino id quod habet ſpeciem, generat. Quare ſimul, idem & ſecundum idem, calidum erit, & non calidum. ſimiliter autem, & aliorum vnumquodq;, eorum quę neceſſe eſt mouens habere vniuocum. Eius ergo quod ſeipſum mouet, hoc quidem mouet, illud autem mouetur.

Cum oſtendiſſet rationem/aut ſermonem dicentem totum à ſeipſo toto mouere/quā maxime à uero abhorrere, nunc qđ etiam impoſſibile ſit hoc/ut prædixit/oſtendit. Demōſtrat autem idem ſibi accōmodans motus/& eius quod mouet definitionem. Nam quod mouet appellamus mobile, & adhuc potentia exiſtens/& ad actum perfectum tendēs, quia motus & ſi actus mobilis ſit, tamen imperfectus actus eſt, quia q̄d mouetur adhuc in potentia eſt, at qđ mouet actu eſt. Quod enim calefacit actu calidum eſſe oportet/& impertiens aliquid alteri/quod q̄dem generat, ut dixit, quo fit/ut oporteat prius id q̄d impertit/atq; confert. Cum ergo hæc pateant/ſi totum aliquid à ſeipſo toto calefieret, quatenus calefacit, iam actu calidū eſt, ſed quatenus calefit/& calidum eſſe tendit, hoc ſolum potētia habens/ nōdum calidum eſt, quare ſimul idem/& ſecundum idem erit calidum/& nō calidum, quod haud fieri poteſt, cum cōtradictio ſimul uera eſſe nequeat. Sed ut in calido, ſic etiam in alijs motibus, in quibus mouens uniuocū obtinet ſibi/id q̄d mouetur, ut ferens efficit ferri/& augēs augeri/ & ſciens diſcit, neceſſe eſt, ut contradictio ſimul uera ſit, ſi aliquid idem à ſeipſo moueretur, quod ſi hoc fieri non poteſt, & neq; poteſt aliquod totum à ſeipſo toto moueri. Sed concluditur in ſecunda figura ſic impoſſibile. Omne quod mouetur/ ſm quod mouetur eſt imperfectum, ſed nihil mouens quatenus mouet imperfectum eſt, ergo nullū mouens quatenus mouet mouetur. Sed producēs rationem de calido Ariſto. ſubiunxit. { Similiter autem & aliorum unūquodq;, quę neceſſe eſt mouēs habere uniuocum, } ideſt ad uniuocum ducere/id quod mouetur ab ipſo, ut calefaciens/ cum ſit actu calidum/efficit id quod calefit, & qui docet/iam ſciens docet/atq; efficit quempiam peritum. Hoc autem dicit, quia non omnia quæ agunt ſimilia/ipſiſmet agūt. Nam ferula facit cicatrices, ſed ipſa has habet. Diuidit autem Theophraſtus tertio Phyſicorum/uel de cœlo quæ fiunt ſic. Aut enim à ſimili inquit fiunt, ut homo ab homine, & calidum à calido/aut à contrario, ut uidemus fulmina/& coruſcationes. Nam à frigiditate ortus ignis in aere fit/cum ſeſe colligat in unum calor in illis/& accēdatur, aut tertium ab eo quod eſt actu, ut etiam cicatrix quippe quę fit ab ipſa ferula exiſtente actu, neq; ſimilis exiſtens ei quod fit neq; contraria. Item ea quæ fiunt à ſole ab eo quod actu eſt, profecto fiunt. Etenim ipſe ſol/neq; ſimilis/neq; cōtrarius, eſt his quæ fiunt ab eo. Sed notat Alexāder/quod dicuntur fieri ab actu ea quæ fiunt à ferula, pro hoc ab actu/& plaga. Et patet quod etiā omnia alia, quæ fiunt ab actu fiunt, ſiue actu ſit quod eſt, ſiue actum indicet entelechia. Niſi ergo ut alia, & proprio charactere deſignata/& hæc ſolum agere dicantur habere ſic nominauerit ipſa. Sed cenſeo inſtandum eſſe, contra diuiſionem eorum quæ agunt/& fiunt. Niſi forte omnia per ſe efficientia/ & q̄ fiunt naturaliter ſimilia efficiat/& fiant. Nam ex contrarijs, ut ex materia fiunt omnino ea quæ fiunt/& prodeunt, ſed ex contrarijs uelut ex efficiētibus cauſis/nihil fit per ſe. Contraria enim mutuo agunt, nec fit contrarium à cōtrario, ſed ſimile. Et hoc etiā Ariſto, uidetur/quippe qui primo de ortu, atq; interitu elementorum/ſic ſcribit. Quocirca & conſentaneum eſt/iam ignem calefacere/& frigus frigefacere, & oīno effectiuum ſimile ſibi patiens, agens enim & quod patitur cōtraria ſunt, & ortus eſt ad contrarium, quare neceſſe eſt, ut patiēs mutetur in id quod agit. Et ignis ab igne per accidens fit/& non per ſe. Non enim qua frigus efficit calorem, ſed qua frigus denſat/& connectit Com. 43.

perfecte

perſecte ignita ſparſa/& mutuo diſtãtia/& magis, ut accedã-tur efficit, cum tranſmutet ea quæ ſunt propinqua ad ſeipſa, & ferula per ſe ſimilem ſibi typum imittit/aut infligit ei qui uer-beratur/ui impulſa per motũ. Sed cicatrices per accidens ad-ueniunt ruptis membris/& quibuſdam relictis ueſtigijs/& in fuſo ſanguine intus. Si ergo hæc uera ſunt, uidetur Ariſtoteles dicere illud { unũquodq; eorum q̃ neceſſe eſt/mouẽs hr̃e uni-uocum, } pro his quæcũq; per ſe mouent, uelut à ſigno uniuo co indicans idem. Et in his uolens cõtradictionem ſimul uerã eſſe, ſiquis aſſereret aliquid idem à ſeipſo moueri, ſed nõ in his quæ per accidens mouent/& mouentur. Sed cum oſtendiſſet quod fieri nõ poteſt, ut aliquid ſit hoc modo ſeipſo mobile, ue-lut totum à toto moueatur, concluſit. quod ſi quidem eſt ali-quid omnino ſeipſo mobile, neceſſe eſt, ut aliqd eius moueat, & aliud moueatur.

Tex. 41. Quod autem non eſt ipſum ſeipſum mouens, ſicvt vtrunque ab vtroque moueatur, ex his manifeſtum eſt, neque enim erit primum mouens vllum, ſi vtrunque, vtrunque mouebit. quod enim prius magis cauſa eſt mouendi q̃ ſequens, & mouebit magis. Dupliciter enim mouere eſt, aliud quidem idipſum quod ab alio mouetur, aliud autem ſeipſo. Proximius autem eſt, quod longius eſt ab eo quod mouetur, principio, q̃ quod in medio eſt.

Com. 44. Cõcluſit quod ſi eſt aliquid ſeipſo mobile, neceſſe eſt, ut aliquid moueat, & aliquid eius moueatur, rurſus dedit nobis uiã intelligendi, huius etiam diuiſionem. Si enim aliquid mouet, & aliud mouetur, aut pars mouet/& totum mouetur, aut totum mouet, & pars mouetur. Diuidit autem hoc etiã Eudemus ſic. Mouens enim inquit pars, aut ſeipſa mobilis mouebit/aut mota, ſed ſiquidem immobilis eſt/quod uolumus oſtendimus, q̃d ſeipſo mobile componitur/ex eo quod mouetur, & ipſo imo-bili mouẽte, ſi uero pars mouetur/& mota mouet, quia omne quod mouetur/ab aliquo mouetur, & hoc ab aliquo mouebi-tur, ſed illud nõ poteſt eſſe aliquid extrinſecum. Non enim amplius à ſeipſo diceretur moueri totum, ſed ab alio mouẽte, à q̃ igitur eorum quæ ſunt in ipſo/per ſe mobili mouebitur, uel er-go ab aliqua ſui parte mouebitur ea pars quę mouet, uel ab eo quod mouetur, et hoc rurſus mouens/uel immobile mouet, & erit primum mouens immobile/aut mouetur, & iterum aut à ſui parte, aut ab alio quod mouetur, ſemper ſic deſtruentes in-quit Eudemus/perueniemus aliquando ad primum mouẽtia. Hæc autem erant, quæ non aliquo mouebãt, ſed uniuerſa uni uerſis mouebant. Non enim fieri poteſt, ut ipſa ablatio/& de-ſtructio abeat in infinitum. Non enim mouerentur/non exiſtẽ te primo. Sed oſtenſum eſt/quod totum à toto, ut à ſeipſo moueri non poteſt: quare neceſſe eſt/quod primo mouet immobile mouere. Si ergo Eudemus diuidit. Sed Ariſt. primũ deſtruit partẽ aliquã mouere, & aliquã moueri ſic, q̃re & qđ mouetur mouere rurſus mouens ipſum, & mouens moueri ab aliq̃ moto ab eodem. Sic enim accidit utrũq; ab utroq; moueri/uideli-cet ab eo quod mouetur ab eodem, & à ſeipſo. Si enim a/mo-uet b/& b/mouet a, igitur & a/mouetur à ſeipſo, & magis/uel ab ipſo b. Nam magis ab ipſo primo mouente mouetur motũ quam à proximo, ut oſtenſum eſt prius. Hanc igitur hypotheſim primam confutat Ariſtoteles ipſam deducens ad impoſſibile/quod non eſſet primum mouens, ſi fuerit mouens aliud ipſorum, & aliud motum ab illo. Nam oportebat non totum ſe-ipſum mouere, ſed aliud quidem eſſe primo mouens, & aliud ab illo motum. quod uero nihil erit primo mouens/in ipſo ſic per ſe moto, oſtendit ex hoc, quia utraq; pars primum in-uenitur mouere, ſi autem omnes æque primo mouẽt, nihil erit primum. Quod uero utraq; primum oſtendit ex hoc, quia nõ ſolum alteram mouet, ſed etiam ſeipſam, & magis à ſeipſa mouetur, quam ab ea quę mouetur à ſe. Sed quod eſt magis mouens/eſt primum mouens. Quod uero utraq; ſeipſam moueat oſtendit his uerbis. { Quod enim prius magis cauſa eſt mouẽdi quam ſequens, quocirca & mouebit magis. } Si enim ut diximus a/mouet b/& b/mouet a/& a/mouet b/& b/rurſus primum mouẽs, & ſeipſum mouebit, & magis quam a/proxime ipſum mouens, quare utraq; & primum erit mouens/& ſeip-ſum mouebit, & totum à toto ſeipſo mouebitur, quod quidem fieri non poſſe oſtendimus. Sed huius q̃d a/magis à ſeipſo moueri, quam ab ipſo b/in his quæ uiciſſim mouentur oſtenſiuũ produxit hoc, quod a ſeipſo mouet, & b/quod mouetur ab ipſo a/mouere idem a. Nam magis mouet ſeipſo mouens, quam id quod ab altero mouetur mouẽs. Sed quod proximius eſt id quod lõgius eſt, à principio moti dixit eſſe/quam medium, pro hoc conuenienous, & peculiare magis ad rõnem principij, q̃d eſt longius ab eo quod eſt extremum motum, quam medium inter hoc, & id quod minus eſt, ſi enim q̃d mouetur extremũ eſt c/& ꝓximum mouẽs eius eſt b/& remotius a/magis principium eſt a/quam b/ad mouendum c/cum remotius ſit ab ipſo c/quam ſit b. Et ſi nihil haberet ante ſe mouens a/idipſum erit principium motus. Similiter quoq; ſi duo fuerint, & alterũ moueret b/& b/moueret a/magis pricipium eſſet ad motum ipſius a/ipſum a/quam ipſum b/cum ſit remotius à ſeipſo. Idẽ etiam dicendum eſt, de ipſo b/quare omnia æque prima ſunt. Et ob id nihil primum. Sed Alexander his dictis, tradit oſten-ſum eſſe, quod neutrum ipſorũ ab aliquo externo, & alio mo-uebitur, ſed hæc à ſeipſis. Sed melius exiſtimo, dicendum eſſe, quod demonſtrauit nullum eſſe primum mouens. Et ad huius probationem aſſumptum eſt, quod utrunque ipſorum etiam ſeipſum mouet, ut per hoc etiam magis principium/& pri-mum oſtendat.

Amplius non neceſſe eſt mouens moueri, niſi a ſeipſo. ſecundum accidens ergo, contra mouet alterum. At ſumpſi, contingere nõ mouere. erit ergo aliud quidem quod mouetur, aliud autem mouens immobile.

Secundum argumentum oſtendẽs, quod ſeipſo mobile nõ erit tale, ut utraq; pars moueat alteram. Nam oſtenſum eſt ſu-perioribus/quod non neceſſe eſt/ut omne quod mouet ab ali-quo alio externo moueatur, ſed primum mouens, neceſſe ſi eſt moueri, à ſeipſo mouetur. Si ergo ſtatuatur b/motum ab ipſo a/uerum eſt dicere quod a/non ex neceſſitate ab aliquo externo cietur. Si enim cieretur aliquãdo ab ipſo b/per accidẽs mouet b/quod autem accideret a/motum ab alio, ab alio eſſe/& ſic mouere, ſed per accidens mouens, poteſt etiam non moue-re. Si ergo ſumptum fuerit b/non mouẽs, neq; a/mouetur. Erit ergo b/quod mouetur, & a/mouens imobile, non ergo uiciſ-ſim una pars ab alia eius quod ſeipſo mobile eſt mouetur ne-ceſſario. Sed ut inquit Alexander alia huiuſmodi ſcriptura fer-tur. Amplius non neceſſe eſt motum mouere, & magis placet ipſi hæc ſcriptura. Nam dictum Ariſtotelis accipiebat hoc cõ-tingeret non moueri ſequi magis ad hoc, neq; neceſſe eſt mo-tum moueri, ſed ſi hoc modo fuerit ſcriptũ, non neceſſe eſt motum moueri, quomodo coniunget hoc deductum/ſi non à ſe-ipſo. Niſi ergo coordinatum ſit hoc, ad id quod mouetur hoc à ſeipſo. Sed uidetur Ariſto. uelle oſtẽdere quæ mutuo concurrunt. Illud uero neq; a/ex neceſſitate moueri ab ipſo b/neq; b/ex neceſſitate mouere a. Et pricipio dicẽs de ipſo aſſerit, quod non neceſſe eſt mouens moueri, ſed procedens de ipſo b/dicit quod non contingit non mouere. Com. 45.

Amplius non neceſſe eſt mouens contra moueri, ſed aut immobile aliquid mouere neceſſe eſt, aut ipſum a ſeipſo moueri, ſi neceſſe quidem eſt ſemper motum eſſe,

Com. 46. Tertium argumentum oſtendens/quod non contra mouetur/atq; uiciſſim partes eius,quod ſeipſo mobile eſt.Equidem utitur eadem uia,quod non neceſſe eſt mouens econtra moueri.Siquidem oſtenſum eſt quod primum mouens/quia aut immobile exiſtens mouet,uel idem a ſeipſo mouetur.Sed nos reuocat ad memoriam cauſæ/qua oſtenſum eſt hoc ſic ſe habere.Nam oportet eſſe primo mouens,aut immobile , aut ſeipſo mobile.Siquidem neceſſe eſt ſemper motum eſſe,ut oſtenſum eſt prius. Si enim in infinitum aliud ab alio externo mouetur, non erit motus.Oportet enim eſſe primo mouens.Sed infinitus nihil eſt prius/neque primum infinitorum.

Tex. 42. Amplius ſecundum quem mouet motum,etiã vtique mouebitur.quare calefaciens,calefit.

Com. 47. Oſtenſum eſt prius quod ſi aliquod per ſe aliquid mouens moueretur ſecũdum eandem ſpeciem moueret & moueretur, ut calefaciens calefieret,quod fieri nequit.Calefaciens enĩ iam actu calefacit.Sed quod calefit nondum calidum eſt actu,quare idem ſecũdum idem calidum erit/& non calidum qđ haud fieri poteſt . Hoc igitur accidere inquit, ſi in ipſo per ſe mobili aliqua pars calefaceret,& alia calefieret. Cum unus ſit motus eius quod ſeipſo mobile eſt,idem eſſe,calidum/atq; non calidũ neceſſe eſt,quod fieri non poteſt.Si enim ut ſeiunctæ partes acciperẽtur,& una ab alia uiciſſim non moueretur,nihil mirum alterum calefacere,& alterũ calefieri,ut calefacit hepar, & calefit uenter in corpore. Et aliud efficit,& aliud patitur. Quod ſi ut unum idem mobile una actione agens mouet/ & mouetur,abſurdum de uno ſecundum idem contradictionem ſimul ueram eſſe,ſed ſimul uera eſſet , ſi pars una in eo quod ſeipſo mouetur uiciſſim ab altera cieretur/& ſeipſa mouere eo motu cogerentur,quo inuicem mouent ſeſe. Et hoc igitur quartum argumentum adiecit/oſtendens quod ſic non poteſt aliquid ſe ipſo mobile eſſe,ut una pars ab altera moueatur uiciſſim,quia accidit ut una quæq; pars ſit ſeipſa mobilis,& contradictio ſimul concurrat. Verum Alexander contextum hunc ſic conſcripſit,quod quo mouetur motu ſi moueret , nihil eſſet differens ab intelligentia prædicta.

At vero neque ipſius primo ſeipſum mouentis,aut vna pars, aut plures mouebunt , ipſa ſeipſam vnaquæque.totum enim ſi mouetur ipſum a ſeipſo,aut ab aliquo eorum quæ ſunt ipſius mouebitur , aut totum a toto . Si igitur quia mouetur aliqua pars , ipſa a ſeipſa , hæc vtique erit illud primum ipſum ſeipſum mouens . ſeparata enim hæc quidem,mouebit ipſa ſeipſam.totum autem, non amplius. Si vero totum a toto mouetur , ſecundum accidens , hæ mouebunt ipſæ ſeipſas. Quare ſi non neceſſario,accipiantur non moueri a ſeipſis . Ipſius igitur totius , aliud mouebit cum immobile ſit , aliud autem mouebitur . ſolum enim poſſibile eſt , aliquid per ſeipſum motiuum eſſe.

Com. 48. Cum oſtendiſſet accidere illi,qui aſſereret ſic moueri/id qđ ſeipſo mobile eſt,ut una pars ab alia moueatur uiciſſim, ut faueat unãquãq; partem eius,quod ſeipſo mobile eſt,ſeipſa mobilem eſſe,& concluſiſſet abſurda quæ accidunt rationi/& plures uias,addit etiam hoc uniuerſale prçoſtẽſis/ quod nequit eẽ aliquid ſeipſo mobile ſic,ut una aliqua pars eius aut plures ſeipſas mouere.Si enim erit totum ſeipſo mobile,& haberet/uel unam partem ſeipſa mobilem, aut plures, aut ab his partibus quæ a ſeipſis mouentur in eodem ,aut totum a toto; ſed ſi quidem quia eſt aliqua pars uniuerſi ſeipſa mobilis ideo /& totũ a ſeipſo moueri dicitur pars,nimirum illa erit primo ſeipſa immobilis,& non totum , fides autem huius quia pars ſeparata ſeipſo mobilis erit,et non totum.Quod ſi totum a toto mouet habeas in ſeipſo unam,aut plures partes ſeipſis mobiles,eſt dicendum quod oſtenſum eſt impoſſibile eſſe, ut totum a toto ſeipſo moueatur,ne ſimul uera ſit contradictio . Sed nunc non eſt hoc propoſitum/ſed ſcopus eſt oſtendere,quod nequit uniuerſum ſeipſo,aut unam,aut plures partes habere in ſeipſo/ q̃ ſint ſeipſis mobiles.Si ergo uniuerſum/ab ipſo uniuerſo ſeipſo per ſe cietur,partes per accidens ſeipſas mouerent. Vt enim in ipſo toto/quod mouetur partes continui/per accidens mouentur,ſic etiam partes mobilis ſeipſo/ per acidẽs erunt ſeipſas mouentes,ſi autem per accidens non ex neceſſitate,quare ſi ponantur illç non mouere ſeipſas,nihil impoſſibile poneretur.Et ego quidem opinor uſq; ad hunc locum Ariſtotelem ſuſtinuiſſe demonſtrationem illam quæ oſtendebat/quod nõ neceſſe eſt/ ſic totum eſſe ſeipſo mobile, ut uel unum/uel plures partes in ſeipſo per ſe mobiles habens.Siue enim ab ipſis partibus moueretur,non eſt totum primo ſeipſo mobile,ſiue totum a toto ſeipſo mouetur,non neceſſe eſt unam,aut plures,in ſeipſo partes ſeipſis mobiles,quod oportebat oſtendere.Sed Alexan.ſi ponerentur,inquit,partes quæ ſeipſis per accidens ſint mobiles/ cum nõ ſint,nihil impoſſibile poneretur.Non amplius,inquit, erit quod mouetur totũ,ſi ſic erit ſeipſo mobile, quocirca partes eius ipſæ mouebãt,ſed ſi poſitio accipiebat totum a toto moueri habens in ſeipſo unam, aut plures partes ſeipſis mobiles hac manente oportet concludére impoſſibile de partibus . Nã hoc etiam propoſitum eſt oſtendere, quod ſeipſo mobile non eſt neceſſe ſic eſſe per ſe mobile,ut unam aut plures partes habeat ſeipſis mobiles.Si ergo eſſe oportet omnino ſeipſo mobile medium inter id quod eſt imobile/& id quod ab altero mouetur,neceſſe eſt ſic eſſe/ uel totum a toto ſeipſo moueri,uel ut totum a parte,uel partem a toto,uel unam aut plures partes habens in ſeipſo per ſe mobile,uel ut unam aliquam mouentem immobilem,& aliam motam. Sed iam confutata ſunt omnia alia merito concludens uelut de linea dixit/quod uniuerſe.alia igitur mouebit immobilis,& alia mouebitur.Solum enĩ ſic poteſt aliquid ſeipſo mobile eſſe , aliqua pars eius erit mouens/immobilis exiſtens autem pars/ ab alio mota.

Amplius ſi tota ipſa ſeipſam mouet , hoc quidem mouebit ipſius , illud autem mouebitur, Quæ igitur A B , & a ſeipſa mouebitur , & ab A.

Contextum hunc uidetur mihi Alexander exponere decenter, ſcopum eius eſſe inquit aliud abſurdum addere/contra illũ qui aſſerit totum ſeipſum ſic ac ratione mouere , ut unaquæq; pars ipſius quod eſt mobile ſeipſo.Sed abſurdum eſt tale,ſi ſic ſe habet,patet quod unaquæq; pars hæc ex ſeipſa mota,& aliã mouebit.Sic enim erit totum ſeipſo mobile , & ſi uiciſſim una pars ab alia mouetur/cum ſint ſeipſis mobiles. Si enim partes haud inter ſe aliquid ſimul agerent ad motum/tamen a ſeipſis erunt motæ,non erit totum ſeipſo mobile,ſed unaquæq; pars. Sed totum collectum plurium mouentium ſeipſis.Si ergo una pars aliam mouet uiciſſim,unaquæq; ipſarum ſimul ſeipſam mouebit & ſimul ab alio mouebitur,& ſi unus ſit uniuerſi ſeipſo mobilis motus,patet quod eodem motu erunt omnes partes motæ/& mouentes,quare unaquæq; earum plures erit eodem motu a ſeipſa mota/& ab alijs quod eſt abſurdum.Nam abſurdum eſt dicere,quo motu ex ſeipſo aliquid mouetur eodem idem etiam ab alio moueri.Nam ſeipſo mobile non põt ſic uno moueri motu.Sed ipſe inquit breuibus ponens argumentũ,et ſine labore quieuit.Sic Alexander ſed nunquam ſic Ariſto.quãtum poſſum cognoſcere poſuit partes uiciſſim mouere ſeſe,ſed a/b/a ſe ipſo moueri dicit,& ab ipſo a/ niſi ergo melius ac ſecurius ſit intelligere dictum , quia cum dixerit ſupra. { Vt totius aliud mouebit/cum immobile ſit, aliud autẽ Com. 49.

10 mouebit, } fidem fecit per id q̃d deinceps dicitur. Si.n.tota à ſeipſa ſic dicitur moueri,ut a/q̃ imobilis eſt in ſeipſa mouēs,& b/uidelicet mota,ut ex mouēte igiẽ imobili,& moto totũ ſeipſo mobile dicitur.Sed hoc deinceps etiam explicabit.

Tex.43. Quoniam autem mouet aliud quidem quod mouetur ab alio,aliud autem immobile exiſtēs, & mouetur hoc quidem mouens, illud autem nihil mouens,ipſum ſeipſum mouēs neceſſe eſt ex immobili eſſe mouente tamē,& adhuc ex eo qđ mouetur,non mouet autem ex neceſsitate, ſed qualitercũque euenit. Sit enim A mouens quidem,et immobile,B vero id quod et mouetur ab A,& mouet id in quo C. hoc autē,motum quidē ab ipſo B,mouens autem nihil.ſi enim & per plura veniat aliquando in C, ſit per vnũ ſolum. Totum ergo A B C,ipſum ſeipſum mouet. ſed ſi aufero ipſum C , ipſum quidē A B mouebit ipſum ſeipſum. ipſum enim A eſt mouens, B vero id quod mouetur. ipſum autem C, non mouebit ipſum ſeipſum , neque penitus mouebitur. At vero neque B C, mouebit ipſa ſeipſam ſine ipſo A. nam B, mouet ex eo quia mouetur ab alio, non quia a ſeipſo parte aliqua. Ipſum igitur A B ſolum, ſeipſum mouet. Neceſſe eſt igitur ipſum ſeipſum mouens, habere mouens immobile tamen, & id quod mouetur, nihil autem mouet ex neceſſitate,tangentia autem, aut vtraque ſeinuicem aut alterum alterum.

Com.50. Alexander inquit cum oñdiſſet,qđ ſeipſo mobile habet aliquid mouens ĩmobile,& aliquod ab illo motum,hiſcet oſtendit ex quibus neceſſe eſt componi, id q̃d eſt ſeipſo mobile,q̃a ex mobili quidem/ſed mouente,et moto ab hoc non ex neceſſitate mouente.Ego autem cur hæc differant inter ſe ſimpliciter ſic dicta non percipio.Niſi ergo quod prius dictum eſt,breuiter nunc Ariſt.explanet diuidens primum,in tria agentia ſecundum motum patientia.Quia enim duo cum ſint mouens, & id quod mouetur,& mouens immobile mouet,aut motum ab alio.& id quod mouetur,aut etiam ipſum mouens mouet, aut nullum mouens,duo quidem extrema erunt mouens ĩmobile,& quod mouetur,ſed non mouens alterum.Sed medium amborum, & cõmune eſt q̃d mouetur ab alio, & mouēs alterum.Etenim & in mouente erat mouens poſtquã ceſſauit moueri,& in eo quod mouetur erat id quod mouetur poſtq̃ȝ deeſt ipſum mouere.Hęc igitur tria cũ diſtinguat,& in una exponat linea oſtendit, in quibus horum primo eſt, id quod ſeipſo eſt mobile.Nam quod totum a/b/c/ſeipſo mobile ſit,patet,ſi quidē habet in ſeipſo mouere ſeipſum, & moueri à ſeipſo,ſed ſi auferam c/inquit,quod mouetur/non erit amplius mouens, reliquum a/b/mouebit ſeipſum,ſiquidem a/mouens erat in ipſo,& b/motũ.Sed c/nõ mouebit ſeipſum, neq; oĩno mouebit per ſe,ſed neq; b/c/mouebit ſeipſum à ſublato.Si enim moueret b,ſed non ſeipſo mouet, ſed quia ab alio mouetur a/ipſum a/b/igitur ſolum in his idem ſe mouet, ergo neceſſe eſt ſeipſo mobile componi ex mouēte q̃d ſit ĩmobile, & moto quod nõ ex neceſsitate mouet,ſed & ſi moueret aliud uelut eius, q̃d accipitur motum.Sed q̃reret aliquis/ut opinor/cur non a/c/magis ſeipſo mobile primo demõſtrauerit,ſiquidem a/ſolum mouet,& non mouetur. Sed c/mouetur ſolum nõ amplius per ſe mouens.Hæc erant ex quibus componitur ſeipſo mobile.Niſi ergo in animali primo ſeipſo mobile conſiderans,in quo mouens eſt anima, & quod mouet corpus, quod quidem & ipſum aliquando motum mouet, quãdoquidem ꝓxime potentia mouente fruatur/& potiatur, ob id in a/b/primo poſuit ipſum ſeipſo mobile,in quo b/non ſemper neq; ex neceſſitate mouet, ſed uelut id quod mouetur accipitur,ſed tamen aptum eſt aliquando & ipſum mouere primo/& ꝓprie mouens aliquid ꝓxime cõnexum.Sed cum dixerit neceſſe eſſe, ut q̃d ſeipſo mobile eſt,habeat mouens quod nõ moueatur,& id quod mouetur,nihil autem mouens ex neceſſitate,ſed ut contingit,ſubiũgit q̃d hæc habent ſeipſo mobile,ut ambo mutuo ſint attigua. aut alterum alteri. Si.n.eſſet etiam corpus mouens ſecundum hypotheſim,ut etiam quod moueẽ ab ipſo ſeſe mutuo tãgent. Simul enim ipſorum erunt termini. Hæc autem ſunt attigua, quorum ſimul termini ſunt,ſi uero corpus quod mouetur omnino neceſſe eſt eſſe,& mouens incorporeum, & ſine magnitudine,non amplius mutuo ſeſe tangent,ſed alterum,tanget alterum/& non econtra,& non proprie,ſed abuſiue. Nam corpus tãgit incorporeum,ut diximus primo de ortu in quibus inquit. Quare ſi quid mouet immobile,illud tãgeret mobile,ſed illud nihil. Nã dicimus aliq̃n q̃d nos triſtaẽ nos tangere,ſed nõ ipſi illum.Nam operans tangere diceretur magis quã patiens. Hæc autem dixit exiſtimo uolens indicare,q̃d continua nullo pacto erũt aliud mouens,& aliud quod mouetur, ſed ſi ambo ſunt corpora ſeſe tangent proprie,quod ſi corpus aliud fuerit, & aliud incorporeum metaphorice dicerētur mouens,& motum ſeſe tangere cum aliud ſit corpus, & aliud incorporeum. Ego igitur ſcripturam ſic inueniēs, & quod mouetur quidem, ſed nihil ex neceſsitate mouens,ſed attigua ambo,aut inter ſe, aut alterum alteri. Verum Alexan.illud ex neceſsitate ſequentibus addit ſic ſcribens.Attigua ex neceſsitate, aut ambo mutuo,aut alterum alteri.Et poteſt utrũq; propriã propoſitis ſeruare intelligentiam.Sed cõuenientius exiſtimo illud ex neceſſitate huic nihil mouens adaptãdum, quia in ipſo quod ſeipſo mobile eſt,ut corpus in animali,mouens & ipſum ſæpe apparet,non tamen ex neceſsitate mouens. Si ergo non adderetur hoc ex neceſsitate huic quod mouetur,nihil autem mouens,ut ſignificet illud non ex neceſsitate mouere,exiſtimabitur hoc in ipſo,quod ſeipſo mobile eſt,ſed nihil mouens,ut ſignificet hoc non ex neceſsitate mouere exiſtimabitur quod mouetur in ipſe,quod ſeipſo mobile eſt,ab ipſa cauſa immobili nihil omnino mouere,quod quidem non eſt uerum. Cum enim ſit ꝓximum mouenti primo,etiam idem recipit quãdam uim ab ipſo motricem,ut prius diximus.

Si igitur continuum eſt id quod mouet(quod enim mouetur,continuum eſſe neceſſarium eſt) manifeſtum eſt quod totum ipſum ſeipſum mouet, non eo quod ipſius aliquid huiuſmodi ſit,vt ipſum ſeipſum moueat, ſed totum mouet ipſum ſeipſum & mouens & motum,eo quod ipſius aliquid eſt ipſum mouens,& id quod mouetur.non enim totum mouet , neque totum mouetur , ſed mouet quidem ipſum A, mouetur autem ipſum B ſolum.ipſum autem C,ab ipſo B,non amplius. impoſsibile enim eſt. Dubitationem autem habet, ſi auferat aliquis aut ab ipſo A,ſi continuum Tex.44. eſt id quod mouet quidem, ſed immobile eſt,aut ab ipſo B quod mouetur,an reliquum vtique ipſius A mouebit,aut reliquũ ipſius B mouebitur? ſi enim hoc, non vtique erit quæ primo mouetur a ſeipſa, q̃ A B. remora enim ab A B,adhuc mouebit ſeipſum,reliqua A B.An potentia quidem vtrunque nihil prohibet, aut alterum id ſcilicet quod mouetur diuiſibile eſſe,actu autem indiuiſibile? ſi autem diuidatur, non vlterius eſſe eandem habens potentiam? quare nihil prohibet in-

ijs quæ diuidi poſſunt potētia primo ineſſe.

Com. 51. Verba huius contextus uniuerſi dicent ſ. Si ergo continuū eſt mouens, nam quod mouetur continuum eſt, & cætera. uidentur Alexandro non habere proportionem, & conſenſum ad prędicta. Nam uelut contra aſsignando hoc, inquit. { Si autem non continuum, } ſic dixit. Sed nihil contra aſsignat. Niſi ergo inquit huiuſmodi dictum ſit. Si ergo continuum eſt mouens, adhuc incertum eſt, uerum quia quod mouet in ipſo qđ ſeipſo mobile eſt continuum eſt, patet quod omne id quod cōſtat ex mouente, & eo quod mouetur, quod eſt ſeipſo mobile idipſum, ſeipſum mouet. Sic Alexander dicit. Niſi uelut de lineis faciens demonſtrationem ex hypotheſi accipiat mouens continuum. Indicat autem idem ea dubitatio quæ annectit, quippe petit continuū eſſe mouens, cum dicat. { Dubitationem autem habet ſi auferat aliquis, aut ab ipſo a/ ſi continuum eſt, id quod mouet, ſed immobile. } uult ergo per id quod nunc dicitur, modum oſtendere motus eius quod ſeipſo mobile eſt, prędicens quod ex mouēte immobili componitur, & ex eo quod mouetur ex neceſsitate continuo exiſtente, ut oſtēſum eſt prius, ſed poſito mouente cōtinuo, patet quod ſeipſo mobile dicitur, ut omne ſeipſum mouens, ſed omne dicitur aliquid ſeipſum mouere, non quia eius ſit aliqua talis pars, ut eadem ſit mouens ſe, uelut prius poſitum confutatum eſt, non ergo ſic per ſe mobile animal, ut per ſe mobile in ſeipſo habeat animam, ſed totū mouens ſe, & totum quod mouetur/ & mouet, non tamen ſecundum ſeipſum totum mouet, et ſecundum totum mouetur, ſed quia eius eſt aliqua pars quæ mouet, & alia mouetur. Non enim uniuerſum mouet a/b/ neq; totum mouetur, ſed mouet ſolum a/ & mouetur ſolum b. Nam et ſi moueret interdum b, ſed non ex neceſsitate. Sed cōmuniter intelligendum eſt ſolū. Verum in quibuſdam exemplaribus poſt hoc. Mouetur autē b/ ſolum. Additur hoc & c/ ab ipſo b/ non amplius. Nam id fieri non poteſt. Sed Alexander ignorauit hanc additionem, neq; plura ut uidetur exemplaria habuit. Si uero ſcriptum fuerit olim diceret, quod prima cōſtitutio eſt eius quod ſeipſo mobile eſt ex mouente immobili, & eo quod mouetur, quod mouere interdum, & ipſum motum aptum ſit, non tamen ex neceſsitate moueri. Illud autem ſolum motum, non amplius mouens alterum ut c. Nam tale ex principio poſtulatum erat c/ atqui quod mouetur, & ipſum ab a/ per b/ & magis ab ipſo a/ motum quam ab ipſo b/ ut oſtenſum eſt prius, tamen non mouetur ſic ab illo, ut compleat id quod eſt ſeipſo mobile. Nā illud motum, complet id quod ſeipſo mobile eſt, quod eſt proxime ob immobile motum, & habet potentiam aliquando, & idem mouēdi. Cum autem dixerit ſeipſo mobile, non quia habet partem ſeipſum mouentem, id quod eſt ſeipſo mobile, ſed quia totum eſt tale. Deinceps dubitat contra totum ſeipſo mobile primo. Si enim aliquis auferat inquit ab ipſo a/ ſi continuū ponatur mouens, ſed immobile, aut ab ipſo b/ moto cōtinuo, aut etiam ab ambobus, patet etiam quod ab a/ & b/ reliquum igitur a/ mouebit, aut reliquū b/ mouebitur, uel non. Nam utroque modo, abſurdum aliquod occurrere uidetur. Si enim non mouet, aut non mouetur, parte ſublata, reliquū abſurdum eſt, ſi quidem non eſſet pars in ipſo mota, ſed totum. Hoc autem ipſe prætermiſit diuidere, & confutare tanquam in prōptu ſit. Quod ſit mouet reliquum ipſius a/ aut mouetur reliquum ipſius b/ & ſic non erit primo à ſeipſo motum a/ b. Sed hoc argumento etiam libro ſuperiore à principio uſus eſt, uolens oſtendere quod ſeipſo mobile, ab aliquo mouetur. Nam ut accepit tāquam manifeſtum, hoc quod mouetur, cum ſtat aliquo alio quieſcente, idem ab alio moueri, & ſtatuens quod primo eſt ſe ipſo mobile, & auferens aliquam partem ab ipſo. Nam omne continuum motum, & ſiſtens idem, & inueniens ſtatione partis, et ablatione ſtare primo ſeipſo mobile, demonſtrauit quod ab aliquo mouetur. Sed hic dubitans, motum ſtatuēs reliquū, demonſtrauit quod nō eſt primo ſeipſo mobile. Soluit autem dubitationem. Item ſtatuens poſſe cōtinuum/ & diuiſibile/ & mouere, quia nondum demonſtrauit, quod impertibile eſt, & indiuiſibile hoc. Nihil igitur prohibet etiam inquit, quin mouens diuiſibile ſit, & ſi hoc poneretur tale, uel etiam ſolum id quod mouet. Sed diuiſibile potentia, & non actu idest non diuiſum, ſed unum & continuum ſumptum. Cum autē tale fuerit, nulla erit tum partium ſeipſa mobilis actu, ſed quia partes non ſunt actu per ſe, quare totū erit per ſe primo mobile actu, ſed poteſtate/ nihil prohibet quin & pars ſit. Sed quando iam diuiſum, actu fuerit ſumptum, tum rurſus ſeipſo mobile actu ſit, quod poſt ablationem alicuius partis adhuc mouetur, ſi ergo in toto primo ſumpto actu minus erit contentum, non eſſet totum primo ſeipſo mobile, ſi autem nō eſt actu, ſed de eo qđ eſt actu primo per ſe mobile prędicatur, erit totum antequam diuidatur id qđ eſt ſeipſo mobile, nihil igitur prohibet/ poſitas his diuiduis potētia primo eē in partibus ipſum ſeipſo mobile, quāq; actu primo fuerit in toto. Poteſt autē id qđ eſt potētia coordinari cū hoc diuiſibilibus ne quis intelligat diuiſibilibus pro diuiſis. Nā in eo qđ eſt potētia diuiſibile nulla pars eſt per ſe, qđ uero non eſt per ſe, neq; ſeipſo mobile erit, ſed quādo diuiſum fuerit mutat naturam/ & actu fit. Quomodo igitur inquit Alexāder inſtans contra dicentem totum dici ſeipſo moueri à parte ſeipſa mouente, non dicit totum fore primo quod ſeipſo mouetur, ſed partem eius, quod etiā ablatum ſeipſo mobile manet. Et ſoluit dubitationem pulchre quod qui ſic dicit partem in toto ſeipſa mobile, ut actu ſeipſam mouere iam ſtatuit, ſi autem hoc ut diuiſum/ & per ſe ſubſiſtens accipiebat. Hic autem in toto per ſe mobili continuo motus, quia non diuiditur continuum/ non mouetur per ſe, ſed nō motum, neq; poſſet dici primo ſeipſum mobile, ſed inquit aliam naturam fieri, quia quod abſolute poteſt, & nondum eſt, hoc actu fit. Item aliter hunc obijcit Alexander, quia & ſi diuiſibile fuerit quod cietur, non iam uelut motum diuiſibile eſt, fieri enim poteſt, ut ſit idem diuiſum/ & non amplius à motiuo moueri, à quo totum mouebatur, ſed fieri poteſt alterius naturæ, & non manere tale quale motiuum erat immobile, ſed ſi poſt ablationem mouetur reliquum eius quod ſeipſo mouetur, haud ſane ſe haberet demōſtratio quæ adducta eſt ſuperiore libro, ut inquit Alexander, qua uidebatur oſtendere omne quod mouetur ab aliquo moueri, ſed nondum inquit nō hoc eſt quod mouetur pars, ſed in connexione exiſtens ponebatur quieſcere. Sed ſic determinatum ſit, dixit ne ſeparetur alterum ab altero, ſed quo manēs in continuatione ſumptum ſit quieſcens. Quod enim cōtinuum ipſum/ & totū ſeruet, patet ex his quę infert. Nam c/ inquit non moto, quod erat pars eius quod primo ponebatur ſeipſo mobile uidelicet a/b/ non mouebit inquit a/b/ uelut unum adhuc, & continuum manens. Ridiculum enim eſſet, ut is qui ab ipſo b/c/ aufert dicere non moueri totū, quod neq; erat adhuc ſublatum ab ipſo c/b/ quo dicto inquit Alexander, oportet quęrere quomodo poſſit admitti ſuppoſitio, aut hypotheſis quæ petebat in ipſo primo ſeipſo mobili aliquam partem quieſcere. Si enim aliquis diceret eum ibi non hoc dicere, ſed quia ſi auferet pars ipſius uniuerſi ſeipſo mobilis pars c/b/ et ſtaret, non amplius totum erit motum, & ſi relictum moueretur. Non enim amplius totum relictum eſt ablata eius parte, & cum non ſit, neque mouet totum, neque moueri poteſt, is nimirum diceretur ualde dialectice dicere, ſed non naturaliter, neq; demonſtrandum argumentum feciſſe.

Manifeſtum eſt igitur ex his, quod eſt primū mouens mobile. ſiue enim cōfeſtim id quod mouetur, ab aliquo autem mouetur, ſtet ad immobile primum, ſiue ad id quod mouetur quidem ipſum autem ſeipſum mouens eſt & ſiſtens, vtroq; modo accidit vtiq;, id quod primum mouet in omnibus eſſe motis, immobile.

Cum oſtendiſſet/ quod omne quod mouetur natura/ & uiolentia ab aliquo moueri, & quod omne mouens, aut motum ab aliquo alio externo mouet, & hoc in infinitum, aut ſi hoc eſt Com. 52.

abſurdum, aut neceſſe eſt ſtare ad aliquod primo mouens immobile, uel ad id quod ſcipſo mobile eſt, quod motum quidē mouet, ſed nō extrinſecus mouetur, ſed quieſcēdi cauſam, atq; mouendi in ſeipſo habet. Hæc enim ſunt ſeipſis mobilia, quæ etiam ſtandi in ſeipſis principium habēt/& mouēdi. Sed cum oſtendiſſet quod in ipſo mobile à ſe mouens/cum ſit imobile per ſe mouet, cum quod ſeipſo mobile eſt componatur ex mouente/quod eſt immobile, & ex eo quod mouetur/quod non ex neceſſitate mouet. Hæc igitur cum oñdiſſet pluribus eorūdem mentionem nunc facit breuiter/& conſequenter in eiſdē concluditur, quod accidit primum mouēs in oībus quæ mouētur immobile, ſiquidem omnium quæ mouentur primum ſeipſo mobile, & in eodem mouens immobile. Sed cum de ipſo ex ſe mobile uideatur Ariſto. ab ipſo Platone uerbis diſſentire recte opinor explicādam eſſe hāc diſſenſionem. Et quod principium motus/& omnium quæ mouētur ſit/id quod eſt ſeipſo mobile, ambo plane fatentur. Sed Ariſto. in his dicens. Quod ſi decorum ſit conſiderare, atq; opportunum utrum cauſa motus/& principium ſit ſeipſum mouēs/ uel id quod mouetur ab alio, illud omnis poneret. Sed Plato in Phædro plane mobile, ex ſe fontem/& originem motus dixit, & decimo dialogo de legibus/in quibus inquit cōcludens Hoſpes Athenienſis. Principium ergo oīum motuum/& primum in his quæ ſtant/& mouentur/quo ſeipſum mouens mouet, dicimus eē neceſſario/antiquiſſimum/& maxime primum oīum mutationū. Et adhuc tamen animal ſeipſo mobile ambo dicunt, uerum Ariſto. primo, & proprie inquit ſeipſo mobile eſſe animal/ quod anima, & corpore cōſtat, quorum corpus mouetur, & anima mouet imobilis per ſe. Sed Plato primo q̄dem/& proprie ſeipſa mobilem tradit eſſe omnem animam/ uel ut uidetur perioribus interpretibus rationalem, ſed ob hanc/& animal ſeipſo mobile fieri, inquit participans ueſtigio mutationis, qua dicitur ex ſe ipſo aliquid moueri. Et quod proprie uelit animā ſeipſam mouere indicat, cum tradat eiuſdem definitionē in Phedro, & adhuc apertius decimo legum, quando dicit, quocirca anima nomen quædam huius ratio. Verum habemus aliam pręter nūc dictam, qua dicitur eſſe anima ſubſtantia/ ſeipſam mouere potens, quā ſubſtantiam oēs appellamus animam. Sed quod animal ſeipſo mobile eſſe uelit, quia aīa ſeipſam mouere pōt, indicauit in Phædro dicens. Omne. n. corpus cui extrinſecus accidit moueri/inanimatū eſt, ſed cui interna adeſt motio/id animatum eſt, tanquā eadem ſit natura aīæ mouentis ſeipſam, & quod participat ſeipſo mobile, uideṫ faciēte, quare ſignum aīæ motionis ex ſeipſa fecit motionem/qua aīal ſeipſum mouet, & huius motionis cām dixit eſſe illam aīę. Diſſenſio ergo eſt, quatenus Plato qualēcūq; mutationē agendi/& patiendi motū eē fatetur. Et in Timæo inquit aīa per ſe ipſam moueri. Et in decimo legum. Ducit porro anima oīa quæ cœlo/terra/ & mari continētur ſuis motibus/quibus nomina ſunt uolūtate, meditatione/cōſideratione, cōſilio/opinione/recta, atq; inani/gaudio/ mærore/fiducia/metu/odio/amore, & cæteris motionibus, q̄ his cognatæ & primi ſunt ad efficiēdum. Verum Ariſto. ſolas naturales mutationes motus/cum cenſeat appellādos eſſe, putat aīam agere, & non moueri. Et palā primo de aīa naturales motus aīæ functiones eſſe negat, qñ dicit. Cum porro dupl'r motio ſit, aut per ſe, aut per accñs, nunc/inquit/de aīa cōſideramus, num per ſe moueaṫ, & motus ſit particeps. Sed cum quatuor ſint motus, latio/alteratio/incrementū, atq; diminutio/aut uno horū moueretṫ, aut pluribus, aut oībus. Hos autē & Plato ab aīa remouet, cum decimo legū enumerat nouē motus ſpēs, ante motum aīæ. Sed aīæ aſſignat dictos motus ante. Et patet quod etiā Ariſto. hos motus aīæ tribuit, & nouit à ſeipſo tales motus ad ipſam ꝓficiſci, uerum nō appellat motus, ſed actiones/& patibilitates. Etenim quod anima ſeipſam cognoſcat/ & perficiat oīno nouit Ariſto. qui tot de aīa philoſophatus eſt, ſed ut ſemel corporibus diſtribuens motus deſtructiuum, ſibi conſentanea dicenda eſſe cēſuit, proinde animā non exiſtimauit ſeipſa mobilem, ſed animal/ tanquam palam ſit in corpore motus/ſm moueri ſolum, quo & ſolum motum eſſe putat/& ponit ac collocat in eo quod mouetur motum, quare nunc nō de re, ſed de nomine eſt diſſenſio inter hos philoſophos, ut etiā in pluribus alijs. Sed cauſam exiſtimo eſſe, quia Ariſto. ubiq; uult conſuetudinem nominum ſeruare/& ab his haurire argumenta/quæ ſunt ſenſu manifeſta. At Plato hæc negligit ſæpe, & recurrit ad intellectuales cōtemplationes. Sed uolēs oſtendere Ariſto. quo motu ſeipſo mobile nunc accipiat, & q̄d corporeum accipiat/quo anima non ſolum ſm ſe, ſed etiam ſecūdum Platonem immobilis eſt, principium demonſtrationis fecit, quod omne quod mouetur ex neceſſitate cōtinuum eſt, & diuiſibile in diuiſibilia ſemper. Huiuſmodi autē corpus eſt primo. quid ergo erit motu ſeipſo mobile pręterquā animal. Neque enim corpus mouere poteſt, neq; anima hoc moueri motu, ſed corpus mouetur, & anima mouet, ſed aīa non mota mouet, quocirca nullum uniuerſum uult eē ſeipſo mobile. Quod uero neq; quod moueṫ hoc motu/ mouere primo queat, neq; mouens moueri, abſurdum palam ſubiunxit dicens. Nam unū atq; idem ferret/& feretur eadem latione, quod eſt unum indiuiduum ſpecie/& alteraretur/et alteraret, quare doceret ſimul & diſceret, ac ſanaret/ſanareturq; eadem ſanitate, quare potētia ſimul erit/& actu, et nondum ſimul ac iam eſſet ſecundum illud quod dicitur. Et reuera unum aliquid & ſimplex exiſtēs, non erit ſeipſo mobile. Etenim & anima omnes habens rationes alias in promptu habet agendi, & alias quieſcendi quæ potentia ſunt in ea, cum fuerint actu mouet eas quæ ſunt potētia. Sed mouētur/& illæ. Et ſic omnis ſeipſa mobilis dicitur, & cōſonat/atq; aſſentitur his Platonicis ſententijs Ariſto. Eſt enim etiam apud ipſum animæ potentia mens, & alia actu, & quæ potentia eſt, ſit actu/ab ea quæ actu eſt, cum aīa ſeipſam doceat/atq; à ſe diſcat, & quęrat/& inueniat. Nam omnis diſciplina intellectualis/ut ipſe docet/ac quęſtio & inuentio ex antecedenti ſit cognitione/quæ eſt ſm mētem/quæ agit, & ob id forte ſecundum naturales motus definiēs motionem/ex ſeipſa ad exempla defluxit. Quod doceret/diſceret eadem indicās, quia eſt in anima/quod docet ſeipſam/ & diſcit ea à ſeipſa, ſed non uelut una exiſtat/& ſimplex. quod quidem dicebat eſſe indiuiduum ſpecie, ſed uelut ea quæ diuiſa eſt, in id quod actu/& potentia, propter quod etiam rationem deduxit ad abſurdū hoc, quod unum/& idem indiuiduū ſpecie foret actu & potētia, & ſimul nondum eſſet, & iam eſſet. At ſi quis animā diuiſam acciperet/in id quod eſt potentia/ & quod eſt actu, non amplius erit abſurdum idem eſſe potentia/& actu, cum à ſe fieri poſſit, & à ſe cognoſcit, & à ſe inueniri ſm Ariſto. ſed non uelut una, & ſimplex, ſed uelut compoſita ex eo quod eſt potentia/& eo quod eſt actu, ſed ipſam non cenſuit appellandam eſſe ſeipſa mobilem, quia motus ſolus incorporeis rebus ſpectaṫ. Nam hæc ꝯtinua/& diuiſibilia ſunt primo indiuiſibilia, & ob id etiā motus continuus/& diuiduus/& ob motum tempus. Sed quomodo ſecundum definitionem motus ab eo poſitam dicētem eſſe actum/eius quod eſt in potentia/ quatenus in potentia aīa non mouetur/ & ſeipſa mobilis eſt, ſi quidem ex ſeipſa ab eo quod eſt potentia, in id quod eſt actu procedat. Niſi ergo hæc definitio dicens actum eius/quod eſt potentia/qua in potentia eſt cōmunis ſit omni mutationi animæ/& corporis/ & omnino eius: quod procedit ab eo quod eſt potentia ad id quod eſt actu, ſed motus definitio/& motus proprie eſt actus mobilis/ quatenus mobile eſt, non ergo ſimpliciter omnem mutationem motum cenſet Ariſto. appellandum eſſe, ſed conſuetum in corporibus, & neque omnem huiuſmodi. Nam ortum/atq; interitum ſegregauit à motu, quia quod nondum exiſtit, nullus diceret moueri, ſed oportet aliq̄d eſſe/id q̄d moueṫ actu & habere aliquid in potentia, qua diciṫ operans moueri.

Quoniam autem oportet motum ſemper eſſe, & non intermitti, neceſſariū eſt eſſe aliquid perpetuum quod primum mouet, ſiue vnum ſit ſiue plura, & primum mouēs immobile eſſe. Vnum Tex. 45.

quodque igitur immobilium quidem, mouentiũ
autem perpetuum eſſe, nihil ad præſentem ſer-
monem. Quod autem neceſſarium eſt eſſe aliqd
quod ſemper immobile quidem ipſum ſit omni
extranea mutatione, & ſimpliciter & ſecundum
accidens, motiuum autem alterius, manifeſtum
eſt conſiderantibus ſic.

Cum oſtenderit primum mouens prorſus immobile eſſe,
Com. 53. nunc oſtendit quod primum mouens oportet ſempiternũ eſſe
ut nullo modo ſubeat ortum/atq; interitum. Et primum argu
mẽtum de motu ſimpliciter cõmune/et breue ac apertum ad-
ducit. Nam quia oportet, motum eſſe æternum ut principio li-
bri demonſtrauimus & motus eſt in eo quod mouetur, ut ter-
tio libro didicimus, & oẽ quod mouetur ab aliquo mouetur,
ut demonſtrauit etiam libro ſuperiore/& hoc ipſo, neceſſe eſt.
aliquid eſſe primum mouens ſempiternũ. Verum adiecit etiã
immobile/non iterandi rationes cauſa, ſed ut declaret quod ſit
abſolute imobile, ut neq; obnoxium ſit ortu/atq; interitui, neq;
motui per accidens, ſed quoniam multa ſunt immobilia/quæ
mouent altera. Nam huiuſmodi ſunt omnes animæ animaliũ,
quocirca animal ſeipſo mobile conſtat ex corpore quod mo-
uetur, & anima quæ eſt immobilis, ſed mouet cõpoſitum. Sed
unumquodq; immobile modo moueat/an ſempiternũ ſit, non
ad præſentem ſermonem attinet. Non enim hoc nunc quęrit,
an omnes animę ſunt immortales. Nam ipſæ ſunt immobiles
in his quæ à ſeipſis mouentur, & mouent. Nam alterius tracta
tionis eſt conſideratio de anima. Sed neq; ſimpliciter ſic, an o-
mnia immobilia/& mouentia ſempiterna ſint, nunc proponit
quęrere, ſed proponit nunc quęrere, quod neceſſe eſt, aut unũ
aliquid eſſe, aut plura. Nondum enim hoc determinatum eſt,
quãtum ſpectat ad præſentem occaſionem, ſed num ſemper
immobile idem, & expers omnis mutationis/& per ſe/& per
accidens, ſed motiuum alterius. Sed nũc dixit extra oẽm muta
tionem, & non extra omnem motum, ut ortum & interitum
comprehendat/& per accidẽs primo mouens immobile inqt,
& hac ratione differt à mouentibus immobilibus/quæ ſunt in
his quæ ſeipſis mouentur, quia illa per ſe imobilia ſunt, & per
accidens mouentur, quia corpora in quibus ſunt, mouentur.
Sed primum mouens, quando quidem omnino fuerit ſepara-
tum à corporibus non ſolum excedit motum per ſe/& ab eo
eſt alienum, ſed ab eo qui eſt per accidens.

Sit autem ſi quis velit, in quibuſdam contin-
gens, vt ſit aliquando & non ſit ſine generatio-
ne & corruptiõe. fortaſſis enim neceſſarium eſt.
ſi quid impartibile aliquando quidem eſt, aliquã
do autem non eſt, ſine mutatione aliquando qui
dem eſſe, aliquando autem non eſſe, omne tale.
& principiorum immobilium quidem, motiuo-
rum autem quædam aliquando quidem eſſe, ali-
quãdo autem non eſſe, contingat & hoc. ſed ne-
quaquã omnia quidem poſſibile eſt. manifeſtum
enim eſt, quod cauſa quædam ijs quæ ipſa ſeipſa
mouent, ineſt, vt aliquãdo quidem ſint, aliquan-
do autẽ non ſint. ipſum enim ipſum ſeipſum mo
uens omne, neceſſe eſt magnitudinem habere, ſi
nihil mouetur impartibile. id autem quod mo-
uet, nulla neceſſitate eſt ex dictis. Vt igitur alia q
dem generẽtur, alia vero corrumpantur, & hoc
ſit continue: nulla cauſa eſt, immobilium quidẽ,
non ſemper autem exiſtentium. Neque rurſus,
eorum quæ ſemper quidem hęc mouent, horum
autem alia. ipſius enim quod ſemper eſt, & conti-
nui, neque vnumquodque ipſorum cauſa eſt, ne
que omnia. nam ſic ſe habere, perpetuum & ex
neceſſitate eſt. omnia autem infinita, & non ſi-
mul omnia ſunt. Manifeſtum eſt igitur quod q̃- Tex. 47.
uis decies milies aliqua principia immobilium
quidem, mouentium autem, & multa eorum quę
ipſa ſeipſa mouent corrumpantur, alia vero in-
ſuper generentur, & hoc quidem immobile exi
ſtens, hoc mouet, alterum autem, hoc, at nihilo
minus aliquid eſſe quod continet. & hoc præter
vnumquodque eſſe id quod eſt, cauſa vt alia qui-
dem ſint, alia vero non, & continuæ mutationis.
& hoc quidem his, hæc autem alijs, cauſa motus
ſint. Si igitur perpetuus motus eſt, perpetuum Tex. 48.
erit & mouens primum ſi vnum eſt. ſin vero
plura, plura perpetura.

Quod ſit aliquod primum mouens/non ſolum immobile, Com 54.
ſed etiam ſempiternum rurſus oſtendit/ſtatuens ac poſtulãs,
quod in his quæ ſunt, collocatur motus æternus/ac mutatio.
Et quod oportet prius eſſe cauſam immutabilem mutationis/
eorum quæ mutantur. Sed cum ſit inſtantia dicens principia
motus eſſe in his quæ à ſeipſis mouẽt, ideſt animæ in anima-
libus, & ſi non æternæ ſint, ſatis tamen ſunt ad principij ratio-
nem/cum ſint immobiles. Non enim ortu/atq; interitu, aut o-
mnino mutatione aliquando ſunt, & aliquando non ſunt. Si
enim ob mutationem aut motum hoc accidit ipſis neceſſariũ
erat prius eſſe mouens/quam ipſa. Sed quoniam non per mo-
tum, neq; omnino per mutationẽ, quia impartibiles ſunt, ſuf-
ficiant ad principij rationem, etiam non opus erit ęterno prin-
cipio. Hanc igitur inſtantiam ſtatim principio ſoluit, & conce
dens aliquid eſſe/quod poteſt aliquando non eſſe abſq; ortu/
& interitu, ſed forte non cõtingit, imo neceſſarium eſt, ſi quid-
piam indiuiſibile aliquando fuerit, & aliquãdo non ſine muta-
tione, aliquando eſſe, & aliquando non eſſe. Sed fieri queat, in-
quit, ut ſint quædam principia mouẽdi ſine motu/& mutatio-
ne, quæ aliquando ſint, & aliquãdo non ſint, non tamen ſic ſe
habebunt omnia principia, ut aliquando ſit, & aliquãdo non.
Nam oportet ſemper aliquid eſſe/quod ſit cauſa huius/quod
aliquando ſint talia principia, quia illud aliquãdo eſſe, ſemper
eſt in alijs/atq; alijs. Sed ipſe adhuc euidentius oſtendit, quod
etiam in mouentibus ſeipſa ſi poneretur mouens/in his aliquã
do eſſe, & aliquando non eſſe, aliqua cauſa eſt æterna huius,
quod aliquando ſit, & aliquãdo non ſit. Nam & ſi ea quę mo-
uent in ipſis quæ mouentur à ſeipſis incorporea ſint, & indiui-
ſibilia ſine ortu/& interitu aliquando quidem erit, & aliquan-
do non erit, ſed ſiquidem omnino mouetur ſeipſo mobile/ne-
ceſſe eſt, ut magnitudinem habeat, quocirca nihil impertibile
mouetur, ut demonſtrauimus, ſed mouens nõdum patet, ſi im
pertibile neceſſe eſt eſſe. Si ergo eſt in his quæ à ſeipſis mouen
tur aliqua corpora/quæ interdũ ſunt, & interdũ non ſunt, hæc
oportet ut ortu/atq; īteritu aliqñ ſint, & aliqñ nõ ſint. Sed om
nis ortus/atq; interitus eſt cauſa, ſed quod eſt horũ ortus cau-
ſa, erit etiam & mouẽtium in his cauſa, ſiquidem cum illis ſub-
ſiſtant, non ergo ſuppetunt immobilia/in his quæ à ſeipſis mo
uentur ad rationem principij. Item cur nonnulla fiant, & nõ-
nulla intereant continue/cum alia fiant, & alia intereant cau-
ſam oñdit/neq; unum imobilium, ſed non ſemper exiſtentiũ,
ut inexñs ſubijcitur, neq; ſic uelut mouẽtium hęc/& alia horũ.
Nam eius q̃d eſt ſemp/& ꝯtinue non eſt una cã, quã ipſe dixit
unãquãq;. Si. n. hęc non ſempiterna, & mutatio æterna, quãdo
hæc non eſt, aut non erit, neq; mutatio/& non erit ęterna/neq;
continua,

continua,uel erit alia cauſa eiuſdem. Siquidem hoc non exiſtẽte fit. Sed cum ipſe dicat ꝙ eius/quod eſt ſemper & continue neq; unũquodq; horum,neq; omnes cauſæ unum non ſempiternorum cauſam eſſe deſtruxit breuiter his uerbis. { Nam ſic ſe habere perpetuum/ & ex neceſſitate eſt. } Sed quomodo neceſſarij/& ſempiterni,nõ ſempiternũ cã eẽ põt,qđ quidẽ ĩpſi perſpicuum inducere prętermiſit. Quod uero neq; omnes tales poſſint eſſe cauſę demonſtrauit his uerbis. { Omnia autem infinita,& non ſimul omnia. } Nam ſic infinita, ut in infinitũ facta.& ob id non ſimul omnia ſunt,quomodo igitur queunt omnes cauſæ dici æternæ/& continuæ mutationis, quæ non ſemper omnes,neq; ſimul ſint. Quæ enim nondum ſunt, aut non amplius ſunt,quomodo cauſa erunt eius quod eſt? Quod uero neq; ſic omnes,ut omnes eiuſdem/& unius,& aliæ alterius partis,uelut huius quidem ac huius,& aliæ alterius/ ut ea quæ nunc ſunt eorum quæ in præſentia extant/& ea quæ teruntur eorum quæ rurſus emergunt procedendo demonſtrabit. Sed poſſe ratiocinari ſic ex dictis opinor,quod neq; unum non ſempiternorum,neq; omnes cauſæ continui/& ſempiterni motus ſunt. Nam accipiens quod ſic ſe habere,ideſt cauſam eſſe continui/& æterni motus æternam neceſſario. Vel ſicut Alexãder/& Themiſtius ſcribunt æternam/& ex neceſſitate. Nam neceſſe eſt cauſam ſempiterni ſemper eſſe. Huic propoſitioni affirmatiue addit negatiuam propoſitionẽ dicẽtem unũquodq; generabile/& corruptibile/& huiuſmodi omnia non ſunt ſempiterna,ex quibus deducitur quod unum generabile/& corruptibile/& omnia huiuſmodi non ſunt cauſæ continui & ęterni motus,ſed quia unũquodq; ortui,atq; interitui ſubditum nõ eſt æternum,& ſuperfluum eſſet oſtẽdere, quod neq; omnia ſint æterna, probat ex hoc/quia ſunt infinita.& ſic infinita/in infinitum facta,& non ſimul omnia exiſtẽtia. Nam quę ſucceſſione fiunt/nõ ſimul omnia ſunt, quare neq; omnia ſunt æterna. Si enim eẽnt æterna,ſimul eẽnt omnia, & nõ quidem nunc alia,& iterum altera. Patet igitur inquit, quod & ſi infinities ideſt in infinitum talia principia immobilium/& mouentium,qualia ſunt immobilia in his quæ ſeipſis mobilia ſunt,ideſt animaliũ animæ/& plura eorum quæ ſeipſa mouẽt. Nam cuncta quæ ſub luna collocantur fiunt,& intereunt, quæ habent ſemper cauſam ortus quæ ſit,& tamen eſt aliqua cauſa æterna præter unãquãq; harum,quæ quidem habet/& definit horum mutationes eaſdem ſeſe præbens inceſſabilis, quod quidem neq; unaquæq; cauſa generabilis/& corruptibilis/ neq; omnes ſimul poſſunt cõferre. Quod enim deinceps eſt/ neq; cõtinuum/neq; æternum eſt,ſed oſtẽdebatur motus ęternus eẽ/atq; ꝯtinuus. Cũ igitur oſtẽdiſſet quod neq; ſingulę neq; oẽs ſimul cauſæ generabiles/& corruptibiles motus poſſunt eſſe cauſæ æterni motus,merito ſubiunxit manifeſtum eſſe, ꝙ eſt aliqua cauſa æterna ipſius motus æterni. Deinde addit, qđ hæc æterna cauſa,ut motiua ſint ea quæ ſubijciuntur non ęterna eſſe,& moueant ac ſint, & ea quæ ſeipſis mobilia ſunt in quibus,ut talia motiua/ſint cauſa illa eſt. Hæc autem ſeipſis mobilia ſunt cauſæ,ut alia mouẽtur,& mota quidem quę nõ ſemper mouent,ſi quidem principium/& primum mouentiũ/ & eorum quæ mouentur ſit/ id quod eſt ſeipſo mobile, ne in infinitũ abeamus ante omne ab alio mobile ponẽtes aliud mobile ab altero. Poteſt etiam dici quod æternum motiuum eſt cauſa/cur ſemper mota moueantur continue, ideſt ea quæ in orbem mouentur. Hæc autem ſunt cauſæ eorum quæ fiunt/ & intereunt motus/& ortus. Sed forte melius/& hoc itelligere de ipſis quæ ſunt mobilia/in ipſis quæ a ſeipſis mouẽtur,quia de his proxime erat ſermo,tanquam concluſionem dictis omnibus inferat breuem quandam/& recte connexam. Si enim inquit motus æternus eſt,etiam cauſa mouẽs æterna erit,ideſt primum mouens. Sed cum iam probauerit antecedens/uidelicet motum eſſe æternum,audacter inducit ſequens hoc ſempiternum eſſe mouens. Et ſi quidem unum fuerit/ quod ſemper mouetur,erit etiam unum quod mouet æternum,ſi uero plura fuerint quæ mouentur, plura etiam erunt mouentia ſempiterna. Vnum enim ſecundum unũquenq; motum.

Vnum autem magis quam multa,& finita quã infinita oportet exiſtimare. eiſdem enim accidentibus, ſemper finita magis accipere oportet. in ijs enim quæ natura ſunt, oportet finitum, & id quod melius eſt, ſi contingat, eſſe magis. ſufficiens autem eſt, etiam ſi vnum, quod cum primum immobilium perpetuum ſit, erit alijs principium motus.

Conſentaneum magis, inquit, eſt,unum eſſe primum mouens/quam plura. Non enim conducit, ut multorum ſit dominatus, quod quidem ipſe duodecimo metaphyſices aſſeruit ſecutus Homerum. Si uero plura fuerint,cõſentaneum magis eſt,ut finita ſint,quam infinita exiſtimare. Et cauſam addit,cur his accidentibus finita magis ſumẽda ſint. Et huius rurſus cauſam affert uidelicet/cur oporteat in naturalibus ſi contingeret finitum magis accipere,quia melius eſt infinito/ & unum pluribus. Ponitur enim quod natura ſemper eorũ quæ fieri queũt primo optimum facit,& hac ratione primo huius tractationis præponendum eſſe Empedoclem Anaxagorę/ac Democrito cenſuit,quia ille ſtatuit finita principia & elementa,illi uero infinita,item quia ille finitis omnia aſſignabat,quæcunq; illi per infinita tradiderunt. Hæc autem dicit, quia oſtenſurus / quod ſi multi ſint motus continui finiti/& non infiniti, unus tamen eſt ſtellarum inerrabilium qui alios continet. Et ea uſatum motiuarum/eſt una quæ excedit alias,ad quæ nunc reſpiciens ſubiunxit, quod ſat erit / & unum quod primum immobilium æternum exiſtit motus aliorum initium fore. Com. 15.

Manifeſtum autẽ eſt ex hoc, quod neceſſe eſt eſſe aliquid vnum, & perpetuum primum mouens. oſtẽſum eſt enim, quod neceſſe eſt ſemper motum eſſe, ſi vero ſemper neceſſe eſt & continuum eſſe. etenim quod ſemper eſt, continuum eſt. quod autem conſequenter eſt, non eſt continuum. At vero ſi continuus eſt, vnus eſt. vnus autem, ſi & ab vno mouente, & vnius ſit quod mouetur. ſi enim quiddam aliud, & aliud mouebit, non continuus totus motus, ſed conſequenter erit. Tex. 49.

Cum oſtendiſſet primum mouens æternum eſſe ſecũdum ea ſingula quæ mouentur continue & ſempiterne,& quod cõſentaneum eſt hoc unum eſſe,idem altero argumento / quod per tria/aut per plura ſecundum hypotheticum modum deducendi ſic oſtendit. Si neceſſe eſt ſemper motum eſſe,neceſſe eſt ut ſit continuus,& ſi neceſſe eſt ut ſit continuus,neceſſe eſt/ut ſit unus,quod ſi neceſſe eſt ſemper/& continuum/& unum eẽ motum, neceſſe eſt ab uno ſempiterno moto, & mouente fieri. Si ergo neceſſe eſt ſemper eſſe motum,neceſſe eſt etiam, ut unus & æternus ſit primus motor. Sed oſtẽſum eſt antecedẽs, igitur uerum eſt etiam conſequens,& quod ſi ſemper ſit, etiã continuus ſit demonſtrauit per hoc quia ſemper/& continuũ eſt. Si enim deficeret,non ſemper erit, ſi uero continuus, unus erit. Si enim plures/nõ cõtinuus erit,ſed deinceps,ſi ergo cõtinuus,nõ plures,ſed unus,quod uero nõ ſic unus,ut æternus cõponatur ex his ꝙ deinceps ſiũt,patet ſiquidẽ motus, qui ſit cõſequẽter poſſe etiam deficere. Nõ enĩ neceſſe ẽ/poſt primũ motum ſtatim eẽ/& fieri mouẽs poſt ipm,niſi fuerit aliqua cauſa una/& æterna neceſſariæ ſucceſſionis mouẽtium quod quidẽ nũc ratio introducit,quod ſi hoc nõ fuerit,cõtingit etiã deficere,& nõ ſtatim ꝗa interit,primũ mouẽs poſt ipm ẽ,ſed illo deficiente,deficeret ẽt motus. Sed hoc fieri nõ põt. Si aũt fuerit cõtinuus & unus,numero erit unus. Sʒ unus nũero,ut añ oſtẽſum eſt, unius nũero mouẽtis ẽ,& unius nũero motu. Neq; n. eorũ Com. 16.

quæ mouētur ſi plura fuerint ē unus motus,ſed deinceps,ſi ergo,ſic,neq; plurium mouētium erit unus motus Nam in ſucceſſione mouētium fit quædam ſtatio.Oportet enim quieſcere alıud/& alıud incipere,& ſic cōtinuatio ſcinditur/ac diſſipatur.Adhuc autē nefas eſt,quia neq; quādam neceſſitatē habet,ut ſtatim poſt primū mouēs ſcd̃m ſuccedat.Nō enī ſi fuerint plura ſempiterna/ex ſucceſſione mouebunt.Nam hæc egent quiete ab actione ſm̃ continuationē, quæ dum agunt labore defatigātur.Equidem mortalia labore defatigantur , ſed æternū non afficitur labore.Item ut mouētur poſtquam non mouerint,indigēt mutatione,ſed erant immobilia:nam prima. Sed his demonſtrauit,quod neq; omnia mor ua non ſempiterna,quales ſunt cauſæ motus æterni ex ſucceſſione mouēt. Itē prius demonſtrauit,quod neq; omnia ſimul, patet ergo etiam ex his quæ nunc dicta ſunt,quod uniuſcuiuſq; motus continui, cauſa motiua eſt æterna/atq; una.Sic etiam in metaphyſica ex corporibus quæ mouētur,in orbem numerum immobiliū, & primo mouētium cauſarum conatus eſt inuenire.Sed ambigeret aliquis merito (ut exiſtimo) quomodo quia demonſtrauit principio motum,ſemper eē oportere,ſequitur hoc ut ſit continuus.Nam ſemper,inquit,cōtinuum,& quod deinceps nō cōtinuū.At uero nō uelut ꝯtinuus,ſed uelut deinceps ſemper motus eſſe ſuperioribus rationibus oſtendebatur,ſi quidem ſemper ante primam poſitam mutationē aliam demonſtrauerit eē priorem,& poſt ultimam poſteriorē aliam,ſed tales motus deinceps/& cōſequenter ſe habēt,& non continui.Si ergo ſemp̄ continuum,ut inquit aliud eſt,& aliud quod deinceps,cōcluditur in ſecunda figura categorice/ quod deinceps non eſt ſemper. Quod ſi motus qui oſtēdebatur cōſequēter erat, ſed non eſt oſtēnſum per illam demōſtrationem/quod ſemper motus eſt neq; quod unus,quare neq; quod unum mouens demonſtrabitur,ut nunc dixit,ex hoc oſtēſum eſt quod ſemper neceſſe eſt motum eē.Sic enim oſtēſum eſt ſemper,ut deinceps, ſed non ut cōtinuum motum eē.Dubitatio igitur talis erat . Sed forte dicendum,quod principio huius libri oſtēſum eſt , quod ſemper motum cōſequitur motus.Nā hoc manifeſtum erat in his quæ ſunt nobis proxima ſub luna,in quibus ante omnē motum neceſſe eſt alium prius eē,& poſt omnē alium ſubſiſtere. Sed reliquum ſumptum fuerat ex ſuppoſitione , quia ante illū motum qui deinceps eſt,ſemper ꝯtinuus,extat cauſa,ut ille deinceps nunq̃ deficiat.Q uod igitur nūc dicitur,hoc eſt,quia ſi ſemper eſt neceſſe eſt continuum eſſe.Hoc enim quod ſemper eſt,cōtinuum eſt.Quod autē conſequēter eſt/non eſt cōtinuū, indicat qđ deinceps/& motus conſequēter quatenus talis nō eſt,cōtinuus,neq; quod ſemper ex neceſſitate ſit . Q uia ergo oſtēſum eſt motum indeficiētem eſſe illum/qui cōſequēter eſt in his quæ ſub luna ſunt, quia neceſſe eſt,ut ſit quidā cōtinuus qui ſic illum ſeruet.Niſi enim ſit cōtinuus / & æternus motus cœleſtis,nō eſſet motus eorum q̃ ſub luna deinceps indeficiēs & æternus.Qđ uero ex hypotheſi ſumptū ſit indeficiētem motum ꝯtinuū eē cām/cur motus deinceps ſemp̄ ſit,proceſſu uerborum indicat ubi ait.Simul autē & hoc nunc,& prius poſitū eſt quod pōt eē quidam motus cōtinuus & æternus,& id erit manifeſtū eadē uia & rōne,& oñdit quod ſolus motus in orbē eſt talis aliorū motuū. Si ergo motus/ qui ſub luna ē deinceps indeficiēs fuerit,neceſſe eſt,ut prior natura ſit ꝯtinuus,unus ac ſempiternus cā eius/qui ē deinceps,qđ ſi fuerit unus/& idē cōtinuus ac æternus motus neceſſe eſt/& mouēs eodē motu unū eſſe/atq; æternum,merito ergo ex eo/quod principio oñſum ē uidelicet,q̄a motus cōſequēter ſe habēs ſemper eſt inquit oſtēſum eſſe,ut ſit neceſſe ſubſiſtere motus cōtinuus/& unus ſemper,atq; mouēs eodē motu unum/& æternū,ſiquidē unus motus ab uno mouēte/& uno quod mouetur,proficiſcitur.

Tex. 50. Ex his igitur crediderit aliquis eſſe quid primum immobile.Et rurſus cū reſpexerit ad principia mouentium.Eſſe igitur quædā entium quæ aliquando quidē mouentur,aliquādo vero quieſcunt,manifeſtum eſt. Et per hoc fuit manifeſtū quod neque omnia mouentur neq; omnia quieſcunt,neque alia quidem ſemper quieſcunt alia vero ſemper mouentur . Quæ nanque ad ambo prona ſunt & potentiam habent vt aliquando quidem moueantur , aliquando vero quieſcant demonſtrant de ipſis. Quoniam autem huiuſcemodi , omnibus ſunt manifeſta , volumus autem demonſtrare & duorum vtranq; naturam, quod ſunt alia quidem ſemper immobilia , alia autem quæ ſemper mouentur,procedentes autē ad hoc & ponentes omne quod mouetur ab aliquo moueri,& hoc eſſe, aut immobile , aut quod mouetur , & quod mouetur , aut a ſeipſo , aut ab alio ſemper,proceſſimus vt accipiamus quod eorum quæ mouentur eſt principium.eorum quidē quę mouentur,id quod ipſum ſeipſum mouet.omniū autem,id quod immobile eſt. Videmus autem & manifeſte eſſe eiuſcemodi,quæ mouent ipſa ſeipſa , vt animatorum & animalium genus . Hæc igitur & opinionem præbebant,ne forte contingat motum fieri,cum non eſſet omnino. propterea quod nos in his videmus hoc contingere.immobilia enim cum ſint aliquando,mouentur rurſus vt videtur.Hoc autem oportet accipere,quod Tex. 51 ſecundum vnum motum ipſa mouēt,& quod ſecundum hunc nō proprie.non enim ex ipſis eſt cauſa , ſed inſunt alij motus naturales animalibus,ſecūdum quos non mouentur per ſeipſa . vt augmentatio, diminutio, reſpiratio , quibus mouetur animalium vnunquodque cum quieſcit,& non mouetur ſecundum eum motum qui eſt a ſe ipſo.Huius autem cauſa eſt , continens , & multa ingredientium.vt quorundam alimentum. nam dum concoquitur,dormiunt:dum autem diſgregatur,excitantur & mouent ſeipſa,cum primum principium ab externo ſit.Quapropter,non ſemper mouentur continue a ſeipſis . aliud enim eſt mouens ipſum quod mouetur & mutatur , ad vnunquodque mouentium ſeipſa . In omnibus autem his mouetur primum mouens,& cauſa vt ipſum ſeipſum moueat a ſeipſo, ſecundum accidens tamē.mutat enim locū corpus . quare & qđ in corpore exiſtit,& vectis motiōe,mouet ſeipm̄.

Cum multipliciter oſtendiſſet aliquid eſſe primo īmobile mo Com. 51. uens,crediderit,inquit,aliquis hoc etiam reſpiciens ad principia mouentium ideſt/ad animas in animalibus/& ipſa principia quæ uidentur principia motuum immobilia . Si enim hæ non apparent eſſe omnis motus animalis principia eſſe. Neq; enim accretionis/neq; diminutionis,neq; reſpirationis,quod ſi quidem ſunt,ſolum motus ad locum/qui eſt ſecundum appetitionem/& inclinationem animæ ſunt cauſæ motuum,& neq; huius proprie ſunt principia. Nam oſtendetur externa principia huius/ neq; immobilia quomodocunq; eſſe, ſed per accidens mouentur,cum ſimul moueantur , cum ſuis corporibus/ quo patet non eſſe principia proprie talis motus.Sed eſt quoddam aliud ante hæc . Series ergo dicti argumenti talis eſt.Sed

cum dicit/quod etiã quis ex prædictis crederet eẽ aliquid primum immobile, & rurſus reſpiciẽs ad principia mouentium conuertit ſermonẽ ad uiam, qua inuentæ ſunt cauſæ motuũ. Principium autem omnino eſt/quod eſt manifeſtum eius/qď eſt occultum, quia ergo perſpicuum eſt, quod aliqua eorum q̃ ſunt interdum quieſcunt, interdum mouentur, ut animalia uidentur, & naturalia corpora/cum ad propria meant loca, & in his quieſcunt natura. Sed idem oſtenditur ex his, quæ mouentur præter naturam. Nam præter naturam motus exitus eſt, atque egreſſus, qui fit a quiete ſecundum naturam uiolentia quadam. Et ob id inquit manifeſtum eſt, quod neq; omnia quæ ſunt, ſemper mouentur, ut Heraclitus uidebatur dicere, neq; omnia ſemper quieſcunt, neq; alia ſemper quieſcunt, & alia ſemper mouentur. Quædam enim interdum mouẽtur, & interdũ quieſcunt. Nam confutauit hæc membra diuiſionis. Et cum ſint quædam quæ liquido interdum quieſcunt, & interdum mouentur/ & perſpicuo ſint, quærit omnino ratio, ſi media quæ utroq; modo ſe habeat in his quæ ſunt, plane extiterint an hæc extrema ſint quorum alia ſemper immobilia ſunt, & alia ſemper mouentur, & procedendo ad demonſtrationem huius poſuimus/omne quod mouetur ab aliquo moueri, quod quidẽ etiam libro ſuperiore oſtenſum eſt, ſed mouens aut neceſſe eſt immobile eſſe aut motum, & ſi mouetur, aut a ſeipſo/aut ab alio, ut ſemper mouẽs etiam ab aliquo externo moueatur. Cũ ergo hoc abſurdum ſit, ne in infinitum abeamus principia eorum quæ cientur duo ſunt, proximum quidem ſeipſum mouens, ſed omnium immobile, & omne quod ſeipſo mobile eſt mouens immobile eſſe apparet. Sed non ſolum ſecũdum rationem inuẽtum eſt/id quod eſt/ſeipſo mobile tãquam prius ſit/ ex neceſſitate quam mouẽtia/& mota, ne in infinitum proficiſcamur, ſed etiam ex ſenſu compertum eſt, quod ſunt quædã eorum quæ ſunt mota/& quieſcentia, quæ nõ extrinſecus mouens/& ſiſtens habẽt, ſed in ipſis ſunt, ut animalia / & omnino quæcũq; habent animam. Etenim & plantæ interno principio aluntur/& adoleſcunt/ac diminuuntur. Nam naturalia & ſi habeant in ſeipſis principium motus, nõ habẽt principiũ uelut ad mouẽdum, ut diximus prius, ſed quo apta ſint moueri. Nam diximus quod naturalia principium motus habẽt non mouendi/ neq; faciendi, ſed patiẽdi. Sed ſignũ & cõiecturam cur exiſtimãda ſint animata a ſeipſis moueri adducit, quia ex his dubitare poſſumus nũquid motus ſit generatibilis/tãquam in his palam motus fiat/ cum prius nõ eſſet. Nam uidebantur immobilia aliquãdo mutari/ex ſeipſis ad motum p̄ter quam dubitationem/ quæ uocat in dubium/num motus ſit ingenitus occurrit principio libri oſtẽdens/quod nõ ſunt animalia immobilia, poſtea quam non mouentur motu a ſeipſis. Hic autem motus eſt/qui fit progreſſiue ſecundum appetitionem. Sed differens tum de hoc ſermonem/ac ſuſtinens dicturus de eodẽ explicatius, nũc perſequitur alio ingreſſu oſtẽdens/quod quo motu ſe mouent animalia/nõ prius quieſcẽtia incipiunt perfecte ſeipſa mouere, ſed cum ſit in ipſis motus quidam factus ab externis ab illo/ex illo mutatio eorũ fit ad ſui ipſius motionẽ. Vnus enim motus eſt, ut etiam prius dixit, quo ſeipſa mouẽt animalia ſecũdum locum progrediẽtia, & neq; hoc proprie/ & ex ſeipſis mouẽtur. Non enim in ipſis eſt talis motus principium, ſed quibuſdam alijs motibus mouetur naturaliter, & nõ ex ſeipſis, ut cũ augẽtur/& diminuũtur/& reſpirãt, atq; ſomno quieſcũt, & expergiſcuntur, quorũ motuũ in ipſo nõ eſt idẽ ipm animal cã abſolute, ſed corpus orbiculare, & reſpirationis aer cõtinens, & cibus eſt cã icremẽti/atq; ſomni/& uigiliæ. Nam cõcocto cibo/& digeſto animalia accũbũt/et dormiũt, q̃a uapores exhalationeſq; ex cibo quæ petũt ad caput/& ſenſiteria occupãt/& grauitate humiditatis ſoporem/aut ſomnũ efficiunt, & non permittunt animal ſecũdum ſe agere, ſed iterum cõcoctione facta, eędem euaporationes ſubtiles atq; tenues fiunt/& ſemotis ſuperfluis animal expergeſit, & tum ſeipſum mouet a principio interno. Nam cauſa cur excitetur a ſomno eſt cibi cõcoctio/atq; digeſtio/& exhalationum motus qui non prouenit/ex ipſo animali ſimpliciter, ſed ex cibo & naturali. ſed non ex actione ſecundũ inclinationem/& appetitionem. Sed cum animalia egeant cibo/& ſomno/& nequeãt ſimul motu ſuo/& interno a ſe moueri dum dormiunt, fit ut animalia nequeant ſeipſa mouere continue. Sed cum dixerit/cum principium primum extrinſecus ſit, ſubiunxit. Aliud enim eſt mouens ipſum quod mouetur/& mutatur ad unũquodq; mouentium ſeipſa, & aliud dicit eẽ corpus orbiculare. Nam hoc eſt illud quod mouet extrinſecus accidentia/& mutatum ſuo continuo motu/ad unũquodq; ideſt proprie unicuiq; ſeipſo mobili ſub luna. Mouet autem extrinſecus aduenientia motibus naturalibus, ut alteratione. Nam ab illo calefiunt, & frigefiunt quæ adueniunt. Vel quadam alia peculiari mutatione propria mutata in ſeipſis mobilibus mouent ipſa/& ob id non continue animalia mouent ſeipſa/quia ſequũtur principia motiua extrinſecus aduenientia, & egent quiete/ & ſomno, ſed quia animalia non ſunt immobilia, poſſunt mouere ſeipſa, & huius motus quo ex ſeipſo uidẽtur moueri extrinſecus eſt prima cauſa, motum/& mutatum ad unũquodq; ipſorum ab eo quod ſemper eſt mobile tollit ne fiat motus in animalibus/ cũ nõ prius extitat omnino. Cũ ergo his dictis oſtendit, quod non eſt proprie principium motus in ipſis quæ a ſe ipſis mouentur mouens, quia etiam hæc extrinſecus habent initium motus, oſtẽdit deinceps quod neq; immobile proprie eſt mouẽs/quod eſt in ipſis mobilibus a ſeipſis. Nam in omnibus his mouens primum, ideſt anima, eſt cauſa quod moueat ſeipſum. Nam ob animã animal eſt ſeipſo mobile. Hoc igitur primo mouens mouetur a ſeipſo per medium corpus, ſed per accidens mouet ſeipſum tali motu. Mouens enim corpus facit locum mutare a ſuo uecte, & mutat ſimul locum id quod eſt in corpore, quare uecte ſeipſum mouere contingit, ſed per accidens. Nam quia corpus mouet in quo eſt, ſed aſſimilauit motum ab anima in animalibus uecti, uel quia etiam anima habet extrĩſecus cauſam mouẽdi corpus, ut etiam uectes cum ſint inſtrumenta primo mouẽtium, uel quia uectes addiu ſemper mouent propulſanda/& nõ ſeparati. Sic quoq; & anima quæ ſemper ſimul adeſt corpori mouet ipſum, uel magis quia talis motus eſt uiolentus/& nõ ſecũdum naturam corporis. Nam alius eſt uniuſcuiuſq; motus elementorum in corpore ſecũdum naturam/ut motus terræ deorſum & ignis ſurſum, quocirca etiã defatigantur/cum mouentur ab motu/ab anima, & non poſſunt diu multũq; durare. Verum quãdo motibus naturalibus ſua petunt loca/ non premuntur labore. Cuius rei indicium, uel illud maxime eſt, quia unũquodq; ipſorum/cum fuerit propinquum proprio loco celerius mouetur. Sed uecte mouere dixit ſeipſum non primarie, ſed per accidens. Nam primo corpus mouet uecte.

Ex quibus credere licet, quod ſi q̃d eſt immobilium quidẽ, mouentiũ autẽ, & ipſorũ quę mouẽtur ſecundũ accidẽs, impoſſibile eſt cõtinuo motu mouere. Quare ſi neceſſe eſt quidẽ cõtinue eẽ motũ, eſſe quid oportet primũ mouẽs imobile. & nõ ſecundũ accidens, ſi futurũ eſt (vt diximus) in ijs quæ ſunt vt ſit inceſſabilis quidã & immortalis motus, & manere ens ipſum in ſeipſo & in eodẽ, principio enim manẽte, neceſſe & omne manere continuum exiſtens ad principium. Tex. 52.

Cum dixerit quod motiuũ in his quæ a ſeipſis mouẽtur immobile eſt per ſe, per accñs, & idẽ mouet una cũ corpore motum, cõcluſit, quod ſi q̃d eſt imobile/& mouẽs ſe per accidẽs, quod neq; per accidẽs põt cõtinue motu mouere rationẽ faciẽs in ipſis aĩalibus mortalib⁹ q̃ cibo/& ſomno egent, & ob id nequeunt motu moueri continuo animalibus proprio cum ſit ſecundum appetitionem ad locum. Si enim ea quæ cientur corpora non ſunt apta moueri continue neque mouens continue mouet, neq; ipſa corpora, neq; ſeipſũ per accidẽs, q̃a ſunt in Com. 58.

corpore moto. Hoc igitur cum oſtenſum ſit quod quæ in his q̃ a ſe ipſis mouentur immobilia, ſed motiua non mouent motu continuo, connectit aliud argumentum oſtendens oportere ante motiua in his quæ a ſe ipſis mouentur eſſe aliquid aliud motus magis proprie principium. Si enim neceſſe eſt, ut ſit motus continuus, & motiua in his quæ a ſe ipſis mouentur, nequeunt continuo motu mouere, cum ſint immobilia per ſe, ſed mota per accidens oportet eſſe primum mouens, neq; per accidens motum. Nam hoc indicat illud per accidens immobile. Oportet igitur eſſe, inquit, talem cauſam, ſiquidem debeat fore ut oſtendimus inceſſabilis, atq; immortalis motus in his, quę ſunt. Continuus eſt enim talis, quippe qui nõ eſt continuus interpollatione ſecetur. Sed per accidens motum uelut ex loco locum mutans. De his enim ſermo eſt, non mouet continuo motu, quod uero neq; motum ab eodem continue aptum ſit moueri. Et ſi quidem maneat inquit quod eſt in ſeipſo, & in ipſo. Non enim eſt aliquid præter id quod eſt. Et quod ẽ mũdum appellat, quare in ipſo eſt & non mutat locum ex loco, neq; alius ex alio ſit. Etenim ſpecie ſubſtantiæ manet in ſeipſo, & qualitate motus. Quod enim in orbem mouetur in eodem manens mouetur. Et ſic ſolum inquit Alexander mouens poteſt, non per accidens moueri ſi motum a ſeipſo in eodem manens moueretur. Si enim totum eſt in quo tale motiuum eſt, hoc autem in ipſo manet. Secundum partes enim motus ineſt ei quod mouetur in orbem, neq; ſi quod eſt in ſeipſo moueretur per accidens adhuc a ſeipſo moueretur, is enim motus quo mouet corpus, non mutatione totus ſit in quo eſt, ut ſiebat in ipſis animalibus mortalibus, quæ uecte uelut mouebantur ab anima & loca mutabant alternatim. Non enim ſecundum aliquam partem eius, quod mouetur in orbem dicemus motiuum eſſe. Cur enim magis hæc, quam hæc cum ęque omnes ab ipſo moueantur. Quod ſi quis inquit occurreret, quomodo in toto igitur erunt. Dicemus ut qui dicit, ſtatuit in aliqua parte eius quod mouetur idem eſſe. Non enim corpus eſt tanquam quendam locum occupare definitum. Sed incorpoream inquit naturam quandam, & ſubſtantiam nihil mirum eſt ſimul eſſe in aliquo toto. Sed perpetuitatis eius quod mouetur cauſa eſt primum » mouens. Hoc enim indicat hoc { principio enim manente ne- » ceſſe, & omne manere continuum exiſtens ad principium. } Maneret autem principium, ſi non per accidens moueretur, neq; per ſe, & quod omne principium proprie eſt æternum. Si enim ſolueretur principium neq; ipſum aliquando foret, neq; » illud quod ab eodem emanat, ut Plato inquit, { & omne con- » tinuum exiſtens ad principium, } id eſt proxime & ſine medio motum ab æterno principio, neceſſe eſt & ipſum manere æternum. Si enim principium ſemper eodem modo mouet, fieri nequit, quin etiam id quod proxime mouetur æternum ſit. Quod ſi hoc interiret, neq; eſſet amplius principium illud, neq; ſemp mouens. Principium enim ſemper eſt, cum eo cuius eſt principium, & mouens, cum eo quod mouetur. Sed non ſigillatim nunc dicit, de primo coelo quod proxime mouetur ab eo quod ſit æternum. Hoc enim in ſequentibus oſtẽdet, ſed communiter quod uniuerſum, & mundus erit ſic æternus inter omnia quæ in ipſo mouentur, ab illo principium habens motus.

Non eſt autem idem, moueri ſecundum accidens a ſeipſo, & ab altero. moueri enim ab alio, & eorum quæ ſunt in cœlo quibuſdam principijs ineſt quæ ſecundum plures feruntur lationes. alterum autem, corruptibilibus ſolum.

Com. 59. Cum diceret ipſe quod immobilia, & mouentia per ſe, & per accidens non poſſunt mouere motu continuo, illico dubitandum erat, quomodo coeli cum ſint animalia ſe ipſis mobiles ſint, & habeant mouens imobile per ſe, & non per accidens ſeipſum mouens, ſed motum ab altero per accidens. Non orbes planetarum mouentur a ſphæra inerrabilium eodem motu, & tamen circũducuntur motu continuo. Hanc igitur dubitationem ſoluens dicit, non eẽ idem moueri per accidens a ſeipſo, & moueri ab altero. Nam ab altero moueri competit etiã ſphæris erraticis quæ proprio motu mouentur circa ſuos cardines & polos, & alio motu ſphærę inerrabilis circa polos illius cum proprij cardines earum moueantur. Et poſſunt continuo motu moueri ab ipſa ſphæra continue mota, & mouente inerrabili. Nam a ſe ipſis non mouentur per accidens, quia mouens in uniuerſo eſt, ſed uniuerſum non mouetur. Nam ſecundum partes mouentur quæ in orbem aguntur, & non ſecundum tota. Sed illud uidelicet per accidens moueri a ſe ipſis competit ſolis corruptibilibus. Nam illud { ſolum } pro ſolis dixit. Et Ale- » xander tradit animas orbium, qui circũferuntur circũduci p accidens uerum non a ſeipſis, ſed a mouẽte corpora ipſorum, quia in his ſunt quæ non mouentur ad ipſa ad quæ mouentur ab ipſis imobilibus in eis. Sed prima inquit cauſa motiua ſphęrę inerrabilis, neq; a ſeipſa, neq; ab alia moueretur per accidẽs quia ſphæra inerrabilis, uno circũtorquetur motu, & eo motu qui ſit ſupra polos manẽtes, atq; immobiles eiuſdẽ, aut quia neque forma ẽ principium talis corporis moti, ſed quadã ſubſtãtia ſeparata. Hæc igitur Alex. tradit qui cæteras alias animas a corporibus inſeparabiles putat. Verum hoc alias diſputãdum eſt, atq; inquirẽdum. Cæterũ ſcitu dignũ ẽ, niſi Ariſto. aliud p accidẽs putet præcedere idẽ cõſiderãs in animalibus mortalibus, ſed aliud ẽ ab altero quod competit ſphæris erraticis. Nã ſecũdum accidẽs non põt eẽ æternum, quia ẽ ipſius per ſe defectus, aut una ſubſiſtit, quia per ſe ſubſiſtit, & ẽ ipſius præcedẽtis degeneratio, atq; defectio, ſed nulla talis natura ẽ ęterna, ſed illud quod eſt ab altero etiam habere rationẽ pręcedẽtis põt. Et ob id Ariſto. dixit, quod nõ ẽ idẽ moueri per accidẽs a ſeipſo, & ab altero moueri, qui non putat, ut opinor, ſubintelligendum eſſe per accidens pro ipſo ab altero.

At vero ſi aliquid eſt ſemper huiuſmodi, mouens quidem, immobile autem & ipſum perpetuum, neceſſe eſt & ipſum primum quod ab hoc mouetur, perpetuum eſſe. Eſt autem hoc manifeſtum quidem, & ex eo quod non aliter eſſet generatio & corruptio, & mutatio in alijs, niſi aliquid moueat id quod mouetur. immobile enim eodem & vno motu ſemper mouebit eodem modo, tanquam nihil ipſum mutetur ad id quod mouetur. Quod autem mouetur ab eo quidẽ quod mouetur, ab immobili autem mouetur iam, propterea quod aliter, ac aliter ſe habet ad res ipſas, non eiuſdem motus erit cauſa. ſed propterea quod in contrarijs eſt locis, aut ſpeciebus: contrariæ præſtabit vt moueatur vnunquodque aliorum, & aliquando quidem quieſcat, aliquando autem moueatur. Tex. 51.

Com. 60. Cum primum probaſſet motum ſemper eſſe neq; ipſum ortum habere, adeo ut prius non fuerit, ut Eudemus addit, neque interiturũ ſic, ut prorſus aliquando nõ ſit, deinde cum oſtẽdiſſet quod primo mouens ſecundum unũquemq; motum, ut Eudemus adiecit oportere immobilem eſſe per ſe, & per accidens, & cauſam eſſe æternam, ut æterni motus, inquit neceſſe eſſe, ut quod primo mouetur ab ipſo imobili æternoq; motiuo etiã idipſum ſit æternũ. Simul enĩ ſunt mouẽs, ut mouẽs, & id qđ mouetur, ut mouetur. Sed ipſe aliam demõſtrationẽ huius adiecit. Nam cum accipiat, ut conceſſum ortum eſſe, atq; interitũ ĩ his reb⁹ q̃ ſunt, tale deductũ deducit. Si ẽ aliqđ ęternũ qđ mouet, & mouet, nõ erit ſemp̱ ortus, & interitus, ſed hęc ſunt, igiẽ ẽ aliqđ qđ mouet æternũ, & qđ mouet. Ex aſſumptionẽ (ut dixi) dicentẽ qđ ẽ ſemp̱ ortus, atq; interitus, ut ꝯceſſum poſuit. Nõ enĩ eẽt ortus, ortus. Sed ꝯnexũ ſic oñdit. Qđ ſit, & interit, omnino eget mouente, igitur tale mouens, aut omnino

mouet,

mouetur, aut immobile eſt, ſed immutabile quando immobile eſt eodem modo mouebit ſemper, ut ſolum ſuel fiat, aut intereat, ſed quod mouetur ab ĩmobili, quia eſt in locis contrarijs, & aliqñ appropiquaſ, & aliqñ diſtat id qđ uim gignẽdi habet ut dicit libro de ortu ac interitu rerũ, nõ eſt eius motus cã, ſed ptrane quod mouetur unum quodq; aliorum preſtabit, & idẽ aliquando quieſcit, & aliqñ mouetur. Verum igitur eſt quod ſi non eſt aliquid quod mouebit motum, non erit ortus ſemper & interitus, & patet quod etiam æternum eſt, quod hiſce mouet motibus/& ipſum quod mouetur. Si enim ſemper ſunt ipſi motus, ſemper oportet mouens eiſdem eſſe. Quod ſi non æternæ eſſent motuum cauſæ, ſed orirentur, atq; interirent, iterum quædam alia cauſa horum ortus/atq; interitus quæreretur. Et illa rurſus immobilia non eſſent. Quod ſi mouetur, aut ſemper & æternum erit, aut generabile/& corruptibile, & rurſus, eadẽ quæſtio. Semper enim eius quod eſt in ortu quod debet habere cauſam ſeipſa mobilem, niſi fiat proceſſus/in infinitum erit aliquod primum ſeipſo mobile æternum à primo mouente immobili/& æterno motum continue. Sic enim motus cõtinuus/& æternus, & ortus atq; interitus/& mutatio uiciſſitud naria corporum erit inceſſab lis. Sed cum dixerit qđ cietur ab immobili adiecit. Aut qđ mouetur iam, quia ſphæra inerrabilis mouetur ab ipſo proxime ĩmobili, & ab ipſa ſphæra inerrabili mota iam cæteri planetarum orbes circũducuntur. Sed dicit in cõtrarijs locis/aut ſpeciebus, quia interdũ ſol uicinior nobis fit/& alia aſtra, interdũ uero diſtant. Idq; obliquitate Zodiaci ſimiliter diſponuntur ad Auſtrum, & aliquando altiores fiunt/& aliquando deprimuntur. Sed in contrarijs ſpeciebus dicit, quia ſuis differẽtibus poſitionibus cõtrariarũ formarũ/& ſpecierum harum ac talium ſunt productiua ipſa aſtra. Sed forte aliquis diceret Ariſto. ea quæ in Phędro Platonis dicta ſunt hic cõmemoret, quando ille dicit omnis anima prouidet inanimato, & omne cœlum circuit, quæ alias/atq; alias ſpecies producit. Nam ad contemplationem ibi ſpecierum differentium & motus ipſarum fiunt differentes, & differentia hic a motibus eueniũt.

Manifeſtum igitur factũ eſt ex dictis, & quod in principio dubitabamus: cur nam non omnia aut mouentur aut quieſcunt, aut alia quidem mouentur ſemper, alia vero quieſcunt, ſed quædam aliquando quidem, aliquando autem non. Huius enim cauſa, manifeſta nũc eſt, quod alia quidem ab immobili ſempiterno mouentur. quapropter ſemper mutantur. alia vero, ab eo quod mouetur & mutatur. quare, & ipſa neceſſarium eſt mutari. Immobile autem, vt dictum eſt, tanquam ſimpliciter, & eodem modo, & in eodem permanens, ſecundum vnum & ſimplicem mouebit

Com.61. motum.

Cum dixerit cauſam cur aliqua fiant/atq; intereant/& interdum moueanť, & interdũ quieſcant, hanc eẽ uidelicet differentem/ac uariam habitudinẽ motuum cœleſtiũ/ad ipſa nobis in memoriam inducit/qđ ex his quæ nũc dicunť ſolutum ẽ/id q̃ ante dubitabať. Quando enim ſoluebat rõnes quæ uidebanť ꝓbare quod motus ſit/cum prius non eẽt, dixit dubitandũ eſſe ab his/qui ſtatuunt motũ omni/qua de cauſa nõ omnia moueaẽ tur ſemper, aut quieſcant ſemper, aut aliqua ſemper moueantur, & aliq̃ ſemp q̃eſcãt, ſed ſunt in mũdo, & ea quę aliquãdo mouentur, & aliqñ quieſcunt. Sed huius inquit cauſa nunc ſit manifeſta. Nam quia quædam cientur a cauſa immobili æterna, neceſſe eſt, ut hæc ſemper moueantur, & quæ ab eo quod mouetur/& mutatur ſemper, neceſſe etiam hæc ſemper mutari. Sed immobile (ut diximus) quia ſemper eodem modo ſe habet/qđ mouet uno ꝯtinuo/& ęterno motu, q̃re merito, q̃dam ſunt ſemꝑ imobilia q̃ primo/& ꝓpne mouẽtur/& ea ſunt ſimiliter ſemper mota & æterna, quæcunq; proxime mouentur ab ipſis immobilibus, & quædam fiunt & intereunt. & aliquando mouentur, & aliquando quieſcunt, quęcunq; mouentur ab his quæ ſemper mouenť habentia aliã, & aliam habitudinẽ.

At vero & alio facto principio, magis erit, de his manifeſtum conſiderandum enim eſt, vtrum aliquem motum contingat eſſe continuum an non, & ſi contingit quis eſt hic, & quis primus eſt motuum. Manifeſtum enim eſt quod ſi neceſſarium quidem eſt ſemper motum eſſe, primus autem hic & continuus eſt, quod primum mouens mouet ſecundum hunc motum, quem neceſſarium eſt vnum & eundem eſſe & continuum & primum. Tex.54.

Cum oſtenderit quod conceſſo motu æterno, neceſſe eſt & ut primum mouens ęternũ ſit, et id quod primo mouetur, deinde oſtendit qualis motu æterno/& continuo eſſe poſſit. Nam patet mouens hoc æterno/& continuo motu mouere, & æternũ motum mouebitur, unde conſentaneum eſt, ut primus motuũ poſt alios ſit æternus/& cõtinuus. Quærit ergo qui ſit primus motuum, & diuidens ſpecies motus, oñdit quod motus ſecundum locum primus motuum eſt/ſecundum omnes ſignificationes primi/& quod motus in orbem eſt primus omniũ motuũ ad locum, qui ſolus poteſt eſſe æternus/& continuus, quare quod primo mouetur, erit corpus orbiculare, & primũ mouens æternum/cum ſit hoc proxime mouebit. Simul ergo oſtẽditur cum hoc, orbiculare corpus primo/& ſemper motum eẽ primo motum/& primum mouens æternum eſſe, quocirca inquit rurſus ſumpto alio principio hoc fieri manifeſtum/cum ſimul appareat/cum hoc primo/& ſemper motũ corpus orbiculare eſſe. Sed initium conſiderationis inquit eſſe, utrum, poſſit eſſe motus continuus/aut non, & ſi queat eſſe, quis ſit iſte: hic autem eſt etiam primus motuum. Sed illud ſi poteſt eſſe continuus motus ſuſtinet nunc/& differt paulo poſt indagaturus. Sed nunc qualis ſit primus motuum oſtendit, cum quo ſimul oſtenditur/& qualis ſit continuus. Nam continuus primus eſt non continuorum. Etenim æternus eſt primus non æternorũ. Sed ſeriatim explicans problemata. Nam prima quæſtio eſt/de eo quo ſit ne res nec ne inquiritur, ſed quid res ſit, deinceps oſtendit ad quid ſit utile ſibi. Sic demonſtrat ergo/quis ſit motus primus/& continuus uirtute ſic ſyllogiſmum conficiens. Si neceſſarium eſt motum ſemper eſſe/quod oſtenſum eſt, hic autem æternus/& cõtinuus eſt ac primus. Nam primus æternus & continuus eſt eorum, qui non ſunt tales, ſi ergo oſtendero qui ſit iſte, patet quod primum mouens hoc mouet motu proximie/& cognate, qui ſolus aliorũ unus ẽ/& idem eſt cõtinuus & primus, quia ab uno primo continue mouente ſit. Com.62.

Tribus autem exiſtentibus motibus, alio quidem ſecundum magnitudinem, & alio ſecũdum paſſionem, & alio ſecundum locum quem vocamus lationem, hunc neceſſarium eſt eſſe primũ. impoſſibile enim eſt augmentationem eſſe, alteratione non præexiſtente. quod enim augmentatur, eſt quidem vt ſimili augeatur, eſt autem vt diſſimili. contrarium enim, alimentum dicitur eſſe contrario. Adiungitur autem omne, factum ſimile ſimili. Neceſſe igitur eſt, alterationem eſſe eam quæ in contrarium eſt mutationem. At vero ſi alteratur, oportebit eſſe alterans, & agens ex potentia calido actu calidum. Manifeſtum eſt igitur, quod mouens non ſimiliter ſe habet, ſed aliquando quidem propinquius eſt, ali- Tex.55.

quando autem longius, ab eo quod alteratur, eſt. Hæc autem, ſine latione non contingit eſſe. Si ergo neceſſe eſt ſemper motum eſſe, neceſſe eſt, & lationem eſſe ſemper primam motuum. & ſi lationis alia quidem prior, alia vero poſterior eſt, primam.

Com.63. Cum ſint motus tres ſpecie, alter in magnitudine id eſt ſecũdum incrementum/& decrementum, & alter ſecundum affectionem ideſt, alterationem. Hic enim (ut oſtenſum eſt) ſit ſecundum patibiles qualitates, & tertius ad locum quem appellamus lationem. Hunc ſolum argumentis oſtendet pluribus; eſſe primum aliorum. Et primum argumentorum/oſtendit neque accretionem fieri poſſe/ſine alteratione, neque alteratione ſine latione, ut primo ſit natura latio quam cęteri alij motus. Sine hac nullus aliorum ſupereſt, quare latio eſt prima natura aliorum motuum, quandoquidem ipſa ſine alijs eſſe poſſit, ut oſtẽdetur. Patet inquam quod hæc ſublata cæteri motus euelluntur, ſed alijs demptis, nequaquã illa tollitur. Et quæ huiuſmodi ſe habent prima natura dici ſolent. Sed quod alteratio prior ſit auctione oſtendit, quia quod augetur/ab ipſo cibo augetur, ſed cum cibus eſſet principio diſſimilis ei quod nutritur & aliquomodo contrarius, quocirca/& cibus alimentumq; dicitur contrarium eſſe contrario, ſed ubi mutatum fuerit/& aſſimilatum ei quod nutritur, addit & nutrit atq; auget ipſum, igitur opus eſt mutatione/& alteratione. Nam mutatio quę eſt ad contraria ſecundum qualitatem neceſſe eſt, ut ſit alteratio. Sed magis phyſice dicit nunc de accretione, cum dicat additionem augere quod augetur, quam in prædicamentis dixit quadratũ augeri circumpoſito gnomone. Quod uero nihil poſſit alterari niſi ſit latio, ſi quidem quod alteratur ab aliquo alterante/& mutante ipſum ex potentia ad actum alteretur, & quod mutat ipſũ/& alterat, patet qđ nõ ſilr ſe habet ad idem poſitione nunc, quã mutat ipſũ/& prius quã nondum mutauit. Si.n. ſilr ſe haberet, cur etiam tum nõ mutabat, & aliud mutabatur: oportet igitur motum localem fieri/aut amborum uidelicet alterantis/& alterati, uel omnino alterius ab ipſis, ut alterum alteret, & alterum alteret. Etenim cibus quoq; non augeret/& alteraretur ſi in eodem perſeueraret loco, ſed immiſſo ille alteratur, & id quod eſt in nobis concoquens & digerens alterauit. Nã opus eſt latione ſi debet perfici alteratio. Et cõcludens rationẽ inquit ſi ergo neceſſe eſt, ſemper motum eſſe, neceſſe etiã eſt ſemper eſſe motum primum ipſam lationẽ. Nam primus natura erit magis æternus/quam cæteri alij, ſi uero etiam lationis alia ſit prima, & alia poſterior, oſtendetur autẽ quod orbiculatio erit prima motuum in rectum, & ita erit prima cęterorum aliorum ſecundum naturam, ſi quidem in genere lationis prima ſit orbiculatio, & aliorum latio.

Amplius autem, omnium paſſionum principium eſt, denſitas & raritas. etenim graue & leue, & molle & durum, & calidum & frigidum, denſitates videntur eſſe & raritates quædam. Denſitas, autem & raritas, congregatio & diſgregatio, ſecundum quas generatio & corruptio ſubſtantiarum dicitur. quæ autem congregantur & diſgregantur, neceſſe eſt & ſecundum locum mutari. At vero & eius quod augmentatur & diminuitur, mutatur ſecundum locum magnitudo.

Com.64. Secundum argumentum eſt hoc, oſtẽdens quod latio prius quam alterationes/& accretiones/ac diminutiones, & non ſolum quam hi motus, ſed etiam quam ſit ortus/atq; interitus. Et quod ſit prior alterationibus hunc in modum probat. Principium affectionum ideſt mutationum ſecundum alterationem raritas/& denſitas ſunt. Sed raritas/atq; denſitas ſunt congregatio/& ſegregatio, & denſitas eſt congregatio/& raritas diſgregatio, & eorum quæ congregantur/& diſgregantur ſecundum locum eſt mutatio, principium igitur mutationum ſecundum alterationem eſt mutatio ſecundum locum. Et quod omnium affectionum principium ſit denſitas/atq; raritas oſtendit in unaquaq; ſpecie qualitatis. Graue enim inquit & leue, atque molle/& durum, calidum atq; frigidum denſitates/& raritates quædam eſſe uidentur. Graue inquam durum/& frigidũ denſitates ſunt, & contraria his raritates. Sed ſic erit album/& dulce ſub raritate, quia & hæc uidentur ſimiliter, ut calidum eſſe diſgregatiua ſenſibiliũ per ſe, & oppoſita his denſitates. Quod uero denſitas/& raritas ſint cõgregatio & ſegregatio, cum ſint nomina diuerſa de eadem re patet. Verum dicens denſitatem & raritatem congregationem eſſe/ac ſegregationem, adiecit de quibus ortus/atq; interitus dicitur, ut de ſubſtantijs oſtendens quod non ſolum alterationem/& accretionem, ſed etiam ortum atque interitum mutatio ad locum præcedit. Siue enim congregatio/& ſegregatio ſint ortus/atq; interitus, ut Democrito placuit, atq; Anaxagoræ, & Empedocli/& his quicunq; ſtatuunt prima corpora impatibilia. & ex his perfecte alia fieri dicunt, aut quicunque ſtatuunt elementa, ut Anaximander intermedium/quod rarum ac denſum affirmat, per ſe eſt uerum quæſitum, ſiue etiam ortus ſit/& interitus ſecundum alterationem, & ſic perficietur ortus/atq; interitus ſecundum congregationem/& ſegregationem, ſi quidem omnis alterationis motũ anteeat, ut ita dicam congregatio/& ſegregatio. Sed dicens de quibus ortus/atque interitus dicitur adiecit, de ſubſtantijs. Nã hę proprie ſunt ortui/atque interitui ſubditæ, & tamen de his ſecundum qualitatem etiam magnitudo dicta eſt, quia per cõgregationẽ/& ſegregationem illæ. Cum oſtendiſſet etiam per congregationem/& ſegregationem, quod etiam ortu, atq; interitu prior eſt mutatio ſecundum locum, oſtendit quod etiã magnitudo eorum quæ adoleſcunt/& diminuuntur mutatur ſecundum locum/& non ſolum quod adoleſcit, & diminuitur mutat locum, cum id quod augetur maiorem locum occupat, & id quod diminuitur minorem, ſed etiam cibum a quo augetur id quod augetur neceſſe eſt, ut moueatur ſecundum locum, ut ſimul cum illo qđ alitur/& augetur cibus mouetur. Et rurſus ſi fieret diminutio oportet aliquid ſeparari ab eo quod diminuitur. Sed ſcitu dignum eſt, ne forte ſecundum uiam/& rationem quæ ſuſcipitur a cõgregatione/& diſgregatione/& ab eo quod adoleſcit/& diminuitur præcedere mutationem ad locũ oſtendatur. Etenim horum magnitudinis mutatio eſt ſecundũ locum/cum augeatur aliquid cibo congregato in ipſo atq; addito, & diminuatur cum ſubſtantia ſegregetur ab ipſo aliqua. Et hic Ariſto. uidetur ſuo præceptori, aut magiſtro aſſentiri. Etenim Plato decimo dialogo de legibus primum omnium motuum dicit eſſe motum ſecundum locum/& ob hunc ſubſiſtere congregationem/& ſegregationem/a quibus etiam incrementum/& diminutio. Nam inquit. Cum ſingula ſemper inuicem ſibi occurrerint, ſi renitentibus atq; ſtantibus ſcinduntur, ſin uero contra latis unum facta, tam hæc quam ipſorum intermedia congregantur, quæ ubi congregata fuerint adoleſcunt, & disiuncta minuuntur. Vnde inquit ex accretione prodire ortum, & ex diminutione interitum.

Amplius & hinc conſiderantibus erit manifeſtum, quod latio prima eſt. primum enim, vt & in alijs, ſic & in motu dicetur vtique multifariam. Dicitur enim prius, & quo non exiſtente non erunt alia, illud vero ſine reliquis. Et quod tempore. Et quod ſecundum ſubſtantiam. Tex.56.

Cum iam cœpiſſet alia argumenta afferre/oſtendens quod primus motuum eſt latio, facit diuiſionem ſignificatorum prioris/quod quidem principio prætermittens nunc ſuppleuit, & Com.65.

omnibus modis quibus aliquid dicitur prius proprie oſtendit lationem eſſe primum omnium motuum. Sed hic tres modos prioris expoſuit. Dicitur enim prius aliquid natura, quo nõ exiſtente non erunt alia, ſed illud ſine alijs. Item fertur eſſe prius tempore, ut annus elapſus præſente prior eſt. Item prius ſecundum ſubſtantiam, quod quidem eſt perfectius. Nam hoc imperfecto prius eſt perfectum. Sed tale poſtquam propriã ſubſtantiam attigerit. Diceretur autẽ (loquit Alexander) prior motus proprijs ſecundum ſubſtantiam, qui non attingit ſubſtantiam eius quod mouetur / neq; alicuius quod competat ei, ſed omnino fit ſimilis e ipſo permanente tum manſio eſt ſecundum locum, de his ergo ſignificationibus prioris mentionem fecit. Sed in prædicamentis ultra id quod eſt prius ſecundum naturam, & id quod eſt ſecundum tempus poſuit alias ſignificationes prioris. Etenim aut eſſe ordine prius, aut poſitione dixit ibi, & adhuc id quod eſt honorabilius, & id quod eſt in his quæ conuertuntur mutuo inferendo ſeſe ubi cauſa eſt alteri quomodocunq; ut ſit, ut pater eſt cauſa filij, & omnino cauſa effectu prior. Sed quarto metaphyſices / plures ponit modos prioris / & poſterioris. Nam alius eſt quo aliquid dicitur ꝓpinquius principio / in unoquoq; genere, aut natura, aut ad aliquid definito / & tale dicitur prius, & quod procul eſt poſterius, ut ſecundum locum quia eſt prope aliquem locum, uel natura determinatum, ut medium, aut ultimum, uel ad quoduis. Sed ſecundũ tempus ad nunc comparatum, ut de præterito prius eſt / quod eſt remotius ab ipſo nunc / ut Troiana priora ſunt Medorum bellis, & de futuro quod eſt propinquius ipſi nunc eſt prius, ut dies craſtina / prior eſt ſequenti. Vnde hic utitur ipſo nunc uelut principio / & primo. Tertiam ſignificationem dicit eam ſecundum motũ ut puer eſt uiro prior, quia eſt propinquior primo mouente. Nam & hoc eſt quoddam principium ſimpliciter. Quarta autem eſt ſecundum potentiam / & uim. Quod enĩ eſt principium ui / ac uirtute prius / & potentius eſt. Tale autem eſt quod neceſſe eſt ſequi, ſecundum electionem poſterius, & pręelectio principium. Quinta autem eſt ſecundum ordinem. Hæc autem ſunt, quæcunq; ad aliquid unum determinatum diſteterint ſecundum rationem, ut præſultori proximus eſt prior eo qui tertio ſtat loco, & q̃ uicina chorda eſt tono acuto, prior eſt ea quæ talem ſonum reddit. Principium autẽ & hic ubi eſt caput / & ſupremo loco collocatum, & ubi eſt medium. Sexta eſt qua primum aliquid dicitur cognitione, & alio modo dicit̃ ſecundum rationem, & aliter ſecundum ſenſum, ut uniuerſale & ſingularia, & ſecundum rationem accidens eſt prius toto, ut muſicum homine muſico. Non enim erit tota oratio ſine pariter. Septima ſignificatione dicantur affectiones priorum priores, ut rectitudo lenitate. Nam lineæ per ſe affectio eſt una, & altera ſuperficiei. Octaua ſignificatione priora ſunt ea quę ſunt ſubſtantia / & hæc priora natura dicuntur quæ poſſunt eſſe ſine alijs, ſed alia non ſine illis. Hac diuiſione Plato inquit uſus ẽ. Nona uero ſubiectum dicitur prius / eo qđ eſt in ſubiecto, quo circa ſubſtantia prior eſt. Decima & dupliciter / aut ſecundum potentiam, aut ſecundum actum, ut ſecundum potentiam medietas toto prior, & pars toto / & materia prior ſubſtantia, & ſecundum actum poſterior, Nam diſſoluto hoc ſm actum erunt hęc. Talem igitur in metaphyſica prioris / & poſterioris diuiſionem perfectiorem tradidit. Sed hic quærens prius / & poſterius de motu, quæcunque conferunt ei ſignificata accepit. Nam illud ſecundum poſitionem, ſi quidem omnino erit in motu / ſecundum tempus acciperetur. Niſi forte priorum corporum ſecundum poſitionem prior / & ipſe diceretur poſitione. Sed contra illud inſtandum eſt / quod in metaphyſica copulauit prius ſecundum naturam, & prius ſecundum ſubſtantiam. Sed hic diuiſit.

Quare quoniam motum quidem neceſſarium eſt eſſe continue, erit autem continue aut qui cõtinuus eſt, aut qui cõſequenter, magis autem qui continuus eſt, & melius eſt continuũ quam conſequenter eſſe, quod autem melius eſt ſemper arbitramur in natura eſſe ſi poſſibile eſt, poſſibile autem eſt continuum eſſe, demonſtrabitur autem poſterius, nunc autem hoc ſupponatur, & hunc nullum poſſe eſſe niſi lationem, neceſſe eſt itaq; lationem eſſe primam. Nulla enim neceſſitas eſt, aut augmentari, aut alterari, id quod fertur, neq; igitur generari aut corrumpi, horum autem, nullum eſſe contingit, ſi continuus nõ ſit ſecundum quem mouet primum mouens.

Com. 66. Cum propoſuiſſet oſtendere lationem eſſe primum omniũ motuum, ſecũdum omnes ſignificationes prioris oſtendit primum / quod ſit primus ſecundum naturam, prius aſſumens neceſſarium eſſe / ut ſit motus. Nam hoc ſignificat hæc uerba contextus { eſſe continue } ſed oſtenſum eſt quod motus eſt ingenitus. Et cum manifeſtum habeat etiam hoc / quod motus æternus eſt prior eo qui poteſt eſſe aliquando & aliquando nõ eſt, ſic ratiocinatur. Primus motus ſecundum naturam æternus ẽ, quia neceſſe eſt motum æternum eſſe, & æternus motus continuus eſt, ſed talis eſt latio, igitur primus motus ſecundum naturam eſt latio, & quod ſit primus ſecundum naturam motus ſecundum lationem oſtendit, quia non conuertitur conſequentia / in qua mutuo ſeſe inferant eſſe, ſed latio ut ſit, non eget alijs motibus. Neque enim neceſſe eſt, quod fertur augeri / alterari, immo neq; fieri / neq; interire, ſed quicunque horum poteſt nõ eſſe motu exiſtente continuo, quo mouet primum mouẽs. Nã demonſtrauimus principium omnium quæ mouentur eſſe / id quod ſeipſo mobile eſt / cuius principium eſt immobile, ſed neceſſe ẽ æternũ motum, aut continuum eſſe / aut deinceps. Sed melius eſt ponere illum eſſe cõtinuum / quam deinceps. Nam unus & idem eſt unus mouentis ſed quod eſt deinceps non ẽ unum. Et quod melius eſt in naturalibus ſtatuimus eſſe / quatenus fieri poteſt. Quod uero poſſit eſſe quidam motus continuus, oſtendetur poſterius, & quod nullus alius queat eſſe continuus quam latio, nunc uelut poſitum / atque poſtulatum ſuũ prium eſt.

Tex. 57. Adhuc, tempore primum. perpetuis enim ſolum competit moueri ſecundũ hunc. Sed in vno quoque eorum quidem quæ habent generationem, lationem neceſſe eſt poſtremũ eſſe motuũ. poſt enim generationem, primum alteratio eſt, & augmentatio, ſed latio iam perfectorum motus eſt. Sed alterum neceſſe eſt moueri ſecundum lationem prius, quod & generationis cauſa erit ijs quæ fiunt, non generatum, vt id quod genuit, eo quod generatum eſt. Videbitur autem generatio vtique eſſe prima motuum, propterea q́ factam eſſe oportet rem primum, hoc autem in vno quidem quouis eorum quæ fiunt, ſic ſe habet ſed alterum quid neceſſe eſt prius moueri, ex ijs quæ fiunt, quod & ipſum non fit, & hoc alterum prius. Quoniam autem generationem impoſſibile eſt eſſe primam (omnia enim quæ mouentur, eſſent corruptibilia) manifeſtum eſt quod neque eorum qui conſequenter ſunt, motuum vllus prior eſt. Dico autem conſequenter, augmentationem, poſtea alterationem & diminutionem, & corruptionem. omnes enim, poſteriores ſunt generatione. Quare ſi neque generatio prior la

tione eſt, neque aliarum vlla mutationum.

Com. 67. Cum oſtendit primum motuum eſſe natura lationem, deinceps tẽpore primam eẽ probat uirtute ſic ſyllogiſmũ efficiẽs. Primus motus tempore eſt, ſed cui contingit ineſſe æternis latio ẽ, igit primus motus tpe latio ẽ. Sed harũ duarũ ꝓpoſitionum minorẽ dicentẽ illũ motũ eẽ primũ q̃ ꝯgit æterna moueri, uelut euidentẽ ꝑtermiſit. Vt enim æterna priora ſunt tpe his quæ ſubdita ſunt ortui, ſic etiam motus quo mouentur æterna, cum competet ſemp æternis erit primus motuum non æternorum, quibus mouentur ea quæ ſunt obnoxia ortui. Et maiorem propoſitionem poſuit dicentem, quod ſolo motu locali poſſunt æterna moueri, quem demonſtrabit poſtea. Sed quoniam ea quæ uerſantur in ortu, quem poſtremo obtinent motum is localis eſt. Nam ſunt iam perfecta animalia, tum quando gradiuntur, aut incedunt, & ambulant. Primum enim fiũt, nutriuntur, adoleſcunt altercatione, & ſic ſecũdum locum mouentur, quamobrem non uere dici uidebitur, quod prior cæteris ſit motus localis. Cum ſoluat igitur hanc inſtantiam, dicit in unoquoq; ſubdito interitui poſtremus ẽ, motus localis. Sunt enim perfecta iam, & poſtea mouentur tali motu, cum hæc prius ortum ſubeant, alterentur, & adoleſcant, deinde hunc in modum cientur motu locali, uerum neceſſe eſt, ut ſit quippiam aliud quod eo motu moueatur prius, & ſit cauſa ortus eorum quæ fiunt ingenitum, aut non tum genitum, ſed prius, ut filij pater, & omnino omne quod generat eius quod gignitur. Nã hoc oportet moueri ſecundum locum, ut fiat id quod generandum eſt, quod autem non fit cauſa eſt ortus, quod eſt corpus orbiculare motum ſecundum locum. Quo enim ad ea quæ naſcuntur, & prodeunt ex ortu uidebitur ortus eſſe primus omnium motuum, qa oportet, ut res prius generetur, & ſubſtantia eius, deinde eidem adueniunt accidentia quæ inſunt ſecundum alterationem incrementum, & motionem ad locum. Et ſic de unoquoq;. Sed neceſſarium eſt aliquid alterum moueri motu locali, quod ſit cauſa eius quod fit, & tum non fiat, & huius rurſus ortus quædam altera cauſa prior eſt, quæ non fit ſed tum exiſtit, & mouetur ſecundum locum, quare eſt ante omnem ortum cuiuſcunq; motus localis, quo mouetur cauſa ortus, q̃ tum non fit. Etenim homo atque ſol producunt hominem, ut prius diximus. Sed cum oſtenderit, quod quamuis uideatur ortus in ſingulis prior eſſe aliorum motuum, tamen ante omnẽ ortum motus localis eſt, quod una probat etiam ex contrario: Si enim ortus eſſet primus omnium motuum, omnia quæ mouentur eſſent interitura. Nam oportet primum fieri, deinde ſic moueri qualicunq; motu, ſi quidem primus motuum eſt ortus. Sed quod fit, interit. Si ergo non omnia quæ mouẽtur ſunt ſubdita ortui, atq; interitui, ut iam oſtendimus, quia eſt motus æternus, & adhuc magis demonſtrabitur, neq; ortus erit primus motus, quia ortus non conuenit æternis rebus, quod ſi ortus nõ eſt primus, neq; aliquis aliorum erit quibus neceſſe eſt, ut ſubſiſtant poſt ortum uidelicet alteratio, accretio, & diminutio. Etenim augentur, & diminuuntur quæ ſolum ſubdita ſunt ortui, & alteratio his ſolis competit, ſi quidem omnis alteratio ſecundum qualitates patibiles fiat. Sed patiuntur ea ſola quę uerſantur in ortu. Si ergo alij motus ſunt poſteriores ortu, & ortus ipſo interitu, patet etiam quod alij motus latione ſunt poſteriores tempore. Sic etiam quod latio ſit prima aliorum motuum demonſtrauit; & inſtantiam ab ortu profectam, & ductam diſſoluit.

Tex. 58. Omnino autem videtur id quod fit, eſſe imperfectum, & ad principium ire. Quo fit vt quod generatione poſterius eſt, natura prius ſit, vltimo autem, loci mutatio, ineſt omnibus ijs quæ ſunt in generatione. Quapropter viuentium alia quidem omnino immobilia ſunt, propter indigentiam inſtrumenti, vt plantæ, & multa genera animalium. alijs autem cum perficiuntur, ineſt. Quare ſi magis ineſt latio, ijs quæ magis nacta ſunt naturam, & motus hic primus aliorum erit ſecundum ſubſtantiam. Et propter hæc, & quia minime motuum id quod mouetur dum fertur a ſubſtantia diſcedit. ſecundum enim ſolum, nihil mutatur ab eſſe. vt cum quid alteratur, quale, cum vero augetur & diminuitur, quantum. Tex. 59.

Com. 68. Solutionem inſtantiæ quæ adducebatur ex ortu fecit principium tertij argumenti demonſtrantis, quod latio ſit primus motus aliorum ſecundum ſubſtantiam. Et idem appellat primum ſecundum ſubſtantiam, & ſecundum naturam, quod conſonat dictis in metaphyſice de his. Sed ratiocinatur, & oſtendit hoc categorice, & affirmatiue ſic. Latio poſtremo aduenit omnibus obnoxiis ortui, & quod eſt ortu poſterius eſt natura prius & ſubſtantia: igitur latio eſt prima, & natura, & ſubſtantia aliorum motuum. Et quod latio poſtremo adueniat ſubditis ortui oſtendit, ex eo quia imperfectiora ſecundum ſubſtantiam, ut plantæ, & animalia quędam quæ Zoophita apellamus utraq;, & animalis, & plantæ participantia, neq; omnino ſecundum locum mouentur, & perfectis animalibus poſtremo aduenit. Quod autem poſtremum ortu ſit natura prius oſtendit, ex eo quia quod producitur, dum producitur adhuc imperfectum eſt, & tendit ad ſuam perfectionem tanquam ad principium, & primum natura. Nam perfectio eſt principium, ut id cuius gratia, & finis. Sed primum natura & ſubſtantia perfectum eſt imperfecto, & id cuius gratia, illo quod eſt gratia illius. Nam ſecundum perfectionem uniuſcuiuſque illud ſecundum naturam unicuiq; competit. Et ſubſtantia & principium, & perfectum. Nam perfecti eſt opus generare, ut ergo perfectio poſtremo aduenit ortui, & prima eſt natura, & ſubſtantia, ſic etiam ille quo mouentur motus ultimus ea quæ fiunt, primus natura, atq; ſubſtantia eſt. Sed ipſe maioris propoſitionis dicentis, quod eſt poſterius ortu ſubſtantia eſt prius, & natura probationem proponens quum dicit. Videtur quod ſit imperfectum, & tendens ad principium, & minoris propoſitionis dicentis latio ultimo omnibus ineſt ſubditis ortui probationem poſteriorem ponens, cum dicit. Alia quidem omnino immobilia ſunt &c. Sed duas propoſitiones ipſas inter accipiens, & primam ponens maiorem, cum dicit. Quo fit, ut ortu poſterius ſit natura prius, deinde minorem propoſitionem, cum ait. Vltimo loci mutatio ineſt omnibus ijs quæ ſunt in ortu. Sic ergo diſponẽs ſyllogiſmum facit eius diſſolutionem difficilem. Sed calce & primo modo ſyllogiſmorum hypotheticorum ſic ſimul ratiocinatur. Si magis competit latio ijs quæ naturam acceperunt, ideſt ſi magis motus localis competit perfectis ſecundum naturam, & ſuam ſpeciẽ & motus ſecundum locum erit ſecundum naturam, & ſecundum ſubſtantiam primus aliorum motuum. Deinde & aliam demonſtrationem adducit, quia motus ſecundum lationem ẽ perfectior, idcirco & primus ẽ ſm naturam, & ſubſtantiam. Nã motus inquit ſm locum nihil de trahit conſtitutionis eius qđ mouetur, neq; ſm ſubſtantiam, ut ortus & interitus, neq; ſm quale, ut alteratio, neq; ſm quantum, ut accretio, & diminutio. Sed quod ſeruat naturam, ſubſtantiam eſt perfectius his, quæ non ſeruant naturam, & ſubſtantiam.

Maxime autem manifeſtum eſt quod mouẽs ipſum ſeipſum, maxime ſecundum hunc mouet proprie qui ſecundum locum ẽ, & etiam dicimus hoc eſſe eorum quæ mouẽtur & mouent principium, & primum ijs quæ mouentur, id ſcilicet quod ipm̃ ſeipſum mouet. Quod igitur latio primus motuum ſit, manifeſtum eſt ex his. Tex. 60. Tex. 61.

Com.69. Hoc argumentum poteſt oſtendere/quod latio ſit primus cæterorum motus tribus modis prioris quos aſſignauit. Eſt autem huiuſmodi. Prius oſtenſum eſt quod ſeipſo mobile/cũ prius ſit tempore/& ſubſtantia mouentibus/& his quæ mouẽtur, principium eſt talium. Et quod latione moueatur id quod eſt ſeipſo mobile proprie,& primarie patet, ſi ergo motus ſecũdum locum eſt, ꝓprium principium/& cauſa eorum quæ mouentur,& quod eſt peculiare principium/& cauſa eorum quæ mouẽtur eſt motus, hic etiam erit prior cæteris alijs natura/& tempore. Vnde patet concluſio. Et tandem dicta concludit. Quod uero dicta Platonis decimo dialogo de legibus Ariſto. ſequatur demonſtrando quicunq; uidere poterit, quippe Plato motuum ſpecies aſſignans primam ponit motum ſecundũ locum, quem dicit eſſe cauſam aliorum, cui proxime adeſt congregatio/& ſegregatio ideſt alteratio, & per illam accretio/& diminutio,& ob hanc ſpeciem ortus/atq; interitus. Nam exponens motum ſecundum locum ſubiungit. Cum ſingula ſibi inuicem ſemper occurrerint, ſi renitentibus atq; ſtantibus ſcindũtur. Sin uero contra latis unum tacta/tam hæc quam ipſorum intermedia congregantur, quæ ubi congregata fuerint augentur,& diſiuncta diminuuntur/quando prior ſingulorum habitus permanet, quando uero non permanet propter utraq; ſequitur interitus, quibus aſſerit ortum ab incremento proficiſci/& interitum a diminutione.

Quæ autem latio prima ſit, nunc demonſtrandum eſt. ſimul autem & quod nũc,& quod prius ſuppoſitum eſt, quod contingit quendam motum continuum eſſe & perpetuum, manifeſtum

Tex.62. erit eadem methodo. Quod igitur aliorum motuum continuum nullum contingit eſſe, ex his manifeſtum eſt, omnes enim, ex oppoſitis ad oppoſita ſunt & motus & mutationes. vt generationi & corruptioni, ens & non ens termini ſunt. alterationi autem, contrariæ paſſiones. augmentationi vero & diminutioni, aut magnitudo & paruitas, aut perfectio magnitudinis & imperfectio. Contrarij autem ſunt, qui ſunt in contraria id autem quod non ſemper mouetur hac motione, exiſtit autem prius, neceſſe eſt prius quieſcere. manifeſtum eſt igitur quod quieſcet in contrario id quod mutatur. Similiter autem, & in mutationibus. opponuntur enim generatio, & corruptio ſimpliciter, & ſingularis ſingulari. Quare ſi impoſſibile eſt ſimul mutari ſecundum oppoſitas, non erit continua mutatio, ſed inter ipſas medium erit tempus. nihil enim differt contrarias, aut non contrarias eſſe, quæ ſecundum contradictionem ſunt mutationes, ſi modo impoſſibile ſit ſimul eidem adeſſe. hoc enim, rationi nihil vtile eſt. Nec ſi non neceſſe eſt quieſcere in contradictione, neque eſt mutatio quieti contrarium, non enim fortaſſis quieſcit, quod non eſt, corruptio autem eſt, in non ens, ſed ſi ſolum medium ſit tempus. ſic enim, non eſt mutatio continua. neque enim in prioribus contrarietas, vtilis erat, ſed non contingere ſimul eſſe. Non oportet autem turbari, quod idem pluribus erit contrarium. vt motus, & ſtatui, & motui qui eſt in contrarium. ſed ſolum hoc accipere, quod opponitur quodammodo & motui & quieti, motus contrarius. vt æquale & mediocre, excedenti, & ei quod exceditur. & quod non contingit ſimul oppoſitos eſſe, aut motus, aut mutationes.

Com.70. Cum probarit omnibus modis prioris lationem eſſe cæterorum motuum primam & mutationum, nunc procedit ad inquirendum, quæ ſit prima latio ſecundum prædictas ſignificationes prioris. Scimus enim quod lationis alia eſt recta, & alia in orbem,& quædam mixta ut etiam eſt linea ſupra quam fertur id quod fertur. Vnde inuenta ubi fuerit prima latio, ſimul etiã id quod nunc quæritur/& prius ponebatur, uidelicet quod poteſt eſſe quidam motus continuus/& æternus, idq; erit perſpicuum. Nam ipſa prima latio inuenietur eſſe continua,& æterna. Sed ſciendum eſt quod hactenus uelut poſtulatio quædam accipiebatur motum continuum eſſe. Nam principio oſtendebatur ingenitus/atq; incorruptibilis eſſe motus non uelut unus & continuus, ſed uelut ſemper, ſed alius atq; alius motus oſtendebatur/in his quæ ſunt. Sed ſcientiæ certioris eſt/per unam uiam ac rationem diſcendi plura ſic/& uniuerſalia, atq; utilia Theoremata inuenire. Sed inuento ipſi ſit oſtendendũ primum quod nullus aliorum motuum, aut mutationum præter lationem poſſit eſſe unus/& continuus, immo neq; latio recta neq; mixta, ſed ſola quæ in orbem ſit continua/& una eſſe põt. Et ſic ex hoc oſtendit/ quod lationum prima eſt ea quæ ſit in orbem/& prior recta. Quod uero nulla alia motio poſſit eſſe continua ſic demonſtrat. Omnes alij motus. (Equidem connumerat etiam ortum atq; interitum. uerum poſtea has mutationes ſeparat à proprijs motibus, cum ſint mutationes/& non motus/ut quinto huius tractationis oſtenſum eſt.) omnes igitur alij motus præter lationem ex oppoſitis ſunt i oppoſita. Sed quæ ſunt ex contrarijs in cõtraria, oppoſita ſunt uel cõtraria. Verum ipſe de contrarijs facit rationem. Quoniam ortus/& interitus ſunt ex oppoſitis/& non ex contrarijs. Sed contrarij aut oppoſiti motus non poſſunt, fieri unum & continuum, ex quibus concluditur/quod omnes alij motus præter lationem non poſſunt eſſe continui. Et quod unuſquiſq; illorũ ex oppoſito ſit in oppoſitum, oſtendit, oppoſitos terminos exponens ad quos mouentur. Etenim ortus atq; interitus termini ſunt id quod eſt,& id quod non eſt/ut affirmatio/et negatio oppoſitæ. Sed alterationis quoque contrarij termini ſunt ipſæ affectiones calor, frigus, albedo,& nigredo,& huiuſmodi cætera. Item incrementi ac decrementi termini ſunt magnitudo/& exiguitas, aut magis perfectio magnitudinis & imperfectio, quia magnitudo communis eſt perfectio/ad quam tẽdit accretio,& imperfectio ad quod diminutio. Quod uero contrarij/& oppoſiti ſint qui ad contraria procedunt motus/ perſpicuũ eſt. Nam hæc eſt definitio contrariorum motuum. Quod deinde non poſſint ex contrarijs motibus unus fieri motus patet, Sin unus fieret, ſimul aliquid nimirum albus fieret & niger, atq; ægrotaret/& recuperaret ſanitatem, ac ſimul adoleſceret/& minueretur, item ſimul fieret/& interiret, ſiquidem unus/& idem motus ex contrarijs ſit. Ex hoc per ſe eſt manifeſtum, q ex contrarijs motibus, non poteſt fieri unus. Quomodo enim ex eo q ſurſum,& ex eo qui deorſum manẽtibus pluris ſit unus & cõtinuus, neq; enim ſecundum naturam aliquid poteſt/contrarijs ſimul moueri motibus/neq; unus fieret motus, ſm nãm ꝑter nãm. Nam motus ad obliqua cum ſit unus mixtus ex motu ſurſum/& motu deorſum uidetur, ſed non manentibus paris, ut nunc accipit ratio, ſed hoc modo, ut etiam elementa corporis contraria mixta aliquid efficiunt compoſitum unum, neq; igitur unus ex contrarijs, neq; ſimul poteſt aliquid motibus contrarijs moueri. Quod ſi nõ unus qui ea contrarijs/ qa contrarij ſcinduntur quiete media. Hanc enim prædictis aſſumit propoſitionem,& probat ipſam utens hoc effato, quia qđ non ſemper mouetur hoc motu/cum eſſet prius neceſſe eſt, ut

prius quieſceret. Si enim nõ quieſcens album fit neq; quieſcẽs ab albedinem nigrum fieret ſimul tũ albũ fieret/& nigrũ, quare ſimul album fieret/& nigrum ad finẽ motus procedẽs. Qđ ſi quieſcẽs ab albedine album fieret, & ab albo mutaretur in nigrum/ubi adeptum fuerit ſpẽm albi quieſcet omnino aliquo tẽpore. Sic enim ab albo quod eſt, & nõ ab eo quod album fit mutatio ad nigredinẽ fiet. Neq; enim ſimul album fit & eſt, neq; ſimul eſt album & nigrum fit, quia ſimul eẽt in fine/& nõ eſſet, quod ſi ſimul non eſt/& aduenit, tempus quoddam erit/quo id mouetur, quieſcit in termino. Cæterum cum oſtẽdiſſet ex contrarijs motibus ad contraria, ideſt ex proprie motibus quod nequeunt eẽ continui tales, communẽ facit rationẽ etiam de mutationibus, ideſt de ortu & interitu. Nam ipſi ſunt ſolum mutationes/& nõ motus, oſtẽdens quod idẽ accidit his, quod etiam oſtẽſum eſt de motibus proprie. Etenim quod non fit homo, ſed procreandus eſt neceſſe eſt ut prius quieſcat aliquo tempore in eadem ſpecie ex qua fit homo. Nam ſemẽ genitale cum tẽporis quodam curriculo eiuſmodi maneat, ſic mutatur in hominẽ. Etenim nequeũt ſimul mutationes fieri oppoſitæ, ut etiam motus cõtrarij. Neq; enim quod fit, antequam fiat mutaretur in ipſum corrumpi, ſi eſt interitus quædam mutatio ex eo quod eſt. Sed quod fit nõdum eſt: ſi autẽ ſic res ſe habet, neq; huiuſmodi motus ſint cõtinui. Nam ambo principio/& ſinẽ habẽt ad quẽ mutãtur motus oppoſiti inter ſe, ſed erit quoddam intermedium tẽpus, & non dixit quies ſeruãs inſtantiam, quam paulo poſt ſoluet, non enim uelut de cõtrarijs motibus quod mouetur contrarijs quieſcit quiete intermedia, non ſic ẽt de his quæ mutantur ad oppoſita quæ ſunt id qđ eſt, & id qđ non eſt. Quieſcens enim cum ſit aliquid, quieſcit etiam in eo quod eſt, ſed neq; quod non eſt, põt in ipſo quod non ẽ quieſcere, tamẽ aliquod tẽpus ĩterlabitur neceſſario dum alia mutatio ab altero in alterum fit, & alia poſtea fiet. Cum ergo demonſtraſſet in cõtrarijs motibus, quod neceſſarium eſt quieſcere tẽpore intermedio, dixit intermedium, quia ẽt in motibus ſm cõtradictionẽ, ut ortus atq; interitus, & ſi nõ ex cõtrarijs in cõtraria eſt mutatio, nihil prohibet ẽt in his/& ſi non quietẽ eẽ intermediam tamẽ tẽpus, quare mutatio ex oppoſitis nõ erit una neq; continua. Etenim & in cõtrarijs accidit intermediam quietem fieri, nõ quatenus cõtrarij, ſed quatenus nõ poſſunt ſimul fieri, quod nihil minus ẽt fit/in oppoſitis ſm cõtradictionẽ. Nã eadem cauſa eſt in utriſq; pp quod neqũt cõtinui eẽ. Nam neuter eorum ſimul eẽ põt cum alio, neq; cõtrarij/neq; oppoſiti ſecundum contradictionẽ, quocirca ſimiliter ambo a tẽpore ſcindũtur. Similiter aũt inquit nihil differt ad cõcludẽdum qđ nõ ſit unus & cõtinuus motus/qui eſt ex oppoſitis ꝯtradictione, & ſi nõ neceſſe ſit quieſcere in contradictione, ut in ꝯtrario oñdebatur. Neq; enim quieſcit quod nõ eſt. neq; in eo quod nõ eſt, ſed interitus ẽ/ad id quod nõ eſt, & ortus eſt ex eo quod nõ eſt, ſed ſat eſt ẽt in hac mutatione interlabi tẽpus. Sic enim intercipitur/& nõ eſt cõtinua mutatio. Neq; enim in cõtrarijs cõtrarietas eſſet utilis, ſed non poſſe ſimul eſſe, quod quidem nihil minus, ſi non etiam magis conueniat oppoſitis ſm cõtradictionem, ut libro de interpretatione demõſtrauimus. Sed ubi dixit nil intereſſe ad concludendum/quod nõ ſit motus continuus & in his quę opponuntur cõtradictorie, & ſi nõ neceſſe ſit quieſcere in cõtradictione, ſubiunxit neq; eſt mutatio quies cõtrariorum, ut in motibus quies quædam motui contraria eſt. Nã in cõtrario eius ad quod mouetur motum quies ponebatur cõtraria motui, quo mouetur ad cõtrarium illius in quo quieſcit. Quies enim deorſum poſita fuerat contraria motui ſurſum, & ſi nõ ſit in mutatione, ideſt in ortu/atq; interitu mutationi quies cõtraria, quia non quieſcit/quod interit, quod nihil facit ad rationem oñdentem motus, ut cõtrarij non eſſe cõtinuos. Sic neque oppoſitæ mutationes ſunt continuæ. Nam & ſi quies nõ fuerit intermedia, tñ tẽpore intercipiũtur. Cum aũt dixerit quietem non eſſe mutationi cõtrariam, tãquam ſit quies cõtraria motui. Sed mutationi nõ eſt/cum non ſit, quod mutatur non oportet ex hoc inquit turbari tanquam ſublatum ſit effatum dicens contrarium unum uni oportere, ſi motui/& motum/& quietem contrariam affirmauerimus. Sed hoc firmius erit, ſi aſſeruerimus motum aduerſari aliquo modo motui contrario & quieti. Vnde uidetur etiam in alijs eſſe talis oppoſitionis modus/tanquam unum pluribus opponatur, ut æquale/& mediocre repugnat exceſſui/& exceſſo, ideſt maiori/& minori. Sic etiam uirtutes/cum ſint quędam commenſurationes exceſſib⁹ atq; defectibus opponuntur. Oportet igitur inquit, uti quiete uelut contraria motui, non exacte quærentes ſint uelut contraria, item hoc uti oportet/quod non põt aliqđ ſimul moueri, aut mutari motibus contrarijs/aut oppoſitis. Sed tuto dixit quod opponitur aliquomodo opponitur motui/& quieti motus contrarius. Nam libris ſuperioribus ubi propoſitum fuerat dicere de contrarijs motibus quietem in aliquo mutationi ex eodem uelut priuationem opponi aſſeruit, ſed motum alteri aduerſari uelut contrarium. Sed illud æquale & maiori & minori uelut inæqli, ut unũ uni opponiť, & uirtutes tãq; cõmẽſurationes quędam incõmẽſuratis opponi/nõ fruſtra poſuit, ut inquit Alexã. quia rationẽ efficit ſecuram quæ dicit unũ eẽ/uni cõtrariũ, ſed poſuit quia iuuãt ad præpoſita. Nam quia uſus eſt hoc cõtrarios eſſe motus, qui ſunt ad cõtraria, ne quis inſtet cõtra hoc dicens unum eſſe uni cõtrarium, & motui quietem eſſe contrariã & ob id nõ poſſe/& motum eidem eſſe cõtrarium, quod ſi nõ ſunt, ꝯtrarij motus ex cõtrarijs nihil prohibet quin una fiat mutatio ipſorum ad eadem. Ob hãc inſtãtiam nũc quietem adduxit in medium mentionem faciens de his/quæ oñſa ſunt de ipſis, quod quies nõ proprie eſt cõtraria motui ſed opponitur ipſi/ut priuatio habitui, ſed motus eſt cõtrarius motui, quocirca neq; motus ꝯtrarii poſſunt eẽ unus, neq; ſimul eẽ quies in cõtrario/cum mutatione ad cõtrarium. Nam & ſi quies deorſum/nõ ſit cõtraria motui deorſum, ſed opponitur ipſi/ut priuatio habitui, & ob id ſimul eſſe nequeũt. Nã ſimul eſſe neqũt ob contrarietatem. ſed ob ipſam oppoſitionem, quæ nõ cõtrariis ſolis, ſed etiam aliis competit. Manet igitur unum uni cõtrarium, & ſi accidat aliqñ, ut unum pluribus opponatur, ſecundum aliam/& aliam oppoſitionis ſpeciem.

Amplius autem & in generatione, & corruptione, etiam penitus abſurdum eſſe videbitur, ſi factum confeſtim neceſſe eſt corrumpi, & nullo tempore permanere. Quare ex his, vtique fides alijs fiet. phyſicum enim eſt, ſimiliter ſeſe habere in omnibus. Tex. 63.

Quod mutationes ex contrarijs in contraria/non ſint continuæ, ſed tempore interpoſito ſecentur oſtendit ex ortu/atque interitu uirtute ſic ratiocinans. Si ortus & interitus non ſint continui, ſed tempore ſcinduntur, credendum erit, quod etiam aliæ mutationes ex oppoſitis/in oppoſita non ſint continui, ſed antecedens eſt uerum, igitur & ſequens. Et connexum oſtendit, quia naturale eſt hoc, ut ſimiliter ſit in omnibus mutationibus, quando accidens ob ſimilitudinem competeret. Si enim quia non ſunt continuæ mutationes ob oppoſitionem, neceſſarium eſt, ut omnes oppoſitæ non ſint continuæ. Sed forte hic argumentatio ſit/ex loco a magis. Nam ſi ortui atque interitui ineſt, ut non ſimul ſint ob quomodocunque oppoſitionem, id etiam magis competet omnibus contrariis mutationibus. Quod uero ortus/& interitus non ſint continui, demonſtrat quia abſurdum eſt/quod fit ſtatim ex neceſſitate interire, & nullo tempore permanere in ſpecie/cuius fiebat gratia. Etenim fluerent continue quæ ſub luna ſunt, ſed eſt conſtitutio influentibus, ut etiam quædam diſtinctio ſpecierum/& terminus/& ornatus/& comprehenſio cognoſcendi. Com. 71.

Quod autem contingit eſſe quendam infinitũ vnum exiſtentem, & continuum, & hic eſt circu- Tex. 64.

laris, nunc dicamus. Omne enim quod fertur, mouetur aut circulari, aut recto, aut mixto. quare ſi neque illorum alter continuus eſt, neque illum qui ex vtriſque compoſitus eſt, eſſe eſt poſſibile. quod autem id quod fertur recto & finito, non feratur continue, manifeſtum eſt. reflectitur enim. reflexum autem recto, contrarijs mouetur motibus. contrarius enim ſecundum locum eſt, is qui eſt ſurſum, ei qui eſt deorſum. & qui eſt in ante, ei qui eſt in retro. & qui eſt ad ſiniſtra, ei qui eſt ad dextra. loci enim contrarietates, hæ ſunt. Quis autem eſt vnus, & continuus motus, prius definitum eſt, quod is qui eſt vnus, & in vno tempore, & in non differenti ſecundum ſpeciem. tria enim ſunt, & quod mouetur, vt homo, aut deus. & quando, vt tempus. & tertium, id in quo, hoc autem eſt locus, aut paſſio, aut ſpecies, aut magnitudo. contraria autem, differunt ſpecie, & non vnum ſunt. Loci autem ſunt, dictæ differentiæ.

Com. 72. Cum probaſſet nullum motum/atq; nullam mutationem continuam eſſe poſſe, ſed ſi quæ eſt, illa eſt latio, proficiſcitur deinceps ad oñdendũ quæ ſit ea latio, q̃ pōt eē una/& ꝯtinua. Sed illud infinitum ſignificat ſine termino / & ſempiternum. Nam ij motus qui habent terminos/cum interpollatio eis accidit, quieſcunt. Quod ergo nullus alius motus ſecundum locum poſſit eſſe continuus, præter orbiculationem oſtendit accipiẽs oē qđ ferť/aut ĩ orbẽ moueri aut ĩ rectũ, aut motu mixto. Et cum oñdat non poſſe alterum eorum ex quibus componiť mixtus eſſe continuum, concludet etiam non poſſe mixtum cõtinuum dici, quia quod componitur ex utriſq;, participat utriſq; ex quibus conſtat. Cum ergo oſtendat motum rectum non eſſe continuum, ſimul oſtendet/ quod neq; mixtus eſt continuus. Nam ſi quis diceret mixtum ex continuo/& non continuo poſſe continuum eſſe, patet hunc ita aſſerere, quia talis mixtus motus habet, id a continuo. Et primo & proprijſſime illum eſſe continuum a quo/& ipſe habet, ut ſit continuus. Qđ ergo motus rectus/non ſit continuus oſtendit accipiens quod recta ſupra quam fertur id quod huiuſmodi mouetur, finita ẽ, quod quidem demonſtrauit tertio huius tractationis, quia nulla magnitudo eſt actu infinita. Hoc igitur accipiens ſic ratiocinatur. Quod fertur, ſupra rectam fertur finitam. Sed quod fertur ſuper finitam intercipitur, & quod intercipitur ſupra rectam contrarijs motibus mouetur. Sed contrarij motus non ſunt unus neque continuus. igitur quod fertur in rectum non uno/ & continuo mouetur motu. Et quod latum ſupra rectam finitam in motu intercipiatur patet, ſiquidem ſemper moueretur/& non motum ſemel in rectum quieſceret a motu. Quod autem intercipitur ſupra rectam contrarijs mouetur motibus. Nam contrarij ſunt/ qui a contrarijs in contraria. Sed contraria ſunt ſecundum locum ſurſum deorſum / & ante retroque atque dextrum/& læuum, cum ſint obliquitates eorum, quæ mouentur in rectum. Contrarij autem motus tempore intercepti/non ſunt continui, ut prius oſtenſum eſt, quocirca neque alteratio, neque accretio, neque diminutio, neque ortus, neq; interitus oppoſiti inter ſe poſſunt eſſe unus / & continuus. Sed mentionem facit de determinationibus quibus determinatum eſt prius/qui ſit continuus/ & unus motus: & oñdit etiam per hoc quod motus in rectum ſecundum fractionem/neque continuus/neque unus ſit, quod quidem proponebatur nunc ad demonſtrationem. Tria enim ſunt/ex quibus completur motus quod mouetur, ut homo/aut deus, quorum deus æternum motum ſignificat. Nam eſt immortale hoc/& diuinum. Sed homo ponitur loco exempli eorum quæ mouentur particulariter. Secundum complens motum eſt tempus motus, & tertium id in quo hoc eſt ſecundum quod ſit motus, ut locus ſi ſecundum locum fuerit motus, aut affectio ſi ſecundum affectionem/ & alterationem/ & omnino ſecundum quale, & ad magnitudinem mouetur ſi ſecundum quantum cietur, aut formam, aut ſubſtantiam, ut ſecundum ortum/ atque interitum. Vnus ergo & continuus eſt motus, qui eſt unius / & in uno tempore, & ſecũdum unam formam/& ſpeciem factus: ut ſi homo unius horæ ſpatio albus fieret, & ſi coelum æterno tempore in orbem agitur, tamen quæ recto feruntur motu interpollationem/& ſectionem patiuntur, cum a contrarijs locis in contraria abeant. Nam ab imo ad ſupremum ducitur/ & aſcendit, contra uero a ſupremo ad imum deuoluitur. Et hæ ſunt differentiæ loci contrariæ, quibus etiam motus ſunt contrarij qui ad eos ſunt. Sed contraria ea ſunt, quæ ſub eodem genere plurimum diſtant. Si ergo non ſecundum unam & indifferentẽ ſpeciem contrarij motus fiunt, neque continuus, neque unus erit motus eorum quæ amputantur/& ſcinduntur in rectum, ſed antecedens uerum eſt, ergo & conſequens. Item poteſt eſſe tota huius probationis oſtenſio quæ ſic ſe habeat, motus in rectam ex contrarijs componitur / & differentibus ſpecie, ſed motus qui eſt ex contrarijs / & differentibus ſpecie non eſt unus / neque continuus, & concluſio patet. Et ſunt prima contextus probantia minorem propoſitionem, & ultima maiorem quæ determinat qui ſit unus motus.

Signum autem eſt quod motus contrarius eſt qui eſt ab A ad B, ei qui eſt ab ipſo B ad A, quia ſtant, & ſiſtunt ſemuicem ſi ſimul fiant. & in circulo ſimiliter. vt qui eſt ab A ad B, ei qui eſt ab A ad C. ſiſtunt enim ſi continui ſint, & non fiat reflexio, propterea quod contraria mutuo ſe corrumpunt & impediunt. ſed non is qui eſt in latus, ei qui eſt ſurſum.

Et hanc demonſtrationem affert huius/quod motus contrarij in rectum ſunt eius/quod dum mouetur intermittitur / & detinetur aliquanto ſignum faciens hoc, quia quorum unum eſt ſiſtens alterum uiciſſim ſic talia contra mouentur, & unum alterius motum corrumpit, quod contrarijs competit. Signum autem proprie dixit. Nam rationes ex conſequentibus ſunt a coniectura, & non demoſtratiuæ, ut ratiocinari ſolemus, quia lac in mamillis habet, ideo peperit. Sequitur enim ex ipſo partu lac habere. Sed demonſtratiuæ rationes ſunt ex prioribus/ & effectus commonſtrant ex cauſis. Proinde ſic inſtruitur demonſtratio, peperit / ergo lac habet. Illud ergo mutuo ſeſe contrarios motus delere non præcedit, ſed ſequitur, quod ſi cõtrarij motus ſunt, ſit, ut ſeſe mutuo deleant, quia contraria id faciunt. Sed non omnia quæ ſeſe tollunt mutuo contraria ſunt. Nam negatio deſtruit affirmationem. Item alia oppoſita ſecundũ alios modos mutuo ſeſe eripiunt/& demunt, & tamen non ſunt contraria. Non enim cauſa cur deſtruatur, eſt contrarium, ſed quod ſequitur illud, quocirca & demonſtrationem a ſigno appellauit. Sed non ſolum quæ mouentur e regione / & contra in rectum mutuo ſeſe ſiſtunt, ſed æque ea quæ in orbem ducuntur, ſi contra moueantur. Verum non opponuntur, ut ea quæ inchoant motum in rectum a contrarijs locis. Aliud enim ab a/ ſurſum forte fortuna, & aliud ab ipſo b/deorſum, ſed quæ incipiunt ab eodem, & ad eaſdem circuli partes mouentur, ut ſi ambo/ ab ipſo a/ puncto inciperent, quod eſt in circulo, moueretur autem aliud ipſorum ad b/circuli partem, & aliud ad c. Quæ enim ſic mouentur cum mutuo occurrunt ſeſe uiciſſim ſiſtunt. Non enim ut in rectis contrarij termini ſunt, ſic etiam in circulo, quia neque in ipſo ſunt termini, tamen ſtant etiam in hoc contra mota, & Com. 73.

ſi continui ſint motus, & non ſit interpollatio/ut in recto. Nō enim ob interpollationem/& impedimentum ſtant/& ſiſtunt ſeſe mutuo quæ contra mouentur, ſed ob motum contrarium Signum aūt faciens huius/quod motus contrarij/in rectū ſeſe mutuo corrumpant econtra facti perſuadet ex hoc, quia qui non contra mouentur non ſunt deſtructiui/neq; oppoſito motu moti, ſed ſunt ſolum diuerſi, ut motus qui fit a dextris ad leuam/ & omnino ad obliqua/ & latus ei qui eſt/ ab imo ad ſupremum quamuis differentes/& non continui, neq; ſecundum eandem ſpeciem, ſed uelut non oppoſiti poſſunt ſimul eſſe, ſed ij qui ſunt in rectum/ econtra facti ſeſe mutuo tollunt, quod plus eſt/quam ſolum ſpecie differre.

Tex. 56. Maxime autem manifeſtum eſt, quod impoſſibile eſt eum motum eſſe continuum qui ſuper recta fit. quia reflexum, neceſſarium eſt ſtare, non ſolum ſuper recta, ſed etiam ſi ſecundum circulum feratur. non enim idem eſt, circulo ferri, & ſecundum circulum. eſt enim aliquādo quidem vt id continuet, quod mouetur, aliquando autem vt in idem profectum vnde moueri cœpit, reflectatur iterum. Quod autem neceſſe eſt ſtare, fides eſt non ſolum in ſenſu, ſed & in ratione. Principium autem, hoc eſt. tribus enim exiſtentibus principio, medio, & fine, medium ad vtrunque, ambo eſt. & numero quidem vnum, ratione vero duo. Amplius autem aliud eſt eſſe potentia, & eſſe actu. Quare rectæ quodlibet ſignum eorum quæ inter extrema ſunt, potentia quidem eſt medium, actu autem non eſt, niſi diuiſerit hanc, & ſuperſtans iterum cœperit moueri. ſic autem, medium ipſum principium fit, & finis. principium quidem, poſterioris, finis autem, prioris. Dico autem, vt ſi A quod fertur ſtet in B, & iterum feratur in C. cum autem continue feratur, neque adeſſe, neque abeſſe poteſt A in B ſigno, ſed ſolum eſſe in ipſo nunc, in tempore autem nullo, niſi cuius ipſum nunc diuiſio eſt, in toto A B C. Si autem affuiſſe ponat aliquis & abfuiſſe, ſemper ſtabit A quod fertur. impoſſibile enim eſt, ſimul & affuiſſe A in B & abfuiſſe. in alio ergo & alio ſigno temporis. tempus igitur erit, quod in medio eſt. quare, quieſcet A in B. Similiter autem, & in alijs ſignis. eadem enim ratio eſt, & in omnibus. Cum autem mutatur ipſum A quod fertur, ipſo B medio, & fine, & principio, neceſſe eſt ſtare, propterea quod duo facit, ſimiliter atque ſi cogitauerit. ſed ab A quidem ſigno, ab fuit principio. in C autem affuit, cum finierit & ſteterit.

Com. 74. Et aliam demōſtrationem affert, ex qua non ſolum magis, quam ea quæ ante dicta ſunt, ſed maxime manifeſtum tradit eſſe/quod nequit motus in rectum continuus eſſe, cum iterum atq; iterum in ſeipſo ſit reflectente ſe moto. Idem oſtēdit/quia neceſſe eſt, quod omne reflectens ſe ſtet primum. Hoc enim non ſolum neceſſarium eſt/in his quæ reflectuntur in rectum, ſed etiam ſi quicquam in orbem ductum tendens ad idem punctum iterum reflectatur ad idem, neceſſe & hoc ſtare primum, quia non poteſt quod mouetur reflecti, niſi prius ſteterit. Sed cum dicat non ſolum in recto, ſed etiam ſi in orbem feratur, id eſt in circulo idem accidere, quod etiam in recto ſi reflecteretur. Rurſus quo differant in orbem ferri/& circulus indicauit. Nam circulo fertur/atq; in orbem quod ſemper ad eadem fertur, & quod eodem motu retinet orbicularem formā. Sed circulus qui mouetur in orbem/ab eodem reflectens ſe iterum ad idem procedit, quo etiam patet/quod non eſt motus orbiculatio, ſed illius a quo motus. Sed dupliciter oſtendit, quod neceſſe eſt reflectēs ſtare prius/& a ſenſu/& a ratione. Et a ſenſu proprio neceſſe eſt unūquodq; iudicari. Sed ratione proponens oſtendere/ primum adfert quod cum ſint tria principium, medium, finis, a quomodo ſe habeat mediū, quia principium/& finis eſt ad utrunq; extremorum, & quale medium actu ſit, & quale potentia/& quod in medio actu, quod mouetur a principio/in finem ſtat, quia fit in eodem/& recedit ab eodem. Nam tum proprie medium actu eſt, & ad alterum extremorum finis, & ad alterum initium. His autem præceptis oſtēdit omnino/quod in quo motus fit/& recedit abeſtq;, neceſſe eſt ſtare/in hoc quo utitur, ut principio/& termino: quod maxime facit, quod reflectitur. Actu enim eſt punctum/id a quo reflectitur non potētia. quare ſtat in illo a quo reflectitur. Si enī in medijs punctis/quando actu hæc ſumpta fuerint/& nō potentia, ſtat multo magis in ipſo puncto/quod eſt actu, quo, neceſſe eſt uti, ut principio/& fine, quod utrum neceſſe eſt, ut ſtet in hoc. Sed tale eſt terminus recti/a quo reflectitur. Sed primū oſtendit quod non ſecūdum omne punctum eorum quæ ſunt in recto ſtat/id quod mouetur in rectum. Sic enim maxime demonſtrabit proprium eſſe his quæ mouentur in rectum quieſcere quādo reflectuntur. Si enim ſecūdum omne punctum ſtat/quod fertur, primum quidem nō magis in eo ubi reflectiť, quam in quouis ſtaret. Vbiq; enim eſt punctum. Idem quoq; accidet motui in orbem, quia & in eo puncta ſunt ubiq;/ & ſic nulla erit continua latio. quare quod fertur non ſtat ſecundum unūquodq; punctum, quia neq; puncta ſunt actu/in ipſo cōtinuo, quocirca neq; media ſunt actu. Quod uero non ſint media extremorum actu/quæ ſunt in cōtinuo puncta, ſi ergo ut cōtinuum acciperetur oñdit, quænam ſint proprie media aliquorum definiēs. In quibus enim ē principium, medium, & finis, qđ eſt mediū ad utrāq; partē alterū fit/quo ad principiū finis, et q̄ ad finē principiū, & ſic principiū fit, & finis ſm rōnē. Sed ad utrūq; ambo fit, quādo & extremorū utrūq; ſecūdum ambo acciperetur, & uelut principium/& uelut finis. Tum enī medium, ut c/ad a/ut quidem ad principium finis fit, ſed ut ad finem principium, & ad b/ſimiliter. Verum Alexāder hæc uerba { medium ad utrūq; ambo eſt, } ſic intelligēda eſſe nō putat/ exiſtimās falſum eē illud ad utrūq; ambo fieri, ſed quia medium ad utrūq;/& cōtrapoſitum tāquam ſit alterū, ambo ſiūt. Quod ſi extremorū utrūq; ut ambo ſumerētur, ut uelut principium/& uelut finis, ut ſurſum inde motus ad deorſum, & hoc ſurſum principium quo ad id quod mouetur ab ipſo, & quo ad idem finis quādo reuertitur, & deorſum ſimiliter erit, & mediū ambo ratione ad utrūq;. Nam numero unum eſt, ſed puncta in recta quæ ſunt inter extrema donec, ut una/ & cōtinua recta acciperetur, potētia ſolum eſt, & quæ ſunt potētia nō erunt media proprie. Nam proprie illud eſt/quod eſt actu. Sed fit medium actu quādo quod mouetur in rectum ſecūdum aliquod pūctum in ipſo diuideret ipſum ſtimet ſtatione. Nam illud pūctum ſecūdum quod ſtat/quod mouetur actu, & pūctum/& medium fiebat, & ambo ad utrūq; extremorum ratiōe. Simul ergo ſtatio eius quod fertur, & actu medium eſt, quod eſt principium & terminus, & ſimul actus medius, & ſtatio in eodē. Neq; enim erat principium/& terminus idem ad utrūq; extremorum, id eſt actu medium ei quod mouetur, nō adhuc facta ſtatione in ipſo/& diuiſo cōtinuo a ſtatione, neq; ſtatio fiebat in ipſo, nō uelut principio eius/& fine accepto, id eſt actu medio, quare ſeſe mutuo cōſequuntur actu medium / & ſtatio in ipſo. Nam unum aliquid cum ſit numero duo ſiūt ratione, qđ

ſtatio

ſtatio moti declarat. Quod autem continue mouetur & nuſquam ſtat, haud diceretur adeſſe in ipſo / & abeſſe. Nullo enim ut termino / & principio uteretur neque ſi aliquod medium actu fieret manente continua & indiuidua recta. Quod enim fit in aliquo, etiam quieſcere in eodem aliquo tempore neceſſe eſt. Non enim ſimul poteſt in eodem nunc fieri adeſſe atq; abeſſe in eodem, ut paulopoſt dicet. Item accedere & recedere. Simul enim eſſet, & eſſet in eodem, quare in alio nunc, ut in alio, ſi autem hoc, & inter omnia duo nunc tempus medium incidit, hoc tempore quieſcens adeſt in illo/in quod aduenit, & a quo receſſit/& abiuit. Sed quod continue mouetur, & nuſquam ſtat, non poteſt ſecundum aliquod punctum in recto ſtare. Sed ſecundum hæc non diceretur eſſe in tempore, ſed ſecundum ipſum nunc in tempore quę ſunt termini temporis, ſed non tempus. Non enim ſiquid eſt in aliquo, in tempore neceſſe eſt ipſum eſſe. Si enim in aliquo tempore erit/& quieſcere in eodem neceſſe eſt, igitur ſecūdum ununquodq; nunc in unoquoq; puncto eſt in recta, & a/ igitur quod fertur, neq; adeſſe, neq; abeſſe in ipſo b/ſed ſolum in ipſo eſſe unum nunc, ſed non in tempore aliquo. Nam habent proportionem ad puncta quæ ſunt intermedia in ipſa recta, ipſa nunc in tempore media. Cum ergo dixerit quod in nullo tempore eſt quod continue mouetur, ſecundum aliquod punctum in recta, adiecit præter id nunc quod eſt diuiſio æquale dicens hunc proprie, & per ſe non eſſe in tempore quod mouetur cōtinue ſupra rectam ſecundum aliquod punctum in ipſa. Communius tamen & per accidens poteſt, ſecundum unūquodq; punctum dici in tempore, quia ununquodq; ipſorum nunc ſecundum quæ quod mouetur/in unoquoq; eſt puncto in recta, illius eſt temporis quo demonſtrabit rectam. Nam quia eſt in eodem nunc/quod eſt/diuiſio temporis, hoc diceretur non eſſe in tempore cuius nunc eſt, ſed non proprie. Nunc enim haud eſt temporis pars, ſed hoc non eius ſecundum quod ſcinditur & poteſt ſecari tempus. Vt enim linea ſecundum punctum quod eſt in ipſa diuiditur, ſic etiam tempus ſecundum ipſum nunc. Cum autem dixerit quod continue motum ſecundum nullum punctum in linea adeſt & recedit, oſtendit hoc ex eo quia ſecundum quod ſignum aduenit atq; recedit ipſum ſtare neceſſe eſt, quare ſecundum omnia ſemper ſtabit quod continue mouetur, quod quidem fieri nequit. Quod enim aduenit aliquo & recedit, quia tale ſtat, patet ex hoc quod non poteſt in aliquo adeſſe, & recedere in eodem nunc. Sin autē ſimul eſſet, & non eſſet in eodem, igitur in alio & alio nunc. Si autem hoc, & inter omnia nunc tempus medium incidit, quia nō ſunt continua inter ſe nunc, in hoc tempore medio erit quieſcens/in ipſo puncto in quo ponitur aduenire/atq; recedere ab ipſo, ſi enim ſecundum unūquodq; punctum in recta hoc facit, cur igitur magis in hoc quam in alio erit quieſcens in recta / quod continue mouetur in ipſa, quo quid abſurdius erit. Dixit in alio temporis puncto explicans quomodo ſe habeat id quod mouetur continue in recta. Et cum oſtenderit quod nullo puncto medio fit & recedit, ſed ſolum eſt ſecūdum eadem in ipſo nūc. Sed quando inquit quod fertur a/uteretur aliquo intermedio puncto, ut b/tāquam medio ideſt uelut principio/& termino tum neceſſe eſt ſtare in ipſo. Sed neceſſe eſt illo uti puncto ſic a/quo reflectitur, igitur neceſſe eſt ſtare/in illo a quo reflectitur, quod quidem oſtendere a principio propoſitum erat. Illud uero { propterea quod duo facit ſimiliter/atq; ſi cogitauerit, } æquale huic eſt, quia ſic principio propoſitum eſt oſtendere/ in quo numero duo facit ſtatione. Non enim diuideret ſignum quod eſt indiuiduum, ſed bis eodem uteretur interdum ut principio, interdum uero/ut fine: quiaſtat in ipſo, ſed quomodo unum duo efficiat, oſtendens ut ſi intelligere. Quod enim ſic fit, ponebatur duo, uerum duo ratione fieri. Dixit enim & numero unum, ſed ratione duo ideſt intellectione/& cogitatiōe. Vt enim qui utitur cogitatione eodem, ut duobus & aliquando accipit idem, ut terminum & aliquando ut principium, non diuiſit quidem id quo utitur/cum eodem, ut duobus utatur, ſed quodammodo unum duo fecit cogitatione, ſic etiā quod ſtat in eodē utēs eodē uelut principio/& fine. Sed cū oſtendiſſet quomodo intermediis punctis utatur quod continue mouetur, quia non uelut principio/& fine eodem, ſed eſt ſecundum unūquodque in ipſo nunc & ſine tempore, ſubiungit quod non amplius ſimiliter utitur puncto in recta, ut principio/& puncto/ut fine. Intermedium enim eſt potentia puncta quod erat in linea, & egebat ut fieret actu diuidente ſtatione rectam, ſed puncta extrema actu ſunt, quocirca neceſſario/id quod mouetur ſupra rectam recedit a principio, ſed quando mota fuerit ſupra totā uſque ad terminum ſit, & ſi reflectatur egebit receſſu ab hoc/in quo ſit. Sed quod adeſt in aliquo & recedit ab eodem, neceſſe eſt in eodem quieſcere tempore intermedio inter ipſa nunc ideſt inter illud nunc/in quo aduenit in ipſo, & illud in quo recedit ab eodem, quare omne quod reflectitur, neceſſe eſt quieſcere in ultimo a quo reflectitur. Hoc igitur eſt oſtenſum. Sed deducens rationem ad hoc, quia quod mouetur in rectum, recedit a principio, & aduenit ultimo antequam ſequens hoc ponatur reflecti, neceſſe eſt ab hoc termino primum quieſcens in ipſo, quandam dubitationem ſoluit nunc dictis / & oſtenſis utens.

Quapropter, & ad dubitationem, hoc eſt dicē-dum. Habet enim dubitationem hanc, ſi enim ſit linea E lineæ F æqualis, & A feratur continue ab extremo ad C, ſimul autem ſit A in B ſigno, & D feratur ab F extremo ipſius ad G regulariter & velocitate eadem ipſi A, ipſum D ante veniet ad ipſum G, quam ipſum A ad C. prius enim ſe mouens & diſcedens, prius venire neceſſe eſt. Non ergo ſimul affuit A in B, & abfuit ab eodem. quapropter poſterius fit. ſi enim ſimul, non poſterius erit, ſed neceſſe erit ſtare. Tex. 66.

Cum probarit quia quod fit in aliquo/& recedit ab eodem neceſſe eſt ſtare in eodem dubitationem ad hoc adductam affert, & ſoluit dubitationem determinans id quod eſt indiſtincte poſitum in ipſa, & dubitatio breuiter, & occulte ab ipſo poſita tale habet caput. Si neceſſe eſt/quod fit in aliquo, & recedit ab eodem quodam tempore quieſcere in eodem, accidet ut quæ æque celeriter mouentur in æqualibus lineis, cum ſimul incipiant moueri/non ſimul æquales rectas abſoluere, quod abſurdum eſt, quare & antecedens abſurdum eſt, uidelicet quod fit in aliquo/& recedit quodam tempore quieſcere. Sed dictu abſurdum accidit. Si eorum quæ ęqualiter mouentur alterum ſumptum fuerit aduenire/& recedere ſecundum aliquod punctum intermedium & aliud non ſumptum fuerit. Si enim duo fuerint æque celeriter mota, ut a/d/ſupra quaſdam duas lineas ut ſupra e/& z/& ſumptum fuerit a/ſupra e/c/in aliquo intermedio ipſius e/& c/puncto, ut b/non ſolum exiſtens, ſed etiam adueniens/& recedens, ſi quod fit in aliquo & recedit aliquo tempore intermedio inter duo nunc, illud ſcilicet in quo fit & illud a quo recedit quieſcere, neceſſe eſt ſequetur celerius d/z/h/rectam pertranſire quod æque uelox eſt ipſi a/& ſimul motum inchoarunt. Hoc autem accidit quia accipitur de ipſo a/& aduenire, & recedere in aliquo intermedio puncto ſed in ipſo d/nihil tale aſſumitur, ſed motus dicitur continuus eſſe, ut & intermedia puncto ſint potentia in ipſa z/& d/continue motū eſt ſolum ſupra puncta, ſed non fit neq; recedit. Si ergo ſic, & ipſum a/æque uelox cum ipſo d/ſumeretur continue motum non amplius ſequeretur quod celerius d/pertranſit lineam z/h/quam a/ipſam e/c. Nam ambo æque pertranſeunt, cum ſint in punctis mediis potentia, ſed non ſi alterum fit in aliquo ipſorum, & recedit. Non enim neceſſe eſt / quod eſt in Com. 75.

aliquo aduenire in illo, & recedere quod ratio dubitans de altero moto, ut a/accipiens concluſit non uere oſtenſum fuiſſe, quod quieſcat id quod aduenit, & recedit medio tempore. Sed Ariſtoteles accepit lineas e/ipſum e/c/ & z/hoc z/h. Sed cum occultum eſſet hoc de ipſo d/dictum. Quod enim coepit, & diſcedit prius uenire neceſſe ē, idcirco Alex. aperuit. Nō enī hoc dicit qđ quidē aliqs ſuſpicaretur, qđ nō ſimul inchoarūt motū a/d. Etenim ponuntur ſimul coepiſſe. Et ſi non ſimul inchoarent, nihil abſurdum eſſet concluſum, ſed quod dicit hoc eſt a/ & d/ſimul inchoantia ab ipſis e/ & z/æque uelociter lata perueniunt, alterum ad b/ut a/ & d/ad aliud punctum/quod eſt proportionale puncto b/ in ipſa recta z/h/ & æquale diſtans ab ipſo z/quo diſtat b/ab e. Sed ab eiſdem punctis b/ & ꝓportionali ei in recta z/h/non amplius ſimul recedunt a/ & d/quia a/ſtatutum accedere, atque recedere in ipſo b/ neceſſe eſt etiam quieuiſſe in eodem. Sed d/non petebatur fieri in ipſo proportionali b/puncto, ſed ſolum eſſe in punctis potentia continue in recta motum, non oportet quieſcere. Simul ergo peruenerūt ad puncta proportionabiliter, ſed non ſimul recedunt quieſcēs & non quieſcens, ſed non quieſcens primum. Cum autem ſint æque uelocia, neceſſe eſt prius diſcedere a medio, ſi forte prius ueniet ad finem. Et cauſam huius dixit his Non ſimul adeſt igitur a/in ipſo b/ & abſuit ab ipſo. Non enim ſimul adeſt a/in b/ & recedit ab eodem, quia & quieuit in eodem igitur neceſſe ē, poſterius ſuccedat. Si enim ſimul, non poſtea ſuccederet, ſed neceſſe eſt, ut poſtea ſuccedat, quia quieſcit in ipſo b. Et illud ante hæc uerba quādam occultationem habet horum uerborū. Simul autem erit a/in ipſo b/puncto, & d/ferretur ab ultimo ipſius z/ & termino, Sed uidetur dicere quando a/in ipſo b/ſigno quieſcit, tum d/ab ultimo ipſius z/cōtinue motum ad h/ferretur, & nō quieſcit alicubi uelut a/ſecundum petitionem.

Non ergo ponendum eſt, cum A affuit in B, ipſum D moueri ſimul ab F extremo. ſi enim affuerit A in B, erit & abfuiſſe, & non ſimul. ſed erat in ſectione temporis, & non in tempore. Hic igitȓ ē impoſſibile ſic dicere in cōtinuo.

Com. 76. Hinc principium ſolutionis argumētans ex his/quæ iam oſtenſa ſunt. Dicit autem quod non oportet ponere a/quod mouetur in e/c/ & adeſſe in ipſo b/omnino, ut ſit dicere uelut dubitatio dixit/quod quando a/fiebat ſecundum b/tum d/ſimul ab ipſo z/ultimo mouetur. Si enim fiebat in b/ipſum a/ & receſſit reuera ab ipſo, & non ſimul ambo, ſed erat quoddam tempus intermedium & quies, & ratio dubitans fortis erit, ſed ſi continuus æque motus erat, & ipſius a/ut ipſius d/ & a/ in ipſo neque in tēpore, neque omnino fiet in ipſo b/ſed pro fieri dixit/Erit/ & pro hoc in tempore dixit/in ipſo nunc. Quod enim continue mouetur, eſt ſecundum unumquodque punctum potentia/ & eſt non in tempore, ſed in ipſo nunc quod eſt temporis terminus, quocirca neque fit in aliquo horum, neque abeſt recedit ue. quare in continuo motu qui fit ſupra magnitudinem continuam, non poteſt dici quod fit ſecundum aliquod punctum in continuo/quod mouetur in ipſo, quia neque eſt actu aliquod horum punctorum, ſed ſolum potentia.

Sed in eo quod reflectitur, neceſſe eſt ſic dicere. Si enim G feratur ad ipſum D, & iterum reflectens deorſum feratur, extremo D fine & principio vtetur vno ſigno vt duobus. Quapropter ſtet, neceſſe eſt, & non ſimul affuit in ipſo D, & abijt ab ipſo D. ibi enim ſimul eſſet, & non eſſet, in eodem nunc.

Com. 77. Cum oſtendiſſet/quomodo in eo quod mouetur continue non eſt dicere aliquid accedere/ & recedere, inducit quod neceſſe eſt/de illo quod uenit ad finem & reflectitur dicere quod idem adeſt & recedit in termino. Nam terminus lineæ non amplius eſt potentia, ut erant intermedia, ſed ſunt actu, quocirca & fieri termino/neceſſe eſt recedere ab eodem. Et hoc rurſus oſtendit expoſitione elementorum euarians (ut ait Alexāder) elementa, & nunc faciens h/ quod mouetur, ut prius d/ & ipſum d/terminus lineæ, ut prius erat/h. Et dicit quod h/ueniens ad terminum d/ quando iterum reflecteretur uno puncto, ut duobus quia uelut principio & termino utitur. Hoc autem erat aduenire & recedere, quocirca ex neceſſitate oportet idem intermedio tempore ipſorum nunc/ uidelicet eius in quo fit in termino d/ & illius quando recedit reflexum ab eodem quieſcere. Sic Alexander uarietatem elementorum ſuſcepit. Nisi forte ipſum d/motum ſit ut prius in extremo poſuerit lineæ rectæ z/ut ab extremo motum idem accipiat. ſic & nunc in eodem ſeruans pro extremo lineæ rectæ idem aſſumpſit. Et h/terminus erat rectæ prius ad principium rectæ ideſt ad d/motum accepit uelut reflexionem in principio faciens principium ſimul, & ut terminum accipiens, quod ſi terminum ſimul, & ut principium accepit, & d/in ipſo h/mouit. Quod uero ſimul non poſſit idem fieri in ipſo d/ & recedere ab eodem, demonſtrauit dicens. Ibi enim ſimul eſſet, & non eſſet/in eodem nunc. Quod enim in aliquo fit, & recedit quando fit/in ipſo iam eſt in eodem, ſed quando recedit ab eodem diſcedens/ nō amplius eſt in ipſo. Si ergo aliquis diceret/in ipſo nunc indiuiſibili aliquid factum eſſe in aliquo & recedere ſimul diceret in eodem nunc aliquid factum eſſe in aliquo/ & non eſſe. Quatenus factum eſt, nimirum erit, quatenus recedit/non erit.

At vero quæ olim illata fuit ſolutio, non dicenda eſt. non enim contingit dicere, quod eſt in D, ipſum G, in ſectione, neq; autem affuit. neq; abfuit. neceſſe enim eſt ad finem venire, qui actu eſt, non potentia. quod igitur in medio eſt potentia eſt. hoc autem actu, & finis quidem, a deorſum, principium autem, de ſurſum. Et motuum ergo ſimiliter. neceſſe eſt ergo ſtare, quod reflectitur ſuper recta. non igitur contingit, continuum motum eſſe perpetuum ſuper recta. Tex. 67.

Soluens dubitationem dicentem, quod ſi a/factum erit in ipſo b/ & receſſerit, & quod adeſt, & recedit intermedio ſtat/. accidit, ut d/æque uelox ipſi a/rectam æqualem z/h/huic e/c/. celerius abſoluat, quam a/pertranſit e/c/quod abſurdum eſt. Quæ enim æque uelocia ſunt/pertranſeūt æquales in æquali tempore. Hanc igitur ſoluens dubitationem dixit quod a/nō fit in ipſo b/ & recedit in tempore, ſed erat in ipſo/ in ſectione temporis, & non in tempore quia puncta nō ſunt actu/. in ipſo continuo ſed potentia. Non oportet igitur inquit idem dicere de his quæ reflectuntur/quod eſt in ipſo nunc ſecundū d/haud tamen & factum eſt in ipſo, uel receſſit ab eodē. Hoc enim actu eſt/eſt iam/ & non potentia, ut ea quæ ſunt inter initium/ & finem. Et huius fidem affert hanc, quia neceſſe eſt, ut ſit id quod cietur ad aliquid ueniens aliquando ad idem actu iam terminus/ & non potentia, ut erant quando mouebatur ad idem quod cietur intermedia, Hæc enim potentia erant fines. quia quod mouetur, poteſt & hæc actu facere ſtando in eiſdē & diuidere continuationem Quod enim continue mouetur ſupra rectam, & cōtinuam finitam nulli intermedio utitur/ut actu. Oportet autem aliquando perueniſſe ad terminum/ & actu in eodem fieri, quia & ipſi actu, ſed non potentia, ut ea quæ ſunt apte idem, ut enim ſunt puncta in ipſo ſubiecto, ſic etiam quod continue mouetur in ipſo fit in eiſdem, ſed in his quæ ſunt potentia eſt potentia, & in his actu etiam exiſtit actu. Verum Alexander nouit/ & aliam ſcripturam, quam Com. 78.

& primo ipſe conſcripſit, quæ fertur in pluribus uoluminibus / qua contentus eandem exponit, ut alteram recuſans. Alia porro ſic eſt. { Neceſſe enim eſt ad finem quod eſt potentia. } Sed hoc uult ſibi quod motum / cum eſt in potentia, in fine donec mouetur, neceſſe eſt ad finem uenire actu exiſtens iam terminus / quando in ipſo fieret. Sed quod eſt in fine actu / in puncto actu fit in tempore, & non in ſectione temporis. Neceſſe enim eſt, ut quod mouetur ſi reflectatur ab eodem quando quidem in ipſo mouetur uelut fine idem utatur ſed quando ab ipſo, ut principio / & inter principium & finem neceſſe eſt, ut fiat quies media. Sed ut recta inquit ſuper qua mouetur motum idem habens principium / & terminum, ſic & motum habet neceſſario / qui fit ab imo ad ſupremum & econtra Et huius ſurſum terminus eſt & principium. Cum ergo oſtenderet multifariam quod propoſuit, quia quæ reflectuntur, neceſſe eſt / intermedio tempore ſtare, & quod ſupra recta motum, neceſſe eſt reflecti, niſi ceſſet factum in terminis, concludens dicta totum ſyllogiſmum breuiter exponens ſic ſe habentem. Quæ ſuper recta ſolum mouentur, reflectuntur. Sed quæ reflectuntur, ſtant in medio, & quæ ſic ſtant, non mouentur continuo motu, igitur quæ ſuper recta mouentur / non mouentur continuo motu, neq; æterno. Sed ipſe duas propoſitiones aliam dicentem / quod ſupra recta motum reflectitur / & illam dicentem quod reflectens ſe ſtat, colligens igitur neceſſe eſſe, ut ſtet quod reflectitur ſupra recta, & relinquens uelut apertam dicentem quod quæ ſtant non mouentur continuo motu, concluſionem intulit dicens, non igitur poteſt ſupra recta motu continuo / & æterno moueri.

Eodem autem modo occurrendum eſt, & ijs qui interrogant Zenonis rationem, & volunt ſi ſemper dimidium tranſire oportet, hæc autem infinita ſunt, infinita autem trāſire impoſſibile eſt. Aut vt eandem hanc rationem quidam aliter interrogant, volentes ſimul cum quid mouetur, dimidium prius numerare cum adeſt ſecundum vnunquodque dimidium. quare cum pertranſierit totam, infinitum accidit numeraſſe numerum. Tex. 68. hoc autem in confeſſo eſt, impoſſibile eſſe. In primis ergo de motu ſermonibus, ſoluebamus, quia tempus infinita habet in ſeipſo. nihil enim abſurdum eſt, ſi in infinito tempore, infinita tranſit aliquis. ſimiliter autem infinitum, & in longitudine eſt, & in tempore. Sed hæc ſolutio; ad interrogantem quidem ſe habet ſufficienter. interrogabatur enim, ſi in finito tempore contingit infinita tranſire, aut numerare. Ad rem autem ipſam, atque veritatem, non ſufficienter. ſi enim aliquis dimittens magnitudinem, & interrogationem in finito tempore contingit infinita tranſire, interroget de ipſo tempore hæc (habet enim tempus, infinitas diuiſiones) non amplius ſufficiens erit hæc ſolutio. ſed verum illud dicendum eſt, quod quidem diximus in nuper dictis ſermonibus. Si enim aliquis continuam diuiſerit in duo dimidia, hic vno ſigno tanquam duobus vtitur. facit enim ipſum, & principium & finem. ſic autē facit, & qui numerat, & qui in dimidia diuidit. Sic autem diuidente, neque erit continua linea, neq; motus. continuus enim motus, continui eſt.

In continuo autem, inſunt quidem infinita dimidia, ſed non actu, ſed potentia. Si vero faciat actu, non faciet continuum, ſed ſtabit. quod quidem in numerāte dimidia, manifeſtum eſt, quod accidit. vnum enim ſignum: neceſſe eſt ipſi numerare duo. alterius enim dimidij principium, alterius autem finis erit. ſi non vnam numeret continuam, ſed duo dimidia.

Cum oſtendiſſet, quod in continuo puncta intermedia extremorum potentia ſint / & non actu, & ob id quod mouetur continue ſupra continuo, neq; adeſt ſecundum aliquid eorum neque abeſt ab ipſis, ut hoc faceret, continuum diuiſit, aſſerens hac ratione ita oportere, & contra rationem Zenonis interrogantes. Verum cum de rationibus Zenonis Eleati quas probat exercitij cauſa, & uidetur oſtendere quod non eſt motus, ipſe dixit in ſexto huius tractationis / quod quatuor ſunt / & quæ fuerint enumerauit, & contra unanquanque inſtetit. Sed earum quatuor rationum unam nunc pertractans reducit nos ad memoriam antedictæ ſolutionis eius. Dicit autem quod ingenioſius multo ſoluetur, ex his quæ proxime oſtenſa ſunt. Erat autem Zenonis dicta ratio de qua nunc mentionem facit, hunc in modum. Com. 79.

Si eſt motus, erit aliquod pertranſiens infinita tempore finito. Nam quia in infinitum fit diuiſio bifariam, in omni continuo erunt infinita dimidia, quia omnis eius pars eſt dimidia, id quod motum eſt ſupra finita pertranſiet infinita dimidia tempore finito / in quo diuiſit finitam. Sed aſſumens oppoſitum huius conſequentis in connexo, uidelicet quod non poteſt aliquid tempore finito quædam infinita pertranſire, quia neque omnino poſſunt infinita pertranſiri, deſtruit motum / atque penitus è natura eruit. Sic ergo Zenon, ſed inquit etiam alias adducere aliter ſic.

Si eſt motus quia ſunt infinita dimidia in omni continuo, quod mouetur ſupra continuo poteſt ſecundum ununquodque dimidium numerare, quod cum ſit, quando quod mouetur pertranſierit finitam magnitudinem, iam numeraſſet numero infinita dimidia, quod ſi hoc fieri nequit uidelicet numerari infinita, fieri etiam non poteſt id quod ſequitur ex hoc, ſed ſequebatur hoc / quod motus eſt. Sed tum quidem inſtans contra Zenonis rationem quæ uelut abſurdum adducit, quia motus eſt, ideo finito tempore infinita dimidia / quod mouetur pertranſibit. Verum dixit non tempore finito infinita pertranſire, ſed ſiquidem igitur pertranſibit, infinitum etiam erit tempus. Vt enim magnitudo infinita dimidia habet, ſic etiam tempus tenet. Aeque enim ambo continua ſunt, & in infinitum diuidua, igitur nō finito tempore infinita pertranſiet, ſed infinita in finita. Hanc proinde ſolutionem, qua tum utebatur, dicit contra inferentem uelut abſurdum infinita pertranſiri tempore finito, ex ſe ſuppetere. Non enim finito tempore infinita pertranſit quod mouetur, ſed ſi quidem id fit infinitis, quia æque infinita ſunt tempus / & magnitudo, quare nullum incommodum ſequitur. Verum quo ad ipſam rem / & ueritatem ſecundum ſe non ſuppetit, neque uere occurrit. Non enim idem eſt inſtare aduerſum falſam rationem, & quomodo uerum ſit oſtendere. Quidam enim poteſt ſibi aſſumens / quædam falſa prohibere proceſſum falſæ rationis. Quod uero hæc obiectio / non ſatis ſit ad ſolutionem eius / quod dubitatur reuera tranſferendo probationem oſtendit. Non enim aliquis inquit diuiſerit magnitudinem, & interrogationem fecerit, num finito tempore, poſſint infinita pertranſiri, aut numerari de ipſo tempore ſolum hæc percunctaretur. Nam accipiens quoddam tempus finitum in quo motum mouebatur, quia infinita ſunt dimidia ipſius / cum continuum ſit / et in infinitū diuiduum, eſſe ſibi

dimidia pertranſire/ & numerare. Si enim totum tranſit, etiã unãquanq; partem abſoluit, quare ſi infinita dimidia abſoluet id quod cietur, quando totum abſoluit, & per tranſiens infinita etiam numerat partes temporis in toto finito. Sed hæc dubitatio oritur quod quãq; aliquis cenſeret eiuſdem magnitudinis partes atq; dimidia numerari ſolum quando motum pertranſit ipſam/& ſi non utatur tempore, quod Zeno faciebat. Et ob id uidetur Ariſtoteles ſupplere aliquid rationi Zenonis, cum aliter interrogat rationem ipſam a numeratione, quia ad hanc interrogationem/non ſat erat tum dicta ſolutio quæ tempus æque infinitum, ut magnitudo eſt oſtendit, ut neq; ad eam q̃ de ſolo tempore, aut magnitudine interrogabat. Etenim ad dubitantem hoc modo non amplius congruet illa ante dicta ſolutio, quæ dicit æque tempus/& magnitudinem infinita eſſe. Et cum dicat nihil eſſe hoc/ad dictum reſpondet. Nam qui dubitabat, ſectionum infinitate utebatur, & quia dicebat infinita poſſe pertranſiri, & quod mouetur poſſe hæc petranſire/& numerare, quocirca dixit illam ſolutionem ad Zenonem/ & eos qui ita interrogare eſſe ſufficientem. Non enim finito tempore infinita abſoluit, ſed in infinito. Sed rationem quæ poſſet de eodem aliter interrogare, & ad ueritatem/& oſtenſionem rei naturæ non ſuppetere. Sed dictis paulo ante hæc etiam ſoluenda eſt ambiguitas. Eſt autem quia omne continuum potentia in ſeipſo hæc habet, & ea quæ diuidi poſſunt non actu, ut linea in puncta, & tempus in ipſa nunc. Sed diuidens in dimidia / & numerans, hæc actu accipit. Sic autem diuidit continuum, & uno puncto ut duobus utitur. Nam facit initium/& terminum idem eſſe/uelut quod mouebatur prius ſupra recta/& reflectebatur, & ut illud non uelut in continuo mouebatur neq; continuo motu, cum uteretur eodem puncto uelut principio & fine & accederet ad illud & ab eodem recederet, ſic etiã facit & ia qui ſingula enumerat dimidia/& ſemper ſecundum primum dimidium moueri dicit. Diuidit enim continuum/& actu quædam media accipit in ipſo. Sed diuiſum continuum non amplius manet continuum. Neq; enim magnitudo neq; motus, neq; tempus amplius ſunt continua diuiſa. Qui ergo diuidit non amplius oſtendit in continuo/& finito infinita eſſe. Non enim manet continuum diuiſum actu, quare qui hoc modo nituntur oſtẽdere infinita eſſe in continuo dimidia, uel quia diuidit, uel quia numerat, eadem demonſtratione continuum auſerunt, in quo deliberarunt infinita eſſe oſtendere. Nullum enim amplius continuum eſt ubi fuerit diuiſum. Sed quiſpiam dicet quod ſi omne continuum diuidi poteſt in infinitum/ & omnia pars continui eſt continua, & qui diuidit continuum non deſtruit continuum eſſe. Hanc igitur ſoluens inſtantiam dicit quomodo continua ſint diuidua in infinita. Quia enim potentia habent infinita non ſunt actu, quandoquidem ſecundũ quãcunq; ſui partem queat ſectionem ſuſcipere, quod igitur continuum meat/ac abſoluit infinita potentia/& non actu abſoluit/& pertranſiuit, & in tempore continuo potentia infinita dimidia/& non actu. Quod ſi potentia, neq; ut numerata, neq; ut diuiſa. Hæc enim ſunt iam diuiſi actu/& non amplius continui, qui ergo ſtatione ſectiones partiũ & finitas aſſumet. Nam potentia erant infinita dimidia in continuo, ſed actu finita, non enim ſic potentia in continuo infinita, ut & ea quæ actu poſſunt ſumpta eſſe. Non enim ſunt actu infinita, ſed uelut potentia in infinitum diuidi queunt. Vnde natura ſectionis, in infinitũ eſt, ut ſit in potentia/& ſemper fiat/& ſecetur, ſed ut iam ſectũ ſit/atq; diuiſum, ut certamen/& dies qui ſimul collectim accipi nequeunt ſed ſunt dum fiunt. Quod uero a numerante dimidia continuum diuidatur infinita/& non ſeruetur unum continuum/quale acceptum erat in potentia diuiſibile, demonſtrauit ex hoc quia ſic faciens unum punctum duo numerat, priorem nãq; partem, ut finem accipit, & poſteriorem / ut principium. Qui enim totum/& continuũ ſecundum dimidia diuidit idem punctum in ambobus dimidijs accipit ſed qui hoc facit, & uno ſigno uelut duobus utitur continuum diuidit, ut oſtẽſum eſt/de eo quod cietur, igitur qui numerat dimidia continuum diuidit, ſed qui non ſeruat cõtinuum ſed diuidit per dimidia, neq; motum uelut cõtinuum, & unum accipit.

Quare dicendum eſt, ad interrogantem ſi contingit infinita tranſire, aut in tempore, aut in longitudine, quod eſt quidem ſic, eſt autem non ſic. actu enim ſi ſint, non contingit. potentia autem, contingit. qui enim continue mouetur, ſecundum accidens infinita tranſiuit, ſimpliciter autem non. accidit enim lineæ, infinita dimidia eſſe. ſubſtantia autem ipſa, altera eſt, & eſſe.

Com. 80 Reliquum docet nos quomodo generatim reſpondendum ſit interroganti, ſi contingat omnino infinita pertranſiri, aut in tempore, quando aliquid finito tempore pertranſiens infinita/ in eodem nunc diceretur pertranſire, aut in magnitudine, quando aliquam finitam magnitudinem tranſiens infinita in eodẽ puncta diceretur percurriſſe. Inquit ergo ad interrogantem hoc, reſpondendum eſſet, quia aliquomodo id contingit, & aliquomodo non quia infinita potentia poſſunt, ſed infinita actu nequeunt, quia huiuſmodi infinita non habent aliquod principium. Sed quomodo queant infinita percurri abſoluiq; indicat (ut inquit Alexander) per hæc uerba. { Qui enim continue mouetur/& cętera. } nam quia linea quam permeat/quod cietur accidens hoc habet, quia diuidi poteſt in infinitum, & infinita dimidia per accidens habet quod tranſit lineam per accidẽs infinita dimidia potentia abſoluit/ideſt hanc lineam cuius accidens eſt infinita dimidia habere potentia. Non enim hoc erat lineę ſubſtãtia/& natura, uidelicet habere infinita dimidia. Sed quia non erat per accidens/quod percurrit lineam infinita dimidia tranſiens, ſed per ſe. ſi quidem per ſe lineam percurrit, cuius natura eſt, ut habeat infinita dimidia, ſed quia hoc non eſt natura/& ſubſtantia lineæ, ſed hoc ipſi accidit. Nam eius natura/atq; ſubſtantia eſt, ut ſit quædam longitudo/quæ lata fieri nequeat, quod igitur tranſiuit hanc lineam per ſe, nimirum abſoluit longitudinem/quæ lata fieri non poteſt, & per accidens pertranſiuit ea quæcunq; acciderunt lineæ, ut ſi alba erat, albũ & ſimiliter aliorum unũquodq; quorum unum erat habere infinita dimidia potentia. Sed cum ſic interpretetur Alexander prædicta uerba ſuiſmet uerbis, quiſpiam inſtaret opinor. Primum cur ſi accidunt lineæ infinita dimidia ipſe adiecit hoc potentia, & non ſolum uerba ita ſcripſit, idq; magis cum libri / in quos ego incidi non habeant hoc/potentia/additum. Sed etiam ſic expoſuit. Inquit. Nam quod lineam tranſit, per accidens infinita dimidia potentia pertranſiuit, ideſt hanc abſoluit cui per accidens eſt habere infinita dimidia potentia. Sed quomodo accidens eſſe dicat lineæ hoc in infinitum eſſe potentia diuiſibilẽ, ſiquidem continua maneat linea, & omnis continui ratio ſit, ut in infinitum diuidi ualeat? Sed ſcire decorum eſt/ quod Ariſtoteles non refert hoc quod Alexander tradit, quod accidens ſit lineæ potentia eſſe in infinitum diuiſibilem, ſed quia lineæ infinita dimidia eſſe accidit. Sed ad uerba Ariſtotelis reſpondendũ eſt, quomodo qui continue finitam per ſe permeat, per accidẽs infinita peragrauit. Illud enim per accidens/& ſi per accidens tamen eſt atq; exiſtit. Quod enim mouetur per accidens aut calefit, nimirum eſt, & aliud mouetur, & aliud calefit/& ſi per accidens. Nam ipſe nauta per accidens à uẽtis impellitur, quia accidit nauigio/quod per ſe impellitur, attamen mouetur, & nauta, & ſi per accidens cieatur, ſed infinita non ſunt, ut quod continue mouetur/per ſe finitam, & per accidens infinita pertranſierit, & lineæ accidens erit infinita dimidia eſſe niſi ergo accidentis ſpeciem aliquam aliam nunc tradat nobis Ariſtoteles aſſerens id qđ potẽtia alicui ineſt, accidẽs eiuſdẽ dici. Sic enim lineę affirmat accidere infinita dimidia eẽ, q̃a potẽtia ſunt in ipſa quãq; in infinitũ diuidi poſſe ſit ꝗ̃ continua. Sed quoniam ſingula

gula ſunt quatenus actu extant, & non ſecundum id quod eſt potentia in ipſo, ob id & lineæ ſubſtantiam/& naturam negat eſſe ſecundum infinita quæ ſunt in eadem, quia hæc ſunt poteſtate in eadem, ſed ſecundum unum/& continuum, quod quidem lineæ conuenit actu. Et ſi definiuerimus igitur continuũ quod poteſt ſcindi in infinitum cum ſit actu, proloco ſecundum id quod eſt potẽtia in ipſo definiemus, ut ſi quis taurum definiret/quod fieri niger poſſit. Vnde ſi Ariſtoteles accidens pro hoc potẽtia dixit, temere dixit Alex. q͂a accidit lineæ infinita dimidia adeſſe, adiecit hoc potentia. Simile enĩ erit reliquum, ut ſi quis diceret. Potentia enim competunt infinita dimidia lineæ ſed quomodo potentia infinita dimidia ſunt linea. Omne enim quod eſt potentia/& actu fieri poteſt. Et ſtatuens quod poteſt fieri uelut factum, falſum forte non tamen impoſſibile petit ac ſtatuit. Erunt igitur infinita dimidia actu. Sed tertio huius tractationis oſtenſum eſt quod neq; magnitudine, neq; multitudine aliquid poteſt eſſe infinitum, igitur audiendum eſt infinita dimidia eſſe, pro hoc diuidi in infinitum in dimidia. Nam hoc poteſt linea, ſed non infinita dimidia eſſe queunt. Niſi quis diuiſum in infinitum/in dimidia infinita dicat, perinde ac nunq̃ attingat terminum ſectionis in duas partes, ſecundum quod & ratio quæ dubitabat/infinita dimidia eſſe accepit, & non quod uerum ſit, ſacta in infinitum eſſe. Sed Ariſtoteles cum hoc conceſſerit rationi dubitanti, nequaquam ſimul eſſe infinita, ſolutionem hauſit/ac collegit ex eo quod eſt in actu, & potentia infinita alterutro modo accipi poſſe affirmans, ut tertio huius tractationis tradidit non ſic. Vt, ſi poteſt hoc fieri ſtatua, cum actu fiat ſtatua, ſic erit etiam infinitum actu. Sed ſic eſt, inquit, infinitum, quia ſemper aliud/atq; aliud ſumitur, & quod accipitur ſemper finitum eſt, uerum ſemper alterum/atq; alterum ut dies/& certamen, quia ſemper aliud/& aliud fit, ſic etiam infinitum. Et patet inquit hoc infinitum eſſe id ut in infinitum in tempore/& in hominibus/atq; in diuiſione magnitudinum. Et hoc autem in illis addit Ariſtoteles, quod poteſt infinitum eſſe & hoc eſt in infinitum, quod non oportet accipere/ ut hoc aliquid, ut hominem uel domum, ſed uelut dies dicitur/& certamen quorum natura non eſt uelut ſubſtantia, ideſt non permanet, ſed ſemper oritur/atque interit finitum/& ſemper alterum/atque alterum.

Tex. 69. Manifeſtum autem eſt, & quod niſi aliquis faciat temporis ſignum (quod prius & poſterius diuidit) ſemper poſterioris ad ipſam rem, erit ſimul idem, ens & non ens, & quando factum erit non erit. ſignum igitur vtriſque commune eſt, & priori & poſteriori, & idem & vnum numero, ratione autem non idem. huius enim, finis eſt, alterius autem, principium. ad ipſam autem rem, ſemper poſterioris paſſionis eſt. Sit enim tempus in quo A C B. res, in quo D. hæc in A quidem tempore, alba, in B vero, non alba. in C ergo, alba & non alba. in quolibet enim ipſius A, verum eſt dicere, albam, ſi toto hoc tempore erat alba, & in B non albam. C autem, in vtriſque. non ergo dandum eſt, in toto, ſed præter vltimum nunc in quo C. hoc autem iam poſterius. & ſi fiebat non album, & ſi corrumpebatur album in toto A, factum eſt, aut corruptum in C. quare album, aut non album, primum in illo verum eſt dicere, aut cum eſt factum non erit, & cum corruptum eſt, erit. aut ſimul album & non album, & omnino ens, & non ens eſſe neceſſe eſt.

Com. 51. Cum mentionem feciſſet de ipſo nunc, quod alterius eſt initium/& alterius finis, & quod eſt diuiſio temporis, ſed nõ tempus/& quod eſt impertibile, & quod fieri nequit aliquid/& interire adeſſeq;/& abeſſe aliquid in eodem nunc in aliquo/& ab aliquo. Sin uero, aliquid erit ſimul in eodem/atq; nõ erit oſtendit deinceps nunc hoc, ſecũdum quod ſit diuiſio temporis, tãquam cõtra tempus diuiſum. Eodem modo eſt in utriſque partibus eiuſdem/cum ſit huius principium, & alterius finis. Sic enim tempus eſt continuum, quia eius partes habent communem terminum nũc, ut tamẽ quo ad rem quod ſemper eſt in tempore eſt/in aliquo poſteriore tempore/& re aut affectione, ſed ei quod ſit/in poſteriori tẽpore adeſt, & ſit illius initium ut ſi aliquid aliquo tẽporis curriculo ex albo mutetur in nigrum nunc in quo primum mutatum eſt ex albo in nigrum. ut ad tẽpus æqualiter in ambobus eſt priore & poſteriori tẽpore, cum ſit unius initium, & alterius finis. Sed quo ad rem nigrum ipſum eſſe additur. ſed nõ amplius/& albo/& quo mutatum eſt, tãq̃ ſit accepta res in poſteriori t͞pe, ut quod ſit nigrũ, aut nigrũ principium talis natura ab hoc nunc accepit, ſed non amplius idem accipitur nũc commune hoc/& rerum/& tẽporum, ſed poſteriori adnexo ideſt ei/quod eſt in tempore poſteriori, cuius eſt principium. Sed ablata re priori tempore, cuius temporis terminus eſt ipſum nunc, numero quidem unum eſt, ſed ratione non unum, quando idem ut terminus/& principium acciperetur. Quod hoc ita ſe habeat, oſtendit conſequens abſurdum patefaciens, quod aliter ſe habet. Si enim aliquis, inquit, diuidens prius/& poſterius ſignum punctumue/ideſt nunc nõ ſemper cum poſteriori re connecteretur, ſed uelut in tempore ſic etiam de rebus idem commune prioris & poſterioris acciperet, ut ſit in utriſque rebus, ut etiam in temporibus erat accidet aliquod abſurdum. Simul enim idem erit/atq; non erit/& quando aliquid fuerit factum, tum non erit, quod ita ſe habeat demonſtrabit. Illud uero rei ſemper paſſionis poſterioris eſt/æquale eſt huic ſecundum res ſumptas in tempore ſemper poſterioris paſſionis eſt. Nam res & paſſiones, uel illa uerba { ad ipſam autem rem ſemper poſterioris paſſionis eſt, } dixit pro hoc, ſed ſec'm rem in tempore ſemper poſterius facta affectione in ipſo eſt. Sed poſteriorẽ dixit affectionẽ/aut { paſſionẽ } ea inquam mutatio facta eſt cum recens dicat affectionem de omnibus motibus. Sed demonſtratio qua oſtendit/quod ipſo nunc communiter accepto de ipſis rebus/& de temporibus, accidet idem ſimul eſſe/& non eſſe/& quando factum eſt/aliquid non eſſe, talis eſt. Accipit d/pro re, & tempore duo, prius quidem a/poſterius autem b/quæ mutuo ſecernit ac ſeparat per c/& petit d/in priori tempore quod eſt a/album & in poſteriore b/quod eſt, poſt diuiſionem ſecundum c/ non album. Sed c/communem terminum amborum temporum quorum alterius a/eſt terminus. & alterius b/eſt principium, & dicit q͂ ſi c/& de re ſtatuatur/& petatur quod eſt unius initium & alterius finis d/quod eſt in tempore a/album, erit etiam in termino ipſius a/album. Hoc autem erat c/& rurſus ſi in toto b/eſt non album, patet quod etiam in principio ipſius/erit non albũ Sed principium erat c/quod quidem erat terminus ipſius a/igitur in ipſo c/quod eſt impertibile album eſt, & non eſt, quod igitur ſequitur abſurdum ex ipſo c/perinde ac ſit prioris/& poſterioris temporis huius quidem initium, & alterius finis, ſic ẽe rei ſit. Sed ipſe dicit non eſſe concedendum ſic in omni primo tempore d/album eſſe, ut in termino eius/quando adhuc tale ſit, ſed in omni tempore dandum eſt nõ tñ & in termino eius, ſed excipiendus eſt terminus prioris rei quæ eſt album, & faciundum eſt c/principium ipſius iam albi/in poſteriori tempore. Sed hoc patet inquit, & ab ortu atque interitu, quod c/ipſi deinceps connectendum eſt. Siquidem fiebat aliquod album in toto tempore a/ſi quidem corrumpebatur album in eodem in quo c/factum aut corruptum erat, ſi terminus c/ipſius a/eſt, quare ſi ſit aliquod album in tempore a/in primo c/eſt albũ, & ſi interit aliq͂d albi in tẽpore a/in primo termino c/qui ẽ ipſius a/corruptũ et nõ albũ erit. Si ergo q͂d ſit &

interit in ipſo tempore a/in ipſo tempore b/factum eſt, aut interijt, ut in c/patet quod c/ipſi b/copulandum eſt, ut naturam principij habens, non tamen ipſi a/ſi quidem io ipſo a/fit, & in ipſo c/factum ſit. Quod ſiquis idem commune aſſeruerit ipſi a/& b/ut nunc medium inter utraq; tempora ambobus commune eſt, accidet ut quando factum fuerit, tum non ſit, & quã do interijt tum ſit, quæ palam abſurda ſunt. Q uod uero hæc accidant, hinc patet. Si enim quod fit in tempore/quod eſt a/album, erit poſitum in termino ipſius qui eſt c/in quo mutatur/ quod fit adhuc non erit exiſtens in c. Quod enim fit nondum eſt, ſed in toto tempore b/ponitur factum, quare & io principio ipſius ideſt in c/factum erit, igitur etiã i ipſo c/ factum erit, quia principium ipſius b/eſt c/in quo b/factum fuit, & nondũ eſt, quia finis ipſius a/in quo adhuc fit, eſt c/& ponitur quod fit in ipſo a/album, & adhuc in termino eius fieri. Eadem quoque ratio eſt de illo quod interit. Si enim quod interit, ſiue album fuerit hoc, ſiue quia donec interierit eſt ſed corrumpebatur d/ in ipſo a/ toto tempore/ ſi & in fine eius c/ ponebatur interire, erit adhuc in c/ſed ſi in b/omni & toto corruptum eſt, & non eſt, & principium ipſius b/eſt c/igitur in ipſo c/quia finis eſt c/ ipſius a/in quo corrumpebatur, adhuc eſt. Sed cur principium ipſius b/in quo corrumpebatur corruptum erit, quando ergo corruptum eſt, adhuc eſt, quare dicenti commune c/ ambo accident impoſſibilia, uidelicet quod factum eſt, ubi factum eſt, non ſupereſſe, & corruptum/quando corruptum eſt, tum eſſe/ quando non eſt. Præterea ſimul aliquid album eſſe/ & non eẽ ut demonſtrauimus/& idem quod fit erit/& non erit. Oportet ergo terminum rei in tempore a/ connectĩ atq; una eſſe/ cum termino rei in tempore b/ne in contradictionem incidamus. Et dubitatum inquit Alexander/quando obijt Socrates, ſoluitur hoc modo. Sed dubitatio eſt talis. Quaodo moritur Socrates, num quãdo migrabat/e uita, aut eo tempore in quo mortuus eſt. Non enim poterat e uita excedere, in aliquo tempore medio inter hæc, quia nullum eſt medium. Sed neq; io eo tempore uerum eſt/dicere quo migrabat ex hac luce, quia tum uitam exhalabat. Nam in omni parte temporis/ in quo moriebatur uiuebat, neq; eo tempore quo iam uita functus erat, quia non poteſt quod iam uitam amiſit/ & ſpiritum adhuc mori, ſiquidem quod obijt/poſt mortem obijſſe dicimus. Sed hoc obijt ſequitur, ut principium obijſſe, & illud obijt non in tempore, ſed in fine temporis quo mors ſenſus omnes occupauit, at e uita exceſſit in uniuerſo tempore poſtquam moriebatur. Sed ſoluitur hoc ex prædictis. Nam mutatum eſt ex uita, & mortuus eſt temporis termino ubi primum uiuens ſuos compleuerat dies/ & mortuus eſt/& non in tempore/in quo deinceps non uiuebat. Neq; igitur in quo tẽpore uiuebat, neq; in quo obijt mortuus eſt, neq; prorſus in tempore, ſed in termino eius temporis quo uiuebat. Simile etiam interrogatur, quando peperit filium num quãdo pariebat/an quando partum alebatur, & patet qđ neutrum horum eſt, ſed in termino pariundi, & neque in tempore ante hoc / neque in tempore poſt hoc / neque omnino in tempore.

Si vero quod fuerit prius non ens, neceſſe eſt fieri ens, & cum fit non eſt, non eſt poſſibile in impartibilia tempora diuidi tempus. ſi enim in A tempore, fiebat D album, factum eſt autem ſimul & in altero impartibili tempore, ſed contiguo in B, ſi in A fiebat, non erat, in B vero eſt, generationem oportet eſſe quandam mediã. Quare, & tempus erat, in quo fiebat, non enim eadem ratio eſt, & ijs qui non impartibilia dicunt. ſed ipſius temporis in quo fiebat, factum eſt, & eſt in vltimo ſigno, cui nullum eſt contiguum, aut conſequenter. impartibilia autem tempora, conſequenter ſunt.

Q uando demonſtrauit quod illud/quod reflectitur neceſſe eſt, ut in illo quieſcat a quo reflectitur, utens in demonſtratione, quia non poteſt in eodem nunc, quod quidem eſt terminus temporis, ſed non tempus, hoc uidelicet aliquid adeſſe/& abeſſe ab eodem, quod quidem ſequebatur ex illo/qđ tempus non conſtat impertibilibus, neque poſſunt contigua eſſe ipſa nunc mutuo. Hoc enim conſtituto ſequitur, ut inter duo nunc illud uidelicet in quo aderat quod mouetur/cum ſit terminus ſuæ præſentiæ, & illud nunc in quo aberat, tempus medium eſſe/in quo erat neceſſe quieſcere illud, quando quidẽ unum nunc alteri/non ſit uicinum. Hoc igitur ipſe nunc approbat, quod non componitur tempus ex indiuiduis, neq; in ea diuiditur, & hoc pluribus oſtendit ſexto huius tractationis idipſum generalius proponens/quod nullum continuum conſtet indiuiduis, & nunc ſeparatim/ & oppoſite idem de tempore comprobat efficiens rationem/ex proxime oſtenſis credendã. Hoc enim utitur/uidelicet primam mutationem qua mutatum eſt aliquid/non fieri in tempore, ſed in termino tẽporis in quo mutatum eſt, & ab hoc oſtendit propoſitum. Sed prius ſumit uelut euidens effatum pronunciatumq; hoc ut id quod poſtea eſt, & prius non fuerant, neceſſe ſit, ut prius fiat antequam ſit, & quando fit nondum eſſe. Et palam ratio uera eſt/de his quæ ortu adſunt. ſed non in illis de quibus ipſe prius dixit, quod interdum ſunt, & interdum non ſunt ſine ortu, atq; interitu. Hoc igitur poſito effato inquit fieri non poſſe, ut tempus diuidatur in ipſa nunc uelut io tempora indiuidua, & ipſum componi ex ipſis nunc. Si enim fieret album, ut d/exiſtente quodam tempore ex indiuiduis compoſito a/ipſum d/quod fit album/in tempore indiuiduo/io quo fit album nondum eſt/ in ipſo album. Nam poſitum eſt quod quando aliquod fit nondum eſt quod fit, unde d/ in tempore a/ nondum eſt album, ſed ſimul factũ eſt, pro hoc iam eſt/in conſequente tempore ipſius a/ ipſum d/ album, oportet igitur aliquod tempus medium eſſe inter a/& b/nunc in quo tempore fiat album. Non enim in temporis a/ termino poteſt dici factum eſſe / cum ſit medius inter a/& b/ tempora. Nõ enim eſt impertibilis terminus. Si hoc uerum eſt non poſſunt a/& b/impertibilia contigua eſſe. Si enim omnis ortus eſt in tempore, non enim in termino temporis. Nõ enim eſt terminus indiuidui, fieri autem oportet d/intermedium temporis in quo eſt/& illius in quo nondum eſt, erit etiam & horũ uidelicet huius in quo eſt/& illius in quo nondum erat. Sed hęc erant a/b/quoddam tempus intermedium. Et ſi ſumptum ſit quoddam tempus medium indiuiduum inter a/b/& tempora in quo aliquis dicet d/ factum eſſe, ut b/ rurſus de a/ b/ temporibus eadem ratio. Nam quia d/eſt in b/ & non erat in ipſo a, nam fiebat in illo: oportet iterum quoddam tempus inter hæc medium eſſe/in quo factum erit d. Sed illud { factum eſt »
autem ſimul/& in altero impertibili tempore, ſed contiguo in »
b/ } dixit pro hoc iam factum eſt/in altero indiuiduo tempore. »
Non enim hoc accepit/quod in b/factum ſit. Quærit enim in quo factum eſt. Deinde inſtantiam ſoluit dicentem/ quod eadem dubitatio poteſt dubitari contra eos/qui aiunt tẽpus componi ex indiuiſibilibus. Etenim in his uidetur conſentaneum eẽ ut in illis eſſe quoddam medium tempus inter id quod fiebat/ & id in quo eſt. Rurſus enim ſimiliter in ipſo a/quia fiebat in ipſo non erit. Sed in ipſo b/erit, igitur erit aliquod tempus mediũ inter impertibile tempus, & b/quæ erant contigua. Si ergo commune dubitatum nondum erit oſtenſum tempus componi/nõ ex indiuiſibilibus. Dicit igitur quod non eſt hæc dubitatio/ & contra eos/qui negant tempus componi ex indiuiſibilibus, & cauſam addit. Eiuſdem enim temporis in quo fiebat/ in extremo puncto factum eſt/atq; exiſtit, quo puncto nihil eſt contiguum/neq; conſequenter, ſed tempora indiuiſibilia ſunt conſequenter, quocirca non eſt dicendum contra eos/ qui dicunt a/ tempus indiuiduum quod fiebat in aliquo eius, ſed eſt in termino eius. Nõ enim eſt terminus indiuidui tẽporis, q̃re ſi fiebat in ipſo indiuiduo, & nõ põt in aliq̃ eius factũ eẽ. Eſt aũt iã in ipſo b/ & eodem tẽpore indiuiſibili, patet autem quod oportet aliqđ medium

medium eſſe/in quo fiebat. Nam inter id in quo fiebat, & id in quo eſt medium eſt id in quo factum eſt, quod quidem ſi nõ terminus eſſe poteſt impertibilium a/b/tempus erit, quare non amplius a/b/erunt deinceps inter ſe, quod quidem ponebatur, Quod ſi & impartibilis diceretur eſſe tempus medio rurſus idem abſurdum ſequitur, ſed ſecundum dicentes tempus non impertibile a/poteſt quod fit/in ipſo tẽpore a/in termino eius factum eſſe, ſed eſſe iam, in ipſo b. Sic autem non amplius/non opus erit aliquod tempus quęrere medium inter a/& b/in quo d/erit. In quo enim tempora a/fit, factum fuit in termino eius, quod eſt medium inter tempus a/in quo factum nondum erat. & tempus b/in quo iam ẽ/Oportet enim quod fit in aliquo medio inter tempus in quo fiebat, & id in quo iam eſt factum, qđ medium ſit aliud ab utroq;, quod quidem dici non poteſt de ipſo a/ſi indiuiſibile fuerit. Non enim poteſt aliquid aliud eſſe ab hoc/in quo fiebat a/& aliud in quo factum eſt. Sed dicens quod id quod factum/& eſt in ultimo puncto adiecit hoc cui nihil eſt proximum/& conſequenter uidelicet punctum, quale ipſum eſt. Oſtendit autem ex hoc etiam, quia ipſa nunc quæ termini temporis ſunt/nõ ſunt inter ſe contigua, neq; deinceps ut ſit in ipſis tempus, ſed eſt omne tempus acceptum/poſt terminum temporis a. Sed adiecit/conſequenter indicans quomodo attigua dicerentur inter ſe indiuidua tempora. Nam quia deinceps ſunt uelut proprie conſequenter dicta. Non enim quia partes ipſorum copulatæ ſunt, quia non habent partes. Sed Alexander his deinceps dubitationem adducit/non ualde ad rem pertinentem, (ut opinor.) Si enim aliquis inquit contenderet in termino a/temporis in quo eſt iam mutatum d/eſſe & in tempore a/non eſſe, fiebat enim in illo. Et utens eadem ratione pateret medium tempus inter a/& terminum eius in quo tempore fiebat/adhuc ratio ſtare uideretur. Nam in quo primo mutatum eſt, ut ſit/uerum eſt affirmare illud eſſe. Et pulchre ſoluit dicendo, ut ſi tempus erat in quo factũ fuit, erit iam & in eo uelut in tempore, & oporteret ante hoc eſſe aliquod medium inter hoc/& illud in quo fiebat, quod ſi non tempus illud in quo factum eſt, ſed terminus temporis illius in quo fiebat, non amplius inter id in quo nondum eſt, ſed fit & illud in quo iam eſt, aliquod medium eſſe oportet/in quo factum ſit. Quod ſiquis diceret, idem in termino ipſius a/nõ ſolum factũ eſſe, ſed etiam eſſe, patet quod & in principio ipſius a/non eſſe idem dicet/quanquam iam factum aliquo modo ſit.

Manifeſtum autem eſt quod ſi in A toto tempore fiebat, quod non eſt maius tempus in quo factum eſt, & fiebat, quam id in quo toto ſolum fiebat.

Cõm. 83. Cum demonſtraſſet quod in tempore a/fiebat d/ſed in termino eius erat factum, quod non ſit tempus/id in quo factum eſt, ſed terminus temporis, demonſtrat acutiſſime. Si enim in toto tempore a/inquit fiebat, & in termino ipſius factum eſt, oſtenderetur autem æquale tempus eſſe/id in quo fiebat utrique ſimul in quo fiebat, ſed in termino eius factum eſt. Oſtenderetur inquã æquale tempus illud in quo fiebat utriq; ſimul uidelicet ei/in quo fiebat & ei in quo factum eſt, patet quod id in quo factum eſt ei additum in quo tempore fiebat, non fecit tempus longius, quare non erat tempus id in quo factum eſt. Tempus enim tempori additum tempus maius facit. Quod uero nõ fecerit maius, patet ſiquidem in termino ipſius a/temporis factum ſit, & terminus indiuiſibilis eſt. Et erat per ſe manifeſtum, quod terminus temporis non eſt tempus, ſed quæ uidetur præter opinionem ſententia euidentiam magnam fecit, uidelicet quod non ſit maius tempus/quando fiebat, quando factum eſt/quam quando ſolum fiebat. Sed mihi uidetur non fruſtra addidiſſe huic. Quam in quo ſolum fiebat, hoc omni. Sed ad oſtenſionem huius quod oportet/cum termino ipſum accipere. Proinde ex his uerbis inquit Alexander/potuit incipere quæ ſint effata/& prologuia Stoicorum oſtendere, quæ incidentia non nulli dicunt incircumſcriptibilia/& incerta, cum non ſint talia. Sunt hæc autem talia. Si Dion uiueret, Dion uiuet. Hoc enim & ſi nunc uerum eſt/incipiens ab hoc uero/quod Dion uiuit, & definẽs in uerum quod Dion uiuet. Sed erit quando, aſſumptio erit uera hæc. Sed Dion uiuit, tamen connexum decidet ad falſum, quia erit aliquando/quando erit uerum hoc, adhuc Dion uiuit, ſed non hoc erit uerum, uiuet, quod ſi non fuerit uerum/totum connexum erit falſum. Non enim ſemper quando uiuit, etiam uiuet, quia hoc modo eſſet immortalis Dion. Sed non erit definientes dicere quando non erit uerum uiuente ipſo hoc uiuet, quocirca & in ipſo incircumſcriptibili/& tempore incerto dicunt fieri caſum & lapſum talium effatorum. Tale igitur eſt quod indefinitum uocant effatum decidens, quod uero non recte dicatur incidere, aut labi licet contueri ex proxime dictis ab Ariſtotele. Si enim omne quod mutatur in termino temporis/in quo mutatur mutatum eſt in quo termino non adhuc in ipſo eſt/ex quo mutatum eſt, ſed in reliquo ad quod mutabatur/& mutatum eſt, etiam erit & hoc Dionem uiuere ſi mutatur in aliquo ultimo temporis in quo uiuebat, qui terminus eſt temporis/& non tempus in quo non amplius uerum eſt. Dionem uiuere, poſitum enim iam erat in hoc. Hoc igitur Dion uiueret, quod eſt in præſenti nunc dictum, ſi in quo mutatum eſt, ab ipſa uita nunc diceretur, non eſt uerum, ſi uero in alio ante hoc nunc uerum eſt hoc, Dion uiueret. Sed ipſorum nunc in quo non amplius uiueret mutatus eſt iam Dion, & in quo adhuc uiuit tempus medium eſt/quo uidelicet uiuit, ſi quidem in termino eius mutatum eſt, ex ipſa uita. Et hoc ſequetur in quo nunc uerum eſt dicere, quod uiuit Dion, in hoc eſſe uerum hoc Dion uiuet, quare non prius decidit hoc uiuet/quam uiuit. Nam ſolũ prius decidiſſet, ſi eſſent inter ſe attigua ipſa nunc illud uidelicet/in quo uerum eſt. Dion uiuit/& illud in quo mutatum eſt ex ipſa uita. Sed quoniam in quo nunc uere ſumptum eſt/hoc uiuere Dionem huius nunc/& illius in quo primo mutatum eſt/ex uita tempus medium eſt/quo adhuc uiuit, patet quando uerum eſt, Dion uiuit, etiam uerum eſt hoc uiuet, & nõ ob id immortalis erit Dion. Si autem hoc uiuit Dion, non in eodem nunc diceretur, ſed in tempore cuius terminus erit/id in quo primo obijt mutatum ex uita decidet/tum ad falſum hoc, uiuet Dion, quia terminus temporis additur rei quæ eſt in tempore/cuius terminus hic principium eſt, ut demonſtrauimus prius. Nam ipſum nunc in quo primo mutatum eſt a uita finis eſt temporis in quo uiuit, ſed principium eius/in quo iam mortuus eſt.

Quibus igitur aliquis tanquam proprijs credet rationibus, hæ & huiuſmodi quædam ſunt. Rationaliter autem conſiderantibus, & ex his videbitur alicui idem hoc accidere. Tex. 70.

Cõm. 84. Cum propoſuerit oſtendere/quæ ſit continua, & prima ſecundum naturam latio congruens ei/quod primo cietur natura, & diuiſerit lationem in orbicularem, & rectam atque mixtam/& prius definiuerit ac determinarit quod ſi utra ſimplicium non eſt continua, neq; ex his mixta erit, pluribus demonſtrauit motum rectum/non eſſe continuum ullum duobus modis/& quod id quod fertur recto motu/& finito reflectitur, ſed qđ reflectiť ꝯtrarijs motibus moueť, & ꝯtrarij motus ſpẽ differẽtes/nõ ſunt unus ꝯtinuus. Rurſus q̃ reflectunť quietem mediã patianť oportet, ſed quæ quieſcũt intermedio tẽpore/non retinent continuationem motus. Cum ergo hæc oſtendiſſet de latione recta ex ſpecie motus quæ contrarietatem habet/& ex magnitudine ſupra quam motus reflexus efficitur, quæ ſunt proprie motus uelut eidem competentia, dicit quod quibus aliquis uelut proprijs eius/quod oſtenditur rationibus crederet, eæ quidem & tales ſunt, dicens proprias ratiocinationes quæ conficiuntur/ex proprijs propoſito quas mos eius eſt appellare demonſtrationes. Deinceps autem idipſum logice

demonſtrare pollicetur. Sed probabiles ſyllogiſmi ſunt/qui nõ conſtant e proprijs/& proxim a propoſito, ut priores qui per differentias motus recti, & per ſubiectam magnitudinem talis motus, ſed per communiora/& uniuerſaliora, quæ poſſunt etiam alijs congruere/quos conſueuit appellare dialecticos uelut exprobabilibus argumentis deductos, ponet enim deinde rationes/neq; conuenientes ſolum his quæ mouentur ſecundũ locum, neq; aſſumptas ex his quæ inſunt his ſolis per ſe, ſed etiam omnibus, quæ mutantur ex oppoſitis in oppoſita, & ex oppoſitis acceptas/quæ non ſolum motis motu recto proprie ſed etiam omnibus quæ mutantur conueniunt.

Omne enim quod continue mouetur, ſi a nullo prohibeatur, i quod quidem venit ſecũdum lationem, in hoc & prius ferebatur. vt ſi ad B venit, ferebatur ab B. & non cum prope erat, ſed mox vt cœpit moueri. cur enim magis nunc, quã prius? ſimiliter autem, & in alijs. Quod autem ab A ad C fertur, rurſus veniet ad A continue motum. Cum ergo ab A ad C ferebatur, tunc & ad A fertur, eo quia C eſt motu. Quare ſimul contrarijs. contrarij enim ſunt, qui ſecundum rectam fiunt. Simul autem & ex hoc mutatur, in quo non eſt. ſi igitur hoc impoſſibile eſt: neceſſe eſt ſtetur in C. non eſt ergo, vnus motus. qui enim ſtatu intercipitur, non eſt vnus.

Com. 85. Quod nullus motus ex contrario in contrarium factus ſit continuus/oſtendit prius ſumens effatum uniuerſale dicens/quod omne per motum continuum ad aliquid perueniens/ad quod peruenerit ſine impedimento explens motum/ad hoc impetum habet, ut quãdo motum aggreſſum eſt. Omne enim quod mouetur, ut ab aliquo definito mouetur, ſic etiam ad aliquod definitum abſoluitur niſi ab aliquo impediatur, ut ſi deorſum moueatur aliquid ſine impedimento/delatum etiam quando mouebatur deorſum impetum habebat & inclinationem/atq; momentum/& non ſolum quãdo propinquum erat iam ad locum imum, ſed etiam quãdo initium motus ſumebat quo cõtinue deferebatur ad illum/ad quẽ uelut ueturum motum auſpicabatur. Cur enim magis in hoc/quã in hoc ſit. Hoc enim ſignificat iſtud. { Cur enim magis nunc quam prius. } Similiter quoq; inquit/& in alijs motibus. Non enim in ſola latione/in qua exempli cauſa exercuit effatum, ſola ratio uera eſt ſed æque uera etiam in alijs motibus uidelicet alteratione, accretione, & diminutione, & omnino inmutationibus ad contraria. Non enim in ortu/atq; interitu, ut diſcemus. Cum ergo hoc uerum ſit poſtulatum hoc huius modi connexo oſtenditur propoſitum ut lut erat ratio/de latione exempli loco adducta. Si enim aliquid ab imo ſurſum moueatur, quando attigerit locum ſupremum, non quieſcit/ac manet, ſed eodem momento/& impetu adhuc fertur continue deorſum, patet ob effatum/& quando incipiebat moueri deorſum momentum/& inclinationem ad locum deorſum retinebat, & non ſolum quando fit ſurſum mouetur deorſum. Proinde quod mouetur a loco deorſum, ſi continue mouetur ſimul momentum/& inclinationẽ habet mouendi ſurſum/& deorſum, atqui motus ſurſum contrarius eſt motui deorſum: nam ex contrarijs locis, quod ergo mouetur in rectum, ſi continue mouetur contrarios ſubit motus, quod fieri nõ poteſt, quare etiam impoſſibile eſt/illud qđ ſequitur ex hoc/uidelicet quod recto cietur motu continue moueri/& reflecti. Sed accipiens a/principium recti motus, & c/terminum & ponens continue motum in rectum ab a/in c/& ab ipſo c/in a/moueri ſimiliter, & concludens quod mouetur ita ſimul motibus contrarijs moueri, cur hoc ſequatur probauit dicens. Contrarij enim motus recti, & hoc quia ex contrarijs. Contraria enim motus recti mutuo termini ſunt, ut locus ſurſum ei qui eſt deorſum/& dextrum ſiniſtro, & ante retro. Hæc enim non ſolum quoad habitudinem noſtram ſic ſe habent, ſed eorum natura ſic ſe habere prius/in uniuerſo oſtendimus, ut ſecundo libro de cœlo docuimus. Sequitur etiam aliquod aliud abſurdum ex hoc uidelicet/quod mouetur in rectũ continue moueri/& reflecti. Si enim a loco deorſum moueatur ab a/& iterum rediens ad a/continue & proprio momento/atq; inclinatione deferetur, ut moueatur ad eum locum/in quo eſt. Sed hoc abſurdum eſt. Nihil enim mouetur, ut fiat/in quo eſt. Quod enim cietur unde, & quo mouentur/& a loco ad locum. Deinde tertium aliud abſurdum adducit, quia continue mouentur ea quæ ſupra rectam reflectuntur, accidit aliquid mutari ex hoc/in quo nondum eſt. Si enim quod fertur ab aliquo ſtatim, quia inchoauit motum ad illud fertur/ad quod perueniet, quod a loco deorſum mouetur illico/non moueretur magis motu ſurſum, quam motu deorſum, ſed motus qui fit deorſum ex ſupremo loco ortum trahit, igitur motum a loco imo, mouebitur etiam a loco ſurſum in quo nondum eſt, non enim ex alio quodam latio in id quod deorſum eſt, ſed non poteſt quod mouetur ex aliquo loco inde moueri ſi non fuerit in illo motu mouebitur. Si enim aliquis idem diceret tum moueri motu deorſum/quando ſurſum fieret, concederet idem primum in loco ſurſum eſſe. Sed quod eſt ſurſum/aut fit etiam recedit ab eodem, ſic autem non amplius moueretur continue. Sed aliquis forte dicet inſtando quod hac ratione/neq; quod ab imo loco ſurſum mouetur continue aſcẽderet. Quod enim ab imo incepit moueri ſurſum oportet, primum ad medium deduci deinde ſic a medio ſurſum, quare ab ipſo in quo nondum eſt mouetur neq; hoc igitur continue mouebitur, quanquam non reflectatur. Sed dicendum quod primum motus ſurſum, non a dimidio, uel a medio fieri dicitur, ſed ab ipſo loco deorſum. Deinde non oportet quod mouetur continue ſurſum ad dimidiũ accedere. Quod enim accedit aliquo inde recedat oportet. Et actu medium diuidens quiete intercepta quieſcit, ſed dicetur eſſe motus ſecundum medium continue ſurſum, non tamen ſit, tamen in loco ſurſum ſit oportet prius, quam deorſum reuerſurum ſit. Non enim motus eſt alicuius ſimplicis deorſum, quare in quo nondum factum eſt, debuit fieri atq; eſſe, ex hoc iam mouebatur. Si ergo hæc fieri nequeunt, uidelicet/aliquid ſimul motibus contrarijs moueri, & in ipſo eſſe ad quod mouetur, & tertium hoc uidelicet/ex hoc moueri aliquid in quo nondum eſt. Hæc autem accidunt dicenti poſſe motum rectum continuum eſſe. Et Alexander dictis hanc adiecit argumentationẽ/non ab eodem effato ductam. Si enim impoſſibile inquit, ut motus præter naturam, cum eo qui eſt ſecundum naturã unũ & continuum ſit, ut in eo quod recto motu cietur/& reflectitur, neceſſe eſt etiam ſi altero mouetur ſecundum naturam/& altero naturam præter moueri:igitur non erit continuus compoſitus ex motu ſurſum/& motu ad deorſum.

Amplius autem, & ex his manifeſtum eſt vniuerſaliter magis de omni motu. ſi enim omne quod mouetur, moueatur aliquo dictorum motuum, & quieſcat aliqua oppoſitarum quietum (non enim erat alius præter iſtos) quod autem non ſemper mouetut ſecundum hunc motum, dico autem quicunque ſunt diuerſi ſpecie, & non ſi qua pars eſt totius: neceſſe eſt prius quieſcere ſecundum oppoſitam quietem. quies enim, priuatio motus eſt. Si igitur contrarij quidem motus ſunt, qui ſecundum rectam fiunt, ſimul autem non contingit moueri contrarijs motibus, quod ab A ad C fertur, non vtique feretur ſi- Tex. 75.

mul & ab ipſo C ad A. Quoniam autem non ſimul fertur, mouebitur autem ſecundum hunc motum: neceſſe eſt prius quieſcat apud C, hæc enim eſt, oppoſita quies, ei qui eſt a C, motui. Manifeſtum igitur eſt ex ijs quæ dicta ſunt, quod non eſt continuus motus.

Prius rationem fecit de latione recta, deinde de omni pro-
Com.86. prie motu ex quo omnis mutatio fit/ex contrario in cõtrarium & ſi exemplum procedat,& ratio adhuc de recto. Nũc autem magis generaliter de omni mutatione demonſtratio fit, quæ mutatio continet etiam ortum/atq; interitum. Nam priuatione utitur,uelut omnium mutabilium,ſiue ſecundum locum, ſiue ſecundum qualitatem,aut quantitatem, aut ſubſtantiam moueatur,ex priuatione propria eorum quæ fiunt/mutatur,merito igitur dixit ſe dicturum magis generaliter de omni motu,id eſt/de omni mutatione. Omne enim quod mutatur in aliquid quod prius non erat/ex ipſo non hoc,& propria priuatione ad hoc aliquid mutatur:ut primo libro diſputatum eſt. Sed eius ratio talis eſt,accipiens quod quæ non ſemper cientur, ſed aliquando mouentur, aliquo dictorum motuum mouentur ex oppoſitis ad oppoſita. Aut enim ſecundum ortum/& interitũ, aut ſecundum accretionem/& diminutionem, aut ſecundum alterationem,aut ſecundum lationem in rectum: patet autem quod non ſemper mota,& quieſcunt aliquando,aliqua quiete motus/qui ſunt inter oppoſita cum moueantur ad ea quæ attingunt. Neq; alius præter dictos motus eſt,neq; quies præter has. Ratiocinatur ergo ſic: quod mouetur non ſemper,aut aliquo dictorum motuum cietur,aut aliqua quiete oppoſita illis quieſcit. Sed quod cietur aliquo dictorum motuum non ſempiternorum, ante quam moueatur neceſſe eſt quieſcere quiete media inter hunc/ & oppoſitum motum. Sed quod quieſcit quiete media non mouetur motu continuo. Et ſic omnino generaliter in omni mutatione oſtenſum eſt,quæ fit ex priuatione. Reliquum deſcendit ad lationem quæ reflectitur ſupra rectam,de qua erat propoſitum differere/quod non ſit continua hunc adaptat rationem. Si enim contrarij ſecũdum rectum motus,qui ſunt ab imo ad ſupremum,& a ſupremo ad imum,aut qui ab a/ad c/& qui ab ipſo c/ad a/& ob id non poteſt ſimul quod mouetur ambobus motibus moueri ab ipſo c/ad a/ neceſſe eſt prius quieſcere ad c. Nam hæc erat oppoſita quies motui ab ipſo c/cum ſit intermedia duorum motuum,& ſcindat eorum continuationem. Patet igitur quod motus rectus/ non eſt continuus. Tota igitur demonſtratio rationis talis eſt. Sed cum explicarit id quod mouetur hoc motu nõ ſemper quo
» modo oporteat accipere hunc motum expoſuit/per hæc { di-
» co autem quicunq; ſunt diuerſi ſpecie,& non ſi qua pars eſt to
» tius. } Quod enim motu ſurſum mouetur, qui ſpecie differt ab eo.qui eſt deorſum/& oppoſitus ei non poteſt, uno continuo poſt ipſum efficere,neceſſe eſt ante motum/ad locum ſurſum contrarium huic motui quieſcere quiete ea quæ eſt deorſum,non tamen aliqua pars motus ſurſum quieſcet,dum motum ſurſum tendit,antequam illud moueatur. Quo enim mouetur pars/ante ipſum potentia,& hæc mouebatur. Et cum una ſit amborum ſpecies nihil prohibet,ut ſit continuus motus ex ambobus,& ob id non prius quieſcere tanquam quod altero motu ſpecie mouetur/antequam eodem moueatur ſit neceſſarium quieſcere,quia nequeunt oppoſiti motus fieri unus continuus uelut differentes motus ſecũdum partes. Nam ij a quiete non ſcinduntur. Quocirca & ea quæ mouentur motu continuo/& æterno ſecundum aliam/& aliam ipſius partem mota exiſtente eadem ſpecie non coguntur/ antequam moueantur illo motu quieſcere quiete oppoſita motui quo mouebantur ut ea quæ non motibus ſecundum partem, ſed quæ mouentur differentibus ſpecie. Si enim mobile erat hoc motu, & non mouebatur eodem erat in priuatione ipſius. Sed priuatio eſt quies/ ex qua in motum illum eſt mutatio. Omne enim quod mutatur ad aliquid,quod non prius erat ex ipſo non hoc mutatur ad hoc,igitur ad talem motum quod mutatur,dicebatur mutari quo prius non mouebatur, & ſic ex priuatione ad ipſum mutabitur. Priuatio autem eſt in oppoſito quies. Quod enim ad album mutatur ex nigro/antequam mutetur in albũ neceſſe eſt in nigro ex quo mutabatur quieſcere. Et ſi nigrum contrarium albo ſit tamen in contrarijs ſemper contrarium deterius habet rationem priuationis.

Amplius autem & hæc ratio, magis propria eſt ijs quæ dicta ſunt. ſimul enim corruptum eſt non album, & factum eſt album. Si igitur continua alteratio eſt ad album, & ex albo, & non manet aliquo tempore, ſimul corruptum eſt non album & factum eſt non album. trium enim, erit idem tempus. Tex.72.

Cum oſtendiſſet non eſſe continuum motum rectum, per communiora argumenta,quæ etiam magis probabilia uocarit,nunc rurſus idem per propria pollicetur oſtendere,ideſt ex his quæ ſunt per ſe. Quæ enim alicui inſunt per ſe ei propria ſunt. Sed eorum quæ per ſe competunt motui primum eſt, ut ſit motus in tempore, & quod mutatum eſt/ ad aliquid ſimul mutatum eſſe,ad quod mutatum eſt/& reliquiſſe illud/& quo mutatum eſt, per ſe autem & ipſum tempus inter ipſa nunc, per hæc igitur facturus demonſtrationem/merito per propria magis inquit nunc demonſtrationem fore. Nam argumenta ante hanc ex contrarijs/& oppoſitis fiebant quæ erant communia pluribus: quocirca/& magis uniuerſales eaſdem dixit & tamen hoc argumentum ex his quæ inſunt per ſe motui facit quod omnibus motibus quadret,qua propter in alteratione uelut idem facit. Quod autem dicit huiuſmodi eſt. Si cõtinuus eſt motus,a contrarijs in contraria ſimul corruptum eſt illud ex quo mutatio,& factum eſt illud ad quod mutatio in eodem nunc,quare ſimul interijt hoc nõ album,& factum eſt album Si ergo continua eſt reflexio,ſimul erit ad album mutatum,& ex albo in album,quare tria hæc ſunt in eodem nunc, quod tempus dixit dicens. Trium erit tempus idem,ut interitus albi & albi ortus atq; ex albi in non album mutatio. quare erit idẽ album,& iam aliquid albi mutatum eſt Nam hoc ex albo mutati erat. Quod ſi quia non accidit hoc abſurdum non diceremus in eodem nunc,ad album mutatum eſſe/& ex albo, ſed in alio,& alio erit aliquod tempus in medio/& quies, & non amplius continuus motus. Si ergo quæ ex neceſſitate ſunt in eodem nunc,& interitus non albi/& ortus albi,& hæc ex hypotheſi/quia ponitur continuus motus ſimul erit album & mutatio albi/in non album. Erunt tria in eodem nunc interitus non albi,ortus albi,mutatio ex albo/in non album. Sic autem fieret mutatio ex non albo ad id quod non eſt album facta uno exiſtente motu continuo,& id quod interijt in ſeipſum mutatum. Non album enim corruptum in ipſo non albo rurſus ad non album mutatur,ut nigrum in nigrum. Sed nihil ex quo mutatur in illud mutatur. Proprior igitur hæc eſt priorũ demõſtratio/ quod ibi abſurdum concluditur circa hoc contrarios eſſe motus. Sed hic ea de cauſa quia in eodem nunc, eſt aliquid facere mutatum aliquid ex aliquo, & ex hoc rurſus in id ex quo mutatum eſt in idem. Quanto igitur peculiarius eſt tempus motui quam contraria, tanto etiam demonſtratio hæc quam ante dictæ. Com.87.

Amplius non ſi continuum eſt tempus, & motus, ſed conſequenter. quomodo enim erit vltimum idem contrariorum, vt albationis & denigrationis?

Hoc additur cauſa conſolandi/& confirmandi imaginationem noſtram quæ ex continuatione temporis continuos mo Com.88.

tus in eo tenebat/ & aſſerebat. Non enim ſi aliquid in continuo eſt, neceſſe eſt etiam illud continuum eſſe, quia ſic omnia quæ ſunt in tempore continua eſſent, & ſi plurimum inter ſe diſtiterint, & ſi diſſimillima fuerint continua erunt. Nam omne tempus continuum, ſed non neceſſe eſt. Nam neque quæ ſunt proxima, neceſſe eſt ut continua ſint, & ſi uicinum fuerit continuum tempus ergo continuum: ſed motus in ipſo qui ſunt ex contrarijs in contraria continui/ non ſunt inter ſe ſed. cōſequenter. Erant hæc conſequenter inter quæ nullum medium erat eiuſdem generis. Sed inter motus ad oppoſita motus medius non eſt, ſed quies quæ non eſt ſimilis ſpecie cum motu, quare ſic facti motus non ſunt continui, ſed conſequenter inter ſe. Quod uero non poſſint continui/ & unus motus eſſe/ qui ſunt ad contraria/ ex definitione contrariorum demonſtrauit. Continua erant hæc, quæ ad unum terminum communem copulantur, & quorum termini erant unum. Sed contrariorum eſt unus terminus, neque poſſunt extrema contrariorum/ quibus copulantur unum eſſe. Quæ enim ſunt mutuo cōtraria, & extrema contrariorum ſunt contraria, ſed contraria non ſunt unum, & quorum termini ſunt contrarij non ſunt mutuo continui. Sed aliquis poteſt Alexander inquit, extremum contrariorum intelligere terminum totius continui. Nam unius continui motus unus terminus erit: quare quod albeſit/ & nigrum fit/ unum haberent terminum. Sed quomodo hoc fieret. Neque enim nigrum, quia hoc non erat terminus albationis, neq; album. Neq; enim hoc poteſt eſſe terminus de nigrationis, ſed neque mixtum aliquid ex ambobus, quia nō ſimul ambobus mouerentur.

Tex.73. Qui autem ſuper circularem fit, erit vnus & continuus. nihil enim, impoſſibile cōtingit. quod enim ex A mouetur, ſimul mouebitur ad A, ſecundum idem propoſitum. ad quod enim veniet & mouetur ad hoc, ſed nō ſimul mouebitur contrarijs, neq; oppoſitis. non enim omnis qui eſt ex hoc, ei qui eſt ad hoc, contrarius eſt, aut oppoſitus. Sed contrarius quidem eſt, qui ſuper recta fit. huic enim eſt contrarius, ſecundum locum ut qui ſecundum diametrum fit. diſtat enim, plurimum. Oppoſitus autem eſt, qui eſt ſecūdum eandem longitudinem. Quare nihil prohibet, continue moueri, & nullo tempore deficere.

Com.89. Cum oſtendiſſet quod neq; aliæ præter lationem mutationes poſſunt eſſe continuæ neq; lationes rectæ, quia ſequuntur impoſſibilia ſi qui ſtatuerint eas eſſe continuas, dicit quod ſola orbiculatio poteſt eſſe continua & una, ſiquidem nullum ſequatur impoſſibile ea poſita. Si enim alias motiones non eſſe continuas demonſtrauimus, quia impoſſibilia ſequuntur ſi quis ponat aliquem eorum continuum: Si ergo nullum accidit impoſſibile illi/ qui orbiculationem affirmauerit continuū igitur audacter oportet eam exiſtimare continuam eſſe. Quod enim in orbem mouetur ab a/ incipiens ad a/ rurſus redijt eodē impetu & inclinatione, & non ad aliquid contrarium ipſi a/ primum accedit, ut de motu ſecūdum rectū oſtendebatur, & ob id ex contrarijs compoſitus non poterat unus eſſe, & cōtinuus in illo. Sed quod in orbem mouetur/ nec contrarijs/ nec omnino oppoſitis motibus mouetur in orbiculatione. Neq; enim ab aliqua pars huius motus ab a/ eſt alicui parti eiuſdem, in a/ contraria, neq; totus motus ab a/ in a/ toti ab a/ in a/ contrarius, nec omnino oppoſitus. Et oſtendit qui ſint contrarij lationi/ & oppoſiti motus. Neq; enim ſimpliciter motus ab a/ in a/ eſt contrarius/ & oppoſitus. Etenim ſic orbicularis motus abſoluitur, ſed eſt motus ab a/ contrarius motui ad a/ quando in rectum fieret. Contraria enim ſunt ſecundum diametrum. Hæc enim plurimum inter ſe diſtant, & ea quæ mouentur ab his ſecundum diametrum, & ad ipſa rurſus uelut a contrarijs/ & ad contraria motibus contrarijs mouentur. Si enim termini diametri fuerint a/ & b/ motus ab a/ in b/ contrarius eſt motui ab ipſo b/ in a. Diametrum uocat rectam circuli, & uelut in circulo oſtendens, & quod termini diametri plurimum diſtent oſtendit: quocirca & motus ſupra diametrum facti iterum/ atq; iterum ſunt contrarij. Oppoſitus autem, inquit, eſt motus ſecundum eandem longitudinem. Contrarij enim ſupra eundem diametrum, quia plurimum diſtant. Similiter ſurſum/ & deorſum termini definiti, & dextrum/ & læuum, ac ante & retro ſecundū naturam uelut a contrarijs, ſecundum locum ad contraria facti motus, contrarij ſint. Quæ autem in alio quouis recto modo reflectantur/ oppoſitis motibus mouentur, & ſi non contrarijs. Vt enim a principio ad terminum, uel ut a termino ad principium, uel quia hoc uelut ad nos ſupra/ & aliud quoad nos deorſum/ & dextrum ad nos & ſiniſtrum, & hoc ante quo ad nos & retro, ſed hæc opponuntur ad aliquid, quare omnes motus recti reflexi, ſi non contrarij tamen oppoſiti. Contrarios enim dicimus, ſolos a contrarijs. Sed contrarij ſecundum diametrum, ut plurimum diſtant inquit Alexan. niſi forte & contrarij ſint recti termini, & ad contraria loca definiti ut prius dixi. Etenim cum medietas diametri à centro ſit contrarij termini eiuſdem, quocirca alius eſt ſurſum & alius deorſum. Poteſt autem inquit Alexan. oppoſitum dicere ſecundum longitudinem, & ſi non ſupra rectum fiat. Si enim ab aliquo puncto ad aliquod punctum plures lineæ iungerentur non rectæ. (nam una eſt ab uno puncto/ ad unum recta) erunt ea quæ mouentur ſupra eaſdem lineas econtra mota/ non in rectum contra mota, ſed in eadem longitudine. Talium igitur linearum motus contra non contrarij quidem ſunt, quia ſupra rectum contrarij, ſed oppoſiti quia mutuo contra ſtant/ & unus alterum deſtruit. Si ergo quę mouentur & reflectuntur ſupra rectum uel contrarijs motibus, uel oppoſitis mouentur, & nequeunt contrarij motus, neq; oppoſiti mutuo eſſe continui, non erunt ſupra rectum reflexi continui. Sed orbicularem fieri, in eodem continue nihil uetat/ & nullum deficiet tempus.

Circularis enim motus eſt, qui ab eodem in idem. rectus autem, qui ab eodem in aliud.

Cum oſtenderit per prius argumentum/ quod nihil uetat motum orbicularem fieri continuum, quia non conſtat ex contrarijs, aut oppoſitis motibus, ut ille qui ſupra rectum, nunc oſtendit quod neq; actu eſt aliquod punctum in quo opus ſit adeſſe/ & abeſſe, et intercedere qetē mediā, ut oſtendebat in his quæ reflectuntur ſupra rectum. Et hæc eſt una cauſa, cur non fit non moueatur continue. Nam orbicularis motus ab eodem in idem factus non habet aliquod punctum factum in circulo actu ad quod primum incipiens moueri uelut in termino/ & principio eodem utatur)& quiete media. Si enim habet aliquid talem punctum, non ab eodem in idem diceretur moueri, ſed in illud in quo primo fieri oportebat. Sed motus in rectum ab eodem in aliud fit. Nam ad terminum recti oppoſitum/ in quo primo neceſſe eſt/ ipſum fieri, ut in termino/ & reflectens ab illo uelut a principio eiuſdem iterum moueri ad locum motu a principio. Hoc enim ab eodem ſignificat hoc a loco/ in quo a principio erat, & hoc { in idem } ſignificat illud ad locum, & » illud { in aliud } denunciat hoc in alium locum/ alium ab » eo in quo erat a principio. Com.90.

Et qui in circulo quidem fit, nunquam in eiſdem eſt. qui vero ſecundum rectam, ſæpe in eiſdem. Eo igitur qui ſemper in alio, & alio fit, contingit moueri continue. eo vero qui in eiſdem ſæpe, non contingit. neceſſe enim eſſet, ſimul moueri oppoſitis. Quare neque in ſemicirculo, neque in alia circumferentia vlla.

contingit moueri continue. ſæpe enim neceſſe eſt, ſecundum eadem moueri, & contrarijs mutari mutationibus. non enim copulatur principio, finis. qui autem circuli eſt, copulatur, & ſolus eſt perfectus.

Com. 91. Et ex hoc argumento oſtendit diſcrimen inter motum orbicularem/& rectum quo circularis motus poteſt eſſe. Nam qui eſt in circulo inquit, ideſt orbicularis nunquam in eiſdẽ eſt
10 & ſubiotell git Alexander hoc { fit } uelut nunquam in eiſdẽ fiat, quia neq; actu eſt aliquod in orbiculatione punctũ in quo factus motus ſtet uel ei omnino adſit/ & abſit, ſed id rectus motus patitur, quia habet pũctum recta cui adeſt & abeſt, ſed huic uicinum non habere ſcilicet/in eiſdem unquam, hoc eſt, quod non neceſſario ſtat, quia ſæpe in eiſdem quod fit, neceſſe eſt ut in quo fit rurſus & rurſus ſtet in eodem. Nam in quo fit actu & recedit ab eodem neceſſe eſt, ut quietẽ intermediam ſuſtineat dum adeſt & recedit, ut prius oſtendimus. Quæ igitur reflectuntur in rectum bis in eodem puncto fiunt, dum deſinunt/& iterum initium faciunt, quando idẽ ſpatium bis deinceps abſoluent quieſcens ad idẽ punctum in quo reflectitur, & rurſus ab eodem incipiens, & hoc quoties reflectitur, facit. Quocirca motus ſemper in alio puncto factus, poteſt continuus eſſe ſed qui in eodem ſæpe factus non poteſt. Neceſſe enim eſt, ut ſtet quod reflectitur dum aduenit & recedit, tempore medio, & motibus moueri oppoſitis, ſed quod nec ſtat in termedio tẽpore neq; oppoſitis cietur motibus continuo motu moueri poteſt. Quod enim continuo ducitur motu uno mouetur & ſemel, ſed quod ſtat deinde mouetẽ toties quoties mutatur ex ſtatione, quando igitur ſtat rurſus mouetur ſupra eodẽ reflexum eſt quia ſtat ſæpe mouetur, ſed quia reflectendo ſupra eodem rurſus mouetur ſæpe fit/ quod mouetẽ eodẽ/& toties quoties reflectitur. Quõ igitur & nõ orbicularis ſæpe erit ſm hæc, ſi quidẽ ſæpe circũducitur. Niſi qđ nõ ſæpe ſm idem fit ſtatim iam & ſæpe eodẽ motum eſt, ſed ſm unum impetũ, & inclinationẽ ſi cõtinue moueatur ſępe ſm idẽ fieret potẽtia exiſtẽs ſic/& nõ actu, ut idẽ principium/& terminus fiat & nõ quieſcat intermedio tẽpore cõtinue ſic mot⁹ erit. Si uero quieuerit interceptus rurſus eodẽ moueretẽ, ut in reflexis, ſiue ſupra rectũ, ſiue ſupra orbiculare ſæpe ſm idẽ fieret qa uniuſquiſq; motus interceptus eſt quiete media, ſed quod mouetur multis motibus moueretur & ſæpe. Quoties enim toto moueretur, toties etiam unaquæque pars illius, quatenus unaquæque ſemel mota ſupra ſubiectum. Neq; enim ut in uno, neq; uno mouebatur/non cõtinue motum. Quod ſiquis & in continuis diceret quod ſæpe ſm idẽ fit in eodẽ ſępe motum eẽ, non proprie diceret. Nõ enim ꝓprie ſæpe, qa nõ multis, ſed uno/& cõtinuo in uno & cõtinuo facto. Cõtinuorum enim partes potẽtia ſunt in ↄtinuis & diſcretæ per ſe, quocirca neq; multis/neq; ſæpe, ut reflectẽtia mouẽtur nõ cõtinua, ſed ↄſequenter. Quod enim reflectitẽ/in quo quieſceret ab hoc magis incipit. Sed ſic motũ non põt cõtinue moueri, ut demõſtrauimus. Ceterum cum oñderit qđ motum ſępe eodẽ neceſſe eſt, ut motib⁹ oppoſitis moueatur reflectẽdo/& qeſcere intermedia qete, recte adnotat qđ huius cã nõ eſt rectũ eẽ, ſed qa ẽ finitũ/& actu habet terminos, ꝓinde & in ſemicirculo, & in alia quis orbiculatione principiũ/& finẽ/habẽte actu diſcreta, neceſſe ẽ reflecti, q̃ etiã uno motu mouẽtur, ſed ſolũ orbicularis/qñ nõ habuerit principium/neq; finẽ actu diſcreta cõtinua eẽ põt, ꝓinde & mot⁹ ſupra rectã ſi īfinitus fuerit/q in rectũ, nihil ꝓhibet aliqd ↄtinue ſupra ipã moueri, ſed qa qđ ẽ ſupra finitã, neceſſe ẽ reflecti, & ſimul intermedia qete qeſcere, ſed ſimul moueri motib⁹ ↄtrarijs, qa talis mot⁹ ↄtinuus ẽ, ꝓpter ambo īpoſſibile ẽ. Et cãm ipſe breuiter ſubiũxit hu⁹ cur mot⁹, nõ ſit ↄtinuus ſupra rectã ſinitã. Nõ enĩ inqt ſupra eandẽ copulatẽ termin⁹ principio, ut in his q̃ in orbẽ circũferũtur oẽ qđ accipitur pũctum eſt finis/ & principium tãq̃ ſm oẽm reuolutionẽ terminus/& principium ſint cõnexa/& non ſeparata/& principiũ/& finis, ſed nõ copulatur principiũ fini ſupra rectã, ut a/ipi b. Si erũt recti termini ijdem nõ tamẽ in circulo copulãtur, inter ſe principiũ/& terminus, qa unde cœpit motum in circulo in idem deſinit pertranſiens lineam orbicularem ſed ob id & ſolus motus in orbẽ perfectus eſt, quia nihil extra ſe relinquit, ut linea finita/ & poteſt augeri tanquam habens aliquid extra ſeipſum, ſed orbicularis non ſuſcipit incrementum.

Manifeſtum aũt eſt & ex hac diuiſione, qđ nõ alios contingit motus eſſe continuos. in omnibus enim accidit, ſecundum eadem moueri ſæpe. vt in alteratione, per media, & in eo qui eſt quantitatis, per medias magnitudines. & in generatione & corruptione, ſimiliter. nihil enim differt, ea pauca vel multa facere, in quibus eſt mutatio, aut medium addere quippiam, vel auferre. vtroq; enim modo accidit, per eadem moueri ſæpe. Tex. 74.

Com. 92. Cum oſtẽderit motum rectum/nõ poſſe cõtinuum eẽ, ſed orbicularis poteſt & uſus ſit ad hoc oſtẽdẽdum/quod ſupra rectam ſæpe fit in eiſdẽ, ſed orbicularis ſupra lineam orbicularẽ/ non in eiſdem actu ſemper fit dicit quod ex hac diuiſione demonſtrante quod reflectitur in eiſdem actu reflectitur & facit idem principium/& terminum actu & ob id quod intermedia quiete quieſcit & pluribus ac oppoſitis motibus mouetur, nõ poteſt continue moueri, ſed hoc quod non reflectitur põt per hanc igitur diſtinctionem inquit oſtendi/ non ſolos ſupra rectam & eos qui ſupra ſemicirculos fiunt/ & omnino ſupra finitam lineam motus fieri cum reflectantur in his quæ mouẽtur, & ob id nõ poteſt continue moueri, imo neq; aliorum aliquis ſecundum alias ſpecies motus, aut mutationis factus. Sũt autem hi accretio, diminutio, alteratio ortus/ atque interitus poteſt continue fieri. Etenim in omnibus his inquit eadem accidunt ſæpe moueri, & toties quoties a quiete deſinunt. Etenim in alteratione quando ex nigro/ in album mutaretur & rurſus ex albo in nigrum, & hoc ſæpe intermedia inter album fieri, & nigrum fieri cum plura ſint quieſcibilia & quietes & deſinentes motus plures & illos facit. Nam alius eſt motus a principio dum album fit uſque ad terminum, quocirca & quies alia eſt dum album fit, & alia dum nigrum fit. Hæc dicit igitur intermedia in alteratione & in motu ad quantum magnitudines intermediæ ſunt cum, fit accretio/ aut diminutio in quibus medijs neceſſe eſt quieſcere. Hæ enim cum plures ſint, neceſſe eſt, ut plures efficiant motus. Et in ortu ſimilit & in ipſo interitu. Cum enim hi omnes finiti ſint motus, neceſſe eſt, ut ea quæ mouentur reflectantur & contrarijs, aut oppoſitis motibus moueri, & ob id non uno, ſed pluribus mouetur motibus contrarijs, & oppoſitis, quorum multitudinẽ oportet cõſiderare. Et ſi enim per plura intermedia mutatio fiat, & ſi per pauciora, nihil intereſt, ut ſi albatio pluribus fieret mutationibus, & nigrefactio paucioribus nihil intereſt. Duo. n. motus/ & duę qetes diſſimẽtes ipſos. Sed intermedia ſic opinor, uidẽda, ut nõ ad unã ſpẽm perfectã deſinãt, ut ſtatione intercipiãtur, ut ſi ab albo fului, et a fuluo fuſcus, & a fuſco nigrũ fieret. Hę. n. ſunt ſpẽs/& qđ mouetẽ in ipſis ſtationẽ habeat oportet, ſed p īperfecta mot⁹ ꝓcedit. Tũ enĩ unus & ↄtinuus uſq; ad nigrũ tãq̃ ſit ipetus ad illud/& inde fiat reflexio. Sic aũt & in alijs mutationib⁹. Nã reflexio palã oñdit ↄtinuationis ↄcluſionẽ, & ſi īfinita fuerint intermedia poſſe erit dicere, qđ neq; reflectuntẽ, qa neq; fiũt ī termino, ſed qm̃ finitę ſunt ſpẽs intermedię in ipo q̃li, & in quãto intermedia diſcretarũ/utriusq; magnitudinũ ſm ꝓpriã uniuſcuiuſq; nam & ortus/atq; interitus definita ſunt ea qbus mutat o, uel cõtradictione, uel priuationibus fit, nihil intereſt, ſi per plura aut pauciora reflectantur quæ mouentur in contraria/aut in oppoſita, & ſic rationem relinquunt, ſed q̃ reflectuntẽ ſi ſępe fiũt

in eiſdem, ut in termino/ aut principio dicto modo, ſic ratio ualet, quia multis motibus mobilia mouentur ſic, quocirca neque ullus talis continuus eſt.

Manifeſtum eſt igitur ex his, quod neque qui de natura, diſſerunt bene dicunt, qui omnia ſenſibilia moueri ſemper dicunt. moueri enim neceſſe eſt, aliquo illorum motuum, & maxime ſecundum illos eſt alterari. fluere enim dicunt ſemper, atque diminui. Amplius autem & generationem, & corruptionem, alterationem eſſe dicunt. Ratio autem nunc dixit vniuerſaliter de omni motu, quod nullo motu contingit moueri continue, præter quam circulari. Quare, neque ſecundum alterationem, neque ſecundum augmentationem. Quod igitur neque infinita ſit mutatio vlla, neque continua pręter circularem lationem tot a nobis dicta ſint.

Com. 93. Cum oſtendiſſet nullum alium motum, aut mutationem cõtinuam eſſe poſſe præter orbicularem/ qui ſolum corporibus cœleſtibus competit, reprehendit eos naturales/ qui de natura diſputantes tradidere omnia corpora ſenſibilia ſemper moueri. Etenim ſi omnia in orbem mouerentur, ut cœleſtia, poſſent omnia ſemper moueri. Sed quoniam ex euidentia quoque manifeſtum eſt, quod quæ ſub luna alijs mouentur motibus alterata, aucta & diminuta/ & quæ ad locum motu recto cientur atq; oriuntur/ & occidunt. Nã hæ mutationes ſunt ſub luna/ & tamen & ſecundum illos ij ſunt in ſenſibilibus motus. Etenim ortum atq; interitum aſſerunt, fluere ſemper dicentes/ atque uiciſſim interire/ & oriri ſenſibilia. Erã patet quod aſſerunt ẽt alterationem, quia etiam ortum/ & interitum alterationem dicunt, quia oriri/ & interire alteratis corporibus fiunt. Si ergo oſtenſum fuerit quod non poteſt ſecundum aliquẽ horum motuum continue aliquid moueri, & omnino oſtenſum eſt, quod nullus motus poteſt eſſe continuus præter orbicularem, patet quod neque alteratio, neq; accretio, neq; diminutio, ad quos reſpiciebant, & illi in ſenſibilibus, continui eſſe poſſunt. Sed naturales qui Heraclitum ſecuti ſunt/ cum reſpicerent ad fluxum indeficientem ortus/ & quod omnia quæ fiunt, aut intereunt corporea ſunt & reuera nunquam exiſtunt, ut etiam Timæus aſſeruit, iure dicendum eſt/ quod omnia ſubdita ſint æterno fluxui & labantur continuo, atque quod nemo bis in eundem fluuium ingrederetur. Nam quietem intermediam hanc motuum oppoſitorum quam Ariſto. explicauit/ & aſſerunt & ſi ponerent, tamen ęſtimabant illam inſenſibilem eſſe, cum nulla proportione conferri queat/ cum uniuerſo fluxu. Nam una hirundo non efficit uer, ut Ariſto. recte lib. de motibus affirmauit. Proinde in his cõcludit dicta/ & ad memoriam reuocat, quod nulla mutatio eſt infinita. Etenim continua non eſt infinita, ſed in infinitũ. Nam indeficiens eſt, quia iterum atque iterum fit, neque alia eſt continua præter orbiculationem ſic, ut æterna ſit.

Tex. 75. Quod autem lationũ, circularis prima ſit: manifeſtum eſt. omnis enim latio, ſicut & prius diximus, aut circularis eſt, aut ſuper recta, aut miſta. Hac autem neceſſe eſt, priores eſſe illas. ex illis enim, conſtat. Recta autem, circularis. ſimplex enim, et perfecta eſt magis. in infinitũ enim non eſt, ſecundũ rectã ferri. quod enim ſic eſt, infinitũ nõ eſt. ſed neq; ſi eẽt, moueretur vtiq; aliquid, nõ enim id fit, quod impoſſibile eſt. tranſire aũt infinitam, impoſſibile eſt. Ea autẽ latio quę ſuper finita recta ſit, ſi reflectatur quidẽ cõpoſita eſt, & duo motus. ſi vero nõ reflectatur, imperfecta ẽ & corruptibilis. Prius aũt & natura, et rõne. & tpe, quod perfectũ quidẽ eſt, imperfecto eſt corruptibili autem incorruptibile. Amplius, motus prior eſt quẽ cõtingit perpetuũ eſſe, eo quem non cõtingit. circularem igitur, cõtingit perpetuũ eſſe. aliorũ aũt, neq; corruptionẽ, neq; alium vllum. ſtatum enim oportet fieri, ſi aũt ſtatus eſt, corruptus eſt.

Com. 94. Cum oſtenderit ſolum motum orbicularem continuum/ & æternum eſſe, nam oſtendimus quod nullus aliorum eſt continuus, deinceps oſtendit, quod etiam primus motus orbicularis eſt, quod latio ſit prima cæterorum motuum oſtendit/ & ponitur ab ipſo nunc, & petitur, & quod lationis alia eſt recta & alia orbicularis, & tertia ex his mixta, ſed hac ratione uelut manifeſtum aſſumens hoc mixtum ex aliquibus ſimplicibus poſteriorem eſſe illis quibus conſtat, nunc oſtendit orbicularem motum eſſe priorem recto. Sed cum hoc oſtenſum fuerit etiam oſtenſum erit quod orbiculatio eſt omnium motuum primus, & ad huius demonſtrationem, prius ſumit uelut conceſſa nonnulla. Vnum quia perfectum eſt prius imperfecto. Alterum quod ſimplex prius eſt non ſimplici. Et cum oſtenderit perfectum/ & ſimplicem orbicularem eſſe, & rectum nihil horum habere, concludit, quod primus orbicularis ac prior eſt recto. Et primum quod non eſt rectus perfectus oſtendit ex diuiſione. Aut enim neceſſe eſt rectum infinitum eſſe, aut finitum, ſed infinitum rectum eſſe primo impoſſibile eſt. Sic enim magnitudo infinita uelut actu, & impercurſibilis quod nõ ſit oſtendebatur tertio huius tractationis libro. Deinde & ſi quis concederet rectum infinitum eſſe, aliquid non moueretur ipſo, quia non poſſet abſolui. Si enim omne quod fit/ eo quod fieri poteſt, ideo fit, quod nequit fieri, neq; fieret, ſed motu infinito nihil poteſt moueri, quia impercurſibile/ & non poteſt abſolui infinitum, igitur neq; mouetur aliquod infinitum. Quare neq; ſi erat aliquis motus infinitus rectus mouebatur aliquid eodem motu, igitur motum ſupra rectum, ſupra lineam finitã fieri, neceſſe eſt quod ſi hoc uerum eſt, aut reflecti neceſſe eſt quod ſupra ipſam mouetur, aut non reflecti. Sed ſi reflectitur motu compoſito mouebitur ex duobus motibus, & mutuo, contrarijs conſtituto, ſed ſi non reflectitur, imperfectus erit. Nam obnoxius interitui eſt. Sed quod ſubditum eſt interitui imperfectum eſt. Et quod ſit imperfectus/ in rectum ſic demõſtrauit. Reliquum uero inducit/ quod cum hic ſit imperfectus/ & interitui obnoxius, neceſſe eſt perfectum eſſe priorem imperfecto, & incorruptibilem ipſo corruptibili ſecundum priores ſignificationes/ quibus lationem eſſe alijs motibus priorẽ. Erant autem ſic priora natura/ & ratione, atq; tempore. Natura enim primus perfectus & æternus, qualis eſt orbicularis, qa hoc ſublato/ & reliqui tolluntur motus imperfecti & corruptibiles, quales ſunt recti, non tamen perfectus ſimul ſublatis imperfectis tollitur. Cum enim cauſa ortus/ atq; interitus eorum quæ cientur in rectum orbicularis motus ſit, patet quod ſi demeretur, tollerentur illa alij, ſed non econtra. Illud {ratione} ſignificat hoc, ſubſtantia. Quod enim æternum eſt & perfectum prius eſt ſubſtantia ipſo corruptibili, & imperfecto/ & tempore, quia æternum non æterno prius eſt, & perfectum imperfecto. Sed quoniam ſic perfecte nondum oſtenſum eſt qđ ſi motus orbicularis æternus. Nam quod ſit continuus oſtenſum eſt/ non qua motus. Tale enim continuum omnis motus habet ut etiam magnitudinem/ & tempus, ſed quia non habet neceſſitatem/ neque terminandi/ neq; reflectendi uelut motus in lineis finitis/ in qbus principiũ/ & finis inter ſe ſunt diſiuncta. Sed ſic continuũ poſſet eſſe æternum ſi perſeueraret/ & poſſet non eſſe, ut orbiculatio quæ fit in trocho quo ludimus ubi mouetur in eodem loco, tamen ea quæ mouen-

tur

tur ſupra lineam finitam continuo quidem moueri motu/uſque ad terminum nihil prohibet, ſiue autem ceſſarent in termino,ſiue reflecterentur ſtatio ipſa intercidit, quocirca talis motus nequit eſſe æternus. Si ergo hæc uera dicta ſunt, patet quod orbicularis motus/poteſt eſſe æternus, ſed aliorum nullus:quod ſi non motus rectus,multo magis nec cæteri,quibus latio prior erat,ut oſtendimus. Si ergo prior eſt ſecũdum omnes ſignificationes prioris,ſi quod æternum eſt,prius eſt non æterno, motus orbicularis cæteris alijs motibus erit prior/quod nunc erat propoſitum oſtendere.

Tex.76. Rationabiliter autem accidit,circularem vnũ eſſe,& continuum, & nõ eum qui ſuper recta fit. eius enim qui ſuper recta fit, determinatum eſt & principium, & medium, & finis, & omnia habet in ſeipſo.Quare eſt,vnde id incipiat qd' mouetur,& vbi deſinat. apud enim terminos, quieſcit omne,aut vnde,aut vbi. Ipſius autem circularis,indeterminata ſunt. cur enim magis quoduis eorum q̃ ſunt in linea,terminus erit? ſimiliter enim vnumquodq; et principium,et medium,& finis eſt,vt ſemper quædam ſint in principio,& fine,& nunquã.Quare mouetur & quieſcit quodã modo,ſphęra.eundem enim occupat locũ.cauſa autem eſt,quoniã omnia hæc acciderunt ipſi centro.principium enim & medium magnitudinis, & finis,eſt. Quare fit vt ꝓpterea quod hoc extra circũferẽtiam eſt,non ſit vbi id quod fertur quieſcat,quaſi trãſierit,ſemper enim fertur circa medium,ſed nõ ad extremum,propterea autem qd' hoc manet,& ſemper quieſcit quodammodo totum,& mouetur continue.

Com.95. Cum demonſtrarit motum orbicularem poſſe unum eſſe continuum/& æternum,& rectum,neq; continuum/neq; æternum cauſam utriuſq; maxime propriam in his explicat. Nam in motu recto principium/& finis ac medium ſunt actu diſtincta.Cum ergo in recta ſupra quã fit motus hęc diſtincta ſunt, & omnia actu ſunt.Nam finitum habet principium/medium/& finem,quare & quod mouetur ſupra ipſam,& unde incipit motum habet principium recti, & ubi deſinet, terminum habebit. quare etiam & ob id motus terminum habebit. Nam quæ mouentur in terminis quieſcunt/unde & quo motu concluſo, aut ante principium. Sed motus orbicularis/non habet diſcreta inter ſe principium/et finem,quia neque circulus. Nihil enim magis hoc punctum/in ipſo quam aliud principiũ eſt,aut terminus/aut medium. quare ſi nihil prohibet quin omnia media ſint non actu, ſed potentia/ & nullum eorum neceſſario eſt terminus/aut principium actu,ut fit ſupra rectam, ſed omnia potẽtia,ut in recta intermedia inter principium/& terminum quod mouetur, ut in medijs motus recti, poteſt continue moueri,quia non eſt principium, aut mediũ,aut terminus actu, ſic etiam quod mouetur ſecundum totum circulum cõtinue poteſt moueri,quia quod mouet̃ in circulo/in eodem eſt principium mediũ/ & finis potẽtia, ſed non actu quia nullum ſignum/aut punctum in circulo eſt definitum/& certum principium,aut mediũ/aut finis actu, ſed omne quod ſumitur,poteſt eſſe principium,medium,finis. Sic igitur habebit ſe,& motus orbicularis qui neq; in principio actu,neq; in medio,neque in fine eſt aliquando.quocirca continuus eſt,ut etiã motus rectus medius inter terminos, poteſt eſſe continuus,ue rum ubi uenerit ad terminum quieſcet,ſed motus orbicularis, cum nullus ſit actu terminus,nũquã poteſt quieſcere. Etenim potentia ſemper in principio,medio,& fine, Sed actu nunquã, & ob id inquit quod mouetur in rectum interdum mouetur,& interdum quieſcit/quia motui finito ſuccedit quies.Sed ſphęra cum in orbem circũducatur/ſimul mouet̃/& quieſcit, & motui ibi nõ ſuccedit quies,quia nõ eſt aliquis terminus actu motus,ſed mobile ſemper eundem occupat locũ, ut etiam in motu recto,& huius quia ſcinditur,tũ etiam quia nõ manet in eodem loco/quod mouetur,cauſa eſt,quia principium,& mediũ diſcreta ſunt in ipſa recta/ſupra q̃ fit motus. Nam à principio in terminum ſeiunctum à principio ꝓcedens/q̃d mouetur,& mutat locum ex loco/à principio in terminum ꝓcedens/ & in termino actu factum terminat motum: ſic etiam principium eius/q̃d ducitur in orbem & medium,atq; terminus/cum non ſint diſcreta inter ſe,neq; in circulo ſupra quẽ motus,ſed intrinſecus,neq; ſcindit motum,neq; mutare facit/quod mouet̃,locum ex loco. Equidem principium,medium, & finis circuli cẽtrum eſt:principium inquã quia ſm̃ æqualem diſtantiam/à cẽtro circulus diſtat. Finis uero/quia oẽs lineæ/à circulo in idem terminantur,medium autem,quia undiq; diſtat à circulo ęqualiter. Quia ergo orbicularis motus,nõ in finem,neq; ad principium,neq; ad medium circuli fit,cum ſint diſcreta,ut in recto, ſed circa cẽtrum,ideſt circa principium,finem, & mediũ,cum ſint diſcreta,& non ſeiuncta,ob id & continuus eſſe poteſt,& in eodem fit loco. Semper enim æqualiter diſtans/à fine eſt quod mouetur, & non utitur eodem magis/& magis, neq; in finem peruenire neceſſe eſt,neq; ex loco exire eo ſemper manente/circa quod eſt motus.

Accidit autem econuerſo. etenim quoniã mẽſura motuum circulatio eſt:primũ neceſſe eſt ipſam eſſe.omnia enim,menſurantur primo,& quia primus eſt.menſura eſt aliorum.

Et qui motus orbicularis eſt/centrũ aliorum motuũ oñdit, quod primus eſt,& q̃d eſt metrum. Patet inquã ex euidentia. Nam dies/& nox/ſunt tpe orbiculationis,& hoc/et eius partibus metimur oẽs motus. Et oſtẽſum eſt huius quarto tractationis/quod menſura aliorũ motuum eſt orbiculatio/qñ de tẽpore ſermonem faciebat. Sed quod menſura prior ſit mẽſuratis:patet,ſiquidem oẽ quod metitur/à ſimpliciſſimo eorum q̃ ſunt in eadẽ ſpẽ menſuret̃,ut plures cubitus/cõtinens ab uno cubito,& plurium pedũ à pede,& digitorũ à digito, & numerus ab unitate. Sed ſimplicius compoſitiore eſt prius. Notauit recte q̃d non ſolum ex eo, quia menſura eſt,oñd'tur primum eſſe,ſed etiam quia prima eſt orbiculatio,ut pluribus oñdebatur,& concludit q̃d ſit metrũ aliorũ. Nam primum ſimpliciſſimum,& quod ſimpliciſſimum metrum in menſurabilibus. Nam mutuo ſeſe ſequuntur/& inferunt primum,& metrum, quod qdem ipſe dixit accidere econuerſo:ſed Alexã.ſcripturã inueniẽs ſic ſe hñtem. { Etenim q̃d mẽſura motuũ ſit latio, ipſam oportet eſſe primã. } Dicit lationẽ pro orbiculatiõe,quia cõmuni nomine pro ipſa uſus eſt. Ego tñ in nõnullis exẽplaribus, pro hoc/latio/ inueni ſcriptum,orbiculatio. Com.96.

Amplius autem,& regularem contingit circularem eſſe,ſolum.qui enim ſuper recta fiunt,irregulariter & a principio ferũtur, & ad finẽ.oĩa.n. quanto plus diſtãt ab eo qd' quieſcit,ferũtur velocius.Circularis aũt ſolius,neq; principium,neq; finis in ipſo natura eſt, ſed extra.

Cauſam ꝯtinuationis in orbiculatione/ & motus in eodẽ,q̃ erat quia principiũ,& finis/non eſt in circulo,ſed extra ipſum, hęc etiã eſt/cur ipſe ſolus ſit regularis,& hoc oñdit eũdem eſſe perfectiorem/& primum natura. Quod enim eſt regulare ꝑfectius/& prius eſt irregulari. Rurſus autem ſecundũ additionem/quæ ſit recto,& illius irregularitatem, ut ita dixerim,rõcinatur normam orbiculationis/ & æqualitatem. Quæ.n.in rectum & ſm̃ naturã,& præter naturã mouet̃ur, à principio, ad finem uſq; irregulariter fertur. Quæ enim ꝑter naturam ſe- Com.97.

runtur,& ui ut proiecta celerius principo mouenť,& ſegnius, cum deſteterint ui ſenſim/tum impellentis, aut proijcientis debilitata. Sed quæ trahuntur, ſegnius quidē principio, ſed ocius ubi proxima fuerint trahenti. Quæ autem natura cientur/tāto citius mouentur,quanto magis appropinquantur proprijs locis,omnia enim inquit quæ mouentur ſecūdum naturam,quāto quidē magis diſteterint à quieſcente,ideſt ab eo in quo quieſcunt præter naturam, patet quod antequā motu eodem moueantur,ſecundum naturam celerius ferūtur. Nam gleba poſt quietem ſurſum præter naturam,cum moueatur deorſum ſecundum naturam, celerius fertur, cum prope deorſum fuerit, & ignis,cum loco ſurſum uicinus fuerit. Hoc autē fit, quia ab alieno principio,ad proprium finem deducitur,ſed ſolus orbiculans,quia æqualiter diſtat à principio/ & termino/quod eſt centrum regulariter ,atque eadem ſemper norma abſoluitur, neque ad idem/neque ab eodem factus,ſed circa idem. Non enim in circulo eſt principium/& finis,ut ab eodem, & I idem feratur,ſed extra/uel intus,quocirca circa idē æqualiter diſtans circūducitur. Sed quod natura mouetur,cum propinquū fuerit proprio loco celerius feretur,uel tāquam ad cognatum,uel quia minus/cum uicinum eſt aliquid impedit, & diuidit. Sed quod minus eſt,facilius diuidi poteſt. Vel qa cognatus ſimilisue ipſi,cum fuerit proximius proprio loco, & non ſimiliter contrarium,ut unde cœpit motum. Vel quia incepit motum, ad proprium nuper mutatum ex contrario,& nondū perfecte ſeparatum ab illius qualitatibus, ex quibus in eaſdem mutatū eſt,ſed procedens ſemper fit ſincerius. Si ergo propter mutationem in hoc quod factum mouetur hoc motu, quando perfecte,& pure in idē mutaretur celerius eodē mouebitur. Tum enim & fluxum quo mouetur,perfectiorem habebit.

Tex.77. Quod autem ea quæ eſt ſecundum locum latio,primus motuum ſit:teſtantur omnes: quicunque de motu fecerunt mentionem. principia enim ipſius tribuunt mouentibus ſecundum huiuſmodi motum. diſgregatio enim & congregatio, motus ſecundum locum ſunt. ſic autem mouent, amicitia & lis. ipſarum enim, hæc diſgregat,illa autem congregat. Atque intellectum primum mouentem dicit Anaxagoras,diſgregare. Similiter autem, & quicūque talem quidem nullam cauſam dicunt, ſed propter vacuum moueri dicunt. etenim hi eo qui ſecundum locum eſt motu, naturam moueri dicunt. motus enim qui propter vacuum fit,latio eſt,& vt in loco. Aliorū autem nullū ineſſe primis, ſed ijs quę ſunt ex his, putāt. augmentari enim & diminui,& alterari,cū congregantur & diſgregantur, impartibilia corpora,dicunt. Eodem autem modo,& quicunque per denſitatem,aut raritatem conficiunt generationem, aut corruptionem. cōgregratione enim & diſgregatione,hęc diſponunt. Amplius autem & præter hos,qui animam cauſam motus faciūt, ipſum enim ſeipſum mouens, principium eſſe dicunt,eorum quæ mouentur. mouet autem animal ſeipſum, & omne animatum, eo qui ſecundum locum eſt,motu. Et proprie autem moueri dicimus ſolum,quod mouetur eo qui ſecundum locum eſt motu. Si autem quieſcat quidem in eodem augmentetur autem,aut diminuatur,aut alteretur, quodammodo moueri, ſimpliciter autem moueri,non dicimus.

Com.98. Mos eſt Ariſtotelis poſt demonſtrationes,et teſtimonia ad idem quæ conſonent demonſtrationibus adductis de eodem afferre,ut per demonſtrationes doceat/& impellat ad credendum quoſcunque,& per teſtimonium aliorum,perſuaſionem & fidem credulitatemue firmiorem ingerat auditoribus. Neq; enim uelut demonſtratione utitur iuniorum teſtimonio, ut iuniorum eſt conſuetudo. Hoc igitur nūc facit,'cum fide probet primum eſſe motum ſecundum locum, ex hoc/omnes qui de his diſſeruerunt ad idem deuenerunt/ ac delati ſunt, tanquam ab ipſa natura hoc itinere deducti,ut ipſe alibi dicit. Vnde teſtimonij loco quod ſit latio, primus motuum adducit ueteres naturales,qui mentionem fecere de motu/ qui principia, & cauſas motus(quo mouentue ea quæ cientur)tradidere. Nam congregatio,& ſegregatio motus ſunt ad locum,& lis atque amicitia,quæ apud Empedoclem cauſæ effectrices ſecūdum lationem mouent, & amicitia congregare dicitur, & lis ſegregare elementa. Dicit enim Empedocles.

Interdum omnia amore,in unum conuenere.

Interdum litis odio,ſingula diuerſe lata diuiſa ſunt.

Et rurſus.

Sic enim in unum conuolant, ſed aliter ſæpe.

Et mens apud Anaxagoram ornans,& mouens ſimilaria à principio ipſa ſegregare dicitur. Sic igitur poetę cauſam rerum ortus/explicarunt. Et cum mentionem nonnulli non facerent de cauſa effectrice,ſed de motu dicētes,ut Democritus ob uacuum,ij etiam aſſerunt naturam moueri ſecundū locum,ideſt naturalia & prima/& indiuidua corpora. Nam hæc illi naturā appellabant,& dixerunt ſecūdum grauitatem in ipſis hęc moueri ad locum,quia uacuum cedit non renitendo. Nam dixerunt hæc circum reſiſtere,atq; reluctari, & non ſolum primū, ſed etiam hunc ſolum elementis tradiderunt,& alios his competere,quæ ex elementis conficiuntur. Nam adoleſcere,diminuere,alterari,oriri.atque interire,aiunt hæc fieri congregatis, ac ſegregatis corporibus primis. Si ergo primis motum ob cōmune tradiderunt,et per uacuum motus eſt latio in loco,patet quod hunc primum motum eſſe putant. Nam eſt primus primorum. Sciendū quod plures libri ſic ſcripturam habent. Cōgregatis & ſegregatis corporibus indiuiduis/aiunt. Sed Alexāder ſcribit. Sed congregatis/& alteratis,& exponit apte. Nam ob uariam atomorum poſitionem/atque ordinem/aiunt congregata alterari. Non enim quia indiuidua corpora alterētur. Prædixit enim illis nō alium motum competere,niſi localem, ſed illud { alteratorum } pro hoc aliam poſitionem,& ordinē » accipientium corporum indiuiduorum dixit. Cæterum cum dixerit quomodo nonnulli aſſeruerunt plura principia rerum quæ fiunt. Et horum alij cauſas effectrices aſſumentes,& alij ortus ſine his diſponentes, cenſuerunt primum motum eſſe lationem. Deinde dicit quomodo ij,qui dixere unum pricipium, ut Thales,Anaximenes,& Anaximander, & Heraclitus naturales,lationem primum motum aſſeruerunt. Nam ortus rerū, atque interitus raritate,ac denſitate aſſignarunt. Congregatio enim eſt quædam denſatio,& ſegregatio/eſt raritas. Sed exiſtimo appoſite illos/qui unum dixerunt principium appellaſſe denſationem,ac rarefactionem affectiones illius, qui uero plura nuncupaſſe congregationem,& ſegregationem. Sed hæc ſ atque illa motum localem ſignificant. Quarto loco teſtes adducit eos,qui aīam affirmant motus initium,ut Plato qui cum animam oſtendit ſeipſa mobilem,in Phædro tradit eandē eſſe principium ſui motus, atque aliorum. Cum dicit. Quæcunq; mouentur ex hoc fonte/& principio motuum. Et hi motum localem proxime tribuunt animæ. Nam aliorum motuum,& ſi cauſa ſit apud eos anima,ut fons & principium omnis motus, tamen per medium illum/qui eſt ad locum,ut etiam Ariſto. à primo motore,per motum localē cœleſtium, etiam alios ſublunares effici inquit,& illud quod eſt apud Ariſto. animal ſeipſo mobile,ſeipſum mouet,per aīam motu locali. Sed cum dixerit,& aīal ipſum moueri ſubiunxit,& oē animatū, non tanquā

excedens

excedens ipſum animal, quod animatum competit etiam plantis. Nam plantę non mouentur ſecundũ locum, ſed cum dixit animal ſeipſum mouere ſubiunxit, & omne animatũ, ideſt habens animam mouẽtem in ſeipſo, qua ſeipſum animal ciet, & in his omnibus teſtimonium producit ex conſuetudine nominum, ad faciendam fidem huius uidelicet lationem eſſe, primũ motum. Nam ſimpliciter inquit, & proprie moueri dicimus, quod ſolum mouetur ſecundum locum, ſed ſecundum locum quieſcens, & motum quodam aliorum motuũ, ut id quod augetur, diminuitur, alteratur, non ſimpliciter, ſed aliquomodo moueri dicimus. Nam adoleſcere dicimus, uel alterari, ſed ſecundum locum moueri dicimus ſimpliciter, ſic igitur dicimus cœleſtia moueri ſimpliciter, quia eis competit motus ſecundũ locum, ſed Democritus ſolum motum localem dicebat. Etenim alterata ſecundum locum moueri dicebat, ſed hoc latet quia non totum, ſed ſecundm partes mutat locum, ſed Stoici ſecundum omnem motum dixerunt ſubeſſe motum localem, aut ſecundum magna interualla, aut ſecundum rationem conſiderata ſubſiſtentem.

Quod igitur ſemp & motus erat & erit omni tempore, & quodnã ſit principium perpetui motus, ad hæc autem quis motus primus, & quẽ motum perpetuum cõtingit ſolum eſſe, & quod primum mouens immobile ſit, dictum eſt.

Tex. 99. Denique uenturus ad finem rationis, nos reducit breuiter ad memoriam eorum quæ demonſtrauit, quibus poſitis reliqua demonſtrat. Principio libri oſtẽſum eſt, q̃d motus æternus eſt ingenitus, & expers interitus, & ob id neque incepit aliquando, neque accipiet finem. Item oſtenſum eſt, quę ſint cauſæ, & principium proximum motus æterni, quod eſt quia non mouetur ab alio ſemper motum, ſic autem in infinitum procederemus, ſed à ſeipſo. Item oſtenſum eſt, qui ſit prius motus ſecundũ omnes prioris ſignificationes, quia alijs ſpeciebus motus latio eſt prior, ſed lationis hæc ſpecies orbiculatio eſt prior latione recta, & quia hæc una ſola eſt, & continua ob id ſempiterna erit. Item oſtenſum eſt, quod primo mouẽs immobile neceſſe eſt eſſe, tum illud quod in eo quod eſt ſeipſo mobile, tum etiã quod eſt abſolute ſeparatum.

Tex. 781 Quod autem hoc neceſſe eſt impartibile eſſe, & nullam habere magnitudinẽ: nunc dicamus, primum de prioribus ipſo definientes. Horum autem vnum quidem, eſt quod impoſsibile eſt vllum finitum mouere infinito tempore. tria enim ſunt, quod mouetur, & mouẽs, & tertium in quo ſcilicet tempus. Hæc autem aut omnia infinita ſunt, aut omnia finita, aut aliqua, vt duo, aut vnum. Sit igitur A mouens, quod autem mouetur B tempus infinitum, in quo C. Ipſum D igitur, moueat aliquam partẽ ipſius B, quę ſit in quo E. Non igitur, in æquali ipſi C. in maiore enim, maius. Quare nõ eſt infinitum tempus illud, q̃d eſt ipſius F. Sit itaque ipſi D addendo, conſumã ipſum A. & ipſi E, ipſum B. tempus autẽ, non cõſumam ſemper remouẽs ęquale, infinitum enim eſt. Quare totum A, totum B mouebit, in tempore finito ipſius C. Non ergo poſsibile eſt, a finito, moueri aliquid ſecundum infinitum motum. Quod igitur non contingit finitum, infinito tempore mouere: manifeſtum eſt.

Cõ. 100. Cum prius oſtendiſſet, quod primo mouens immobile, & æternum eſt, nunc proponit oſtendere, quod etiam impertibile ſit, ſimul oſtendẽs per hoc modum motus factũ ab illo, quia non corporeus, neque uiolẽtus. Nam qui fiunt à corporibus motus hoc modo fiunt. Quidam etiã ob hoc ſic ſe habent, ut maior uis, & diuturnius, & in minori tempore moueat ipſum mobile, ſed minor uis, quia lento mouet, in maiori tempore ciebit. Sic enim motus corporei perficiuntur. Eandem enim molam mulus tota die moueret, & homo ad meridiem uſque diligens, & alter uelocius circũuolueret, et alter ſegnius. Quod uero primum mouens ſit incorporeum, atque impertibile, & ſine magnitudine oſtendit oppoſitum deſtruens uidelicet ipſum habere magnitudinem. Nam neceſſe eſt, aut habeat magnitudinẽ, aut non habeat. Quod uero non habeat, oſtendit ex diuiſione, quam ipſe calce libri concludens rationem ſic ponit, Si habet magnitudinem, aut finitam, aut infinitã neceſſe eſt, ut habeat, ſed non poteſt eſſe infinita magnitudo, ut oſtenſum eſt huius tertio tractatiõis. Si ergo finita eſt magnitudo, uel finitã habet uim, uel infinitam, atque immenſam, & præter hæc nõ eſt aliud membrum diuiſionis. Si ergo neque finitam habens uim, poteſt mouere tempore finito, (ut demonſtrabit primo argumento,) neque finita magnitudo habet uim inexhauſtam, atque infinitam, ut oſtendet in ſequentibus. quare patet quod nullo modo mouens æterno motu tempore infinito habebit magnitudinem, neque diuiſibile erit, igitur impertibile erit, & ſine magnitudine. porro ad probationem huius, primum oportet inquit procedere aſſumpta, & hæc probare, ex quibus ratio conficitur. Priores enim propoſitiones ſyllogiſmorum, quæ ex propoſitionibus ſyllogiſmi fiunt. Demonſtrabit autem primum, quod nulla uis finita poteſt tempore ĩfinito mouere aliquod finitum. Secundum aũt quod nõ poteſt, in magnitudine finita uis quædã infinita eſſe. Nam his oſtenſis, concluditur quod id quod mouetur tempore infinito, à nulla magnitudine mouetur, ſiquidẽ neque infinita magnitudo eſt, neque finita magnitudo poteſt habere infinitam uim, neque à ui finita aliquod poteſt moueri tempore infinito. Oſtendit ergo primum quod nullũ finitum, & finitam habens uim poſsit aliquid mouere finitum tempore infinito tanquam conceſſo utens illo, quod quidem in ſequenti argumento, & euidenter prius ſumit, quod id quod habet maiorem uim, idem in minori tempore mouet, quam faciat minor uis. Et demonſtratio eſt talis. Cum tria ſint mouẽs, motum, & tertium tempus in quo cietur id quod mouetur, neceſſe eſt, aut omnia finita eſſe, aut omnia ĩfinita, aut aliqua finita, & aliqua infinita, perinde ac dicat ſi finitum aliquod à finito tempore infinito moueri dixerit aliquis, quod quidem deſtruere ꝓponit. Statuit ergo finita eſſe magnitudinem mouentẽ a/ & quod mouetur b/ & tempus infinitum e/ in quo b/ ab ipſo a/ mouetẽ. Deinde accipiens ab ipſo a/ mouente quę eſt finita aliquã partem, ut d/ ponit eãdem mouere aliquã ptem ipſius b/ quæ ſit e. Sed oportet accipere d/ mouens, & e/ quod mouetur non eadem ꝓportione inter ſe in qua a/ totum mouens ad b/ totum motum ab ipſo eſt, ſed excedẽs ipſum d/ quod mouet e. Hoc enim ſubintelligendum eſt, ſi conſequenter ea quę ſequuntur quadrare atque adduci, ut uerbi cauſa ſit d/ tertia pars ipſius a/ & ipſum e/ decima ipſius b. Sic enim in minori tempore d/ mouebit e/ quã a/ mouebat b/ quare non infinitum tempus in quo e/ mouetur ab ipſo d. Nam in infinito b/ ab ipſo a/ mouebatur maiorẽ habens proportionem ad a/ quam ipſum e/ ad d. Sed in maiori tempore maius ſecundum rationem mouetur, & in minori tempore maior uis minus mouet. Sit ergo pars g/ temporis infiniti z/ finita in q̃ e/ mouetẽ ab ipſo d/ ſi ipſi d/ addatur aliud tantum ideſt, alia tertia pars ipſius a/ & iterum alia tanta conſumam ipſum a/ ideſt totum ſumam a/ ſi ergo d/ mouebat e/ tempore z/ q̃d erat pars ipſius g/ tẽporis infiniti, & adderetẽ mouenti aliud tantũdẽ quãtum eſt, patet q̃d minori tẽpore d/ uis duplicata mouebit e. Nam in dimidio temporis z/ & ſi iterum addatẽ potẽtiæ mouenti æq̃le, erit a/ tota uis ſi quidẽ tertia pars ipſius erat d/ & patet quod in minori adhuc mouebit e/ ꝓinde iterum habentes a/ mouens addamus ipſi e/ moto æqualia,

quod ſi unum addiderimus/ſ duplo tēpore mouebit, ipſum a/ quam mouebat e/quod ſi duo addātur in triplo,& erit hoc tēpus z/in quo d/tertia pars ipſius a/mouebit e/ qood nunc triplum fecimus. Cū enim tripl cia facta ſint ambo/aut triplicata, ut mouēs d/& quod mouetur e/idem manet tempus. Quādo igitur addentes ipſi e/ad decimam uenimus tum b/uidebimus accepiſſe cuius pars decima erat e/erit ergo b/ab a/motū decuplo tempore illius comparatione temporis, in quo e/mouebatur ab ipſo a, ſed ponebatur i tempore finito g/moueri b/ ab a/idem igitur ab eodem tempore finito, atq; infinito motū, quod quidem fieri non poteſt. Nam addentes, ipſi e/donec acceperimus ipſum b/aut cōſumemus & g/tempus, aut non, ſed ſi conſumpſerimus non erit infinitum. Quod enim dimetitur non eſt infinitum. Erit autem mēſuratus ab ipſo z/finito quod erat primum finitum acceptū. Quod ſi non conſumpſerimus, ſed erit poſt ablationem totidem temporum æqualium ipſi z/ quæcūq; erant etiam ipſa b/relinquetur quoddam tempus,& ſic non in toto g/erit motum b/ab ipſo a/ſed in parte eius accepta toties æquali ipſi z/quoties ſumpta ſunt ea in ipſo b. Hoc igitur eſt quod dicit, quia addendo ipſi d/conſumam a. Nam ſi nitum erat mouēs, tam ipſius e/quam b. Nam finitum erat,& quod mouebatur, ſed tempus non conſumet/quod erat infinitum. Sed poteſt idem a/mouens ſeruari, & auferri partem ipſius b/quod patet in minori, quam ſit tempus infinitum mouebit a/igitur in tempore finito. Si ergo ſumpta fuerit pars tēpore finito/mota ſeruabimus toties, quanta erat pars ipſius b/& tempus toties erit maius, quam ſit id in quo a/mouebat partē ablatam, igitur finitum, igitur & b/ab ipſo a/finito, atq; infinito tempore mouebitur, quod eſt abſurdum. Hoc autem concluſum eſt, quia b/finitum eſt. Sed omne finitum conſumitur ablatione æqualium ab ipſo. Vnde pulchre uſus eſt hoc { cō-
» ſumam, } & nō dimetiar. Vbi enim æqualia ablata fuerint ab
» eo quod erat totum à principio, & ultimum æquale erit, quia conſumitur a/& dimetiemur ipſum a/ope ipſius d/quod quidem fieret ſi principio ſic demeretur d/ tanquā poſſit inæqualia ipſi quęcūq; diuidi a. Quod ſi ultimū relictum ipſius a/non amplius æquale ipſi d, ſed minus ipſo, ſic enim cōſumi dicitur a/per ablationem, non tamen dimetiri ab ipſo d. Eadem ratio etiam de b/atq; de ipſo e/ quod ſi a/& b/dimetiūtur à partibus demptis ab ipſis ſolum cōſumuntur, eadem ratio. Nam abſurdum non ſequitur, quia dimetitur, ſed quia conſumptum eſt. Cum ergo hoc oſtendiſſet/ſubiunxit. Non ergo aliquid poteſt moueri/a finito motu infinito, tanquā hoc ſequatur ex hoc uidelicet motum infinitum, factum eſſe tempore infinito. Sed nihil dixit motu infinito moueri a finito, quāquā nunc finitū oſtēderit/a finito non moueri tēpore infinito, quia iam habuit hoc oſtenſum, quod magnitudo nullo pacto eſt infinita.

Tex. 79. Quod autem omnino non cōtingit in magnitudine finita, infinitam eſſe potentiam: ex his manifeſtum eſt. Sit enim maior potētia ſemper, quæ æquale in minori tempore facit. vt quæ calefacit, aut dulcefacit, aut proijcit & omnino mouet. Neceſſe eſt ergo & a finito quidem, infinitam autem habente potentiam, pati aliquid patiens, & plus quam ab alio. maior enim eſt, infinita potētia. At vero, tempus quidem non contingit eſſe vllum. Sit enim in quo A tempus, in quo infinita vis calefecit, aut pepulit. AB autem, in quo finita quædam. ad hanc, maiorem ſemper accipiendo finitam, perueniam aliquādo ad id quod eſt in A tēpore mouiſſe, ad finitū enim ſemper addens, excedam omne determinatum. & auferēs ſemper deficere faciam ſimiliter. In æquali ergo tempore mouebūt, finita ac infinita. hoc autem eſt impoſſibile. nullum itaque finitum, contingit infinitam potentiam habere.

Cum propoſuiſſet oſtēdere quod proxime mouens ęterno motu. Hoc enim eſt primum mouēs, quia imobile eſt, et impartibile/atq; ſine magnitudine, & iam demonſtraſſet quod infinita magnitudo, neq; inter ea quę ſunt, numeratur, demonſtrauit primum quo finita magnitudo finitam habens uim, nō poteſt eſſe mouēs illud, quia talis nō poteſt mouere motu ęterno. Reliquum igitur erat oñdere, quod neq; finita magnitudo eadem poteſt eſſe, habēs infinitam uim, quod quidem non de ſolo primo mouente, ſed uniuerſę oſtendit, & generatim quod fieri nequit, in magnitudine finita uis/atq; potentia infinita. Oſtendit autem hoc effatum/uelut manifeſtū accipiēs, quo etiam prius uſus eſt, quod res quę maiorem uim, habet/idem mouet minori tempore, quā faciat uis minor. Quod ergo a finita ui mouet, & ab infinita moueretur minori tempore, cum hæc maior ſit. Cum hęc igitur accepiſſet uelut manifeſta, oſtēdit quod dicenti infinitam uim collocari in magnitudine finita, accidit aliquid contrarium ipſius effatis. Quod enim a finita uirtute erat motum/ab infinita non mouebitur, ut demonſtrabit. Sed ponebatur quod mouetur à minore ui/& potētia, etiam a maiore moueri, & in minore tempore. Quod autem a finita ui motum, ab infinita non mouebitur, oñdit deducens ad id quod fieri nequit hoc uidelicet, quod in ęquali tempore ab īfinita ui mouetur, & a finita quod eſt impoſſibile, ſiquidem cōcederetur quod maior uis idem in minori tempore mouet. Cum ergo dixerit. Atq; nullum contingit tempus eſſe, in quo infinita uis mouebit. Vt enim infinitę uirtutis, atq; potentię non eſt proportio, ad aliquā finitam, ſic neq; uis infinita minimo tempore mouebit proportione ad tempus in quo finita, ſi ergo proportio eſt totius temporis finiti ad totum tempus finitum, nullum erit tempus, in q̄ infinita mouebitur, & cōſequēs huic abſurdum prætermittēs. Si enim non in tempore, neq; omnino mouet, neq; eſt aliqua uis motrix infinita, quia in nullo tempore oñdit oppoſitum, ſtatuens in tempore mouere. Eſto a/ enim inquit tempus in quo finitum ui infinita moueat aliquid & mutet, quod finitam habet uim idem mouebit, in maiori tempore a/b. Si ergo habens finitam uirtutem duplicauerimus, patet q̄d idem in minori tēpore, quā a/b/mutat. Similiter autem & ſi augeretur, rurſus in minori. Et ſic ſemper nobis augētibus/& duplicātibus magnitudinem, & uim ſm proportionē tempus diminuetur. Sed ſemper addētes magnitudini, & dementes de tēpore, perueniemus aliquādo ad a/tempus in quo idem ponebatur moueri ab infinita uirtute igitur inęquali tempore idem uis finita, cum infinita mouebit. Nam duplo aucta uis ſemper finita manet, quia oē duplum finitum eſt finitum. Si ergo hoc abſurdum, hoc finitā uim/& infinitam inęquali tempore mouere, ſequebatur abſurdum ex hoc, quia in aliquo tempore uis īfinita mouet, ſed illud ex quo aliquod abſurdum/& impoſſibile ſequit̄, & ipſum abſurdum eſt, atq; impoſſibile, igitur in nullo tempore uis infinita in finito collocata mouebit, igitur neq; mouebit. quare neq; erit uis motrix infinita, in ipſo finito. Si enim eſſet moueret, & in tempore mouebatur motum. Sed inſtat Alexāder, quod nō ſic ut petijt Ariſtoteles ab habente uim infinitam oportet q̄d mouetur incepiſſe, à mouente in tempore a/& concludere, ut ipſe fecit, quia etiam ab habēte uim finitam idem mouebitur, in ęquali tempore. Si enim ſic inquit acciperetur, inſtantiā habebit tāquam non uerum ſit/quod dicit. Non enim aliquis cōcederet poſſe motum, poſſe ab īfinita uirtute, & a finita moueri, ſed econtra oportet accipere. Quod enim motum eſt, à uirtute finita in aliquo tempore, hoc petendum erat, et ab infinito moueri i aliquo tempore multo plus minori. Quod. n. à minori ui mouetur, patet etiam quod à maiore mouebitur, quod etiam ipſe ſignificauit, quia dicit. Neceſſe igitur & à finito quidem, ſed uim habente infinitam aliquid pati, & plus quam ab alio. Nam maior, & amplior eſt infinita. Nam ob id accepit patiens à finita uirtute, hoc pati/& ab infinita, quia maior infinita, Cō. 101.

nita, ſed quod patitur à minori ui neceſſe eſt, etiam pati à maiore. Hæc Alexãder ſuis uerbis ſcripſit. Niſi forte pulchre/& neceſſario Ariſtote. ab habente uim infinitam inceperit, & non opus fuit econtra accipere. Propoſitum enim erat oſtendere quod nulla magnitudo finita, habet infinitam uim/quod oſtẽdit per hoc infinita uis, ſiquidem erit in nullo tempore aliquid/facit, aut mouet, quod quidem inuulgauit per hoc. Atqui nullũ tempus contingit eſſe, ſed conſequens abſurdum ex hoc/quod nõ in tempore aliquid facit, aut mouet uis infinita uelut manifeſtum prætermiſit. Si enim omne quomodocũq; factum, aut motum in tempore fit, aut mouetur, quod fit in non tempore, aut mouetur/neq; fit/neq; mouetur, non ergo illa uis infinita facit aliquid/aut mouet. Neq; omnino eſt. Quod uero non in tẽpore facit aliquid/aut mouet, oſtendit, ut etiam prius dixi, ſtatuens oppoſitum, uidelicet in tempore aliquid agere/aut mouere, et concludens aliquod impoſſibile ſequens, uidelicet maiorem, & minorem uim, eandem magnitudinẽ mouere/in ęquali tempore, imo magis infinitam æque, ut finita. Nam hoc abſurdius eſt, ſed merito in tali deductiõe rationis infinitam uim prius ſtatuit/in tempore finito mouere aliquam magnitudinẽ
90 finitam. Hoc erit poſtea q̃d ſequebaẽ abſurdũ. { At uero } tẽpus quidem contingit eſſe nullum. Deinde accipiens eandem magnitudinem/à finita motum moueri ab infinita uirtute nullum abſurdum accepit, ut ſuſpicatus eſt Alexãder. Non enim abſurdum eſt, ut idem quod mouetur ab ĩfinita uirtute, etiam à finita moueatur longiori tempore. Vnde accipiens quod finita magnitudo/in tempore finito à finita mouetur ui, q̃d eſt manifeſtum, demõſtrauit quod finitum/in tempore finito motũ, ſi idem fuerit, poterit etiam idem tẽpus eſſe, aucta ſemper uirtute, & tempore diminuto a finita moueri uirtute/in æquali tẽpore a/in quo infinita uirtus mouebat, quod abſurdũ eſt. Sed abſurdum ſequitur ex eo/quia ponebatur infinita uirtus tempore finito quãtocũque minimo mouere. Nam neceſſe eſt eandem, aut non mouere in tempore, ut nullo pacto moueat, aut cum mouet in aliquo tempore mouere, & in minori quam uirtus finita. quare in tẽpore finito. Hoc igitur accidit dicenti mouere infinitam uirtutem. Si enim ſemper additur potentiæ finitæ, fieri poteſt, ut ſemper excedat potentiam acceptam/et minimo tempore auferendo facere minus tempus donec uis adoleſcit, ſed tempus minuitur uſq; ad a/tempus, ſed demonſtrabit a finita aucta idem motum in a tempore, quod quidem ab infinita in æquali tempore mouebatur. Non accepit igitur Ariſtoteles idem moueri a finita uirtute/& ab infinita, ſed tantum accepit manifeſtum, quod finitum in tẽpore finito/à finita mouetur potentia. Et demonſtrauit deinceps/quod ſequitur ex dicente tempore finito, aliquam potẽtiam infinitam aliquid mouere, uidelicet hoc quod æquali tempore finita potentia, cum infinita mouet. Si ergo hæc uera dico, non opus eſt rationi repetitio acceptionis, aut quod iterum repetat. Eſt autem inquit Alexander, & hoc oſtendendum ſic fieri non poſſe, ſcilicet nõ poſſe infinitam uim eſſe in magnitudine finita. Si enim abſtulerimus aliquam partem magnitudinis, patet quod hoc nõ habebit potentiam infinitam, igitur finitam. Sic ergo reſpiciente ſemper à magnitudine aliquam partem ſublatæ æqualem, quarum partium unaquęque finitam potentiam habet ſi diuiſerimus in finita totum, & magnitudines/& uires. Non enim aliqua pars uniuerſi erit/quod habet infinitam uim. Nam ponitur totum habere uim infinitam, quandoquidem & de parte poſſit oſtendi ſimiliter, quod non poteſt uim infinitam habere: ſed neque omnis eius pars, poteſt habere uim infinitam. Cæterum Grammaticus ille/de cuius ſcholijs mentionem feci huius libri principio/exiſtimans magni æſtimari ſi complures uulgarium ſeduxerit, ut contẽnant ſpernentque cœlum/& mundum, quod æque ut ipſi interitura ſunt. Et patet quod etiã hæc dicuntur ab ipſo ad contemptum opificis, ſi oſtendatur ille faber fuiſſe mundi ortui/atque, occaſui obnoxius: qui neque ſit per omne æuum opifex, neque omnium Deus/& pater/et conditor, ſiquidem tum non fiebat aliquid eorum quę ſunt proinde is tur conceptionibus, aut meditationibus his/quam ſimilibus quæ de gigantibus habentur his demonſtrat quibus auſit contra dicere, quas Ariſto. primo de cœlo/de eiuſdem/& mundi æternitate ſcdidit, minime intelligens quæ ibi dicit, qui adeo dementiæ proceſſit ibi, ut niteretur demonſtrare. Vnde his quæ huius libri principio oſtendebant motum/& tempus æterna eſſe, non per fores contenderat repugnare, qua ſi poſſit illi aliqd addiſcere/& tueri ex his quę ille adducit. Proinde ad hanc intentionem cenſuit ſibi conferre hanc demonſtrationem Ariſtotelis, qua demonſtrat, quod nullum corpus finitum habet infinitam uim. Si enim finitum eſt corpus omnibus orbibus conſtans atque mũdanum finitam habet uim. Sed quod habet finitam uim ipſe putauit hoc ortui/atque interitui obnoxium eſſe, & ſic demonſtrari poſſe. Et proinde ad calcem rationis, inquit. Reſtat igitur ut finitę potentiæ ſit, & totum cœlum, & unaquæque eius pars. Huiuſmodi omnia ſunt, quæ ſunt ſub luna. Et mirum eſt quod nõ adiecit, quod etiam ipſe talis eſt. Tota enim eorũ pietans intentio eſt cœlum oſtẽdere: atque eius opificem nihil ab ipſis differre. Sed cenſeo illos animaduertere/qui illius rationes ſequuntur, quod & ſi hic non uideatur ſequi dicta Ariſtotelis, & totam eius intẽtionem ignorãs. Nam putat Ariſtotelem putare idem quod habet potentiam infinitam mouendi, etiam quod mouetur perdurare poſſe uſque ad tempus infinitum. Et proinde hæc ſcribit. Ex quibus patet nobis/quod uerum eſſe uidetur Ariſtoteli nullũ corpus finitum habere uim perẽnem ad tempus infinitum, unde moueri æterno motu inquit/contingit/ſi uis ſit in corpore. Et nõ aduertit quod aliud eſt uim habere infinitam ſimul motricem totam æterno tempore, & aliud quod mouetur poſſe perdurare ſemper, & quod actu infinita uis tota ſimul competit ei quod ſemper mouet. Sed hoc adeo eſt iſin tum, ut poſſit in infinitum moueri/non ſecundum actiuam, & motricem uim ſimul totam exiſtentem, ſed ſecundum paſſibilem, etiam potentia competit ei/quod ęterno mouetẽ moto. Et dicit Alexãder quem iſte etiam citat in calce cõmentariorum huius libri, quod in corpore non eſt dicenda uis infinita/qua mouetur niſi æquiuoce. Quocirca non poteſt eſſe, ut uis infinita ſit in corpore finito, ſed uim finitam eſſe in corpore finito, nihil prohibet, quia uis q̃ eſt infinitum ſm ſucceſſionem eſt finita, ſed non neceſſe eſt/ut quietem ſuſtineat/& habeat cum alia/atq; alia ſucceſſione mouens æterno tempore moueat/atq; ob ipſam potentiam quæ ſemper eſt competẽs ei quod cietur. Cum igitur & hic iſte non intelligat, ut etiam prius diſcrimẽ inter id quod eſt ſimul infinitum/& id quod eſt in infinitum, & id quod eſt infinitam, & id quod eſt durans æterno tempore, & quod hęc conuenit ei quod ſemper mouet/& aliud ei quod ſemper mouetur, cenſuit quod oſtendens non eſſe uim infinitam ſimul totam motricem in corpore finito, per hoc demonſtrauit/quod neq; moueri poteſt finitum corpus/in ĩfinitum ignarus eorum quæ Ariſtoteles tertio huius tractationis libro de eo/quod eſt in infinitum diſſeruerat cuius ſententiarum, nonnullas etiam principio huius libri appoſui, nõnullas/etiam hoc loco perſequar. Sed omnino ſic eſt infinitum, quia ſemper aliud/atque aliud accipiẽ, & q̃d accipitur ſemp̃ eſt finitũ, ſed ſemper alterum atq; alterum quod cõuenit his quæ ortui/atq; interitui ſubiacent. Nam huiuſmodi ſe habet motus/& tempus/& hominum ortus, ut etiam Ariſt. dixit, & magnitudinum diuiſio. Nã quia motus eſt in eo quod mouetur, ſed nõ in eo quod mouet, (ut oſtẽdimus in ſermonibus de motu neceſſe eſt,) ut id quod mouet primo ſemper infinitam uim immobilem habeat ob illud ſemper, ſed infinitã uelut ſimul totam exiſtentem, ſi enim ſecundum infinitatem quæ ſit, motum eſt/& non mouẽs, neque immobile etiam indigebit alio mouente, ſed quod eſt finitum corpus motum in infinitum mouetur, non habens ſimul totam infinitam uim/ut mouens. Quod enim eſt mouens ſemper primo incorporeũ/& per ſe ſubſiſtens eſt, ſibi ſuppeditãs infinitam uirtutẽ, ſed q̃d ſemper mouetur corpus finitum/tum eſt, & ſemper cietur à primo mouẽte, nõ poteſt ſimul totum

motum ſuſcipere, quia non amplius eget, ut ab alio moueatur, neq; mouebatur omnino. Nam motus nõ eſt ſimul totus, ſed eſt dum fit. Si enim quod mouetur ſimul totum motum ſuſciperet, tãdem ſtaret/& non moueretur. Hæc igitur ſatis eſſe exiſtimo de infinitate tota ſimul mouentis, ob quam fieri nequit, ut idem corpus ſit finitum/& de mutatiõe quæ proxime in eodem moto in infinitum fit, quorum diſcrimẽ iſte cum ignoraret, cenſuit ſibi cõferre ad oſtendẽdum coelum eſſe obnoxium interitui, quod nũc ab Ariſto. oſtenſum eſt, uidelicet quod nullum corpus finitum habet uim ciendi infinitam. Verum & ſi diſcrimen inter mouere/& moueri, & infinitum in actu/& id quod eſt in infinitum neſciuit, proinde illud oportebat intelligere/quod Ariſto. in hoc uno libro/ſic ſua ueſtigia dicendi ſeruans cõtradixiſſet ſibi. Equidem initio cum oſtendiſſet neceſſe eſſe, ut ſemper ſit motus/& quod mouetur æternum eſſe, & proxime demõſtraſſet tale eẽ corpus orbiculare, quod poteſt uno/& cõtinuo, atq; æterno motu moueri, & cum dixerit nũc coelum habere corpus finitum corruptibile, ſi ſic intelligit nõ habere uim infinitam. Et rurſus primo de coelo/qui huic ſuccedit libro plane æternum oſtendens coelum/& uniuerſum eſſe contra demonſtrationes/& iſte cenſuit dicẽdum. Qualis Chamæleon tales effigies/ac uarias tales formas/& colores præſeferret quales iſte cenſuit Ariſtotelem ferre. Neq; ad hoc aduertit quod Ariſtotelis rationes egebãt arbitrio atq; ſentẽtia interpretum/quæ eſſent de æternitate coeli dicta, & hæc quæ nunc oſtendit. quod finitum corpus finitam habet uirtutem. Nam in promptu erat quod Ariſt. negauit his uerbis infinitam uim eſſe ſimul totam in corpore/cum ſit finitum. Sed quia iſte totam intẽtionem Ariſtotelicę demonſtrationis, cum ignoret/& exiſtimet quod oſtẽdens finitum corpus/nõ habere infinitam uim ciendi, ſtatim ſe oñdiſſe putat, cum coelum ſit finitum, idẽ eſſe interiturum, & ob id proprijs argumentis nititur oñdere, quod finitum corpus habet finitam uim/& id quod ex neceſſitate ſequitur ex hoc inducit, uidelicet coelum eẽ interiturum. Sed age percurramus eius deceptiones.

Digreßio in Ioannem Grammaticum.

PRIMVM Ergo huiuſmodi argumentum affert ſic deductum. Coeleſtia materia/& forma conſtant, quę ſunt ex materia/indigẽt materia, ut ſint, ſed quæ aliquo egent non ſunt ꝑ ſe ſufficientia, quæ non ſuiſmet neruis/& uiribus, non ſufficiunt ipſiſmet non habẽt uim infinitam, & concludit ex his/quod coeleſtia ſuapte natura non ſunt infinitæ uirtutis/& ob id interitura. Vnde patet quod ſi coeleſtia egent materia/quæ ſit obnoxia interitui ut ſint, merito erunt interitura. Quod ſi aliquis materiam, aut ſubiectum quod eſt ipſorũ fateretur eſſe expers interitus non reprehenderetur. Quomodo enim exiſtimabit/id quod eget ſubiecto incorruptibili eſſe obnoxium interitui? Neque enim quia aliquo eget/et propter hoc non eſt per ſe ſufficiens, ideo etiam erit obnoxium interitui/atq; caducum neceſſario. Quod enim eſt infinitæ uirtutis/non erit forte/non per ſe ſubſiſtens, ſed erit in alio, quod tamen non eſt ſic neceſſe, ut ſit caducum/atq; interiturum, ut interdum corrũpendũ ſit. Nam aliud eſt, ut diximus, ſimul totum infinitum actu/& aliud in infinitum.

Secundo ſi eſſe inquit materię/atq; natura eſt, ut apta ſit ad recipiendas formas omnes/& non temere fruſtraq; hanc habilitatẽ obtinet, materia ergo ſimul plures formas recipiet. Nullam enim formam ſemper materia ſui ratione retinet, quod ſi hoc uerum eſt, nullum conſtans materia/& forma eſt incorruptibile cauſa materiæ. Vnde inquit quarto eorum/quę contra Ariſtotelẽ diſſeruit, quod una & eadem materia prima eſt/q̃ ſubijcitur coeleſtibus/& his quæ ſub luna collocãtur. Sed quę ibi dicuntur/à me ſunt dilligenter examinata, dum pro uiribus ingenij mei/primũ de coelo explicare niterer. Sed hic locus ſolum poſtulat/ut inueſtemus, quia ſi eadem eẽt materia, & æque ſe haberet ad omnes formas, neceſſe eſſet, ut ea quæ ſub luna ſunt, & coeleſtia mutuo mutẽtur, & alia in altera uiciſſim/quo nihil abſurdius. Neq; huic rei decet immorari/atq; inſiſtere. Et enim iſte cum intelligeret rei euidentiam dixit, & ſiquis concederet non eãdem ſubijci materiam coeleſtibus, at obnoxijs interitui quę ſub luna ſunt, ſed quod materia omnium coeleſtiũ, quam putarũt primum ſubiectum unum eſt, atq; idem quod quintum corpus appellatur, ſed diuerſas formas ſortitum eſt, ut ſolis, lunæ & ſingularum ſtellarum/& uniuſcuiuſq; ſphæræ, patet quod etiam materia corporum coeleſtium/habet habilitatem ad ſuſcipiẽdam omnem formam coeleſtem, & ſi ob aliqua meliora ſeparatam cauſam nõ ſuſcepent. Si ergo & coeleſtium corporum materia, quãtum eſt receptrix omnium formarum illarum aliam/atq; aliam recipiet formã, nullum igitur coeleſte/neq; quatenus eſt in potẽtia materiæ erit incorruptibile. Proinde in his primum eſt aiaduertere, quod primam coeli materiã/exiſtimauit quintum corpus eſſe. Sed cum prius dixit unam & eandem eſſe materiam omnium coeleſtium/& eorum quæ ſub luna, quomodo conſentaneum eſt rationi, ut quintum corpus ſit materia eorum/quæ ſunt ſub luna? Deinde ſi ob quædam meliora non ſuſcipit cauſam ſeparatam, materia ergo coelorum habet aliam formam præterq̃ nunc habet, quæ non eſt neceſſe, ut ſit interitura ob materiam. Deinde iſte, & hoc inquit/in quo uidetur ſibi incõſtãs/quod aliam, & aliam formam recipit, unde non eſt neceſſe, ut totum coelum pereat, ſed ſi perit aliquid ſolę partes eorum/quæ mutuo trãſmutantur, ut eorum partes quæ ſub luna collocantur. Siue ergo una ſit materia tantum ipſi ſolum/ex ſuis rationibus uidetur occidere, ut ſuperiora inferiora ſint, & uiciſſim uelut ebrijs accidere ſolet, quare ſol erit ubi ſumus/& homines ĩ coelo collocati erunt/& coeleſtia una cum his oriri, ſi item coeli materia cum una ſit, poteſt ibi formas recipere, uel fruſtra poteſt, uel aliquando mutatur, & illa mutuo. Sed neq; ſuum ſibi ſtudium/& labor in quo nititur proſpere ſuccedet, uidelicet oſtendere coelum corruptibile eſſe. Neq; enim id quod ſub luna iacet, neceſſe eſt ut aliquãdo non ſit, ſed quoniam partes eius circa ſubiectam materiam uiciſſim mutãtur. Ibi enim alterius interitus/eſt ortus alterius. Vnde eſt quędam machinatio talem cõcretionem/& compaginem interire, quãto melius igitur erit Deo opifici/& magis cõueniẽs dicere/quæ ſunt ab eodem ꝓxime producta ſemper ſecundum eadem/& eodem modo ſe habente neq; ſm ſubſtãtiam mutato, neq; ſecũdum potẽtiam, neque actu æterna eſſe, ne mundi faber/& conditor interdum ocioſus infoecũdus/& deſertus ſolusue relinquatur, & id quod eſt ſub luna ob ea ſempiterna, & quæ ſemper mouẽtur ipſius opificis effectus habere partes, quæ oriantur & occidãt, ut extremum mũdi ortum habeat ob bonitatem opificis. Sed cum ſemper idem ſit, machinatus eſt/atque fecit hoc æternum eſſe, quia alterius interitus eſt alterius ortus faciẽs indeficientem ortum. Sed in tertio eius argumento uiſus imitari Platonem: nititur oſtẽdere quod coeleſtia non ſunt ſuapte natura infinitæ uirtutis, & ſi non intereant cõſeruata/& continuata à potẽtia meliore/quam ſit ſua natura.

Si enim compoſita ſunt coeleſtia/& compoſita poſſunt diſſolui/& quæ diſſolui queunt, interire etiam poſſunt. Nam elementorum diſſolutio eſt compoſiti interitus. Sed quod poteſt diſſolui/& interire non habet uim infinitam, ergo coeleſtia quoad ſuam naturam/nõ ſunt infinitæ uirtutis. Sed quomodo Plato id quod poteſt diſſolui inquit non euerti, neq; deſtrui ab ipſo opifice quãdo eſt recte conditum paulo poſt ſciemus. Itẽ iſte refert, quod dicẽtes ex quatuor elemẽtis non eſſe coelum, ſed ex quinto corpore, etiam fatetur illud compoſitum ex ſubiecto quinto corpore/& forma ſolis/& lunæ. Et ſi aliquis ingenio ab omnibus abſtraheret formas, patet quod ſolum relinquet trifariam dimenſum ipſorum, ſm quod nullum à nullo coeleſtiũ differt/neq; à noſtris corporibus, quare & coeleſtia habent rationem compoſitionis/& diſſolutiõis/& interitus, & ob id nõ ſunt infinitæ uirtutis, & ſi nũquam interirẽt ſecũdum Platonem,

nem, cum cõnexa/& colligata ſint meliore uinculo uoluntate Dei ſcilicet/quam ſit ſua natura. Et ex hoc igitur argumento, patet quod ob nouam & inanem opinionem eſſe oblitum ſuę propoſitionis/ac inſtituti à principio. Nam proponebat oñdere coelum eſſe ortui/atq; occaſui ſubditum, nũc autem admittit ſuapte natura finitam habere uim/& corruptibilem, ſed ob Dei uolũtatem indiſſolubile permanere, atq; expers interitus. & patet quod nõ Dei uoluntas huic/quod non habet habilitatem ad ſuſcipiẽdum hoc bonum dedit, ſed & ſi īfinitam ſimul totam uim haberet mouẽdi/cum idipſum ſit finitum, ſed aptũ eſt/ut moueatur in infinitum. Proinde ſic ſtatuit eſſe quintum corpus, ut diſſolui queat. Nam illa poſſunt diſſolui/ quæ hñt ſubiectum/non cõtentum ſuis formis, & contrarijs/mutuoq; pugnãtibus cõnſtituitur. Sed coeleſtia habent ſubiectum non ſic, & formam orbicularem quæ non habet aliquid ſibi cõtrarium. Sed quoniam orbiculari motui nõ eſt cõtrarius motus, ut demõſtrauit Ariſto. primo coeli contra quas demõſtrationes, cum iſte inſtituiſſet oſtẽdit, ut puto, nihil intelligere eorum quę Ariſto. diſſeruit. Deinde nititur oſtendere, quod etiam elementorum uniuerſitates/& coeleſtia eſſe finitæ potẽtię. Et hoc nihil eſt abſurdum, ſiquidem quæ ſunt finita/ non habeant ſimul totam infinitam uim. Sed illud abſurdiſſimum eſt, idem exiſtimare eſſe corruptibile/propterea quod nõ habet uim infinitam totam ſimul. Dicit ergo oſtenſum eſt lib. de phy. audi. quod non queuis forma/in quauis magnitudine ſubſiſtit, neq; compoſita/neq; ſimplex. Neq; enim homo eſt unius digiti, neque culex unius brachij fieret, imo neq; aqua in quauis magnitudine ſubſiſtit, ſed quãdo intãtum aqua ſecta, quod ſi minor fieret/ex ſectiõe magnitudo/quam cõueniat formę aquæ/diſſoluetur aqua ut cum extremitate digiti tãgẽtes aquam lacrymam illam, aut uaporem, aut guttam experiẽtes/& cõterẽtes, atq; in paruiſſima diuidẽtes formam aquæ cõficimus/& è medio tollimus. Hinc igitur inquit oſtẽdetur/quod neq; elementorum uniuerſitates infinita participant ui. Nam uidemus quod quanto minuuntur magnitudines elemẽtorum, celerius labuntur in interitum, quãto autem adaugẽtur ſeguius. Statuatur ergo aqua unius ciathi/quæ poſſit annum durare, nõne unaquęque æqualium magnitudinum aquæ/eodem tempore ſupererit, ſed quia omnino moles aquæ finita eſt, dimetietur omnis ac tota moles à cyatho, & tota aqua diuidetur in cyathos finitos numero, ſed unaquæque pars eſt finitæ uirtutis, igitur & compoſitum ex oĩbus finitę uirtutis erit. Idem quoq; in alijs.

Oſtenſum igitur inquit per hæc quod unumquodq; elemẽtorum ſecundum uniuerſitatem ſuam finitæ eſt potẽtiæ. Quæ cum ipſe dicat pene ſuis uerbis. Sciẽdum primum eſt quid cõferat ei/quod prius ſumptum eſt, uidelicet nõ quauis formam in quauis mangitudine collocari. Neque egebat hoc petitio de uno cyatho aquæ, quod ſecta eẽt aqua ĩ cyathos, quorũ unuſquiſq; annum duraret, & totum etiam idem tẽpus ſupereſſet. Non enim componitur tempus ex cyathis diuiſis/& hoc uſq; ad marcedinem, & debilitatem petitionis dictum ſit. Sed intelligendum eſt quod uniuerſam aquam tempore finito interire ſtatuens/ac poſtulans mutationem eodem tempore aliorum elementorum in aquam non cõſiderauit. At uero ſi ut partes aquæ corruptæ in alia elemẽta mutantur, ſic etiam partes aliorum elementorum in aquam/& hoc perpetuo uiget/& nũquã deſitum iri uidebitur, quia unius interitus eſt alterius ortus, & cauſa interitus/atq; ortus eorum quæ hic ſunt eſt motus æternus/qui fit maxime in orbe aliquo, quomodo uniuerſitates elementorum interire poterunt. Sed is cum hoc oſtendiſſet appoſite ſubiunxit. quod eodem argumẽto oſtendemus/ etiam oĩa coeleſtia eſſe finitæ potẽtiæ, quãquam nõ adduxerit argumentum. Dicit.n. q̃d nulla forma coeleſtis apta eſt ꝯſiſtere/in quauis magnitudine. neq; totus mũdus, quo prius nõ uſus eſt.

Inquit. Si ergo omne corpus diuiſibile eſt in infinitum, ſed coeleſtia ſunt corporea, & ipſa nimirum in infinitum erũt diuiſibilia propria ratione, ſecundum quam dimẽſa ſunt, & non diuidũtur, ut etiam materia informis eſt propria ratione, & ſi nũquam ſine forma ſit. Item trifariam dimenſum/ expers qualitatis eſt propria ratione, & ſi nũquam ſine qualitate ſubſiſtat, Sed forma extrinſecus adueniens, quia non diuiditur/aut difficulter diuiſibilia ſunt, aut nobis indiuidua, ut in adamante cauſa eſt Si ergo corpora ſunt coeleſtia, quia ſunt magnitudine diuiſibilia in infinitum, ſi ratiõe aliquis ipſa diuideret, ut etiam ratione ſeparamus materiam à formis, patet quod ſectio perueniet ad aliquam huiuſmodi magnitudinem/in qua nulla illarũ formarum ſubſiſtet: nõne igitur ſimul cum diuiſione tali interibunt formæ? ſi ergo quatenus corpora propria ratione naturæ ſuſcipientia diuiſionem, hæc etiam interitum ſubeunt/cum noſtra intelligẽtia ea quæ ſunt in potẽtia conuenientia ipſis/ad actum ducat. Sed nihil habẽtiam rationem interitus ſuapte natura eſt infinitæ uirtutis, igitur neq; ullum corporum ſuapte natura erit infinitæ uirtutis. Quod enim natura eſt infinitæ uirtutis, neq; habet rationem interitus, neq; tenui intelligentia, atq; nuda ſtatueretur interiturum, ut patet in ſimplicibus omnino, & his quæ ſeparata ſunt ab habitudine corporum. Neq; imaginari poſſumus quæ erit ratio naturalis qua ex cogitarẽtur interitura. Nam quęſitũ hoc nunc eſt. Quæ ſit ratio uniuſcuiuſq; ſm naturam, non tamen quid aliquibus adueniat, ob ſeparatam cauſam. Quare & ſi concederẽtur coeleſtia Dei uoluntate colligata, non interire tamẽ/non & ipſa propria natura rationẽ interitus ſuſciperent. Quę hñt rationem interitus non ſunt infinitæ uirtutis. Vnde enim hæc ratio interitus/ quæ ſumpta eſt noſtra intelligẽtia, non pueniet unquam ad actum. Nihil enim eorum quæ dicunt ad interitum permanere nõ eſt demonſtratio huius/& natura ipſa eſſe expertia interitus, ut demonſtrauimus tertio argumento contra Ariſto. Hæc tot appoſui atq; recenſui, ut quibuſcũq; oñderẽ habitum, et diſciplinam huius hominis. Et oſtendã clarius hũc exiſtimare idem eſſe, habere uidelicet finitam uim/& corruptibile eſſe qui certe non percipit ſnīam Ariſto. Item neq; quomodo dicatur omne corpus diuiduum in infinitum, iſte nõ uidetur intelligere. Dicit autem contra eos/qui aſſerunt corpora cõſtare atomis, & oſtẽdit omne corpus eſſe dimẽſum/atq; partibile, et quod huiuſmodi partes habet, & quod nõ componitur ex atomis. Illud ergo in infinitum diuiſibile, nõ uelut oĩno diuiſum, & diſſoluẽs ſuam continuationem dicitur. Nõ enim eſſet adhuc in īfinitum diuiſibile, ſed uelut omne acceptum diuiſum in partes non ſeiunctas inter ſe, ſed diſtantia ſeparata/atq; diuiſa, non tamen/ut ſecta, & diuiſa inter ſe. Nam & ſi nunquam una ab altera non diuelleretur, eſſent tamen corpora partibilia dimenſione, & diuiderentur in partes. Quod enim per ſe incorporeum eſt dimenſione caret ubiq; ſibi, ut totum toti adæquatum/& nõ diuidiner ĩ partes. Sed corpus diſtat/& partibus aliquomodo eſt deciſum, cum alia alibi ſiãt. Et ſic diuiditur. Et hoc eſt in īfinitum diuiſibile corpus/quod competit oĩbus corporibus quatenus corpora ſunt. Nam & ſi nõ habuit naturã aliquãdo, ut ſit dextra/à ſiniſtra ſeiũcta, tamẽ ſecretę ſunt hæ partes īter ſe, & actu ſeparatæ/ac ſuo loco cõſtitutæ, reliquum corpora obnoxia affectibus apta ſunt diuidi ĩ ſectibilia/& corpora, ſed expertia/& uacua affectibus nõ diuidũtur, neq; ratione, neq; ſapientum conceptionibus attamẽ diuiduntur/ & partiũtur actu, & hęc diſtãtiis corporea/quãquam cõtinua permaneãt. Sed cum iſte audiuiſſet quod omne corpus eſt diuiduum, et magis, ac ultra quam decet intellexiſſet/ſua intelligentia coeleſtia diuidi in paruiſſima, et hoc furioſum/& ſtultum eſt, attamẽ minus hoc cum exiſtimet talem eius intelligẽtiam/in actum deducere. Inquit enim/poteſt fieri interitus noſtræ intelligẽtiæ deducẽtis, quæ aduenĩũt ipſis potẽtia ĩ actum. Si ergo illud/uidelicet corpora eſſe diuiſibilia in infinitum, nõ cogit aliquãdo coeleſtia diuidi in paruiſſima, neq; formam abijcere neceſſe eſt, non ſolũ propter Dei uoluntatem, ſed etiam ſuapte natura. Etenim Dei uoluntas/nõ quibuſuis, ſed his quæ apta ſunt/ & habilia, bona elargitur/ac diſpenſat. Et illud animaduertendum eſt, quod quæcunq; iſte imaginatur. etiam fieri poſſe exiſtimat. Inquit enim eorum quæ nullam aptitudinem habent ad corpora, &

ſuapte natura ſunt experta interitus/neq; imaginari,& cogitatione complecti poſſumus/interitum. Et dicerem ſecũdum conuerſionem ex contrapoſitione,quam & ipſe ignorat,quod quorum interitum imaginari ualemus, hæc non ſunt interitus experta. Vnde uides quantam uim ſuis imaginationibus iſte cõmiſerit/ac crediderit.Et quid mirum/ſi cœlum putabit interire poſſe,ut fateatur interiturum eſſe, quando hãc amentiam aduerſus Deum tulit?Cæterum cœleſtium diſſolutionẽ, quã Plato conſiſtere in arbitrio ſummi opificis cenſuit/non intelligens/quomodo ab eo ponatur, ſed transferens in rationem interitus,et ob id exiſtimatiõe complexus eſt cœlum periturum, deinceps contra ipſum cœlum arroganter obloquitur. Vnde dixit/quod ratio hæc interitus/quæ noſtra cogitatione cõprehenſa eſt,non exibit aliquando ad actum.Nihil enim hoc perſuadet illi,uidelicet cœlum/nihil adhuc paſſum fuiſſe ſimile his quæ ſunt interitui obnoxia.Sed quæcunq; de hoc ſcripſiſſe inquit in tertio ſuorum obiectorum/contra Ariſtotelem,ego primum de cœlo interpretando/pro uirili mea confutaui/& reieci.Sed nunc ad illum reſpondendum eſt,quod quæ fiunt/& intereunt tempore,poſt uigorem uſq; ad obitum,uel æquale habet tempus à principio,uſq; ad florem/& uigorem tẽpori,uel lõgius.Cœlum ergo/ut ipſe putat ante ſexties mille annos cõditum,& iam agit extremos dies, ut hoc illi potiſſimũ placet, quomodo nihil nobis indicauit,hactenus ſui/amiſſi uigoris/& futuri interitus? Item ſi nihil aliud omnino ſecundum motum uelocior debuit intelligi/ad extremum ſenectutis perueniens. Atqui neq; dies/neq; noctes/neq; horas longiores nunc facit, ut indicant actiones in ipſis/& agrorũ colendorum labores/& peregrinatiões/& nauigationes ſi conferãtur,cũ his quę priua exercebantur.Nam hodiernum interuallum uitæ, & nunc idẽ eſt.Item boues eadem arant in die,uel etiam minore/& irrigationes aquationeſue eiſdem methodis horoſcopiorum factæ/tantum aquæ introducunt/& educunt unaquaq; hora, quantum etiam prius. Sed ad reliquum/& tertium argumentorũ/inquit abeundum eſt,quo uult oſtẽdere quod cœleſte corpus non eſt infinitæ uirtutis.Et hoc uerum etiam eſt/ſecũdum Ariſtotelem,qui negat totum ſimul infinitæ uirtutis eſſe in corpore,quocunq; tamen moueri in infinitum, & eſſe corpori orbiculari tribuit.Sed ia cum deſtruat infinitam uim/uelut æternã, illico corruptibile introducere putat.Dicit ergo/quod ſi cœleſte eſt infinitæ uirtutis,neceſſe eſt,ut unaquæq; pars/uel finitã, uel infinitam potentiam habeat,ſed infinitam,ut inquit nõ habet.Quod enim eſt infinitę uirtutis/eſt p ſe ſufficiens,ſed unaquęq; pars cœli,etiam alijs partibus eget/& toto ut ſint,ſiquidem partes ſint ad aliquid.Nam partes totius ſunt partes/& ꝓprias uires mutuo ipſiſmet impertiuntur, ut luna maxime indicat/& ea quæ ſub luna commiſcentur, quæ non ſunt per ſe ſufficientia, & quorum uniuerſa non ſunt per ſe ſufficientia, neq; partes ſunt per ſe ſufficientes. Item putat oſtendere aliter,quia ſi unaquæq; pars eſſet infinitæ uirtutis, totũ inquit aut æqualem uim habebit,ut unaquæq; pars,aut maiorem,quod ſi maiorem, erit aliquid infinito maius/quod fieri non poteſt,imo etiam accideret,ut pars eſſet finita/atq; infinita. Eſſet enim infinita ob hypotheſim,finita uero quatenus ab aliquo excedit. Sed etiam hoc fieri nequit ut pars æque teneat uim/ut totum. Vbique enim palam intueri licet/uniuerſum eſſe partibus ſingulis pollentius. Nam & ſi frigus idem ſit in parte aquæ/atq; in uniuerſa,tamen collecta/atq; cõgregata uis non eſt eadem, ſed quanto magis corpora ſunt multarũ aut ingentium partiũ, tanto magis durant,atq; ſufficit.Si ergo non eſt uniuſcuiuſq; partis uis infinita,igit̃ finita, quare & uniuerſum finitũ eſt.Quod enim conſtat partibus finis magnitudine, & numero non põt eſſe infinitæ uirtutis,reſtat ergo & uniuerſum cœlum,& unãquãq; partem finitæ eẽ uirtutis.Huiuſmodi etiam ſunt omnia, quæ ſub luna ſita ſunt.Sed ad hæc breuiter etiam dicendũ eſt, idem iterum,quod infinitam uim ſimul totam motricem,quã primo/& æterno mouenti adeſſe Ariſt.fatetur, neq; totum habet mobile,neq; partes eius habere queũt. Quia enim ſucceſſione quadam fit,& mouetur,infinitam uim habet,ſed non ſimul uniuerſam. Etenim motus/& ortus/ſunt dum fiunt,ſed quatenus in infinitum abeunt.Sed ſecũdum hoc infinitas ſimiliter toto/& partibus cõpetit,ſiquidem neq; totum abſq; partibus,neq; partes abſq; uniuerſo poſſunt cõſiſtere. Etenim & in his quæ aliquod tempus durant,ut in animãtibus uidemus, quod neceſſe eſt,ut tãdiu partes durẽt/quãdiu uniuerſum ſubſiſtit,ſed ſecundum ſuam ſubſtantiam, & non uelut quædam partes acceptę ſunt ſuo uniuerſo diuturniores, ut ea quæ ſunt uniuerſitatis animalium. Nam illa diſſoluta, oſſa permanent. Non eſt ergo uerum durationem uniuerſi proficiſci ex permanentia partium/ac ui ipſarum quæ in unum collectę/multiplicem in ipſo uniuerſo uim ſic ponit,uelut multiplicatum tẽpus earum permanentiæ ſat ſit,ut ſit uniuerſum, maxime ubi totũ ex eiſdem partibus ſemper ſit.Nam aquę & uniuſcuiuſq; uniuerſitas elementorum,cum inſit alijs/atq; alijs partibus, quia aliæ fiunt,& aliæ occidunt.nihil mirũ ſi diuturnior ſit ob permanẽtiam partium.Sed cum cœli uniuerſitas ſemper eiſdem utatur partibus,non uideo quomodo iſte diceret uniuerſitatẽ eſſe diuturniorem partibus. Aeque igitur ipſum in infinitũ cõpetit uniuerſo & partibus,non ꝓrogatum temporis dilatione. Siquidem(ut etiam ipſe fatetur) partes & totum ſimul eſſe,cũ ſint ad aliquid,ſed ſunt diuturniores quæ ſunt in maiori uniuerſo, & eo quod magis continet, & forte ipſius temporis. Nam tempus eſt magis uniuerſum:quam illa quæ dicebãtur magis uniuerſa,non tanquam ad multos annos prorogatum/atq; ꝓductum,ſed uelut collectę in ſeipſo tempore eorum quæ ſunt plurium/& ingẽtium partium magis, ut etiam ꝑmanentia partium,cum illa uniuerſi connexa/& extenſa eſt.Sed iſte dimittatur.Sufficientes opinor adhibuimus ſolutiones quãtum propoſita exigunt,& nunc exquiſitio/& pertractatio petit.Sed ſciendum eſt/quod hoc loco rurſus Ariſto. differẽtibus nominibus eandem ſententiam/quam ſuus magiſter Plato propoſuit/& tractauit. Etenim Plato diſcrimen cauſę ſeparabilis à cœleſtibus,& ipſorum cœleſtium ex ſubſtantia aſſignauit,quatenus cauſa reuera eſt ſemper ſecundum eadem,& eodem modo ſe habens,& neq; ſecũdum ſubſtantiam,neq; ſecũdum uim,neque motum actu/aut mutationem ſubſiſtens.Sed cœleſte corpus cum ſit corpus,ob id neque per ſe ſubſiſtit: quocirca illud dixit factum/& non reuera eſſe. Quod enim reuera eſt,prius eſt natura/eo quod fit,& id quod per ſe ſubſiſtit eo quod aliunde permanẽtiam haurit/item quod eſt expers mutatiõis/prius eo eſt,quod quomodocũque mutat̃.Et patet quod reuera exiſtens/& per ſe ſubſiſtens/& immutabile cauſa eſt, ut proxime factum ſemper ſubſiſtat.ſed non interdum, & illud non actu, ſed ſm ſubſtantiam mutationem ſuſtinet, ut ſunt ea quæ motu locali cientur.Cum enim ſit continuus progreſſus ſecundũ remiſſionem/ſenſim permanet, & nõ ſtatim in id quod diſtat exit,ſed quod fit ab eo quod reuera eſt proxime per ſe ſubſiſtẽte,cum idem non ſit per ſe ſubſiſtẽs,ſed à per ſe ſubſiſtente ꝓductum,quocirca et quod fit & non eſt,neq; ſimul totum eſſe recipit à cauſa.Non enim eſſet adhuc factum, ſed exiſtẽs, neq; quieſcit recipiendo ob ſuam naturam,quia poſt id quod ſemper eſt,id quod fit ſemper,ſubſiſtit prius quam illud quod aliquando fit,& ob producens ſemper ſecũdum eadem, & eodẽ modo agẽs in productum,quare finitam permanẽtiam habet, ſed ſemper recipit illam,& ob id indeficiens eſt eius:quod uere eſt impertitio/& illius receptio quod proxime fit, & ſic infinitum/uelut in infinitum eſt.Et hæc paucis Plato indicauit ꝓferens opificem in Timæo, qui ubi condidit cæteros deos/ſic affatur.Dij deorum/quorum ego opifex/atq; pater ſum hæc attendite. Quæ per me facta ſunt/me uolente ſunt indiſſolubilia.Omne ſiquidem quod uinctum eſt, diſſolui queat.Sed quod pulchre eſt cõnexum/& bene ſe habet, eſt praui uelle ſoluere. Quapropter quia geniti eſtis immortales, attamen non eſtis omnino indiſſolubiles.Nec tamẽ diſſoluemini, nec factum interitus ſubibitis,quippe uolũtas mea maior ſit/atq; potentior, his uinculis quibus colligati eſtis.dicit hęc igitur.Sed magis re-

plet, & conficit intellectionibus opificis ſubſtātia/quę poſſunt intelligi in mundo, cum afferat exornationē prius fuiſſe/in patre omnium, ipſa autem ſunt proxime intellectuales, & beneuolæ, ſed harum mentium ſeparatæ animæ/ſecundum unam uniuerſi incorporei cooaptationem ſecundum ſingulos Deos. Ad hos igitur dicit. Dij deorū/uidelicet deos incorporeos corporeorum, quia lucidius Dij nuncupātur. Sed cœleſtium deorum monumenta/ ac ſimulachra uerſatilia ob uelocem motū Dij appellari. Sed horum deorum Dij ſunt/qui principes eorū cauſas incorporeo modo/& intelligentia producūt. Nam quicunq; Deus/eſt alicuius diuinitatis principiū. Sed deorum ſenſibilium eſſe inquit ſe opificem/atque patrem operum in ipſis. Nam condit/& perficit opere omne corporeum. Dicit quoq; omne cōnexum/& uinctum corporeum uelut id quod tactu, & uiſu cernitur, et hoc quia conſtat igne terra, atq; intermedijs elementis etiam uinctum uinculo ꝓportionis fatetur. Hoc enī ipſe appellat optimum uinculum/ compoſitionis corporum. Sed quomodo omne ſolubile uinctum dicit? Niſi quia diſſolutio compoſitorum/ ſit ſimplicium ſecretio quæ ſolo in opifice prius eſt, quia continet ſimplicium elementorum, quocirca inquit hæc à ſolo opifice poſſe diſſolui. Si enim elemēta cœleſtiū in intellectualibus ſunt, & in unum colligūtur/ ob copulationem intellectualem, & ſeparantur ob puritatem intellectualē, aliter uero nequaquā ſeparata ſunt, merito in ipſo eſt ratio & poteſtas diſſolutionis/& ſeparationis prius, nō tamē bene diſſoluuntur/quæ ſunt recte connexa. Nam recte cohærent ſm harmoniam exemplaris mūdi/quę eſt in opifice. Vos igitur inquit ſiquidem geniti eſtis, ideſt quia corpoream proprietatem contraxiſtis/quæ eſt compoſita, & non per ſe ſubſiſtens, neq; reuera permanens in eo quod uere eſt, ſed eſt dum fit, non omnino eſtis immortales. Non enim ſimul uniuerſam habebitis immortalitatem. Hoc ſignificat illud non eſtis, ſed factam/& aduenientem habebitis ipſam, tam non diſſoluemini, & ſi cōpoſitam habeatis naturam, quia ſubſiſtitis ſecundum copulationem intellectualis unionis/ꝓrimę bonitatis. Non enim aliter ſe habent ſecundum naturam, recipientes cōnexionem aduenientem. Sed prima compoſitio, et ſi ſimplicium ſic cōgreſſus, tamen prodit ab intellectuali intelligentia proxime, neque mortis factum ſubeunt, cum obtineant immortalitatem, in infinitum factam. Eſt ſic Plato ex diſcrimine ſubſtantiarum/ꝓximam cauſam cœleſtium indicauit, & cœleſtium proprietatem. Sed Ariſto. magis naturaliter, cum à motu auſpicaretur, primum demōſtrauit neceſſe eſſe, ut motus ſit æternus, & q̃d mouetur multo magis, ſiquidem collocetur motus in eo quod cietur. Et quod mouetur omnino ab alio agitetur/& quod primum mouens æterno motu/eſt uirtutis infinitę/ atq; impertibile, & quod primo ab hoc mouetur æterno/& uno/atq; continuo motu corpus orbiculare eſt. Hoc autē & propter ſeipſum æterno moueri motu ait uno, & cōtinuo ſolum, et orbiculationem ſemper eſſe/in fine/& principio, omnis enim pars orbiculationis eſſe finis præcedentis orbiculationis, & initium futurę. Sed ubi omne quod accipitur eſt finis/ & initium, neceſſe eſt/ ut tale ſit indeficiens ſuapte natura, ut etiam quod ꝓxime mouetur ab eo quod ſemper ſecundum eadem/& eodem modo ſe habet, neceſſe eſt, ut ſit ſuapte natura æternum ſecundum Platonem. Sed cum id quod cietur ſemper finitum ſit, & non ſeipſo mobile, ſed ab alio trahit motum, etiam apud Platonē habet ut ſit, & ob id quod ab altero mouetur, nō poteſt ſimul totam, neq; mouendi, neq; ut moueatur uim ſuſcipere. Motus enim eſt dum fit, ut etiam dices, & non eſt ſimul tota, ſi ergo & æterno/& infinito cietur motu, & non ſimul toto, patet quod factum erit æternum, & infinitum/& ſemper motum ob ſuam naturam, atq; ob actum mouentis immobilem, ſed non ſimul ſemper habet, quia ab alio cietur/ & finitum eſt/& hoc eſt in infinitum moueri ſemper in fine motus accepti, ſed ſemper alter alteri ſuccedit. Vt ergo Plato ortum eius, quod producitur in infinitum ſolubilem/& non omnino īmortalē dixit/& econtra immortalem, neq; ſubiētem obitus/ atq; occaſus fatum ſic Ariſtoteles motum in infinitum uirtute finitum/ & æternum aſſeruit. cum terminus inſit cœleſti corpori ſuapte natura/quæ eſt corporea finitaq;/& ab alio depēdens, ſed infiniti ob ſuam naturam/quę proficiſcitur proxime ab eo quod eſt immobile, & ſemper ſecundum eadem ſe habēte/& orbicularis eſt, cum propter immutabilitatem producentis ipſum, tum etiam mouentis, quare ſecūdum ambos Philoſophos cœlum/& ob ſuā naturam, & ob prudentem cauſam æternum/ & ſemper mobile eſt. Quæret autem quicūq; opinor, nō fruſtra rationes/& uerba Ariſto. audit de primo mouente, utrum repente ſine tēpore, aut quoddam temporis curriculo cieat. Si enim tempore mouet, primum quomō Ariſto. differens de infinita ui, inquit tempus contingit eſſe nullum quo mouet. Deinde ſi immobile eſt/atq; omnis mutationis expers primum mouēs non ſecūdum ſubſtantiam ſolum, ſed etiam ſecundum potentiam & actum, quomodo tēpus, cum ſit menſura motus metiet actiones immobiles primi mouentis. Quod ſi non mouet in tempore, & quomodo id quod mouet ab ipſo in tempore mouetur. Sed ad hęc dicendum eſt/quęcunq; mouentium mota mouēt, ut ea quæ mouent per corpus impellendo, trahendo, & projciendo hæc in tempore mouent, non quia mouent ſimpliciter, ſed quia mouentur. Motus enim menſura tempus eſt, ſed motus in eo quod mouetur eſt, & non in eo quod mouet. Sed primum mouens, cum ſit immobile/ & ſubſtantia/& actione ꝑinde ac ſupra omnem motum ſit collocatum, etiam actiones habet ſine tempore/quod ſupra tempus exiſtūt. Et motum ꝓducit à ſeipſo/in eo quod mouetur ab eodem. Si enim q̃d cietur non eſt primum eorum/ quæ ſunt/ quia ab aliquo mouet, neceſſe eſt/ut motus proficiſcatur/in ipſo immobili/in eo quod cietur, & tempus in eo quod mouetur tempore/ab eo q̃d mouet ſine tempore. Non enim mouere, ſed moueri à tēpore metitur, propter quod motus eſt in eo quod mouetur. Vt autem motus primi moti/cum ſit infinitus, nō habet ſimul totum infinitū, ſed fit in īfinitū, ſic etiā tēpus quod eſt menſura primi motus infinitū eſt, tāquam in infinitū ꝓcedens. Sed redeundū eſt deinde/unde defluxit continuatio uerborum Ariſtotelis.

Neque igitur in infinito, finitam. attamen con Tex.80.
tingit in minori magnitudine maiorem potentiā eſſe, ſed adhuc in maiori maiorem. Sit igitur id in quo A B, infinitum, pars igitur B C habet potentiam aliquam, quæ in aliquo tempore mouit D, in tempore ſcilicet in quo E F. Si igitur ipſius B C duplum accipiam, in dimidio mouebit tēpore ipſius E F. ſit enim hæc proportio. Quare, in F H mouebit. ergo ſic accipiēdo ſemper, ipſum A B nunquam tranſibo. tempore autem dato, ſemp minus accipiam. Infinita ergo, potentia erit. omnem enim finitam potentiam excedit. Omnis autem finitæ potentiæ, neceſſe eſt finitum eſſe & tēpus. ſi enim in quodā, tanta maior in minori quidem, ſed determinato mouebit tempore ſecūdū conuerſionē proportionis. Infinitā autem omnis potentia eſt, vt & multitudo & magnitudo quæ excedit omnem finitam.

Cum ſuperioribus oſtenderit/ quod nulla magnitudo fini- Cō.102.
ta habet uim infinitam, ut per hoc oſtendatur quod primū mouens eſt potentiæ infinitæ, cum non ſit magnitudo finita. Q̃d ſi infinita magnitudo/neq; omnino eſt in his quę ſunt, patet q̃d plane oſtenſum eſt/ primum mouens eſſe impertibile, & ſine magnitudine, ob id ergo neceſſario, ut dixi, demōſtrauit/quod nulla magnitudo finita uim poſſidet infinitam. Nunc uero ſibi ſumit oſtendēdum/quod neq; aliqua magnitudo infinita finitam habet uim, quod quidem non eſt neceſſarium ad ꝓpoſita. Neq; enim eſt actu magnitudo infinita, ſed tanquam ęqui-

ualens,& cognatum prius oſtenſo,& per ſe dignum contēplatione,proponit etiam hoc oſtendendum eſſe.Et oſtendit idem breuibus ſic demonſtrationē inſinuans. Cum enim uiſus eſſet inſtare contra ſuum problema dicens,in magnitudine infinita, non eſſe uim finitam,his uerbis. { Attamen contingit in minori magnitudine maiorem potentiam eſſe, } ut uidemus in floribus belluis,ſeminibus,animalibus, plantis. Nam ab acino tātus ficus fit,& tantis mod a ſunt partus ij, qui fiūt ab his animalibus,quæ ingentia pariunt.Si ergo hoc uerum eſt, quid uetat, & conuerſum huius,aut æquiualens uerum eſſe,hoc ſcilicet in omni maximo corpore infinito finitam eſſe uim.Quod autem uelut inſtantiam ipſam adducit,illud indicio eſt aduerbium inſtandi præpoſitum καί τοι,atqui attamen. Sed Alexander inquit utilius erat ipſi,ut ad propoſitum dicat. Attamē contingit in maiori magnitudine minorē uim eſſe.Hoc enim magis oſtēdit,poſſe etiam in magnitudine infinita,finitam uim eſſe. Si autem dixit.Attamē contingit in minori magnitudine, maiorem potentiam eſſe,ob id etiam illud ſimul accipere indicauit. Sic Alexander,niſi forte & ad dicentem,quod in infinito finita uis non eſt.Sic tamen inſtans,ſed adhuc in maiori contigit minorem eſſe ſine confabulatione dicit idem.Sed dicens. Attamen contingit in minori maiorē eſſe. Forte autem & euidentius eſt hoc in minori magnitudine/maiorem uim eſſe,ut in dictis.Etenim inſtat ac diſſuadet,quia ſi tantam uim habet tāta ſagittæ molea ad interficiendum,tamen ut quædam maior magnitudo minorem uim habeat,non ita perſpicuum eſt,igitur à notiori minus notum comprobat/& cogit. Sed huiuſmodi eſt inſtātia.Soluit autem ipſam dicēdo,ſed adhuc magis in maiori maiorem.Nam & ſi in minori magnitudine maior ſit potentia,tamen in maiori minoris ſecundum eādem ſpeciem adhuc maior erit uis. Si ergo magnitudo in infinitum extēderetur,etiam uis in infinitum extēdetur,ſiue minor erat ex principio magnitudo proportione ſecundum potentiam,ſiue maior.Nam proceſſus magnitudinis in infinitum, etiam uim uſq; ad infinitum ſimul trahit.Non enim adoleſcit magnitudo ſine potentia. Sic ergo ut ſoluat inſtantiam,cum oſtēdiſſet quia neq; infinita magnitudo finitam habebit uim,idem etiam per expoſitionē oſtēdit,ut conſueuit more geometrę naturam explicare. Nam accipiens aliquā magnitudinem infinitam a/b/finitam habēs uim ſecundum hypotheſim,& auferens ab ea b/c/patet quod & ipſa finitam habet uim, ſiquidem & infinita a/b/finitam habet, dicit quod b/c/finita magnitudo finitæ potentię moueat d/finitum in tempore e/z/definito uidelicet.Nam oſtenſum eſt nullam magnitudinem finitam mouere aliquid finitum tempore infinito, ſi ergo auferamus ab infinito a/b/duplum ipſius b/c/ ipſum a/c/dupla magnitudo duplam habens potentiam in dimidio tempore d/mouebit quam ſit tempus in quo mouebat dimidium ipſius b/c/ſi autem rurſus ab ipſa a/b/magnitudine infinita aliquod duplum magnitudinis c/a/abſtulerimus duplicem habens potentiam mouentia,in ipſo a/c/ipſum d/in tēpore z/th/rurſus ſumpta ipſum d/in dimidio ipſius z/th/temporis mouebit.Hoc proinde nobis facientibus, nūquam deficiet neq; a/b/ſuppeditās nobis infinita multitudine dum magnitudines abſtrahuntur,& auferuntur,cum ſemper potentia duplicata ſint eorum collatione quæ prius ablatę fuerāt ab ipſo,neque tempus acceptum quo habentur dimidia deficiet. Si ergo neq; potentia deficit,infinita erit,& ipſa pariter,ut magnitudo. Nam infinita uis eſt,quæ excedit omnem finitam potentiam. Nam generaliter hoc eſt infinitum,cuius ſi quicquam accipiatur eo ſemper aliquid extra ſupereſt,atq; excedit id quod acceptum eſt,quod quidem etiam uidetur in ipſa ui, magnitudinis infinitæ.Cæterum cum oſtendiſſet ab auctione in infinitū ablatę magnitudinis ab infinito.quod uis magnitudinis ſinitę eſt infinita,tanquam excellens omnem finitam uim, idem oſtendit à diminutione temporis in infinitum,quam & ob id aſſumpſit dicens.Sed tempore dato ſemper minus ſumam,ut autem indeterminata, & infinita magnitudo eſt, in qua fieri poteſt, ut ſemper aliquo addito, & definito ſemper maius eſt accipere, ſic etiam tempus indeterminatum eſt,& in infinitum diminutum, i quo fieri poteſt,ut aliquo addito ſemper ſit minus accipere.Si ergo oſtenſum eſt,quod finita uis mouet tempore finito,& quod eſt finitum,eſt determinatum,& in infinita magnitudine eſt finita uis,et quātalibet ſit,ſed ſolum finita tēpore determinato mouebit.Si enim tanta in aliquo determinato tēpore mouet,& ſi quomodocunq; maior hac ſumpta ſit aliqua uis in minori quidem, ſed in tempore finito, etiam ipſa mouebit,& indicans rationem diminutionis temporis ſecundum cōuerſionem proportionis. Quanto enim maior eſt uis, ut tanto minus tempus,in quo maior uis mouet, eſt tēpore in quo mouet minor uis. Conuerſionem igitur proportionis dixit, quod uelut maior uis ad minorem ſic minus tempus ad maius. Si ergo quanto magis deficit tempus,tanto etiam uis ſemper excedit,ſed tempus in quo uis infinitæ magnitudinis mouet, deficit & minor eſt omni definito tempore, & uis quæ hoc tempore mouet excedit omnem definitam uim.ſed excedens uis omnē uim finitam eſt infinita,ut etiā multitudo, & magnitudo excedens omnem finitam eſt infinita,igitur uis in magnitudine infinita eſt infinita,& non finita.Si ergo & ab infinita magnitudine concluſit,quod uis in ipſa infinita eſt,& ex diminutione tēporis in quo mouet in infinitum,& hę cōcluſiones poſſunt eſſe unius,& duarum demonſtrationum,& magis duarum,ſiquidem utraq; ſeorſum propria cōcluſit,alia à magnitudine,quādo dixit.Igitur infinita uis erit.Excedit enim oēm finitam uim, & alia à tempore, quando inquit. Sed omnis infinita potentia, excedit omnem finitam,ut etiā multitudo, & magnitudo. Sed cum dicat exponendo, ſi proinde accepero duplam b/c/in dimidio tempore mouebit ipſius e/ z/ſubiūxit ,Sit enim proportio hæc,ut duplę ſublatæ magnitudines,& uim duplā habeāt, adeo ut ſint in eadem proportione magnitudines,& uires.Hoc enim ſtatuto,ſi dimidium magnitudinis,in e/z/tempore d/mouit,duplam magnitudinem in dimidio temporis e/z/ mouebit d/quod dixit th/z/& ſi non duplam proportionem habuerint ea quę ab infinito auferūtur,ut dupla magnitudo illico,& uim duplam habeat, nihil demonſtratio tamē impedietur. Si enim non ſic ſe habuerint,non ad magnitudinem reſpicientes ſecundum hoc auferemus duplum uerū ad uim, quæ erat in prima magnitudine ſublata.quare auferri ab infinita magnitudine duplam habebit uim magnitudinis b/c/quanta erat magnitudo ablata,& quam proportionem habet magnitudo ad b/c. Sic enim ablatione facta,aliud in dimidio ſemper tempore mouebitur à poſteriore ſublato,aut moueretur ab eodē ante ipſam, quia dupla uis demitur. Quia enim maior uis, idem in minori tempore mouet ſecundum conuerſionem ꝓportionis,ut dixit oſtenſum eſt,confeſſum eſt.

Eſt autem,& ſic demonſtrare hoc.accipiemus Tex. 81.
enim quandam potentiam,eandē genere ei quæ eſt in infinita magnitudine,in magnitudine finita exiſtentem,quæ mēſurabit eam quæ in infinita eſt,finitam potentiam. Quod igitur non infinitam contingit eſſe potentiam in finita magnitudine,neq; finitam in infinita,ex his palam eſt.

Aliam eiuſdem demonſtrationem affert, quod non ſit uir- Cō. 103.
tus finita,in magnitudine infinita.Sed quædam plane dicit,quędam uero reliquit nobis ſupplēda,ſumemus inquit nobis, quādam uim eiuſdem generis ideſt ſimilem ſpecie finitæ potentię, quę ſit in magnitudine infinita,& in quodam corpore finito ſit pondus in infinita,& finita idem,ſimiliter et leuitas.Sed accipit uim ſimilem ſpecie uolens menſurari uim,in magnitudine infinita à ui,in magnitudine finita. Nam diſſimiles ſpecie non mutuo ſe menſurant, igitur ſi fuerint ſimiles ſpecie in magnitudine finita,uis finita,menſurabit finitam in ipſa infinita magnitudine,ſic tamē,ut adæquet, ſed aliquid ſuper ſit ſm ultimam acceſſionem.Si autem hoc, aut etiā magnitudo infinita dimetietur à magnitudine, in qua erat uis menſurās uim,in magni-

tudine infinita. & ſic non amplius erit infinita magnitudo, ſiquidem metitur, uel non dimetietur totum ui mēſurata in eadem, & ſi quod relinquitur ex infinita magnitudinem non habebit uim, ut finita uis, non ſit in infinita magnitudine collocata, ſed in ipſa finita menſurata ſimul, cum ipſa ui. Sed notius inquit Alexander eſt, ſi quis ab infinita magnitudine auferat aliquid, hac ratione & ui in ipſa menſuraret uim, & potentiam quę eſt in infinita, & eandem infinitam magnitudinem. Sic enim non amplius addere nobis opus erit, quod conſimilem genere uim ſumere oportet. Nam illa ex ablata in magnitudine infinita ſimilis ſpecie eſt, cum tota. Niſi forte Ariſto. demonſtrationem ante hanc faciens ſecundum ablationem ab infinito hanc produxerit ſecundum alium modum. Sed concluſit una deinceps, quę ſunt ꝓxime oſtenſa, quod neq; poteſt infinita uis, in magnitudine finita eſſe, neq; finita in infinita collocari.

Tex. 32. De iȷs autem quæ fer untur, bene ſe habet dubitare quandam dubitationem primum. Si enim omne quod mouetur, mouetur ab aliquo, quæcunque non ipſa ſeipſa mouent, quomodo mouent aliqua continue, non tangente eo quod mouit, ut proiecta? Si aūt ſimul mouet & aliud quid, is qui mouit, vt aerem qui cum mouetur mouet, ſimiliter impoſſibile eſt primo non tangente, neque mouente moueri, ſed ſimul omnia & moueri, & quieſcere, cum id quod primum mouet ceſſauerit. & ſi facit quemadmodum lapis, veluti ſi mouet id quod mouit. Neceſſe autē eſt hoc quidem dicere, quod primum mouens facit vt poſſit mouere, aut aer hic, aut aqua, aut aliud ꝗd huiuſmodi quod aptum natura eſt mouere & moueri, ſed nō ſimul ceſſat mouere & moueri, ſed moueri ꝗdē ſimul cū mouens ceſſauerit mouere, mouens autem adhuc eſt. quapropter mouetur quid aliȷ contiguum. & in hoc, eadē ratio eſt. Ceſſat autem, cum in ipſo contiguo minor fuerit virtus quam vt moueat, tādem aūt ceſſat, cum nō amplius fecerit prius mouens, ſed motū patiēs ſolum. hæc aūt neceſſe eſt ſimul ceſſare, hoc quidē mouere, hoc aūt moueri, & totam motionem.

Cō. 104. Cum proxime oſtendiſſet, id quod propoſuit de primo mouente motu æterno, quod nō ſolum immobile & æternum ſit, ſed etiam impartibile, & magnitudinis expers, quia oportebat, ſi haberet magnitudinem / aut infinitum eſſe / aut finitum. Si ergo prorſus ſublata eſt magnitudo infinita actu, ut non ſit. & non poteſt eſſe magnitudo finita, quia æterno motu mouēs habet uim infinitam, ſed infinita uis non poteſt eſſe, in magnitudine finita. Verum omnis ſermo de primo mouente pendet ex hoc effato dicente, quod omne quod cietur ab aliquo mouetur. Si enim hoc non ſumptum fuerit, neque neceſſe eſt, ut quod motu æterno mouetur ab aliquo moueaẗ. Neq; ea quæ de primo mouente oſtenſa ſunt deinceps locum habebunt. Si enim ſunt quædam mota à nullo mouente, non neceſſe eſt, ut quod æterno motu mouetur ab aliquo moueatur. Vult autē antequam ex oſtenſis conuenientem concluſionē inducat quādam inſtantiam proponere adductam contra effatum dicens omne quod mouetur / ab aliquo mouen, & ſolutionem non ꝓbe adductam exponere, & tandē inferre illam quæ conueniat. Et inſtantia eſt huiuſmodi, ſi omne quod mouet, ab aliquo mouetur / quomodo aliqua quæ in ſeipſis, non habent motiuum, ſed extrinſecus mota manent continue mota / etiam quod mouebat ſi ceſſarit mouere, ut proiecta. Nam cum proiciens aliqua ceſſet mouere, tamen diu durant illa continue mota. Nam uidebuntur talia à nullo moueri tum, & ſic tolli hoc effatū, omne quod moueẗ, ab aliquo moueri. Equidem dixit, quod ſi nō tetigerit quod mouet, adeo ut non tangat amplius, neq; permaneat tangendo per omne tempus motus, non erit motus. Deinde meminit ſolutionis, qua nōnulli periclitantur ſoluere hanc dubitationem. Dicunt enim proiciente ſimul, cum proiecto etiam quippiam aliud mouere, ut aerē qui motus, atq; impulſus à proiciente mouet. Dicit ergo quod æque, ut primum fieri non poteſt. Solum enim quia ratio mutauit, atque aſſumpſit aerem pro proiciente. Si enim neq; iſte, ex ſeipſo mouetur, q̃a hoc eſt proprium aīatorum, ſed à proiciente, oportebat illico cum proiciens ceſſet ab ipſo mouere, etiam aerem ceſſare à moueri, & ſimul omnia quæ cientur iam mota fuiſſe, & quieuiſſe, ſi quidem motum, & mouens mutuo dicuntur, moueri inquam donec moueat proiciens, & quieſcere, ac ceſſare quādo quieuerit / ac ceſſant mouens. Si enim manet aer motus, accidet non attiguo exiſtente eo quod mouet, neq; mouente aliquo fieri motum, quare mouebitur quidem aer, ſed à nullo, & ſic iterum nō omne quod mouetur, ab aliquo ciebitur. Sed uaria ſcriptura ferẗ, quia alia ſic partim iacet, ſimul omne mouetur, & quieſcit / & partim ſic, ſed ſimul omne motum eſt / & quieuit, & forte hęc melior eſt. Nam motum fuiſſe idem eſt, ut quieuiſſe. Cum uero dixerit neceſſe eſſe, ut oīa ſimul moueanẗ, & quieſcāt, quando primum mouens quieſceret, ſubiunxit. { Et ſi facit quēadmodū lapis, uelut ſi mouet id ꝙd mouit. } Nam & ſi per aliqua intermedia mouet, non tangendo id qđ mouetur, ut magnes lapis ferrū trahit, & non tangit illud, quādo ipſa traheret proximum, hoc traheret aliud poſt ſeipſum. Tum enim facit lapis ferrum, quod ipſa mouit / quod eſt deinceps mouere, quia non ſolum proximum mouet, ſed etiam eidem uim motricem largitur: quocirca non ſolum illud mouetur, ſed etiam mouet. Et ſi igitur inquit aliquid mouet, ut lapis, neceſſe eſt etiam ſimul moueri, quando primum mouens moueret, & ceſſare à motu, quando primo mouens ceſſaret, adeo ut nō moueret. Et cum ſumpſiſſet initium / à lapide eadem uia ſoluit dubitationem. Vt enim i lapide / neq; cauſa eſt aer / neq; quieſcente mouente, manet id quod mouetur, ſed uis motrix immiſſa ei quod proxime mouet, id quod mouetur donec ipſa agit, ſic inquit neceſſe eſt, de aliȷs ſentire, ac dicere quod primo mouens proxime ab eodem motum facit mouere / aut aerē aut aquam. Hæc enim ſunt maxime quibus mouentur mota quæ poſſunt, & hęc mouere. ſed adiecit uel aliquid aliud forte ob lapidem, & ferrum / uel electrum / & paleam. Item os piſcis, qui miluus dicitur trahere aurum fertur. Et forte quia / & hoc ꝓxime attracto uim infert / & dat. Siue ergo ſecundum pulſionē moueat mota, ut ea quæ iter habēt per aerem / aut aquam, ſiue ſecundum attractionem, ut dicta primum mouens, ut proiciens non ſolum ſagittam mouet, ſed etiam aerem / uel aquam, per quam proiectio fit, & nō ſolum hæc mouet, ſed etiam uim ipſis ingerit mouendi, ut non ſolum moueantur, ſed etiam moueant: cum habeant naturam, ut moueantur / & moueant ſimul. Hoc igitur inquit neceſſe eſt nobis dicere. Cætera enim uerba quæ ſequuntur ſic. { Neceſſe autem eſt hoc quidem dicere, } ſic ſe habent / & indicant. Neceſſe igitur ſi ſoluere cupimus / quod uocabatur in dubium ſic dicere, quod non ſimul quieſcunt mouens, & id quod mouetur. Nam motum inquit / & uim mouendi ſuſcipiens, quia naturam talem habet, non ſimul ceſſat ab ipſo moueri / & mouere, ut in lapide Herculeo uidere licet. Nam ubi tactum fuerit ab ipſo ferrū / quod tangit ipſum non amplius mouetur, ſed mouet id quod deinceps eſt, & mouetur illud donec mouet mouens, ſed quieſcente mouente / etiam quieſcit, quod mouetur à motu. Sic etiam in aere cōtingit. Non enim ſequitur proiectum una motus / cum ipſo, ſed mouet poſt ipſum reliquum aeris, & facit ipſum motiuum eſſe. Etenim de hoc eadem ratio eſt, licet non ſimiliter. Semper enim uis à primo mouente tradita minuitur atq; deficit ſucceſſione, & tandem perit / cum ultimum mouens, non

poteſt amplius mouere, quocirca cadit proiectum, cum amiſerit iam uim illius/à quo moueret. Eodem modo quę ab igne caleſiunt, non ſolum ab igne uritur, ſed etiam uim ab ipſa recipiunt caleſaciẽdi, & id tenet quouſq; ſenſim deferueat calor, & abeat tandem atq; intereat, quãdo inquit ille ante ultimum, uis calefacit. Hoc enim prius dixit. Non amplius mouens obtineret facere, id quod eſt poſt ſe, ſed ſolũ mouetur. Nam ſi hoc non amplius mouet, neque deinceps mouebitur. Simul igitur quieſcit mouens, quod erat ante extremum, & quod mouetur ultimum. Nam ceſſante hoc antequã moueat, neceſſe eſt etiã, ut ultimum quieſcat à motu, ſed quieſcẽte moto/etiam motus quieſcit, ſiquidem motus eſt in eo quod mouetur. Et patet qđ ſimul quieſcit in ultimis. Quia dixit prius/quod nõ ſimul quieſcit mouens, et id quod mouetur de unoquoque/ante ultimum moto dicit. Quod enim ultimo mouetur/non mouet. Quærit autem Alexander/in his pulchre quomodo nõ, & his dictis maneat adhuc dubitatio. Aer enim uim mouẽdi accipiens ab ipſo proijciente ſagittam, ſiue motus moueat/aut non, ſed non motus non moueret. Quæ enim corporeo modo mouent mota mouent. Quod ſi motus mouet, ceſſat autem à motu ſimul, quia mouens proijciens ceſſat à motione, cum ſint adaliquid mouens/et motum, etiam ſimul quieſceret ab ipſo mouere q̃d conſequitur, ut illico quia ceſſat mouere proijciens, etiam proiectum deferri ceſſabit, q̃d quidem fieri non uidetur. Hęc cum quæſiuiſſet, niſi forte inquit, quia dicit aerem quãdam uim mouendi accipere ab ipſo mouente/à principio illud dicat/quod propriam uim habet à mouente ipſam recipiens. Quod ſi non poteſt mouere non motus, perinde ac principiũ/& inchoationem mouendi ab ipſo proijciente acceperit, ut etiam mouẽdi, tamen obtinuiſſe ab illo uim talem dicitur/tanquã ex ipſo motus poſſit mouere, ut ſit aliquo modo fere ſeipſo mobile, quia talis naturæ eſt, ut uim ſuſcipiat à mouente ob aptitudinem/& facilitatem patiendi. Ab hoc igitur motu proijcientis ceſſat/q̃d ſimul ceſſat, cum proijciente, ſed ab eo ex ſeipſo quo mouetur, quia non aliter muoet/id quod poſt ſeipſum eſt/cuius uim ꝓpriam retinuit accipiens ipſam ab ipſo quod principio mouit, & proiecit, non ſtatim ceſſat. Quocirca non ſimul proiectum quieſcit à motu una/cum proijciente, quia ea per quæ proijciũtur ꝓiecta ſunt naturę illius/q̃ ea ſeipſis poſſint moueri/& mouere accipientia principium/& inchoationem ab ipſo proijciẽte unũquodq; interim ſuamet potẽtia mouens/id q̃d eſt poſt ſe mouendi cauſam præbens/ut proiectum moueatur/quatenus fertur. Vt enim quod mutatur ex aqua ſic forte/& ignis fieret, calefaceret. Equidẽ calefacit etiam, aqua calefacta, & eſt ambobus cauſa calefaciendi/quod mutatur in calidum, ſed ignis & ſi cauſam recipiat ab eo quod efficit ipſum, tamen cum fuerit ignis/qua ignis calefacit. Sed aqua non amplius donec fuerit aqua calefacit, ſed quouſq; feruet, quia ignis eſt ſuapte natura talis. ſed aqua nequaquã, ſed afficiẽ. Sic ergo fit in alijs/quæ moueatur ab alio/ubi non fuerit præſens/id quod mouet ipſa, ut ſunt quæ mouentur ſecundum naturam, & proijcientia. Nã amborum motus cauſa eſt/id quod efficit hæc talia, ſed mota ſecundum naturam, quia talia ſunt, ſic ſe habebunt donec fuerint, ſimiliter mobilia ſecundum ſuum motum. Sed aer in proiectis, quia manens in propria natura afficitur ui/ab ipſo proijciente, ob id ad hoc eſt, idoneus donec igitur affectionẽ ſeruat/qua cietur eodem motu mouebitur non ſemper, quippe illi nõ ſit talis motus naturalis. Plane inquit ipſum dicere tertio libro de coelo. Inquit enim intermedia corpora ad utrãque motionẽ uergere/atque tendere uidelicet aerem/& aquam. Aer inquam particeps ponderis/atque leuitatis eſt, quocirca initium ac momentũ internum/& originem ferendi ſumit ab ipſo ꝓijciente, ad idem latus. Et donec ſeruauerit inchoationẽ/& momentum mouendi/quod obtinuit ab eo quod uim ciendi dederat, mouebit/& feret id quod proijcitur, uelut ſi traditũ eſſet ipſi. Hæc omnia ad unguem Alexandri conſcripſi, cum bona eſſet reuera dubitatio, & nouus ſolutiõis modus/cuius corpus paucis illis uerbis tradidit, peride ac ſumpſerit initium/& quaſi quandam inchoationem mouendi, ab ipſo mouẽte, ut etiam quo moueat, accepit, tamen obtinuit ab eo potentiam, adeo ut poſſit ex eo motum mouere, quaſi quoddã euaſerit ſeipſo mobile. Et forte quis ex proxime dictis ab Ariſtotele ambigeret, quomodo dixit, ſed non ſimul ceſſat mouens/& quod mouetur, ſed quod mouetur, quando mouens quieſceret mouendo, ſed mouens adhuc eſt. Si enim ex ſeipſo motum mouet, et non poteſt idem corporeu modo mouere/niſi moueatur, quomodo quieſcens à motu, adhuc mouens eſt. Sed hoc quidem forte ex dictis Alexãdri, ſolui poſſunt. Aer enim inquit mouetur, cum ab ipſo proijciente, tum etiam à ſe ipſo, & à ꝓijciente motus illico quieſcit, quando quieſceret mouens, ſed ſecundũ ſuũ motum/non illico quieſcit, poſtquã ceſſarit proijciens. Verum ex dictis prius ab Ariſtotele/de eo q̃ ſeipſo mobile eſt, aliquis ambigeret. Si.n. aerẽ à ſeipſo moueri ponimus, ut prius oſtendimus, neque totum à parte, neq; pars à toto mouetur, neceſſe etiã eſt, & in aere ſiquidem ſeipſo mobilis eſt partem aliquã mouere, & aliquam moueri, ut in animalibus mouet anima, & corpus mouetur. Quid ergo in aere erit motum, & quid mouens? Quod ſi quis diceret naturam mouere/& corpus moueri, eũ oportet memoriter tenere/quæ Ariſtoteles diſſeruit hoc libro de quatuor elementis: quæ ita appellantur, quoniam plane aſſerunt horum nullum à ſeipſo agitari, ſed habere principiũ motus, ſed non mouendi/aut agendi, imo patiendi ſolum. Niſi ergo pulchre Alexander dixerit, qui non ſimpliciter ſeipſo mobilem aerẽ, ſed aliquo modo à primo mouente fatetur, perinde ac motus aeri immiſſus ſit à mouente/cum actu ſit, et poſtquã ceſſarit mouens remaneat, ſed non uelut quoddam aliud mouens obtinentis aeris/uel aquæ, & aliud motum, uelut ea quæ proprie ſunt ſeipſis mobilia. In his enim mouens, ut anima quę eſt immobilis per ſe mouet, & ſi per accidens moueatur. Sed aer proxime motus ab ipſo proijciente/totus mouetur, & quia mouetur mouet/id quod deinceps, & conſequenter eſt quadã pulſione utendo, qua primum mouens in ipſo utebatur, ſed nõ aliquo immobili mouet, ut anima ꝓijcientis mouit corpus, ſed uelut corpus proijcientis ſuomet motu mouit aerem, & ſic aer manente in ipſo motu aerem poſt ſe impellit, & hic impulſus aliam conſequenter/donec ſucceſſio aucta/ſenſim decidat/& ſic motus deficiat. Quod uero motus aliquod tempus, duret, etiam quieſcente mouente, quando uis motrix fuerit ualida/& quod mouetur idoneum, indicant trochi, ſphæra q̃ adhuc multum circũductę durant poſt primam mouentis reuolutionem. Item ęrea percuſſa diu reſonant, quia manent mota/& aerem mouent. Nam hæc cum initium motus accipiant à mouẽte, ob naturalem habilitatem/ad mouendum/manent adhuc mota, recedente mouente. Et hoc eſt quod Alexander aſſeruit/dicta quodammodo ſeipſo mobilem fieri aerem, ut in eo quod mouetur dum durat motus/& dum mouet illud quod deinceps ſibi eſt proximum. Sed quonam modo Ariſtoteles dixit, q̃d non ſimul quieſcit mouens/& id quod mouetur, ſed motum ſimul quando mouens quieſceret, & mouens adhuc eſt/uel quia mouens/& q̃d mouetur uelut ad aliquid dicta ſimul ſunt, ſed quãdo receſſerit mouens ab ea habitudine quæ eſt ad illud ceſſabit, mouet tamen quia & ipſum mouetur, non adhuc mouẽte illo/quod mouit, ſed quia permanet motus immiſſus ab illo, quocirca etiam non immobile eſt/illud quod mouet, ſed motum, non tamen ut illa mouẽte adhuc/neq; uelut ſeipſo mobile ſimpliciter ab ipſo ſit, ſed quia manet in ipſo motus immiſſus/& mouet reliquum aeris ſibi uicinum, ſed quieſcente moto poſt mouens. Quomodo igitur adhuc motũ ab aliquo mouetur, ſi mouens quieſcit/& motum permanet? Niſi quia à mouẽte motus immiſſus eſt ei quod cietur/et ſi quieſcat mouens dicitur moueri motum ab illo/quod dedit illi motum permanentem. Non enim indicat ſermo oportere mouens omnino adeſſe, ſed hoc opus eſſe, ut ſit motus in moto/qui ab illo erat immiſſus. Sed ſi proijcientem ſagittam dicimus aeri motum permanentem ingerere/atque tradere, cur non ſagittæ hunc motum dare illũ diximus, & ſi nõ opus erit aere/ſi cogimur dicere ipſum nõ

ſolum

ſolum moueri, ſed etiam mouere? Niſi quia media elementa aer/ & aqua, ut ipſe Ariſtoteles dixit idonea ſint ad motum ſurſum/& deorſum & ob id etiam ad obliqua loca/& latera, igitur longiorem motum ſuſcipientia conferre ipſa/ad manſionem motus ad obliqua, aut ſurſum eorum quæ ſunt terreſtria, & non apta ſic moueri dicimus/ cum omnino & illis ingeratur quædam manſio motus/ à quantũcunq; mouente. Hæc igitur dicta ſunt à me, cum decreuerim tueri illas duas orationes,aliam dicentem omne quod mouetur ab aliquo moueri/& illam dicentem quod mouet corporeo motu mouere, quia mouetur: etiam dictum Ariſtotelis,quod non ſimul quieſcit mouens/& quod mouetur, quadrare dictis uolui. Et ſuppetias Alexandri ad hæc/ cum dixerit proximum aerem ſeipſo mobilem fieri/ ab ipſo proijciente, & ab illa aeris parte ſequentem/& uicinam,ſic cenſui ſuſcipiendas, atque admittendas eſſe,perinde ac mouens iniecerit motũ permanentẽ,ſed nõ fecerit ipſum mouẽs & motum,ut aĩalia quę habent aliud mouens & aliud motum,& mouens immobile.Quia hæc mouentur/cætera deinceps impellunt. At ſi quis poteſt magis/& uerius fidem facere de his quę diximus, is non inimicus,ſed amicus habeatur/teneatur/& obſeruetur.

Hic igitur in ijs quæ poſſunt aliquando quidẽ moueri,aliquando quidem quieſcere, fit motus, & non continuus, ſed videtur.aut enim exiſtentium conſequenter eſt, aut ſe tangentium. non enim vnum mouens eſt, ſed cõtigua adinuicem ſunt.Quapropter & in aere,& in aqua fit, huiuſmodi motus,quem dicunt quidam antiperiſtaſin eſſe. Impoſſibile autẽ eſt aliter dubitata ſoluere, niſi dicto modo.Antiperiſtaſis autem, ſimul omnia moueri facit et mouere.quare & ceſſant.Nũc autem videtur vnum aliquid,continue moueri a quouis.non enim,ab eodem.

105. Cum diſſoluiſſet inſtantiam,cõtra rationem dicẽtem,quod omne quod mouetur/ ab aliquo mouetur, quæ ſane inſtantia erat à proiectis ducta, quandoquidem ceſſante proijciente, ipſa manent mota. Cum ergo ſoluerit ex his,quia primum mouens poteſt facere,ut quod mouetur etiam moueat/et illud q̄d eſt poſt ſe uicinum/& ſic conſequenter. Nam de omnibus eadem eſt ratio,nunc ſubiungit quod talis ſucceſſio motus/non eſt in ſempiternis,ſed conuenit his quæ aliquando poſſunt moueri,& aliquãdo quieſcere. Et inducit paulopoſt,cur in aere & in aqua fit talis motus,& oſtendit quod non eſt hic continuus, etiam ex hoc/ quia ineſt aliquando motus, & aliquando quieſcentibus. Talis enim motus quietibus ſcinditur/ & remoratur,& ex hoc quia mouens protectum,non eſt unum/ſed plura,uel deinceps/& conſequenter ſe habentia,uel attigua. Sunt autem conſequẽter ea/inter quæ nullum intermedium eiuſdẽ generis incidit. Et attigua ſunt inter quæ nullum medium penitus cadit,ſed ſunt copulata mutuo. Si ergo continuus motus eſt/qui ab uno mouente fit,& hęc non ſunt unum,non eſt cõtinua proiectio, ſed ſolum apparet continua. Sed cum dixerit, quod non eſt continuus motus,ſed ex ſucceſſione ſit, ſubiunxit.
» { Quapropter & in aere, & in aqua fit huiuſmodi motus
» ſecundum proiectionẽ, } quia hęc ſunt apta moueri ab aliquo cum & ipſa ſint motiua eorum quę conſequenter ſunt/& contigua ipſis ſimiliter. Sed talem motum inquit/ quidam appellant antiperiſtaſin. Equidem antiperiſtaſis eſt/ quãdo aliquod corpus/dum expellitur à corpore fit uiciſſitudinaria locorum mutatio,& quod expulit/locum occupat expulſi,ſed quod expulſum eſt/proximum expelleret, & illud proximum/& attiguum, quando plura fuerint, donec ultimum cœperit locum primi expellentis. Et ſi fiat/ inquit/ antiperiſtaſis in ipſo proiecto, tamen non eſt hæc cauſa motus proiecti. Nam antiperiſtaſis ſimul omnia moueri/ & mouere facit, ideſt expelli/atque expellere. Sed ſi omnia ſimul mouentur, ſimul etiam quieſcunt, neque enim primum impellens accipit/ atque occupat locum primi expulſi,niſi illum eius/quod eſt conſequenter/& illud alium attigui, & ultimum primi imitati ocuparit locum, ſed cum motus ſit omnium ſimul, & loca mutuarint ſibi mutuo. Vnde unum locum alterius occupare mutuo/ quod quidem eſt antiperiſtaſis nihil cõfert ad motum proiecti,niſi quis peteret/quod ipſe dixit, mouentia poſſe facere, ut ea quæ mouentur/ moueant. Sic enim ubi occupauerit locum proiecti, mouebit etiam ipſum proiectum/& efficiet, ut ea quæ deinceps ſunt/& conſequenter moueant, quare non poſſunt aliter diſſolui dubitata de ipſo proiecto,niſi quod mouetur etiam uim accipere mouendi/ ab ipſo mouente ſtatuamus. Etenim cum ſit facta antiperiſtaſis/motus perficitur,non tamen ob antiperiſtaſim/ ideſt mutuam locorum occupationem/ dum unum cedit alteri. Non enim in ambulante fit antiperiſtaſis, neque ambulãdi cauſa eſt antiperiſtaſis, ſic etiam in proiectis/ aliqua alia cauſa eſt motus,& non antiperiſtaſis. Nam ſolum tranſlatio/& locorum uiciſſitudinaria/ & mutua mutatio eſt antiperiſtaſis. Quod uero non ſit motus cauſa ex eo/uel maxĩe oſtendit,quia quę fiunt ſecundum antiperiſtaſim/ & cientur,omnia ſimul mouentur/& quieſcunt à motu,ut paulo prius diximus. Sed proiectum cum ſit unum aliquid/ uidetur continue motum,igitur ab aliquo mouetur. Non enim ab ijs quę patiuntur antiperiſtaſim/& mutuo cedunt loca. Nam hæc ſimul omnia mouentur/& mutuant ſibi loca,& ſi unum quieuerit,etiam omnia à motu deficient. Simul enim ubi proiectum à proijciente uerſus/ ante expulſum fuerit aer qui eſt/ ante illud ſuccedet loco,unde hoc diſcedit/ & mutatur. Huius igitur uiæ/ & lationis, poſt hæc rurſus ipſi aliqua eſt cauſa. Aer enim qui circũſtat ipſi/non maior eſt regione/atque anfractu/& ambitu quẽ occupauit: quare ubi fuerit in anguſtũ redactum, cogitur etiã idem expellere ante. Sed quoniam Alexander,tradit fuiſſe opinionem Platonis/ motum fieri, ſecundum antiperiſtaſim proiectorum: ſciendum eſt,quod etiam ipſe arbitratur fieri antiperiſtaſim in his quę mouentur/atque uult corpora mutuare ſibi uiciſſim loca,quia nullum relinquitur in mundo uacuum/ uerum ipſe non putat cauſam motus eſſe antiperiſtaſim,ſed irregularitatem/et inęqualitatem. Oportebat autem Alexandrum quando Ariſtoteles dixit,omne quod mouetur/ ab aliquo moueri,& totidem demonſtrationes ſuppeditauit orationi/ & inſtantias contra ipſam/ & ſolutiones inſtantiarum propoſuit, tum dicere quod Platonis hæc erat oratio, quæ aſſerit/ quod mouetur omnino/à mouente moueri. Sed forte non erit abſonum pauca Platonis/in medium adducere/quæ idipſum indicant, & quæ ſit motus cauſa, & quomodo fieri uiciſſitudinarias mutationes/& occupationes locorum putet. Dicit enim in Timæo, { motus } nunquam ſolet eſſe in æqualitate/ lenique natura. Quod enim agitandum eſt, ſine agitaturo,aut agitaturum,ſine eo quod agitandum eſt/ difficile eſt eſſe/ immo non poteſt. Motus autem horum omnium non eſt, quare etiam ſecuodum Platonem quod mouetur/ ab aliquo mouetur, & mouens aliquod motum mouet. Hæc autem ioquit æque regularia/& leuia eſſe nequeunt. Sic itaque ſtationem/ quidem in regularitate/& motum in ipſa inæqualitate, & irregularitate ponemus. Sed cauſa irregularitatis naturæ/eſt inæqualitas. Quæ enim ſunt æqualia/ & ſimilia corpora, non mutuo mouerent ſeſe, ſed ut paulopoſt addit. Quare cum parua magnia infinuata ſint,& ipſa quidem parua/ quæ magna ſunt diſcernant, & maiora minora congregent/ & quaſi conglobent, omnia ſurſum/deorſumue in ſua loca ferunt. Quodlibet enim mutata magnitudine/locum mutat. Sic utique & has ob cauſas conſeruata generatio irregularitatis/ aut deformitatis diſſimilitudiniſue, ſemper exhibet horum motum in præſenti, & futuro ſemper. Vnde uiciſſitudinariam locorum occupationem/hoc modo tradit fieri. Rurſus igne hinc decidẽte,quip-

pe cum non fiat in uacuum exitus proximus aer pulſus mobilem/adhuc molem humidam/in ignis locum impellit ipſique ipſam cõmiſcet. Sed hæc in alijs præſertim quærentibus, nobis eſt/diligentius cognoſcere.

Tex. 83. Qnoniam autem in ijs quæ ſunt, neceſſe eſt ſemper motum eſſe continuum. hic autem, vnus eſt. neceſſe autem eſt vnum, & magnitudinis alicuius eſſe (non enim mouetur, quod magnitudine caret) & vnius, & ab vno. non enim eſſet continuus, ſed contiguus alter alteri, & diuiſus. Mouens igitur, ſi vnum eſt, aut ſubiens motum mouet, aut immobile exiſtens. Si igitur motũ ſubiẽs, cõſequi oportebit & mutari ipſum, ſimul autem moueri ab aliquo. Quare ſtabiť, & peruenietur ad id quod eſt moueri ab immobili. hoc enim nõ neceſſe eſt ſimul mutari, ſed ſemper poterit aliquid mouere nam ſine labore eſt, ſic mouere, & regularis hic motus, aut ſolus, aut maxime. non enim habet mutationem vllam, id quod mouet, oportet autem id quod mouetur ab illo, non habere mutationem, vt ſimilis ſit motus.

Cõ. 106. Cum tendat ad imponendum finem problematibus/& quæſitis, repetit dicta/& mentionem breuiter de demonſtrationibus efficit. Quia enim oſtenſum eſt, quod neceſſe eſt/ſemper eſſe motum, & quod neque incepit quaſi prius non fuerit neque ceſſabit adeo, ut deficiat omnino, ſed æque ad tempus ſine initio/ atq; fine eſt, & hic eſt primus/& continuus ſed continuus eſt unus. Quippe qui non unus eſt/neque continuus dici poterit, ſed unus eſt unius magnitudinis motæ. Non enim mouetur per ſe id quod magnitudine caret, item eſt unius mouentis. Quoniam ſi quod mouetur non fuerit unum, nec id q̃d mouet, neque motus erit unus & continuus, ſed unus alteri contiguus/& alter ab altero diuiſus. Cum igitur hoc oſtenſum ſit/quod unum mouens eſt uno/ & æterno motu, & quod eſt unum quod mouetur, plurimum repetit quæ competunt primo mouenti, & ſic ſubnectit quę ſunt eius quod mouetur. Si enim unum mouens/ aut motum mouet, aut immobile mouet, ſed ſi motum mouet, patet q̃d erit neceſſe, ut tale ſit corpus. Oſtendimus enim quod per ſe mouetur/ omne corpus eſt, ſequitur etiam ſimul/ut ab aliquo moueatur, & ſic de mouente rurſus interrogandum eſſet, quia ſi etiam mouetur adhuc ab aliquo mouente mouebiť, quare neceſſe eſt, ut illud mouens uel motum mouere, & ab aliquo motum, uel immobile mouere. ne igitur in infinitum abeamus: perueniemus tandem ad id quod mouetur ab immobili. Si enim non fuerit aliquod principium, neque quæ ſunt poſt ipſum erunt. Sed oſtenſum eſt/ quod omnium quæ mouentur/& mouent, primum eſt id quod ſeipſo mobile, in hoc autem mouens per ſe eſt immobile, ſed per accidens mouetur. Quod autem eſt proprie mouens per accidens/neceſſe eſt ut ſimul mutetur, cum eo quod mouetur, &
» ob id adiecit. { Hoc enim non neceſſe eſt ſimul mutari, } determinans de ipſo mouẽte/in eo quod eſt ſeipſo mobile, quod neceſſe eſt ſimul mutari per accidens, cum eo quod mouetur ab ipſo. Quod enim æterno motu mouet, de quo ſermo eſt, ſine labore debet mouere. Nihil enim labore feſſum diu permanere. Sed quod non premitur aliquo labore/non ſimul mutatur, cum eo quod mouetur, neque omnino mouetur, ſed ſemper eſt in eadem perfectione collocatum. Sed oportet unum, & continuum motum, etiam regularem eſſe. Si enim fuerit irregularis, neque unus, neque continuus erit, ſed regularis motus eſt/is quo immobile mouebit, quia ſemper eodem modo ſe habet/ quod mouetur ab eodem, quando ſecundum nihil mutatim ſit. Illud autẽ, { aut ſolus/aut maxime } poteſt quidem dici ſecundum cautionem philoſophicam. Diceret porro aliquis/ quod de ſolo mouente abſolute hæc dicta ſunt, cum magnam rationem introducat ad regularitatem/ & egeat eius quod mouetur, ut ita dixerim identitate, ut ſit ſolus proprie regularis. Et cum hactenus repetierit ea quę conueniunt mouenti, ſubiungit etiam de ipſo quod mouetur, quod oportet etiam motum eãdem ſemper ſeruare habitudinem ad mouens, ut ſimilis & regularis reuera permaneat motus. Nam ſolus proprie & perfecte regularis iſte eſt/ in quo ſemper mouens/ & quod agitatur immutabiliter/ & eodem modo ſe habent inter ſe. Vnde perſpicuum eſt huiuſmodi eſſe corpus cœleſte, cum ſit orbiculare/& proxime moueatur à cauſa mouente immobili. quare ſimul æternitas cœli oſtenſa eſt, & illa uniuerſi æternitate motus/ & primi mouentis immutabili unitate/ & identitate, quanquam iterum libro de cœlo/æternitatem horũ demonſtraturus ſit.

Neceſſe eſt autem, aut in medio, aut in circulo eſſe. hæc enim, principia ſunt, ſed celerrime mouentur, quę proxima ſunt mouenti. Huiuſmodi autem eſt, ipſius totius motus. illic ergo eſt, ipſum mouens. T. 84.

C. 107. Cum explicarit quale ſit primum mouens/& id quod æterno agitur motu, & quonam pacto mutuo ſe habeãt, quoniam mos eſt quærere ſi ut uidetur ubi mouens cœlum ſit. Et Pythagorei uidebãtur ipſum collocare in medio, probauit admodum hoc addendum eſſe ſermonibus de mouente, & dicit quod neceſſe eſt, ut collocetur in principio eius quod mouetur, quod quidem maxime primum eſt. Duo enim ſunt principia in ſphæra, aliud medium, et aliud anfractus conuexi, neceſſe igitur inquit in aliquo horum collocari mouens, ſed quoniam id quod eſt proximum mouenti/celerius mouetur, & talis eſt motus orbicularis, ideſt motus periphericæ, ibi etiam erit mouens Nam medium cum ſit immobile, nõ uidetur eſſe idoneus, ut locus mouẽtis. Verum Eudemus tradit motorem eſſe in maximo orbe/in quo ſunt uniuerſi cardines. Nam is ociſſime cietur, & mouens inde motus initium facere uidetur, unde uelociſſime/ & facilime mouet. At Alexander dubitat/& quo ad externam orbiculationem/& peripheriam/& quo ad maximum circulum ſeu orbem, quia ſi in hoc mouens cauſa collocetur, quomodo non ciebitur/agitabitur per accidens. Et cum dicat niſi ſit illius motus/qui ſecundum polos/et cardines eſt, iterum dubitat quod etiam hi duo ſunt immobiles, ſed Ariſtoteles/& Eudemus aiunt, quod proximum eſt mouẽti/ociſſime moueri. Sed ſoluens dubitationem/dicit, quod ſi in aliqua parte fuerit orbiculationis extremæ/ moueretur nimirum per accidens, quia motus ſphæræ eſt ſecũdum partes, ſed ſi ubiq; ſphæræ aderit/in eo quod uelociſſime circũducitur/collocabitur, & non amplius moueretur per accidens, quia tota orbiculatio/& peripheria non mutat ſuum locum, ſed ſemper eundem occupat locum. Sententiam itaque ſuam affert/ & ſic iudicat motorem collocandum eſſe/ in tota orbiculatione exteriori. Sic enim erit uicinus ei quod celerrime circumagitur, & non mouebitur per accidens/atque tenebit eandem comparationem/ad id quod mouetur ab eodem, quocirca & ſimili ſemper motu mouebit. Hæc uocauit in dubium Alexander/ & ſic diluit obiecta. At uero cum prius pulchre dixerit, quod non eſt intelligendum collocari motorem, tanquam occupantem aliquem locum. Nam impertibilis eſt, ut demonſtrauimus, immo neque uelut quandam formam in eo collocatur in quo eſt, ſed uelut ſubſtantia incorporea per ſe in ſubſtantia. Nam & ſi inquit corpus orbiculare animatũ moueatur/ ſecundum animam quæ eſt in ipſo, tamen etiam quodam alio eget/quod confert principium motus ipſi. Nam in oĩbus animatis/cũ ſit aliquid extrinſecus,

ſecus, eorum ſit motus cauſa, atque principium, qui ſane motus proficiſcens ab anima fit ſecundum locum, ſiquidem alicuius appetitione motus animatorum/ſecundum locum fiat. Hæc autem Alexander ſcripſit, perinde ac Ariſtoteles fateatur ſolum cauſam primum mouens eſſe, quod ſi (ut multæ rationes) oſtendunt etiam idem, animam putet cauſam efficiētem, ut Plato eandem motus progrediendi cauſam cenſet, & immobilem mentem ſemper circa eadem, & ſecundum eadem, & in eodem ſemper moueri, ſecundum unam rationem, & unum ordinem, ſi ergo impertibile mouens eſt, & omnino ſeparatum à corporibus/idem per ſe perfectum/ ſecretum à toto corpore mundano, recte dicendum erit idem ubique eſſe, & nuſquam collocari. Quod ſi Pythagorei aiunt idem/in centro collocari, & Ariſtoteles idipſum in ſphæra ſtellarum inerrabilium eſſe cenſeat, illi quidem centrum putant eſſe magis idoneum, quam aliæ partes uniuerſi ad participationem bonitatis opificis/continuæ/& ſolidæ/ac firmæ. Sed Ariſtoteles in eo collocandum uoluit/quod primo putat frui motu opificis. Et ob id Pythagorei locum conuiuij/ aut foci, & Zanon propugnaculum ipſum centrum appellarunt, ſed Ariſtoteles menſuram aliorum motuum, dixit illum ſphæræ inerrabilis, ut primum/& contractum ſeu celeriorem, ſimilem impertibilem mouēs ob celeritatem ſuam. Non oportet igitur timuiſſe/ne forte aſſeramus, primum mouens per accidens moueri, ſi idipſum collocauerimus in cœlo ſtellarum inerrabilium. Non enim eſt proprie in cœlo, ſed cœlum in ipſo, ſiquidem id quod eſt in aliquo/ continetur ab eodem. Equidem primum mouens continet totum mundum, ſua infinita potentia; ac ui. Sed nondum auxilium Alexandri, intelligi poteſt eſſe ſufficiens ad tuendum illud non moueri per accidens, ex intelligētia proficiſcens huius/quod eſt in cœlo primum mouēs. Nam inquit ſi non eſt in aliqua parte, ſed in uniuerſa orbiculatione, & peripheria, quia tota non mouetur/neque mutat locum, ſed in eodem manet, neque per accidens moueretur. Si ergo non uniuerſa mouetur, & primum mouens dicitur collocari in eo quod uelociſſime ducitur, patet quod non eſt in tota peripheria, deinde ſi ita eſt in uniuerſa uelut ordinatum in ipſa, & uniuerſa ſecundum partes cietur, patet quod etiam ipſum mouens/per accidens mouebitur. Quod ſi ſolum ſine habitudine, & ſeorſum adeſt uniuerſo, quid uetat etiam partibus eodem modo adeſſe omnibus ſimul/& immutabiliter/ & impertibiliter, niſi per accidens una/cum illorum motu moueatur. Et tuto Eudemus quæſitum/ & propoſitum exponens, inquit ſi impertibile eſt primo mouens/ & non tangit quod mouetur, quomodo ſe habebit ad ipſum? igitur impertibile/ & non tangens quod cietur, ſed ſine habitudine ad ipſum, & ſeparatum, quomodo poteſt una moueri/ cum eo quod mouetur, ut per accidens ducatur, & agitetur. At Alexander tradit Eudemum fateri, primum mouens in maximo orbe collocari/in quo ſunt cardines & poli. Is enim celerrime mouetur. Sed hoc animaduertendum eſt, quia Alexander in peripheria ſphæræ, primum mouens eē exiſtimat dicere Ariſtotelem. Niſi forte cum dicat in circulo, totum cœlum intelligat.

T. 85. Habet autem dubitationem, ſi contingat aliquid quod mouetur, mouere continue, ſed non vt id quod pellit iterum & iterum, & eo conſequenter ſint, continue. aut enim ipſum oportet pellere, aut trahere, vel vtrunque, aut alterum aliquid excipiēs aliud ab alio, ſicut dudum dictum eſt in ijs quæ proijciuntur, ſi cum diuiſibilis ſit aer, aut aqua mouet, ſed vt qui ſemper mouetur. vtroq; autem modo non poſſibile eſt vnum eſſe, ſed contiguum. Solus itaque is continuus eſt, quo ipſum immobile mouet. ſemper enim ſimiliter ſe habens, & ad id quod mouetur ſimiliter ſe habebit, & continue.

Cum oſtendiſſet quod ſolus motus continuus eſt, quo mouet immobile/confirmans hoc/oppoſitum eius deſtruit uidelicet quod poſſit aliquid quod cietur mouere continue. Nam quia omne quod mouet motum/ eſt corporeum, & corporeo modo ciet. Et quæ corporeo modo mouent/aut pellendo, aut trahendo, aut ambobus modis, ut ij qui manibus molas cient, etiam uel idem oportet eſſe impellens, aut trahens, aut ambo faciens, aut aliud ab alio proficiſcens ſecundum aliquem horum motuum mouere: ut in proiectis paulo prius oſtēdimus, in quibus aliud ex alio, non ſolum mouetur, ſed etiam mouendo ſuccedens fit cauſa motus in ipſo proiecto, ſiquidem diuiſibilis ſit aer & aqua, id eſt cum facile diuidi/ac moueri queant, etiam moueant. Semper enim alius aer/ & alius motus/ alium mouet ſic, ſi ergo aliquid ita ab eo quod mouetur proiecto cieretur/& non eſt talis motus unus, & continuus, ſed conſequenter/ſiue non ſecundum ſucceſſionē, ſed unum erit mouens, ut in perducentibus/& expellentibus/aut trahentibus, neque ipſe eſt continuus motus. Nam & ſi unum in his mouens fuerit, & non plura ut in proiectis, ſed ſecundum unamquāque pulſionem/aut tractionem principium aliquod ſit quieſcente trahente, aut impellente, quia nō ſine labore ita mouet. Si ergo omne q̄d mouet motum/ aut pellendo/aut trahendo/aut ambobus modis mouet/& uel idem ſequens uel ex ſucceſſione, ſed omnino nequit unus/& continuus/& regularis eſſe motus, patet quod ſolus continuus eſt, quod mouet immobile, quia omne quod mouetur/uel ab eo quod mouetur mouet/uel ab immobili. Et cauſam addicit/cur idem ſit continuus dicens. Eodem modo ſemper ſe habens, ſiquidem immobile eſt/ atque immutabile ſecundum ſubſtantiam/& potentia/& actu/& ſimiliter ſe habebit ad id quod mouetur eandem ſemper habitudinem habens ad idem, quare & eodem modo, & regulariter mouet. Verum cum dixerit. { Et ad id quod mouetur ſimiliter ſe habebit, } adiecit. { Et continue } indicans quod etiam continuus eſt ſimilis habitudo immobilis ad id quod mouetur/& non interciſa, neque deficiens, ut æternus ſit motus/quo proxime mouet immobile. Dubitat autem pulchre Alexander, quomodo non dicet aliquis, etiam ſphæras ſtellarum errantium motu/ quo circum rapiuntur una cum ſphæra inerrabilium, continuo & æterno/atque regulari moueri, cum moueantur eodem motu/ quo mouetur ea ſphæra Et primum cedens dubitationi dicit/quod hoc innuens Ariſtoteles, ſic dixit. Habet autem dubitationem, ſi contingit aliquod motum mouere continue, ſed non ut pellens. Vnde cum dubitet, demonſtrauit/in quibus non contingit relinquens, nunc rationem dubitantem. Deinde ſubiungit/ne forte horum motus fiat à ſphæra inerrabili. Non enim ſecundum uim motricem/in ipſa hoc mouet motu, ſed mota ipſa à mouente motum illarum ſequitur, qui fit etiam à mouente illam. Et quod unus ſit motus/uerſus totius cœli, qui fit ab ortu in occaſum existimo eſſe perſpicuum ex hoc, quia fit circa eoſdem polos, & ex hoc quia non ſolum ſunt octo ſphæræ, ſed etiam unum totum cœlum. Sed unus motus eſt unius/ & ab uno factus. Indicat etiam ipſe Ariſtoteles, qui aſſerit primum mouens/non collocari in ſphæra inerrabili, ſed in toto corpore orbiculari. Nam inquit celerrime mouetur/ id quod proximum eſt mouenti. Huiuſmodi eſt circuli motus, igitur mouens: exiſtimo igitur dicere illum circulum uniuerſum anfractum/ & ambitum cœlorum. Verum Eudemus hoc non dubitat/ quod Ariſtoteles, ſi contingit aliquem motum moueri continue. Sed loco huius ambigit ſi poſſit immobile mouere. Videtur enim inquit mouens ſecundum locum, aut pellens, aut trahens mouere, ſi autem non ſolum ſic, tamen tangēs idem/aut per aliud/aut per

unum, aut per plura. Sed impertibile non poteſt tangere aliquid, quippe cum non ſit eius principium, nec terminus. Sed attiguorum termini ſunt ſimul, quomodo igitur mouebit impertibile? Et ſoluit dubitationem, quod alia mota mouent, & alia quieſcentia mouent, & quę mota mouẽt attigua ſunt alijs, ſed non ſimiliter omnia. Non enim uelut terra ſphęram in ipſa proiectam ſurſum mouit, ſic etiam primũ mouens. Non enim motu aduemente mouet illud. Non enim amplius primo moueret, ſed terra nunquam quieſcens primo mouebit.

Tex. 86. Determinatis autem his, manifeſtum eſt quod impoſſibile eſt primum mouens & immobile, habere aliquam magnitudinem. ſi enim magnitudinem habet, neceſſe eſt aut finitam ipſam eſſe, aut infinitam. Quod igitur infinitam non contingat magnitudinem eſſe, oſtenſum eſt prius in Phyſicis. Quod autem finitam, impoſſibile eſt habere infinitam potentiam, & quod impoſſibile eſt a finita moueri aliquid infinito tempore, demonſtratum eſt nunc. primum autem mouens, perpetuo mouet motu, & infinito tempore. Manifeſtum itaque eſt, quod indiuiſibile eſt & impartibile & nullam habens magnitudinem.

Cō. 109. Repetens pauloante rationem, de primo mouente, & reducens in memoriam iam oſtenſum eſſe ex hoc, quia continuus, & æternus eſt motus in his quæ ſunt, oſtenſum eſt, quod unum eſt primum mouens immobile, & ſubiungens ubi eius quod mouetur ſit collocãdum mouens, & deinde conſtituens illud eſſe immobile, quia demonſtrauit quod nullum motum poteſt mouere motu continuo, adiecit etiam repetitionẽ tertij quod oſtenſum eſt, uidelicet de primo mouente. Hoc autem erat quod illud eſſet expers diuiſionis, & magnitudinis. Tria enim erant oſtenſa de ipſo, quod unum, quod immobile, quod impertibile. Cum ergo ad memoriã reuocaſſet breuiter duas demonſtrationes, nunc tertiæ meminit docentis, quod nequit primum mouens æterno motu, cum ſit immobile aliquam magnitudinem habere. Vel enim finita, uel finita erit magnitudo, ſi ergo nequit eſſe magnitudo infinita, ut tertio huius operis oſtenſum eſt. Cōſueuit nimirum quinque primos libros appoſite appellare, et de naturalibus principijs, ut etiam ultimos tres de motu. Sed quod neque finitum corpus eſſe queat oſtenderat, ſi quidem neceſſe ſit finitum corpus, aut infinitam uim habere, aut finitam, ſi ergo neque corpus finitum uim poſſidet infinitam, ut demonſtrauimus, neque finita uis poteſt tempore infinito mouere, ut commonſtrauimus etiam hoc probauimus, quod primum mouens æterno motu tempore infinito mouet. Nam primum motũ oportebat a primo mouente elargiri, atque proficiſci. Quibus igitur oſtenſis perſpicuum eſt, quod primum mouens impertibile experſque diuiſionis nullam habens magnitudinem ſit. Sed pulchre hoc loco Alexander inſtitit, cum quidem oſtenſo problemate oportebat initi, atque immorari, quia in eo quod mouetur in infinitum nõ eſt, eſt dicendum quod ſit uis, niſi æquiuoce. Nam in mouente, & faciente inquit uis uelut robur quoddam dicitur, quod labore prematur in his quę ſic mouent neceſſe eſt, ſed uis in ipſo quod cietur eſt uelut habilitas quædam ad patiendum ſimpliciter. Neque enim in eo quod unus fert, & eo quod fertur, quia quod fertur donec fuerit, poteſt geri & uehi, ideo & baiulus ſemper ſuſtinebit onus. Nam potentia quadam ac robore baiulus fert onus, quæ fatigatur labore, & feſſa euadit, cum ſit finita infinito. Et oportebat Ioannem Grammaticum hæc uerba Alexandri attendere, & non exiſtimare quod Ariſtoteles, atque Alexander putent, non proprie id quod eſt uirtutis infinitæ, ſeu potentiæ in infinitum moueri. Quod enim in infinitum mouetur, habet habilitatem ſuapte natura ad hoc. Et hoc eſt poſſe in ſeipſo moueri. Sed quod mouetur ab alio, dum ſit mouetur, & non ſimul totum. Nam motus eſt dum ſit. Et hoc rurſus Alexander, cum quærat quomodo ſphæra inerrabilis, cum ſit finita non habebit uim infinitam mouendi, ſiquidem ſemper moueat ſphæras errantium aſtrorum, ſoluit quæſtionem eadem dicens, quæ etiam paulo prius, quod etiam erraticæ mouentur aliquo modo ab illo immobili ſimul, cum ſphæra inerrabili. Nam inerrabilis ſphęra ſuapte natura corporea mobilis eſt, ſed non motrix. Etiam hoc loco ipſi Ioanni Grammatico animaduertendum erat, quod non quæſiuit Alexander quomodo ſphæra inerrabilis finita æterna ſit, ſed quomodo cum ſit finita potiatur ui mouendi infinita non ignarus, quod nihil prohibet quin finitum moueri, atque eſſe queat in infinitum, cum motum factum habeat, & ſubſtãtiam, ſed non in tempore aliquo, ſed in infinitum. Sed cum ſit finitum, non poteſt ſimul totam uim mouendi habere. Hunc in modum diuinus reuera Ariſtoteles doctrinam de Phyſicis principijs, ad Theologiam ſupra naturam, & ſermonem de deo principem, & caput redegit ac demonſtrauit uniuerſam corpoream naturalem congeriem, & conſiſtentiam ab illa incorporea ſupra naturam, & ſine habitudine intellectuali bonitate depẽdere, quo in loco Platonem etiam imitatus eſt. Verum Plato ex ſubſtantia mundani corporis opificem mundi intellectualem deum adinuenit. Nam cum ſeparet q̃d uere eſt ab eo quod ſit, & definiat aliud eſſe, id quod ſemper ſecundum eadem, & eodem modo ſe habet, quandoquidem ſimul & pariter totum ſine diuiſione, & imperobiliter æternitate ſubſiſtat. Sed illud quod ſit quando quidem mutetur, & moueatur tum eſt cum ſit, quod obnoxiã ortui conſiſtentiam corpoream, quando quidem diuiſibilem habeat, & tempore productam, & mutatam obtinet ſubſtantiam, unde ſit, ut interitui ſit obnoxia, & ſit dum ſit, & ob id à cauſa dependet, tanquam non poſſit ſuapte natura ſubſiſtere. Nam in Timæo Plato aſſerit fieri nõ poſſe, ut omne quod ortum ſubit ſine cauſa eundem retineat. Sed cauſa eius quod ſit eſt, id quod reuera eſt, ne quod ſit ante id quod ſit ponentes in infinitum habeamus, atq; immutabile cauſa eſt eius, quod mutatur. Cum igitur inueniſſet opificem mundi, atq; architectum intellectualem deum reuera exiſtentem, & ſemper ſecundum eadem eodemq; modo ſe habentem in æternitate collocatum à mutatione ſubſtantiæ uniuerſi ad ſubſtantiam cauſamque immutabilem ſeſe retulit. Sed Ariſtoteles à motu mutationeque, & ex dimenſa finitaq; corporum ſubſtantia ad immobilem, ac immutabilem, & indiuiſibilem cauſam proceſſit. Nam demonſtrauit neceſſe eſſe, ut in his quæ ſunt, motus ſit æternus, & ob id etiam quod mouetur, ſiquidem motus ſit in eo quod mouetur. Item demonſtrauit quod omne quod mouetur, ab aliquo cietur, & quod primo mouens neceſſe eſt, ut ſit immobile, & immutabilis cauſa eorum quę proxime mouentur æterno motu. Sed quod etiam apud Platonẽ ortus, & apud Ariſtotelem motus mutationem ſignificent, facile eſt intelligere, uel ex eo maxime quod Plato diuidens id quod ſemper ſecundum eadem, & eodem modo ſe habet, diuidit contra id q̃d ſit uelut contra id quod mutatur. Ariſtoteles uero quando dicebat, omne quod mouetur ab aliquo moueri, non de ſolis proprie motis, ſed etiam de his quæ generantur, & intereunt, atq; omnino, & generaliter de his quæ mutantur loquutus eſt, & tamen immobile, atque immutabile multifariam dixit. Neque enim ſolum motum proprie excedit, & ab eo ſeiunctum, ſed etiam ab ortu, & interitu. Sed uidetur mihi admirabilis iſte uir, quod nomen ortus, in his quæ ſempiterna ſunt plane recuſas collocare, quia adducitur opinio hominum facile, ut ea quæ ſiunt initium temporis habeant, exiſtimens, quod quidem plerique

rique

rique paſſi ſunt, non potentes, cum æternis opificijs ſuas notiones ſimul extendere, ſed addentes principium temporis illi, quod à cauſa proficiſcitur, & fieri dicitur, atque facile intelligere uidebantur, ſiquis principium medium, & finẽ temporis ſtatueret opificij. Vnde & plurimi ſapientium, reſpicientes ad id quod facile adiutore ſtudio conſequi poſſent ſic mũdum fuiſſe factum tradunt, prima, ſecunda, & tertia aduenire dicentes. Et forte ueniam habere exiſtimant, atq; rationem, ſi & Theologi non recuſent deorum ortus ſic aperire, atq; ponere, ut auditores facilius diſcãt. Sed Ariſtoteles ſentiens, ut uidetur, iam ſemper dicta eorum qui aliter intelligunt, ac debent, & ſimul intelligunt principium temporis inſinuauit ſe nolle mundum factum aſſerere, & ſic obnoxium ortui, in his quæ æterna eſſent palam abnuit collocare, & ſi nomine motus idem ſignificante (modo non exigat temporis principium) uſus eſt. quod uero non recuſet fieri, in infinitum in his quę ſunt, uel ex eo cognoſcitur quod tertio huius operis, de illo quod eſt in ĩfinitum dixit, his fere uerbis. Sed cum multifariam ſit ipſum eẽ, ut dies, & certamen, quia aliud, et aliud ſemper ſit, ſic etiam infinitum. Principium igitur demonſtrationis, ſic ambobus idem eſt deducens ex eo quod mutatur, in id quod immutabile eſt. Deinceps dicit quod mouetur ab aliquo moueri, & quod fit ab aliqua cauſa ortum trahere, & primum mouens oſtendit immobile, atque immutabile eſſe, & impertibile. Sed quod eſt cauſa eius. quod fit reuera eſt, & tale eſt impertibile, & ſimul totum ſubſiſtens, & ſemper ſecundum eadem, & eodem modo ſe habens, quod quidem ſignificat illud immutabile. Sed quia nõnulli putant Ariſtotelem primum mouens quod mẽtem, æternitatem, deum cecinit finalem cauſam mundi, & non effectricem aſſerere, & maxime cœli quod non eſt factum, quia ingenitum audientes illum dicere ſæpe, & mouere uelut deſideratum, atque amatum, ac ſæpe uelut finalem cauſam illud inuulgare ſic ſenſerunt, conſentaneum erit oſtendere eundem ſuo præceptori aſſentiri, cum non ſolum affirmet primum mouẽs mundi eſſe cauſam finalem, ſed etiam effectricem, & hunc deũ eſſe. Proinde Plato in Timæo inquit. Dicamus porro qua de cauſa ortum, & hoc uniuerſum cõditor conſtituit. Bonus erat. Quibus perſpicuo ſimul cauſam finalem, & effectricem mundi deum dicit. Item quando inquit. Mentem in animo, & animum in corpore collocans, atque conſtituens uniuerſum fabrefecit architectatus illud hunc in modum, ut pulcherrimum eſſet, atque optimum opus. Vnde fere toto dialogo canit opificem reſpicere ad bonitatem ſuam. Sed in conciõe quam habuit ad cæteros cœleſtes deos opifex plane adiecit, quod ipſe cœleſtia proxime condidit, & conſtituit, & ea q̃ ſub luna ſunt ab illis cœleſtibus. Sic enim fatur. deos cœleſtes primus opifex dij deorum, quorum ego opifex, & pater. Item proceſſu operis inquit. Mortalia genere reliqua tria, quæ ſi non eſſent facta cœlum eſſet imperfectum, quo loco cœlum mundum appellat, ut Ariſtoteles. Oportet autem inquit, & hæc fieri ſi perfecte ſubſiſtere debent, ſed per me hæc facta, & uita potiuntur dijs adęquabuntur. Vt igitur hoc uniuerſum ſit, mortalia ſubſiſtant oportet, cæterum uertit nos ad opificium animaliũ. Sed his ſignificat, per me hæc autem facta ſunt, quod à cauſa prodeunt quę ſecundum eadem, & eodem modo ſe habet. Vel ut Ariſtote. diceret quod, ea quæ fiunt ab immobili cauſa, neceſſe eſt, ut ſint æterna. Sed quod Ariſto. fateatur deum eſſe finalem cauſam, aut primum mouẽs nullus dubitat. Quod uero etiam cauſam effectricem eſſe tradat contenti eſſe debemus determinatione cauſarum, quam ſecundo libro attulit, ubi cauſam effectricem definit dicens eſſe, unde principium motus. Item unde principium motus, & mutationis primum, uel quietis, ut qui conſuluit eſt cauſa, & pater filij, & omnino quod facit facti, q̃d ergo his apertius eſt ad iudicandum, quod primum mouens eſt cauſa effectrix? Præterea primo libro de cœlo dixit, quod nihil fruſtra deus efficit, nec natura, & in eodem libro, cum dicat quod æternitas cognomen accepit ab ipſo ſemper diuina, & immortalis, unde & aliorum pendet æternitas, & nonnullis conceſſum eſt uiuere, atque eſſe certius nonnullis uero obtuſius, patet quod ut omnia bona fiunt propter finalem cauſam, ſic etiam uiuunt ob opificem. Item primo libro de ortu primum mouens eſſe cauſam effectricem indicauit quærens, de cauſis perpetui ortus hæc ſcripſit. Cum una ſit quidem cauſa, unde dicimus initium motus, quibus patet quod dicit effectricem cauſam, & una ſit materia, talis cauſa dicenda eſt. Nam de illa prius diximus libris de motu, quod alia eſt ſemper immobilis, & alia ſemper mota. Vnde duplicem efficientem cauſam ipſa tradit, aliam omnium immobilem, & cœleſtia eorum quæ ſub luna ſunt. Et Alexander hæc uerba interpretatus inquit, porro primum mouens motus diuini corporis cauſa efficiens eſt, cum ſit ingenitũ, ſed primo libro maiore metaphyſicæ laudans Anaxagorã, & ante ipſum Ermotimum, qui non ſolum materiatas cauſas tradiderint, ſed etiam mentem, ut effectricem, & finalem cauſam ſpectarint, hæc ſcribit. Sed quis mentem dicens adeſſe, ut in animalibus, & in natura cauſam mundi, atque uniuerſi ordinis, quaſi uideantur dicere priores præter uerſimile. Cum ergo dixerit quod Anaxagoras, & prior Erotimus has rationes tetigerint, ſubiungit. Qui ſic opinantur ſimul pulchre cauſam principium eſſe eorum quæ ſunt poſuere, & tale, unde ipſis adueniret motus. Laudat ergo eos qui mentem affirmarunt cauſam effectricem, & finem, ut etiam pauloante laudabat Anaxagoram, quia mentem principium motus dicens ſimul expertem affectus atque mixtionis eandem ſeruauit. Sed quoniam Alexander atque alij Peripatecici uidentur exiſtimare Ariſtotelem poſuiſſe cœli finalem cauſam, & motricem, ſed non effectricem, ut etiam pauloante uerba Alexandri appoſita ſignificabant dicentis, quod primo mouens motus diuini corporis efficiens eſt, quod corpus eſt ingenitum, age etiam oſtendamus cœli cauſam effectricem illum mentem exiſtimaſſe. Sufficit igitur, & idipſum quo definiuit cauſam effectricem, unde motus principium. Sed mens quæ eſt immobilis cauſa eſt, unde motus cœleſtis principium. Nam per motum, cœli etiam immobile eſt principium eorum, quæ ſub luna collocantur. Item ſecundo Phyſicæ auditionis libro fortunã, & caſum appellans per accidens aduenire cauſis per ſe, uidelicet menti & naturæ aſſeruit. Nam modus cauſę inquit, in his eſt idem ipſorum, quod ſit unde initium motus fortunam, & caſum dicens. Vnde ſubiungit. Sed quia eſt caſus, & fortuna cauſa eorum, quorum uel mens, aut natura fuerat, quando per accidens aliqua cauſa fieret horum omnium. Sed nihil horum per accidens prius eſt, his quæ ſunt per ſe, igitur caſus & fortuna ſunt poſteriora mẽte, ac natura, quare ſi cœli maxime caſus eſt cauſa, neceſſe eſt, ut prius ſit mens, & natura quę ſunt aliorum, & huius uniuerſi cauſa. Sed contra hoc forte aliquis contradicens ut inueniret fugam aſſerens, non hoc demonſtrare Ariſto. in his, quod mens & natura ſint cœli cauſæ, ſed qui dicit caſum & fortunam cœli cauſas eſſe is cogeretur, ante illa ponere mentem, & naturam cauſas eiuſdem eẽ. Sed illi opus eſt animaduertere, quod motum ab alio neceſſe eſt, ut aliunde trahat ſubſtãtiam, ſiquidem melior eſt ſubſtantia motu, quod ſi ſecundum ipſum omnis corporis finiti eſt ars finita motrix, patet quod etiam eſt conſtitutrix ſubſtantiæ, neceſſe eſt igitur ut habet æternum motum, ab immobili ſubſtantia, ſic etiam æternam corpoream ſubſtãtiam, ab incorporea ſuſcipiat. Eſt enim liber quidam uniuerſus, ab Ammonio præceptore meo conſcriptus, qui locupletiſſimam fidem fecit, quod Ariſto. cenſuerit deum, ac mẽtem effectricem eſſe uniuerſi cauſam, e quo ego quoque nonnulla mihi ſumpſi, & traduxi quæ propoſitis congruebant. Et exinde exactiorem doctrinã de hoc poſſumus accipere. Sed ſiquis quæreret cur Ariſto. non ita palam deum affirmauerit effectricem cauſam, ut finalem, rationem à me prius dictam de gene-

rabili, & nunc dicam. Nam quia quod efficit id quod fit facit, & quia quod fit, uidetur una cum principio ortus inferre temporis principiũ, ob id æterna corpora recuſauit dicere, quod eſſent facta, ac perſpicuo nominare eorum cauſam effectricẽ, & ſæpe. Et forte ſiquis id quod fit, & facit diceret propriæ conuenire his quæ ſunt, ortui ſubdita tempus quoddam inferentia alijs nominibus, in æterna utetur. Et unde quod motũ ęternum dicere Ariſto. non recuſauit quanquam motus ſit, dum ſit, ſed ortum eius noluit dicere, quia quod fit, prius uidetur non fuiſſe, & rurſus ſerire debet. Huius ergo libri præſertim quoad potui talem interpretationem feci. Sed forte rei quadrabit, atq; non inuole erit, ſi breuiter enumerauero capita eiuſdem, & explicaro diligenter ordinem quæſitorum, & memorię ſuggeſſero eorum, qui hæc didicerint.

Cum propoſuiſſet initio libri quærere motus, an eſſet æternus nec ne, huncio modum, ut prius non ſit factus / nec ſit interiturus, adeo ut poſtea non ſit / neque ante fuerit, oſtẽdit hoc primum conſenſu omnium / qui de rebus naturalibus diſputauerunt recuſans Anaxagoram / & Empedoclem / qui ſoli uiſi ſunt, negare motum æternum. Secundo ex definitione motus oſtendit, non poſſe primum motũ, nec ultimum accipi, ſed primo ſemp eſt prior, et poſtremo poſterior quo fit, ut ſemper ſit motus. Tertio idem oſtẽdit ope prioris / poſterioris ſecundum tempus. Quarto demonſtrat ex ipſo nunc in tempore, cum ſit medium inter præteritum / & futurum. Deinde inſtans / quod dicere æterno quodam ante ſeculo non fuiſſe motum / & poſtea io lucem editum fuiſſe, perſimile eſt figmento, ut etiam affirmare ſic aptum eſſe, tum deinceps rationes quæ uidentur demere hoc decretum, uidelicet motum eſſe æternum exponit quæ ſunt tres, quarum illa prima adducitur, quia omnis mutatio econtrario in contrarium fit, & quæ ſunt contraria, ſunt definita / & certa, unde hæc motum non eſſe continuum, & æternum probare oritur. Secunda eſt quæ uidetur probare motum fieri, cum prius non fuiſſet, ex eo quia inanimata, cum prius non mouerentur / poſtea mouentur. Tertia ab animatis promitur, quia etiam hæc non prius mota poſterius cientur, ubi non apparet cauſa mouens, ut etiam in ipſis inanimatis / & ob id magis uidetur fieri motus, perindè ac prius non fuerit. Cæterum diluit rationes, atque obiectiones primo, quia mutationes ex contrarijs in contraria ſunt finitæ, ſed nihil prohibet eſſe unam / & continuam / atque æternam. Reliquas uero ex hoc diluit, quia ante apparentes / & manifeſtos motus ſunt alij. Deinde reducens ſermonem unde deſluxit, diuidit habitudinem eorum quæ ſunt ad motum / & quietem, & primum oſtendit quod non omnia ſimul quieſcunt ex euidentia / & ex differentibus conceptionibus / & rationibus. Deinde quod neque omnia ſemper cientur, & tertio quod neque alia ſemper quieſcunt, & alia ſemper mouentur, neque quod omnia aliquando quieſcunt, & aliquando mouentur. Deinde repetens diuiſionem / & breuiter confutans dictas ſectiones, quod reſtat confirmat dicens alia ſemper quieſcere, & alia ſemper moueri, in quibus diuiſionem mouentium / & eorum quæ mouentur efficit ad demonſtrationem futuram proxime huius quod omne quod mouetur ab aliquo cietur, ex quo rurſus oſtendit / quod eorum quæ ſunt alia ſemper mouentur, & alia ſemper quieſcunt, & alia interdum mouentur, & interdum quieſcunt. Item quod eorum quæ mouent / & mouentur primum eſt quod ſeipſo mobile eſt, ſed mouentium primum eſt immobile. Sed dum demonſtrata quod omne motum ab alio quodam / quam a ſeipſo cietur, oſtendit quod etiam naturalia corpora ſimplicia non ſeipſa mouent, ſed ab alio mouentur, ut quidem ex proijciente / aut impellente, aut trahente, ſed ſecundum naturam à mutante ipſum ex potentia in id quod actu eſt. Et quod qui impedimentum, remouet etiam ciet, ſed per accidens. Deinde concludens rationem / breuiter oſtendit quod omne quod mouetur / ab aliquo cietur, ſiue per ſeipſum moueat, ſiue per aliud. Quod ſi hoc ita ſe habet, uel in infinitum neceſſe eſt procedere illi / qui dixerit ſempee aliud ab alio moueri, uel peruenire tandem ad id quod à ſeipſo mouetur. Et ſic inueniens primum mouens, ut motum deinceps, ut immobile inuenit / oſtendens non omne mouens motum mouere / neque per accidens / neque per ſe. Et primo oſtendit quod non per accidens / & interſerit dicens quod cum ſit aliquid quod ſolum mouetur, & aliquid quod mouet / & mouetur, conſentaneum eſſe / ut ſit aliquod mouens non motum, tum oſtendit quod neque per ſe neceſſe eſt mouens omne ab aliquo motum mouere, & generaliter deinceps oſtendit, quod primum motum / aut ab immobili, aut ab eo quod à ſeipſo cietur debet moueri, & addit quod magis principium motus eſt / id quod ſeipſo mobile eſt, quam quod ab alio mouetur. Et tum quærit modum quo ſeipſum mouet / id quod ſeipſo mobile eſt, & demonſtrat quod aliqua parte, ut anima quæ eſt immobilis ſeipſum mouet, & aliqua mouetur, ut corpore, & quod totum non mouet, neque mouetur, neque toto pars mouet, neque parte totum, quibus addit nullam partem ipſius per ſe mobilis ſeipſa mobilem eſſe, & concludit deinceps / quod primum mouens immobile eſt, aut proxime mouens / aut per medium quod eſt ſeipſo mobile in quo rurſus mouens immobile eſt. Et deinde oſtendit primum mouens immobile eſſe / atque æternum tanquam ſupra omnem ortum / atque interitum / & mutationem conſtitutum, & quod unum eſt. Et ambo oſtendit ſtatuens tandem quendam eſſe motum continuum & æternum, qui cum primus ſit / à primo mouente proficiſcatur / & conſentaneum / & neceſſarium eſt. Sed poſterius demonſtrabit talem motum eſſe coelorum, & ex alijs principijs motus, oſtendit primum mouens etiam per accidens immobile / & æternum eſſe, & deinceps addit conſequenter quod & motum proxime ab immobile / & æterna cauſa neceſſe ſit æternum eſſe, & reliquum quod quidem ſtatuit, uidelicet eſſe unum quendam motum / & continuum oſtendit, prius ſumens quod oportet primum eſſe talem / & ſecundum plures modos oſtendens / quod latio prima motuum / & mutationum eſt, & quod latio recta / cum ſit finita reflectitur. idcirco non poteſt eſſe continua, neque mixta, ſed ſola orbiculatio. Quod enim reflectitur quiete media ſtat. Et cum mentionem feciſſet de punctis diuidentibus / & terminantibus rectam / & proportionalia accipiens in tempore, notauit pulchre quod diuidens tempus nunc, ut terminus partim eſt eius / & partim Initium, ſed ſi comparetur ad rem quæ eſt in tempore poſteriori addetur / & quod non conſtat tempus indiuiduis, neque diuiditur in ipſa impertibilia, quod quidem etiam ab ipſo libro ſexto oſtenſum eſt. Et ſecundum etiam magis conſentaneam / & communiorem oſtendit oppoſitos motus ſtatione intercipi / & demonſtrationem uniuerſe extendit ad omnem mutationem. Ex his oſtendens quod mota in rectum non mouentur uno / & continuo motu, & tum uniuerſe ſimul / & proprie propoſito idem oſtendit, & reliquum demonſtrat quod ſola orbiculatio poteſt eſſe continua, ſiquidem neque ex contrarijs / neque ex oppoſitis motibus conſtet, ut recta latio, neque quiete intercipitur, ut illa / & alij motus / ac mutationes. Si ergo prima aliorum motuum oſtenſa eſt latio / & lationis prima eſt orbiculatio, tanquam ipſa ſola queat eſſe continua / & una, patet quod omnium motuum primus erit orbicularis, quocirca etiam eſt menſura aliorum / & ſimiliter quia eſt menſura, erit primus. Nam menſura eſt ſimplicior / & prima eorum quæ menſurantur, ut unitas numero / & digitus, aut pes maioris magnitudinis. Sed primus & menſura / &

regularis merito eſt ſolus aliorum. Cæterum ut eius mos eſt/ ex opinione etiam aliorum differentium de natura / & conſuetudine nominum, perſuadet lationem primam eſſe aliorum motuum, & repetens capita prius oſtenſa, adiecit quod primum mouens eſt impertibile / & ſine magnitudine, ſiquidem nequit eſſe infinita magnitudo, neque infinita uis queat eſſe in magnitudine finita, ut demonſtrauit / & conuerſum huius addidit / quod neque in magnitudine infinita poteſt eſſe finita uis, etiam ſiquis poneret magnitudinem infinitam. Sed quoniam omnis ratio pendebat ex hoc omne quod mouetur ab aliquo moueri, rationem faciens, ut credibiliorem inſtantiam à proiectis contra ſe adducit / & ſoluit inſtantiam, & de omnibus conclud t rationem ſummatim / oſtendentem primum mouens impertibile eſſe / & indiuiſibile, propter quem uniuerſam naturalem conſiſtentiam / & conſtitutionem ſupernaturalis cauſæ / & naturalem contemplationem primæ Philoſophiæ ſuſceptam fuiſſe / oſtendit Philoſophus hunc optimum finem / imponens tractationi / de naturalibus principijs.

FINIS.

SERIES CHARTARVM.

* a b c d e f g h i k l m n o p q r ſ t u x y z
aa bb cc dd ee ff gg hh ii kk ll mm nn oo pp qq.
Omnes Terniones, exceptis * z qq Duernionibus.

Venetijs apud Hieronymum Scotum.

M.D XLVI.